BARNABAE BRISSONII
DE
VERBORVM
SIGNIFICATIONE

TOMVS ALTER.

emt. De quibus sepulcrorum MACERIIS ipse Brissonius *Lib. II. Antiqu. Sel. Cap. 16.* accuratius egit. Iis, quae ibi dicta sunt, addendus Reines. *Class. VIII. Inscr. 75. Class. XII. Inscr. 37. 69. 70.* HEIN. Si in suo MACERIAM duxerit: *l. 17. D. commun. praed.* Si precario in tuo MACERIAM duxerit. *ibid.*

MACHINA. MACHINAM adligare et in meo solo ponere. *l. 1. §. 8. D. de mort. infer.* MACHINAM negligentius colligare: MACHINAE minus diligenter ligatae culpa factum: MACHINAE funes et perticae: In MACHINA ponere seruum: In MACHINA operari: de MACHINA cadere: sub MACHINA perire. *l. 5. §. 7. D. commod.* MACHINA frumentaris. *l. 12. §. 10. D. de instruct. vel instrum leg.* ¶. 2. MACHINA, μεταφορικῶς pro quauis fraude et dolo malo. [MACHINAE famosorum libellorum, in *l. 5. C. Theod. de famos. libell. Lib. IX. tit. 34.* pro conscriptione captiosa et occulta, vti vocatur in *l. 4. C. Theod. eod. tit.* Sic et in *l. vlt. C. Theod. fin. regund. Lib. IX. tit. 34.* MACHINAE dicuntur machinationes, quam vocem in prioris locum etiam substituit Tribonianus. *l. vlt. C. eod. tit.*

MACHINAMENTVM callidum. *l. 6. C. Theod. de curios. Lib. VI. tit. 29.* [MACHINAMENTA *quibus ad sentiendas diiudicandasque quantitates et qualitates sensus instructi sunt.* Apulei. *de doctrin. Plat. Lib. I. p. 9*]

MACHINARIVS, *l. 31. D. ad leg. Aquill.* an qui machinas conficit, an qui in machina operatur? [Posterius videtur Dionys. Gothofredo in *Adnot. ad d. l. 31. litt. k.* Reinesius vero *Class. I Inscr. 2. p. 7.* eum interpretatur MACHINARIVM, qui machinis, scenis, tabernis, scholis, pulpitis, podiis, theatris, et quibusuis e tabulis, signis, trabibus, adparandis substructionibus, temporariis et perpetuis, adhaec oneribus tractoris machina, seu tollenone, in altum subleuandis, vt in *l. 31. D. ad leg. Aquill.* Item aquis ad libellam exigendis et per canales dispensandis adhiberi solet, Tacito *Lib. XV. Annal. Cap. 42.* MACHINATOR adpellatus.] ¶. 2. Sic asinus MACHINARIVS, *l. 60. in fine D. de legat. III. l. 12. §. 10. D. de instruct. vel instrum. legat.* In quarum vocum explicatione, tamquam in salebra, multos, propter eum, quem habent reconditum, et a vulgi cognitione remotum sensum, haerere, mirum non est. Nam. qui ad animal machinarum gerulum, seu machinis mouendis transportandisue deseruiens [quale Apulei. *Lib. VII. de asin. aur. p. 194.* describit,] verba haec, quod prima facie videri posset, pertinere censent, [veluti Turneb. *Lib. VIII. Adu. Cap. 9.*] errant longe ex mea quidem sententia. Verum ne longo sermone discendi auidos morer: *Asini* MACHINARII adpellatione apud iurisconsultos vbique eam machinam, quae a Graecis ὄνος adpellatur, cuiusque in Aristotelis mechanicis mentio habetur, exaudiendam credo. Suidas: Ὄνος, τὸ ζῶον, καὶ τὸ ὄργανον. *Asinus et animal est, et machina.* Verum huius descriptionem ex alio eiusdem Suidae loco *Tomo II. p. 757. edit. Küsteri* subiiciam: Ὤνευον, ait ille, παρὰ Θουκυδίδῃ, εἷλκον, καὶ περιῆγον. Ὄνος γὰρ τοῦ μύλωνος τὸ κινούμενον, καὶ τοιαῦται μηχαναί, ὄνοι. Θουκυδίδης· Ὤνευον ἀναδούμενοι τοὺς σταυρούς, τουτέστιν, ὄνοις ἐχρῶντο. Ἔστι δὲ ὄνος μηχανή, ἐπ' ἄκρων, τῶν ἀκατίων πηγνυμένη, ἀφ' ἧς περιβάλλοντες βρόχοις τοὺς σταυρούς, ῥαδίως ἐκ τοῦ βυθοῦ ἀνέσπων· ἔστι γὰρ ἡ μηχανὴ ἐπὶ τοσοῦτον βιαιοτάτη, ὥστε σαγήνην βαρεῖαν ὑπὸ δύο ἀνδρῶν ἀπόνως ἕλκεσθαι. Καλοῦσι δὲ τὴν μηχανὴν οἱ τοὺς χαμαὶ λάχοντας ἕλκοντες ἁλιεῖς ἠλακάτην· ἐῤῥωμενεστέρα δὲ πρὸς τὴν ἀνέλκυσιν καθίσταται, ὅταν καὶ δίκρουν ξύλον πρὸ αὐτῆς τεθείη. Ἐπ' εὐθείας γὰρ ἡ ἀντίσπασις τῶν ἀνελκομένων γίνεται. ΩΝΕΥΟΝ *apud Thucydidem significat, machina quadam mouebant, et circumagebant.* Ὄνος *enim vocatur pars illa molae, quae mouetur, et eiusmodi machinae* ὄνοι. *Thucydides: Vallos circumligatos ope machinae e solo euellebant. Vel vtebantur machinis, quae asini dicuntur. Asinus autem erat machina, quae in summis acatiis statuebatur, vnde laqueis vallos circumdatos ex fundo facile euehebant. Machina autem haec eam vim habet, vt eius ope sagena onusta a duobus viris absque labore trahi possit. Machinam autem hanc piscatores* ἠλακάτην, *id est, colum vocant. Validior autem efficitur ad onera sursum trahenda, quum bicorne lignum ante ipsam statuitur. Nam rerum, quae sursum trahuntur, retractio fit linea recta.* De huiusmodi quoque machina accipienda sunt verba Athenaei *Lib. XIV. Cap. 3. p. 634.* quibus sambucam, quae et ipsa bellicae machinae species est, moenibus a duobus asinis admoueri, ita scribit. Ὡς ἀπὸ δύο ὄνων προσάγοιτο τοῖς ἐναντίων τείχεσι. *duobus asinis aduersariorum moenibus admoueri.* Porro complura machinarum, ab animalibus ducta nomina, nemo nescit: qualia sunt *aries, testudo, grus.* Praeterea Suidas *Tomo II. p. 698.* ὄνον a Graecis adpellari tradit τὸ περὶ τὰ τῶν ὑδάτων ἀγγεῖα πολύπουν, καὶ συστρεφόμενον. *animalculum multipes, quod circa vasa aquarum versatur, seseque contrahit.* MACHINARIVS mensor. *l. vlt. D. si mens. fals. mod. dix.*

MACHINATIO ad circumueniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibita. *l. 1. §. 2. D. de dol. mal.* Quae non magnam MACHINATIONEM exigunt: *l. 14. D. eod. tit.* Per MACHINATIONEM obligatus. *l. 36 D. de verb. obl.* Ita et in numero plurali: MACHINATIONES, *l. 1. C. de sent. quae pro eo, quod interest. l. vlt. C. fin. reg.* MACHINATIONES illicitae: *l. 7. C. de natural. lib.* indecentes. *l. 28. C. de inoffic. test.*

[MACHINATOR Iouianus. *l. 53. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Tantorum scelerum MACHINATORES. *l. vn. C de saturian. Lib. VII. tit. 19. Professor et* MACHINATOR *accusationis.* Apulei. *in Apolog. p. 274.*

MACTARE, occidere. [MACTARE competente animaduersione: *l. 7. C. Theod. de malefic. et mathem. Lib. IX. tit. 16*] MACTARI vltimo supplicio. *l. 9. §. 1. D. de leg. Pomp. de parricid.* Ita et Cicero *in Catilin. I. Cap. 13.* Et omnes

omnes inimicos bonorum, hostes patriae, latrones Italiae, a scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos, aeternis suppliciis viuos mortuosque MACTABIS. HEIN.

MACVLA, pro quauis labe et nota. MACVLA turpis coniunctionis: *l. 1. C. de collus. deteg.* infamiae: *l. 1. C. de natural. lib.* [Clericatus velamine MACVLAM religioni infligere: *l. 19. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* MACVLA libidinis polluere pudicitiam. *l. 3. C. Theod. de iurisd.*] MACVLA scenicarum mulierum: *l. 23. §. 1. C. de nupt.* Si scripti heredes infamiae, vel turpitudinis, vel leuis notae MACVLA adspergantur: *l. 27. C. de inoffic. test.* MACVLA viulati pudoris. *l. 11. C. de quaest.* MACVLA seruilis: *l. 9. C. de liber. causs.* seruitutis. *l. vlt. D. de natal. rest. l. 3. C. de infant. expos.* ¶. 2. MACVLA, pro stigmate. Corporales MACVLAS exsequuturibus imponere. *l. 3. C. de sport. et sumt.*

MACVLARE. [MACVLATI absolute pro criminis alicuius macula adspersis *l. 41. C. Theod. de Episc. Lib. XVI. tit. 2.* Hominis caede MACVLATVS: *l. 6. C. Theod. de indulg. crim.*] Seruili conditione MACVLATVS: *l. 3. C. de infant. expos.* MACVLARE se furtis et sceleribus: *l. 1. C. Theod. ad leg. Iul. repetund.* MACVLARI nota: *l. 2. §. 2. D. de decur.* MACVLATA opinio: *l. 3. C. de iniur.* [Idolorum superstitione impia se MACVLARE. *l. 6. C. Theod. de apostat. Lib. XVI. tit. 7.*]

[MACVLOSVS, A, VM. MACVLOSAE interuersorum fraudes: *l. 10. C. Theod. de iur. fisc. Lib. X. tit. 1.*]

MAD.

MADEFACERE. MADEFACTA humore: *l. 57. D. locat.*

MADERE. MADENTE adhuc filiae cruore: *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.*

MAE.

MAECENAS. vid. infra MECAENAS.

MAECIANVS, de eo dicemus infra sub VOLVSIVS.

MAENIANA, vt Iauoleno placet, ex genere et numero sunt proiectorum, vtpote quae ita prouehantur, vt nusquam in alieno requiescant. *l. 242. §. 1. D. de verb. significat.* Festus: MAENIANA *aedificia a Maenio sunt adpellata. Is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora.* Ascon. *in Diuinat. Cap. XVI.* ad ea verba: *Ad columnam* MAENIAM: *Maenius, ait, quum domum suam venderet, Catone et Flacco censoribus, vt ibi basilica aedificaretur, exceperat sibi ius vnius columnae, super quam tectum proiiceret ex prouolantibus tabulatis, vnde ipse et posteri eius spectare munus gladiatorium possent, quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo igitur columna* MAENIA *vocitata est.* Isidor *Lib. XV. Orig. Cap. 3.* MAENIVS, (sic enim emenda,) *collega Crassi in foro proiecit materias, vt essent loca, in quibus spectantes insisterent, quae ex nomine eius* MAENIANA *adpellata. Haec et* SOLARIA, *quia patent soli.* Posthaec alii lapide, alii alia materia inaedificare porticibus, MAENIANAque et foribus et domibus adiecerunt. MAENIANA plane *solaria* vocantur a Zenone Imp. non semel in constit. περὶ καινοτομιῶν, id est, *noui operis nunciationibus*, quae est *l. 12. §. 1. C. de aedif. priuat.* vbi: μηδ' ἐπιχειρεῖν, ait ille, ἐκ μηδ' ἑτέρου μέρους σολάρια, ἤτοι ἐξώστας κατασκευάζειν. *Non liceat aduersa vel ex transuerso solaria, vel* MAENIANA, *fabricari.* Et paullo ante: *eodem §. 5.* Θεσπίζομεν τὰ καλούμενα σολάρια - - - μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων ῥωμανησίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι. *Item illud etiam statuimus, ne ea, quae vocantur,* SOLARIA *post hanc legem ex solis lignis et tabulis construantur, sed ad eorum, quae Romanensia vocantur, modum et figuram aedificentur.* Graeci ἐξώστας adpellitant, auctoribus Honorio et Theodosio in *l. pen. C. de aedif. priuat.* itemque ξύλων ἐξοχὰς, ἐξωστρίας, nec non παραπετάσια. Vid. Herodian. *Lib. VIII. extr.* HEIN. Quum quidam velum in MOENIANO immissum haberet. *l. 2. §. 6. D. ne quid in loc. publ.* Si MAENIANVM in tuum immissum habuero. *l. 20. pr. D. de seruit. vrb. praed.* Valer. Maxim. *Lib. IX Cap. 12. exempl. 7.* *In* MAENIANVM *conscendit.* Plin. *Lib XXXV. Cap. 10. E diuerso* MAENIANA, inquit, *Varro, omnia operiebat Serapionis tabula sub veteribus.* Sueton. *in Calig. Cap. XVIII. Pauci ex proximis* MAENIANIS *postulassent.* Ceterum quum ex his satis intelligamus, MAENIANA Romae semper fuisse exstructa: mireris profecto, de Praetextato, praefecto vrbi, memoriae prodidisse Ammianum Marcellin. *Lib. XXVII. Cap. 9. eum* MAENIANA *sustulisse, priscis* VETITA *fabricari* LEGIBVS. Sane nec ante ea tempora, nec post ea solaria et MAENIANA generatim videntur illicita fuisse, sed tum demum, si vel vias publicas redderent angustiores, vel operibus publicis inde incendii periculum immineret. *l. 39. C. Theod. de oper. publ.* In prouinciis ea semper licita fuisse, ostendit Iac. Cuiac. *Lib. I. Obs. Cap. 30.* HEIN.

MAEVIANVS, A, VM, ad Maenium pertinens. MAEVIANVS fundus: *l. 1. D. de reb. dub.* MAEVIANA hereditas. *l. 6. §. 1. D. de legat. II. l. 27. §. 10. l. 55. §. 4. D. ad SC. Trebell.*

MAG.

MAGICVS, A, VM. MAGICI adparatus: *l. 7. C. Theodos. de malef. et mathem.* MAGICA ars apud Plin *Lib. XI. Cap. 37. Lib. XXX. Cap 1. 2.* MAGICAE artis *consilii professio, sed et scientia* apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 16.* MAGICAE artes: *l. 6. C. Theod. de malef. et mathem. l. 2. C. Theod. de bon. proscr.* Virgil. *Lib. IV. Aeneid. v. 493.* D. Augustin. *Lib. XXI. de ciuit. Dei Cap. 6.* MAGICA carmina: *l. 7. C. de malef. et mathem.* [Carminum MAGICORVM vis apud Arnob. *Lib. I. aduers. gent. p. 25.* MA-

GICAE artis cantamina: Apulei. *Lib. II. Metamorph. p. 112. et 114.* Incantamenta carminum: Plin. *Lib. XXII. Cap. 11.*] MAGICI libri, inter libros improbatae lectionis habentur. *l. 4. §. 1. D. famil. ercisc.* [MAGICVM murmur, Prudentius et alii, quorum locos indicauit Elmenhorst. *ad Arnob. p. 42.*] MAGICI susurri, *§. 5. Inst. de publ. indic.*

MAGIS, *magidis*, cuius fit mentio, *l. 36. D. de condict. indeb.* Eam inter escoria vasa Varro *Lib. IV. de lingua Lat.* ponit, et a magnitudine ita adpellatam, dicit. Graecum tamen hoc verbum esse, (*μαγὶς*,) et significare *ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ ἄλφιτα μάττεται, vas, in quo farina pinsitur*, quod et *μάκτρα* adpellatur, Iul. Pollux *Lib. VI. Onomast. Cap. 10. segm. 64.* et *Lib. VII. Cap. 5. segm. 22.* scribit. Idem *Lib. VI. Cap. 12. segm. 83.* *μαγίδας* suo tempore adpellatas scribit *τὰς ἐπιτιθεμένας καὶ αἰρομένας τραπέζας, mensas, quae adponi tollique potuerint*, reperirique apud Sophoclem hoc verbum notat, cuius verba emendatius apud eumdem auctorem referuntur, *Lib. X. Cap. 23.* ex quo superior ille locus emendandus est. Plinius *Lib. XXXIII. Cap. 11.* lances ab antiquis MAGIDAS adpellatas tradit.

MAGIS, aduerbium comparatiuum, quo eleganter vtuntur iurisconsulti, si quando duarum sententiarum alteram alteri praeferendam censent. Eo pertinent formulae frequentissimae in iure nostro: MAGIS accipiendum est: *l. 10. §. 1. D. de vsufr.* MAGIS admittimus: *l. 27. §. 2. D. ad leg. Iul. de adulter.* admittit: *l. 9. §. 1. D. locat. l. 6. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered.* admittitur: *l. 7. §. vlt. D. quod cuiusc. vniuers. nom.* MAGIS hoc adparebit. *l. 4. D. de minor.* MAGIS arbitratur: *l. 11. pr. D. ad SC. Trebell.* arbitror: *l. 4. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult. l. 17. §. 7. D. ad SC. Trebell.* arbitror probandum: *l. 7. D. de manumiss. test.* MAGIS dicendum est: *l. 24. D. de instr. vel instrum. legat. l. 24. D. quib. mod. vsusfr. l. 17. §. 7. D. ad SC. Trebell. l. 16. §. 3. D. de pecun. const. l. 15. §. 1. D. de damn. infect. l. 1. §. 5. D. ad SC. Tertull.* dicendum arbitror: *l. 63. §. 4. D. pro soc.* dicendum existimo: *l. 5. §. 3. D. de iureiur. l. 19. §. vlt. D. ad SC. Velleian.* dicitur. *l. 59. §. 1. D. de Aedil. edict.* MAGIS est, vt, vel ne, iurisconsultis significat verius est, potius est, vt dicamus: *l. 27. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult. l. 38. pr. l. 72. §. 4. D. de solut. l. 23. l. 46. princ. D. de negot. gest. l. 32. §. 8. D. de recept. arbitr. l. 5. §. 1. D. de legat. praest. l. 10. pr. D. quae in fraud. credit. l. 22. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 3. §. 2. §. vlt. D. quib. ex causs. in possess. l. 6. D. de testam. tutel. l. 5. §. 15. et l. 6. D. de reb. cor. qui sub tutel. l. 1. §. 2. D. de loc. publ. l. 20. pr. D. de stipul. seru. l. 16. §. 8. D. de pign. et hypothec. l. 17. §. 18. D. de iniur. l. 11. D. pro emtor. l. 4. §. 3. D. de susp. tut. l. 8. §. 7. et 11. D. de poen. l. 1. §. 3. 9. 12. D. quand. adpell. sit. l. 16. §. 1. D. de iure patr. l. 45. §. 1. D. de act. emt. l. 2. §. 2. D. de his, quae vt indign. l. 23. §. 1. D. de condict. indeb. l. 18. §. 2. l. 12. D. de pecun. constit. l. 34. §. 1. D. de adquir. vel amitt. possess. l. 6. D. de castr. pecul. l. 29. §. vlt. D. de legat. III. l. 43. §. 1. D. de vulg. et pupill. subst. l. 3. §. 2. l. 80. pr. D. de furt. l. 3. l. 25. D. de fideiuss. et mandat. l. 1. §. 4. D. si tab. testam. null. exstab. l. 6. D. quod vi aut clam. l. 1. §. 1. D. de sent. pass. l. 9. pr. D. his, quae vt indign.* Illud MAGIS est: *l. 15. §. vlt. D. de pignor.* Quod MAGIS est: *l. 29. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. 2. D. de pignor. act.* MAGIS est, ne possit. *l. 2. §. 3. D. vnde legit. l. 1. §. 4. D. success. edict. l. 1. §. 3. D. quod vi aut clam.* MAGIS existimat: *l. 11. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu.* MAGIS existimo: *l. 73. D. de solut.* MAGIS expedit: *l. 61. §. 1. D. de iur. dot.* MAGIS intelligendum: *l. 4. §. 5. D. de statulib.* MAGIS MAGISque est, vt: *l. 4. §. 15. et 16. D. de fideic. libert.* MAGIS MAGISque ad hanc accusationem admittendi sunt: *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiest.* MAGIS MAGISque surgere: *l. 1. C. de veteran. Lib. XII.* MAGIS me mouet: *l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudic.* MAGIS obseruatur: *l. vlt. D. an per al.* et apud Vlpian. *tit. XXII. Regul. §. 22.* Quod MAGIS obtinere debet: *l. 65. §. 3. D. de legat. III.* MAGIS opinor: *l. 4. §. 24. D. de dol. mal.* MAGIS placet: *l. 22. §. vlt. D. instruct. vel instrum. leg. l. 46. §. 3. D. de procurat. l. 99. §. 3. D. de legat. III. l. 28. D. de aur. arg. leg. l. 6. §. 3. D. de leg. Cornel. de fals.* MAGIS placet: *l. 5. D. de publican. et vectigal. l. 28. §. 1. D. de stipul. seru. l. 13. D. de iudic. l. 5. pr. D. de supell. leg. l. 2. §. vlt. D. commun. diuid. l. 63. pr. D. de condit. et demonstr. l. 17. §. 1. D. solut. matr. l. 28. D. de adim. legat. l. 8. D. de reb. dub. l. 2. C. de his, qui num.* MAGIS probo: *l. 42. D. ad leg. Iul. de adult.* probat: *l. 13. §. 10. D. de damn. infect. l. 5. §. vlt. D. de legat. praest. l. 2. D. de donat.* probatur: *l. 2. §. 2. D. quand. adpell. sit. l. 15. §. 31. D. de damn. infect.* probandum est: *l. 29. §. vlt. D. de lib. et postum. l. 4. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 7. §. 11. D. de interd. et releg. l. 7. D. de manumiss. test.* probandum puto: *l. 13. §. 2. D. de adquir. vel amitt. possess.* probatum: *l. vlt. D. de bon. possess.* MAGIS puto: *l. 10. D. de statu hom. l. 21. pr. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 4. §. 1. D. de euiction. l. 5. D. de reb. cor. qui sub tut. l. 71. pr. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 14. §. 1. D. comm. diuid. l. 9. §. 5. D. de interrog. in iur. fac. l. 1. §. 5. D. de contrar. tut. et vtil. act. l. 9. §. 14. D. de poen. l. 64. D. de legat. III. l. 38. §. 3. D. de solution. l. 5. §. 1. D. de adgnosc. vel alend. lib. l. 19. §. 11. D. de aur. arg. leg.* vel MAGIS puto: *l. 67. §. 2. D. de rit. nupt.* putat: *l. 18. §. 2. D. de donat. l. 34. §. 1. D. de vulg. et pupill. substit. l. 4. §. 29. D. de dol. mal. et met. except.* putabat: *l. vlt. D. de act. emt. vend.* putamus: *l. 8. §. 5. D. de fideiuss. et mandat.* Quo MAGIS, non, quo MINVS: *l. 3. §. 5. D. de bon. possess. contra tab.* MAGIS habet rationem: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* MAGIS ratio suadet: *l. 70. §. 5. D. de fideiussor.* Tu MAGIS scire potes: *l. 3. §. 1. D. de testib.* MAGIS sentio: *l. 10. D. de collat. bon.* MAGIS est sequendum: *l. 53. pr. D. de fideic. libert.* MAGIS simile est: *l. 38. §. 3. D. de solut.* Quod MAGIS verisimile: *l. 41. §. 5. D. de vulg. et pupill. substit.* Sed MAGIS verum est: *l. 32. D. ad leg. Aquill. l. 63. §. 1. D. pro soc.* verum puto: *l. 40. §. 1. D. de condit. et demonstration.* Et hoc MAGIS videtur: *l. 1. §. 7. D. de bon. possess. contr. tab.* videbatur: *l. 3. D. de seruit. legat.* MAGIS visum est: *l. 32. pr. D. ad leg. Aquill. l. 63. §. 1. D. pro soc.* MAGIS voluit: *l. 29. pr. D. ad SC. Velleian.* MAGIS ex vsu esse: *l. 89. §. vlt. D. de solut.* MAGIS hoc iure vtimur: *l. 28. §. vlt. D. de statuliber.*

¶. 2. Saepe in tali compara-

tione

tione particula MAGIS per *ἔλλειψιν* subintelligenda est. Mortis caussa donatio est, quum quis habere se vult, quam heredem suum. *l. 1. pr. D. de mort. causs. donat.* vbi tamen in Haloandrina τὸ MAGIS expressum legitur. Cognitum est, illos et re et fide idoneos haberi, quam eos, qoi in curia suscipere consueueriot: *l. 9. C. Theod. de suscept. Lib. XII. tit. 6.* Simulacra, artis pretio, quam dignitate metienda: *l. 8. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* Si quss sub gratis donationis a militibus auferunt, quam merentur, duces seu tribuni: *l. 29. C. Theod. de crog. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.* Similia exempls sunt in *l. 20. pr. et fine D. de adqu. vel omitt. hered. l. 7. pr. D. depos. l. 2. §. 6. D. de iudic. l. 2. §. 1. D. de reb. cred. l. vlt. pr. D. de condict. sine causs. l. 49. §. 5. D. de legat. I. l. 5. D. de suspect. tut. l. 5. pr. D. de dol. mal. et met. except.* Sic et Plaut. *Rudent. Act. IV. scen. 4. v. 70. Tacita bona est mulier semper, quam loquens.* Tacit. *Lib. IV. Annal. Cap. 61. Asinius Agrippa, claris maioribus, quam vetustis.* Curt. *Lib. VII. Cap. 7. Nec mea ars, quam beneuolentia me perturbat.* Et quis omnia similium ἐλλείψεων exempla colligeret, quibus pleni sunt antiquorum libri? Vid. Saoctii Mineru. *Lib. IV. p. 377.* Taubmann. *ad Plaut. loca laudato,* et Auson. Popm. ☞ *de vsu antiqu. loquut. Lib. II. Cap. 11.*] Ex hoc genere ἐλλείψεως collegerunt quidam, et in his Ant. Augustin. *Lib. IV. Emendat. Cap. 8. p. 293. sequ.* Vlpianum, tamquam Syrophoenicem, ac paene semiiudaeum plures hebraismos immiscuisse operibus suis. Et sane ita loquutos esse Hebraeos, satis constst ex veteris nouiqoe foederis scriptoribus. Vid. *Psalm. CXVIII. v. 8. Luc. XVIII. comm. 14. I. Cor. XIV. v. 19.* Sed esse hunc potius Graecismum, optimis etiam Latinitatis auctoritatibus familiarissimum, iam obseruarunt Lamb. Bos *in Ellipsi Graec. p. 327.* Lips. *Lib. V. Epistol. quaest. 23.* quibus addendum programma nostrum *de Vlpiani iurisconsulti Hebraismis in Sylloge Diss. p. 699. sequ.* HEIN.

¶. 3. [MAGIS etiam aliquando *θετικῶς* ponitur, ita, vt oegatiooem contrarii inducat, vel id, qood magis probatur, solum probet, slterum reiiciat et remoueat. Exempla sunt in *§. 1. Inst. quib. mod. re contr. obl. §. 6. Inst. de obligat. quae quasi ex contract. §. 5. Inst. de cap. deminut. l. 6. §. 11. D. de instit. act. l. 10. D. de aur. et arg. leg. l. 17. §. 3. D. commod.* Vnde in *l. 22. D. de hered. petit.* particula negandi illi magis opponitur. Vid. Cuiac. *Lib. II. Obs. Cap. 39. in Iuliano Lib. XXXIII. ad l. 6. D. de legat. I. in Comment. ad l. 2. §. 1. D. de reb. cred. p. 425.* et in *Recitat. ad tit. de legat. I.* vbi Paullum Apostolum in 1. *Epist. ad Corinth. VII. comm. 9.* ita explicat cum Hieronymo, quod non placet. Vid. et infra articulum: POTIVS.]

MAGISTER. Ita adpsllari Paullus scribit, eum, cui praecipua cura incumbit, et qui magis, quam ceteri diligentiam et sollicitudinem rebus, quibus ptaeest, debet: ac proinde et cuiuslibet artis ac disciplinae praeceptores a *monendo,* vel *monstrando,* MAGISTROS, et ipsos MAGISTRATVS per deriuationem a MAGISTRIS cognominatos scribit. *l. 57. pr. D. de verb. signif.* Festus vero *Libro XI.* MAGISTRARE, ait, *regere vel temperare est.* MAGISTRARE *est moderari. Vnde non solum doctores artium, sed etiam pagorum, societatum, vicorum, collegiorum, equitum dicuntur: quia omnes hi magis ceteris possunt.* [Addatur tamen Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 300. sequ.*]

¶. 2. Latissime ergo patet hoc vocabulum, quippe qood plerisque, qui vel publico officio, vel priuato ministerio fungebantur tribui solebat. Tales MAGISTRI sdmissionum; *l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron.* [Vid. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. 11. p. 611. sequ.*] MAGISTER aeris, *l. vn. C. de annon. et capitat. administrat.* MAGISTRI agentium in rebus: *l. 4. C. de agent. in reb. Lib. XII.* qui et MAGISTRI inter sgeotes *Constit. Iustin. de Iustiniani Codice confirm. §. 2.* MAGISTRI bonorum vocabantur, qoi bonis debitoris distrahendis communi creditorum consensu praeficiebsntur. Nam quum in ea caussa erant debitoris bona, vt venirent; solebant creditores eligere voum, per quem bona distrahetentur. *l. vlt. D. de curat. bon. dand.* qui MAGISTER dicebatur, vt tradit Theophilus *ad princ. Inst. de succ. subl.* Quo loco de creditoribus in possessionem bonorum debitoris latitantis missis sgens: Παρελθουσῶν ἐκείνων τῶν ἡμερῶν ἐγίνετο δευτέρα προσέλευσις ὑπ' αὐτῶν αἰτούντων, ὥστε αὐτοῖς ἐξουσίαν εἶναι, ἕνα ἐξ αὐτῶν προβάλλεσθαι, τὸν ὀφείλοντα διαπωλῆσαι τὴν οὐσίαν· Ἐπειδὴ γὰρ δυσχερὲς ἦν πάντας συνιέναι κατὰ ταυτὸν καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐχειροτόνουν ἐξ αὐτῶν ἕνα, ὅστις ἐλέγετο ΜΑΓΙΣΤΡΟΣ, καὶ λοιπὸν αὐτὸς συνεφώνει τοῖς βουλομένοις ἀγοράσαι. *Quibus elapsis diebus, rursus adibant praetorem, petentes, vt sibi liceret vnum ex numero suo constituere, qui debitoris patrimonium diuendere deberet. Nam quum molestum esset, quotidie omnes conuenire, vnum ex numero suo creabant, qui dicebatur* MAGISTER. *Et de cetero ille cum iis, qui emere vellent, contrahebat.* Et ita MAGISTRVM accipe apud Ciceron. *Lib. I. ad Attic. Epist. 1. Lib. XII. ad famil. Epist. vlt. pro P. Quinctio Cap. XV.* Est in hoc verbo elegans iocus Ciceronis, a Quinctiliano *Lib. VI. Cap. 4* notatus in Plaetorium, Fonteii accusatorem, cuius matrem dum dixisset *ludum* postquam mortua esset, MAGISTROS habuisse, ait, quod infames feminae ad esm, dum in viuis sgeret, conuenire solitae essent, post mortem bona eius venirent. MAGISTER census: *l. 23. C. de testam. l. 30. C. de donat. l. 32. C. de Episc. et cler. l. 18. C. de testam. l. vlt. C. de iur. emphyteut.* MAGISTER census, vir clarissimus. *l. 32. C. de donat.* Ita dicti, apud quos professiones edebantur, testamenta ceteraque instrumenta publicabaotur, non aliter, quam hodie apud graphiarios insinuationum, vt et *Nouella XLIV. Cap. 1. §. 4.* probst. Quod ipsum in monicipiis apud defensores fiebat, id ipsum, testante *Nouella XVI.* Vetus Glossarium bibliothecae regiae: ΜΑΓΙΣΤΡΟΣ *κένσου, ἄρχων τῆς ἀναγραφῆς.* [Adde Iac. Guther. *Lib. III. de offic. dom. Aug. Cap. 9. p. 591*] MAGISTERIVM *conuiuii* dixit Cicero *in Catone Cap. XIV.* quod *symposiarchiam* Graeci vocant. MAGISTRI curiae, apud Plaut. *Aulul. Act. I. scen. 4.* MAGISTRI dispositionum: *l. 2. C. Theod. de prox. comit. dispos.* MAGISTRI epistolarum, *l. 14. C. Theod. de extraord. et sordid. mun.* Spartian. *in Hadr. Cap. XI.* Sidon. Apollinar. *Lib. IX. Epist. 13.* Hi legationes ciuitatum, consultationes et preces tractabant. Erant et MAGISTRI Epistolarum Graecarum, qui, vt Mariani *Notitia* habet, eas epistolas

MAG.

stolas, quae Graece solebant emitti, aut ipsi dictabant, aut Latine dictatas transferebant in Latinum sermonem. MAGISTER equitum olim dictus, qui a Dictatore nominabatur, eique adiungebatur. Varro *Lib. IV. de lingu. Latin.* MAGISTER *equitum dicebatur, quod summa potestas huius in equites, et accensos, vt est summa in populum dictatoris, a quo is quoque* MAGISTER *populi est adpellatus.* Pomponius in *l. 2. §. 19. D. de orig. iur. Dictatoribus* MAGISTRI *equitum iungebantur, quomodo regibus tribuni celerum, quod officium fere tale erat, quale hodie praefectorum praetorio.* Aurelius Arcadius in *l. 1. D. de offic. praef. praet. Quum apud veteres dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur, et* MAGISTROS *equitum sibi eligerent, qui adsociati participales curae militiae gratia, secundam post eos potestatem gererent.* Sed et insequentibus temporibus, qui exercitum ducebant, dicebantur MAGISTRI equitum et peditum: *l. 38. C. Theod. de decur. l. 7. C. Theod. de re milit. l. 5. C. Theod. de numer. act. et scrin. l. 2. C. Th. de gladiat. l. 44. C. Th. de cursu publ.* MAGISTER equitum et peditum, vir illustris. *l. 30. C. Theod. eod. tit.* MAGISTER militiae equestris et pedestris militiae, vir illustris. *d. l. 44. C. Theod. de curs. publ.* MAGISTRI equitum speciatim fit mentio *l. 1. C. Theod. de bon. milit. l. vn. C. Theod. de praef. vrb.* MAGISTER libellorum, in *inscriptione l. vn. D. de offic praef. praet. l. 14. C. Theod. de extraord. siu. sord. muner.* Ludi litterarii MAGISTRI; *l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit.* Ascon. Paedian. *in Diuinat.* MAGISTRI *ludi dicuntur, qui primas litteras docent.* MAGISTRI memoriae, epistolis vel libellis praeerant. *l. 11. C. de excus. mun. Lib. X. tit. 47.* et apud Ammian. Marcell. *Lib. XXVII. Cap. 12.* (vbi tamen legitur MAGISTER *armorum*:) Trebell. Pollion. *in Claud. Cap. VII.* et D. Augustin. *Epist. LV.* Hi, vt est *in Notit. imp.* adnotationes omnes dictabant, et emittebant, sed et precibus respondebant. Eumenius rhetor *in Orat. pro schol. instaur. Cap. XI.* MAGISTRVM se sacrae memoriae fuisse, et trecenta sestertia annua accepisse, scribit. [Plura vide apud Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. 3.*] MAGISTRI militiae vtriusque: *l. vn. C. Theod. de offic. iud. milit. l. 6. C. Theod. de domest. et protect. l. 12. C. Theod. de veteran.* vtriusque militiae, vir illustris: *l. 24. C. Theod. de erog. milit. annon.* MAGISTER militiae per orientem: *l. 36. C. Theod. eod. tit.* Atque ex his MAGISTRIS, vt ex Mariani *Notitia* liquet, quatuor erant *praesentales*, siue *in praesenti*, duo in oriente, totidem in occidente. His adiuncti erant alii *equitum* et *peditum* per orientem, *equitum* et *peditum* per Thraciam, *equitum* et *peditum* per Illyricum, *equitum* et *peditum* per Gallias. Iidem sunt MAGISTRI militum, qui et στρατηλάται, in Nouellis, quorum crebra in nouissimis constitutionibus fit mentio, in quibus *eminentissimi*, et *magnifici*, *excelsi* et *illustres* adpellantur. *l. 8. C. de defens. ciuit. l. 2. §. 20. et 24. C. de offic. praef. praetor.* Eos in locum legatorum, qui ex consulatibus ad exercitus mittebantur, substitutos, Veget. *Lib. II. Cap. 9.* scribit. MAGISTER militum, vir illustris: *l. 18. C. Theod. de decurion. l. 81. C. Theod. de tiron. Nouell. Theodos. et Valent. de ambit. et loc.* eminentissimus: *d. Nouell. vnic.* MAGISTER militum per Armeniam: *l. 5. C. de offic. mag. milit.* per Orientem: *l. 15. C. Theod. de numer. act. et scrin.* [MAGISTER militum praesentialium: *rubr. l. 18. C. de re milit.* vbi videndus Coiacius.] per Thracias: *l. vn. C. Theod. de lusor. Danub. l. 10. 11. 12. C. Theod. de re milit. l. 12. l. 34. C. Theod. de erog. milit. annon. l. 17. C. Theod. de desertor. et occult. eor. l. 9. eod. Cod. de veteran.* Vocatur vir illustris. *l. 3. C. Theod. de com. rei milit.* Plane, quem Socrat. *Lib. II. Hist. eccl. Cap. 13.* στρατηλάτην ἐπὶ τὰ Θρᾴκια πεμπόμενον μέρη, *praefectum militum ad oras Thraciae missum*, narrat, Cassiodor. *Lib. IV. Hist. tripart. Cap. 13.* MAGISTRVM *militum* vertit. Habebant autem hi inter militares viros et priuatum actorem, etiam ciuilium quaestionum audiendarum facultatem. *l. 6. C. de iurisd. omn. iud.* Hinc ad MAGISTROS militum militaris persona referenda. *l. 2. C. Theod. de exhib. et transm. reis.* MAGISTROS nauis dicimus, qui naui praesunt, et quibus totius nauis cura mandata est: qui naui ab exercitore sunt praepositi, nauemque exercent: *l. 1. §. 2. D. naut. capon. stabul. l. 1. §. 1. D. de exercit. act. l. 2. pr. §. pen. D. ad leg. Rhod. l. 1. §. 1. D. de praescr. verb. l. 13. §. 2. D. locat. l. 14. §. vlt. D. de furt. l. 11. §. 2. D. de publican. et vectig. l. 4. C. de instit. l. 3. C. de naufrag. l. 37. C. Theod. de nauicular.* Liu. *Lib. XXIX. Cap. 12. Vt ex omnibus nauibus gubernatores et* MAGISTRI *nauium in forum conuenirent.* Plaut. *Trinum. Act. II. scen. 1.* MAGISTER *mihi exercitor animus tunc est.* MAGISTER officiorum: *l. 1. C. Theod. de quaest. et mag. officior. l. 6. C. Theod. de prox. com. disp. l. 3. l. 4. l. 9. l. 14. et aliis sequent. C. Theod. de ag. in reb. l. 6. C. Theod. de curios. l. 49. C. Theod. de curs. publ. l. 17. l. 18. C. Theod. de medic. et profess. l. 3. l. 4. l. 5. C. Theod. de fabric. et alias saepe.* MAGISTRI vero officiorum in oriente vnus, in occidente alter: *l. 2. l. 3. pr. C. vbi senat. l. 38. C. de adpellat. l. 2. C. de temp. et repar. adpell. l. 2. C. de his, qui per met. iud.* Ammian. Marcell. *Lib. XXVI. Cap. 5.* Ambros. *Lib. VII. Epist. 53. et de Offic. Lib. II. Cap. 22.* Niceph. *Lib. VIII. Hist. eccl. Cap. 10.* Cassiodor. *in inscriptione Lib. X. Var. Cap. 33.* MAGISTRI officiorum in comitatu principis. *l. 9. C. Theod. de cursu publ.* Sub horum dispositione erant fabricae, itemque scrinia memoriae, scilicet libellorum, epistolarum, et dispositionum: scholae item scutariorum, armaturarum, gentilium, seniorum et iuniorum, agentium in rebus, et deputatorum eiusdem scholae, item lampadarii, admissionales, et cancellarii, curiosi per omnes prouincias. Denique ad eum cursus publici potestas spectabat, vt adparet ex *l. 9. C. de curs. publ. Lib. XII.* [Vocatur etiam ἁπλῶς MAGISTER, in *l. vlt. §. vlt. C. de delator. l. 4. C. Theod. de primicer. et notar. Lib. VI. tit. 10.*] MAGISTER *pecoris*, teste Seru. *in Aen. VII. v. 484. est, ad quem omnia pertinent animalia. Cicero: nominat hominem, quem* MAGISTRVM *pecoris dicebat.* Qui locus Ciceronis habetur *in Orat. V. in Verr. Cap. 7.* vbi tamen vulgo legitur: *Nominat seruum.* At Varro pecoris MAGISTRVM adpellat *eum, qui pecori praeest,* quum ita scribit *Lib. II. de re rust. Cap. 10. Esse omnes sub vno* MAGISTRO *pecoris, eum esse maiorem natu quam alios, et potiorem, quam reliquos.* Virgil. *Eclog. III. v. 101.*

Idem

Idem amor exitio est pecori, pecorisque MAGISTRO.

Ouid. *Lib. IV. Fastor. v. 747.*

Consule dic pariter pecori, pecorisque MAGISTRIS.

Sic et *ouium* MAGISTROS dixit idem Virgil. *Eclog. II. v. 33.* MAGISTER pagorum, in Inscriptionibus antiquis, et apud Sicul. Flacc. *de condit. agr. p. 11. et p. 29.* et in *fragmento*, quod ei ex *libris* Magonis et Vegoiae *adiunctum est p. 255.* MAGISTER populi olim dictus dictator, teste Cicerone *Lib. III. de finib. Cap. 22.* Quod ex Auguralium librorum auctoritate Seneca *Epist. CVIII.* comprobat, testimonium etiam illud adferens, quod, qui ab eo nominabatur, eique iungebatur, MAGISTER *equitum* vocatus sit. MAGISTER rei priuatae: *l. 5. C. vbi causs. stat. l. 2. C. Theod. de iur. fisc.* MAGISTER scrinii apud Eutrop. *Lib. VIII. Cap. 14.* et Cassiod. *in Inscript. Lib. VI. Var. Cap. 13. et 14. l. 7. pr. C. de diuers. rescript. l. 39. §. 1. C. de adpell. l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron. rubr. et l. vn. C. Theod. de magistr. scrin.* MAGISTRIS autem scriniorum suberant MAGISTRI memoriae, epistolarum et libellorum. [Vid Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. 3.* et *Lib. II. Cap. 10. p. 374.*] MAGISTER scrinii libellorum. *Constit. de Iustin. C. confirm. §. 2. Nouell. Valent. tit. 3.* Hi cognitiones et preces tractabant. [De his quoque Guther. *ibid.*] MAGISTROS scripturae adpellabant, qui eius vectigalis societati praeerant. Cic. *Lib. XIII. ad Famil. Epist. 63.* *Qui operas in scriptura pro* MAGISTRO *dat.* Idem *Lib. V. ad Attic. Ep. 15. extr.* *Pro* MAGISTRIS *scripturae et portus et nostrarum dioecesium.* Idem *in Verr. II. Cap. 74.* *Quum esset* MAGISTER *scripturae, et societatis.* Et *Orat. II. Cap. 70.* *In scriptura Siciliae pro* MAGISTRO *est, quidam L. Carpinatius.* MAGISTER societatum: *l. 14. D. de pact.* Cicero *Lib. XIII. ad famil. Epist. 19.* Idem *pro Planc. Cap. XIII.* *Maximarum societatum auctor, plurimarum* MAGISTER. MAGISTER studiorum: *l. 7. C. de profess. et med. Lib. X.* studiorum liberalium: *l. 37. pr. C. de inoff. test. l. vn. pr. et in fin. C. de stud. lib. vrb. Rom. Lib. XI. tit. 18.* MAGISTRI, qui ciuilium munerum vacationem habent. *l. vlt. §. vlt. D. de mun. et honor.* MAGISTRI vestium: *l. 14. C. de murilegul. Lib. XI. tit. 7.* MAGISTRI priuatae vel lintеariae vestis. *l. 14. C. eod. tit.* MAGISTRI vicorum, apud Sueton. *in Aug. Cap. XXX.* et *Cap. vlt.* quos vno vocabulo *vicomagistros* Publ. Victor adpellat. Ascon. *in Orat. contra Pison.* *Solebant autem* MAGISTRI *collegiorum ludos facere, sicuti* MAGISTRI *vicorum.* Dicti hi etiam σενοπάρχοι, quales singulis vrbis vicis praeerant. Grut *p. CCXLIX, 8.* MAGISTRI VICORVM VRBIS REGIONVM XIII. Et Gud. *p. XXVI. n. 6.* MAGISTER TRIVII VICI AVRELII. HEIN. MAGISTER vniuersitatis. *l. 9. D. rat. rem habit.* ¶. 3. MAGISTROS etiam pro custodibus accipi Seru. *in Lib. V. Aen. v. 669.* notat, citatque illud Terent *in Phorm. Act. I. scen. 22. v. 2.* Me filiis relinquunt, quasi magistrum.

MAGISTERIVM, pro dignitate magistri qualicumque, vel magisteria potestate. *l. 2. Cod. Theod. de quaest. magistr. off.* MAGISTERIA,

inquit Festus, *dicuntur in omnibus rebus, quae magis ceteris possunt.* Sic MAGISTERIVM admissionum: *l. 12. tit. II. Lib. VI.* MAGISTERII dignitas: Cassiodor. *Lib. III. Variar. Cap. 12.* MAGISTERIVM equitum peditumque: *l. 2. C. Theod. de praef. praet. siu. vrb.* MAGISTERII honor: Cassiod. *Lib. I. Var. Cap. 13.* MAGISTERIVM militare: *l. vn. C. Theod. de praef. sacri cubiculi l. 25. C. de procurat.* municipale: Sueton. *in Octau. Cap. III.* palatii: Eumenius *Orat. pro schol. instaur. Cap. XI.* Formulam huius magisterii habes apud Cassiod. *Lib. VI. Var. Cap. 6.*

MAGISTERIVS, A, VM. MAGISTERIA dignitas: Cassiod. *Lib VI. Var. Cap. 6.* MAGISTERIA potestas: *l. 6. C. de iurisd. omn. iudic. l. vlt. C. vbi quis de curial. vel cohort. l. 5. C. vbi senator. l. 33. C. de adpellat. l. 20. C. de fid. instrum. l. vlt. C. de offic. milit. iudic. l. 1. C. Theod. de lusor. Danub. Nouell. Theodos. et Valent. vn. de ambitu et loc. limit.* MAGISTERIA militum potestas: *l. 16. C. Theod. de metat.* Suidas μαγιστερίαν ἀρχὴν, *magisterialem magistratum* vocat.

MAGISTRATVS, per deriuationem a *magistris* ita nominatos, Paullus scribit in *l. 57. pr. D. de verb. signif.* Festus: MAGISTRATVS *a magistrando dictos*, ait, *qui per imperia potentiores sint, quam priuati.* Addit: *Quae vox duabus significationibus notatur. Nam aut personam ipsam demonstrat, vt, quum dicimus:* MAGISTRATVS *iussit, aut honorem, vt, quum dicimus: Titio* MAGISTRATVS *datus est.* Cic. *Lib. III. de Legib. Cap. 1.* MAGISTRATVS *hanc esse vim*, ait, *vt praesit, praescribatque recta, et vtilia, et coniuncta cum legibus. Vt enim* MAGISTRATIBVS *leges, ita populo praesunt* MAGISTRATVS, *vereque dici potest,* MAGISTRATVM *legem esse loquentem, legem mutum* MAGISTRATVM. Idem *pro Cluent. Cap. 3.* *Legum*, inquit, *ministri* MAGISTRATVS. ¶. 2. MAGISTRATVS porro Romae hos habitos esse Pomponius in *l. 2 D. de orig. iur* tradit, *dictatores, consules, censores, praetores, aediles, tribunos plebis, quaestores, decemuiros, praefectum vrbi, tribunos militum.* Alios autem fuisse, qui, etsi magistratus non essent, extra ordinem tamen vtilitatis caussa constituti, ius dicebant, vt *praefectum annonae, ac praefectum vigilum*, de quibus accipiendum est, quod in *l. 7. in fine D. de offic. procons.* scribitur. Atque horum MAGISTRATVVM alii MAIORES erant, qui imperium potestatemque aliquam habebant, quique coercere aliquem poterant, et iubere in carcerem duci: alii MINORES, qui sine imperio et sine potestate erant. *l. 2. D. de in ius vocand. l. 12. §. 1. D. de iudic. l. 26. §. 2. D. ex quib. causs. maior. l. 32. D. de iniur. l. 18. pr. D. de minor.* Quinam autem MAGISTRATVS MAIORES vel MINORES olim censerentur, vide apud Gell. *Lib. XIII. Cap. 14.* ¶. 3. MAGISTRATVS vtique populi Romani proprie et strictissime dicebantur, qui in vrbe ius dicebant: [*l. 2. §. 33. D. de orig. iur.*] eaque de caussa a praesidibus prouinciarum separantur. *l. 3. §. 1. D. quod met. causs. l. 131. §. 1. D. de verb. signif.* Ex eadem ratione

tione MAGISTRATVS distinguuntur a *potestatibus*, eaque nomina, vt diuersa disiungi snimaduertimus, *l. 1. §. 1. D. quod quisqu. iur. l. 20. D. de statu hom. l. 1. D. de leg. Iul. repetund.* quod non omnes, potestate publica praediti, MAGISTRATVVM nomen obtineant. Sic *l. 13. D. de iurisd.* MAGISTRATVS, *vel is, qui in* POTESTATE *aliqua sit, vt puta proconsul, vel praetor, vel alii, qui prouincias regunt.* Et idcirco, qui in prouincias cum imperio mittebantur non consules, praetores, quaestoresue adpellabantur, sed *pro consule, pro praetore, pro quaestore*, quod eorum vicem in prouinciis repraesentarent, ac postea coalescentibus in vnum vocabulis, *proconsules, propraetores, proquaestores* dicti sunt. Videntur hic quaedam emendatione indigere. Neque enim vsquequaque verum est, eos, qui prouinciis praefuerunt, dictos esse *pro consule* vel *pro praetore.* Immo potius initio in prouincias mittebantur soli praetores, vt et ius dicerent, et, si res cogeret, bellum administrarent. Ex eaque ratione et numerus praetorum cum ipso prouinciarum numero creuit, vti recte obseruauit Pomponius *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* Postea exortis in vna alteraue prouincia bellis ac tumultibus paullo grauioribus, prouinciae quaedam ipsis etiam consulibus decerni coeperunt. Ex eo ergo tempore aliae erant prouinciae consulares, aliae praetoriae. Si vero aliquando visum esset Senatui, prorogare his imperium, vt exacto etiam anno magistratus in prouinciis manerent, (quod postremis liberae reipublicae temporibus frequentius, quam reipublicae expediret, contigisse nouimus :) tunc demum *pro consule*, vel *pro praetore* prouinciam regere dicebantur. Eaque nomina et tunc manserunt, quum exacto consulatu, vel exeunte praeturae anno, certae prouinciae exconsulibus, vel expraetoribus, decerni coepissent. Rem accurate, si quis alius, exposuit Car. Sigon. *de iur. antiqu. prouinc. Lib. II. Cap. 1. p. 266. sequ.* HEIN.

¶. 4. Ceterum sd magistratus Rumsnos pertinent loci sequentes: Quoad MAGISTRATV abeat: *l. 32. D. de iniur.* Ad curam principis MAGISTRATVVM creatio pertinet, non ad populi fauorem: *l. vn. pr. D. ad leg. Iul. de ambit.* Princeps, qui ei MAGISTRATVM dedit, omnia gerere decreuit: *l. 57. D. de re iud.* MAGISTRATVS deferre: Paull. *Lib. V. sent. 13. §. 3.* (Immo potius ibi legitur: *reum quem deferre maiestatis.* HEIN.) Quum in MAGISTRATV esset: *l. 4. §. vlt. D. de leg. Cornel. de sicar.* Si reus in MAGISTRATV sit: *l. 12. D. iudic. solu.* Si quis filiusfamilias sit, et MAGISTRATVM gerat. *l. 13. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Per MAGISTRATVS factum quid censeatur, in edicto, *ex quibus causs. maior.* vid. *l. 26. §. 4. D. eo tit.* At in *l. 81. §. 1. D. de solut.* longe alia mente per MAGISTRATVM facere dixit Pomponius, idest, interuentu MAGISTRATVS. Apud MAGISTRATVS interrogatus. *l. 24. D. de leg. Corn. de fals.* MAGISTRATVS superiore, aut pari imperio, quibus opponuntur *inferiores* in *l. 4. D. de recept. arbitr.* Imperio MAGISTRATVS fit adoptio: *l. 2. pr. D. de adopt.* Viarum vrbicarum cura pertinet ad MAGISTRATVS. Si viae publicae exemtus commeatus sit, vel coarctata: interueniunt MAGISTRATVS: *l. 2. §. 24. D. ne quid in loc. publ.* MAGISTRATVS

populi Romani: *l. 4. §. 1. D. de interreg. in iur. fac. l. 20. pr. D. de tut. et curat. dat. l. 15. pr. D. de re iudic. l. vlt. D. quis et a quo adpell.* Vtrum posito MAGISTRATV, an quamdiu est in MAGISTRATV, *l. 32. D. de iniur.* In aliquo MAGISTRATV positus: *l. 3. §. vlt. D. de recept. arbitr.* Retentus a MAGISTRATV: *l. 2. §. vlt. D. si quis caution.* MAGISTRATVS Romae: *l. 12. §. 1. D. de iudic. l. 12. D. de offic. praesid.* MAGISTRATVS, qui Romae reipublicae caussa operam dant. *l. 6. D. ex quib. causs. maior. vigint. quinqu.* ¶. 5. Alii erant MAGISTATVS *municipales*; *l. 3. l. 19. §. 1. D. de tut. et curat. dat. l. 35. §. 1. D. de obl. et action. l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill. l. 12. D. de iurisd. l. 1. §. 6. l. 4. D. de fugitiu.* qui et MAGISTRATVS municipii dicuntur. *l. 38. D. de negot. gest.* Atque generali MAGISTRATVVM nomine municipales isti intelligendi sunt. *l. 26. D. de negot. gest. l. 11. §. 1. l. 13. l. vlt. §. 2. D. ad municipal. l. 35. §. 1. D. de obl. et act. l. 1. §. 6. l. 4. D. de fugitiu. l. 15. §. 39. D. de iniur. l. 1. §. 3. D. de magistr. conuen. l. 2. §. 23. D. ad SC. Tertull.* et apud Paull. *Lib. II. Sent. tit. 25. §. 4.* Tales MAGISTRATVS in plerisque municipiis duumuiri, [veluti *l. 3. D. qui pet. tut. vel curat. l. 1. §. 9. D. de magistr. conuen. l. 3. C. eod. tit.*] in aliis aediles, et dictatores dicebantur. ¶. 6. Ad hos ergo magistratus municipales pertinent sequentia: A MAGISTRATV nostro flagellis caesus: *l. 17. §. 2. D. de iniur.* A MAGISTRATIBVS castigari: *l. 17. §. 1. D. qui et a quib. manum. lib.* MAGISTRATVS census Antiochenae per Syriam ciuitatis: *l. 169. C. Theod. de decurion.* MAGISTRATVS ciuitatis: *l. 3. C. Theod. de superexact.* MAGISTRATVS et ordines ciuitatum. *l. 5. C. Theod. de exhib. et transmitt.* MAGISTRATVS patriae: *l. 36. pr. D. ad municipal.* reipublicae. *l. 6. D. de administr. rer. ad ciu. pert.* MAGISTRATVM petere in municipio. *l. vn. §. 1. D. de leg. Iul. de amb.*

MAGNIFICERE, pro magnifacere, Florentiae legitur *l. 1. §. pen. D. quod vi aut clam.* ceu noster in *Parerg. §. LV.* notauit. Eodem modo *aedifacere*, dicunt veteres iurisconsulti pro aedificare, *signifacere*, pro significare, ceu suis locis ostenditur. Sed vereor, ne haec forma librariis potius, quam iurisconsulto, debeatur. HEIN.

MAGNIFICENTIA, a Cicer. *Lib. II. de inuent. Cap. 54.* definitur *rerum magnarum et excelsarum cum animi ampla quadam et splendida propositione agitatio atque demonstratio.*

MAGNIFICVS, A, VM. MAGNIFICORVM titulus tribuitur praefectis praetorio, magistris militum, magistris officiorum, magistris inter agentes, quaestoribus, et comitibus domesticorum. *l. 16. C. de testam. milit. l. vlt. §. 1. C. vbi senator. l. 33. C. de adpellat. l. 8. C. de defens. ciuit. l. 6. l. 17. pr. et §. 1. C. de aduoc. diuers. iudicior. Const. Iustin. de Codice confirm. §. 2. et §. 3. prooem. Instit.* Ita MAGNIFICOS viros et iudices interpretabimur, *l. 32. §. 5. l. 34. C. de adpellat.*

MAGNITVDO aeris alieni: *l. 36. D. de bon. libert.* aquarum: *l. 23. D. de reg. iur.* doliorum; *l. 3. §. vlt. D. de trit. vin. ol.* facinorum: *l. 5. C. de malef. et mathem.* fluminis; *l. 2. §. 7. D. si quis caut. l. 17. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu.* impendiorum; *l. 15. D. de impens. in res dot. fact.* loci: *l. 60. pr. D. de verb. sign.* operis: *l. 14. D. de damn. infect.* patrimoniorum: *l. 17. pr. D. de excusat.* pecuniae: *l. 30. D. de legat. II.* ponderis: *l 1. §. 21. D. de adquir. vel amitt. possess.* MAGNITVDO rei, quam actor restituendam esse petit. *l. 234. §. 1. D. de verb. signif.* tempestatis: *l. 2. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* MAGNITVDO vulneris. *l. 8. D. de iniur.*

MAGNVS, A, VM, et de personis et de rebus dicitur. De personis; vt amita MAGNA, id est, aui soror: *l. 1. §. 6. et l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin* MAGNA amita, et matertera: *l. 17. §. vlt. D. de administr. et peric. tut.* MAGNVS Antoninus. vid supra *Lib. I. in* ANTONINVS. Auunculus MAGNVS, auiae frater, patruus MAGNVS, aui frater: *d. l. 1. §. 6. de grad. et adfin.* socer magnus vxoris auus, vel mariti auus: socrus MAGNA auia vxori meae. *l. 4. §. 6. eod. tit.* Festus: MAGNVM *socerum adpellat vir vxoris suae auum*; MAGNAM *socrum vir vxoris suae auiam adpellat.* ¶. 2. De rebus porro; vt MAGNA captio: *l. 43. D. ad leg. Aquill.* MAGNA caussa: *l. 10. D. de mun et honor.* [Nisi MAGNA caussa suadeat, et idoneae probationes suggerant: *l. 27. § 1. in fine D. de fideic. libert*] Ex MAGNA et idonea caussa: *l. 4. §. 3. D. de re iudic l. 4. §. 3. D. de in lit. iur.* Neque enim MAGNVM damnum est: *l. 21. D. de iudic.* MAGNI facere: *l. 4. § 5. D. de offic. proconf.* Non MAGNA machinatio: *l. 14. D. de dol. mal.* MAGNA negligentia: *l. 226. D. de verb. signif. l. 1. §. 5. D. de oblig. et act.* MAGNA pars patrimonii: *l. 5. D. de mun. et honor.* MAGNA possessio: *l. 5. §. 10, D. de reb. cor.* MAGNI pretii esse: *l. 14. §. 10. D. de furt.* MAGNO pretio redimitur seruus; *l. 22. §. 5 D. de leg. Corn. de fals.* Tam MAGNAM rem: *l. 6. pr. D. de poen.* MAGNA verecundia *l. 91. D. de furt.* MAGNA vi cogente: *l. 49. §. vlt. D. ad leg. Aquill.*

MAGVS, sortilegus. MAGI in quacumque parte sint terrarum, humani generis inimici credendi sunt. *l. 7. C. de malef. et mathem.* MAGI viui exuruntur. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 17.*

MAL

MAIESTAS, ait Festus, *a magnitudine dicta*, quam ex iustis honoris et reuerentiae nuptiis procreatam, nec vllo vmquam tempore paruulam, sed, statim atque in lucem edita fuit, magnam exstitisse, Ouidius *Lib. V. Fastor. v. 23. seqq.* eleganter fingit et fabulatur. Tribuitur illa Deo. *l 32 §. 4. D. de recept. arbitr.* Cicero *de diuinat. Lib. I. Cap. XXXVIII.* *Dii non censent esse suae* MAIESTATIS *praesignificare hominibus, quae sunt futura.* Et paullo post; *Neque hoc alienum ducunt* MAIESTATE *sua.* Idem *Lib. II. de Nat. Deor. Cap. 38.* *Sustinendi muneris propter imbecillitatem difficultas non cadit in* MAIESTATEM *Deorum.* ¶. 2. MAIESTAS etiam tribuitur populo Romano. *l. 7. §. 1. D. de captiu. et postlim.* MAIESTAS, inquit Cicero *in Partit. orat. Cap. XXX. est magnitudo quaedam populi Romani in eius potestate ac iure retinendo.* MAIESTATEM porro hanc *in imperio esse, atque omni populi Romani dignitate*, tradit Quinctilian. *Lib. VII. Inst. orat. Cap. 4.* Idem Cic. *de Orat. Lib. II. Cap. 39. Si* MAIESTAS *est amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui exercitum hostibus populi Rom.* tradidit. Polyb. *in Excerpt. de Legat. Cap. XXVIII.* MAIESTATEM populi Romani δυναςείαν δήμου τῶν Ῥωμαίων, *summam populi Romani potestatem* vertit. Cicero *Lib. II. de Inuent. Cap. 17.* MAIESTATEM *minuere definit, de dignitate aut amplitudine, aut potestate populi, aut eorum, quibus populus potestatem dedit, aliquid derogare.* Idem, siue quis alius Auctor *ad Herenn. Lib. II. Cap. 12.* MAIESTATEM *is minuit, qui ea tollit, ex quibus rebus ciuitatis amplitudo constat.* *Quae sunt ea: Quae capiunt suffragia populi, et magistratus consilia.* Et mox: MAIESTATEM *is minuit, qui amplitudinem ciuitatis detrimento adficit.* Huc et sequentia pertinent: MAIESTATIS crimen illud est, quod aduersus populum Romanum vel aduersus securitatem eius committitur, quo tenetur is, cuius dolo malo consilium initum erit, quo obsides iniussu principis interciderent, quo armati homines cum telis lapidibusue in vrbe sint, conueniantue aduersus rempublicam, locaue occupentur, vel templa quoue coetus conuentusue fiat, hominesue ad seditionem conuocentur: cuiusue opera consilioue malo consilium initum erit, quo quis magistratus populi Romani, quiue imperium potestatemue habet, occidatur, quoue quis contra rempublicam arma ferat: quiue hostibus populi Romani nuncium litterasue miserit, signumue dederit, feceritue dolo malo, quo hostes populi Rom. consilio iuuentur aduersus rempublicam: quiue milites sollicitauerit, concitaueritue, quo seditio tumultusue aduersus rempublicam fiat. *l. 1. §. 1. D. ad leg. Iul. maiest.* MAIESTAS publica: *l. 3. D. ad leg. Iul. maiest.* Lentulus apud Ciceron. *Lib. XIII. ad familiar. Epist. 15.* querens, se a Rhodiis, contra foedus, vrbe, portu, statione, commeatu, aqua prohibitum, vix cum singulis nauigiolis receptum: *Quam*, inquit, *indignitatem, deminutionemque* MAIESTATIS *non solum iuris nostri, sed etiam imperii populique Romani, idcirco tulimus.* Quinctilian. *Lib. IV. Inst. orat. Cap. 4.* MAIESTATEM *minuit C. Cornelius. Nam codicem tribuni plebis Ipse pro concione legit.* Idem *Lib. V. Cap. 10.* *Iniuriam fecisti; sed quia magistratui*, MAIESTATIS *actio est.* ¶. 3. MAIESTAS et Imperatoribus vel principibus tribuitur. Sic MAIESTAS Augusta: *l. 4. C. de iur. fisci Lib. X.* imperatoria: *l. 1 C. de thesaur. Lib. X. et pr. Inst. prooem.* MAIESTATIS crimen, quod ad principis salutem pertinet: *l. 1. C. de quaest.* Olim autem, vt Tacit. *Lib. I. Ann. Cap. 72.* scribit, in iudicium MAIESTATIS haec tantum crimina veniebant, si quis proditione exercitum, aut plebem seditionibus, denique male gesta republica MAIESTATEM populi Romani minuisset. Facta arguebantur: dicta impune erant: quae postea etiam in iudicium vocari solebant. Sub malis principibus semper acerrime vindicatum, quidquid principibus displicebat.

cebat. Qui eorum imaginem non habebat, aut ei non diuinos habebat honores, qui numum eorum vultu notatum in latrinam secum tulerat, qui non iurauerat per genium et salutem principis, maiestatis fiebat reus. Plura eius lanienae exempla prodidit Tacitus: plurima rerum Christianarum scriptores, nam et Christiani eius criminis insimulabantur. Sed hos vel Plin. *in paneg. Cap. XLII.* absoluit, dum ait: *Locupletabant et fiscum, et aerarium, non tam Voconiae et Iuliae leges, quam* MAIESTATIS *singulare et vnicum crimen eorum, qui crimine vacarent.* HEIN. MAIESTAS regia: *l. 1. C. vt nemo priuat.* ¶. 4. Sed et magistratibus MAIESTAS tribuitur. [*consulis designati* MAIESTAS: Cicero *Philipp. XIII. Cap. 9. Magnum nomen est, magna dignitas, magna* MAIESTAS *consulis.* Cicero *in Pison. Cap. XI.*] MAIESTAS praetoris: *l. 9. D. de iurisdict. l. 33. D. de iniur.* Vbicumque praetor salua MAIESTATE imperii sui, saluoque more maiorum ius dicere constituit, is locus recte ius adpellatur. *l. 11. in fine D. de iust. et iur.*

¶. 5. Praeterea et legibus MAIESTATEM attribui animaduertimus. [MAIESTAS enim sanctionis, est in *l. 80. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*

¶. 6. Denique et patribus, tamquam *familiarum suarum principibus*, vti vocat Vlpianus *Fragm. tit. IV. §. 1.* MAIESTATEM patriam tribuunt veteres variis locis, quos collegit Theod. Marcil. *in Interpretam. legum XII. Tab. Cap. XXIV.* HEIN.

¶. 6. Hinc MAIESTATIS crimen, quod *ἀσεβείας impietatis accusationem δίκην* vocat Dio *Lib. LVII. p. 607.* Sic MAIESTATIS accusare: *l. 14. §. 6. D. de bon. libert.* MAIESTATIS caussa damnati: *l. 1. D. de cadau. punit.* MAIESTATIS crimine accusari: *l. 10. D. ad leg. Iul. mai.* Illud contrahere et committere: *l. 5. D. eod. tit.* Eo crimine damnari: *l. 9. D. eod. tit.* Illud cui inferre: *l. 2. C. de reb. cred.* MAIESTATIS iudicium: *l. 20. D. de accusat.* Laesae MAIESTATIS quaestiones: *l. 8. D. ad leg. Iul. maiest.* Marcus Seneca *Lib. II. Controu. 2. Priuatus potest accusari* MAIESTATIS *laesae, si quid fecit, quo populi Romani* MAIESTATEM *laederet.* Et mox: *Is laedit populi Rom.* MAIESTATEM, *qui aliquid publico nomine facit.* Idem *Lib. IX. Declam. 2.* MAIESTATIS *laesae fit actio.* MAIESTATIS reus: *l. 22. D. de iur. fisc. l. vlt. D. ad leg. Iul. maiest.* Legis Iuliae MAIESTATIS reus: *l. vlt. D. ad leg. Iul. maiest.* Lege Iulia MAIESTATIS tenetur. Paull. *Lib. V. tit. 29. §. 1.*

MAIOR, VS, comparatiuus a magnus. MAIVS vero dicitur, quidquid antecellit, et eminet. Vnde MAIOR et *aequalis* separantur: *l. 14. D. de iurisd.* Sic et MAIOR *minori* oppositus, intelligitur, qui viginti quinque annos impleuit: *l. 3. §. vlt. l. 24. pr. D. de min.* Et qui eius aetatis sunt, MAIORIS aetatis esse dicuntur. *l. 23. D. eod. tit.* Sic aetas MAIOR: *l. 48. §. vlt. D. de minor. l. 5. §. 1. D. de his, quae vt indign. l. 11. C. de solut. l. 3. C. quib. non obiicitur.* MAIOR animaduersio: *l. 11. D. de offic. proconf.* MAIORA animalia: *l. 1. §. 2. D. de abig.* MAIOR, quam viginti annis: *l. 14. pr. D. de bon. libert.* MAIOR septuaginta annis non est, qui annum agit septuagesimum: *l. 3. D. de iur. immunit.* quemadmodum contra minor viginti annis non est, qui diem primum vicesimi anni agit. *l. 1. D. de manumission.* MAIOR aqua: *l. 1. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* MAIOR asperitas dominorum: *l. 1. §. 2. D. de his, qui sui vel alien. iur.* Auunculus MAIOR est proauiae frater, patris vel matris auunculus magnus: patruus MAIOR est proaui frater, patris, vel matris proauus magnus: amita MAIOR, proaui soror, patris vel matris amita magna. MATERTERA MAIOR, soror proauiae, patris vel matris matertera magna. *l. 1. §. 7. l. 10. §. 16. D. de grad. et adfin.* Festus: MAIOR *patruus est auiae patruus,* MAIOR *amita, aui et auiae amita:* MAIOR *auunculus, aui et auiae auunculus:* MAIOR *socer, vxoris meae proauus:* MAIOR *socrus, vxoris meae proauia.* MAIVS auditorium: *l. 54. §. vlt. D. de re iudic.* MAIOR casus, cui MAIOR vis iungitur. *§. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* MAIORE casu rem amittere: *l. 1. §. 4. D. de oblig. et action.* MAIORIS caussae occupatio: *l. 53. §. 2. D. de re iudic.* Per MAIOREM caussam minori praeiudicium fieri non oportet. MAIOR enim quaestio minorem caussam ad se trahit. *l. 54. D. de iudic.* MAIOR cautio interposita: *l. 2. C. de non num. pecun.* MAIOR centenario, in lege Papia dicebatur libertus, qui super sestertium centum millium rem seu patrimonium reliquerat, (quam summam tamen Iustinianus, ceu supra sub articulo CENTENARIVS ostensum est, in centum aureos commutauit. HEIN. *l. 16. §. 1. D. de iure patron. iuncto §. 1. Inst. de success. libert.* MAIOR curia, et *minor*: *l. 36. C. de decurion.* MAIORA delicta. *l. 5. §. 2. D. de poen.* MAIOR domus: *l. 38. §. 4. D. de legat. III.* MAIORES domus: *l. 38. §. 1. D. de damn. infect.* [vbi vtrobique domus sunt habitacula. Vnde diuersa significatio est illa, apud Francos recepta, quibus summi rerum administri, penes quos palatii, et aulae regiae, et totius regni cura erat, MAIORES *domus* dicebantur. De iis Car. du Fresne *Glossar. Lat. sub ea voce*, vt Petr. Faber. *Lib. I. Semestr. Cap. 1.*] MAIVS facinus admittere: *l. 3. §. 6. D. de tabul. exhib.* MAIOR natu filia: *l. 77. §. 21. D. de legat. II.* MAIOR filius et frater: *l. 21. §. vlt. D. de ann. legat.* MAIOR hereditas: *l. 41. §. 2. D. de euiction.* MAIORES honores: *l. 2. C. quemadm. ciuil.* quibus *minores* opponuntur: *l. 7. §. 22. D. de interd. et relegat.* MAIOR iniuria: *l. 7. §. 7. D. de iniur.* MAIOR iudex: *l. 1. §. 3. D. de adpellat.* cui minor opponitur: *l. 34. C. de adpell.* MAIORES iudices: *l. 32. §. 7. D. de recept. arbitr.* MAIOR magistratus, et *minor*: *l. 14. §. 5. D. de muner. et honor.* Quinam vero illi sint, supra sub voce MAGISTRATVS docui. Festus: MAIOR *magistratus consul dicitur.* MAIOREM *consulem L. Caesar putat dici, vel eum, penes quem fasces sunt, vel eum, qui prior factus sit: Praetorem autem* MAIOREM *vrbanum,* MINORES *ceteros.* MAIOR modius olei: *l. 26. §. 5. D. de condict. indeb.* MAIVS negotium: Suet. *Claud. Cap. XXII.* MAIOR numerus capitum: *l. 2. D. de rei vindic.* MAIORE parte anni: *l. 25. §. vlt. D. de instruct. vel instr.* MAIORE parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, si modo aduersarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis possederit. *l. 156. D. de verb. signif.* Quod pertinet ad haec interdicti VTRVBI verba: *Vtrubi hic homo, quo de agitur MAIORE parte huiusce anni fuit.*

fuit. In hoc enim interdictu potior est, qui maiore parte anni retrorsum numerati, nec vi, nec clam, nec precario possidet, vt ait Paull. *Lib. V. sent. tit. 6. §. 1.* MAIOR pars arbitrorum: *l. 17. §. 6. l. 27. §. 3. D. de recept. arbitr.* Porro si in tres fuerit compromissum, sufficit duorum consensus, si praesens sit et tertius. Eo enim modo inuenitur MAIOR pars, cuius arbitrio stabitur: *l. 17. §. 6. D. eod. tit.* MAIOR pars creditorum in specie *l. 7. D. de pact.* pro modo et cumulo debiti, non pro numero personarum, accipitur. *l. 8. D. eod. tit.* Quod si aequales sint in cumulo debiti, tunc plurium creditorum numerus praeferendus est; in quo ineundo plures eiusdem pecuniae reos stipulandi pro vno computamos. *l. 8. l. 9. D. eod. tit.* Ita MAIOREM partem accipi nil vetat, in *l. 15. pr. D. de reb. auct. iud. possid. l. 2. pr. D. de curat. bon. dand. l. vlt. C. qui bon. ced. poss.* Quod MAIOR pars curiae effecit, pro eo habetur, ac si omnes egerint: *l. 19. D. ad municipal.* Refertur enim ad vniuersos, quod publice fit per MAIOREM partem. *l. 160. §. 1. D. de regul. iur.* MAIOR pars decurionum: *l. 19. D. de tut. et curat. dat.* Symmach. *Lib. IV. Epist. 37. Facit lex curiae nostrae, vt MAIORIS apud me numeri antistet auctoritas.* Et in senatu MAIOREM sententiam vicisse, idem iodicat *Lib. II. Epist. 36.* his verbis: *Ipsa verba ad te misi, bonis probata, sed numero fortasse vincendo, licet decretis pontificum non sit eadem forma, quae curiae est.* In discessionibus quoque hanc formulum vsorpatam: HAEC PARS MAIOR ESSE videtur, alias ex Seneca docuimus. Liuius *Lib. XXIX. Cap. XXII. Quae pars MAIOR erit, eius stabitur consilio.* MAIOR pars cuiusque diei est horarum septem primarum diei, oon supremarum *l. 2. §. 1. D. de verb signif.* MAIOR pars iudicum, puta, duo ex tribus, praesente tertio, licet dissentiente: *l. 18. D. de recept. arbitr. l. 39. D. de reiudic.* Eaque ratione in eius legis interpretatione, quae, quod MAIOR pars iudicum statuerit, id reum pati iubet, Quinctilian. *Declam. CCCLXV.* MAIOREM partem interpretatur, *in qua plures idem sentiunt, eamdem poenam pronunciant, in eadem verba iurant.* Ita quoque ea legis verba, quae a Caelio apud Ciceroocm *Lib. VIII. ad famil. Epist. 8.* referuntur, accipe. MAIOR pars hereditatis: *l. 58. §. 1. D. mandat. l. 50. pr. et §. 1. l. 52. D. de iudic.* MAIOREM partem heredum, in depositi repetitione, non ex numero personarum, sed ex magnitudine portionum hereditariarum, intelligimus. *l. 14. pr. D. depos.* Ex MAIORE parte heres: *l. 4. §. 3. l. 5. D. famil. ercisc.* A MAIORE parte ordinis constitutum dicitur, quod constitutum est, qoum duae partes adessent, seu duabus partibus exhibitis. *l. 45. C. de decur.* iuncta *l. 3. D. de decret. ab ord. fac.* et *l. 3. D. quod cuiusc. vniu. nom.* MAIOR pars patrimonii: *l. 52. §. 2. D. de iudic.* Quod de MAIORIS partis sententia placuerit *l. 52. §. 13. D. de recept. arbitr* MAIOR pars tribunorum: Vlpian. *Fragm. tit. XI. §. 18.* MAIOR pars tutorum: *l. 19. §. 1. D. de testam. tut. l. 2. §. 7. l. 39. D. de administr. et peric. tut. l. 3. pr. D. de postul. §. 1. Inst. de satisd. tut.* Patruus MAIOR: *l. 93. D. de legat. III.* MAIORES pretii: *l. 26. §. 2. D. de condict. indeb. l. 3. C. commun. diuid.* MAIOR quaestio est: *l. 32. §. 1. D. de furt.* MAIORES vel summa: *l. 4. D. de in integr. restit.* MAIORE re sua distringi: *l. 20. D. de procurator.* De re MAIORE apud magistratus municipales agitur: *l. 28. D. ad municipal.* MAIORIS rei impetus: *l. 2. D. quod met. causs.* et apud Paull. *Lib. I. Sent. tit. 7. §. 7.* MAIORES summae, et *minores*, oppoountur *l. 45. §. 10. D. de iure fisci.* Vis MAIOR, vide infra *Libro vltimo.* MAIORES vsurae: *l. 89. §. 2. D. de solutionib.* quibos opponuntur *minores*: *l. 9. §. vlt. D. de vsur. l. 9. C. eod. tit.* ¶. 2. MAIORES etiam dicti Iudaeorum antistites. Nam MAIORES Iudaeorum, et patriarchae, occurrunt in *l. 1. C. Theod. de Iud.* Eorum etiam in *Nou. CXLVI.* et *l. 13. C. Theod. de Iud.* vbi *didascalis* iunguntur. Quemadmodum ergo *didascalus* est רב, seu *rabbinus*, *vel magister synagogae*: ita per MAIORES intelligendi laici synagogarum rectores et consules, quos *Parnosim* vocant, quique et *synagogarum patres* adpellantur in constitutione Constantini, *l. 4. C. Theod. eod. tit.* Plura de his synagogae praefectis erudite, suo more disseruit Campeg. Vitringa *Lib. II. de synag. Ind. vet. Cap. 11. p. 590. Tomo. I.* HEIN. ¶. 3. MAIORES dicuntur superiores vel progenitores supra tritauum. Vlpian. *l. 4. §. 2. D. de in ius voc.* Parentes enim vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores, qoi non habent speciale nomen, MAIORES adpellantur. *l. vlt. §. 7. D. de grad. et adfin.* Seru. *in Lib. VIII. Aen. v. 268* ad versum: *Laetique minores*: MINORES, ait, *non dicimus, nisi quoties deficit graduum nomen, vt filius, nepos, pronepos, abnepos, atnepos, trinepos. Vbi isti gradus defecerunt, merito iam dicimus minores, vt post patris, aui, proaui, abaui, ataui, tritauique vocabulum* MAIORES. Idem Seruius *in Libr. III. Aeneid. v. 165.* ad haec verba: *Nunc fama, minores. Italiam dixisse.* MAIORES, oit, et minores, quoties ex genere dicimos: numeri tantum sunt pluralis. Ita MAIORIBVS plerumque *posteri* opponuntur. Plin. *in panegyr. Cap XXXVIII. Quum Diuus Nerua sanxisset, vt in paternis bonis liberi necessitate vicesimae soluerentur; congruens erat, eamdem immunitatem parentes in liberorum bonis obtinere. Cur enim* POSTERIS *amplior honor, quam* MAIORIBVS *haberetur?* Vincentius Lirin *libro aduersus profan nouator. Non sua* POSTERIS *tradere, sed a* MAIORIBVS *accepta seruare.* Atque haec est vocis huius proprietas, quam tamen non vsque adeo stricte rigideque seruamus. Nam ex adscendentibus, sopra patrem et auum quoslibet, a quibus genus gentemque ducimus, MAIORES vulgo adpellamus, vt in *l. 3. D. de interdict. relegat. Non enim haec patrem, sed* MAIORES *eius eis dedisse.* Et alibi: Quod MAIORVM eius res fuisset: *l. 35. D. de minor.* MAIORVM sepulcra: *l. 36. D. de bon. libert.* [MAIORVM patrimonia gubernare: *l. vn. C. Theod. de his, qui ven. aetat.* quae est *l. 2. pr. C. eod. tit.* vbi AVORVM reposuit Tribonianus.] ¶. 4. Quin et eos MAIORES dicimus, qui aliquot ante nos saeculis in republica vixerunt, licet nullo nobis sanguinis vinculo deuincti. MAIORES nostri paene eumdem honorem senibus, quam magistratibus, tribuebant: *l. 5. pr. D. de iur. immunit.* MAIORES nostri inter virum et vxorem donationes prohibuerunt, *l. 3. pr. D. de donat. inr. vir. et vxor.*

et vxor. MAIORES nostri in omni supplicio seuerius seruos, quam integrae famae homines, punierunt: *l. 28. §. vlt. D. de poen.* Minime hunc MAIORES lugendum putauerunt: *l. 35. D. de relig.* Contra institutum a MAIORIBVS libertatis fauorem: *l. 12 §. 9 D de captiu.* Non omnium, quae a MAIORIBVS constituta sunt, ratio reddi potest: *l. 20. D. de legib.* Cicero *de haruſp. resp. Cap. IX. Habeo auctores et magistros colendarum religionum* MAIORES *nostros, quorum mihi tanta fuisse sapientia videtur, vt satis superque prudentes sint, qui illorum prudentiam non dicam adsequi, sed, quanta fuerit, perspicere possint.* Idem *Philipp. IX. Cap. 2. His enim* MAIORES *nostri, qui ob rempublicam mortem obierant, pro breui vita diuturnam memoriam reddiderunt.* Et *ibidem Cap. I. Sic interpretor sensisse* MAIORES *nostros, vt caussam mortis censuerint, non genus, esse quaerendum.* Idem *Lib. III. de offic. Cap. 29. Nullum vinculum ad adstringendam fidem iureiurando* MAIORES *arctius esse voluerunt.* Et alias eodem libro *Cap. X. Praeclarum a* MAIORIBVS *accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus: Quae salua fide facere possit.* Valer. Maxim. *Lib. I.* MAIORES *nostri statas sollemnesque caerimonias explicari voluerunt.* Idem *Lib. II Cap. 8. Conuiuium etiam sollemne* MAIORES *nostri instituerunt.* Apud Liu. *Lib. XXXIV. Cap. 2.* Cato: MAIORES *nostri nullam, ne priuatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt.* Et *ibidem, Cap. 7. Hunc mundum muliebrem adpellarunt* MAIORES *nostri.* Frontin. *de Aquaed. Lib. II.* MAIORES *nostri, admirabili aequitate, ne ea quidem eripuerunt priuatis, quae ad modum publicum pertinebant.* Seneca *Lib. I de benefic. Cap. 10. Hoc* MAIORES *nostri questi sunt: hoc nos querimur: hoc posteri nostri querentur, euersos esse mores, regnare nequitiam.* Idem *Lib. III. de benefic. Cap. 6. Nostri* MAIORES, *maximi illi viri, ab hostibus tantum res repetierunt.* Plin. *in Panegyr. Cap. I. Bene ac sapienter* MAIORES *nostri instituerunt, vt rerum agendarum, ita dicendi initium a precationibus capere.* Symmachus *Lib. V. Epist. 12. Graue enim* MAIORIBVS *visum est.* Sic et: Saluo more MAIORVM: *l. 11. D. de iust. et iur.* More MAIORVM ita comparatum est, vt *l. 5. D. de iurisd.* More MAIORVM iurisdictionem transferri. *l. 1. §. 1 D. de offic. ei, cui mand. est iurisd.* Cic. *de lege Agr. in Rull. Cap. I* Idem *pro domo Cap. 28. Si mecum ageretur more institutoque* MAIORVM. *Est hoc in more positum, institutoque* MAIORVM. Et *Lib. I. de offic. Cap. II. In quo tantopere apud nostros iustitia culta est, vt ii, qui ciuitates aut nationes, deuictas bello, in fidem recepissent, earum patroni essent, more* MAIORVM. Et *in Verr. IV. Cap. 36. Quum mos a* MAIORIBVS *traditus sit, vt monumenta* MAIORVM *suorum ita quisque defendat.* Idem *Lib. VIII. ad Attic. Epist 15. Ipsi consules, quibus more* MAIORVM *concessum est, vel omnes adire prouincias.* Et *pro Sex. Roscio Amer. Cap. XXXVI. More* MAIORVM *comparatum est, vt in minimis rebus homines amplissimi de sua re testimonium ne dicant.* Et *ead. orat. Cap. XXXV. Quem contra morem* MAIORVM *minorem annis LX. de ponte in Tiberim deiecerit.* Ac denique *pro Cluent. Cap. 6. Acta est caussa more* MAIORVM, *sine vi, sine metu, sine periculo.* More MAIORVM puniri: *l. 9. pr. D. ad leg. Pomp. de parricid.* Sueton. *in Neron. Cap. XLIX. Se hostem a senatu iudicatum, et quaeri, vt puniatur more* MAIORVM: *interrogauitque, quale id esset genus poenae? Et quum comperisset, nudi hominis ceruicem inseri furcae, corpus virgis ad necem caedi. cet.*

MAIORINVS, A, VM. MAIORINAM pecuniam, separato argento ab aere purgare, crimen ex constitutione Constantii, Imperatoris, *l. 6. C. Theod. de fals. monet.* MAIORINAS quoque pecunias, in vetitis numerari videmus, *l. 1. C. Theod si quis pecun. conflau.* MAIORIS vtique pecuniae figurationem prohibent Imperatores, *in l. vlt. D. eod. tit.* [Qualis sit illa MAIORINA pecunia, disquirunt Iac. Gothofred. *in l. 6 C. Theodos. de fals. monet.* et Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. 19. p. 716*]

MAIVMA, genus indecori spectaculi fuit, de quo *l. vn. C. de Maium l. 2. C. Theod. eod. tit.* quod a Suida *Tomo II. p. 481.* ita describitur: Πανήγυρις ἐγίνετο ἐν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸν Μάϊον μῆνα, τὴν παράλιον καταλαμβάνοντες πόλιν, τὴν λεγομένην Ὠστίαν. οἱ τὰ πρῶτα τῆς πόλεως τελοῦντες, ἡδυπαθεῖν ἠνείχοντο ἐν τοῖς θαλαττίοις ὕδασιν ἀλλήλους ἐμβάλλοντες. ὅθεν καὶ Μαϊουμᾶς ὁ τῆς τοιαύτης ἑορτῆς καιρὸς ὠνομάζετο. *Festiuitas fuit Romae, Maio mense celebrari solita, quo principes ciuitatis Ostiam, vrbem maritimam se conferentes, voluptatibus et deliciis indulgebant, alter alterum in aquas conicientes. Vnde et festi illius tempus Maiumas vocatum fuit.* Remittit hic nos additionum auctor ad Alciat. *Lib. V. Parerg. Cap. 5.* et, qui illi pro thesauro est, Iac. Gothofredi *Comment. in Cod Theodos. Lib. XV. tit. 6. p. 359. Tom. VI.* qui Libanii et Iuliani, τοῦ παραβάτου, testimoniis recte demonstrat, ipsos paganos hanc sollemnitatem, tamquam ἑορτὴν πονηράν, *dies festos pessimos* damnasse. Intermixtae enim maribus feminae promiscue natabant in aquis, nihilque flagitii praetermittebant. Vocabulum alii a Maio mense, alii a Maia vel Maiuma deriuant. Alii istud ludicrum ad Maiumae sacra pertinuisse plane negant, idque a Syris primum institutum, postea ad alios prouinciales transiisse existimant, ac proinde et ipsum vocabulum ab Hebraeo מים, quod *aquam* significat arcessunt. Praeter Iac. Gothofredum, et Barth. Barrientum *Silu. adnot. Cap. XVII.* de eo maiumae ludicro eruditissime egit Andr Riuinus *diatriba singulari de Maiumis, maicampis et Roncaliis* a Io. Ge. Graeuio *in Syntagm. var. Diss. rariorum p. 537.* recusa. HEIN.

MAL.

MALA, AE, gena, vel maxilla. Qui curauit, vt cui MALA pugno percuteretur: *l. 15. pr. D. de iniur.* *Collat. Leg Mos. et Roman. tit. II. §. 6. Quod Auli Agerii* MALA *pugno percussa est.* MALA autem a *maxilla*, fuga syllabae, quam consuetudo elegans Latini sermonis submouit, dictam esse, auctor est Cicero *in Oratore Cap. XLV.* Plin. *Lib. XI. Cap. 37 Infra oculos* MALAE, *homini tantum, quos prisci genas vocabant.*

MALABATHRVM, quod inter species, ad vectigal pertinentes numeratur in *l. vlt. §. 7.*

§. 7. *D. de public. et vectig.* Dioſcorides *Lib. I. Cap. 11.* folium eſſe ſui generis ſcribit, quod Indicae gignunt paludes, lentis paluſtris modo, innotans aquis ſine radice: quod collectum ſtatim lino transſuebatur, et ſiccatum recondebatur. Plin. *Lib. XII. Cap. 26. Dat et* MALABATHRVM *Syria, arborem folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad vnguenta. Fertilior eſt eiusdem Aegyptus: laudatius tamen ex India venit. In paludibus ibi naſci, tradunt, lentis modo; odoratius croco, nigricans, ſcabrumque, quodam ſalis guſtu.* Meminit MALABATHRI idem auctor *Libro XIV. Cap. 16.* et *Lib. XXIII. Cap. 4.* Horatius quoque *Lib. I. Od. 6. tinctos Aſſyrio* MALABATHRO *capillos* dixit. Inde MALABATHRATI, qui MALABATHRI oleo delibati ſunt, apud Sidon. Apollin. *Lib. VIII. Epiſt. 3.* Accuratiſſime de MALABATHRO egit Iſaac. Voſſius *ad Pomp. Mel. Lib. III. Cap. 7.* Quae enim de eodem erudite diſſerit Claud. Salmaſ. *ad Solin p. 755.* iis permulta aliena admixta eſſe animaduertimus. Adde ſupra: FOLIVM *pentaſphaerum.* HEIN.

MALE, aduerbium, *a Malus*: plerumque eſt non recte, nec ex fide, vel officio. MALE adminiſtrare res: *l. 7. §. 2. D. de curat. furioſ. l. 5. §. 1. D. de legit. tut.* Minor MALE conſumſit pecunias: *l. 32. D. de minor.* Prodigi, qui MALE diſſipant bona: Vlpian. *Fragm. tit. XII. §. 3.* Si MALE tutorem conuerſari videbant; *l. 3. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Tutores vel curatores, MALE gerentes rem patronorum; *l. 3. §. 1. D. de ſuſpect. tut.* In iis, quae minorum tutores MALE geſſiſſe probantur. *l. 3. C. ſi tut. vel curat. interu.* MALE quaeſita: *l. 31. D. depoſit.* Vt apud Ciceron. *Philipp. II. Cap. 4.* MALE *parta* MALE *dilabuntur.* Si in depoſito, vel in mandato MALE verſatus ſit: *l. 6. §. 6. D. de his, qui not. infam.* In alia tutela MALE verſatus: *l. 3. §. 7. D. de ſuſp. tutor.* MALE in tutela vel cura verſati. *l. 1. §. 7. D. de offic. praef. vrb.* ¶. 2. [Eodem ſenſu et nominibus aliquando iungitur. Vt MALE contractus et delictum. *l. 52. D. de re iudic.*] Sic ſane et MALE *homines*, MALE *matrem*, MALE *Deum* dixerunt veteres, de quorum verborum ſignificatione Caſp. Barth. *ad ſcript. rer. venat. p. 163.* Ouid. *Lib. VII. Metam. v. 397.*

Vtque ſe MALE *mater Iaſonis effugit arma.*

quamuis eum verſum ſuſpectum habeat Nic. Heinſius. HEIN. ¶ 3. MALE, parum caute, non tuto. Non videtur MALE accipere mulier, quae conſtante matrimonio in hoc accipit dotem, vt liberis ex alio viro egentibus, aut fratribus, aut parentibus conſuleret. *l. 20. D. ſolut. matrim.* Niſi me Fronto, pater veſter, MALE accepiſſet. *l. vlt. §. 1. de doli except.* Filium, quem MALE pater contra pietatem adficiebat: *l. vlt. D. ſi quis a par. manum.* MALE agere dicitur, qui ante diem agit: *l. 1. in fin. D. quand dies vſusfr. leg. ced.* Ante diem enim MALE petitur. *l. 4. §. 2. D. de pact.* [Idem obſeruat Coiac. *Lib. III. Quaeſt. Papin. in l. 26. D. de compenſat.* vbi erudite oſtendit, diſcrimen eſſe inter MALE, et *nihil* agere: quod, ſi quis MALE agat, id ei fraudi ſit, ſi nihil agat, res extra periculum ſit. Cui ſolidae doctrinae a quibusdam fruſtra opponitur *l. 4. §. 2. D. de pact.*] Addimus, idem diſcrimen phraſium in iurisconſultis admodum familiarium pluribus firmare Detleu. Langebeck. *Adnotat. Cap. XVII. Tomo. I. Theſ. iur. p. 556.* HEIN. MALE contraxiſſe dicuntur tutores, ſi per ſordes, gratiamue, praedia non idonea pupillo comparauerint: *l. 7. §. 2. D. de adminiſtr. et peric.* Non MALE contrahitur, quum contrahitur cum tutoribus: *l. 4. D. de euiction.* MALE contracta nomina; *l. 16. D. de adminiſtr. et peric. tut.* MALE credita pecunia: *l. 10. §. 7. D. mandat.* Plaut. *Poenul. Act. III. ſcen. 2.* Seneca *Lib. IV. de benef. Cap. 25. Pecuniae etiam* MALE *creditae exactio eſt*; id eſt, etiamſi non in bonum et idoneum nomen collocata ſit. MALE emere dicitur, qui immenſo pretio vel non aequis conditionibus, aut etiam a malo auctore emit. Plaut. *Moſtell. Act. III. ſcen. 2. Si aedes* MALE *emtae eſſent, nobis has haud redhibere liceret.* Donatus *in Eunuch. Act. IV. ſcen. 4.* haec verba: MALE *conciliate* interpretatur; *magno emte*, additque, MALE, *magno ſignificat, vt Plautus in Amphitruone: Haec nox ſcita eſt exercendo ſcorto, conducto* MALE: MALE meritus publice: *l. 31. D. depoſ.* Si res pignori datas MALE tractauit creditor: *l. 24. §. vlt. D. de pign. act.* MALE vendere, id eſt, vili pretio vendere: *l. 3. D. ad leg. Falcid.* ¶. 4. MALE, interdum eſt inique, et perperam. Iudex, ſi MALE abſoluit: *l. 28. D. de condict. indeb.* MALE conceptum inſtrumentum: *l. 8. D. de ſtatu hom.* MALE dicetur: *l. 1. §. vlt. D. vbi pupill. educ. vel mor.* Si deguſtando MALE probauit vinum: *l. 15. D. de peric. et commod. rei vend.* Non MALE refert: *l. 8. §. 11. D. de inoffic. teſtam.* Non MALE videtur teſtatus: *l. 3. §. 14. D. de bon. libert.*

MALEDICERE. Si legatarius palam et operte teſtatori MALEDIXERIT. *l. 9. D. de his, quae vt indign.* Si MALEDICTVM ſit ſeruo leuiter: *l. 15. §. 44. D. de iniur.* Porro aliud eſſe MALEDICERE, aliud *accuſare*, Cicero *pro M. Coelio Cap. III.* tradit, additque: ACCVSATIO *crimen deſiderat, rem vt definiat, hominem vt notet, argumento probet, teſte confirmet.* MALEDICTIO *autem nihil habet propoſiti, praeter contumeliam: quae ſi petulantius iactatur,* CONVICIVM, *ſi facetius,* VRBANITAS *nominatur.*

MALEDICTVM, vt Vlpianus indicat, eſt, infamandi cauſſa dictum, quod tum demum in CONVICIVM tranſit, quum in coetu, et cum vociferatione dictum eſt. *l. 15. §. 11. D. de iniur.* Cum MALEDICTO inſtitui. *l. 48. §. 1. D. de hered. inſtit.*

MALEFICIVM, delictum, flagitium, crimen. *l. 52. §. vlt. l. 54. D. pro ſoc. l. 5. §. 1. D. de oblig. et act.* Quae vis *a* MALEFICIO non abeſſet: *l. 20. D. de obl. et action.* Qui MALEFICIVM admiſit: *l. 55. D. pro ſoc.* Si pro MALEFICIIS ſuis ſeruos coercuit, vel vinxit: *l. 24. §. vlt. D. de pignor. act.* MALEFICIORVM fideiuſſor accipi non poteſt: *l. 70. §. vlt. D. de fideiuſſ.* Diuerſa ſunt MALEFICIA furis, et eius, qui de-

deteriorem seruum facit: *l. 11. §. 2. D. de seru. corr.* MALEFICIA impunita esse non oportet: *l. 51. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Ne impunita sint MALEFICIA: *l. 18. §. 1. D. de iudic.* Ex MALEFICIO obligari, et quasi ex maleficio teneri: *l. 5. §. 1. 0. 4. 5. et vlt. D. de obl. et act. pr. Inst. de obl. quae quasi ex delict.* Obligatio vel ex contractu, vel ex MALEFICIO: *§. 1. Inst. de action.* MALEFICII partus subiecti particeps: *l. 2. D. de Carbon. edict.* Poenas ob MALEFICIA solui, magna ratio suadet: *l. 70. §. vlt. D. de fideiussor.* MALEFICIA seruorum: *l. 1. pr. D. si famil. furt. fec.* Si MALEFICII societas coita sit: *l. 57. D. pro soc. l. 1. §. 14. D. de tut. et ration. distrah.* Si res non ex MALEFICIO veniat, sed ex contractu. *l. 58. pr. D. de iudiciis.*

¶ 2. MALEFICIVM, pro magicis aliisque illicitis artibus. MALEFICIORVM labe pollutus. *l. vlt. C. de malef. et mathem.* Eodemque modo MALEFICII crimen accipio in *l. 4. C. Theod. de indulg. crim.* Et ita haruspicinam nullum cum MALEFICIORVM caussis habere consortium censent Imperatores *l. 9. C. Theod. de malef. et mathem.* cuius constitutionis, quae Valentinianum, Valentem, et Gratianum auctores habet, verba summe notanda, obiter admoneo: Ea ita habent: *Neque haruspicinam, aut aliquam concessam a maioribus religionem, genus arbitror esse criminis. Testes sunt leges, a me,* (de se ita Valentinianus loquitur, omissis consortibus imperii,) *in exordio imperii mei datae, quibus vnicuique, quod animo imbibisset, colendi libera facultas tributa est.* Haec enim verba reipsa confirmant, quod Ammianus Marcellin. *Lib. XXX. Cap. 9.* de Valentiniano scribit: *Postremo hoc moderamine principatus inclaruit, quod inter religionum diuersitates medius stetit, nec quemquam inquietauit, neque, vt hoc coleretur, imperauit, aut illud: nec interdictis minacibus subiectorum ceruicem ad id, quod ipse coluit inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes, vt reperit.* Idem de Valentiniano memoriae prodiderunt Socrat. *Lib. IV. Hist. eccl. Cap. 24.* Symmach. *Lib. X. Epist. 54.* et S. Ambros. *in orat. de obitu Valent. et Epist. XXX. ad Valentinianum de ara victoriae.* Ceterum quum constet, hunc Imperatorem initio imperii nefandas maleficorum artes nocturnaque sacra seuera sanctione prohibuisse, *l. 7. C. Theod. de malef. et mathem.* paullo post Praetextatus, Achaiae proconsul eius animum ad leniora consilia inflexit, libere monens principem, ea lege vitam propemodum Graecis omnibus adimi, si castissimi mysteriorum ritus funditus euerterentur. Rem refert Zosimus *Libri IV. initio.* HEIN.

MALEFICVS. Qui patrem aut matrem MALEFICOS adpellauerit. *l. 1. D. de obsequ. par. et patron.* MALEFICORVM autem nomen iam inde a Constantini M. temporibus ob facinorum magnitudinem illis a vulgo impositum, qui magicis artibus exilium hominibus inferrent, ceu adparet ex *l. 5. C. de malef. et mathem.* Hinc Imperatores in *l. 7. C. eod. tit.* *Si quis,* aiunt, *magus, aut magicis carminibus,* (in *l. 6. C. Theod. eod. tit.* est *contaminibus,*) *adsuetus, qui* MALEFICVS *vulgi consuetudine nuncupatur.* Lactantius *Lib. II. diuin. Inst. Cap. 17.* de daemonibus agens: *Vt eos,* ait, *magi, et ii, quos* MALEFICOS *vulgus adpellat, quum artes suas exsecrabiles exercent, veris suis nominibus cient.* Sane quos septuaginta interpretes Φαρμακοὺς *Exod. XXII, 18. et Daniel. II, 2.* adpellant, hos vetus Bibliorum interpres MALEFICOS vertit. B. Hieronymus *ad Dan. II.* MALEFICOS, ait, *esse, qui sanguine vtuntur et victimis, et saepe corpora contingunt mortuorum:* quae postrema verba inde transscripsit Isidor. *Lib. VIII. Orig. Cap. 9.* D. Augustinus *Lib. X. de ciuit. Dei Cap. 9.* *Qui quasi conantur ista discernere, et illicitis artibus deditos alios damnabiles, quos et MALEFICOS vulgus adpellat: hos enim ad goetiam pertinere dicunt: alios laudabiles videri volunt, quibus theurgiam deputant, quum sint vtique ritibus fallacibus daemonum obstricti sub nominibus angelorum.* Vide Gratianum in *canone, nec mirum 26. quaest. 5.* Huc pertinent sequentia: In mortuos veneficus, siue MALEFICVS: *l. 3. C. Theod. de indulg. crim.* Veneficus MALEFICVS: *l. 8. C. Theod. eod. tit.* Vel MALEFICVM, vel veneficum: *l. 1. C. Theod. quor. adpell. non recip.* Quorum vtrumque Imperatores Gratianus, Valentinianus et Theodosius hoc verborum ambitu designant in *l. 6. C. Theod. de indulg. crim.* *Qui noxiis quaesita graminibus, et diris immurmurata secretis, mentis et corporis venena composuit.* Et ita quoque MALEFICOS accipe in *l. 7. C. Theod. quor. adpell. non recip.* et in Edicto Athalarici Regis, quod exstat apud Cassiodor. *Lib. IX. Var. Cap. 18.* Idem *Lib. III. Cap. 53.* *Frequentia palmarum eum dici faciebat* MALEFICVM. *Necesse enim est, ad peruersitatem magicam referri, quando victoria equorum meritis non potest adplicari.*

MALEVOLVS, A, VM. MALEVOLVM propositum. *l. 6. D. de suspect. tut.*

MALIGNE. Non MALIGNE accipiendum est. *l. 126. §. 0. D. de verb. oblig.* Si MALIGNE hoc fecit: *l. 43. D. de recept. arbitr.* MALIGNE circa sanguinem suum inferentes iudicium: *l. 4. D. de inoffic. testam.* Si quid MALIGNE interrogasse compererit; *l. 6. §. vlt. D. de custod. et exhib. reor.*

[MALIGNITAS, *l. 5. §. vlt. C. de pact. conuent. l. vlt. C. de adquir. et retin. possess.*] Sine aliqua MALIGNITATIS interpretatione. *l. 8. C. Theod. de bon. proscript.*

MALIGNVS, A, VM. MALIGNO animo: *l. 71. §. 8. D. de adquir. vel omitt. hered.* Sine vlla MALIGNA suspicione. *l. 1. D. vbi pupill. educ. vel mor.*

ΜΑΛΙΣΤΑ, id est, maxime: adsentientis est. *l. 8. D. de legat. III.*

MALITAS, id est, malum. *l. 5. D. quod met. causs.* Excerpta ex vetere Glossario: MALITAS, κακία. Nihil ergo hic videtur mutandum, nec audiendi, qui rescribendum pro MALITATIS existimant *calamitatis*, vel *malignitatis*. Vid. Car. Labbei *Obseru. et emend. in Synops. Basilic. p. 29.* HEIN.

MALITIA. Ciceroni *de Nat. Deor. Lib. III.*

MAL.

Lib. III. Cap. 30. versuta ac fallax nocendi ratio est, cui simplicitas opponitur. *l. 1. D. de dol. mal.* Inde Cicero *ibid.* formulam de dolo malo a C. Aquillio repertam *euerriculum omnium malitiarum* adpellat. Non oportet laudando augeri MALITIAM *l. 1. §. vlt. D. de seru. corrupt.* Iniquum est communem MALITIAM petitori quidem praemio, ei vero, cum quo ageretur, poenae esse: *l. 4. §. 13. D. de doli except.* MALITIA fideiussoris; *l. 11. D. quod met. causs.* MALITIAE ignorantia. *l. 4. §. 26. D. de dol. mal. except.*

MALITIOSE, id est, dolose, callide, insidiose, fraudulenter, apud Ciceron. *de offic. Lib. III. Cap. 13.* MALITIOSE adire: *l. 8. D. de edend.* MALITIOSE edere, et *dolo malo* idem valent: *l. 8. D. de edend.* Si quid io heteditate MALITIOSE fecisse dicatur: *l. 67. D. de legat. I.* MALITIOSE in pignore versatus: *l. 9. D. de pignor. act.*

MALITIOSVS, A, VM. Ita vocandos omnes, Cicero *Lib. III. de offic. Cap. 30.* existimat, *aliud agentes, aliud simulantes.* [MALITIOSA litium femina comprimere. *l. 1. C. Theod. de Episc. iudic. Lib. XVI. tit. 12.*]

MALLE, magis velle. Et tamen ei aliquando intendendi aduerbia adduntur, vt MAGIS malle: *l. 52. §. 10. D. pro soc.* MAVVLT potius. *l. 35. D. de mort. causs. donat.*

MALLEATVS, A, VM, malleo tusum. Nondum MALLEATI libri: *l. 52. §. 5. D. de legat. III.* Sic et *crudum et non MALLEATVM spartum* dixit Columella *Lib. II. Cap. 19.*

MALLEVS fabri: *l. 2. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iact.*

MALVS, pro arbore nauis, vt loquitur *l. 5. §. vlt. l. 6. D. de leg. Rhod. de iact.* MALVS, oauis pars, quia plerumque naues sine MALO inutiles essent. *l. 42. D. de verb. signific.*

MALVS, A, VM, prauum, vitiosum. Non quidem MALO animo, sed MALO exemplo medicamentum ad cooceptionem dedit: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Corn. de sicar.* MALIS artibus deditus; *l. 1. §. vlt. D. de seru. corr.* MALAS vero artes in *l. 6. C. de malef. et mathem* et *l. 5. C. Theod. eod. tit.* illicitas et improbatas accipe, veluti magicas. [Apulei. Metam. *Lib. II p. 116. Caue tibi, sed caue fortiter, a MALIS artibus, et facinorosis illecebris Pamphiles illius, quae cum Milone ista, quem dicis hospitem, nupta est. Maga primi nominis, et omnis carminis sepulcralis magistra creditur.* Prauas artes vocat Ammian. Marcell. *Lib. XXVIII.* MALIS *artibus* in *libello rei bellicae,* qui Mariani *Notitiae* subiicitur, id est, mala ratione. MALA conscientia: *l. 11. §. 1. D. de his, qui not. infam.* MALO exemplo: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Corn. de sicar. l. 33. D. de re iudic.* MALA fide conscriptae rationes: *l. 1. §. 3. D. de tutel. et rat. distr.* MALA fide contrahere: *l. 17. C. de rei vind.* MALA fide

MAL. MAM.

percipere: *l. 17. C. eod.* MALA fide facta venditio: *l. 1. C. de fid. instrum.* MALI homines, *l. 19. D. de offic. praes.* id est, nocentes et facinorosi, vt loquitur *l. 3. D. de iurisd.* quales sunt fures, sacrilegi, latrones, plagiarii, grassatores. Curet is, qui prouinciae praeest, MALIS hominibus prouinciam purgare: *l. 3. D. de offic. praesid.* Si sollicite agat, vt MALIS hominibus prouincia careat: *l. 13. D eod. tit.* Quia ad compescendos MALOS homines missus est: *l. 35 §. 5. D. ex quib. causs. maior.* Si argentum MALI homines intercepissent: *l. 20. D. commod.* Tertull. Apolog. *Itaque in illo ex forma malorum iudicandorum agitis erga nos.* Quod MALORVM hominum opera vteretur: *l. 5. §. vlt. D. de oblig. et action* MALAM litem persequi: *l. 6. C. de adpellat.* MALA mente: *l. 53. §. vlt. D. de legat. III.* Non MALA mente exheredare: *l. 12. §. 2. D. de bon. libert.* id est, caussa non nota, vt *l. 18. D. de liber. et posthum.* MALI mores *l. 43. §. 4. D. de aedilit. edict.* MALO more erogata pecunia: *l. 19. §. 1. D. de negot. gest* MALO more gestum: *l. 8. D. quod. met. causs.* MALO more pecunia litis caussa promissa: *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* MALA ratione: *l. 61. D. de vit. nupt. l. 54. D. mandat.* MALA ratione intercipere: *l. 3. C. de re iudic.* MALA sacrificia: *l. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar.* MALVS seruus: *l. 1. §. 1. D. de furt. l. 23. §. 2. D. de Aedil. edict.* cui *bonae frugi* seruus opponitur: *l. 1. §. 4. D. de seru. corrupt.* In eo MALVS est seruus, quod de conditione sua dissimulat. *l. 4. D. quib. ad libert. procl.*

¶. 2. MALVM pro molesto, noxio, graui. MALVM consilium dare: *l. 26. D. de iniur.* Sic MALVM consilium consultori pessimum esse dicit Gell. *Lib. IV. Cap. 5.* Si non, MALO consilio cum tutore habito, factum esse probetur: *l. 96. D. de solution.* Qui MALO consilio patriam reliquit: *l. 19. §. 4. D. de capt. et postlimin* MALVS emtor: Cic. *Lib. V. ad Attic. Epist. 8.* MALA emtio, apud Plin. *Lib. I. Epist. 24.* id est, stulte, inconsiderate facta, iniquo et immenso pretio. MALA herba: *l. 19. §. 1. D. locat.* MALO letho periturus. *l. 9. D. de extr. crim.* MALA mansio, ad quam serui quaestionis habendae gratia adligari et extendi solebant, vt indicat Vlpianus in *l. 7. D. depos.* in qua est: *Si hominem, apud se depositum, vt quaestio de eo haberetur, ac propterea vinctum, vel ad MALAM mansionem extensum, sequester soluerit.* Idem Vlpianus *l. 15. §. 42. D. de iniur. Quaestionis verbo etiam ea, quam MALAM mansionem dicunt, continebitur.* De MALA ista *mansione* verbosa disputatio est apud Guil. Fornet. *Select. Lib II Cap. 1.* qui lautumias interpretatur. Sed quis dixerit, aliquem *ad lautumiam extendi*? Sane haec phrasis magis eculeo, vel alteri cuicumque machinae tortorum conuenit, quam lautumiis, siue per eas lapicidinas, siue carcerem intelligas. HEIN. MALA medicamenta: *l. 3. D. ad leg. Corn. de sicar.* MALVM meritum: *l. 2. D. de his, quae in test. del.* MALA stipulatio: *l. 10. D. de oper. libert.* Non MALA venena: *l. 3. §. 2. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Si eum vnxit MALO veneno. *l. 9. §. 1. D. ad leg. Aquill.*

MAM.

MAMILLA. MAMILLARVM orna-

ornamenta. *l. 32. §. 8. D. de aur. arg. legat.* Florentiae legitur: MAMELLATVM, quemadmodum MAMILLARE reperies apud Martialem *Lib. XIV. Epigr. 66.* Attamen MAMELLATVM in ea lege locum non habet. HEIN.

MAN.

MANARE. MANAT aqua: *l. 11. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Aqua sudoribus MANANDO: *l. 1. §. 8. D. de aqu. quotid. et aest.*

MANCEPS, ait Festus, *dicitur, qui quid a populo emit, conducitue, quia manu sublata significat, se auctorem emtionis esse, qui idem PRAES dicitur, quia tam debet praestare populo, quod promisit, quam is, qui pro eo praes factus est.* Ascon. Paedian. *in Diuinat: MANCIPES sunt publicanorum principes, Romani homines, qui quaestus sui caussa si decumas redimunt, decumani adpellantur, si portum, aut pascua publica, portitores aut pascuarii, quorum ratio scriptura dicitur. Hi omnes exigenda a sociis suo periculo exigunt, et reipublicae repraesentant, prouidentes etiam in illa redemtione commodis suis.* Qui fideiussor exstitit apud MANCIPEM pro colono publicorum praediorum, quae manceps ei colono locauit. *l. 53. D. locat.* Sic et Symmachus *Lib. V. Epist. 63.* MANCIPES adpellat publicanos, quadragesimae portorii, siue vectigalis conductores: qoa Epistola, vt et *Ep. LX. eiusdem libri*, indignum esse ait, a Senatoribus, quaestoriisque candidatis, qoibus munerum editio incumbebat, pro vrsorum transuectione publicanos illos portorium quadragesimae exigere. Eamque, ad quam ille proclamat, immunitatem duplici ratione subnixam docet. Vna est, quod graue maioribus visum fuerit, vt tolerantibus onera senatoriae dignitatis sumtus immodicus adderetur. Altera, quod vectigal illud solos vrsorum negotiatores, vtpote quaestui seruientes, oporteat agnoscere. Verum cur idem vectigal a Symmacho *quinquagesimae* primum, deinde *quadragesimae* nomine adpelletur, non video. Itaque vt sibi ipse constet, vno eodemque numero vectigal, quo de agit, finiendum est.

¶. 2. MANCIPES, etiam conductores aliarum rerum. Sic: MANCIPES BALNEARVM in marmore apud Reines. *Class. I. Inscr. 120.* nec non MANCIPES OFFICINARVM AERARIARVM, apud eumdem *Class. XI. Inscr. 30.* HEIN. MANCIPES ex corpore negotiatorum: *l. 17. C. Theod. de lustral. auri collat.* MANCIPVM corpus: *l. 4. C. Theod. de exsequut. et exact.* MANCIPES cursus clabularii: *l. 26. C. Theod. de curs. publ.* cursus publici: *l. 24. l. 34. l. 36. C. Theod. eod. tit.* Si quis eorum, qui praepositi vocantur, aut MANCIPES, publico cursui, nomine aliquo, praesunt: *l. 35. C. Theod. eod. tit.* MANCIPES autem hi cursus publici per quinquennium eo munere functos, ostendunt *l. 36. l. 42. D. C. Theod. eod. tit.* MANCIPES *mutationum*, apud Cassiod. *Lib. IV. Var. Cap. 47.* qui veredorum equorumque ad celeritatem commutari solitorum curam gerebant: de quibus Zeno sentire videtur in *l. 8. C. de cursu publ. Lib. XII.* MANCIPES etiam conductores salinarum interpretantur Imperatores *l. 11. C. de vectigal.* Inde *l. 3. C. Theod. de collat. donat. possess.* Salinis omnibus, praeter MANCIPVM, quae populi Romani lauacris deseruiunt. At plane MANCIPES, qui thermarum exhibitionem Romae curabant, etiam salinas conductas habuisse, indicat *l. vn. C. Theod. de mancip. term.* MANCIPES quoque salinarum lignorum functioni obnoxios fuisse, Symmach. *Lib. I. Epist. 85.* docet, ex qua pridem mendum, quod Frobenianis codicibus inhaeserat, eluimus. Ligna autem illic accipe, quae vrenda lauacris publicis populo praebita fuisse ostendit idem Symmach. *Lib. X. Epist. 27. et 53.*

MANCIPES viarum, Tacit. *Lib. III. Ann. Cap. 31.* vocat, quod Siculus Flacc. *de cond. agr. p. 9. redemtores.* Talis fuit Cn. Cornelius Musaeus, MANCEPS VIAE APPIAE, apud Gruter. *Inscr. p. DCXXII, 2.* HEIN. ¶. 3. Praeterea Romae MANCIPES (*μάγκιπες*) adpellatos τὲς προϊσαμένους τοῖς ὄικοις, ἐν ὄις ὁ τῇ πόλει χορηγούμενος ἄρτος ἐγίγνετο, *qui praeerant domibus, in quibus panis ciuibus distribuendus pinsebatur.* Socrat. *Lib. V. Hist. eccles. Cap. 18.* scribit. Eoque sensu verbum hoc accipitur in *l. 1. C. de frum. vrb. Constant. Lib. XII. vt et l. 2. l. vlt. C. Theod. eod. tit. l. vn. C. de pistorib. Lib. XI.* in qua tamen *mancipiis* vulgo, vitiose pro MANCIPIBVS legitur. De his MANCIPIBVS insignem locum ex ex Ioannis Lydi *Excerptis de Mensibus Graecorum, mense Martio*, protulit ad laudatum paullo ante Socratis locum Henr. Valesius *in Adnot. p. 52.* Ὁι δὲ μάγκιπες ἀιονὶ τεχνῖται τῦ ἀνθρωποδόδυς ἄρτε ἔπεμπον τοῖς ἐν λόγῳ Ῥωμυλίοις ἀννώναις. Ὄυτω δὲ ταύτας ἐκάλουν διὰ τὸ κατὰ ἐννάτην ὥραν ἐπιδίδοσθαι πρὸς τῦ Ῥωμύλυ τὴν τροφὴν τοῖς στρατιώταις. MANCIPES *opifices, qui panem viritim diuidendum conficiebant, mittebant dictas a Romulo annonas. Ita vero eas adpellarunt, quod nona hora a Romulo pro alimentis militibus diuiderentur.* HEIN.

MANCIPARE, est mancipationis adhibita sollemnitate alienare et transferre, vel mancipio quid dare. Vlpian. *Regul. tit. XX. §. 13. Prodigus testamentum facere non potest, quoniam commercium interdictum est, et ob id familiam* MANCIPARE *non potest.* Plin. *Lib. VII. Epist. 18. Agrum ex meis longe pluris actori publico* MANCIPAVI. Vnde Horat. *Lib. II. Epist. 2.*

> *Si proprium est, quod quis libra mercatur, et aere:*
> *Quaedam, si credis consultis,* MANCIPAT *vsus.*

id est, dominium transfert. Etenim iure ciuili vsu, id est, possessione, res capi, id est, earum dominium adquiri, constat. Cai. *Inst. Lib. I. tit. 6. Naturalis pater filium suum fiduciario patri MANCIPAT, hoc est, manu tradit.* Vlpian. *tit. XIX. Reg. §. 6. Res mobiles non nisi praesentes MANCIPARI possunt.* Idem *tit. II. §. 16. In bonis tantum alicuius seruus est hoc modo, si ciuis Romanus a ciue Romano seruum emerit, isque traditus ei sit, neque tamen MANCIPATVS ei, nec in iure cessus.* Paull. *Lib. I. Sent. tit. 7. §. 6. Seruus, per metum MANCIPATVS*, et ibidem *§. 8. Qui quem in domo inclusit, vt sibi rem MANCIPA-*

PARET, extorsisse mancipationem videtur. Vlpian. *tit. X. §. 1. Liberi parentum potestate liberantur, emancipatione, id est, si posteaquam* MANCIPATI *fuerunt, manumissi sunt. Sed filius quidem ter mancipatus, ter manumissus, sui iuris fit.* Idem *tit. XI. §. 5. Qui liberum caput,* MANCIPATVM *sibi, vel a parente, vel a coemtore manumisit, per similitudinem patroni tutor efficitur.* ¶. 2. At postquam is ritus sensim exoleuit, et in desuetudinem abiit: MANCIPARE idem fuit, ac addicere, deuouere. [Sic: clericorum consortio se MANCIPARE: *l. 163. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.* Curiae MANCIPATVS. *l. 124. C. Theod. eod. tit.* Itemque curiis: *l. 35. l. 39. C. Theodos. eod. tit.* MANCIPARI custodiis: *l. 19. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 14.* carceris custodiae: *l. 4. C. Theod. de custod. reor. Lib. IX. tit. 3* functionibus: *l. 125. C. Theod. de decurion.* curiarum functionibus: *l. 83. C. Theod. eod. tit.* honoribus: *l. 46. C. Theod. eod. tit.* censuale ministerio: *l. 4. C. Theod. de tabular. Lib. VIII. tit. 2.* nexui curiae: *l. 124. C. Theod. de decurion.* Obsequio: *l. 26. C. Theod. de episcop. Lib. XVI. tit. 2.* ocio: *l. 4. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.* ordini: *l. 175. C. Theod. de decurion.* Tali praemio MANCIPETVR, id est, honoretur: *l. vn. C Theod. de his, qui se defer. Lib. X. tit. 11.* Capitali supplicio MANCIPETVR: *l. 8. C. Theod. de desertor. Lib. VII. tit. 18.* MANCIPARE se propriis vrbibus: *l. 48. C. Theod. de decurion.*]

MANCIPATIO, ait Vlpianus *tit. XIX. Reg. §. 3. 4. propria species alienationis est, et rerum mancipi, eaque fit, certis verbis, libripende, et quinque testibus praesentibus.* MANCIPATIO *locum habet inter ciues Romanos, et Latinos colonarios, Latinosque Iunianos, eosque peregrinos, quibus commercium datum est.* In emancipationibus vtique liberorum, vt penitus potestate patria liberarentur, trina MANCIPATIO intercedebat. Qua de re ex Caii *Libro I. Instit.* Boethius *in Comment. ad Topica Cic. Lib. III.* haec verba adfert: MANCIPATIO *est imaginaria quaedam venditio, quod ipsum ius proprium Romanorum est ciuium. Eaque res agitur, adhibitis non minus, quam quinque testibus, ciuibus Romanis, puberibus, et praeterea alio eiusdem conditionis, qui libram aeneam teneat, qui adpellatur libripens. Is qui mancipium accipit, aes tenens, ita dicit:* HVNC EGO HOMINEM EX IVRE QVIRITIVM MEVM ESSE AIO: ISQVE MIHI EMTVS EST HOC AERE, HAC AENEAQVE LIBRA. *Deinde aere percutit libram, idque aes dat ei, a quo mancipium accepit, quasi pretii loca.* At hodie in epitome illarum institutionum, a Gothis interpolata *Lib. I. tit. 6.* ita scriptum est: *Filius masculus tribus mancipationibus de potestate patris exit, et sui iuris efficitur.* MANCIPATIO *autem, hoc est, manus traditio quaedam similitudo venditionis est, quia et in* MANCIPATIONIBVS *praeter illum: hoc est, certum patrem, alius pater adhibetur, qui fiduciarius nominatur. Ergo iste naturalis pater filium suum fiduciario patri mancipat, hoc est, manu tradit, a quo fiduciario patre naturalis pater vnum aut duos numos, quasi in similitudinem pretii accepit, et iterum eum, acceptis numis fiduciario patri mancipat, et tradit. Hoc secundo et tertio fit, et sic de patris potestate exit.* Et mox: *Feminae, vel nepotes masculi ex filio, vna* MANCIPATIONE *de patris vel aui exeunt potestate, et sui iuris efficiuntur.* Cui conuenienter Vlpianus *tit. X §. 1. Ceteri,* inquit, *liberi, praeter filium, tam masculi, quam feminae vna* MANCIPATIONE *manumissioneque sui iuris fiunt.* Idem *l. 8. §. vlt. D. de iniust. rupt. irrit. fact. testam.* Filia quum emancipatur, vel nepos, quia vna MANCIPATIONE exeunt de potestate, testamentum non rumpunt. Proinde quod apud Gell. *Lib V. Cap. 19.* scribitur: *Adoptantur autem, quum a parente, in cuius potestate sunt, tertia* MANCIPATIONE *in iure ceduntur*: in liberis tantum virilis sexus, primique gradus locum habet. Ex illis autem trinis MANCIPATIONIBVS singulas mancipationes iisdem, et aliis testibus fieri posse, vel eodem die, vel intermisso tempore, Paullus *Libro II. Sent. tit. 25. §. 2.* ¶. 2. Familiae MANCIPATIO in testamento, quod per aes et libram fit. Vlpian. *tit. XX. Reg. §. 2. Illis testamentis abolitis, hodie solum in vsu est testamentum, quod per aes et libram fit, id est, per* MANCIPATIONEM *imaginariam, in quo testamenta libripens adhibetur, et familiae emtor, et non minus quam quinque testes, cum quibus testamenti factio est.* Similiter Iustinianus *§. 1. Inst. de testam.* Testamentum, inquit, quod dicebatur per aes et libram, scilicet quod per MANCIPATIONEM, id est, imaginariam quamdam venditionem agebatur, quinque testibus, et libripende, ciuibus Romanis puberibus praesentibus, et eo, qui familiae emtor dicebatur. Gell. *Lib. XV. Cap. 27.* tria olim genera testamentorum fuisse docens: *Tertium,* ait, *per familiae* MANCIPATIONEM, *cui aes et libra adhibetur.* ¶. 3. MANCIPATIONIS sollemnitas, in *l. 4.* et *l. 5. C. Theod. de donat.* est ritus mancipationis, qui in donationibus intercedebat, nisi quod ex Antonii Pii constitutione donationes inter parentes et liberos, neque MANCIPATIONE, neque traditione opus esset. Quod hac lege confirmat Constantinus. Erat haec MANCIPATIO, quam donationibus rerum mancipi accedere oportebat, ex capite tertio legis Cinciae de donis et muneribus; eiusque rationes luculenter suo more exposuit Fridr. Brummer *Comment. ad leg. Cinc. Cap. XIII. p. 191. et sequ. edit. Paris.* Idem *Cap. XIV. p. 207. sequ.* ritum hunc eleganter illustrat ex veteribus inscriptionibus. Sic apud Gruter. *Inscr. p. MLXXXI.* exstat marmor, in quo Statia Irene, ius liberorum habens, M. Licinio Timotheo DONATIONIS MANCIPATIONISQVE CAVSA sestertio numo vno, MANCIPIO dat monimentum, LIBRIPENDE CLAVDIO OATIVO, ANTESTATO CORNELIO VICTORE. Similia sunt marmora apud eumdem *p. CCCVIII, 9.* et *p. DCCCCLVII, 4.* quam postremam et Cuiac. *Lib. X Obs. Cap. 37* et Ob. Giphan. *ad l. vlt. C. de donat.* obseruarunt. HEIN

MANCIPATVS, VS, pro functione et munere, quo mancipes fungebantur. Sic MANCIPATVS cura: *l. 36. C. Theod. de curs. publ.* MANCIPATVS debitus cursui publico: *l. 46. C. Theod. de curs. publ.* MANCIPATVS functio: *l. vn. C. Theod. de mancip.* munus: *l. 18. C. Theod. de pistor. et catabol. l. 16. C. Theod. de diuers. offic.* necessitates: *l. 9 C. Theod eod. tit.* MANCIPATVI sociari. *l. 23. C. Theod. de cohort. princip.*

MANCIPI, et contra *nec mancipi res.* *l. 1. §. vlt. C. de vsucap. transf.* MANCIPI *res*, ait Vlpian. *tit. XIX. §. 1. sunt praedia in Italico solo, tam rustica, qualis est fundus, quam vrbana, qualis est domus: item iura praediorum rusticorum, velut via, iter, actus et aquaeductus. Item serui, et quadrupedes, quae dorso et collo domantur, velut boues, muli, equi, asini: ceterae nec* MANCIPI *sunt. Elephanti et cameli, quamuis collo dorsoue domentur, nec* MANCIPI *sunt, quia bestiarum numero sunt.* Cicero *in Topic. Cap. V. Abalienatio est eius rei, quae* MANCIPI *est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio.* Ad quem locum Boethius: *Omnes*, inquit, *res, quae abalienari possunt, id est, quae a nostro ad alterius transire dominium possunt,* MANCIPI *dictae sunt.* MANCIPI *res veteres adpellabant, quae ita abalienabantur, vt ea abalienatio per quamdam nexus fieret sollennitatem.* At hanc Boethii definitionem minus accuratam esse, obseruauit V. C. Ant. Schulting. *in Iurispr. vet. anteiustin. p. 619.* Res enim MANCIPI non solum traditione alteri nexu, sed et in iure cessione, vti modo ex Ciceronis *Topicis* vidimos abalienabantur. In vniuersum rerum MANCIPI et *nec* MANCIPI discrimen tantis tenebris obuolutum est, vt in eo eruendo multum relictum videatur eruditorum industriae, quamuis iam pleraque erudite expenderit V. A. Cornel van Bynkersh. opusculo insigni *de rebus mancipi et nec mancipi.* HEIN. Cicero *pro Muraena Cap. II. In his rebus repetendis, quae* MANCIPI *sunt.* Vlpianus *tit. XI. §. 27. Tutoris auctoritas necessaria est mulieribus, si rem* MANCIPI *alienent: pupillis autem hoc amplius, etiam in rerum nec* MANCIPI *alienatione tutoris auctoritate opus est.* Ceterum vti praedia *in Italico solo* MANCIPI res erant: ita prouincialia ante Iustinianum, nec MANCIPI habebantur. Nam quum tributaria ea essent, vel stipendiaria, non poterant mancipio a prouincialibus dari. Vsus duntaxat et fructus, καὶ χρῆσις eorum ad prouinciales pertinebat: mancipium et proprietas populi Romani erat.

MANCIPIVM interdum pro abalienatione, dominiique ex iure Quiritario per mancipationis sollemnitatem facta translatione vsurpatur. Paollus *in Collat leg. Mosaic. et Rom tit. XVI. §. 3. Post mortem patris natus vel ab hostibus reuersus, aut ex primo secundoue* MANCIPIO *manumissus.* Cicero *de harusp. respons. Cap. VII. Multae sunt domus iure* MANCIPII, *et iure nexus.* Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 31. In his emtionibus, quae* MANCIPII *sunt, etiamnum libra interponitur.* Cic. *Lib I. de Orat. Cap. 39. In* MANCIPII *lege dixisset.* MANCIPII quoque *lex*, est apud Varron. *de lingua Lat. Lib. V.* Inde MANCIPIO dare et accipere, apud Plaut. *Curcul. Act. IV. scen. 2. et Act. V. scen. 2.* et in *Milit. gloriof. Act. I. scen. 1.* in *Persa Act. IV. scen. 3. et 4. in Trinum. Act. II. scen. 4.* et *Mostellar. Act V. scen. 1.* Varro *Lib. VI. de lingu. Lat. Manilius scribit, omne, quod per aes et libram geritur, in quo sunt mancipi, nexum esse. Mucius Scaeuola, quae per aes et libram fiant, vt obligentur, praeterquam quae mancipio dentur.* Cic. *Topic. Cap. X. Finge,* MANCIPIO *aliquem dedisse id, quod mancipio dari non potest.* Idem *Lib. I. ad Attic. Epist. 1. De iis rebus, quas cum dolo malo* MANCIPIO *accepisse de Vario diceremus.* Seneca *Epist. LXXIII. Fortuna nihil dat* MANCIPIO. Tacit. *Lib. III. Ann. Cap. 67. Seruos quoque Silani actor publicus* MANCIPIO *acceperat.* ¶. 2 Quum vero huc ritu dominium legitimum et Quiritarium transferretur: MANCIPIVM etiam ipsa est proprietas quam ab *vsu et fructu* separant veteres, vt Graeci χρῆσιν καὶ κτῆσιν. Proinde quum Curius ad Ciceronem *Lib. VII. ad famil. Epist. 29. scripsisset: Sum enim χρήσει μὲν tuus, κτήσει* TE *Attici nostri. Ergo fructus est tuus,* MANCIPIVM *illius:* Cicero epistola, quae proxime sequitur, ita rescribit. *Atticum, cuius quando proprium te esse scribis* MANCIPIO *et nexu, meum autem vsu et fructu, contentus isto sum. Id enim cuiusque est proprium, quo quisque vtitur et fruitur.* Lucret. *Lib. III v. 985.*

Vitaque MANCIPIO *nulli datur, omnibus vsu.*

Sui MANCIPII esse, id est, suae potestatis et sui iuris Brutus *Epist. ad Cic. XVI. An vt esset sui iuris et* MANCIPII *respublica.* In MANCIPIO enim esse dicebantur personae alieno iuri et dominio subiectae, separanturque haec, *in potestate, in manu, in* MANCIPIO in rubrica apud Vlpian. *tit. IX. et X. regularum.* Idem *tit XIX. §. 18. Acquiritur autem nobis etiam per eas personas, quas in potestate, manu, mancipioue habemus.* Inter quae verba non leuis, mero iure ciuili differentia intercedit. Etenim in *manu* duntaxat non item in MANCIPIO, erant vxores, quae in manum conuenerant, de quibus apud Liuium *Lib. XXXIV. Cap. 7.* L. Valerius loquens *Vos*, ait, *in* MANV *et tutela, non seruitio debetis habere eas:* eoque nexu mulieres, diuortio, vel morte soluto matrimonio liberabantur. In MANV vero MANCIPIOque erant tam serui, quam filiifamilias, quos MANCIPI fuisse, mancipationisque sollemnitate abalienari, et in ius ac dominium alterius transferri potuisse, constat. Gellius tamen *Lib. IV. Cap. 3.* horum verborum proprietatem insuper habens: *Quae iuncta*, inquit, *consuetaque esset cum ea, in cuius* MANV MANCIPIOQVE *alia matrimonii caussa foret.* Sed vel ex hoc ipso Gellii loco discere potuisset Brissonius, non esse haec, quod ad effectum diuersa, et vxorem, quae in manum conuenisset, non minus, quam liberos et seruos tum *in manu*, tum *in potestate* et MANCIPIO fuisse. Sane et vxor non modo vsucapiebatur, sed et coemebatur, et in dominium Quiritarium mariti redigebatur. Praeterea erat loco filiaefamilias et sui heredis: Gellius *Lib. XVIII. Cap. 6.* Seruius *Lib. XI. Aen v. 476.* Denique et abalienari vxores, quae in manum venissent, earumque veluti dominium in alium transferri potuisse, argumento sunt exempla huiusmodi abalienationum, quae veteres memorant. Sic sane Cato Vticensis, vir recti exempli, vxorem Marciam remancipauit Hortensio, teste Plutarch. *in Cat. p. 770.* Neronem vero, Liuiam vxorem, etiam praegnantem cessisse Octauio Augusto, Tacit. *Lib. V. Annal. Cap. 1.* et Dio Cass *Lib XLVIII p. 384.* memoriae prodiderunt. Ex quibus testimoniis patet, et postremum, quod inter *manum* et MANCIPIVM deprehendere sibi visus est. discrimen, puta ius abalienandi, solido fundamento minime inniti HEIN. ¶. 3 MANCIPIA etiam dicuntur serui, qui iustam seruitutem nobis

ser-

ferniunt, siue aere emti, siue ex ancillis nostris nati, siue bello capti sint. Serui enim ex eo adpellati sunt, quod Imperatores captiuos vendere, ac per hoc seruare, nec occidere solent: qui etiam MANCIPIA dicti sunt; quod ab hostibus manu capiuntur. *§. 1. Inst. de iur. person.* Quae vtique Iustinianus descripsit ex Florentini *Libro IX. Institutionum*, vt adparet ex *l. 4. D. de statu hom.* Varro *Lib. V. de lingu. Lat.* *A manu manupretium, et* MANCIPIVM, *quod manu capitur.* Donat *in Adelph. Terent. Act. II. scen 1.* MANCIPIA *dicuntur, quod manu capta sunt: serui, qui seruati sunt, quum eos occidi oporteret iure belli.* Cic *Paradox. V. Cap. 1.* *Non enim ita dicunt eos esse seruos, vt* MANCIPIA, *quae sunt dominorum facta nexu, aut aliquo iure ciuili* Sic: MANCIPIVM morbosum, vel vitiosum: *l. 51. D. de Aedil. edict.* Morbosa MANCIPIA et non morbosa: *l. 35. D. eod. tit.* quae nouitia sunt, quasi nouitia distrahere: *l. 37. D. eod. tit.* MANCIPIA nouitia, venalia, veterana, viualia. *l. vlt. §. 3. D. de publican.* MANCIPIORVM ordo et dignitas: *l. 15. §. 1. D. de vsufr* MANCIPIA, quae in peculio fuerint, vel in instrumento fundi: *l. 33. D. de Aedilit edict.* Praesumtum est, ea MANCIPIA, quae rudia sunt, simpliciora esse, et ad ministeria aptiora et dociliora, et ad omne ministerium habilia. *l. 37. D de Aedilit. edict.* MANCIPIA rustica et vrbana *l. 41. §. 2. D. de legat. III. l. 7. C. de bon. proscript.* *l. 6 C. Theod. de decurion.*

MANCVS, A, VM, idest, vt Non. Marcellus interpretatur, debilis. MANCVM esse eum, qui imbecillitate dextrae validius sinistra vtitur, ait Vlpianus *l. 12. §. 3. D. de aedilit. edict.*

MANDARE, est gerendum quid alicui committere: quod his verbis explicari solet: MANDO, ROGO, VOLO PETO *l. [illegible]. §. 12. l. 59. §. 5. l. vlt D mand.* Veteres id verbum a *manus datione* natum esse, censent. Isidor. *Lib. IV. Orig. Cap. 24.* Qui enim mandabant, id faciebant prehensa alterius dextra, quippe fidei consecrata Sic senex apud Terent. *Heautont. Act. III. scen. 1. v. 82.*

Cedo dextram: porro te idem oro vt facias,
Chreme.
CH. *Paratus sum.*

Plaut. *Capt. Act. II. scen. 3. v. 82.*

Haec per dexteram tuam te, dextera retinens manu,
Obsecro, infidelior mihi ne fuas, quam ego sum tibi.

Vnde elegans est obseruatio V. C. Ger. Noodtii *in Comment. in Pandect Tom. II. Op. p. 372.* existimantis, mandatum priscis temporibus non fuisse contractum, ex quo obligatio ciuilis et actio nata sit, sed negotium, quod solo mandatarii pudore continere tur, vel, vt Paullus *l. 1. §. 4. D mandat.* loquitur, *quod originem ex officio et amicitia traxit* At postea, quum a prisca virtute ita descitum esset, vt nemo in alterius fide fiduciam collocare posse videretur: opus fuit iuris vinculo, ac proinde MANDATVM in contractum transiit HEIN.

¶. 2 Et huc pertinent loquutiones: Si omnium negotiorum erat ei administratio MANDATA: *l. 6. §. vlt. D. de procur. l. 17. §. 16. D. de iniur.* id est, commissa, vt *l. 58. D. eod. tit.* Duobus quis MANDAVIT negotiorum administrationem: *l. 60. §. 2. D. mand.* id est, commisit, vt *d. l. 60. §. 4. D. eod. tit.* Procurator, cui res administrandae MANDATAE sunt: *l. 62. D. de procurator.* Cui rerum prouinciae cuiusque administratio MANDATA erit: *l. 35. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* De rebus, quas in vsus sibi aduehendas MANDANT praesides *l. 4 §. 1. D. de publican.* Si libero homini MANDEM, vt aliquid agat: *l. 19. §. 2. D. de negot. gest.* Qui alii MANDAT: *l. 7. §. vlt. D. de iurisdict.* Qui MANDASSE caedem dicitur: *l. 6. C. de his, quae vt indign.* MANDARE caussam agendam: *l. 14. C. de procurat.* MANDARE defensionem sui: *l. 23. D. de vsur.* Qui detulit, aut MANDAVIT *l. 18. §. 9. D. de iur. fisc.* Quo MANDANTE flagitium admissum: *l. 17. D. de SC. Silan.* Si seruo suo fugam MANDAVIT: *l. 24. D. de noxal. act.* Quod patrem suum MANDASSET interficiendum: *l. 31. §. 2. D. de adim. legat.* Si hoc specialiter procuratori MANDAVI: *l. 5. §. 1. D. quod quisque iur. in alt. stat.* Debitori suo reus stipulandi MANDAVIT. vt Titio soluat: *l. 77. §. 6. D. de legat. II.* MANDARE debitoribus, vt procuratori soluant: *l. 34. §. 3. D. de solut.* Qui MANDAT solui *l. 56. D. eod. tit.* MANDARI verbo potest. Cai. *Instit. Lib. II. tit. 9. §. 18.* ¶. 2. MANDARE etiam dicuntur testatores, *l. 25. D. de adim. legat.* et apud Martial. *Lib I. Epigr. 89.* Ouid. *Lib. I. Trist eleg. 2.*

Et MANDARE *suis aliqua, et sperare sepulcrum.*

Sic in carmine Augusti de Aeneide Virgilii:

Suprema voluntas.
Quod MANDAT, *fierique iubet.*

Si parentis voluntas, vel testatoris, aliquid super alienando eo MANDASSE deprehendatur: *l. 3. C. quando decret. op. non est.* Si cui funeris sui curam testator MANDAVERIT: *l. 14 §. 2. D. de religios.* Si praediorum dotis instrumenta verbis precariis, vel testamento, vel codicillis, vxor tibi dari MANDARIT: *l. 15. C. ad leg. Falcid.* MANDATA diuisio legatorum testamento; *l. 8. D. de alim. vel cibar. legat.* Si testator funus mihi MANDAVIT: *l. 14. §. 13. D. de religios.* A tutoribus, quibus pater negotia gerenda MANDAVIT: *l. 26 § 1. D. de testam. tutel.* Tutela liberorum matri testamento patris frustra MANDATVR: *l 26. D de testam. tutel.* Tutela testamento MANDATA. *l. 28. D eod. tit.*

¶. 3. MANDARE etiam dicitur respublica, quoties cui aliquid negotii dat. Sic: Si duobus cura pecuniae ciuitatis mandetur: *l. 1 C. quo quisqu. ord. Lib. XI.* Defensio negotii legato MANDARI non potest: *l. 12. D. de vacat. et excus. mun.* MANDATA legatio: *l. 8. D. de legationib.* MANDARE magistratum: *l. 6. D. de muner. et honorib.* MANDARE munus *l. 17. §. 7. D. ad municipal.* MANDATVM tutelae officium: *l. 39. §. 6 D. de administr. et peric. tut.* Poenae persequutio voluntati iudicis non MANDATVR *l. 1. § 1. D. ad SC. Turpill.* Tutela testamento MANDATA. *l. 28. D. de test. tutel.* ¶. 4. Porro MANDARE est delegare, seu ad alium transferre, vt loquitur *l. 1. D. de offic procons.* et *l. 2 D. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* Sic: MANDARI actiones, id est, cedere et praestare: *l. 51. D. de pecul. l. 23 D. pro soc. l. 13. D. de pign. act. l. 37. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 8. §. 5. D mandat, l. 2. §. vlt. D. famil. ercisc. l. 14.* pr. D.

pr. D. de furt. l. 34. D. de legat. III. l. 32. §. 5. D. de donat. int. vir. et vxor. itemque eas MANDARE, *l. 41. §. vlt. D de fideiuss. l. 24. §. 2. D. de pignorat. act* [vbi MANDARE et *suscipere* opponuntur;] *l. 25. D de administr. et peric. tut. l. 1. §. 14. D. de tutel. et rat. distr. l. 76. D. de solut. l. vlt. D. de transact. l. 2. C. de donat. l. 3 §. 5. C. de hered. vel act. vend. l. 1. C. de nouat. l. 2. C. de contr. iud.* MANDATAE actiones: *l. 70. D. de procurat. l. 53. D de pecul. l. vlt. C. quand. fisc. l. 2. C. si cert. pet.* MANDARE cognitionem: *l. 1. D. de offic. ei. cui mand. iurisdict. l 6. D. de offic. proconf.* MANDARE iurisdictionem: *l. 5. l. 6. D. de iurisdict. l. 1. §. vlt. D. quis a quo adpell.* id est, transferre: vt loquitur *l. 1. D. de offic. ei. cui mand. iurisd.* MANDATA enim iurisdictione officium totum iuris dicundi transit: *l. 1. § 3 D. de susp. tut.* Hinc is, cui est mandata iurisdictio, iudicem dare potest, vt sunt legati proconsulum. *l. 12. §. 1. D. de iudic.* MANDATA porro iurisdictione, quae transferantur, vide *l. 1. pr. et §. vlt. l. 2. l. 4. l. vlt. D. de offic. ei. cui mand. iurisd. l. 12. D. de offic. procons.* Sic iurisdictionem MANDANT praesides prouinciarum: *l. 2. D. eod. tit. l. 8. D. de tut. et curat. dat. l. 8. §. 18. D. de transact.* Solet et praetor iurisdictionem MANDARE, et aut omnem MANDAT, aut speciem vnam: *l. 16. D. de iurisd.* Nam praetor, sicuti vniuersam iurisdictionem MANDARE alii potest, ita et in personas certas, vel de vna specie potest. *l. 17. D. eod. tit.* Si praetor MANDET iurisdictionem: *l. 1. §. 3. D. de susp. tutor.* Atque adeo praetorem ipsi collegae suo iurisdictionem MANDASSE legimus. Liu. *Lib. XXIV. Cap. 44.* M. Aemilius, praetor, cuius peregrina sors erat, iurisdictionem Atilio, collegae, praetori vrbano MANDAVIT. Iul. Capitolin. *in Marco Cap. XII. Praetorem quoque, qui pessime egerat, non abdicare se praetura iussit, sed collegae iurisdictionem* MANDAVIT. Sed et proconsul ingressus prouinciam MANDARE iurisdictionem legato suo debet: nec hoc ante facere, quam fuerit prouinciam ingressus. *l. 4. §. vlt. D. de offic. procof.* Aliquando MANDARE iurisdictionem proconsul potest, etsi nondum in prouinciam peruenerit: *l. 5. D. eod. tit.* MANDARE iurisdictionem, vel non MANDARE, est in arbitrio proconsulis: *l. 6. §. 1. D. eod. tit.* MANDARE persequutionem, id est, cedere: *l. 21. C. de fideiuss.* MANDARE persequutionem rerum hereditariarum actionesque tribuere. *l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend.*

☞ MANDATARIVS, qui mandatum suscipit, vocabulum artis, exemplo τῶν *commodatarius, depositarius, cessionarius*, similiumque inuentum, ceu iam notauit Ducker *de Latin. vet. iurisc. p. 446.* Exempla hic accumulare, nihil attinet. HEIN.

MANDATARIVS, A, VM. MANDATORIO nomine: *l. 15. C. ad SC. Vellei. l. 19. l. 22. C. de fideiussor.*

MANDATOR dicitur, qui aliquid mandat. *l. 22. §. vlt. l. 46. l. 49. l. 58. D. mandat. §. 11. Inst. de mandat. l. 135. §. 2. D. de verb. obligat.* Sic MANDATOR caedis: *l. 6. D. de SC. Silan.* et apud Paull. *Lib. V. Sent tit. 23. §. 11.* Qui dicit alium se iurisiurandi facti MANDATOREM habuisse. *l. 5. C. de accusat.* ¶. 2. Speciatim MANDATORES dicuntur, quorum mandato alii pecunia credita est. *l. 41. §. pen. l. 71. et l. vlt. D. de fideiuss. rubr D. de fideiuss. et mandat. l. 4. C. eod. tit. l. 59. §. 1. l. 60. D. mandat. l. 1. §. 19. D. si quid in fraud. patron. l. 95. §. 10. et §. pen. D. de solut. l. 8. C. de pignor. l. 12. C. de non num. pecun. l. 3. C. de locat. l. 8. C. quod cum eo, qui in al. pot. est.* Ii a fideiussoribus eo distant, quod auctores sint contrahendi negotii, quum fideiussores contractae iam obligationi accedant. Ergo MANDATORES, tamquam auctores, praecedunt, fideiussores vero alienam obligationem sine nouatione in se suscipiunt. Ceterum MANDATOR non est, qui faciendi nominis caussa, quasi proxeneta interuenit. Hic enim monstrat magis nomen, quam mandat, tametsi laudet *l. 2. D. de proxenet.* Eiusdem pecuniae credendae plures MANDATORES. *l. 52. §. vlt. D de fideiuss.* ¶. 3. MANDATOR quoque caussae, seu delationis, dicitur, qui mandat alicui, et instruit delatorem, subornatque ad accusationem, dando probationes, adlegando accusationes. *l. 2. §. 1. cum sequ. l. 22. in fin. l. 23. l. 24. D. de iur. fisc. l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* Sueton. *in Tito Cap. VIII. Inter aduersa temporum delatores,* MANDATORES*que erant ex licentia veteri.* Constantin. Harmenopul. *Lib. I. tit 5. §. 3.* Μανδάτωρ λέγεται ὁ τῷ μηνυτῇ ὑπηρετήσας εἰς τὴν τῦ πράγματος καταμήνυσιν. MANDATOR *dicitur, qui delatori ad rem denunciandam prodendamque subseruit.* Enimuero, qui exhortatur, MANDATORIS opera non fungitur. *l. 20. D. de his, qui not. infam.* ¶. 4. Ceterum in re militari MANDATORES dicebantur, οἱ τὰ μανδάτα ἀπὸ τῶν ἀρχόντων πρὸς τὰς στρατιώτας ὀξέως διακομίζοντες, *mandata ducum ad milites celeriter perferentes*, vt Leo Imp. interpretatur. Suidas: MANDATOR, εἶδος ἀξιώματος, *species dignitatis militaris.*

MANDATVM, contractus, quo cui negotium gratis suscipiendum committitur. Vnde: MANDATI actio duplex, *directa* et *contraria*; quarum illa mandatori; haec ei, qui mandatum suscepit datur. Vetus Glossarium: MANDATI actio, ἀγωγὴ, ὅταν ἐγγυητὴς ἀποδῷ τὸ τῦ πρωτοτύπη, κινήσας ἀγωγὴν κατὰ τύτυ ἐπὶ ἀναλήψει, ὧν ἀπώφλησεν ὑπὲρ αὐτῦ. *est actio, quam fideiussor, qui expunxit debitum principale, instituit aduersus eum, cuius ipse debitum suscepit.* Sic: contraria actione agere: *l. 54. §. vlt. D. mand.* MANDATVM actionum: *l. 76. D. de solut.* MANDATI agere: *l. 30. l. 31. l. 45. D. mand. l. 18. D. de fideiuss l. 34. §. vlt. D. mand.* Alieno MANDATO: *l 22. §. vlt. D. de iur. fisc.* MANDATI condemnari: *l. 6. §. 6. D. de his, qui not. infam.* MANDATVM consummare *l. 17. §. 3. D. commodat.* et *l. 22. §. 11. D. mandat. §. 11. Inst. de mand.* Contrahitur MANDATVM quinque modis: siue sua tantum gratia aliquis tibi mandet, siue sua, et tua, siue aliena tantum, siue sua et aliena, siue tua et aliena. *l. 2. D. mand. et pr. Inst. de mand.* MANDATI conuenire: *l. 1. §. 19. D. si quid in fraud. patr. l. 43. D. mand.* MANDATVM vtrilibet eorum dedit. *l. 47.*

l. 47. D. de procurat. MANDATVM egredi: *l. 41. D. mand.* vel MANDATI formam egredi: Cai. *Inst. Lib. II. tit. 9. §. 20.* MANDATVM explere: *l. 27. §. 2. D. mand.* exsequi: *l. 22. §. 10.* et *l. 27. §. 3. D. mand. §. 8. §. 9. Inst. de mand.* MANDATVM exstinctum est, finita voluntate: *l. 12. §. 16. D. mandat.* Si, dum adhuc integra res sit, reuocatum fuerit, euanescit: *§. 9. Inst. de mandat.* MANDATI fines custodiendi: *l. 10. D. mandat.* eosdem excedere: *l. 5. D. eod. tit.* MANDATVM generale de vniuersis negotiis gerendis: *l. 25. §. vlt. D. de minor.* MANDATO generali non contineri transactionem, decidendi caussa interpositam: *l. 60. D. de procurat.* Generali MANDATO quaerendi mariti filiaefamilias: *l. 34. D. de rit. nupt.* Huic opponitur MANDATVM *speciale.* Quae autem speciale MANDATVM desiderent, vide *l. 26. D. de minor. l. 63. D. de procurat.* MANDATVM nisi gratuitum, nullum est. Interueniente enim pecunia, res ad locationem et conductionem penitus respicit: *l. 1. §. 1. D. mandat.* MANDATVM gratuitum esse debet: *l. 36. §. 1. D. eod. tit.* Nam mercede constituta incipit locatio conductio esse. *§. 13. Inst. eod. tit.* MANDATVM implere: *l. 5. D. mand. l. 26. D. eod. tit.* instaurare: *l. 56. §. 2. D. eod. tit.* Nullo intercedente mandato: *l. 34. §. 4. D. de solut.* MANDATVM intercidit, defuncto eo, qui illud suscepit: *l. 57. D. mandat.* MANDATI iudicium *dari, competere,* vel *non,* dicitur: *l. 41. D. mand.* Eo iudicio, quod procurator emtori praestiterit consequimur: *l. 14. D. de publican.* Eo iudicio aliquem conuenire: *l. 59. §. 1. D. mandat.* Contrario MANDATI iudicio experiuntur, qui MANDATVM susceperunt, vt puta, qui rerum, vel rei vnius, procurationem susceperunt. *l. 12. §. 7. D. mandat.* MANDATI iudicio persequi id, quod soluerit: *l. 29. D. mandat.* Quod ob rem iudicatam procurator soluerit, contrario MANDATI iudicio recuperare debet: *l. 46. § 4. D. de procurat.* MANDATI iudicio teneri: *l. 32. l. D. mandat.* Cicero *pro Sex. Rosc. Amer. Cap. XXXVIII. In priuatis rebus, si quis rem mandatam non modo malitiosius gessisset, sui quaestus aut commodi caussa, verum etiam negligentius: eum maiores summum admisisse dedecus existimabant. Itaque MANDATI constitutum est iudicium, non minus turpe, quam furti: credo, propterea, quod, quibus in rebus ipsi interesse non possumus in his operae nostrae vicaria fides amicorum supponitur, quam qui laedit, oppugnat omnium commune praesidium, et, quantum in ipso est, disturbat vitae societatem.* MANDATVM iurisdictionis: *l. 6. D. de offic. proconf.* MANDATI obligatio consensu contrahentium consistit: *l. 1. §. 1. D. mand. l. 2. D. de obl. et action.* MANDATO praecedente: *l. 3. D. rat. rem habit. l. 58. D. mandat.* Non refragante MANDATO: *l. 68. D. de procurat.* MANDATVM soluitur morte eius, cui mandatum est, si is integro adhuc MANDATO decesserit: *l. 27. §. 3. D. mandat.* MANDATVM suscipere: *l. 36. D. ad municipal. l. 46. D. de negot. gest. l. 1. l. 12. §. 7. et §. 11. l. 20. l. 22. §. vlt. l. 39. l. 41. l. 43. D. mand. l. 6. §. 6. D. de his, qui not. infam.* MANDATI teneri: *l. 6. §. 2. D. mandat. l. 12. §. 15. D. eod. tit.* ¶. 2. MANDATA adpellantur praecepta principum, quae praesidibus in prouincias proficiscentibus dabantur, quibus omnia, quae

eorum muneri et officio incumbebant, continebantur. *l. 3. D. de colleg. l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* Sic: MANDATIS adiicitur: *l. 19. D. de offic. praesid.* Caput MANDATORVM: *l. 27. §. vlt. D. de poen.* et apud Frontin. *de aquaeduct. Lib. II.* Caput ex MANDATIS: *l. 1. D. de test. mil.* Atque interdum horum MANDATORVM capita quaedam a praesidibus in prouinciis sub edicto proponebantur, vt adparet ex *l. 6. §. 1. D. de custod. et exhib. reor.* At erant etiam arcana principum MANDATA, κρυπτὰ ἀγγέλματα, et non publicanda, quae incidentibus potissimum rebus nouis extra ordinem mittebantur. Ea κατασεσημασμένα γράμματα ἐν τοῖς πυκτοῖς πίναξι, *litteras obsignatas in duplicibus tabellis,* vocat Herodianus *Histor. Lib. VII. Cap. 6.* HEIN. MANDATIS cauetur: *l. 6. D. de adpell. recip. l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat. l. 6. D. de extraord. crim. l. 7. §. 1. D. de iur. patron.* continetur: *l. 6. §. vlt. D. de offic. proconf.* Contra MANDATA vxorem ducere: *l. 65. D. de rit. nupt. l. 2. D. de his, quae vt indign.* MANDATA Imperatorum: *l. 7. §. 1. D. de iur. patron.* MANDATIS permissum est: *l. 13. §. vlt. D. de verb. signif.* praecipitur: *l. 5. D. de seru. exportand. l. 1. D. de colleg.* MANDATA principalia, quae praesidibus dantur: *l 35. D. de poen. l. 1. D. de colleg.* MANDATA principis: *l. 1. §. 4. D. de legat. III.* principum: *l. 3 D. de offic. praef. l. 5. D. de seru. export.* et apud Frontin. *in prooem. Lib. I. de aquaeductib.* Iustinianus *Nou. XVII. praef.* οἱ τοῖς ἐν ταῖς ἀρχαῖς σελλομένοις ῥητὰ παρεῖχον παραγγέλματα, MANDATA *principis* αὐτὰ καλοῦντες, καθάπερ ἐχρῆν αὐτοὺς διακυβερνᾶν τὰς ἀρχάς. *Qui ad administrationes directis certa praecepta dabant,* MANDATA *principis ea vocantes, secundum quae eos oporteret gubernare administrationes.* Idem *Nouell. XXX. Cap. 11. §. 2.* Καὶ τῶν ἡμετέρων παραγγελμάτων ἀναμεμνησκόμενον, ἅτινα δώσομεν αὐτῷ σὺν τοῖς τῆς ἀρχῆς συμβόλοις, ἐκάλουν δὲ ταῦτα καὶ οἱ πάλαι *MANDATA principis. Memor etiam sit MANDATORVM nostrorum, quae ipsi dabimus vna cum codicillis magistratus, quae veteres vocarunt MANDATA principis.* Ea et alibi θεῖα id est, *diuina commonitoria* vocantur. Lucianus ἐντολὰς adpellat, in libello *pro eo, qui lapsus inter salutandum fuerat p. 501. Tomo I.* quum ait: Καὶ ἐν τῷ τῶν ἐντολῶν βιβλίῳ, ὃ ἀεὶ καὶ παρὰ βασιλέων λαμβάνετε, τοῦτο πρῶτον ὑμῖν ἐςι παράγγελμα, τῆς ὑγείας τῆς ἡμετέρας αὐτῶν ἐπιμελεῖσθαι; *Nonne in MANDATORVM libello, quem semper ab Imperatore quoque accipitis, hoc primum vobis praecipitur, vt vestram valetudinem curetis?* Cuius loci sententiam memini me *Libro III. Formul. §. 84. p. 308.* exponere: ex quo loco ea de MANDATIS principalibus testimonis, quae hic desunt, suppleo. Plin. *Lib. X. Epist. 64. Nam sicut MANDATIS tuis cautum est, ne restituam aut ab alio, aut a me relegatos.* Et *Lib. X. Epist. 11. Vtebaturque MANDATIS tuis, quibus eiusmodi donationes vetantur.* Et *Epist. 112. eiusdem libri: Largitiones ex publico fieri, MANDATA prohibent.* Tertullianus *ad Scapulam Cap. III. Videtis ergo, quomodo vos contra MANDATA faciatis, vt confessos negare cogatis.* Eodemque sensu apud eumdem *in Apologet. Cap. II.* et in *libro de ieiun. Cap. XIII.* verbum

MANDATORVM accipiendum est. ¶. 3. Sic et MANDATA reipublicae, reperimus *l. 36 D. ad municipal. et de incol.* ¶. 4. Denique et MANDATA morientium dicuntur apod Tacit. *in vit. Agric. Cap. XLV.* Et talia funt MANOATA *de funere* apud Sueton. *in August. Cap. vlt.* et *suprema MANDATA* apud Senec. *in Medea Act. III. scen.* 2.

MANDATVS, VS. Saepe enim in libris nostris MANDATV, pro *mandato* legimus. *l. 35. D. de procur. l. 3. D. de offic. ei. cui mand. iurisd. l 26. D. de minorib.* Sic MANOATV amici: *l. 26. §. vlt. D. mand.* creditorum; *l. 32. §. vlt. D. eod. tit.* domini: *l. 1. l. 63. D. de procurat. l. 9. D. comm. diuid.* meo; *l. 26. §. 5. D. mand. l. 45. l. 49. D. eod. tit. l. 11. D. qui satisd. cog. l. 95. §. 10. l. vlt. D. de solut. l. 30. D. de legat. III. l. 19. D. de damn. inf.* patris: *l. 33. D de minorib.* tuo: *l. 26. §. 5. D. de mandat.*

MANDRAGORA. Eius fit mentio in *l. 3. §. 1. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Planta est, cuius duo genera, maris et feminae adpellationibus distinguuntur. Plinius *Lib. XXV. Cap. 13.* MANDRAGORAM *alii Circium vocant. Duo eius genera: candidus, qui et mas: niger, quae femina existimatur, angustioribus foliis, quam lactucae, hirsutis et callibus, radicibus binis ternisue, rufulis, intus albis, carnosis, tenerisque paene cubitalibus.* Quae ille ex Dioscoridis fontibus hausit, cuius e *Lib. IV. Cap. 76.* verba sunt haec: Μανδραγόρας, οἱ δὲ ἀντίμηλον, οἱ δὲ διρκαίαν, οἱ δὲ Κιρκαίαν καλοῦσιν, ἐπειδὴ δοκεῖ ἡ ῥίζα φίλτρων εἶναι ποιητική. MANORAGORAS *alii Antimelum, alii Dircaeum, alii Circaeum vocant, quandoquidem radix ad philtra facienda idonea creditur.* Ex quo adparet, apud Plinium *Circaeum* legendum esse, non *Circium.* Illo enim nomine MANDRAGORA quasi amatoria radix, a Graecis adpellabatur, ea ratione, qua *gramen Circaeum* dixit Propert. *Lib. II. Eleg. I. v. 53. Circaeum poculum* Cicero *in Verr. Diu. Cap. XVII. et Circes pocula* Horat. *Lib. I. Epist. 2. v. 23.* Columella *Lib. X. non procul ab init. Semihominem* MANORAGORAM, *vesano gramine* vocauit, quam et ἀνθρωπόμορφον Pythagoras adpellasse fertur, an ab humana specie, quam ea radix impostorum arte vulgo repraesentat? an quod reuera genitalis radix, a medio ad imum bifida bifurcataque proueniat, adeo, vt crura humana figura habere videatur? MANORAGORAE autem mala ναρκωτικὰ esse, et soporem grauem inducere, Dioscorides tradit. Vnde Suidas: μανδραγόρας ὑπνωτικὸς καρπός, ἢ λήθης ποιητικός. MANORAGORAE *fructus soporifer, et obliuionem inducens.* Hesychius: μανδραγόρας εἶδος βοτάνης οἰνικόν, καὶ ὑπνικόν. MANORAGORA, *species herbae, quae temulentos et somnolentos efficit.*

MANERE, est morari et, vt Non. Marcellus explicat, *in loco consistere.* Si pater eius in adoptione MANSISSET: *l. 1. §. 7. D. de bon. poss. contr. tab.* Quamdiu aedificium MANET et *aedificio dilapso*, opponuntur: *l. 6. D. de diuis. rer.* MANET arbor in suo statu: *l. 7. D. de seru. praed. urban.* MANET in bonis statua: *l. 2. D. de sepulcr. viol.* [MANERE in caupona viatores, *l. 5. pr. D. naut. caup. stabular.* Vnde ipsae cauponae, vti paullo post adparebit, MANSIONES dictae sunt.] Corpora hereditatis, quae in eadem caussa dominii MANSERVNT: *l. 77. § 20. D. de legat. II.* Quo minus res in caussa hereditaria MANEANT: *l. vlt. D. vt in possess. legat.* Quae de reditu praediorum in eadem caussa MANSERVNT: *l. 93. D. de legat. III.* Fructus in caussa pignoris MANET. *l. 24. §. vlt. locat.* Si in eadem caussa MANEAT: *l. 38. D. de solut.* MANET ciuis: *l. 5. D. de capt. et postlim.* MANERE in ciuitate: *l. 17. D. de procurat. l. 71. D. de euict. l. 19. D. de reb. dub.* In eadem conductione colonus MANET: *l. 9. C. de locat.* MANET debitor fisci nihilominus: *l. 12. D. ad leg. Iul. peculat.* MANERE in familia: *l. 5. D. de his, qui sui vel al. iur.* Fundo altero manente seruo: *l. 6. §. vlt. D. quemadm. seru. amitt.* Si MANSERIT in hereditate seruus, et *si exierit*, aduersantur. *l. 8. D. de seru. corr.* Vtrum omnes iidem MANEANT, an pars maneat, vel omnes immutati sint: *l. 7. §. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom.* MANERE in matrimonio: *l. 41. §. 4. D. de legat. III.* in numeris: *l. 4. D. de test. mil.* MANENT numi eius: *l. 78. D. de solut.* Numi tui MANESVNT: *l. 1. §. 1. D. de stipul. seru.* In obligatione MANEBIT seruus: *l. 11. §. vlt. D. de legat. II.* MANET obligatus: *l. 66. D. de solut. l. 15. D. de duob. reis.* Quatenus MANERET filius ex stipulatu obligatus: *l. 49. D. de verb. oblig.* Quum reus obligatus MANEAT: *l. 21. §. vlt. D. de fideiuss.* Vt in reliquum tantum tibi MANEAT obligatus: *l. 21. D. de donat.* Alter obligatus MANEBIT: *l. 38. §. vlt. D. de solut.* Pignus MANEBIT obligatum: *l. 43. §. 8. D. de Aedilit. edict.* MANERE in ordine decurionum: *l. 40. D. de iniur.* MANET possessor: *l. 3. §. 18. D. de adquir. vel amitt. poss.* In potestate, siue patria, sioe dominica MANERE: *l. 16. l. 18. D. de legat. praest. l. 23. D. de fideic. libert. l. 23. D. si quis omiss. causs. test. l. 8. §. vlt. D. de bon. possess. contra tab. l. 42. D. de condit. et demonstr.* Vlpian. *Fragm. tit. XXVIII. §. 3. l. 1. §. 1. D. si a par. quis manum.* Vnde in potestate MANENS, et *emancipatus*, opponuntur: *l. 3. §. 4. D. de minor. l. 10. §. vlt. D. de fideiussor. l. 67. §. 1. D. de rit. nupt.* item in potestate MANENS, et *manumissus*: *l. 1. §. 1. D. si a par. quis manumiss.* In aui potestate MANENS: *l. 28. D. de testam. milit.* In potestate MANENTE filia: *l. 10. D. de sponsal.* Nepos MANENS in potestate: *l. 1. §. 1. D. si quis a par. manum. l. 1. §. 1. D. de coniung. cum emancip.* MANERE in potestate patris: *l. 40. §. 2. D. de pign. act. l. 8. D. si tab. test. null. extab. l. 52. §. 8. D. pro soc.* Rerum diutius MANSVRARVM adparatus: *l. 12. D. de instruct. et instrum. leg.* Si septem testium signa MANEANT: *l. 7. D. de bon. possess. sec tab.* Vt solum perpetuo eiusdem iuris MANSISSET. Si in eodem statu Titius MANEAT: *l. 38. D. de solut.* MANET arbor in suo statu: *l. 7. D. de seruit. praed. vrb.* Tutor MANET: *l. 9. §. 5. D. de tut. et rat. distrab.* Si MANSIT in ea voluntate testator. *l. vlt. §. vlt. D. de liberat. legat.* ¶. 2. MANERE etiam dicuntur res incorporales, veluti actiones, obligationes, et iura, quae non corrumpuntur, nec depe-

depereunt, sed salua, integra ac illaesa permanent, quaeque in suo statu, et pristina caussa durant. MANET actio: *l. 11. D. de tutel. et rat. distrab. l. 108. §. 1. D. de legat. I.* integra actio: *l. 13. §. vlt. D. de interr. in iur. fac.* apud heredem: *l. 55. D. ad SC. Trebell.* MANENT actiones: *l. 47. D. de Aedilit. edict.* MANENTE actione: *l. 11. D. arbor. furt. caes.* MANET actus, et *perit*, opponuntur *l. 2. D. quemadm. seru. amitt.* Dum MANEAT inter eos adfinitas: *l. 8. D. de condict. causs. dat.* MANENTE adpellatione: *l. 60. D. mand.* MANET caussa pignoris: *l. 18. §. 2. D. de pign. act.* MANENTE communione: *l. 14. §. 1. D. commun. diuid.* MANET contractus: *l. 23. D. de exc. rei iudic.* datio curatoris: *l. 16. D. de curat. furios.* dominium: *l. 16. D. de adquir. vel amitt. possess.* fideicommissum, et *ademtum esse*, aduersantur. *l. 3 §. vlt. D. de adim. legat.* MANET iudicium: *l. 9. D. fin. regund.* iudicii exsequutio: *l. 78. §. 15. D. ad SC. Trebell.* MANENTE iudicio: *l. 14. D. de interrog. in iur. fac. l. 45. D. mandat. l. 60. D. de condict. indeb.* MANSIT fructus ius integrum: *l. 57. pr. D. de vsufr.* ius operarum: *l. 28. D. de oper. libert.* ius seruitutis: *l. 6. §. 1. D. quemadm. seru. amitt.* Vtile MANET legatum: *l. 65. §. vlt. D. de legat. I.* salua MANENT legata: *l. 12. D. de his, quae vt indign.* MANENT legata et libertates: *l. 14. D. de iur. fisc.* Legatum apud heredem MANET: *l. 71. §. 3. D. de condit. et demonstr.* MANENTE materia: *l. 24. D. de adquir. rer. dom.* MANENTE matrimonio, id est, constante: *l. 18. l. 20. §. 2. l. 29. D. de pact. dotal. l. 61. D. de condit. et demonstr. l. 8. et l. 33. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 65. §. 15. D. pro soc. l. 43. D. de administr. et peric. tut. l. 66. §. 6. D. solut. matrim. l. 46. l. 73. l. vlt. D. de iur. dot.* Hinc MANENTE matrimonio, et *soluto*, opponuntur. *l. 22. D. de re iudic.* MANERE nomen dicitur, quod nondum est exactum: *l. 43. §. vlt. de administr. et peric. tut.* Ea quae in nominibus sunt, manent in suo statu: *l. 3. D. pro socio.* MANET obligatio: *l. 38. §. vlt. D. de condict. indeb.* pristina obligatio: *l. 46. D. de solution.* MANET in sua caussa: *l. 47. D. de pact.* in suo statu: *l. 21. D. de fideiussor.* MANENTE obligatione: *l. 26. §. vlt. D. de pec. constit.* MANENTE officio tutelae: *l. 39. §. 10. D. de administr. et peric. tut.* MANEBIT in peculio persequutio: *l. 42. D. de furt.* Poena etiam post mortem MANET: *l. 2. D. de cadau. punit.* Quamdiu MANET precarium: *l. 13. §. 7. D. de adquir. vel amitt. possess.* MANENTE adhuc precario: *l. 5. D. de precar.* MANENTE re integra: *l. 14. D. de quib. reb. ad eumd. iud.* Voluntatis reliquiis in furiosis MANENTIBVS: *l. 8. D. de his, qui sui vel al. iur.* MANEBIT seruitus: *l. 13. D. de seru. praed. rustic. l. 15. D. quemadm seruit. amitt. l. 30. D. de seru. praed. vrb.* priuati iuris manet seruitus: *l. 14. §. 1. D. de seruitut.* MANENTE societate: *l. 27. l. 65. §. 15. D. pro soc.* cui opponitur dissoluta societate: *l. 56. D. eod. tit.* MANET in suo iure testamentum: *l. 29. §. 2. D. de inoffic. testam.* MANENTE testamento: *l. 15. D. quae in fraud. credit. l. 17. D. de fideicomm. libertat. l. 25. D. de testam. milit.* MANENTE eadem voluntate: *l. 96. D. de legat. I.* MANENTE vsufructu. *l. 38. §. 3. D. de solut.*

☞ MANES, haereticus, qui Manichaeis nomen dedit, seruilis conditionis homo, antea siue *Scythianus*, vt Theodoritus scribit, siue *Curbicus* dictus. Verum et MANETIS nomine ob inuidiam eius offensi eius sectatores, eum MANICHAEVM dixisse feruntur. Omnia haec satis nota peruulgataque sunt ex scriptoribus de haeresibus, Epiphanio, Augustino, Philastrio, similibusque. HEIN.

MANES, IVM, MANES, ait Apulei. *de daem. Socr. p. 50.* dicuntur *animae melioris meriti.* Vnde sepulcra et monimenta Imperator Iulianus MANIVM aedificia vocat: *l. 4. C. Theod. de sepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.* Virgil. *Lib. IV. Aen. v. 34.*

Id cinerem, aut MANES *credis curare sepultos?*

Plin. *Lib. VII. Epist. 27. Domus postea, rite conditis MANIBVS, caruit.* Macrob. *in Somn. Scip. Cap. XII. Quum s[...] aquarium tenet:* MANIBVS *parentatur.* MANIBVS accitis: *l. 6. C. de malef. et mathem.* Horat. *Lib. I. Serm. Sat. 8.*

Cruor in fossam confusus, vt inde
MANES *elicerent, animas, responsa daturas.*

id est, MANES *mortuorum euocarunt*, vt vetus scholiastes interpretatur. [Poena MANIVM vindicte cohibere. *l. 5. C. Theod. de sepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.*]

MANGO, NIS. Ita vocantur *l. 207. D. de verb. signif.* et apud Sueton. *in Domit. Cap. VII.* venalitiarii, et qui mancipia venalia habent, quos *mancipiorum negotiatores* adpellat Quinctilianus *Lib. V. Cap. 12.* his verbis: *Non alio medius fidius vitio dicentium, quam quo mancipiorum negotiatores formae puerorum, virilitate excisa, lenocinantur. Nam vt ii robur ac lacertos, barbamque ante omnia, et alia, quae natura propria maribus dedit, parum existimant decora, quaeque fortia vt dura molliunt.* Seneca *de Benef. Lib. IV. Cap. 13. Mercator vrbibus pro[dest]: medicus aegris:* MANGO *venalibus.* Idem *Epist. LXXX.* MANGONES, *quidquid est, quod displiceat, aliquo lenocinio abscondunt.* Et plane id genus hominum ad lucrum potius vel turpiter faciendum pronius esse, ait Paullus, *l. 44. §. 1. D. de Aedilit. edict.* Quinctilian. *Declam. CCCXI. Quam multa facere possit aduersus puerum MANGO iratus, aut illi fortasse pretium, excisa virilitate, producet: aut ob infelicis contumeliae annos venerit in aliquod lupanar. Res est nobis cum homine, qui non erubescit, nihil reseruat: etiam periculo [su]e auarus est.* MANGONES autem ἀνδραποδοκαπήλους Graeci vocant. Harpocration in Lexico: Ἀνδραποδοκάπηλος, ὁ νῦν λεγόμενος σωματέμπορος, παρὰ τὸ καπηλεύειν τὰ ἀνδράποδα, ὅ ἐστι πιπράσκειν. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἑρμωνα. ΑΝΔΡΑΠΟΔΟΚΑΠΗΛΟΣ, *hodie dicitur corporum negotiator, ab eo, quod quaestum facit mancipiis venalibus, vt Isaeus scribit*

MANICA ferrea, pro catena, qua manus reorum vincitur. *l. 1. C. de custod. reor.* Non. Marcellus: MANICAE *quibus manus vinciuntur.* *Plaut. in Asinaria: Vbi MANICAE manus complexae sunt.*

MANICHAEVS, [haereticus, a Persa quodam Manete, seu Manichaeo, vti a Theodorito

MAN.

dorito adpellatur, dictus *tit. C. de haeret. et manich.* Haec secta, praeter alia deliria, duo principia coaeterna, bonum alterum, alterum malum statuit] Philosophiam ergo Persicam Zoroastris miscuit doctrinae Christianae, et id somnium postea eo maiore plausu auditum est, quod illud et in plerisque philosophorum sectis occurrere, viderent homines. Rem egregie demonstrauit Io. Christoph. Wolf diatriba singulari *de manichaeismo ante Manichaeos.* Ipsum Manichaeorum systema luculenter explicauit, vtinam non et defendere conatus esset! Petr. Baelius *in Dictionario historico et critico sub voce Manichecns.* HEIN.

MANIFESTARE, id est, manifestum facere, et aperte declarare. Quum exhibitis tabulis admissum eius magis MANIFESTETVR *l. 3. §. 6. D. de tab. exhib.* Antequam modus agri MANIFESTETVR: *l. 13. §. 14. D. de act. emt. vend.* Opinionem suam per relationem MANIFESTARE: *l. 9. D. de adpell. recip.* MANIFESTARI pignoris caussa. *l. 9. D. de pign et hypothec.* [Sed de hoc loco videndus est articulus sequens] Quae MANIFESTABVNT tot possessores: *l. 7. §. 3. D. de bon. damnat.* Ex rescripto diui Pii MANIFESTABITVR: *l. 2. D. de his, qui sui vel al. iur.* Rescriptis quibusdam MANIFESTATVR: *l. 7. §. 1. D. de interd. et releg.* Si hoc incertum est, nec potest nec per subtilitatem iudicialem MANIFESTARI: *l. 10. §. vlt. D. de reb. dub.* Ex his verbis MANIFESTATVR: *l. 5. §. 11. D. de his, qui effud. vel deiec.* Quorum alterutrum ipsis verbis pronunciationis MANIFESTATVR. *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpill.* Quum plenissima testatoris erga adfinem voluntas ab eo quoque MANIFESTETVR: *l. 27. §. 1. D. de instruct. vel instrum. leg.* Vsucapionem processisse, MANIFESTATVR. *l. 17. D. ex quib. causs. maior.*

MANIFESTARIVS, A, VM. [MANIFESTARII *pignoris caussa* quidam legunt in *l. 9. D. in quib. caus. pign. vel hypoth.* vbi Brissonium in superiore articulo MANIFESTARI legisse, vidimus. Priorem lectionem probat Iurisconsultus eximius, Car. Hann. [illegible] *in* [illegible] *ad Cuiac. paratitl. C quand. fisc. vel priuat. debit. sui debit.* vbi id pignus MANIFESTARIVM *expressum* interpretatur Cuiacius, quamuis Dion. Gothofredus *in not. ad d. l. 9. tit 6. speciale* potius *pignus* ea voce indicari, existimat. Ceterum probae notae est hoc vocabulum, maxime quando de hominibus sceleratis in ipso crimine deprehensis, vel certe criminis conuictis vsurpatur. Ita MANIFESTARIVS *homicida*, apud Lactant. *de mortib persequut. Cap. XXX.* Quin furem, vel expilatorem actuum absolute, et sine addito MANIFESTARIVM vocat Plaut. in Aulul. *Act. III. scen. 4. v. 10.* in verbis illis.

Teneo hunc MANIFESTARIVM.

HEIN.

MANIFESTE, aduerbium. MANIFESTE ed[illegible] *l. 32. D. de recept. arbitr.* MANIFESTE [illegible] probare voluntatem: *l. 27. D. de instr. vel instr. leg.* Nisi MANIFESTE voluntas defuncti adprobaretur: *l. 78. §. 1. D. de legat. III.* MANIFESTE cauetur: *l. 11. D. de exception.* MANIFESTE comprehenditur: *l. 56 §. 2. D. de verb. obligat.* Vt MANIFESTE dicamus *l. 16. D. de iur. codicill.* Nisi MANIFESTE docuisset, eam restantis voluntatem fuisse: *l. 6. D. de dot. praeleg.* Si, qui petent, MANIFESTE docerentur, eo animo circa se patronum esse coepisse. *l. 88. §. 11. D. de legat. II.* Si MANIFESTE studium non soluentis probaretur: *l. 41. §. 1 D. de fideic. libert.* Nisi testatorem MANIFESTE probetur voluisse: *l. 19. D. de ann. legat.*

MANIFESTO, pro manifeste. *l. 3. §. 1. D. de cap. minut.*

MANIFESTVS, A, VM, apertum, certum, indubitatum. MANIFESTAM habet aequitatem: *l. 1. D. de collat. bonor.* MANIFESTO argumento comprobat: *l. 64. D. de hered. instit.* MANIFESTAE caedis reus: Liu. *Lib. I Cap. 26.* MANIFESTA calumnia: *l. 1. §. 14. D. de ventr. in possess. mitt. l. 43. D. de heredit. petit. l. 3. §. 4. D. de Carbon. edict. l. 8. §. 4. D. de legat. II.* MANIFESTA calumniatrix: *l. 1. §. 14 D. de ventr. in possess. mitt.* MANIFESTVM est, *l. 46. D. de hered. instit. l. 5. D. de condict. causs. dat causs. non sequ. l. 5. §. 3. D. si vsufr. petat. l. vlt. D. de offic. eius, cui mand. iurisd. l. 52. D. de adquir. possess. l. 69. D. de legat. III. l. 12. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 3. D. de dote praeleg. l. 11. D. de liberat. leg. l. 95 §. 5. D. de solut.* Plus quam MANIFESTVM est: *l. 5. §. 2. D de oblig. et action. l. 8. D de sponsalib. l. 8. §. 16. D. de transact. l. 8. D. de adquir. vel omitt. hered.* MANIFESTVM est, testatorem ita sensisse: *l. 69. D. de legat. III. l. 78. §. 14. D. ad SC. Trebell.* testatorem voluisse: *l. 41. §. 11. D. de fideic. libert.* MANIFESTIVS est: *l. 10. C. famil. ercisc.* MANIFESTISSIMVM est: *l. 48. D. de pact. l. 1. D. de verbor. obligat.* Si hoc ei MANIFESTVM fecerit: *l. 5. §. 1. D. de condict. causs. dat.* Alio modo, quam sermone MANIFESTVM facere velle. *l. 39. D. de adoption.* MANIFESTVS fur, cui opponitur *nec* MANIFESTVS. MANIFESTVS autem fur, vt ait Paullus *Lib. II. tit. 31. §. 2.* est, qui in faciendo quidem deprehensus non est sed eum furtum fecisse, negari non potest. Iustinianus in *§ 3. Inst. de oblig. quae ex delict.* Quod MANIFESTVM furtum non est, id scilicet NEC MANIFESTVM est. Contra MANIFESTVS fur est, qui cum furto deprehenditur, et, vt Graeci dicunt ἐπ' αὐτοφώρῳ *l. 3. l. 4. l. 5. D. de furt. l. 10. D. de condict. furtiu.* Caius *Lib. II tit. 10. §. 2. §. 3. Inst. de obl. quae ex delict.* Paull. *Lib. II. tit. 31. §. 2.* MANIFESTVS fur est, qui in faciendo deprehensus est, et qui intra terminos eius loci, vnde quid sustulerat, deprehensus est, vel antequam ad eum locum, quo destinauerat, perueniret. Plautus MANIFESTARIVM *furem* adpellat *Aulul. Act. III. scen. 4. 10.* MANIFESTVM ergo furtum intelligitur, quamdiu fur rem furtiuam tenens visus, vel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato, vel a domino, vel ab alio, antequam eo peruenerit quo perferre ac deponere rem destinauerit. *§ 3. Inst de obl quae ex delict.* Si quis furtum mihi facientem deprehendit, negotium meum agens, MANIFESTI furti actionem mihi parat. *l. 24. §. vlt. D. de furt.* Vbi MANIFESTA arbitri iniquitas adparet: *l. 79. D pro soc. l. 56. D. de iur. dot.* MANIFESTVM ius:

l. 21.

l. 21. D. rat. rem habit. l. 2. C. quand. prouoc. non est necess. MANIFESTISSIMVM ius: *l. 4. C. ne filio pro patr.* MANIFESTI iuris est: *l. 1. C. de eunuch. l. 1. C. de in integr. restit. l. 18. C. de fideic. l. 8. C. qui pot. in pign.* MANIFESTISSIMI iuris: *l. 24. C. de donat. l. 20. C. de iur. dot. l. 3. C. quib. res iudic.* MANIFESTVS latro: *l. 6. §. 9. D. de iniust. rupt. irrit. fact. test.* Moechum MANIFESTARIVM eadem loquendi figura, ac furem vocat Plaut. *in Bacchid. Act. IV. scen. 8. v. 77. Trinum. Act. IV. scen. 2. v. 50.* MANIFESTVS enim et *manifestarius*, vtrobique dicitur, qui in flagranti delicto deprehensus ac veluti oppressus est. Moschopulus περὶ σχεδῶν Φωρῶ, τὸ κλέπτοντα καταλαμβάνω· ἀφ' ὧ τὸ, ἐπ' αὐτοφώρῳ, ἤγουν ἐπ' αὐτῇ τῇ κλεψίᾳ. ΦΩΡΩ *idem est ac furantem deprehendo. Inde est* ἐπ' αὐτοφώρῳ, *quasi in ipso furandi actu.* Suidas: Ἐπ' αὐτόπτῃ, ἐπ' αὐτοφώρῳ. Idem: ἐπ' αὐτοφώρῳ ἐπ' ὀφθαλμοῖς, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλέμματι ἁλὼς, Επ' ΑΥΤΟΦΩΡΩ, *idem est ac sub oculis: in ipso furandi actu captus.* MANIFESTISSIMAE probationes: *l. 3. D. de iur. fisc.* MANIFESTIS rationibus probare: *l. 4. C. de pignor. act.* MANIFESTISSIMVS testator ex scriptura: *l. 33. D. de legat. I.* MANIFESTAE turpitudinis est. *l. 38. D. de iureiur.* ❡. 2. Notari porro meretur loquutio: MANIFESTVS est, hoc facere, pro MANIFESTVM est, eum id facere. Vlpianus: *Nullamque ei competentem curam inferre*, MANIFESTISSIMVS *est. l. 22. §. 8. D. solut. matrim.* Et *ibidem: Sin vero dotem ita dissipaturus, ita* MANIFESTVS *est, vt non hominem frugi oportet.* Iulianus: MANIFESTVS *est, dotem quoque relegasse: l. 3. D. de dote praeleg.* Paullus: *Nisi ipse testator ex scriptura* MANIFESTISSIMVS *est, vtrumque eorum solidum accipere voluisse. l. 33. D. de legat. I.* Quod caue barbarum putes. Est enim Hellenismus. Quemadmodum in *l. 11. D. de rit. nupt.* legimus: *Postquam apertissime fuerit pater* IGNOTVS, *vbi degat, et an superstes sit*: ita eamdem loquutionem, tamquam vere Graecam, seruarunt Basilici: *Lib. XXVIII. tit. 4. leg. 7.* ἄγνωστος ὁ πατὴρ, ὅπε τέ ἐστι, καὶ εἰ περίεστι. Obseruauit haec vir laude nostra maior, Corn. van Bynkersh. *Lib. VII. Obs. Cap. 24. p. 274. sequ.* qui et ostendit, ita loquutos esse Tacitum *Lib. II. Annal. Cap. 57. Lib. XV. Cap. 54. Cap. 60. et Cap. 66.* et Auctorem *dialogi de corrupta eloqu. Cap. 16.* Consuli etiam meretur Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. iurisc. p. 347.* HEIN.

MANIPVLARIVS, *l. 3. C. Theod. ad leg. Iul. repetund.* miles non vilissimus et gregarius, vti ad hanc legem Iac. Gothofredus censuit, sed qualiscumque, qui in manipuli numeris erat. Seneca *Lib. III. de ira Cap. 22. Quid facilius fuit Antigono, quam duos* MANIPVLARES *duci iubere?* MANIPVLOS autem, vt ait Varro *Libro IV. de lingu. Lat.* adpellabant *exercitus minimas manus, quae vnum sequuntur signum.* Idem *Lib. V. Quum iungit plures manus* MANIPVLVS. *Vnde* MANIPVLARIS *miles.* Veget. *Lib. II. Cap. 13. Contubernium manipulus vocabatur, ab eo, quod coniunctis manibus pariter dimicabant.* Idemque *Capite sequente 14.* inter pedites MANIPVLVM et *centuriam* adpellari, ait, vti inter equites *turmam.* Donatus *in Eunuchum Terent. Act. IV. scen. 7.* ad haec verba: MANIPVLVS *furum* MANIPVLVS *proprie est militum. Quum Romani et Latini sub vno centurione bellum adgressuri deputabantur, sibi sertum vel coronam ex manipulo herbae conficiebant, quem pro signo sequebantur.* Nonius Marcellus: MANIPVLI *sunt manus militum, vel collecti viri.*

MANSIO, ab oppido, ciuitate, vico separatur, *l. 35. C. Theod. de curs. public. l. 119. C. Theod. de decurion.* [*l. 2. C. de condit. in publ. horr.*] MANSIONES autem adpellabant ad iter metiendum dispositas, tam militum officialiumque, quam animalium, cursui publico deputatorum, stationes. *l. vlt. §. 10. D. de mun. et honor. l. 8. C. de annon. et tribut. Lib. X. l. 2. C. de lucr. aduocat. Lib. XII. l. 119. C. Theod. de decur. l. 2. C. Theod. de concuss. aduoc.* Eiusmodi diuersoriis milites, expeditionis caussa iter facientes, excipiebantur. Hinc B. Hieronymus ἀπάρσεις τῦ στρατοπέδυ *in Quaestionibus* MANSIONES vertit. In huiusmodi vtique MANSIONIBVS etiam horrea fuisse, annonariis speciebus et pabulis instructa, docet *l. 2. C. de condit. in publ. hor. Lib. X.* eaque gratia modios cum sextariis atque ponderibus per singulas MANSIONES haberi, constituunt Imperatores *l. 9. C. de susceptorib.* vt vnusquisque tributarius sub oculis constitutis rerum omnium modiis, sciret, quid deberet susceptoribus dare. Pabula quoque, quae ad mutationes MANSIONESque singulas animalibus, cursui publico deputatis solebant conuehi, memorantur *l. 9. C. Theod. de annon. et tribut.* et apud Vopisc. *in Aureliano Cap. IX.* Lamprid. *in Alexandro Cap. XLV. Illa die, illa hora, sum exiturus, et, si Dii voluerint, in prima* MANSIONE *mansurus. Deinde per ordinem* MANSIONES, *deinde statiuae, deinde vbi annona esset accipienda.* Idem *ibid. Cap. XLVII. Milites expeditionis tempore sic disposuit, vt in* MANSIONIBVS *annonas acciperent.* Symmachus *Lib. II. Epist. 27. Diligentiae tuae ratio digeratur, quae possit ostendere, quot numero animalia collocaris, et, quo paratu instruxeris* MANSIONES. D. Ambros. *de morte Valentiniani: Ecce postridie litterae de instruendis* MANSIONIBVS, *inuectio ornamentorum regalium, aliaque eiusmodi, quae ingressurum iter Imperatorem, indicarent.* Sic et *in Panegyrico*, incerti auctoris, Constantii filio dicto *Cap. XV. Itinere confecto, consumtis copiis* MANSIONVM, *ne quis consequi posset, exercitus repente intra parietes consederat.* Et ita MANSIONEM accipe apud Sueton. *in Tito. Cap. X.* et Egesipp. *Lib. IV. Cap. vlt.* Proinde quum Theodericus Gepidas in Gallias, custodiae caussa, mitteret, vt est apud Cassiodor. *Lib. V. Variar Epist. 11. In auro*, ait, *vobis tres solidos per hebdomadam eligimus destinare, vt et* MANSIONES *vobis, prout herbarum copia suppetit, possitis eligere.* Milites cum signis in propriis MANSIONIBVS solitis, ac publicis maneant. *l. 11. C. de re milit. Lib. XII.* Ad procurationem etiam clabularii cursus electos per singulas MANSIONES collocari, sanciunt Imperatores *l. 23. C. Theod. de curs. public.* MANSIONVM praepositi. *l. 21. C. Theod. de decurion.* [MANSIONEM explicare, in *l. 11. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.*] Sed de MANSIONIBVS et mutationibus cursus publici plura eaque multo accuratiora notarunt Lips. *Centur. III. Epist. 59.* Ezech.

Spanh. *de vsu et praest numism Diss. XIII. p. 561. sequ. Tom. II.* Cuper. *ad Lactant. de mort. persequut. Cap. XLV.* et V. C. Euer. Otto *de tutel. viar. Lib. II. Cap. 6. p. 397.* HEIN. ¶. 2. Mala MANSIO. Ea quid sit, vidimus supra sub articulo: MALVS.

MANSVEFACTVS, A, VM. MANSVEFACTA animalia, emitti ac reuerti solita. *l. 4. D. de adquir. rer. dom.*

MANSVETVDO. MANSVETVDINEM suam adpellant Imperatores. *l. 3. C. de offic. praef. praet. l. 6. C. Theod. de diuers. rescript.* et alias quoque non raro.

MANSVETVS, A, VM, fero aduersatur. Donatus *in Andr. Terent. Act. I. scen. 5. Non ordinem reddit. Ferum enim reddit ad* MANSVETVM, *quia ferae mansuescunt.* Festus: MANSVETVS, *quasi ad manum venire suetus.* MANSVETVS leo, vel alia bestia dentata MANSVETA: *l. 1. §. 6. D. de postul.* Si pauonem meum MANSVETVM, quum de domo mea effugisset, persequutus sis. *l. 37. D. de furt.* Ceruos itaquidam MANSVETOS habent, vt in siluas eant, et redeant, quorum feram esse naturam, nemo ambigit. *l. 5. §. 5. D. de adquir. rer. dom. §. 15. Inst. de diuis. rer.* Varro *Lib. II. de re rust. Cap. 6.* de onagro: *E fero fit* MANSVETVS *facile, et e* MANSVETO *ferus numquam.*

MANVALIS, E. MANVALIVM libros tres Paullus scripserat, vt ex indice Florentino et inscriptionibus Pandectarum adparet, Pomponii forte exemplo, quem ENCHIRIDII *libros* scripsisse constat: quem indicem alios quoque libris suis fecisse, Plinius *in praefat.* et Gell. *Lib. XX. Cap. vlt.* refert. Sed diuersa admodum fuerunt Pomponii et Paulli instituta. Ille enim in libris *Enchiridiorum* partim historiam iuris, partim ipsa prima eius elementa videtur comprehendisse. Paullus vero, tribus MANVALIVM libris, ceu ex fragmentis patet, *differentias iuris* exsequutus est, eamdemque perpoliuit materiam, quam postea et Modestinus, scriptis *libris differentiarum*, tractauit. Rem luculenter demonstrauit Em. Merill. *libello singulari Differentiarum iuris, restituto ex libello Manual. Iulii Paulli, Par. MDCXXXVIII.* vbi et *Cap. I. p. VII.* ostendit, Paullum libros suos MANVALES inscripsisse, non ob breuitatem, quod vola manus, tamquam ἐγχειρίδιον, seu pugio, comprehendi posset, sed quod isti libri semper prae manibus, tamquam *manticularia* haberi debeant. De his enim Sex. Pompeius: *Manticularia dicuntur ea, quae frequenter in vsu habentur, et quasi manu tractantur.* HEIN.

[MANVBIAE adpellatae sunt pecuniae a quaestore ex praedae venditione redactae, quae ab ipsa praeda, seu corporibus rerum, quae capta sunt, separari debent, teste Gell. *Lib. XIII. Noct. Attic. Cap. 23.* Quamuis scriptores quosdam non ignobiles praedam pro manubiis, et manubias pro praeda posuisse, ne ipse quidem diffiteatur. Arcadius et Honorius Imp. non praedam, sed ipsam

depraedationem, seu exspoliationem vocant MANVBIAS in *l. vlt. §. 5. C. de modo mulctar. Lib. I. tit. 54.*]

MANVMISSIO, ait Iustinianus, *est de manu datio. Nam quamdiu quis in seruitute est, manui et potestati suppositus est. Manumissus liberatur potestate. pr. Instit. de libertin.* Multis autem modis, vt *ibidem §. 4.* addit, MANVMISSIO procedit. Aut enim ex sacris constitutionibus in *sacrosanctis ecclesiis*, aut *vindicta*, aut *inter amicos*, aut *per epistolam*, aut per *testamentum*, aut per aliam quamlibet *vltimam voluntatem.* Illis autem MANVMISSIONVM generibus interdum *ciuitatem* Romanam, interdum solam *Latinitatem*, manumissi consequebantur. Et quidem *ciues Romani*, quemadmodum Vlpianus *tit. I. §. 6.* et Theoph. *in §. 2. Inst. de libertin.* docent, efficiebantur libertini, qui vindicta, censu, aut testamento, nullu iure impediente, manumittebantur, vt et Cicero *in Topic. Cap. II.* indicat. At inter amicos, per mensam, aut per epistolam manumissi *Latini liberti* fiebant, vt docui libru superiore. ¶. 2. *Vindicta* autem manumissi dicebantur, qui, vindicta imposita, apud magistratum populi Romani potestatemue, apud quam legis actio esser, pro tribunali, vel in transitu manumittebantur. *l. 15. §. 2. l. 17. D. de manumiss. vind. l. 15. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* Quo modo manumittebantur apud consilium: *l. 6. l. 24. D. de manumiss. vind. §. 4. Inst. quib. ex causs. manum.* apud consulem: *l. 14. D. de manumiss. l. 20. §. vlt. D. de manum. vindict. l. 1. D. de offic. cons.* Vlpiao. *tit. I. §. 7.* apud magistratum: *l. 18. D. de manumiss. vindict.* Vlpian. ibid. apud praefectum Aegypti; *l. 21. D. de manum. vindict.* apud praesidem: *l. 2. D. de offic. praef. l. 5. §. vlt. D. de condict. causs. dat.* apud praetorem: *l. 1. l. 8. et l. 22. D. de manumiss. vindict. l. 1. D. de offic. praetor.* Vlpian. *ibid.* apud proconsulem: *l. 17. D. de manum. vind. l. 2. D. de offic. procons.* Vlpian. *ibidem* Imperator vtique quum manumittebat, vindictam non imponebat, sed quum vellet, liber fiebat is, qui manumittebatur, ex lege Augusti. *l. 14. D. de manumission.* Quin etiam apud consulem in villa recte manumissum seruum, etiamsi lictoris praesentia non esset, Vlpianus testatur, *l. 8. D. de manum. vind.* Hermogenianus vero suis temporibus MANVMISSIONEM per lictores, domino tacente, expediri consueuisse, verbaque sollemnia, quae a Festo perstringuntur, licet non dicerentur, pro dictis accepta tradit, in *l. 23. D. de manum. vind.*
¶. 3. *Censu*, ait Vlpian. *tit. II. Reg. §. 8.* manumittebantur olim, qui lustrali censu Romae iussu dominorum, inter ciues Romanos censum profitebantur. ¶. 4. *Testamento* vero manumitti dicebantur, quibus directa libertas a testature relinquebatur, quique liberi esse testamento iubebantur. *rubr. D. de manum testam. l. 28. D. de liberat. leg. l. 49. §. vlt. D. de legat. I.* [Caius *Lib. I. Instit. tit. 4. §. 2.* meminit MANVMISSIONIS *seruorum, in testamento adscriptae in circulo, vt, qui prior, qui posterior, non possit adgnosci.* Qualem scribendi modum inter heurematica, seu cautelas, in controuersiis praecedentiae ponit, similemque exemplum e marmore Arundelliano a Seldeno mutuatum, refert Iac. Gothofred. *de iure praeced.*
Part.

Part. III. §. vlt. lit. 1. Sed aliam rationem, cur illic in circulo scripta fuerint Deorum nomina, reddit incomparabilis Reines. *Class. I. Inscr. 108. p. 149*] Erudita haec quidem, sed, quum hic de manumissionibus, et loco Caii interpretando quaeratur, ἀπροσδιόνυσα. Manumittere ἐν κύκλῳ, vel *in circulo*, est oomina seruorum io orbe tereti ita scribere, vtne, quis eorum primus, quisue vltimus sit, adpareat. Quum enim, si plures, quam lex Fusia Caninia pateretur, manumittebantur, priores tantum vsque ad numerum lege permissum, liberi habetentur · in fraudem huius legis inuenere illam scriptionem ἐν κύκλῳ, ne quis sciret, qui primi sint. Vid. Io. Fridr. Gronou. *Diatr. ad Stat. Papin. Cap. XVI. p. 86.* Argutius iusto est, quod defendit Ios. Nerius *Analect. Lib. I. Cap. 27.* in *circulo* vel ἐν κύκλῳ manumittere, idem esse, ac seruos vniuersos, nullo nominato, manumittere. Id enim Caio potius est, *confuse manumittere omnes seruos suos vel ancillas:* deque eo casu iam egerat proxime antecedente *§. 1.* HEIN. ¶. 5. Ceterum sub finem huius articuli notandae loquutiones. Matrimonii caussa manumittere, et manumitti: *l. 13. §. vlt. l. 14. §. vlt. l. 15. §. 4. l. 19. l. 20. §. 1. D. de manum. vindict.* MANVMISSIONIS gratia donatio: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 23. §. 2.* Publice manumitti: *l. 12. D. de fideic. libert.* Qui manumittitur a corpore aliquo, vel collegio, vel ciuitate. *l. 10. §. 4. D. de in ius voc.*

MANVMITTERE, est de manu, id est, potestate dimittere, seu potestate liberare, et dimittere, vt loquitur Caius in *l. 28 D. de adopt.* Manumissio, ait Vlpianus, est de manu missio, id est, datio libertatis. Nam quamdiu quis in seruitute est, manui, et potestati suppositus est. MANVMISSVS vero liberatur potestate. *l. 4. D. de iustit. et iur.* ¶. 2. Diuersam huius verbi notionem adfert Festus Pompeius. MANVMITTI, inquiens, *seruus dicebatur, quum dominus eius, aut caput eiusdem serui, aut aliud membrum tenens, dicebat:* HVNC HOMINEM LIBERVM ESSE VOLO, *et emittebat eum e manu.* Cui consentiens Cornutus in Persii *Sat. V.* ad haec verba:

Quibus vna Quiritem
Vertigo facit.

Quoties, inquit, *manumittebant, eos alapa percussos circumagebant, et liberos confirmabant. Vnde manumissio dicta, quod manu eius mitteretur.* Ae plane ei, quod de colapho, infligi solito, scribit, adstipulatur D. Ambros. *Epist. II. Libertas*, inquit, *quam* MANVMISSVS *accipit, et palma donatus adquirit.* Idemque in emancipationibus obseruatum, alias docui Atqui haec non est diuersa verbi notio, sed eadem. Ritum, tantum qui in manumissione per vindictam solebat obseruari, describunt Festus et reliqui auctores, quos hic laudauit Brissonius. HEIN. ¶. 3. MANVMITTI dicuntur non solum serui, sed et liberi. *l. 2. D. de offic. procons.* Si quis rogatus sit, liberos suos emancipare, an cogi debeat MANVMITTERE: *l. 62. D. de condit. et demonstr.* Sicuti pater filium MANVMISISSET: *l. 4. §. 1. D. quis ord. in possess. l. 107. D. de verb. oblig.* Nepotem MANVMITTERE: *l. 28. D. de adopt.* Si ex filio nepotem auus MANVMISERIT: *l. 5. §. vlt. D. ad SC. Tertull.* Caius apud *Auct. Collat. leg. Mos. et Rom. tit. XVI. §. 2. De eo filio, qui ex primo et secundo mancipio post mortem* MANVMITTITVR. Vlpian. *tit. X. §. 1. Filius quidem ter mancipatus, ter* MANVMISSVS *sui iuris fit.* Idem *in l. 1. §. 1. D. si a par. quis manumiss.* Nepos ab auo MANVMISSVS, siue manens in potestate patris decesserit, siue MANVMISSVS diem suum obierit. Et mox: Perinde defert praetor bonorum possessionem, atque si ex seruitute MANVMISSVS esset Paullus in *l. 3. D. eod. tit.* A parente emancipatus et MANVMISSVS. Et *l. vlt. eod. tit.* Si filia vel neptis MANVMISSA sit. Nec id mirum, quum in imaginariam seruilem caussam liberi in emancipationis sollemnitate peragenda deducerentur, manciparentarque, et venireot, ac manumitterentur, non aliter, atque serui. *l. 3. §. vlt. D de cap minut.* Sic et Plin. *Lib. VIII. Epist* 1[illegible] *sub ea conditione filiam institutam heredem,* narrat, *si esset manu patris emissa*, additque: *emiserat pater, adoptauerat patruus.* Vnde pater, auusue, qui emancipauit, MANVMISSOR adpellatur. *l. 1. §. 5. D. si a par. quis manumiss. l. 16. §. 1. D. de inoffic. test. l. 5. §. vlt. D. ad SC. Tertull. l. 2. C. eod. tit. l. 10. D. de suis et legit. l. 5. C. de dol. mal.* Crebrius tamen MANVMISSIO de seruis, *emancipatio* de liberis vsurpatur. *l. 1. §. 4. D. quando act de pecul. annal.* Et ita manumissor in *l. 22. l. 28. D. de bon. libert. l. 3. D. de obsequ. parent. et patr. l. 4. D. quis ord. in possess. l. 24. §. vlt. D. de fideic. libertat. l. 30. D. qui et a quib. manum. l. 23. D. de liber. causs. l. 8. D. de adsign. libert. l. 17. §. 8. D. ad municipal. l. 15. D. de manumiss.* est patronus, qui ex seruitute manumisit. ¶ 4. [MANVMITTERE per fideicommissum, quid sit, vide supra in articulo FIDEICOMMISSVM]

MANVPRETIVM, quod pro artificis opera datur, *l. 30. §. 3. D. locat.* Liu. *Lib. XXXIV. Cap. 7.* aliisque locis, qui *Lib. IV. Select. antiqu. Cap. 23.* Varro *Libro V. de lingu. Lat. A manu* MANVPRETIVM Ascon. Paedian. *in Verr. III.* MANVPRETIVM *dicitur, vbi non tam materiae ratio, quam manus, atque artis, ducitur.* Plerumque enim plus est io MANVPRETIO, quam in re, ait Vlpianus *l. 13. §. 1. D de verb. signif.* Quarumdam enim rerum pretium non in substantia, sed in arte est positum, quemadmodum scribit Paullus *l. 14. D. eod. tit.* et vt Ouid. *Lib. II. Metamorph. v. 5.* ait, *materiam superat opus.* Vnde adparet, quod Vlpianus *manum* et *rem* dixit, hoc Paullum *artem* et *substantiam* adpellare. Tertullian. *de idololatr. Cap. VIII. Sed de mercedibus et* MANVPRETIIS *interest.* In Glossis Inuenio MANVPRETIVM, χειροδόσιον, χειρῶν μισθός.

MANVS, notae significationis vocabulum. [MANVS a patrimoniis atque pecuniis abstineant cognitores et iudices: *l. 5. C. Theod. ad leg. Iul. repetund. Lib. IX. tit 27.*] Qui libertatem sua MANV ademit: *l. 6. §. 1. D. de leg. Corn. de fals.* Testator legatum, seu fideicommissum reliquisse tibi, sua manu adscripsit. *l. 2. C. de his, qui sibi adscr.* Quae in te-

in testamento vxoris, maritus sua MANV legata sibi adscripserit: *l. 4. C. eod. tit.* Qui MANVS amisit: *l. 10. D. qui test. fac.* MANV breui, quid fieri dicitur, quoties, celeritate actionum coniungendarum, vnus actus occultatur, et intercessisse iure ciuili fingitur. *l. 43. §. 1. D. de iur. dot. l. 3. §. 12. D. de donat. int. vir. et vxor.* vt accidit in specie *l. 15. D. de reb. credit.* MANV captus ager: *l. 16. D. de adqu. rer. dom.* [MANVS collatione adstruitur scriptura. *l. vn. C. Theod. si cert. pet. de chirogr.* MANVM conserere: vid. supra *Libro III.*] Patris voluntas, hoc ipsum MANV sua declarantis. *l. 29. D. de testam. tutel.* Si MANV iniuriam dedit: *l. 37. D. ad leg. Aquill.* MANV factus ager: *l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqua pluu.* facta fossa: *l. 1. §. 8. D. de fluminib.* Quoties MANV facto opere agro aqua nocitura est, id est, quum quis MANV fecerit, quo aliter flueret, quam natura soleret. *l. 1. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu.* Opere MANV facto fluminis cursum auertere: *l. 1. C. de alluuion.* De operibus MANV factis: [illegible] 2. §. 6. *D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Seruitus naturaliter, non MANV facto laedere potest fundum seruientem: *l. 20. §. 1. D. de seru. praed. rustic.* MANV sua factum testamentum: *l. 37. §. 6. D. de legat. III.* Quod MANV fit: *l. 28. D. de seruit. vrb. praed.* [Suam MANVM fateri: *l. vn. C. Theod. si cert. pet. de chirograph.*] Ad MANVM numos non habebam: *l. 19. §. 5. D. ad SC. Velleian.* Quum prae MANV debitor pecuniam non haberet: *l. 27. D. de act. pignorat.* Si incommodatur ad vsum MANVS: *l. 14. §. 6. D. de Aedil. edict.* MANVS sibi inferre: *l. vlt. D. de bon. eor. l. 1. C. eod. tit. l. 38. §. vlt. D. de poen. l. 1. §. 22. D. de SC. Silan.* et apud Paull. *Lib. III. Sent. tit. 5. §. 4.* id est, mortem sibi consciscere, vt loquitur *l. 43. §. 4. D. de Aedil. edict. l. 45. §. 2. D. de iur. fisci* [et *l. 36. pr. D. de furt.*] Si filius patri aut matri impias MANVS infert: *l. 1. D. de obsequ. par.* Re fit iniuria, quoties MANVS inferuntur, verbis autem, quoties non MANVS inferuntur. *l. 1. §. 1. D. de iniur.* Terrae, et quodammodo solo ipsi corrumpendo manus infert. *l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam.* MANVS iniectio est rei vt iuris nostri adprehendendae abducendaeque facultas. *l. 9. D. de seru. exportand.* MANVS iniectionem excepisse dicebatur, qui ius sibi prehendendi atque abducendi mancipii retinuerat. *l. 1. § 4. C. de Latin. libert. toll.* MANVS iniectionem habere: *l. 2. C. si seru. export. ven.* Qui MANVS iniectionem vendidit. *l. 7. D. qui sine manumiss.* [In eumdem MANVS iniectio concessa: *l. 181. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Seruius *in Aen. X. v. 419.* ad verba:

Iniecere MANVM *Parcae.*

Vsus est, ait, *sermone iuris. Nam* MANVS *iniectio dicitur, quoties nulla iudicis auctoritate exspectata, rem nobis debitam vindicamus.* Quem Virgilii versum enarrans etiam Macrobius *Lib III. Saturn. Cap. 7. Et hic*, ait, *proprietatem humani diuinique iuris exsequutus est. Nam ex* MANVS *iniectione paene mancipium designauit.* Quinctilian. *Lib. VII. Cap. 7. Patri in filium; patrono in libertum* MANVS *iniectio fit.* Seneca libro *in sapient. non cad. iniur. Cap. V. Habebat secum vera bona, in quae non est* MANVS *iniectio.* Ceterum loquutio haec ex XII Tabulis descendit, in quibus scriptum fuisse accepimus: MANVM ENDO IACITO. Et alio capite: POST DEINDE MANVS INIECTIO ESTO, vt est apud Gell. *Noct. Lib. XX. Cap. 1.* Sic et MANVM iniicere, *l. 20. D. de manumiss. l. 9. D. de seru. export.* Ouid. *Lib. I. Amor. eleg. 4. v. 40.*

Et dicam: mea sunt, iniiciamque MANVS.

Idem *Lib. III. eleg. 9. v. 20.*

Iniiciam dominas in mea iura MANVS.

Ouid. *Lib. IV. Fastor. v. 90.*

Quem Venus iniecta vindicat alma MANV.

Liuius *Lib. III. Cap. 43. Virgini, venienti in forum, minister decemuiri libidinis* MANVM *iniicit, seruam sua natam esse.* M. Seneca *in prooem. controuers. At quum sibi* MANVM *iniiceret, et blandiendo, quo abduxerat, reuocabat.* L. Seneca *Epist. CIX. Leniter correptis* MANVM *iniicit veritas.* Quinctilian. *Declam. CCCLIX. Publicanus noluit scrutari: translatis* MANVS *iniicit, et suos dicit.* D. Augustinus *Lib. I. contra Academic. Iam tibi profecto iniecisset MANVM, suique iuris te esse proclamans, et in bonorum possessionem traducens.* Imperatores in *l. 15. C. Theod. de bon. proscript.* Vxor proprias res, velut MANV iniecta mox vindicet. Sic et in *l. 3. C. Theod. de his, qui ad eccl. confug.* Ad pristinam sortem, velut MANV mox iniecta reuocentur. [Eodem pertinent et sequentia: MANV iniecta retrahantur: *l. 7. C. Theod. de fil. milit. adpar. Lib. VII. tit. 22.* Ad curiam, velut MANV iniecta mox reuocandos: *l. 159. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* et tamquam MANIBVS iniectis eos de iudicio producere. *l. 8. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30.*] Simili loquendi modo χεῖρα τοῖς καλοῖς ἐπιβάλλων, *MANVS bonis iniiciens*, dixit Aristides *in Panathenaic.* LONGA manu traditam rem nobis videri, Iauolenus eam pecuniam dixit, quam in conspectu nostro ponere debitorem nostrum iussimus. *l. 79. D. de solution.* MANVM mittere ad res legatas: *l. 14. §. 1. D. de religios. MANV nocens aqua pluuia*, apud Cic. *in Topic. Cap. IX.* vbi Boethius: *Aqua pluuia, MANV nocens, est, quae ita aliquo loco excipitur, vt inde profluens vicino noceat, si locus is non sit naturaliter talis, sed MANV hominis excipiendae aquae fuerit adparatus.* Obiicere MANVS his, qui ad rapienda bona alicuius veniunt: *l. 5. C. de iure fisc. Lib. X.* Si audaces exsequutoribus obiecerint MANVS. *l. vlt. C. de his, qui latron.* MANVM opponere: *l. 20. D. quod vi aut clam.* [MANV coeptum ad perfectum perducere: *l. 31. C. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] Chirographum perscribere sua MANV: *l. 26. §. 1. D. de pignorib.* Vtrum aduersus emtorem MANVS porrigere debeant iidem iudices: *l. 15. §. 7. D. de re iudic.* An porrigi MANVS ad emtorem debeant: *l. 13. §. 4. D. de hered. petit.* Nec ad nominatoris nominatorem MANVS iure porrigi potest: *l. vlt. C. de peric. nominat. Lib. XI.* MANVS ad nominatorem, priusquam vtrique, qui id munus administrauerint, sollemniter fuerint excussi, nulla ratione porrigi possunt. *l. 2. C. quo quisque ord. Lib. X.* Cui digitus de MANV praecisus sit: *l. 10. §. 1. D. de Aedilit. edict.* [MANVM defuncti probare: *l. vn. C. Theod. si cert. pet. de chirogr.*] Per MANVM, id est, per lapilli iactum prohibere: *l. 6. §. 10. D. de nou. op. nunt.* coniuncta *l. 6. §. 1. D. si seruit. vindic.* MANV prohibendus est: *l. 50. D. de adquir. rer. domin.* [MA-

NV

NV pongere in *l. 4. C. de aduoc. diuers. iudicum*, est manu notare, quae cuique princeps solatia constituit. Quum enim veteres punctis notare solerent suffragia: punctum pro fauore et suffragio accipitur, et *expuncti* dicuntur fauore priuati vel repulsi: Vid. Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. I. p. 499. sequ.* Rapaces officialium MANVS: *l. 1. C. Th. de rect. prouinc. Lib. I tit. 7.* MANV victum rimari et tolerare dicuntur figuli et fabri: *l. 10. C. Theod. de lustr. collat.* MANV sata quando in venditione fundi excipiuntur, non quae in perpetuum sata sunt, nec, quae ex stipula nascuntur, intelliguntur excipi, sed quae singulis annis seri solent, vt fructus eorum tollantur. *l. 80. pr. D. de contrah. emt.* Caes. *de bello ciuili Lib. II. Cap. XLIV. Multaque erant intra eum locum MANV sata, quibus interim iumenta pascerentur.* Sua MANV se exheredem scribere: *l. 8. § 6. D. de bon. poss. contr. tabul.* Si quis legatum sibi sua MANV scripserit: *l. 15. pr. D. de leg. Corn. de fals.* Si sua MANV pater tuus te heredem scripsisset: *l. 1. C. de his, qui sibi adscrib.* Sua MANV signati et subscripti codicilli: *l. 6. §. 2. D. de iur. codicill.* Si MANV sua testator testamento codicillisue sobscripserit: *l. 15 §. 2. D. de leg. Cornel. de fals.* Qui vinculis leuatus MANIBVS tamen tenetur. *l. 48. D. de verbor. signif.* [Sanguine proprio MANVM tingere: *l. 6. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38*] Quum per ebrietatem ad MANVS, aut ad ferrum venitur *l. 11. §. 2. D. de poen.* ¶ 2. MANVS praeterea pro turba et collectis hominibus accipitur. Glossarium vetus: MANVS πλῆθος Si forte adhibita MANV, in meo solo per vim aedifices: *l. 9. pr. D. quod met. causs.* MANV armata: *l. 3. §. 7. D. de sepulcr. viol. MANV collecta primus Graeciae ciuitatis in Thraciam introiit.* Cornel. Nepot. *in Alcibiad. Cap. VII.* Si quid MANV commiserint: *l. 3. D. de offic. praesid.* Eodemque sensu a Graecis χεὶρ vsurpatur. Appian. *Lib. II. de bell. ciuil.* χεῖρά τε πολλὴν ἀφανῶς ἡτοιμάζετο. *Et MANVM magnam occulte paratam habuit.* Herodian. *Lib. I. Cap 10.* χεῖρα πολλὴν κακούργων ἐν ὀλίγῳ ἀθροίσας [illegible] αἱ μὲν πρῶτα κώμαις τε καὶ ἀγροῖς ἐπιτ[illegible]ων ἐλῄστευε. *Magnam perditorum MANVM breui collegerat, vicosque primo et agros populabatur.* Et quod illic χεῖρα, MANVM, postea, π[illegible]ος κακούργων, *turbam vel multitudinem flagitiosorum hominum* vocat. MANV f[illegible], id est, multitudine collecta: *l. 6. D. ad leg. Iul. peculat.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 19. §. 1. et tit. 20. §. 6.* Hirt. *de bello Africano Cap. XXVII. Literis ad suos ciues datis cohortatus, vt MANV facta se suosque defenderent.* Quod genus loquendi etiam Hirtius *de bell. Hisp. Cap. XXII* vsurpat. Tertullianus *ad Scapul. Cap. IV. Omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius [illegible], MANV facta obtulerunt.* Idem *Apologet. Cap. XXXIX. Coimus ad Deum [illegible] MANV facta precationibus ambiamus.* MANV militari officiu iudicis possessio transfertur *l. [illegible] D. de rei vindic.* Extra ordinem quis iure suae potestatis exsequi oportere decretum suum etiam per MANVM militarem: *l. 3 D. ne vis fiat ei.* Per MANVM militarem correpti accusati: *l. 1. C. de his, qui latron.* Tertull. *Apologet. Cap. XXI. Magna etiam militari* MANV *custodiae caussa, diligentia circumsederunt.* D. Gregorius *Lib. III. Epist. 20. MANV militari medium deductus.* Qua loquendi figura Graeci quoque auctores vtuntur. Gregorius Nazianzen. *in oratione de patre suo:* Καὶ ἅμα στρατιωτικῆς χειρὸς συλλαβόμενος αὐτοῖς. *simulque eos MANV militari adprehendens.* Socrates *Hist. eccles. Lib. II. Cap. 13.* Ὡς δὲ ἐπέκειτο Ἑρμογένης διὰ στρατιωτικῆς χειρὸς ἀπελάσαι τὸν Παῦλον. *Quumque instaret Hermogenes, vt Paulum militari MANV expelleret.* Idemque loquendi genus vsurpat *Lib. VII. Cap. 28.* Vsum aliquem MANVS militaris fuisse in iudiciis, et rerum iudicatarum exsequutione, negat Ant. Faber *Lib. XVI. Coniect. Cap. 17.* ac proinde *l. 68. D. de rei vindic* plane a Triboniano confictam esse contendit. Sed ei accurate respondit, qualisque sit MANVS ista militaris, ostendit V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. III. Obs. Cap. 14.* HEIN. ¶. 3 MANVS etiam potestatem significat: *l. 4. D. de instit. et iure.* Sic in MANVM conuenire dicebantur vxores, quae coemtionis vel confarreationis ritu et sollemnitate ducebantur. Vlpianus *Reg. tit. IX. §. 1. Farre conuenitur in* MANVM *certis verbis et testibus decem praesentibus, et sollemni sacrificio facto, in quo panis quoque farreus adhibetur.* Cicero *Topic. Cap. III Si ita Fabiae pecunia legata est a viro, si ei viro materfamilias esset: si ea in MANVM non conuenerat, nihil debetur.* Sic enim locus ille in vetere codice exprimitur, quod Boethius cum Seruio *in Lib. IV. Aen. v. 211.* coemtionis ritum et verba sollemnia ex Vlpiani institutionibus prodit, ac deinde ita mulierem in viri MANVM conuenisse, scribit: idem Cicero *ibidem*: *Genus est*, inquit, *vxor; eius duae formae, vna matrumfamilias; hae sunt quae in* MANVM *conuenerunt.* Apulei. *Lib. VI. de asino aur. p. 183. Ecce Psyche conuenit in MANVM Cupidinis.* Idem *Lib. VIII. p. 201. At dum herilis puella in boni Tlepolemi* MANVM *conuenerat.* Donat. in Andr. Ter. *Act. I. scen. 5. v. 62.* ad haec verba: *Hanc mihi in* MANVM *dat* · *Confirmatae*, inquit, *sunt legitimae nuptiae per in* MANVM *conuentionem.* Quo genere in viri potestatem familiamque transibant, atque adeo suorum heredum loco et numero habebantur. Vlpian. *tit. XXIII § 3.* Adgnascitur suus heres in MANVM conueniendo Quin etiam Seruius *in Lib. IV. Aen. v. 211.* ad hunc versum:

Et dominum Aeneam in regna recepit

et Boeth. *in Topic. ad Trebat.* eum locum, qui a forma generis ducitur, exponens, *nuptiis per coemtionem contractis, matremfamilias viro fuisse loco filiae, tradunt.* Praeterea quum mulier viro in MANVM conuenisset, omnia, quae mulieris fuerant, *viri fiebant dotis nomine*, quemadmodum Cicero *in Topic. Cap. IV.* auctor est. Indeque eas, quae in MANVM conueniebant, capite minutas, propter status mutationem, idem Cicero *ibid. Cap. IV.* indicat. Ceterum, quae his modis in matrimonium coierant, vxores in MANV esse dicebantur. Gell. *Lib. IV. Cap. 3. Quae iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius* MANV *mancipioque alia matrimonii caussa foret.* Idem *Lib. XVIII. Cap 6 matremfamilias adpellatam esse*, ait, *eam solam*, quae in mariti MANV mancipioque esset. Caius *Lib III. Instit. apud Auctorem Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. XVI. §. 2. Vxor quoque, quae in filii* MANV *est.* Et mox: *Idemque dicemus et de ea, quae in nepotis* MANV *matrimonii caussa est.* Vlpian. *tit. XXII. §. 14.*

14. *Sui heredes sunt liberi, quos in potestate habemus, tam naturales, quam adoptiui, item vxor, quae in* MANV *est, et nurus, quae in* MANV *est filii, quem in potestate habemus.* Vnde interpretationem capit, quod idem Vlpianus *tit. XIX. Regul. §. 18.* ait: *Adquiritur nobis etiam per eas personas, quas in potestate,* MANV, *mancipione habemus.* Nec in virorum duntaxat, sed et in propinquorum MANV mulieres erant. Liu. *Lib. XXXIV. Cap. 2. Maiores nostri nullam ne priuatam quidem rem agere feminas sine auctore voluerunt: in MANV esse parentum, fratrum, virorum.* Et paullo post: *Minus filiae, vxores, sorores etiam quibusdam in* MANV *erant?* Ac denique *ibidem*: *Numquam, saluis suis, exuitur seruitus muliebris.* Nam, vt Boeth. *in Topic. Ciceronis* ad locum ab adiunctis *Cap. IV.* scribit, mulieres antiquo iure tutela perpetua continebat: recedebant vero a tutoris potestate, quae in MANVM viri conuenissent. Itaque fiebat iis prioris status permutatio, et erat capite deminuta, quae viri conuenisset in MANVM. Porro hinc MANV *mitti* dicitur is, qui patria dominicaue potestate liberatur, vt supra docuimus, sub articulo MANVMITTERE. Ita MANV *emissum* ait Plin. *Lib. VIII. Epist. 18.* Ausonius;

Capta MANV, *sed missa* MANV.

Omnia MANV a regibus gubernabantur. *l. 2. §. 1. D. de orig. iur.* ¶. 4. MANVS pro cautione vel chirographo, item scriptura, alicuius manu signata, ponitur. *l. 15. D. de probat. l. 1. C. de metat. et epid. Lib. XII. tit. 41.* MANVM defuncti probare cogatur. id est, chirographum defuncti. *l. 1. C. Theod. si cert. pet. de chirogr.*

MAP.

[MAPPA, pro lino ita praeparato, vt ei aliquid inscribi posset. MAPPIS linteis scripta lex. *l. 1. C. Theod. de aliment. quae inop. Lib. XI. tit. 27.* vbi conferendus Iac. Gothofredus *in Commentariis.*]

MAR.

MARCELLVS, Vlpius, iurisconsultus, de quo ea, quae in *Hist. iur. ciu. Lib. I. Cap. 4 §. 319.* adnotauimus, hic adscribemus. Fuit vir, toga sagoque celeberrimus, quem in consilio Antonini Pii fuisse, testatur Iul. Capitulin. *in Antonino Pio Cap. XII.* Floruit et sub Marco, vt patet ex *l. 19. D. de testam. tut.* sub quo non praefectus quidem praetorio, quod Iu. Bertrando *de Iurisperit. Lib. I. Cap. 17.* visum est, sed legatus pro praetore Pannoniae inferioris fuit. Ita enim intelligendus vetus titulus apud Gruter. *Inscript. p.* [illegible]4. Sub Commodo in Britanniam missus cum imperio, non modo incredibilia continentiae, frugalitatis, et vigilantiae specimina edidit, sed et rempublicam ibi praeclare gessit, vt parum abesset, quin a saeuissimo principe, cui omnis eminentior virtus suspecta erat, occideretur. Quas eius res gestas accurate refert Dio Cass. *Lib. LXXII. p. 820.* et *in Excerpt. Peiresc. p. 724.* Mireris, homini negotioso, et saepius in castris, quam in museo, morato, tantum otii superfuisse, vt vel commentariolum de iure scriberet. Et tamen praeter NOTAS AD IVLIANVM et ad POMPONIVM, reliquit DIGESTORVM *libros XXXI.* AD LEGES, puta Iuliam et et Papiam *Libros VI.* DE OFFICIO PRAESIDIS, *librum singularem*; DE OFFICIO CONSVLIS *libros saltim V.* PVBLICORVM *libros II.* et *librum singularem* RESPONSORVM. Addit Iac. Curtius *Lib. I. εἰκαστῶν. Cap 38.* NOTAS AD PAPINIANVM, quarum mentionem fieri ait *l. 7. D. ad leg. Iul. de adult.* at ipse sibi parum constans, quum multo anteriorem Papiniano MARCELLVM nostrum fuisse sciret, duos MARCELLOS fingere non dubitauit, *Vlpium* alterum, de quo hic agimus, alterum *Quinctium.* Sed potuisset Curtius non errare. Qui enim ad Papinianum notauit, non est MARCELLVS, sed *Aelius Marcianus*, Vlpiani aequalis. De huius *notis ad Papiniani libros de adulteriis* vide Franc. Raguell. *ad l. 1. C. de vet. iur. enucl.* et Euer. Otton. *in Papiniano Cap. XIII. §. 6. p. 285. et 298.* HEIN. [Vtut vero hic iurisconsultus acerrimus alioquin Iuliani reprehensor fuerit: aliquando tamen eius sententiam probauit, sed tam raro, vt alii auctores, quoties aliquid verissimum esse significant, et Iulianum id dicant scribere, et consentire MARCELLVM. *l. 27. §. 3. D. ad leg. Aquill. l. 2. in fine D. de noxal. action.* quae est obseruatio Cuiac. *Lib. XIV. Cap. 35.*] Eadem est obseruatio Menagii in *Amoen. iur. ciu. Cap. XXIV.* Addimus hic, primo, falsum esse, quod in mentem venerat Em. Merillio *Lib. I. Obs. Cap. 28.* MARCELLVM nostrum Neratii IC. fratrem fuisse, existimanti ob male intellectam *l. 12. §. 43. D. de instruct. et instrum. leg.* Qua de re infra, sub articulo NERATIVS: Deinde Vlpianum, qua erat in dispungendis aliorum iurisconsultorum rationibus sollertia, et ad MARCELLVM nostrum nutasse, quod idem obseruauit Merill. *Lib. I. Obs. Cap. 28. p. 47.* HEIN.

MARCVS aliquando nomen, quod exempli caussa vsurpatur, quemadmodum Caius et Lucius. Sic apud Persium *Sat. V. v. 78.*

Verterit hunc dominus: momento turbinis exit MARCVS *Dama.*

MARCVS AVRELIVS Antoninus Imperator: *l. 56. D. de manum. testam. l. 67. §. vlt. D. de legat. II.* in qua a Papiniano princeps prouidentissimus et iuris religiosissimus adpellatur, vt et a Iustiniano prudentissimus princeps et philosophiae plenus in *l 11. C. ad SC. Silanian.* Hic passim et DIVVS MARCVS dicitur, et DIVVS *Augustus* MARCVS ab Vlpiano *Regul. tit. XX. §. 10.* Eum interdum cum fratre Lucio Vero, quem initio imperii consortem habuit, interdum cum filio suo Commodo, quocum itidem senex imperium communicauit, interdum per se, id est, solum, non adhibito, nec adiuncto fratris filiiue nomine res[illegible]psisse constituisseue, patet ex *§. 6. Inst. de excusat.* Enimuero post excessum D. Pii Marcus hic Antoninus, vt in eius vita Capitolinus *Cap. VII. A senatu coactus regimen publicum capere, fratrem sibi participem in imperio designauit, quem Lucium Aurelium Verum Commodum adpellauit, Caesarem atque Augustum dixit. Atque ex eo pariter coeperunt rempublicam regere: tuncque primum Romanum imperium duos augustos habere coepit. Antonini mox nomen recepit, et quasi pater Lucii Commodi esset, et Ve-*

Verum eum adpellauit, addito Antonini nomine, filiamque suam Lucillam fratri despondit. Idem in *vita Veri Cap. III. Defuncto Pio,* MARCVS *in eum omnia contulit, participatu etiam Imperatoriae potestatis indulto, sibique consortem fecit, quum illi soli senatus detulisset imperium. Dato igitur imperio, et indulta tribunicia potestate, proconsulatus etiam honore delato, Verum vocari praecepit, suum in eum transferens nomen, quum ante Commodus vocaretur.* MARCO itaque frater Lucius Ceionius Aelius Commodus Verus Antoninus a Scaeuola et Papirio Iusto adiuntur hunc in modum: *Imperatores Antoninus et Verus Augusti*; vti in *l. 29. D. de probat. l. 71. D. de contr. emt. l. 30. D. de reb. auct. iud. possid. l. 37. D. de pact. l. 3. D. de transact. l. 14. D. de seruit. praed. vrban. l. 17. D. de seru. rust. praed. l. 13. D. de decurion. l. vlt. D. de administr. rer. ad ciuit. pert. l. vlt. D. ad leg. Iul. de annon. l. 38. D. ad municipal. l. 4. D. de curat. bon. dand. l. 35. D. de re iudicat. l. 21. D. de adpellat. l. 7. D. de publican. l. 13. D. de pollicitat. Diuus* MARCVS *et Lucius Verus rescripserunt: l. 11. §. 23. D. de legat. III. Diuus* MARCVS *et Lucius Imperatores rescripserunt. l. 57. §. 1. D. de rit. nupt. Diui* MARCVS *et Verus: l. 24. D. de tut. et curat. dat. a Diuis* MARCO *et Vero rescriptum est: l. 1. §. 1. D. de suis et legitim. Exstat Rescriptum Diuorum* MARCI *et Veri: l. 30. §. 13. D. de fideic. libertat.* Iidem sunt, qui *Diui fratres* toties in libris nostris, interdum et *fratres Imperatores* vocantur, quemadmodum supra *Libro IV. et VI.* docuimus. ¶. 2. At post, Lucii obitum solus ipse MARCVS rescripsisse memoratur, eiusque SEMESTRIVM aliquot locis fit mentio. Diuus MARCVS in *semestribus* constituit: *l. vlt. D. de seru. exportand.* In *semestribus* relata est constitutio Diui MARCI: *l. 46. D. de pact.* Diuus MARCVS in *semestribus* rescripsit. *l. 1. D. de excus. tutor.* Erant autem libri, quibus decreta et placita in conuentibus prouinciarum mensibus hibernis lata inscribebantur. Quum enim Imperatores plerumque aestiuis mensibus in castris essent, bellaque gererent: hibernis conuentus et concilia indicebant, iurique dicundo praeerant. Suet. *Aug. Cap. XXXV.* Mamertin. *Panegyr. Cap. IV.* HEIN. Sed et alias passim legas: Diuus MARCVS constituit: *l. 2. D. de collus. deteg. l. 2. C. de impub. et al. substit. l. 4. C. de re milit. Lib. XII.* A diuo MARCO constitutum: *l. 11. §. 1. D. de administr. et peric. tutor.* Diui MARCI constitutio: *l. 20. D. de manum. vind. l. 10. D. de in ius voc. l. 2. D. de fideic. libert. l. 4. D. de vulg. et pupill. subst. l. 3. §. 1. D. de suis et legit. her. l. 84. D. de hered. institut.* Quum D. MARCVS de hereditate fideicommissaria cognosceret: *l. 54. D. ad SC. Trebell.* D. MARCVS decreuit: *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi priuat. l. 3. §. 1. D. de iniust. rupt. irrit.* D. MARCI decretum: *l. 13. D. quod met. causs.* D. MARCVS ita edixit: *l. 24. §. 1. D. de reb. auct. iud. possid.* effecit: *l. 1. §. 1. D. quand. adpell. sit.* Iudices sequutus est: *l. 17. D. de quaestion.* Scio saepissime a diuo MARCO iudices datos: *l. 1. D. a quib. adpell.* iussit: *l. 1. §. vlt. D. de effractor.* D. MARCI litterae ad Aufidium Victorinum: *l. 20. D. de manumiss.* oratio: *l. 52. §. 10. D. pro soc. l. 1. D. de fer. l. 8. D. de transact. l. 1. §. 1. D. de tutor. et curat. dat. l. 1. §. 1. D. ne de statu defunct. l. 2. §. vlt. D. de collus. deteg. l. 1. D. expilat. hered.*

Oratio Imperatorum Antonini et Commodi: *l. 16. D. de sponsalib.* Illic enim Diui Antonini nomine diuum Marcum intelligi, adparet ex *l. 67. §. 3. D. de ritu nupt.* Diuus MARCVS rescripsit: *l. 11. §. 23. D. de legat. III. l. 17. D. de vsur. l. vlt. D. de tutor. et curat. dat. l. 30. §. 16. D. de fideic. libert. l. 3. D. de testam. milit.* A D. MARCO vel D. MARCI rescriptum: *l. 1. §. 7. D. de his, qui testam. liber. esse iuss. l. 10. D. de pact. l. 17. §. 4. D. de excusat. Diui* MARCI temporibus. *l. 20. D. de reb. dub.*

¶. 3. Nec vero post Lucii fratris mortem solus MARCVS imperauit, verum etiam in societatem imperii Commodum, filium, adhibuit. Sic enim de eo Capitolinus *in eius vita Cap. XVI.* scribit: *In filium Commodum, et quidem scelestum atque impurum, cito nomen Caesaris, et mox sacerdotium, statimque nomen Imperatoris, et triumphi participationem et consulatum contulit.* Inde haec: Diui MARCVS Antoninus et Commodus filius rescripserunt: *l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* Diui MARCVS et Commodus Imperatores rescripserunt. *l. 64. D. de legat. II. l. 7. D. de leg. Cornel. de fals.* Diuus MARCVS, et diuus Commodus: *l. 7. C. vt in poss. legat.* Diuus MARCVS cum filio suo rescripsit: *l. 3. D. qui sine manumiss.* Generalis epistola diuorum MARCI et Commodi: *l. 1. §. 2. D. de fugitiu.* Ex principum MARCI et Commodi constitutione, *l. 8. D. quib. ex causs. maior.*

MARCVS BRVTVS, vir praetorius eorum numero, *qui ius ciuile fundauerunt*, ponitur a Pomponio in *l. 2. §. 39. D. de orig. iur.* eumque septem de iure ciuili libros reliquisse, ibidem scriptum est. At Ciceronis temporibus tres tantum genuini habiti videntur, ceu patet ex *Lib. II. de orat. Cap. 55.* nisi apud Pomponium legere malis: Brutus tres, Manilius septem, cum V. A. Corn. van Bynkersh. *in Praetermiss. p. 67.* Videtur porro ad Brutum vel notasse, vel ei aliqoid nuncupasse Sulpicius, vt colligere licet ex *l. 2. §. 44. D. de orig. iur.* HEIN. Bruti sententia obtinuit, partus ancillae ad fructuarium non pertinere. *l. 68. D. de vsufr.* Citatur Brutus etiam in *l. 13. D. de in diem addict. l. 3. §. 3. D. de adquir. possess. l. 4. D. de captiu.* Laudatur etiam a iuris ciuilis scientia, a Cicerone in Bruto *Cap. XXXV. et XLVII.* eiusque libri passim citantur a Cicerone *Lib. I. de finib. Cap. 7.* et *Lib. VII. ad familiar. Epist. 22.* Gell. *Noct. Attic. Lib. VII. Cap. 15.* et a iurisconsulto: *l. 17. §. 21. D. ad leg. Aquill.* HEIN.

MARCVS CATO, princeps Porciae familiae in iurisconsultorum album refertur a Pomponio *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.* vbi additur: *Cuius et libri exstant: sed plurimi filii eius, a quo et ceteri oriuntur.* Citatur autem Cato absque praenomine aliquot locis, quos supra *Lib. III.* attigi, vnde pete.

MARCVS MANILIVS inter eos numeratur, *qui fundauerunt ius ciuile*, eumque tres libellos scripsisse, et exstare scripta MANILII monimenta, refert Pomponius *l. 2. §. 39. D. de orig. iur.* Consulatum quoque gessisse eum, ibidem indicat. Ac plane *Censorino et* MANILIO Coss. primum L. Pisonem de pecuniis repetundis legem tulisse, Cice-

ro *in Verr. IV. Cap. 56.* narrat. Apud eomdem Ciceronem *Lib. I. de Orat. Cap. 58.* Crassus, si quaereretur, quisnam iurisconsultus nominaretur, ex eo genere se inter ceteros MARCVM Manilium nominaturum, profitetur, et, vt illic, ita *Lib. VII. ad familiar. Epist. 22.* Sex. Aelio, et M. Bruto adiungitur. Citatur et cum Bruto, a Paullo *l. 3. §. 3. D. de adquir. possess.* Idem MANILIVS leges, quae in rerum venditionibus dicerentur, composuerat, vt ex Varrone *Lib. II. de re rust. Cap. 7.* colligitur, apud quem tamen *Mamilii* vitiose pro MANILII legitur. Verba ita habent. *Emtio equina similis fere, ac boum, et asinorum: quod eisdem rebus in emtionibus dominium mutant, vt in* MANILII *actionibus sunt perscripta.* Idem Varro *Lib. II. de re rust. Cap. 5.* *Paullo verbosius haec, qui* MANILII *actiones sequuntur.* Vnde MANILIANAS, (sic enim emendo,) venalium vendundorum leges dixit Cicero *Lib. I. de orat. Cap. 58.* Quin MARCVM hunc Manilium valde quoque prudenter et acute dixisse, idem Cicero *in Bruto Cap. 15.* scribit. Sunt et hic quaedam emendanda supplendaque. MAMILII nomen, quod Petr. Victorius *ad Varron. de re rustic. Lib. II. Cap. 3.* vbique reponi iubet, pro MANILIO, recte explosit Brissonius noster, quia ipsi fasti consulares eum MANILIVM vocant. Ex iis vero etiam discimus, errare Brissonium, dum huic summo iuris auctori MARCI praenomen tribuit, quum potius MANIVS vocaretur: multoque magis rationem fugere Forsterum, *Lib. II. Hist. iur. Cap. 21.* a quo M. MANLIVS adpellatur. Nam aliunde constat, MARCI praenomen in gente *Manlia* ob M. Manlii supplicium communi familiae lege quasi proscriptum esse. Liu. *Lib. VI. Cap. 20.* De *iure ciuili* non *tres*, sed *septem libros* reliqoit, si sequi iuuat coniecturam amplissimi Bynkershoekii, paullo ante sub articulo M. Brutus propositam. MONIMENTA MANILIANA a MANILIANIS *venalium vendundorum legibus* diuersa non esse, suspicatur Ant. Augustin. *de nomin. propr. Pandect. p. 211. Thesaur. iur. Tomo I.* Quam anxie vero in his compositae fuerint emendi vendendique formulae, exemplis ostendit Plin. *Lib. XVIII. Hist. nat. Cap. 3.* De iure vnus omnium maxime consultus est, immo non modo de iure, sed et de filiabus elocandis, fundis emendis, colendis agris, deque omni officio et negotio. Cic. *de orat. III. Cap. 33.* Ac proinde rarae continentiae argumentum est honesta viri huius negotiosissimi paupertas, de qua idem Cicero *Paradox. VI. Cap. 3.* HEIN.

MARCVS TVLLIVS CICERO, siue eloquentiae, siue variae diffusissimaeque doctrinae habeas rationem, inter saeculi sui portenta numerandus, aliquoties laudatur in libris nostris. Papinianus: *Coniurationem* inquit, *Catilinae mulier detexit: et M. Tullium consulem indicium eius*, (manifesto scribendum *indicium eius*,) *instruxit. l. 8. D. ad leg. Iul. maiestat.* M. Tullium, aiunt, quum arbiter esset, primum constituisse, littus esse, quousque maximus fluctus a mari peruenit. *l. 96. pr. D. de verb. signif.* Post M. Tullium in caussis orandis primum locum Seruius obtinebat. *l. 2. §. 43. D. de orig. iur.* Cicero in oratione pro Cluentio Auito scripsit: *l. 39. D. de poen.*

MARE, in eorum numero est, quae naturali iure omnium sunt communia. *l. 2. D. de diuis. rer. §. 1. Inst. eod. tit.* Inde Phoenicidis iocus apud Athen. *Lib. VIII. Cap. 7. p. 345.* MARE quidem omnibus commune esse, ceterum pisces eorum, qui illos emerent. Trans MARE abesse: *l. 3. D. de suspect. tut.* trans MARE abire: *l. 3. §. 11. D. de Carbon. edict.* Si reliquias eius in MARE abiiciat: *l. 27. D. de condit. institut.* Per MARE Asiam adplicare: *l. 4. §. 5. D. de offic. procons.* Qoae MARI, terra, caelo capimus: *l. 2. D. pro suo.* Animalia, quae MARI, caelo, terra capiuntur: *l. 1. D. de adquir. rer. domin.* Terra MARIque capta: *l. 44. D. eod. tit.* Quae terra MARIque capimos: *l. 13. §. 21. D. de adquir. vel amitt. possess.* MARE commune omnium est, et littora, sicut aer: *l. 13. §. 7. D. de iniur.* MARIS communis vsus omnibus hominibus, vt aeris: *l. 3. §. vlt. D. ne quid in loc. publ.* In MARE profundum culleus iactatur: *l. 9. D. de leg. Pompei. de parricid.* Vt certo MARI negotietur: *l. 1. §. 12. D. de exercitor. act.* Locus, quem MARE occupauerit: *l. 3. §. 17. D. de adquir. possess.* Quod MARI occupatum sit: *l. 30. §. 3. D. de adquir. rer. dom.* Trans MARE profectus: *l. 22. D. quib. mod. vsusfr.* MARE nauibus subiacet: *l. 49. D. de rei vindic.* Qoae MARI subiacet, terra vel arena. *§. 5. Inst. de rer. diuis.* Terra MARIque moltis generibus mortis periculum metui potest. *l. 35. §. 4. D. de mort. causs. donat.* Per MARE in prouinciam venire: *l. 4. §. 5. D. de offic. proconf.* Vis MARIS. *l. 24. §. 9. D. de damn. infect.* ¶. 2. Notatu dignum est, casum etiam sextum huius nominis saepe formari in E. De MARE, pro in MARI: *l. 7. D. de incend. ruin. naufr.* Ex MARE extracta: *l. 58. D. de adquir. rer. dom.* In MARE enata insula: *l. 17. D. de legat. III.* in MARE piscantibus: *l. 3. §. vlt. D. de diuis. rer.* Ex MARE deducere. *l. 5. D. de diuis. rer.* ¶. 3. RVBRVM MARE, *l. 19. §. 17. D. de aur. arg. legat.* vel *rubens fretum*, vt vocat Seneca *in Troad. Act. I. scen. 1.* quod et Persicum MARE vocari Herodotus *Lib. IV. p. 174.* tradit: Libro vero *II. p. 41.* idem esse cum mari australi statuit. Dionysius autem *Perieg. v. 893.* Indico oceano adsignat. Plane hoc mare geminum terras irrumpens, quod in duos diuiditur sinus, quorum is, qui ab oriente est, Persicus; alter Arabicus nominatur, a Graecis ἐρυθρὰ θάλαττα vocatur. Latini, siue ambiguo peregrinae vocis sono decepti, siue propter eum, qoem sibi opinionis errore finxerant, rubeum freti illius colorem RVBRVM MARE vocare instituerunt. Quae res non leuis erroris ansam praebuit, plerisque existimantibus, id MARE huic nomen a rubore inditum esse. Quam opinionem, vulgo mentibus penitus insitam, etsi iam altas radices propter vocabuli Latini vetustatem egerit, eripere, stirpitusqoe euellere, operae poenitendae non erit. Igitur mare hoc a ceteris colore nihil differre, sed ab Erythra rege, qui in illis partibus olim regnauit, famamque et memoriam nominis ad posteros transmisit, ita adpellatum, locupletum testium auctoritate planum faciam. Q. Curtius *Lib. VIII. Cap. 9.* *MARE certe, quo adluitur, ne colore quidem abhorret a ceteris. Ab Erythro,* (vel potius *ab Erythra*) *rege inditum est nomen: propter quod ignari, rubere aquas, credunt.* Idem

MAR.

Idem Curt. *Lib. X. Cap. 1. Cetera incolis crediderunt: inter quae RVBRVM mare non a colore vndarum, vt plerique crederent, sed ab Erythra rege, adpellari. Esse haud procul a continente insulam, palmis frequentibus consitam, et in medio fere nemore columnam eminere, Erythrae, regis, monimentum, litteris gentis eius scriptam.* Cui insulo Tyrrinae nomen Strabo *Lib. XVI. p. 111.* tribuit, ob eademque origine erythraei maris adpellationem arcessit, his verbis: Νῆσον Τυῤῥίνην κεῖσθαι πρὸς νότον πελαγίαν, ἐν δισχιλίοις σαδίοις, ἐν ᾗ τάφος Ἐρυθρᾶ δείκνυται, χῶμα μέγα ἀγρίοις φοίνιξι κατάφυτον· τούτων δὲ βασιλεῦσαι τῶν τόπων, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν θάλατταν ἐπώνυμον καταλιπεῖν. *Tyrrinam insulam, ferunt, in alio mari versus austrum iacere duobus millibus stadiorum a Carmania distantem, in qua Erythrae regis sepulcrum ostenditur, ingens sane tumulus, et siluestribus palmis consitus. Atque hunc in iis locis regnasse, et illi mari nomen fecisse. Philostratus Libro III. de vita Apollon. Tyan. Cap. 35.* Θεσμοῦ γὰρ παλαιοῦ περὶ τὴν ἐρυθρὰν ὄντος, ὃν βασιλεὺς Ἐρύθρας ἐνόμισεν, ὅτι τῆς θαλάττας ἐκείνης ἦρχε, μακρῷ μὲν πλοίῳ μὴ εἰσπλεῖν ἐς αὐτὴν Αἰγυπτίους. *Exstante enim vetere quadam lege, lata ab Erythra rege, quum maris illius teneret dominium, vt nemo Aegyptiorum longa naui mare istud ingrederetur.* Et alias eodem *libro III. Cap. 50.* Τὴν δὲ θάλατταν τὴν ἐρυθρὰν εἶναι μὲν κυανωτάτην, ὀνομάζεσθαι δὲ ὡς εἶπον, ἀπὸ Ἐρύθρα βασιλέως, ὃς ἐπωνόμασεν ἑαυτὸν ἐκείνῳ τῷ πελάγει. *Erythraeum MARE vehementer esse caeruleum, nomenque, vt dixi habere a Rege Erythra, qui a se ipso mare illud denominauit.* Suidas *Tom. I. p. 864.* Ἐρυθρὰ θάλασσα ἐκλήθη ὁ Περσικὸς κόλπος, οὐκ ἀπὸ τῆς χροᾶς τοῦ ῥοδίου, καθάπερ τινες οἴονται ἀλλ' ἔκ τινος ἀνδρὸς, Ἐρυθροῦ τὴν προσηγορίαν ἐνδυναστεύσαντος τοῖσδε τοῖς τόποις. MARE *rubrum, sic dicitur sinus Persicus, non a rubro colore vndarum, vt quidam putant, sed a viro quodam Erythro, qui locis illis imperauit.* Non desunt tamen vetusto errori sui quoque adsertores. In his sunt Plinius et Pomponius Mela, qui tamen nutabundi. et, vbi gradum figant incerti, nihil obsolute definiunt. Illius quidem *Lib. VI. Cap. 23.* verba sunt haec: *Irrumpit deinde et in hac parte geminum mare, terras, quod rubrum dixere nostri, Graeci Erythraeum a rege Erythra, aut, vt alii solis repercussu talem reddi colorem existimantes, alii ab arena terraque: alii, tali aquae ipsius natura.* Pomponius Mela vero *Lib. III. Cap. 8. Rubrum,* inquit, *mare Graeci, siue quia eius coloris est, siue quia ibi Erythra regnauit,* ἐρυθρὰν θάλασσαν *adpellant.* Sed nec vsque adeo destituta haec caussa est, vt Graecorum patrocinio careat. Stephanus enim *de vrbibus p. 272.* ΕΡΥΘΡΑ, ἡ θάλασσα ἀπὸ Ἐρύθρα τοῦ ἥρωος. Οὐράνιος δ' ἐν Ἀραβικῶν δευτέρᾳ, ἀπὸ τῶν παρακειμένων ὀρῶν, ἃ ἐρυθρὰ δεινῶς ἐστι, καὶ πορφυρᾶ. Καὶ ἐπὴν βάλλῃ εἰς αὐτὰ ὁ ἥλιος τὴν αὐγὴν, καταπέμπει εἰς τὴν θάλασσαν σκιὰν ἐρυθράν· Καὶ ὄμβρῳ δὲ κατακλυσθέντων τῶν ὀρῶν, κατὰ συῤῥυέντων εἰς θάλασσαν οὕτω γίγνεται ἡ θάλαττα τὴν χρόαν. ERYTHRA, *id est, rubrum MARE ab Erythra Heroe, Vranius vero rerum Arabicar. libro II. sic vocatum existimat ab adiacentibus montibus, qui rubri valde sunt, et porphyrei, et quoniam sol in eos*

MAR.

splendorem iaculatur, ipsi mittunt in mare vmbram rubram, et imbre inundatis montibus, deorsum confluentibus aquis in mare, sic fit mare colore. Eostathius in suis od Dionysii de situ orbis Commentariis varias huiusce adpellotionis caossas adfert. Ac primum: Καλεῖται, ait, πόντος ἐρυθραῖος, ἢ ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης τῷ ὕδατι μιλτώδους ἐρυθρᾶς γῆς, ἢ ἐκ τῶν ὑποκειμένων τοιουτοχρόων ὀρέων, οἷς ἑωθεν προσβάλλων ὁ ἥλιος ἐρυθρὰν φαντάζει τῇ θαλάσσῃ τὴν ἐπιφάνειαν, ἀνακλωμένης τῆς ὄψεως. *Appellatur mare rubrum vel a terra, quae sub aquis iacet, minii colorem praeferente, vel ab adiacentibus eiusdem coloris montibus, in quos mane incidens sol, mari rubri coloris speciem, decepta visione, conciliat.* Deinde Vranium ouctorem laudat, eiusque ipsamet, quae iam ex Stephano odduximus: verbo profert, odditque: τινὲς δὲ Ἐρυθρὰν εἶπον διὰ τὸ πορφυροῦσθαι. [Edit. Henr. Stephani legit πυροῦσθαι] μάλιστα τῷ ἡλίῳ τὸ ἐκεῖ κλίμα. Διὸ, φασὶ, καὶ Αἰθίοπες οἱ κατοικοῦντες λέγονται, ὡς κεκαυμένοι τὴν ὄψιν. *Sunt, qui rubrum dicunt, quod sol clima istud quam maxime perurat. Hinc, aiunt, et Aethiopes vocantur istius tractus cultores, quasi a facie perusta.* Subiicit denique hac de re veteris Geographi verba, quae ita habent: Ἐρυθρὰ θάλαττα λέγεται ἀπὸ χροιᾶς ἐμφαινομένης κατ' ἀνάκλασιν, εἴτε ἀπὸ τοῦ ἡλίου κατὰ κορυφὴν ὄντος, ἤτε ἀπὸ τῶν ὀρῶν ἐρυθραινομένων ὑπὸ τῆς καύσεως· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς πηγῆς τινος ὕδωρ εἰς τὴν θάλασσαν εἰσαγούσης ἐρευθὲς καὶ μιλτῶδες· οἱ δὲ ἀπὸ Ἐρύθρα τινος πρώτου περαιωθέντος ἐπὶ σχεδίας εἴς τινα ἐκεῖ νῆσον, διὰ ἱπποφόρβιον οἰστρηθὲν ὑπὸ λεαίνης, καὶ οἰκήσαντος ἐκεῖ, καὶ ἡγησαμένου τῶν τόπων· τινὲς δὲ καὶ Πέρσεως εἶπον υἱὸν εἶναι τοῦτον τὸν Ἐρύθραν. *Rubrum dicitur hoc mare a colore adparente per repercussionem, siue a radiis solis in vertice constituti, siue a montibus ab aestu rubentibus. Sunt, qui eum colorem esse aiunt a fonte, aquam rubram et minio colore similem in mare illud emittente. Sunt, qui nomen illud ab Erythra quodam arcessunt, qui primus nauigio in insulam quandam eius maris transmiserit ob pascuum a leaena corruptum, ibique domicilium constituerit, et in locis istis regnarit. Alii Persis filium Erythram illum fuisse aiunt.* Enimuero, quod ad Erythrae istius monimentum attinet, Plinius o Strabone, quid id in Tyrrhene insula constituit dissentiens, *Lib. VI. Cap 18. Insula,* oit, *in alto obiacet, Ogyris, clara Erythra Rege ibi sepulto.* Verum hac in parte assiduum vindicem, quo se tueatur, habet Dionysium *de situ orbis v. 606.* his versibus:

> Ἔστι δέ τοι προτέρω, Καρμανίδος ἐκτόθεν ἄκρης,
> Ὤγυρις, ἔνθα τε τύμβος Ἐρυθραίου βασιλῆος.
> *Progressum excipiet extra Carmanida rupem*
> *Regis Erythraei prisco celebrata sepulcro*
> *Ogyris.*

Ad quem locum Eustathius: Ὅτι ἐν τῇ Καρμανίδι ἄκρᾳ νῆσος ἡ Ὤγυρις, καὶ ὅτι περὶ αὐτὴν τύμβος Ἐρυθραίου βασιλέως, ὃν ἄλλοι Ἐρύθραν φασὶ, γράφοντες, Ἀγχιβαθὴς δ' ἄρα νῆσος ἁλὸς κατὰ βένθος ἐρυθρῆς Ὤγυρις. Ἔνθα δὲ τύμβος ἁλὸς μεθέοντος Ἐρύθρα κέκληται, ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ ἡ θάλασσα κληθῆναι δοκεῖ, ὡς προεγράφη. *Quoniam*

niam in Carmanidis promontorio insula est Ogyris, et quia circa illam sepulcrum Erythraei regis, quem alii Erythram vocant, scribentes:

> *Profunda vero insula, maris ad fauces Erythraei Ogyris. Ibi sepulcrum, prope mare, Erythrae*
>
> *Vocatur.*

Ex eo vero et mare illud nomen accepisse videtur, ceu supra ostensum est. Sed quoniam in Dionysii περιηγητὴν incidimus, illud in transcursu monebo, ad hunc auctorem pertinere Plinii verba, quae operae pretium est subiicere, eo magis, quod et clari geographi patriam indicent, et delegatum ei ab Augusto, cuius principatu vixit, munus patefaciant. Nam de Charace, Persici sinus intimo verba faciens Plinius, *Lib. VI Cap. 27.* ita scribit: *Hoc in loco genitum esse Dionysium, terrarum orbis recentissimum auctorem, constat: quem ad commentanda omnia, in Orientem praemisit diuus Augustus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res, maiori filio.* Vnde adparet hunc Dionysium Characenum fuisse: tamen vulgo Alexandrinus cognominatur, ideo fortassis, quod Charax oppidum, vnde Dionysio origo, conditum est primum ab Alexandro Magno, qui colonis ex vrbe regia Durine deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam adpellari iussit, teste eodem Plinio. *Maiorem* autem *Augusti filium* apud Plinium, (quod obiter dictum sit,) accipe *Caium*, qui naturalis quidem Augusti nepos, vtpote ex Iuliae, eius filiae et M. Vipsanii Agrippae nuptiis procreatus, eiusdem vero adoptiuus filius fuit. *Adoptatus* cum fratre *Lucio domi, per aes et libram,* (sic enim est apud Sueton. *in Aug. Cap. LVI.*) *emtus a patre naturali Agrippa.* Caium vero hunc in Armeniam a patre Augusto missum, indeque remeantem, et vulnere inualidum mors fato propera, vel nouercae Liuiae dolus abstulit, vt Tacit *Lib. I. Ann. Cap. 3.* narrat, quo in itinere praeteruehentem eum apud Hierosolyma, non supplicasse, et ob id ab Augusto collaudatum, Sueton. *in Aug. Cap. XLIII* tradit, et in Lycia vero defunctum narrat idem *Cap. LXV.* Verum adhuc rubro mari excedere me non patitur Isidorus, qui *libro XII. Originum* suam de eius adpellatione opinionem testatam reliquit in hunc modum: RVBRVM MARE *vocatum, eo quod sit roseis vndis infectum, non talem naturam habet, qualem videtur ostendere, sed vicinis littoribus vitiatur gurges atque inficitur, quia omnis terra, quae circumstat pelago, rubra est, et sanguineo colori proxima. Ideoque inde minium acutissimum excerpitur, et alii colores, quibus pictura variatur. Ergo quum terra hanc habeat naturam, fluctibus subinde diluitur, et quidquid adhaesum est, in colorem cedit. Ob hoc etiam in iis littoribus gemmae rubrae inueniuntur. Lapillus enim huiusmodi humo inuolutus, quum inter arenas attritus est, et terrae colorem habet, et maris. Hoc mare in duos diuiditur sinus. Ex iis, qui ab oriente est, Persicus adpellatur, quia oram illius Persae inhabitant; alter Arabicus dicitur, quod sit circa Arabiam.* Denique mare hoc Erythraeum pelagum vocat Tertullianus *adu. Iudaeos Cap. III.* Sed de his satis. Igitur ex diuerticulo in viam redeamus. Multa sibi hic indulsit, dum incredibili doctrinae varietate abreptus extra propositam operis formam euagatur, et mare primum Erythraeum contemplatus ad Dionysium περιηγήσεως auctorem, et, eo quoque cognito, apud Caium et Lucium Caesares diuertit, et his demum salutatis, in mare suum se recipit. Sunt haec erudita, sed maximam partem ἀπροσδιόνυσα, neque tamen vel ideo a nobis plane praetereunda, quod quaedam ex his, quae tradidit, non vsquequaque certa ac solida sunt. Non minus certe fabulosa sunt, quae de Erythra rege, ex tot vetustis scriptoribus adfert, quam quae de rubro colore alii, refragante experientia, fabulantur, et hodie paene constat inter omnes, mare illud dictum esse *Idumaeum*, ab *Edom* vel *Esauo*, eiusque posteris Idumaeis. Quum enim אדום Hebr. sit *ruber*; Graeci *mare Idumaeum* vocarunt rubrum, et ex אדום id est, *Edom*, vel *Esauo* finxerunt Ἐρύθραν, qui olim iis locis regnarit. Vid. Bocharti *Phaleg. Lib. IV. Cap. 24. p. 301.* Dan. Clerici *Quaest. Sacr. X.* Probabilior saltim est haec sententia; quam altera Hadr. Relandi, qui *Miscell. Diss. II.* mare istud inde rubri cognomen traxisse censet, quod omnia solis caloribus adusta, *rubra*, ipsamque *Zonam* torridam *rubram* vocasse veteres, ex poetis, quorum plurima adcumulat testimonia, conficit. Dionysium porro, περιηγήσεως auctorem, ab illo Characensi, seu Alexandrino, cuius meminit Plinius, diuersissimum esse, singulari dissertatione *de aetate et patria Dionysii Periegetae, Tom. IV. Geogr. Minor. Hudsoni* euicit doctissimus Henr. Dodwellus. De Caio et Lucio Caesare omnia in vulgus nota sunt; deque iis, praeter Frankensteinium, cuius *singularis de his Caesaribus* exstat *dissertatio*, nihil reliqui fecit Henr. Norisius *in Cenotaphio Pisano.* HEIN.

MARGARITA, AE, et MARGARITA, ORVM, promiscuo genere et declinatione dicunt iurisconsulti, et a gemmis et lapillis separant. *l. 25. §. vlt. D de aur. arg. legat. l. 2. §. 2. D. ad leg. Rhod de iact. l. vlt. § 7. D. de publican.* MARGARITAS sane nec gemmis, nec lapillis contineri, satis constitisse, Sabinus ait, quia concha apud rubrum mare et crescit, et coalescit. *l. 19. §. 18. D. de aur. arg. leg* At Seru. *in l. Aen. v. 659. Gemmas a* MARGARITIS *eo separari*, ait, *quod illae diuersi coloris, hae albae, vel quod illae integrae, hae pertusae sint.* Zonar. *Tomo III. p. 179.* Καὶ ὑπερχειλῆ μὲν ἦσαν λίθων πολυτελῶν, τῶν τε ἄλλων· καὶ τῶν λευκῶν, οἷς ἰδιάζουσα κλῆσις οἱ Μάργαροι, τὰ κιβώτια. *Sed et cistellae plenae erant gemmis, cum aliis, tum candidis illis, quae peculiari nomine* MARGARITAE *dicuntur.* Concha autem, quam Vlpianus in dicta *l. 19. §. 18. D. de aur. arg. legat.* praedicat, MARGARITARVM parens est. Vnde Plin. *Lib. XXXII. Cap. 11. Concharum*, ait, *genera, in quibus* MARGARITIFERAE. Tertullian. *de cultu femin. Cap. V. Sed si quid*, ait, *de mari Britannico, aut Indico ambitio piscatur, conchae genus est, non dico conchylio, aut ostreo, sed nec peloride gratius de sapore: ad hoc enim conchas nouerim, maris poma. Quid si concha illa aliquid intrinsecus pustulat, vitium eius magis debet esse, quam gloria. Et licet* MARGARITVM *vocetur, non aliud tamen intelligendum, quam conchae illius aliqua*

MAR.

qua dura et rotunda verruca. Sosipat. *Lib. I. Non enim ipsa caro, quae concha praegnans est,* MARGARITVM *est, sed dicitur illi inesse calculus hic, quem nos* MARGARITVM *vocamus.* Et quod illi *concham*, cum Plin. *Lib. IX. Cap. 33.* alii *ostreum* vocant. B. Ambros. *Lib VII. Hexaem. Cap. XI Vnde etiam ostreis pretiosissimum* MARGARITVM *natura infixerit: quomodo eam maris aqua in tam molli carne solidauerit.* Philostrat. *Lib. III. de vit. Apollon. Tyan. Cap. 53.* ἁλίσκεται δὲ καὶ λίθος ἐκεῖ Μαργαρὶς ἐν ὀστράκῳ λευκῷ καρδίας τόπον ἔχουσα τοῦ ὀστρέου. *Lapis etiam ibi capitur,* MARGARITA *in testa candida, in ostreo cordis tenens locum.* Et quidem apud rubrum Mare crescere eiusmodi conchas, Vlpianus scribit. Hinc Propert. *Lib. I. Eleg. 14. v. 12.*

Et legitur RVBRIS gemma sub aequoribus.

Lucanus *Lib. VI. v. 677.*

Innataque RVBRIS
AEQVORIBVS *custos pretiosae vipera conchae.*

Idem *Libro X. v. 139.* de Cleopatra:

Plena MARIS RVBRI *spoliis.*

Clariorem vtique vnionem in rubro mari reperiri, Indicum vero, licet magnitudine praecellentem specularium lapidum squamae adsimilare, Plinius tradit. Sed enim, quum MARGARITORVM et vnionum crebra fiat in libris nostris mentio: placet, quae de eorum origine et genitura ab aliquot classicis auctoribus memorantur, congerere. Et quis mihi iure succenseat, si non tam priuato meo, quam publico bono hosce rubris maris calculos in arena mea, ceu in littore Erythraeo positos, lego? praesertim quum ne id quidem summos et in republica praestantibus viris vitio verterit, quod non gemmas, neque lapillos, sed animi remittendi caussa proiecta viliores alga, nulli certe vsui futuros calculos in littoribus suis legerint. Nec me operae meae poenitebit. Nam si vacuas manus, vacuosque loculos at vacuas pugillares non referam. Ac primum vltro mihi sese offert Theophrastus, *in libro de lapidibus*, referente Athenaeo *Lib. III. Deipnos. Cap. 13. p. 93.* τῶν θαυμαζομένων δὲ λίθων ἐστὶ καὶ ὁ Μαργαρίτης καλούμενος, διαφανὴς μὲν τῇ φύσει· ποιοῦσι δ' ἐξ αὐτοῦ πολυτελεῖς ὅρμους· γίνεται δ' ἐν ὀστρέῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις, πλὴν ἐλάττονι· μέγεθος δὲ ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης. *Inter ea, quae miramur, est profecto* MARGARITA, *natura pellucida, e qua pretiosa monilia fiunt. Nascitur in ostreo, pinnae simili, sed minore, margarita eiusque magnitudo amplioribus piscium oculis par est.* Ex qoo veluti aquae capite riuum duxit Clemens Alexandr. *Lib. II paedagogi Cap. 12. p. 206.* quum ait: Ὁ δὲ πολυτίμητος Μαργαρίτης ὑπερφυῶς τῇ γυναικωνίτιδι εἰσπεπαίμασιν. γίνεται δὲ οὗτος ἐν ὀστρέῳ τινὶ παραπλησίῳ ταῖς πίνναις. μέγεθος δὲ, ἡλίκος ἰχθύος ὀφθαλμὸς εὐμεγέθης. *Maximi autem pretii* MARGARITES *mulierum cubilia per summam lasciuiam inuasit. Is autem nascitur in quodam ostreo, pinnis non absimili: magnitudo autem est, quantus permagnus piscis oculus.* Androsthenem praeterea in Indiae nauigatione narrare, Athenaeus *Lib. III. Cap. 13. p. 93.* ait, varia quidem conchyliorum et ostreorum genera in India gigni, ἓν δὲ ἴδιον, ὃ καλοῦσιν ἐκεῖνοι βέρβερι, ἐξ οὗ ὁ Μαργαρίτης λίθος γίνεται. αὕτη δ' ἐστὶ πολυτελὴς κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ πωλεῖται περὶ Πέρσας τε καὶ τοὺς ἄνω τόπους πρὸς χρυσίον. Ἔστι δ' ἡ μὲν τοῦ ὀστρέου ὄψις παραπλησία τῷ κτενί· οὐ διέγλυπται δὲ, ἀλλὰ λεῖον τὸ ὄστρακον ἔχει καὶ δασύ. οὐδὲ ὦτα ἔχει δύο, ὥσπερ ὁ κτεὶς, ἀλλὰ ἕν. ἡ δὲ λίθος γίνεται ἐν τῇ σαρκὶ τοῦ ὀστρέου, ὥσπερ ἐν τοῖς σιείοις ἡ χάλαζα. *Sed vnum peculiare genus, quod berberi vocant, in quo vnio, gemma nascitur, magni in Asia pretii, et quae apud Persas, et in regionibus Perside superioribus auro contra emitur. Ostreum adspectu pectini simile, concha spissa, non striata, sed laeui operitur, non vtrinque aurita, pectinis modo, sed vna tantum parte. Vnio in ostrei carne gignitur, quemadmodum in suibus grando.* Quibus conuenientem Iubae auctoritatem Plinius *Lib. IX. Cap. 35.* adfert. MARGARITAS enim *non vno genere conchae nasci, adserens Iuba*, inquit, *tradit, Arabicis concham esse similem pectini insecto, hirsutam echinorum modo, ipsum vnionem in carne, grandini similem.* Et Androsthenes quidem concharum foetum, non ei, quae congiaciato imbre gignitur, et de caelo cadit, sed ei, quae suillo pecori innascitur, grandini adsimilat. χαλάζας enim Graeci adpellant tubercula quaedam rotunda, pellucida, per cutem sparsa, grandini caelesti similia. Idem Athenaeus *ibid.* de concha MARGARITI haec ex Charis Mitylenaei *Lib. VII. rerum ab Alexandro gestarum* adfert: Ὄστρεον δ' ἐστιν ἀδρὸν καὶ πρόμηκες, ἔχον ἐν αὐτῷ σάρκα, καὶ μεγάλην καὶ λευκὴν εὐώδη σφόδρα. ἐξ ὧν ἐξαιροῦντες ὀστᾶ λευκὰ, προσαγορεύουσι μὲν Μαργαρίτην. *Est vero testa grandis, oblonga, intus habens carnem amplam, candidam, et odoris suauissimi. Huius exempta ossa, quae alba sunt, vniones adpellari.* Citantur et ab eodem Athenaeo ex Isidori Characeni *Parthica descriptione* verba, quae ideo, quod cum Plinio mirifice consentiant, subiicere non grauabor. Sic autem habent: Φασὶ δ' ὅταν βρονταὶ συνεχεῖς ὦσι, καὶ ὄμβρων ἐκχύσεις, τότε μᾶλλον τὴν πίνναν κύειν, καὶ πλείστην γίγνεσθαι μαργαρῖτιν καὶ εὐμεγέθη· τοῦ δὲ χειμῶνος εἰς τὰς ἐμβυθίους θαλάσσας δύνειν εἰώθασιν αἱ πίνναι· θέρους δὲ τὰς μὲν νύκτας κεχήνασι διανηχόμεναι, ἡμέρας δὲ μύουσιν· ὅσαι δ' ἂν πέτραις ἢ σπιλάσι προσφυῶσι, ῥιζοβολοῦσι κἀνταῦθα ἐνοῦσαι, τὴν μαργαρῖτιν γεννῶσι. Ζωογονοῦνται δὲ καὶ τρέφονται διὰ τοῦ προσπεφυκότος τῇ σαρκὶ μέρους· τοῦτο δὲ συμπέφυκε τῷ τοῦ κόγχου στόματι χηλὰς ἔχον καὶ νομὴν εἰσφέρον· ὃ δή ἐστιν οἰκὸς καρκίνῳ μικρῷ, καλούμενον πιννοφύλαξ. Διήκει δὲ ἐκ τούτου ἡ σὰρξ μέχρι μέσου τοῦ κόγχου οἱονεὶ ῥίζα. Παρ' ἣν ἡ μαργαρῖτις γεννωμένη αὔξεται διὰ τοῦ στερεοῦ τῆς κόγχης, καὶ τρέφεται, ὅσον ἂν ᾖ προσπεφυκυῖα χρόνον· ἐπειδὰν δὲ παρὰ τὴν ἔκφυσιν ὑποδυομένη ἡ σὰρξ, καὶ μαλακῶς ἐντεμοῦσα χωρίσῃ τὴν μαργαρῖτιν ἀπὸ τοῦ κόγχου ἀμπέχουσα μὲν οὐκέτι τρέφει· λειοτέραν δ' αὐτὴν καὶ διαυγεστέραν ποιεῖ, καὶ καθαρωτέραν. *Aiunt vero, quum saepe tonat, et imber largior effunditur, tum magis pinnas concipere, vnionesque plurimos generari, et insignis magnitudinis: hieme in profundos maris gurgites pinnas demergi, aestate vero adnatantes hiare noctu, interdiu compressas: quotquot scopulis saxorumue cauis sese adfixerint, radices agere, et ibidem commorantes vniones parere, easdem cibum capere, et foetificare sui parte, quae carni adhaeret; huius etiam* con-

MAR.

conchae ori adnasci, quem pinnophylacem vocant, paruo cancro similem, brachiis in forfices bifidis, qui hospiti cibum procuret: carnem ab ore veluti radicem pertingere vsque ad concham mediam, iuxta quam vnio genitus in solida conchae parte augescit, et alitur, quamdiu adnexus fuerit: quum vero abscessuram gemmam caro subnascens molliter praesectam a concha separauerit, amplecti quidem et retinere seiunctam, verum nihil alere praeterea, sed laeuiorem, nitidiorem, puriorem ue efficere. Cui loco merito verba Plinii *Lib. IX. Cap.* 33. aliorumque de MARGARITARVM origine ac generatione subiungimus: *Origo*, ait ille, *atque genitura conchae est haud multum ostrearum conchis differens. Has vbi genitalis anni stimulauerit hora, pandentes sese quadam oscitatione, impleri roscido conceptu tradunt; grauidas postea eniti: partumque concharum esse* MARGARITAM, *pro qualitate roris accepti. Si purus influxerit, candorem conspici: si vero turbidus, et foetum sordescere: eumdem pallere caelo micante conceptum: ex eo quippe constare, coeli eis maiorem societatem esse, quam maris: inde nubilum trahi colorem, aut pro claritate matutina serenum. Si tempestiue satientur, grandescere, et partu, si fulguret comprimi conchas, ac pro ieiunii modo minui. Si vero et tonuerit, pauidas et repente compressas, quae vocant physemata efficere, speciem modo inani inflatam sine corpore: hos esse concharum abortus.* Similiterque Solinus, Plinii vestigiis insistens *in Polyhistore Cap. LIV.* MARGARITAS, inquit, *legunt plurimas maximasque. Conchae sunt, in quibus hoc genus lapidum requiritur, quae certo anni tempere, luxuriante conceptu, sitiunt rorem, veluti maritum, cuius desiderio biant. Et quum maxime lunares liquefiunt adspergines, oscitatione quadam hauriunt humorem cupitum. Sic concipiunt, grauidaeque fiunt, ac de saginae qualitate reddunt habitus vnionum. Nam si purum fuerit, quod acceperint, candicant orbiculi lapillorum. Si turbidum, aut pallore languescunt, aut ruso innubilantur: ita magis de caelo, quam de mari partus habent. Denique quoties excipiunt matutini aeris semen, fit clarius* MARGARITVM: *quoties vespere, fit obscurius: quantoque magis hauserit, tanto magis proficit lapidum magnitudo. Si repente micauerit coruscatio, intempestiuo metu comprimantur, clausaeque subita formidine vitia contrahunt abortiua.* A quibus non abhorrent, quae apud Ammianum Marcellinum *Lib. XXIII. Cap.* 32. scripta sunt: *Apud Indos et Persas* MARGARITAE *reperiuntur in testis marinis, robustis et candidis, permixtione roris anni tempore praestituto conceptae. Cupientes enim velut coitum quemdam humoris, ex lunari adspergine capiunt, densius oscitando. Exindeque grauidae edunt minutas binas aut ternas, vel vniones, sic adpellatas, quod eius terrae conchulae singulas aliquoties pariunt, sed maiores. Idque indicium est, aetherea potius deriuatione, quam saginis pelagi hos oriri foetus, et vesci, quod guttae matutini roris, iisdem infusae claros efficiunt lapillos et teretes: vespertini vero flexuosos contra, et maculosos interdum. Minima vero, vel magna, pro qualitate haustuum figurantur, casibus variatis. Concussae vero saepissime metu fulgurum, inanescunt, aut debilia pariunt, aut certe vitiis destinunt abortiuis.* Isidorus *Lib. XVI. Origin. Cap.* 10. vt in etymo

MAR.

vocis MARGARITORVM, quae ab Indico idiomate manat, nugas agit, ita non spernendus est in eo, quod addit: *Inest enim in carne cochleae calculus natus, sicut in cerebro piscis lapillus. Gignitur autem de caelesti rore, quem certo anni tempore conchulae hauriunt. Meliores autem candidae* MARGARITAE *quam quae flauescunt. Illas enim aut iuuentus, aut matutini roris conceptio reddit candidas: has senectus, vel vespertinus aer gignit obscuras.* Ceterum, quod ait Plinius, *praecipuum candorem custodire* MARGARITAS *pelagias altius mersas quam vt penetrent solis radii:* hoc Isidorus Characenus significat, quum ait: ἡ μὲν ἐν ἐμβύθιος πίννα διαυγεστάτην ποιεῖ, καὶ καθαρωτέραν, καὶ μεγάλην γεννᾷ μαργαρίταν· ἡ δὲ ἐπιπολάζουσα, καὶ ἀναφερής, διὰ τὸ ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἀκτινοβολεῖσθαι δύσχρους καὶ ἥσσων. *Pinnarum, quae in alto degunt clarissimos esse vniones, puriores et grandiores: contra earum, quae per maris aequora fluitant, et sursum feruntur minores, colorisque nubili, quia solis radiis percutiantur.* Quod et Solinus *in Polyhist. Cap. LIV.* confirmat de conchis margaritiferis loquens in hunc modum: *Quumque flagrantioribus radiis excanduerit dies, ne fuscentur lapides solis calore, subsidunt, et se profundis ingurgitant, vt ab aestu vindicentur.* Praeterea quod est apud Plinium: *Concha ipsa quum manum videt opprimit sese operitque opes suas, gnara, propter illas se peti, manumque si perueniat, acie sua abscindit, nulla iustiore poena, et aliis munita suppliciis:* hoc idem Isidorus ita exprimit: κινδυνεύουσι δ' οἱ θηρῶντες τοὺς μαργαρίτας, ὅταν εἰς κεχηνότα κόγχον κατ' εὐθὺ ἐκτείνωσι τὴν χεῖρα· μύει γὰρ τότε, καὶ πολλάκις οἱ δάκτυλοι αὐτῶν ἀποπρίονται. *In magno vero periculo versantur, qui venantur* MARGARITAS, *quum in biantem concham recta manum indiderint. Illa enim tunc compressa inclusos digitos abscindit.* Arrianus *Histor. Indic. Cap. VIII. p.* 322. *edit. Gronou.* Κἀκεῖνος ἐξευρεῖν ἐν τῇ θαλάσσῃ κόσμον γυναικήιον. ὅντινα καὶ ἐς τοῦτο ἔτι οἵ τε ἐξ Ἰνδῶν τῆς χώρης τὰ ἀγώγιμα παρ' ἡμέας ἀγινέοντες σπουδῇ ὠνεόμενοι ἐκκομίζουσι· καὶ Ἑλλήνων δὲ πάλαι, καὶ Ῥωμαίων νῦν ὅσοι πολυκτέανοι καὶ εὐδαίμονες, μέζονι ἔτι σπουδῇ ὠνέονται τὴν μαργαρίτην δὴ τὴν θαλάσσιον, οὕτω τῇ Ἰνδῶν γλώσσῃ καλεόμενον. - - - Καὶ λέγει Μεγασθένης, θηρεύεσθαι τὴν κόγχην αὐτοῦ δικτύοισι, νέμεσθαι δ' ἐν τῇ θαλάσσῃ κατ' αὐτὴν πολλὰς κόγχας, καθάπερ τὰς μελίσσας. *Cynaedum ornatum quemdam muliebrem in mari reperisse, quem etiam in hunc diem, qui merces ab Indis magno studio emtas ad nos adferunt, inde portant: sed et quotquot apud Graecos olim et nunc apud Romanos ditiores sunt, maiore adhuc studio emunt* MARGARITAM *marinam, ita Indorum lingua dictam. - - Megasthenes concham huius* MARGARITAE *retibus capi scribit, versari autem circa eam agmen multarum concharum, veluti apium examen.* Quod et intactum Plinius non reliquit. Ait enim: *Quidam tradunt, sicut apibus, ita concharum examinibus singulas magnitudine et vetustate praecipuas esse, veluti duces, mirae adcauendum sollertiae: has vrinantium cura peti: illis captis facile ceteras palantes retibus capi.* Procop. *Lib. I. de bell. Pers. Pezorae Persarum regi adlatum vnionem narrat, candore ac magnitudine conspicuum, auulsum e medio peraine, qui in mari Persico, aperta concha natans, cane marino adsectante captus*

MAR.

captus fuerat. Ac plane in alto comitari marinis canibus conchas Indicas, silentio Plinius non praetermisit. Ammianus quoque *conchas propter insidias piscantium littora declinantes, circa deuios scopulos, et marinorum canum receptacula delitescere*, tradit. Atque haec sunt *purgamenta aestuantis maris*, quae Curtius *Lib. VIII. Cap. 9.* queritur aestimari pretio, quod libido constituit. MARGARITAS autem, vt idem Plinius toties iam citato capite scribit, Indicus maxime mittit Oceanus, additque: *fertilissima est Taprobane et Stois* (sic enim emenda,) *vt diximus in circuitu mundi*: id est, *Lib. VI. Cap. 25.* quo loco Stoidem in India *quaestuosam* MARGARITIS *esse*, scribit. Idem *Lib. VI. Cap. 28. Tylon, insulam, multis* MARGARITIS *celeberrimam, tradit.* Sed et *Lib. XXXII. Cap. 3. Quantum*, ait, *apud nos Indicis* MARGARITIS *pretium est.* Solin. *in Polybist: Cap. LIV.* de Taprobane: MARGARITIS *scatet, et gemmis omnibus.* Nec tamen Indis tantum, verum etiam Britannia dat MARGARITAS, vt Solinus *in Polybist. Cap. LIV.* ait. Plin. *Lib. IX. Cap. 35. In Britannia paruos atque decolores vniones nasci, certum est.* Ammian. Marcell. *Lib. XXIII. Cap. 32. Quod genus gemmae etiam in Britannici secessibus maris gigni legique, licet dignitate dispari, non ignoramus.* Beda *Lib. I. Hist. gent. Angl. Cap. I. Exceptis autem variorum generibus conchyliorum, in quibus sunt et musculae, quibus inclusam saepe* MARGARITAM *omnis quidem coloris optimam inueniunt, id est, rubicundi, et purpurei, et hyacinthini, et prasini, sed* ☞ *maxime candidi.* Est et haec digressio superiori, quam de mari rubro habuimus, non absimilis, id est, erudita, sed quae operis formam quodammodo excedit. Ne tamen et hinc discedam ἀσύμβολος obseruaui, Brissonium, qui tot aliorum testimonia hic conduxit, non meminisse Aeliani, qui *in libro de animalibus* etiam de MARGARITIS quaedam non proletaria passim refert. Sic *Lib. X. Cap. 13.* vbi eos eleganter vocat *ᾀδόμενον παρὰ τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ἐν ταῖς γυναιξὶ θαυμαστὰς, celebratissimas insanorum hominum sermonibus, et mulierculis admirandas*, et paucis interiectis, *θέλγοντας τῶν μάχλων ψυχὰς, libidinosarum animarum illecebras*, refert, ferri margaritam concipi, quum in apertas conchas fulgura adfulgeant, conchas bona tempestate et tranquillo mari capi: in maximis quibusque conchis paruas, in minimis maximas reperiri margaritas, alias esse inanes, alias non plures vna, alias multas in se habere; esse, qui dicant, in vna viginti vniones procreatos fuisse. Ipsum vnionem carni paxilli instar inhaerere, sed capi non posse, nisi quando partui maturus sit. Qui iis emundis vendundisque quaestum faciant, solere eos pretium illorum aestimare candore et magnitudine; exemtis auulsisque his lapidibus, conchas, quasi soluto lytro se redemissent, dimitti, et tunc renasci vniones: sin contingat, vt altrix bestia moriatur, putrescente eius carne, et ipsam perire margaritam, ac veloci putrescere: denique natura rotundam et leuem, omnino resistere artificis manibus, aliam ei figuram dare volentis, *καὶ ὅτι ἄρα ἐπιβουλεύεται ἐς κάλλος κατηγορεῖ τραχύτητι· quasi asperitate hac indicium fraudis, qua attentetur, fatere velit. Libro* eius operis *XV. Cap. 8.* idem auctor conchaum istarum qualis in India, per rete fieri soleat, eodem fere modo, ac Isidorus Mitylenensis describit, obseruatque conchas istas gregatim natantes regem suum, vel ducem habere, et colorum pulcritudine ac varietate, et magnitudine insignem, cui vrinatores prae ceteris struere soleant insidias, eo capto reliquam turbam duce orbatam, facile intercepturi. Captas conchas iniici doliis minoribus, et sale condiri, quo [illegible]:to, contabescente carne vnionem solum adparere. Optimos vniones haberi Indicos, in mari rubro repertos. Nasci eosdem in Britannico oceano, *δοκεῖν δέ πως χρυσωπότερας, ἰδεῖν εἶναι, τάς τε αὐγὰς ἀμβλυτέρας ἔχοντας καὶ σκοτωδεστέρας; sed eos magis fului coloris et aureo propioris, et minus splendidos Indicis esse.* Iubam et Bosporano freto margaritas reperisse, sed ne Britannicis quidem, nedum Indicis ac Erythraeis, comparandas. Denique subiicit, reperiri in India vnionem terrenum, qui non habeat naturam propriam, sed vera sit crystallus fossitia. Haec ex libello illo Aeliani, quippe qui paucorum manibus teritur, in gratiam lecturis excerpere placuit quamuis Aelianus aeque ac reliqui, quos Brissonius laudauit, auctores a vulgo magis sparsa, quam comperta, tradidisse videantur. HEIN:

§. 2. MARGARITARVM autem non vnum genus est. Inaures, in quibus duae MARGARITAE elenchi: *l. 32. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Plin. *Lib. IX. Cap. 38. Proceritoribus sua gratia est. ELENCHOS adpellant fastigiata longitudine, alabastrorum figura, in pleniorem orbem desinentes.* Quum maritus vxori MARGARITAS extricatas dedisset in vsu, eaque, inuito vel inscio viro perforasset, vt pertusis in linea vteretur: *l. 27. §. 30. D. ad leg. Aquill.* MARGARITAE, in littoribus inuentae: *l. 1. D. de adquir. vel amitt. possess.* Linea MARGARITORVM triginta quinque: *l. 26. D. ad leg. Falcid.* Qui MARGARITA Titio pignori dederat: *l. 108. §. 13. D. de legat. I.* MARGARITAE rudes: *l. 25. §. 11. D. de aur. arg. legat.* id est, *in nulla adhuc opera*, vt Arnobius loquitur, *coniectae. Sunt enim concharum partus multiplici constant cute, non improprie callum vt existimari corporis possit, itaque purgantur a peritis*: inquit Plinius *Lib. IX. Cap. 35.* MARGARITAM non recipere suo periculo: *l. 60. §. 6. D. locat.* Ornamenta mamillarum ex tympanis MARGARITIS *l. 32. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Plin. *Lib. IX. Cap. 35. Quibus vna tantum est facies, et ab ea rotunditas, auersis planities, ob id tympana adpellantur.* Si MARGARITA tibi vendenda dedero: *l. 44. D. pro soc.* Duplum oportere promitti de his rebus, quae pretiosiores essent, si MARGARITA forte venierint. *l. 37. §. 1. D. de euict.* Tertullian. *de pallio Cap. V.* MARGARITA *namque, vel ipso nomine pretiosa debausit.* Idem *ad Martyras Cap. IV. Si tanti vitrum, quanti* MARGARITVM: Praestantiores et quibus parem non temere reperiebant, MARGARITAE, VNIONES dicebantur. *Conchas*, inquiens, *etiam captas, multo obrutas sale in vasis fictilibus, erosa carne omni, nucleos quosdam corporum, hoc est, vniones decidere in ima. Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, laeuore, pondere, haud promtis rebus, in tantum, vt nulli duo reperiantur indiscreti. Vnde nomen* VNIONVM *Romanae scilicet imposuere deliciae. Nam id apud Graecos non est, ne apud barbaros quidem, inuento-*

res

res eius, aliud quam MARGARITAE. Et in extremo eios capitis: *Quum Aelius Stilo, Iugurthino bello vnionum nomen, impositum maxime grandibus* MARGARITIS, *prodat.* Solinus in *Polyhist. Cap. LIV.* de MARGARITIS loquens: *Numquam duo simul reperiuntur. vnde et* VNIONIBVS *nomen.* Isidor. *Lib. XVI. Cap. 10. Ex quibus* MARGARITIS *quaedam vniones vocantur, aptum nomen habentes, quod tantum vnus, numquam duo, vel plures simul reperiantur.*

[MARIA, sancta atque gloriosa semper virgo, Dei mater. Non quod Deus, verbum, principium ex ipsa sumserit, sed quia in vltimis diebus descendit de caelis, et ex ipsa incarnatus, et homo factus, et natus est. *l. vlt. §. 2. l. 6. §. 1. C. de summ. trinit.* Quod autem Iustinianus ad eam preces dirigit, *l. 1. in princ. extr. C. de offic. praef. Africae* et per eam iurari iubet in formula subiecta *Nouellae VIII.* id gliscenti iam illu tempore errori de religioso cultu Mariae aliisque caelitibus praestando, imputandum est.]

MARINVS, A, VM. MARINAE bestiae, quibus *terrestres* opponuntur. *l. 44. D. de adquir. rer. domin.* MARINAE naues, separandae a fluuiatilibus: *l. 3. D. de vacat. et excusat. mun.* MARINA tempestas. *l. 3. C. de naut. foen.*

MARITALIS, E. MARITALIS adfectio: *l. 3. D. de donat.* MARITALI dolore percussus: *l. 15. C. ad leg. Iul. de adulter.* MARITALIS honor: *l. 3. D. de donat.* [MARITALIS obitus: *l. 3. C. Theod. de dotib. Lib. III. tit. 13.*] Offensam aegrae mulieris MARITALI sermone placauerat. *l. vlt. D. si quis aliqu. test. prohib.* Eadem dicendi figura: *Iudicium vxoris* MARITALI *sermone prouocare*, eleganter vsurpari animaduertimus, pro blando sermone ab vxore impetrare, vt se heredem instituat. Quemadmodum eam phrasin et Graeci exprimunt: Ἐάν τις ἀνὴρ ὢν, διαλεχθῇ τῇ γυναικὶ, καὶ πείσῃ αὐτὴν γράψαι αὐτὸν κληρονόμον. *Si quis maritus, colloquutus cum vxore, ei persuaserit, vt se heredem scriberet.* Car Labb. *Obseruat. et emendat. in Synops. Basilic. p. 99.* HEIN.

MARITIMVS, A, VM, pro marino saepe vsurpatur. MARITIMAE insulae: *l. 11. D. de instr. vel instrum. legat.* naues; *l. 5. §. 5. D. de iur. immunit.* MARITIMA praedia: *l. 27. D. de instruct. vel instrum. leg.* Tempestas, siue MARITIMA, siue terrestris: *l. 2. §. 6. D. si quis caution.* MARITIMA vsura, id est, naotica. *l. 6. D. de naut. foenor.*

MARITVS, A, VM, vere adiectiuum. Nam non solum vir MARITVS, sed et vxor MARITA dicitur ab Horatio *Epod. VIII.* Ouid. *Lib. II. de art. am. v. 381.* et alibi passim. Immo et aliis substantiuis iungitur: vt *arbores* MARITAE apud Columell. *Lib. XI. Cap. 2. comm. 32.* *domus* MARITAE, apud Liu. *Lib. XXVII. Cap. 31.* foedus MARITVM, apud Ouid. *Lib. III. ex Ponto eleg. 1.* Lex MARITA, id est, Iulia et Papia, seu de maritandis ordinibus, Horat. *in carm. saecul. v. 20.* Pecuniae MARITAE, pro dote vxoris. Plaut. *in Epidic. Act. II. scen. 2. v. 11.* HEIN. ¶. 2. Substantiue MARITVS est vir. MARITI adfectionem retinere: *l. 5. D. de bon. damnat.* iure MARITI adulterii accusare: *l. 2. §. 1. l. 13. §. 1. l. 38. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. l. 6. C. eod. tit.* Iure MARITI agere, et *iure publico*, opponuntur: *l. 40. D. eod. tit.* Iure MARITI ream adulterii postulare: *l. 34. §. 1. D. de rit. nupt.* [MARITVS, qui se patrem potius optet, quam carere filio voluit: *l. 1. §. 3. D. de inspic. ventr.*] Quondam MARITVS: *l. 78. §. 8. D. ad SC. Trebell.* Secundus maritus. *l. 41. §. 7. D. de legat. III.* ¶. 3. Inter MARITOS, id est, inter virum et vxorem: *l. 52. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* Id alibi reperiri negat auctor *de Latinitat. vet. iurisconf.* apud Ducker. *p. 402.* Sed quum, vt ibidem vir clarissimus ostendit, recte dicantur *soceri*, pro socero et socru, apud Virgil. *II. Aen. v. 457.* *adulteri*, pro adultero et adultera, apud Senecam *Lib. I. Contron. 4.* *filii*, pro filio et filia apud Calpurn. *Declam. XII.* *fratres*, pro fratre et sorore, apud eumdem *Declam. XLIII.* denique *pueri*, pro puero et poella, apud Valer. Maxim. *Lib. II. Cap. 4. ex. 5.* quid obstitisset elegantissimo Papiniano, qoo minus vtrumqoe coniugem communi MARITORVM vocabulo complecteretur? HEIN. ¶ 4. MARITI adpellatione, sponsus quoque continetur, in lege Iulia de fundo dotali. *l. 3. D. de fund. dot. l. 2. C. de bon. matern.* non item in lege Iulia de adulteriis, quae dum iure mariti adulterii accusandi potestatem MARITO dedit, idem sponso concessisse non intelligitur. *l. 11. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult.* At vere lex de fundo dotali est tantum caput legis Iuliae de adulteriis. Paull. *Recept. Sent. Lib. II. tit. 21. §. 2.* Dicendum ergo, vocabulum MARITVS in capite illius legis Iuliae, quod de accusatione adulterii agit, accipi strictissime pro maritu, qui vxorem iam domum duxerit, at in capite de fundo dotali ea adpellatione et sponsum intelligi. Non debebat haec ignorare, qui *de lege Iulia de adulteriis* ex instituto scripserat, Brissonius. HEIN. [Ceterum MARITVS et *vxor* et Hebraeis, et aliis gentibus, saepe sunt sponsus et sponsa, ceu exemplis docuit Grot. *Adnotat. ad Matth. I, 16. ad verba* τὸν ἄνδρα. Vnde Seruius Sulpicius, iurisconsultus, adprobante Pomponio, in *l. 8. D. de grad. et adfinit.* dicebat, *soceri et socrus, et generi, et nurus, adpellationem etiam ex sponsalibus adquiri.* Et Seruius Honoratus grammaticus ad illod Virgilii *Eclog. VIII. v. 18.*

Coniugis indigni Nisae deceptus amore.

CONIVGIS, *inquit, non quae fuit, sed, quae fore sperabatur.*

MARMOR, IS, genus lapidis solidi et laeuis. MARMORIBVS adornare opus: *l. vlt. D. de oper. publ.* MARMOR caesum, non exportatum: *l. vlt. D. de fund. dot.* Si quis domum, deductis marmoribus legauerit: *l. 41. §. 4 D. de legat. I.* Marmora ad exstructionem domus legauit: *d. l. 41. §. 4.* MARMORE legato, nihil praeter rudem materiam demonstratum videri potest. *l. 78. §. 4.*

l. 78. §. 4. D. de legat. III. MARMORVM *quadrati*, apud Cassiod. *Lib. II. Epist. 7.*

MARMORARIVS, A, VM. MARMORARIVS qui marmorum in crustas secandorum artem tenet. *l. 1. C. de excus. artific. l. 2. C. Theod. eod. tit.* Vetus Glossarium: MARMORARIVS, μαρμαροποιὸς, ἀγαλματογλύφος, *in marmore artifex*, *statuarius.* MARMORARIVM fabrum dixit Seneca *Epist. XC.*

MARMOREVS, A, VM. MARMOREAE lapicidinae: *l. vlt. D. de fund. dot. l. 7. §. 13. D. solut. matr.* MARMOREVM metallum: *l. 13. C. Theod. de metall.* MARMOREAE statuae. *l. 100. D. de legat. III. l. 1. D. de aur. arg. leg.*

MAROCI. MAROCORVM lana inter species vectigales recensetur, et fuco et capillis Indicis iungitur. *l. 16. §. 7. D. de public. et vectigal.* De ea omnia incerta ac ambigua esse, docuit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obseru. iur. Lib. IV. Cap. 5.* vbi postremo vero simillimum putat, Marocorum verbo intelligi populum vel regionem, cuius memoria exciderit. Inter Indiae populos Plinius *Lib. VI. Cap. 20.* numerat et Marohas vel Maroas, eosque, liberos et rerum expertes, montium tractus iuxta Oceanum occolere scribit. Potuerunt ibi vel oues molliore lana praeditae, vel arbores lanigerae, quarum India, teste Strabone, *Libro XV. Geogr p. 1016.* fuit feracissima, nasci, vnde desumta lanugo lanae *Marobarton*, *Marocbarum*, vel MAROCARVM obtinuerit. HEIN.

MARS in Gallia, inter Deos, quos Senatusconsulto constitutionibusque principum heredes instituere permissum erat, ponit Vlpianus *Regul. tit. XXII. §. 6.* MARTEM etiam, quem bella gerere credebant, Druidas coluisse, Caesar *Lib. VI. de bello Gall. Cap. 17.* scribit. ¶. 2. MARS, pro euentu litis forensis. Hinc MARTE suo lis currere dicitur, quae, vt vulgo loquimur, suum tractum capit. *l. 1. C. ne lic. potent. l. 13. §. 9. C. de iudic. l. 12. §. 1. C. de reb. cred.* Ac plane non belli tantum, sed et fori MARTEM veteres dixerunt. Ouid. *Lib. IV. Fast. v. 188.*

Et fora MARTE suo litigiose vacent.

Idem *Lib. IV. ex Ponto Eleg. 6. v. 29.*

Vt quum, quam valeas, ignoret, MARTE forensi,
Posse tuo peragi vix putet ore reos.

Eademque metaphora idem vsus est. *Lib. I. Fastor. v. 21:*

Quae sit enim culti facundia, sensimus, oris,
Bellica pro trepidis quum tulit arma reis.

Sic et Iuuenalis *Satyr. XVI. v. 47.*

Lentaque fori pugnamus arena.

¶. 3. At MARTE suo apud Ciceron. *Lib. III. de offic. Cap. 7.* et *Phil. II. Cap. 37.* est suopte ingenio, et propriis viribus.

MARTIVS, A, VM, a Marte. Sic MARTIVS campus, inter exempla earum rerum, quarum commercium non est, ponitur. *§. 4. Inst. de legat.* Vid. supra *Lib. III.* MARTIS campum vocat Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 15.* [Sic MARTIO aere in hostem incalescere: *l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron. Lib. XI. tit. 18.* MARTIVM discrimen. Arnob. *adu. gent. Lib. II. p. 91.*]
¶. 2. MARTIVS, mensis. MARTIAE calendae: vid. supra *Lib. III.* quibus addi velim haec Festi verba: MARTIAS *calendas matronae celebrabant: quod eo die Iunonis Lucinae aedes coli coepta sit.* Sueton. *in Vespas. Cap. XIX: Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita et Calendis* MARTIIS *feminis.* Calendas hasce credo matronalia adpellari apud Tertullianum *de idolatr. Cap. XIV.* quum ait: *Saturnalia et Ianuariae, et Brumae, et Matronalia frequentantur, munera commeant, strenae consonant, lusus, conuiuia, constrepunt.* Quamquam alii ad *Matralia* referunt, id est, Matris Matutae festos dies, vt Festus Pompeius explicat: Quibus *in testa calida cibos coxisse matronas*, Varro *Lib. IV. de lingua Latina* scribit.

[MARTYR, qui Christum inter ipsa tormenta et dira supplicia confessus est. Vid. supra *Lib. III.* CONFESSOR. Nemo MARTYRES distrahat, nemo mercetur. *l. 3. C. de sacros. eccles.*]

[MARTYRIVM, templum in martyris honorem cognominatum: *l. 16. C. de sacrosanct. eccles.* quod et sedes martyrum adpellatur *l. 2. C. eod. tit.*]

MAS.

MAS, et femina ἀντίκεινται. *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill. l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* MARIS et feminae coniunctio: *l. 1. §. 3. D. de iust. et iur. l. 1. D. de rit. nupt.* Gell. *Lib. XIV. Cap. 1.* *Ipso etiam primo MARIS et feminae coitu.* MARES et feminae: *l. 88. §. 14. D. de legat. II.* MARIBVS et feminis: *l. 8. D. de iur. et fact. ignor.* MAREM et feminam parere: *l. 10. §. vlt. D. de reb. dub.*

MASCVLINVS, A, VM. MASCVLINVS sexus: *l. 8. C. ad SC. Vellei.* MASCVLINI et feminini sexus: *l. 1. D. de testam. tutel.*

MASCVLVS, mas. MASCVLI et feminae: *l. 10. §. 13. D. de grad. et adfin.* Tam masculos, quam feminas: *l. 1. D. de verb. signif.* MASCVLOS, siue MASCVLVM, siue feminam: *l. 15. §. 16. D. de iniur.* MASCVLI, ancillis legatis non debentur: *l. 81. D. de legat. III.* MASCVLI liberi: *l. 8. D. de adgnosc. et al. lib.* MASCVLORVM munus: *l. vlt. D. de tutel.*

MASSA, rudem, informem et infectam auri, argenti, aeris, vel cuiusuis alterius metalli materiam significat. *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* Sic MASSA argentea: *l. 19. l. 52. §. 14. D. de furt.* argentum in MASSA: *l. 27. §. vlt. D. de aur. arg.* argentum in MASSAM redactum est. *l. 3. §. vlt. D. de rei vindic.* MASSA auri: *l. 11. D. de reb. credit.* Duobus MASSIS duorum dominorum conflatis, tota MASSA communis est,

etiamsi aliquid prima specie separatum maneat: *l. 19. D. commun. diuid. l. 88. D. pro soc.* Seneca *Epist. LXXXII.* MASSA *in fornacem coniecta concaluit; in aquam remissa refrixit.* Si ex scypho MASSA facta sit: *l. 9 §. 3. D. ad exhibend.* Si lancem legauit, et MASSAM fecit, mox poculum: *l. 44. §. 2. D. de legat. I.* et ibidem: Si pocula quis legaoit, et MASSA facta est. MASSA legata scyphi ex ea facti exigi possunt: *l. 3a D. de legat. III.* [MASSA obryzae soliditasque. *l. 12. C. Theod. de suscept. Lib. XII. tit. 6.*] MASSAE pondus: *l. 19. D. de furt.* Pro rata ponderis, quod in massa habemus: *l. 3. §. vlt. D. de rei vindic.* Ex MASSA surrepta poculum fecisse furem, proponit Vlpianus *l. 52. §. 14. D. de furt.* Si MASSAE vsusfructus legetur, et ex ea vasa siot facta, vel contra: *l. 10. §. 5. D. quib. mod. vsusfr.* ¶. 2. MASSA, pro complexione vel vniuersitate plurium rerum. [In MASSAM compleri omnium debitum. *l. 12. C. Theod. de suscept. Lib. XII. tit. 6.*]

MASSVRIVS SABINVS,

l. 59. D. locat. l. 80. D. de legat. I. iurisconsultorum suae aetatis facile princeps fuit: Ateio Capitoni successit: in equestri ordine mansit, et publice primus scripsit, posteaque hoc coepit beneficium dari a Tiberio Caesare, *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* in qua praeterea scribitur: *Ergo Sabino concessum est a Tiberio Caesare, vt publice responderet: qui in equestri ordine iam grandis natu, et fere annorum quinquaginta, receptus est. Huic nec amplae facultates fuerunt: sed plurimum a suis auditoribus educatus est. Huic successit Cassius Longinus.* Sabinum autem hunc *tres* IVRIS CIVILIS *libros*, RESPONSORVM *libros duos*, *ad* EDICTVM *praetoris vrbani libros quinque*, ad VITELLIVM, *libros aliquot*, MEMORIALIVM etiam libros scripsisse, cum ex Indice Pisano, tum ex Inscriptionibus Pandectarum, liquet. Eiusdem verba ex libris iuris ciuilis secundo citat Gell. *Noct. Attic. Lib. IV. Cap. 1. et 2. Lib. V. Cap. 6. et Lib. XI. Cap. 18.* Idem *Commentarios de* INOIGENIS compositos citat idem Gell. *Lib. IV. Cap. 9.* eorumdemque meminit etiam *Lib. XIV. Cap. 2.* Atque hic, vt Sabini nomine in Pandectis, ita MASSVRII apud Plin. *Lib. XXVIII. Cap. 9. et Lib. XVI. Cap. 18.* et MASVRI apud Pers. *Sat. V. v. 90.* exaudiendus est. Ad hoius Sabini libros notas tam Pomponius, quam Vlpianus et Paullus scripserunt. Ex Pomponii certe ad SABINVM *libris XXXVI* ex Vlpiani *ad eumdem Libris LI.* ex Paulli *ad eumdem Libris XVI.* complura in Pandectis capita sumta. Illas enim notas non ad alium, quam ad MASSVRIVM hunc Sabinum scriptas, testatur inscriptio *l. 1. D. de legation.* cum Iustiniano in *l. vlt C. de hered. inst.* et *princ. Inst. eod. tit.* Vnde turpe Lampridii erratum deprehenditur, qui Sabinum istum, quem notis suis Vlpianus pupugit, et consularem virum adpellat, et ab Elagabalo caesum refert: quorum vtrumque tam falsum, quam quod falsissimum, vt et perstrinxi supra *Libro IV.* sub articulo DOMITIVS. Hic ille, aut ego fallor, MASSVRIVS est, quem Athenaeus musicis oblectatum scribit. Nam ni ita sit, non video, in quem potius haec *Lib. XIV. Deipnos. Cap. 5. p. 623.* verba cadant: *Μασούριος ὁ πάντα ἄριστος καὶ σοφὸς, (καὶ γὰρ νόμων ἐξηγητὴς οὐδενὸς δεύτερος, καὶ περὶ μουσικὴν ἐνδιατρίβων ἀεὶ,) ἅπτεται γὰρ καὶ τῶν ὀργάνων,* MASVRIVS, *vir longe optimus et sapiens, qui et interpres legum fuit nulli secundus, et musicis adsiduam operam nauauit, instrumenta artis illius tractauit feliciter.* Ceterum manusue iniectionem MASSVRIVS iste habeat in eos FASTORVM libros, quos ex MASSVRII Macrobius *Lib. I. Saturn. Cap. 12.* semel atque iterum laudat, amplius deliberandum censeo. Quamuis haec omnia erudita, et Brissonio digna sint: videntur tamen quaedam accuratius dici potuisse. Libros III. IVRIS CIVILIS illi ipsi videntur, quos Arrianus *Lib. IV. Dissert. Epictet. Cap. 3.* τὰ Μασουρίου νόμους, *leges* MASSVRII; Persius *Sat. V. v. 90. rubricam* MASVRI vocat. Singuli enim libri varios titulos, qoorum series a Iac. Gothofredo in quatuor iuris ciuilis fontibus ostensa est, complexi sunt. Hi quum more veterum minio fuerint distincti: *rubricae* nomine veniebant. Cornutus in Persium: MASVRIVS *Sabinus legis consultus fuit: cuius* RVBRICAM *vocat minium, quo tituli legum adnotabantur.* Libros hos praeter triumuiros istos, Pomponium, Vlpianum, Paullum, notis illustrauit etiam ARISTO, ceu patet ex *l. 6. D. de vsu et habitat.* Libros porro non scripsisse videtur de INDIGENIS, sed, vt recte suspicatus est Lips. *Lib. I. Elect. Cap. 7.* de INDIGITAMENTIS. Tales erant libri sacri, βιβλία ἱερατικὰ, quibus Deorum nomina, ritusque sacri veluti io indice indigitabantur. FASTOS non magis MASSVRIO abiudicauerim, quam MEMORIALIVM vel MEMORABILIVM libros, qui historici videntur fuisse argumenti Gell. *Noct. Lib. IV. Cap. 20. Lib. V. Cap. 6. Lib. VI. Cap. 7.* Macrob. *Saturn. Lib. III. Cap. 6. l. 144. D. de verb. signif.* Sabinum porro *de* FVRTIS citat idem Gellius *Noct. Lib. XI. Cap. 18.* Sed videtur haec magis pars librorum iuris cioilis fuisse, quam singularis de eo delicto commentatio. Non omittendus vero erat liber ADSESSORIVS, cuius sit mentio *l. 5. §. 8. D. de iniur.* Quod MASVRIVM oostrum eumdem putat Brissonius cum illo apud Athenaeum, in eo proculdubio fallitur. Neque enim id admittere rationem temporum, iam docuit Ger. Io. Voss. *de Histor. Lat. Lib. I. Cap. 21.* et nuper V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 158.* Nostrine filia fuerit MASVRIA M. F. MARCELLA, veterano nupta, apud Gruter. *Inscr. p. DXXXV, 5.* quod quidem probabile visum est Reinesio *ad Inscript. p. 259.* in medio merito relinquimus. HEIN. ¶. 2. Huius auditores scholaeque sectatores SABINIANI adpellantur: *l. 11. §. 3. D. de donat. int. vir. et vx. l. 11. D. de adquir. rer. domin. l. 3. C. de lib. et postum. §. 25. Inst. de rer. diuis.* Eiusdem quoque auctoris libri SABINIANI vocantur. *l. vlt. C. de vsufruct. l. vlt. C. de seruit. et aqu. l. vlt. C. de adquir. possess. l. vlt. C. de indict. viduit.* De Sabinianis, et vtrum illi a MASSVRIO SABINO, an a Caelio Sabino, nomen acceperint, iam disquisiuimus supra *Libro III.* sub articolo COELIVS *Sabinus.* HEIN.

MASTIGOPHORVS.

MASTIGOPHORI qui fuerint in *l. vlt. D. de mun. et honor.* exposui *Lib. IV. Select. antiqu. Cap. 17.* Iis vero, quae de MASTIGOPHORIS ibi disseruit Brissonius, addendum erit, adhibitos in municipiis esse

esse mastigophoros pro lictoribus: Romae vero iisdem designatores vsos esse ad coercendos histriones. Plaut. *in Poenulo prol. v. 18.*

- Neu lictor verbum, aut virgae. mutiant,
Neu designator praeteriens obambulet.

Horat. *Lib. I. Epist. 7. v. 5.*

Dum ficus prima calorque
Designatorem decoret lictoribus atris.

Vbi plura viri docti et Lipf. *Saturnal. Lib. II. Cap. 5.* HEIN.

MAT.

MATER, genitrix. Ea semper certa est, etiamsi vulgo conceperit. *l. 5. D. de in ius voc.* Eius loco sunt socrus et nouerca. *§. 7. Inst. de nupt.* Iliensibus, Delphis, Ponticis concessum est, vt qui MATRE Iliensi, Delphica, Pontica est, sit eorum municeps. *l. 1. D. ad municipal.* MATER ingenua trium liberorum ius habens: *§. 2. Inst. de SC. Tertull.* MATRES, tam ingenuae, quam libertinae ciues Romanae, ius liberorum consequutae: Paull. *Recept. sent. Lib. IV. tit. 9. §. 1.* MATER ex alio matrimonio facta: *l. 62. §. vlt. D. de rit. nupt.* MATER adoptiua: *l. 29. §. 3. D. de inoffic. test.*

MATERFAMILIAS, et *filiasfamilias* opponuntur. *l. 1. §. 1. D. ad SC. Tertull.* MATRESFAMILIARVM sunt suae potestatis, siue puberes, siue impuberes: *l. 4. D. de his, qui sui vel al. iur.* Titius in sua potestate esse dicit: ipsa se MATREMFAMILIAS dicit: *l. 34. D. solut. matrim.* Itaque recte nondum viripotens aut virgo MATERFAMILIAS adpellabitur, si morte patris emancipationeue sui iuris facta sit, quemadmodum pupillus quoque et impubes sui iuris paterfamilias recte dicitur. *l. 1. l. 4. l. 139. D. de verbor. signif.* Quod Tertullianum, iuris adprime peritum non latuit. Is enim *Libro de virgin. veland. Cap. XI.* MATERFAMILIAE, inquit, *vocatur, licet virgo, et paterfamiliae, licet inuestis.*
¶. 2 MATREFAMILIAE, inquit, Vlpianus *Libro LIX.* ad Edictum, accipere debemus eam, quae non inhoneste vixit. MATREM enim FAMILIAS a ceteris feminis mores discernunt atque separant. Proinde nihil intererit, nupta sit, an vidua, ingenua, an libertina. Nam neque nuptiae, neque natales faciunt MATREMFAMILIAS, sed boni mores: *l. 46. D. de verb. signific.* Hinc in interdicto de liberis exhibendis, quo, donec res iudicetur, feminam, praetextatum, eumque, qui proxime ad praetextati aetatem accedit, interim apud MATREMFAMILIAS deponi, praetor iubet, quum audis MATREMFAMILIAS, accipe notae auctoritatis feminam. *l. 3. §. vlt. D. de lib. exhib.* Et ita honestius esse patrono dicitur, libertam concubinam habere, quam MATREMFAMILIAS: *l. 1. D. de concubin.* id est, quam ingenuam honestae conditionis, vel vitae, vti *l. 3. D eod. tit.* quamquam liberta MATRISFAMILIAS dignitatem vel honestatem in concubinatum se patrono, cui obsequium debet, dando, non amittit: quam non retinet, quum se in concubinatum alterius, quam patroni, tradit. *l. 41. D. de rit. nupt.* Si meretricia vestae feminae, non MATRVMFAMILIARVM, vestitae fuissent. *l. 15. §. 15. D. de iniur.*
¶ 3. In lege Iulia de adulteriis MATERFAMILIAS significatur, non tantum nupta, sed etiam vidua: *l. 10. D. ad leg. Iul. de adult.* Festus tamen *Lib. XI.* hac voce viduam contineri, negat. Gell. *Lib. XVIII. Cap. 6.* idoneos vocum antiquarum enarratores tradidisse scribit, *matronam* dictam esse proprie, quae in matrimonium cum viro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi nondum nati fuissent, dictamque esse ita a *matris* nomine, non adepto iam, sed cum spe et omine mox adipiscendo: vnde et ipsum quoque *matrimonium* dicatur. MATREM autem FAMILIAS adpellatam esse eam solam, *quae esset in mariti manu mancipioque, aut in eius, cuius maritus manu mancipioque esset:* quoniam non in matrimonium tantum, sed in familiam quoque et in sui heredis locum venisset. Quae verba Seruius in *Lib. XI. Aen. v. 476.* transscripsit ad versum:

Subuehitur magna matrum regina caterua.

Non. Marcellus, *matronae* et MATRISFAMILIAS dissimilitudinem exponens, *matronam*, ait, ex quorumdam locupletum auctorum sententia, quae in matrimonio sit mariti, etiam ante susceptos liberos dictam: meliore tamen matris futurae spe, *matronae*, (sic enim foedum illic ex compendio litterarum creatum mendum corrige,) nomine nuncupatam. MATREM vero FAMILIAS, *quae in familia mancipioque sit patris, etsi in mariti matrimonio esset.* Festus: MATERFAMILIAE *non ante dicebatur, quam paterfamiliae dictus esset, nec possunt hoc nomine plures in vna familia, praeter vnam adpellari, sed nec vidua hoc nomine, nec quae sine filiis est, adpellari.* Sic aliena MATERFAMILIAS. *l. 8. D. ad leg. Iul. de adult.* Quatuor pariter puellas a MATREFAMILIAS natas esse. *l. 3. D. si pars hered. pet.*

MATERIA, ex qua species aliqua efficitur. MATERIA nulla species effici potest: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* Quum ex aliena MATERIA species aliqua facta sit ab aliquo: vt ecce, si quis ex alienis vuis aut oliuis, aut spicis, vinum, aut oleum, aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel aere, vas aliquod fecerit: *§. 25. Inst. de rer. diuision et d. l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* Speciem potius rerum, quam MATERIAM, intueri oportet: *l. 7. D. de supell. legat.* Si, MATERIA manente, species mutata sit. *l. 24. D. de adquir. rer. domin.* Sic: MATERIA argenti: *Collat. Leg. Mos. et Rom tit. X. §. 4.* MATERIA auri *l. 35. D. de aur. arg. legat.* Si aurum sit conflatum, MATERIA tamen manet: *l. 49. §. vlt. D. de legat. III.* Cupressi vel oliuae: *l. 45. §. 13. D. de iure fisci.* olei: *l. 7. C. si quis alteri.* Tunc MATERIAE haec sunt adiuncta: *infecta, facta, signata:* *l. 6. D. de rei vind.* item *rudis:* *l. 78. §. 4. D. de legat. III.*
¶. 2. MATERIAM iureconsulti a *ligno* separant, eo scilicet, quo non ad aedificandum, sed ad comburendum vtimur. MATERIA enim est, quae ad aedificandum, faciendum, necessaria est: *lignum* vero, quidquid comburendi caussa paratum est. *l. 55. D. de legat III.* [Sic et in *l. 15. C. Theod. de extraord. seu sord. mun.* MATERIA, *lignum* et *tabulata* iunguntur, pro quo Iustinianus *l. 12. C.* de

de excuf. mun. refcripfit MATERIAM *lignorum atque tabulata.*] Nam et *lignum*, quatenus ad aedificandum prodeft, materiae adcenfetur, quemadmodum MATERIA ligno, fi comburitur. Sic: MATERIA legata, nauis, armariumue ex ea factum non vindicatur: *l. 88. D. de legat. III.* Cui omnis MATERIA legata fit, ei nec arcam, nec armarium legatum effe tradit. *l. 57. D. de legat. III.* MATERIA pro ligno vfurum effe: *l. 12. D. de vfufr.* Pali certe et perticae in numerum MATERIAE rediguntur: *l. 56. D. de legat. III. l. 168. D. de verb. fign.* Si quis cauerit, vt filua fibi pignori effet, nauem ex ea MATERIA factam non effe pignoris: quia aliud fit MATERIA, aliud nauis: *l. 18. §. 3. D. de pignor. act.* ¶. 3. Speciatim MATERIA de trabibus dicitur, in *l. 14. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend.* Pallad. *Lib. II. de re ruft. Cap. 33. Hoc etiam menfe caedenda* MATERIA *eft, ad fabricam.* Auctor *Geoponic. Lib. III. Cap. vlt.* τὰ πρὸς οἰκοδομὴν ξύλα τέμνειν, *ligna ad aedificandum neceffaria caedere* dixit. Cornelius Fronto *de differ. voc.* MATERIES, *animi eft;* MATERIA *arboris.* MATERIES *qualitas ingenii:* MATERIA *fabris apta.* Quae tamen confundit auctoritas. Cato *de re ruft. Cap. XVII.* MATERIES, *pra ridica, vbi folftitium fuerit, femper tempeftina eft.* Et mox: *Cetera* MATERIES, *quae femen habet, quum femen* MATERIES *habet, non tempeftiua eft.* Vitruu. *Lib. II. Archit. Cap. 9.* MATERIES *caedenda eft a primo auctumno, ad id tempus, quod erit, antequam flare incipiat Fauonius. Vere enim omnes arbores fiunt praegnantes, et omnes fuae proprietatis virtutem efferunt in frondes, anniuerfariosque fructus.* Veget. *Lib. IV. de re milit. Cap. 35. Obferuandum praecipue, vt a quintadecima luna vsque ad vigefimam tertiam arbores praecidantur, ex quibus Liburnae contexendae funt. His enim tantum octo diebus caefa* MATERIES *immunis feruatur a carie.* ¶. 4. Nec vero MATERIAM dumtaxat eam, quae ex arboribus ad aedificandum caeditur, quo in genere funt tigna, trabes, afferes, verum etiam quaelibet alia aedificationi neceffaria, vtputa, caementa, rudus, faxa, calcem, arenam, eodem MATERIAE nomine adpellant. Qui ex incendio aliquid rapuerit praeter MATERIAM: *l. 3. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Vitruu. *Lib. II. Cap. I. De parietibus et adparatione generatim,* MATERIAE *eorum quibus fint virtutibus et vitiis, expofui.* Liu. *Lib. V. Cap. 55. Saxi,* MATERIAEque *caedendae, vnde quisque vellet, ius factum.* Quinctilian. *Lib. VII. Cap. I. Opera extruentibus fatis non eft, faxa et* MATERIAM *et cetera aedificanti congerere vtilia.* Plin. *Lib. X. Epift. 50.* de lacu Nicomedienfium. *Per hunc marmora, fructus,* MATERIAE, *vehiculis ad mare deuehuntur.* Sic: Quum in fuo loco quis aliena MATERIA aedificauerit: *l. 7. §. 10. D. de adqu. rer. dom.* Qui prohibet eam MATERIAM conuehi, quae aedificio neceffaria fit: *l. 1. §. 8. D. de mort. infer.* et mox: Si aliqua ex cauffa dirutum fit aedificium, poterit MATERIAE dominus eam vindicare. Si id quod in folo tuo aedificatum eft, diffolutum fuerit, eius MATERIA ad priftinum dominum redit: *l. 2. C. de rei vind.* Si domus particulatim ita exftructa fit, vt nihil ex priftina MATERIA fuperfit. *l. 65. §. vlt. D. de legat. I.* Si quis in alieno folo fua MATERIA aedificauerit. *l. 7. §. 12. D. de adqu. rer. dom.* Accepta pecunia ad MATERIAS vendendas: *l. 47. D. de act. emt.* ¶. 5. Adhuc quoque latius MATERIAE nomen patet, dum pro eo accipitur, vnde quiduis conficitur. Si gemma infculpenda, aut includenda data, vitio MATERIAE fracta fit: *l. 13. §. 5. D. locat.* Quod liquidae MATERIAE eft: *l. 4. D. de penu legat.* Cuiuscumque MATERIAE menfae: *l. 9. D. de fupell. legat.* Si quis nauem fuam aliena MATERIA refeciffet: *l. 61. D. de rei vindic.* MATERIA ad fcribendum: *l. 52. §. 4. D. de legat. III.* Cuius MATERIAE funt res, quae funt in fupellectili: *l. 3. §. vlt. D. de fupell. legat.* Tabulas teftamenti accipere debemus omnem MATERIAE figuram. Siue igitur tabulae fint ligneae, fiue cuiuscumque alterius MATERIAE, cetera. *l. 1. D. de bon. poffeff. fec. tabul.* Ipfum quoque tabularum teftamenti corpus, feu lignum, MATERIAM vocat. *l. 3. §. 8. D. de tab. exhib.* Huc pertinent et fequentia: Paullus, de pecunia fentiens: Electa, inquit, MATERIA eft, cuius publica et perpetua aeftimatio: *l. 1. D. de contrab. emt.* Et mox: Eaque MATERIA forma publica percuffa: Si aes pro auro, vel plumbum pro argento veneat, in corpus quidem confenfum eft, fed in MATERIA erratur: *l. 9. §. vlt. D. de contrab. emt.* id eft, in fubftantia, vt *ibidem.* Si in MATERIA et qualitate ambo errarent, vt puta, fi et me vendere aurum putarem, et tu emere, quum aes effet: *l. 14. D. eod. tit.* Et ita in MATERIA errari, et minus peritum difcernendarum MATERIARVM effe, accipe *l. 11. D. eod. tit.* ¶. 6. MATERIA, pro fubiecto. Sic MATERIA communionis: *l. 77. §. 20. D. de legat. II.* litis inftaurandae: *l. 20. D. de tutel. et rat. diftr.* [Quorum differri fupplicium, MATERIA eft interitus plurimorum, in eos ftatim diftringi ferrum, iura praecipiunt: *l. vn. C. Theod. ne fin. iuff. princ. Lib. IX. tit. 41.*] MATERIAM feditionis praebere. *l. 3. D. de aper. publ.* ¶. 7. MATERIA, pro qualitate, genere, vfu alicuius rei. Vrbanum praedium non locus facit, fed MATERIA: *l. 198. D. de verb. fignif.* id eft, qualitas et vfus, vt patet ex *l. 166. D. eod. tit.* et *l. 16. C. de praed. minor.*

MATERNVS, A, VM adpellatur, quidquid a matre proficifcitur. Exigente MATERNO adfectu: *l. 5. §. 14. D. de adgnofc. et al. lib.* Qui agrum, ad hereditatem patris pertinentem, vt MATERNVM, ignorans poffedit: *l. 87. D. de adquir. vel omitt. her.* Auia MATERNA: *l. 8. D. vnd. cogn. l. 10. §. 13. D. de grad. et adfin.* MATERNVS auus. Vid. fupra *Lib. I.* in AVVS. MATERNA bona: *l. 114. §. 12. D. de legat. I. l. 86. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 78. D. de hered. inft. l. 77. §. 20. D. de legat. II. l. vlt. D. ad SC. Trebell.* Vocantur et fine fubftantiuo MATERNA, apud Plin. *Lib. VII. Epift. 11.* MATERNA ciuitas: *l. 3. C. de muner.* Ex MATERNO genere: *l. 22. C. de decur. Lib. X.* MATERNA hereditas: *l. 77. §. 20. D. de legat. II. l. 2. C. ad SC. Orphit.* MATERNA liberalitas et pietas: *l. 21. C. de negot. geft.* MATERNVS libertus: *l. 5. §. 20. D. de adgnofc. et al. lib.* MATERNA origo: *l. 1. D. ad municipal.* MATERNA

fue-

succeſſio: *l. 14. C. de poſtlim. reuerſ.* MATERNA verecundia: *l. 31. §. 1. D. de donat.*

MATERTERA, eſt matris ſoror, et ita ab *amita* ſeparatur. *l. vlt. §. 14. D. de grad. et adfin. §. 3. Inſt. de grad. cogn. l. 10. l. 17. §. vlt. D. de rit. nupt.* Paull. *Lib. IV. Sent. recept. tit. 11. §. 3. §. 5. Inſt. de nupt.* Dicta eſt, quaſi *mater altera*, vt Feſtus *Lib. XI.* ſcribit. A Graecis tamen vtraque communiter θεία, vel apud quosdam τιτθὺς adpellatur, vt Iuſtinianus *d. §. 3.* ſcribit. MATERTERA autem *magnae*, *maioris*, *maximae* incrementa recipit. ¶. 2. MATERTERA *magna*, auiae ſoror eſt. *l. 1. §. 6. l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin. §. 4. Inſt. de grad. cogn. l. 17. §. vlt. D. de rit. nupt.* Vnde Feſti verba reſtituenda moneo, quae vulgo ita habent: MATERTERA *patris et matris mihi magna mater eſt*; quum legendum ſit: MATERTERA *patris et matris mihi magna* MATERTERA *eſt.* Etenim patris et matris MATERTERAM, id eſt, auiae ſororem, *magnae* nomen obtinere, ex his, quae modo diximus, conſtat. ¶. 3. MATERTERA *maior*, proauiae ſoror eſt, patris vel matris matertera magna. *l. vlt. §. 16. D. de grad. et adfin.* quam Caius PROMATERTERAM vocat, *l. 1. §. 7. D. de grad. et adfin.* et Paullus *d. l. vlt. §. 18.* et Iuſtin. in *§. 5. Inſt. de grad. cognat.* ¶. 4 MATERTERA *maxima*, abauiae ſoror, patris vel matris matertera maior, *l vlt. §. 17. D. de grad. et adfin.* quam Caius ABMATERTERAM vocat: *l. 3. D. eod. tit.* quo nomine eam quoque deſignari, tradit Paullus in *d. l. vlt. §. 17. D. eod. tit.* et Iuſtinianus in *§. 6. Inſt. de grad. cognat.*

MATHEMATICVS. Honeſtum olim nomen, iisque proprium, qui eas diſciplinas, quas ſolas prae ceteris, Graeci μαθημάτων adpellatione, teſte Gellio *Lib. XIV. Cap. 1.* dignati ſunt, profitebantur, male demum audire Romae coepit, infamatum fallaciis mendaciisque eorum, qui ſe ex motu poſituque ſiderum, aut aliis illicitis improbatisque artibus, euentus et futura praenoſcere ac praedicere, hominumque fata ex eorum geneſi praenunciare poſſe profitebantur. MATHEMATICOS enim, caue, apud Suetonium, Tacitum, Gellium, et in Codice Theodoſiano et Iuſtinianeo accipias eos, quos Cicero *Lib. I. de orat. Cap. 3. magna in obſcuritate rerum, et recondita in arte, ac multiplici ſubtilique verſari*, ait: quin potius Chaldaeos, genethliacos, vaticinatores et ariolos, *fallaci ſiderum interpretatione quaeſtuoſam*, (vt Valer. Max. *Lib. I. Cap. 3.* loquitur) *mendaciis ſuis caliginem iniicientes*: denique ἀστρολόγους καὶ γόητας, vt Dio *Lib. XLIX. p. 417.* adpellat. Quod genus praeſtigiarum fluciarumque commentos eſſe *homines aeruſcatores et cibum quaeſtumque ex mendaciis captantes*, ſcite aiebat Phauorinus, qui eas vanitates eleganter deridet, acuteque refellit, apud Gellium *Lib XIV. Cap. I.* quo praecipue teſte noſtra MATHEMATICORVM interpretatio nititur. Is enim *Lib. I. Cap. 9.* de Pythagorae diſcipulis agens: *Hi dicebantur*, inquit, *eo tempore* μαθηματικοὶ, *id eſt, diſciplinis vacantes, ſcilicet ab iis artibus, quas iam diſcere atque meditari inceptauerunt, quoniam geometriam et gnomonicam, muſicam, ceteraſque item diſciplinas altiores* μαθήματα *veteres Graeci adpellabant*; *Vulgus autem, quos gentilitio vocabulo Chaldaeos dicere oportet*, MATHEMATICOS *dicit*. Tacitus *Lib. I. Hiſtor. Cap. 22. Vrgentibus etiam* MATHEMATICIS, *dum nouos motus, clarum Othoni annum, obſeruatione ſiderum, adpellant, genus hominum, potentibus infidum, ſperantibus fallax, quod in ciuitate noſtra et vetabitur ſemper, et retinebitur.* Seneca *in ludo Claudii*; *Patere* MATHEMATICOS *aliquando verum dicere, qui illum, ex quo Imperator factus eſt, omnibus menſibus efferunt.* Iuuenal. *Sat. XIV. v. 248.*

Nota MATHEMATICIS *geneſis tua.*

D. Auguſtinus *Lib. IV. Confeſſ. Cap. 43. Illos planetarios, quos* MATHEMATICOS *vocant, plane conſulere non deſiſtebam: quod quaſi eis nullum eſſet ſacrificium, et nullae preces ad aliquem ſpiritum ob diuinationem dirigere. cet.* quos et *genethliacos et inſpectores ſiderum* eodem capite vocat. Ac plane MATHEMATICOS magis et ariolis adiungunt Paullus *Lib. V. Sentent. tit. 21. §. 3.* Tertullian. *Apolog. Cap. XLIII.* Maxime vero in odium inuidiamque mathematici iſti abierunt, ex quo de ſalute principum conſuli coeperunt, et imperatorias geneſes priuatis praedicere adgreſſi ſunt. Vnde compluribus SCis, principalibusque decretis et edictis vrbe Italiaque MATHEMATICOS iſtos ſubmotos, accepimus. Ac primum Tiberii principatu, Statilio Tauro et Scribonio Libone Coſſ. factum de MATHEMATICIS magisque Italia pellendis Senatusconſultum Tacitus *Lib. II. Annal. Cap. 32.* narrat, quod ab Vlpiano ſignificari apud *Auctorem Collat. Leg. Moſ. et Roman. tit. XV. §. 2.* credibile eſt: licet ſequente anno, id eſt, Caecilio Rufo et L. Pomponio Flacco Coſſ factum id dicatur, vt acute Lipſius noſter animaduertit, qui hoc Vlpiani cum Tacito diſcidium belle excuſat. Claudianis deinde temporibus, Fauſto Sulla et Saluio Othone Coſſ de MATHEMATICIS Italia pellendis factum SC. atrox et irritum, idem Tacit. *Lib. XII. Annal. Cap. 52.* memoriae prodidit. Vitellio quoque imperante, pulſos Italia MATHEMATICOS refert Sueton. *in Vitell. Cap. XIV. Nullis tamen infenſior, quam vernaculis et* MATHEMATICIS, *vt quisque deferretur, inauditum capite puniebat*: *exacerbatus, quod poſt edictum ſuum, quo iubebat intra calendas Octobres vrbe Italiaque* MATHEMATICI *excederent, ſtatim libellus eſt propoſitus, et Chaldaeos dicere*: *Bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eumdem calendarum diem vſquam eſſet.* Tertullian. *Lib. I. de idolol. Cap. 9. Expelluntur* MATHEMATICI, *ſicut angeli eorum: vrbs et Italia interdicitur* MATHEMATICIS, *ſicut caelum et angelis eorum. Eadem poena eſt exſilii diſcipulis et magiſtris.* Et mox: *Scientiam* MATHEMATICORVM *vsque ad euangelium fuiſſe conceſſam, vt Chriſto edito, nemo deinde natiuitatem alicuius de caelo interpretetur*, ſcribit. Poſtremo Imperatores, Honorius et Theodoſius MATHEMATICOS, niſi, codicibus erroris proprii ſub oculis epiſcoporum incendio crematis, catholicae religionis cultui ſe traderent, numquam ad errorem praeteritum redituri, ciuitatibus omnibus pelli praeceperunt. *l. vlt. C. Theod. de mathemat.* Ex his mirum nemini videbitur, aſtrologiam aſtronomiamque, vtpote Romanis ob praeſtigiatorum vaticinia praedictionesque inuiſam, liberalium artium numero non adſcribi, ſolos

los ex MATHEMATICIS geometras in praeceptoribus liberalium studiorum numerari. *l. 1. D. de extraord. cognit.* quibus etiam fauentes Imperatores immunitatem vacationemqoe personalium munerum tribuerunt: *l. vlt. C. de excusat. artific.* non ita tamen, vt tutelarum quoque haberent excusationem. *l. 22. D. de excusat.* Proinde *geometriam* et MATHEMATICA separantes, Diocletianus et Maximianus Augg. *l. 2. C. de malef. et mathem.* et nominatim ita cauent: *Artem geometriae discere atque exercere publice interest. Ars autem* MATHEMATICA *damnabilis est, et interdicta omnibus.* De astrologis vero mentio habetur vno Vlpiani loco in *l. 15. §. 13. D. de iniur.* cuius verba odium quoque Imperatorum in id hominum genus produnt. *Si, ait, astrologus, vel, qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixerit, qui non erat, iniuriarum cum eo agi non potest: sed constitutiones eos tenent.* Postremo MATHEMATICOS istos D. Augustinus valde exagitat, acriterque insectatur, cum alias, tum in *libris de doctrina Christiana*, quibus vnus adest Iulius Firmicus, qui difficilis, immo potius malae ac desertae caussae patrocinium suscipiens, Constantini temporibus, mathesin omni studio atque ope *Libro Mathefeos I.* defendit.

MATRICARIVS, in *Nouella XIII. Cap. 5.* quae est de praetore plebis. Hoc verbum in notis quibusdam vetustis ad Iuliani, patricii, Epitomen sic expositum inueni: MATRICARII *dicuntur illi, quos videmus ad incendia currentes, et portantes spongias cum ferramentis, et alia, per quae possunt de pariete in parietem transire, et ita incendium exstinguere.* [Add. Iac. Cuiac. *ad d. Nouell. XIII.*]

MATRICVLA, pro catalogo, descriptione, indiceqoe ab Imperatoribus vsurpatur. *l. 3. l. 15. C. de agent. in reb. Lib. X. l. pen. et vlt. C. de commeat. Lib. XII. l. 2. C. Theod. de domest. et protect. l. 16. C. Theod. de palat. sacr. largit. l. 1. C. Theod. de indiction.* Sic: MATRICVLA fori *l. 12. l. 15. C. de aduoc. diuers. iudic.* MATRICVLAE militares, pro numeris: *l. 16. C. de test. milit.* Veget. *Lib. II. Cap. 6. Nam puncturis in cute punctis, milites scripti, et* MATRICVLIS *inserti, iurare solent.* Idem *Lib. I. Cap. 26. Producendi ergo tirones sunt semper ad campum, et secundum* MATRICVLAE *ordinem in aciem dirigendi.* MATRICVLA negociatorum: *l. 15. C. Theod. de Episc.* MATRICVLA officii praetoriani. *Nouell. Theodos. et Valentin. de princip. agent.*

MATRICVLARIVS, oeconomus ecclesiae adpellatur, qnem nunc *Marguillier* vocamus. Aimonius Monach. *Lib. IV. de gest. Franc. Cap. 33. Praedia vero tam innumera fratribus, in eodem loco Deo famulantibus, siue* MATRICVLARIIS *ecclesiae contulit. Form. Sirmond. XI. Nos in Dei nomine,* MATRICVLARII *sancti Martini, dum mane ad hostia ipsius ecclesiae obseruanda conuenissemus, ibi infantulum sanguinolentum inuenimus.* [Plura de MATRICVLARIIS Car. du Fresne *in Glossario, ea voce*, et Hieron. Bignon. *Not. ad Form. Sirmond. XI. p. 372.*]

MATRIMONIVM adpellamus maris et feminae coniunctionem, ait Vlpianus, *l. 1. §. 3. D. de instit. et iur.* MATRIMONIVM, ait Iustinianus, est viri atque mulieris coniunctio, indiuiduam vitae consuetudinem continens. *§. 1. Inst. de patr. potest.* Gellius *Lib. XVIII. Cap. 6.* matronam dictam docens a matris nomine, non adepto iam, sed adipiscendo, addit: *Vnde ipsum quoque* MATRIMONIVM *dicitur.* Diuus quoque Augustinus *Libro XIX. contra Faust.* ex eo dictum MATRIMONIVM scribit, *quod non ob aliud debeat femina nubere, quam vt mater fiat.* Gregorius *de conuers. infidel. Cap. vlt.* datum hoc laboribus, quos in partu mulieres sufferunt, tradit, *vt ab ipsis potius, quam a viris eorum coniunctio nomen accipiat.* Tertullianus *ad vxor. Lib. I. Cap. 2.* coniunctionem hanc viri et feminae *benedictam a domino, et seminarium generis humani replendo orbi, et instruendo saeculo excogitatam, ait.* Eleganter autem Cassiodorus *Lib. II. Var. Cap. 10.* MATRIMONIVM *humani generis procreabile sacramentum* adpellat.

¶. 2. Hinc variae loquutiones, veluti: Filio suo in MATRIMONIO pupillam suam adiungere: *l. 15. D. de sponsal.* MATRIMONIVM alterum: *l. 68. D. de condit. et demonstr.* MATRIMONII caussa manumittere: *l. 13. l. 14. §. vlt. l. 19. l. 20. §. 2. D. de manumiss. vind.* MATRIMONII caussa ancilla, mulier, vel virgo, manumitti, dicitur, *l. 13. §. vlt. D. eod. tit. l. 51. D. de rit. nupt.* quam patronus ideo manumittit, vt eam libertam vxorem ducat, quemadmodum ait *l. 29. D. de rit. nupt.* MATRIMONII enim caussa manumitti ancilla a nullo alio potest, quam qui eam vxorem ducturus est: *l. 21. D. qui et a quib. manumiss.* Cessat MATRIMONIVM in ea, quae tutori suo nupsit, vel contra mandata conuenit: *l. 17. D. rer. amot.* In MATRIMONIVM coire: *l. 31. D. de condit. et demonstr.* MATRIMONIVM non coitus facit, sed maritalis adfectio: *l. 32. §. 13. D. de donat. int. vir. et vxor.* Nondum coito MATRIMONIO: *l. 8. D. de condit. caus. dat.* In MATRIMONIVM collocare liberos: *l. 19. D. de rit. nupt.* filias suas: *l. 38. §. vlt. D. eod. tit. l. 23. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Si pater concordans MATRIMONIVM, forte et liberis subnixum, velit dissoluere; *l. 1. §. vlt. D. de lib. exhib.* Et mox: Ne bene concordantia MATRIMONIA iure patriae potestatis turbentur. MATRIMONIO coniungi: *l. 15. D. de rit. nupt.* MATRIMONIA, quae consistere non possunt: *l. 3. D. de iur. dot.* Si MATRIMONIVM moribus legibusque nostris constat: *l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* Recte MATRIMONIVM vel nuptias contrahere: *l. 11. D. de rit. nupt.* In MATRIMONIVM conuenire: *l. 15. D. de rit. nupt. l. 121. §. 1. D. de verb. oblig.* [Arnob. *Lib. II. adu. gent. p. 91. Quum in* MATRIMONIA *conuenitis, toga sternitis lectulos, et maritorum genios aduocatis.* Vbi vid. Herald. *in notis p. 119.*] MATRIMONIO non copulato: *l. 6. D. de condict. caus. dat.* In MATRIMONIVM se dare: *l. 1. D. de concubin.* Non quasi eodem MATRIMONIO durante, sed quasi alio interposito: *l. 13. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* Quoquo modo finitum esset MATRIMONIVM: *l. 6. D. de condict. caus. dat.* In MATRIMONIO habere: *l. 4. C. de excus. tut.* In eodem habitu MATRIMONII permanere: *l. 8. D. de condict. caus. dat.* Iustum MATRI-

TRIMONIVM est, si inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium sit, et tam masculus pubes, quam femina viripotens sit, et vtrique consentiant, si sui iuris sint, aut parentes eorum, si in potestate sint: Vlpian. tit. V. Regul. §. 2. licitum MATRIMONIVM: l. 28. §. 3. D. de lib. et postum. et contra, illicitum: l. 61. D. de rit. nupt. Vbicumque MATRIMONII nomen non est, nec dos est: l. 3. D. de iur. dot. Non est MATRIMONIVM, si tutor vel curator pupillam suam intra vicesimum et sextum annum, non desponsam a patre, nec testamento destinatam, ducat vxorem, vel eam filio suo iungat: l. 66. D. de rit. nupt. MATRIMONIVM non erit, si quis contra interdictum, eius prouinciae duxerit vxorem, in qua officium gerebat: l. 63. D. de rit. nupt. Captiui vxor, etsi in domo eius sit, non tamen in MATRIMONIO est: l. 12. §. 3. D. de captiu. et postlim. MATRIMONII onera: l. 20. §. 2. D. famil. ercisc. Vid. infra Libro XIII. in ONVS. MATRIMONIVM posterius: l. 5, D. de lib. et post. prius: l. vlt. §. vlt. D. de dol. except. l. 13. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult. In MATRIMONIO quaesiti liberi: l. 57. §. vlt. D. de rit. nupt. Quiescens matrimonium non debet alius turbare atque inquietare: l. 26. D. ad leg. Iul. de adult. In MATRIMONIVM redire: l. 3. D. de legat. III. MATRIMONIVM secundum: l. 41. §. 4. D. de legat. III. MATRIMONIVM morte vel aliqua poena solutum: l. 14. D. qui et a quib. manum. In MATRIMONIVM tradita: l. 11. D. ad leg. Iul. de adult. Honor bene transacti MATRIMONII. l. 67. §. 10. D. de legat. II. ¶. 3. [MATRIMONII vox aliquando pro ipsa vxore, non aliter, ac clientela saepe pro clientibus, seruitia pro seruis ponuntur. Ita Sueton. Calig. Cap. XXV. edixisse ait Caligulam, MATRIMONIVM sibi repertum exemplo Romuli et Augusti. Et Iustinus Lib. III. Cap. 3. de Lycurgo: Vt seuerius MATRIMONIA sua viri coercerent. Vid. Casaub. not. ad Sueton. Aug. Cap. 40.]

MATRIX. MATRICES fistulas quosdam adpellari aiunt Imperatores l. 3. C. de aquaeduct. Lib. XI. [quae est l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. XV. tit. 2.] quae nimirum in capite ductus aquae castelliue positae, collocataeue sunt, ex quibus aliae quodammodo prodeunt, quaeque quasi primordiales et originales sunt, vt Tertulliani verba vsurpem: cui etiam MATRICIS nomen in ore est non raro. [Vid. Iac. Pamelii Not. in Tertull. de praescript. aduers. haeret. Cap. XXI. p. 216.] Vt enim MATRICES pecudes Varro et Columella eas adpellant, ex quarum foetu reliquae propagantur, et MATRICEM arborem, Sueton. Aug. Cap. XCIV. ex qua soboles enata: ita illa libro de virgin. veland. Cap. V. Euam MATRICEM generis humani vocat, et de praescr. adu. haeret. Cap. XXI. ecclesias apostolicas MATRICES et originales fidei. Idem aduers. Marcion. Lib. IV. Cap. 35. Vt scirent, Hierosolymis fuisse MATRICEM religionis. Similiterque Libro aduers. Iudaeos Cap. II. Primordialis lex est data Adae et Euae in paradiso, quasi MATRIX omnium praeceptorum Dei. Sic et Cyprianus Epist. XLV. Romanam ecclesiam catholicam MATRICEM esse, dicit.

MATRONA, spectatae honestatis et pudicitiae mulierem significat: quod et Festus Lib. XI. significat, quum ait: MATRONAS adpellatas eas fere, quibus stolas habendi ius esset. MATRONAE nomen non amittit liberta, quae in concubinatu patroni se dat: l. 13. D. ad leg. Iul. de adult. id est, matrisfamilias honestatem, vt loquitur Marcellus, l. 41. D. de rit. nupt. quam non retinet, quae se in concubinatu alterius, quam patroni tradit, vt illic ait. Ad dignitatem pertinet iniuria, quum comes MATRONAE abducitur: l. 1. §. 1. D. de iniur. Praetor domum honestae MATRONAE eligere debet: l. 1. §. 6. D. de inspic. ventr. Sic etiam MATRONARVM nomen accipe apud Plin. Lib. VII. Epist. 18. At Gell. Lib. XVIII. Cap 6. cui et Nonius Marcellus accedit, vt ex vtroque supra docui, MATRONAM dictam esse proprie, tradit, quae in matrimonium cum viro conuenisset, quoad in eo matrimonio maneret, etiamsi liberi nondum nati forent, dictamque esse ita, a matris nomine, non adepto iam, sed cum spe et omine mox adipiscendo.

MATRONALIS, E. MATRONALIS habitus: l. 15. §. 14. D. de iniur. de quo Select. Antiqu. Lib. I. Cap. 4. abunde diximus. MATRONALIS ornatus maiores expensas flagitat. Nouell. Theodos. et Valent. de fructib.

MATRVELIS, a patruele separatur a Marciano, l. 1. D. ad leg. Pomp. de parricid. Et vt patrueles, qui ex fratribus; ita MATRVELES, qui ex fratre et sorore nati sunt.

MATVLA, vas lotio excipiendo adcommodatum, inter ornamenta muliebria numeratur. l. 25. §. 10. D. de aur. arg. mund. leg. Immo non inter ornamenta sunt matulae, sed in mundo muliebri, ad quem refertur omne, quo mulier sit mundior. Quae mulier tam stolida esset, vt se matulis ornare vellet? HEIN.

MATVRITAS, perfectio fructuum. Sic: MATVRITAS naturalis: l. 42. D. de vsu et vsufr. leg. ¶. 2. [Accipitur etiam de aliis rebus perfectis, et in quibus nihil desideratur. Tunc demum relationibus plena MATVRITAS est, quum vel adlegationibus non refelluntur, vel probantur adsensu. l. 3. C. Theod. de relation. Lib. XI. tit. 29. vbi in Codice Iustinianeo l. 2. eod. tit. plena veritas legitur.

MATVRE, cito. princ. Inst. de vsucap. MATVRIVS interfici: l. 51. D. ad leg. Aquill. indicari: l. 3. §. 5. D. de Carbon. edict. MATVRIVS liberum fieri: l. 4. §. 2. D. de statutib. MATVRIVS perire: l. 51. D. ad leg. Aquill. peruenire in libertatem: l. 3. §. 14. D. eod. tit. MATVRISSIME peruenire in prouinciam: l. 5. D. de offic. proconf. MATVRIVS pronunciari: l. 7. §. 1. D. de hered. petit. recipere rem suam a curatoribus: l. 2. D. de minor. scire: l. 1. D. de success. edict. scribas: l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult. transferre fideicommissum ad substitutos. l. 36. §. vlt. D. de condit. et demonstr.

MATVRVS, A, VM, vietus, perfectus. MATVRI, et contra immaturi fructus: l. vlt. §. 6. D. quae in fraud. credit. l. 9. D. ad leg. Falcid. l. 12. §. 5. D. de vsufr. l. 12. §. 10. D. de act. emt. l. 8. D. de ann. legat, §. 36. Inst. de rer. diuis.

MATV-

MATVRA olea, et contra *immatura*: *l. 42. D. de vsufr. leg. l. 48. §. vlt. D. de vsufr.* MATVRA silua. *l. 12. D. quod vi aut clam.* ¶. 2. Μεταφορικῶς dicitur MATVRA aetas: *l. 50. §. vlt. D. de legat. III.* [MATVRVS finis: *l. vn. C. Theod. de episc. iudic. Lib. XVI. tit. 12.*] MATVRIOR partus: Paull. *Lib. IV. sent. tit. 9. §. 5.* MATVRIOR solutio. *l. 4. §. 6. D. de in diem addict.*

MATVTINVS, A, VM. Sic MATVTINO tempore, et *vespertino* opponuntur. *l. 10. §. 4. D. de Aedilit. edict.*

MAV.

MAVRITANIA, prouincia, cuius mentio habetur in *l. 28. C. Theod. de suscept. praepos.*

MAVRVS, Mauritaniae incola. MAVRI Sitifenses memorantur in *Nouella Theodosii et Valent. de tribut. fiscal.*

MAX.

MAXILLA, mala. MAXILLARVM inaequalitas, et quum quis alteram MAXILLAM maiorem habet. *l. 12. D. de Aedilit. edict.*

MAXIME, id est, praecipue, praesertim, principaliter, *l. 90. l. 96. D. de reg. iur. l. 2. pr. et §. vlt. D. de administr. et peric. tut. l. 12. D. de decurion. l. 11. D. de reb. credit. l. 13. §. vlt. D. de dol. mal. l. 18. §. 1. D. de quaest. l. 3. §. 7. D. de sepulcr. viol.* et aliis prope innumeris locis.

¶. 2. Interdum tamen vocem hanc ita accipiendam moneo, non quasi alias, et cessante eo, idem iuris sit, sed tamquam alias idem non sit. Ac proinde idem valet, quod *vtique*, seu *ita demum*: veluti in *l. 9 D. de vsurpat. et vsucap.* Vsucapiuntur res, MAXIME corporales. Quod non ita accipiendum est, quasi et incorporales vsucapi possint, (hoc enim a iuris ratione alienum est,) sed quasi corporales solae. Sic in *l. 3. D. de concubin.* Ingenuam in concubinatu esse posse, traditur, MAXIME eam, quae obscuro loco nata est: id est, eam demum, vt sequentia verba declarant. Similiter in *l. 2. C. an seru. ex suo facto.* MAXIME, quum, tibi peculium non esse legatum, proponas, id est, vtique Nam, si peculium legatum, proponeretur, contra esset dicendum. *l. 1. §. 10. D. de dot. prael.* Eademque vocis huius interpretatio facienda est in *l. 12. §. 12. D. de instr. vel instrum. leg.* vti adparet ex coniunctione *l. 12. D. eod. tit. l. 21. §. 1. D. de pecul. l. 3. D. quand. ex fact.* [*l. 2. D. arb. furt. caesar.*]

¶. 3. MAXIME, valde. MAXIME acerbatur crimen: *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiest.* MAXIME necessarium: *l. 4. D. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* MAXIME obseruandum est, *l. 30. D. de re iudic.* MAXIME oportet. *l. 1. §. 6. D. de collat.*

¶ 4. Elegantes sunt formulae; *Etiamsi* MAXIME, *Sed si* MAXIME, *Et si* MAXIME, *vel* MAXIME, *vt* MAXIME. Etiamsi MAXIME creditor oon fuerit; *l. 2. §. 7. D. de hered. vel act. vend.* Sed si MAXIME repromitterent, non oportuisse: *l. 43. §. vlt. D. de damn. infect.* Et si MAXIME velit: *l. 12. §. 3. D. de captiu. et postlim.* Vel MAXIME autem: *l. 1. §. 6. D. de collation.* Vt MAXIME quis existimet: *l. 63. D. de furt.* Vt MAXIME vsus sit: *l. 7. D. de supell. legat.*

MAXIMVS, nomen proprium. MAXIMI, tyranni, qui se in Galliis pro Imperatore gessit, sit mentio in *l. 10. C. Theod. de infirm. bis, quae sub tyrann.* vt est in *l. 7. eod. tit.* in qua *infandissimus tyrannorum* vocatur. De eo vide *Panegyricum XIII.* Latini Pacati *Cap. XXIII. sequ.* Hunc *Rutupinum latronem* Ausonius in Aquileiae elogio vocat: Gregorius vero Turonensis *Treuericum Imperatorem.* ¶. 2. MAXIMVS Comes et Exquaestor palatii, principatu Theodosii et Valentiniani, qui *vir illustris* vocatur *Nouell. Theod. et Valent. de Theodos. Codic. auct.* et *vir laudabilis* in *Nouella eorumdem Imperatorum de tribut. fiscalib.*

MAXIMVS, A, VM, superlatiuus a magnus. Sic: MAXIMA amita: *l. vlt. §. 17. D. de grad. et adfin.* MAXIMVS auunculus: Vid. supra. *Lib. I.* MAXIMA capitis deminutio: Vid. supra. *Lib. III.* MAXIMVS fluctus: *l. 96. D. de verb. signif.* MAXIMOS fructus consequuntur: *l. 11. §. vlt. D. de publican.* Optimus MAXIMVSque est fundus: Vid. infra *Lib. XIII. in* OPTIMVS. [MAXIMI iudices: in *l. fin. C. vbi causs. stat.* vbi vid. Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. I. Cap. XLIV. p. 293*] MAXIMA matertera; *l. 10. §. 17. D. de grad. et adfin.* MAXIMO metu: *l. 8. D. quod met. causs.* MAXIMVM feminarum munus: *l. 14. D. de Aedilit. edict.* MAXIMVS natu: *l. 10. D. de liberat. legat.* MAXIMA pars obstetricum: Paull. *Sent. Lib. II. tit. 24. §. 8.* Cuius MAXIMA pars in venditione fuit: *l. 44. §. 1. D. de Aedilit. edict.* Ex MAXIMA parte: *l. 22. D. de instr. vel instrum. leg.* Patruus MAXIMVS: *l. 10. §. 17. D. grad. et adfinit.* MAXIMVS praetor, item MAXIMVS Curio, et MAXIMVS pontifex, qui fuerint, vide apud Festum *Lib. XI.* MAXIMVS princeps, Hadrianus: *l. 20. §. 6. D. de hered. petit.* MAXIMVM principem; *l. 17. D. de quaest.* vbi Seuerum accipe. Qui MAXIMOS principes adpellauit: *l. 8. D. de vacat. et excus. muner.* MAXIMI principes plerique Imperatores, saltim ab Hadriani temporibus dicti. Exempla passim in marmoribus obuia sunt. Nescio, annon Romani ea in re aemulati sint Persas, quorum Reges κατ' ἐξοχὴν dicti μεγάλοι βασιλεῖς apud Aristophan. *in Pluto v. 170.* et Iulian. *Orat. VI. p. 195.* Sane et Constantinopolitani Caesares eorum exemplo *Reges regum* dici voluerunt, ceu patet ex Gregor. Nazianz. *Orat. I. adu. Iulian.* et ex *Peirescianis Excerptis p. 368.* HEIN. MAXIMAE vsurae: *l. 54. D. de administr. et peric. tut. l. 38. D. de negot. gest.* id est, grauissimae et legitimae, quales erant centesimae. *l. 7. §. 8. et §. 10. D. de administr. et peric. tut.*

MEA.

[MEATVS aquarum: *l. 6. l. 7. l. 8. C. Theod. de aquaed. Lib. XV. tit. 2.* et *l. 4. C. Iustin. eod. tit. Lib. XI. tit. 42.* MEATVS formarum: *l. 1. C. Theod. et Iustin. eod. tit.* Vide supra *Lib. VI.* sub voce FORMA.]

MEC.

[MECAENAS, C. Cilnius, Caesaris Augusti amicus, cuius eiusque vxoris, antea Ciceroni noptae, mentio fit in *l. 64. D. de donat. int. vir. et vxor.*

MECHANICI, machinarii, machinarum, et eorum, quae μηχανικὰ ὄργανα vocantur, structores, aut etiam periti machinarum mouendarum, quorum opera et industria MACHINARVM vsus exhibetur. *l. vit. C. de excus. artific. Lib. X.* Sueton. *in Vespas. Cap. XVIII.* MECHANICO, grandes columnas exigua expensa perductarum in Capitolium pollicenti. Sicet MECHANICI apud Symmach. *Lib. V. Epist. 74.* Cassiod. *Lib. I. Var. Cap. 10.* Enimuero Seneca *Epist. LXXXVIII.* MACHINATORES *adpellat, qui pegmata per se surgentia excogitant, et tabulata faciunt, in sublime crescentia.*

MED.

MEDELA, remedium. MEDELAM iuris adhibere. *l. 17. C. de euictione.*

MEDERI, emendare. Cautione vel satisdatione victo mederi: *l. 57. D. de hered. petit.* MEDERI desiderio: *l. vlt. D. de mort. infer. l. 5. C. de adpellat.* MEDERI rei: *l. 26. D. de minor.* Pio remedio MEDERI; *§. vlt. Inst. de donat.*

MEDIANVM. Si ex MEDIANO coenaculi quid deiectum fit, *l. 5. §. 2. D. de his, qui effud.* Vitruu. *Lib. III. Cap. vlt.* MEDIANA opponit acroateriis angularibus, quemadmodum *eiusdem Libri Capite I.* columnas MEDIANAS angularibus.

MEDIASTINVS seruus, et *ordinarius*, opponuntur: in *l. 15. §. 44. D. de iniur.* item MEDIASTINVS et *artifex. l. vlt. D. de oper. seru.* Ex quo patet, MEDIASTINOS adpellatos eos, qui in magna familia nulli certo officio, artificio, ministerioue addicti adscriptiue, praesto erant ad facienda, quae imperarentur. Sane vetus Commentator Horatii *Lib. I. Epist. 14.* MEDIASTINVM interpretatur *ministrum obsequii, et officii balnearum.* Priscianus etiam *libro de XII. Carmin.* MEDIASTINVS *quoque*, ait, *inde videtur componi, quia medias partes balnei tenet, hoc est, in medio lauantium stat.* Verum aeque aedium, ac balnearum ministeriis expositos deseruientesque seruos, nullo ceteroquin ordinario officio ministerioue fungentes, MEDIASTINORVM nomine vocatos, constat. Vlpianus in *l. 1. §. 5. D. naut. caupon. stabul.* caupones et stabularios in edicto praetoris accipiendos tradens, *qui cauponam vel stabulum exercent, institoresue eorum*, statim addit: *Ceterum si qui opera* MEDIASTINI *fungitur, non continetur, vt putà atriarii, et focarii, et his similes.* Bene ergo Non. Marcellus: MEDIASTINOS, inquit, *non solum balnearum, sed aedium quoque ministros et curatores legimus. Lucillius villicum, Aristocratem,* MEDIASTINVM *atque bubulcum. Cato praeceptis ad filium. Ille imperator, tu illi,*

ac ceteris, MEDIASTINVS. Vetus Glossarium: MEDIASTINVS *seruus est, qui medium actum gerit, nec inter ordinarios, nec vicarios seruos, sed medius inter hos et illos connumeratur.* ¶. 2. Hinc μεταφορικῶς, Plinius Prodicum, qui iatralepticen instituerat, *reunctoribus quoque et* MEDIASTINIS *medicorum, vectigal inuenisse, Libro XXIX. Cap. 1.* ait. Vtitur hoc vocabulo et D. Augustinus *Libro VII. de fide contra Manich.*

MEDICAMEN, medicamentum. MEDICAMEN, quod ad salutem hominis, vel remedium, datum erat. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 19.*

MEDICAMENTARIVS, *l. 1. C. Th. de repud.* id est, veneficus vel maleficus, vt *l. 7. C. Theod. eod. tit.* et interpres *d. l. 1.* explicant. Eodem sensu et MEDICAMENTARIA *ibidem* occurrit.

MEDICAMENTVM, medium nomen esse tradit Non. Marcellus. MEDICAMENTVM, inquiens, *est, quo homines ceteraque animalia curantur. M. Tullius de officiis libro tertio: Si quis* MEDICAMENTVM *cuipiam dederit ad aquam intercutem.* MEDICAMENTVM *rursus venenum, vt Graece φάρμακον.* Deinde ridiculam huius vocis notationem adfert. Verum MEDICAMENTVM a Varrone περὶ ἐξαγωγῆς pro veneno vsurpatum docet, adductis verbis eius, quae, quod ad Hannibalem pertinent, subieci: *Quaerit ibidem*, inquit, *ab Hannibale, cur biberit* MEDICAMENTVM? *Quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat.* Et ita: *mala* MEDICAMENTA: *l. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar.* et *§. 5. Inst. de publ. iud.* quae venenis iunguntur; *l. 4. §. 1. D. famil. ercisc.* Periculum amittendorum oculorum per aduersa MEDICAMENTA inferendo. *l. 3. D. de extr. cognit.* ¶. 2. Sic: MEDICAMENTO mentem alienare: *l. 15. D. de iniur.* MEDICAMENTVM ad conceptionem dedit: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Corn. de sicar.* et ex diuerso: Quod ei MEDICAMENTVM dedisset, ne conciperet: *l. 3. §. 16. D. de statulib.* Adparatus omnis conficiendorum MEDICAMENTORVM: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 62.* Si obstetrix MEDICAMENTVM dederit, et inde mulier perierit, si quidem suis manibus supposuit, vel dedit, vt sibi mulier offerret: *l. 9. D. ad leg. Aquil.* Qui venenum pro MEDICAMENTO dedit: *l. 7. §. 6. D. eod. tit.* Si quis per vim, vel fusum MEDICAMENTVM infudit, vel ore, vel clystere. *l. 5. §. 1. D. eod. tit.* Seneca *Epist. LXIV. Puta, relicta nobis* MEDICAMENTA, *quibus sanarentur oculi.* Theriaca, et cetera MEDICAMENTA, quae fecessus caussa dominus ibi habuit, *l. 5. D. de pen. legat.* MEDICAMENTORVM sumtus, quem medicus libertus, vt patronam eiusque familiam curaret, acceptabat: *l. 10. §. vlt. D. de ann. legat.* Si medicus MEDICAMENTO perperam vsus fuerit. *l. 8. D. ad leg. Aquil.* ¶. 3. MEDICAMENTVM, pro tinctura purpurae, aut fucco, quem bibit purpura, Seneca dixit, *Lib. I. Natur. quaest. Cap. 3.*

MEDICINA, ars medica. [MEDI-

CINA competens adhibenda: *l. 18. C. Theod. de agent. Lib. VI. tit. 27.*] MEDICINAE caussa parata: *l. 70. §. 1. D. de legat. III.* MEDICINAM exercere: *l. 27. D. de oper. libert.* MEDICINAM exhibere videtur obstetrix: *l. 1. D. de extraord. cogn.* MEDICINAM facere: *l. 26. D. de oper. libert.* ¶. 2. MEDICINA, pro castigatione vel animaduersione. [MEDICINA correctionis. *l. vn. C. Theod. de emend. propinqu. Lib. IX. tit. 13.*]

MEDICVS, qui salutis hominum curam agit: *l. 1. §. 1. D. de extr. cognit.* Medicos etiam fortassis quis accipiet eos, qui alicuius partis corporis, vel certi doloris sanitatem pollicentur, vtpote si auricularius, si fistulae, vel dentium *d. l. 1. §. 3. D. eod. tit.* Hinc varii generis medici passim memorantur, veluti *circulatores*, vel *περιοδευταί. l. 6. §. 1. D. de excus. tut.* Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. XXXV. p. 209. sequ.* MEDICI *clinici*, apud Gruter. *p. CCCC, 7. et* Reines. *Class. XI. Inscr. 7. p. 60.* MEDICI *et chirurgi*, apud Gruter. *p. DLXXXI, 1. p. CCCXXXV, 1.* MEDICI *ocularii* vel *ophthalmici*, apud Reines. *Class. XI. Inscr. 8.* Grut. *p. MCXI, 6. CCCCXVI, 8. CCCCXLIII, 4. DCXXXIV, 2.* qui et MEDICI *ab oculis*: Grut. *p. DCXXXV, 3.* In vniuersum fere idem Romanis placuisse animaduertimus, quod de Aegyptiis memoriae prodidit Herodot. *Lib. II. p. 75. edit. Henr. Steph.* Ἡ δὲ ἰητρικὴ κατὰ τάδε σφι δέδασται, μιῆς νόσου ἕκαστος ἰητρός ἐστι, καὶ οὐ πλεόνων. πάντα δ' ἰητρῶν ἐστὶ πλέα· οἱ μὲν γὰρ ὀφθαλμῶν ἰητροὶ κατεστέασι, οἱ δὲ κεφαλῆς, οἱ δὲ ὀδόντων, οἱ δὲ τῶν κατὰ νηδύν· οἱ δὲ τῶν ἀφανέων νόσων. *Iam vero medicina apud eos hunc in modum est distributa, vt singulorum morborum sint medici, non plurium. Itaque omnia referta sunt medicis, quorum alii sunt oculorum, alii capitis, alii dentium, alii alui, et vicinarum partium.* HEIN. MEDICOS autem olim ipsosmet venas incidisse, vulneribus manus admouisse, virilitatem excidisse, et alia omnia chirurgorum munia obiisse, iuriscunsultorum, aliorumque auctorum testimoniis pridem demonstraui, *Lib. II. Select. antiqu. Cap. 4.*

¶. 2. Eos quoque, qui medicinam factitarent, seruos vel libertos fuisse, eodem *Lib. II. Sel. antiqu. Cap. 3.* docui, vt adparet ex *l. 10. §. vlt. D. de ann. legat.* et *l. 14. §. 7. D. de bon. libert.* Vnde in *l. 41. §. 6. D. de fideic. libert.* MEDICOS tibi commendo, illum et illum. In tuo arbitrio erit, vt habeas bonos libertos et MEDICOS. Plerumque etiam MEDICI seruos eiusdem artis, libertos producebant, quorum operis perpetuo vti aliter non poterant, quam vt eas locarent. *l. 25. §. 1. D. de oper. libert.* ¶. 3. [Erant et MEDICAE mulieres, seu, vt est in Basilicis *ad l. pen. C. de postum. hered.* ἰατρῖναι, assae, vel obstetrices, quae manibus nascentes excipiebant et mulieribus aegris medicamenta supponebant. Nam et mulieribus medicinam facere permissum erat. Vnde et medicamentum dare dicitur obstetrix: *l. 9. pr. D. ad leg. Aquill.* et medicinam exhibere: *l. 1. §. 1. D. de extraord. cognit.* Quare et de earum non minus, quam medicorum, mercede iis extra ordinem ius dici iubetur. De mulieribus his medicis vid. Cuiac. *Lib. XVII. Obs. Cap. 27.*] Addendi Em. Merill. *Lib. V. Obs. Cap. 21.* Meminerunt harum MEDICARVM passim marmora apud Gruter. *Inscr. p. CCCXII, 4. p. DCXXXV, 9. et p. DCXXXVI, 1.* Immo eo saeculo, quo Codex Alaricianus compilatus est, obstetrices omnes videntur MEDICAE adpellatae. Sane enim interpres Paulli, ad *Lib. II. Sent. tit. 24. §. 8.* ita scribit: *Quoties de mulieris praegnatione dubitatur, quinque obstetrices, id est,* MEDICAE *ventrem iubentur inspicere*, adeoque vocabulum *obstetrix*, per MEDICAE vocem, tamquam notiorem tritioremque suo aeuo interpretatur. ¶. 4. MEDICORVM autem certum numerum in singulis ciuitatibus fuisse propter immunitates eis concessas, ostendit Iustinianus, *§. 15. Inst. de excus. tut.* Medicorum intra numerum praefinitum constituendorum arbitrium non praesidi prouinciae commissum est, sed ordini et possessoribus cuiuscumque ciuitatis: *l. 1. D. de decret. ab ord. fac.* Reprobari potest MEDICVS a republica, quamuis semel probatus sit: *l. 6. §. 6. D. de excusat.* Vid. supra *Lib. I.* sub ARCHIATER. ¶. 5. Erant et MEDICI militum: *l. 33. §. vlt. D. ex quib. causs. mai.* vti MEDICVS secundae legionis: *l. 1. C. de profess. et medic. Lib. X.* Quo etiam pertinet *l. vlt. D. de iur. immun.* ¶. 6. Sed et in ludis gladiatoriis artem faciebant MEDICI, qui luxata vulnerataque gladiatorum membra curabant, de quibus Laurent. *var. antiqu. erud. Lib. II. Diss. 21. p. 128.* Tales L. Aelius Asclepiades et Eutychus Aug. liberti MEDICI CHIRVRGI LVDORVM MATVTINORVM apud Gruter. *Inscript. p. CCCXXXV, 2. 3.* Qualem et Galenum aliquando fuisse, obseruat Reines. *ad Inscr. p. 181.* HEIN.

¶ 7. Ceterum ad MEDICOS et sequentia pertinent: MEDICI insidiis necatus: *l. 2. §. vlt. D. de SC. Silan.* Si MEDICVS seruum imperite secuerit: *l. 7. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* MEDICVS, qui bene secuerit, et dereliquerit curationem: *l. 8. D. eod. tit.* MEDICO, qui seruum exciderit, capitale erit: *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Seneca *Lib. I. de ira Cap. 5.* de MEDICO agens: *Si frustra molliora cesserunt, ferit venam, membrisque, si adhaerentia nocent, et morbum diffundunt, manus adfert.* Idem *in consolatione ad Marciam Cap. XXII. Adiice lacerationes* MEDICORVM, *ossa viuis legentium, et totas in viscera manus demittentium, et non simplici dolore pudenda curantium.* Idem *Epist. XCV. Nihil opus erat tam magna* MEDICORVM *supellectile, nec tot ferramentis, ac pyxidibus.* Sed et in instrumento MEDICI esse collyria et emplastra, ait *l. 18. §. 10. D. de instruct. vel instrum. leg.* Si MEDICVS cui curandos suos oculos, quibus laborabat, commiserit: *l. 3. D. de extr. cognit.* Si MEDICVS medicamento perperam vsus fuerit; *l. 8. D. ad leg. Aquill.* Si non adhibuit MEDICVM, vt sanari possit, vel malum adhibuit: *l. 31. §. 12. D. de Aedil. edict.* Quod in MEDICOS impensum est: *l. 52. §. 4. D. pro soc.* Finge MEDICIS, quum aegrotaret seruus, me dedisse pecuniam: *l. 8. D. de pign. act.* MEDICO, quae viua praestabam, dari volo: *l. 10. §. 1. D. de ann. legat.* Mercedes praestitae MEDICIS. *l. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec. §. 1. Inst. de obl. quae quas. ex delict.*

MEDIE, pro mediocriter, vel modice. Vlpianus *l. 25. D. de pign. act.* MEDIE igitur

haec

haec a iudice erunt dispicienda. Ita et Lactant. *Lib. VI. Inst. Cap. 15.* Vt vitia, quoniam tolli non possunt, MEDIE temperanda sint. Vid. Salmas. *ad Hist. Aug. p. 136.* HEIN.

MEDIETAS, dimidium. MEDIETAS debiti: *l. 1. C. Theod. de vsur. rei iud.* ¶. 2. MEDIETAS, pro media via. MEDIETATEM quamdam sequuti. *l. 3. D. si pars hered. pet.*

MEDIOCRIS, E. MEDIOCRIVM facultatium sit: *l. 44. D. de act. emt. vend.* MEDIOCRIS figurae seruus: *l. 35. §. 2. C. de donat.* Si MEDIOCRIS patrimonii sit: *l. 25. D. de bon. libert.* MEDIOCRIS poena: *l. 37. D. de minor.* MEDIOCRIVM delictorum poenae: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 17. §. 3.* MEDIOCRE praedium: *l. 15. D. de vsu et habit.* MEDIOCRE vulnus: *l. 4. §. vlt. D. de Aedil. edict.* Si vulneruit non MEDIOCRIA. *l. 7. §. 2. D. de iniuriis.*

MEDIOCRITAS, id, quod modicum est. *l. 6. §. vlt. D. de excusat.* per MEDIOCRITATEM caussam dirimere: *l. 7. D. vt legat. seu fideic. nom. cau.* [MEDIOCRITAS censuum: *l. 8. C. Theod. de cohort. Lib. VIII. tit. 4.* vbi: pro captu virium et mediocritate censuum.] MEDIOCRITAS facultatium: *l. 30. D. de legat. II.* [MEDIOCRITAS proceritatis, id est, ea proceritas, quae legitima minor est: *l. 5. C. Theodos. de re milit.*] MEDIOCRITATE, non genere, differt scapha a naue: *l. vlt. D. de instr. vel instrum. leg.* [MEDIOCRITAS, pro paupertate. *l. 6. §. vlt. D. de excus. l. 27. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1.*]

MEDIOCRITER. Necenim MEDIOCRITER delinquit. *l. 29. §. D. ad leg. Iul. de adulter.*

[MEDITATIO, longa ac diuturna: *l. 41. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* MEDITATIO saeua et pugnatrix. *l. 11. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.*]

MEDIVS, A, VM, pro intermedio, secundo, interueniente. MEDII actus homo, actori seruu opponitur. *§. 7. Inst. de iniur.* quae verba Theophilus ita vertit: Ἑτέρως μὲν γὰρ διατιμηθήσεται ἡ ὕβρις, ἐὰν τὸν διοικητὴν οἰκέτην πάσης μου τῆς περιουσίας ὑβρίσῃς· καὶ ἑτέρως ἡνίκα ὑβρίσῃς τὸν οἰκέτην μου, ᾧ μίαν ἐνεχείρησα φροντίδα, τυχὸν διοικητὴν αὐτὸν ποιήσας, τῶν ἐν τῷδε τῷ τόπῳ διακειμένων μου κτημάτων. *Aliter enim iniuria aestimabitur in seruo, cui omnium mearum rerum procurationem credidi, et aliter in seruo, cui vnius tantum actus administrationem commisi, tradita forte cura possessionum mearum, quae hoc aut illo loco sitae sunt.* MEDIAE aedes: *l. 24. D. de seru. praed. vrb.* In MEDIO alueo: *l. 1. §. 7. D. de flumin.* MEDIVS aliquis ex auctoribus: *l. 15. §. 1. D. de diu. temp. praescr.* MEDIVS conductor, pro secundo: *l. 8. D. locati.* MEDIVS creditor, quem tertius sequitur: *l. 12. D. quib. mod. pign.* MEDIVS dominus: *l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* MEDIVS fundus: *l. 15. D. quemadm. seru. amitt. l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* MEDIAS heredum institutiones: *l. 3. §. 2. D. de lib. et postum. her. inst. l. 3. D. de iniust. rupt. irrit.* MEDIVS heres: *l. 2. §. 18. D. pro emt.* In MEDIO itinere: *l. 1. §. 24. D. de vi et vi arm.* MEDIVS locus: *l. 3. §. 2. D. de aqu. quotid. et aestiu. l. 16. D. quemadm. seru. amitt.* MEDIIS locis interuenientibus: *l. 8. D. de op. nou. nunciat.* MEDIO loco scribitur heres: *l. 20. D. de hered. inst.* MEDIA luce, et MEDIA nocte: *l. 8. D. de fer.* MEDIAE magnitudinis lanx: *l. 32. D. de aur. arg. leg.* MEDIVS mons: *l. 38. D. de seru. praed. vrban.* MEDIVS paries, qui duas aedes distinguit: *l. 4. D. de seru. leg.* MEDIA parte fluminis: *l. 7. §. 3. D. de adqu. rer. dom.* MEDIA parte noctis: *l. 8. D. de fer.* Per MEDIAM personam: *l. vlt. C. quis alteri.* MEDIO spacio, videlicet, quod intercessit inter testamentum et mortem testatoris: *l. 8. D. de confirm. tut.* MEDIO decennii spacio: *l. 16. D. de vsu et vsufr.* Dicitur etiam in MEDIO, sine addito, vt: Quasi in MEDIO nulla captiuitas intercessisset: *l. 18. §. 5. D. de captiu. et postlim.* Intermissum dominium in MEDIO tempore: *l. 11. §. 4. D. de except. rei iud.* Ceterum pro re nata varie accipitur illud MEDIVM tempus. Sic: MEDIO tempore, id est, antequam collusio detegatur: *l. 4. D. de collus. deteg.* MEDIO tempore, id est, inter primam licitationem, et sequentem adiectionem: *l. vlt. D. de iur. fisc.* MEDIO tempore, id est, pendente adpellatione: *l. 13. §. vlt. D. qui test. fac. poss. l. 10. §. 3. D. de vacat vel excus. mun. l. 1. D. nihil innou.* MEDIO tempore, id est, pendente accusatione: *l. 21. §. 5. D. ad municipal.* MEDIO tempore, id est, pendente die vel conditione: *l. 11. D. de testam. tutel. l. 32. D. de minor. l. 9. §. 2. D. de tutel. et rat. distrah. l. 4. §. 3. l. 16. D. de in diem addict. l. 10. et l. vlt. D. qui satisd. l. 20. D. de opt. legat. l. 60. D. de vsufr. l. 16. D. quib. mod. vsufr. l. vlt. D. de natal. restit. l. 20. D. de vsurpat. et vsucap. l. 27. D. ex quib. causs. maior. l. 51. D. ad leg. Aquill. l. 6. D. de stat. hom. l. 42. D. de act. emt. vend. l. 18. §. vlt. l. 36. D. ad leg. Falcid. l. 73. D. de condit. et demonstr. l. 11. D. vt in possess. legat.* MEDIO tempore, id est, pendente controuersia hereditatis, et ante aditam hereditatem: *l. 12. D. de Carbon. edict.* [MEDIVM tempus, id est, quod post exceptum iudicium, ante rem iudicatam intercessit: *§. 3. Inst. de offic. iud.* MEDIO tempore, dum status pendet: *l. 1. §. 1. D. de SC. Tertull.* MEDIO tempore, id est, ante partum editum: *l. 36. §. 2. D. de testam. milit. l. 3. §. 10. D. de suis et legit.* MEDIO tempore, id est, antequam statutae libertatis casus exstiterit: *l. 9. D. de statulib.* MEDIO tempore, id est, dum res in pendenti est: *l. vlt. §. vlt. D. de SC. Tertull.* MEDIO tempore, id est, quamdiu captiuus apud hostes fuit: *l. 23. §. 2. D. ex quib. causs. maior. l. 12. §. 3. D. de capt. et postlim. l. 23. §. 1. D. de adquir. possess. l. 9. C. de postlim. reu.* MEDIO tempore alienatum, id est, ante restitutam hereditatem: *l. 9. l. 33. l. 54. D. ad SC. Trebell.* MEDIO tempore, id est, quo possedit hereditatem is, qui eam ad certum tempus restituere rogatus est: *l. 8. §. 11. D. de inoffic. testam.* MEDIO tempore, id est, quo prohibitus est, vel deiectus fructuarius: *l. 60. D. de vsufruct.*

vſufruct. MEDIO tempore aedificata area: id eſt, poſt teſtamentum, ante mortem teſtatoris: *l. 79. §. 2. D. de legat. III.* MEDIO tempore, id eſt, antequam ancilla, quae redimi iuſſa erat, redimeretur: *l. 41. §. 5. D. de fideicomm. libert.* MEDIO tempore, id eſt, interim dum pater ordine motus eſt: *l. 2. §. 2. D. de decurion.* MEDIO tempore, dum ſcribitur principi: *l. 6. §. vlt. D. de interd. et relegat.* MEDIO tempore percepti fructus, id eſt, poſt fundum in diem addictum ante meliorem conditionem oblatam: *l. 4. §. 1: l. 16. D. de in diem addict.* MEDIO tempore, id eſt, antequam ſubſtitutioni locus ſit: *l. 1. §. 9. D. ſi is, qui teſtam. lib. eſſ. iuſſ.* MEDIO tempore, id eſt, inter mortem teſtatoris et aditam hereditatem: *l. 20. D. de vſurpat.* Mercedibus, quas MEDIO tempore percepit: *l. 12. §. 8. D mand.* id eſt, quamdiu fundum poſſedit, nec vendidit: MEDIO tempore, id eſt, antequam ſeparatio deſiderata fuerit a creditoribus. *l. 2. D. de ſeparat.* MEDIO tempore, id eſt, antequam natalibus reſtitutus ſit: *l. vlt. D. de natal. reſtit.* MEDIO tempore, quod inter alienationem et iudicium inchoatum interpoſitum eſt: *l. vlt. §. 4. D. quae in fraud.* MEDIO tempore, id eſt, ante priorem tutorem remotum: *l. 10. C. qui dar. tut.* MEDIO tempore, id eſt, poſt mortem teſtatoris, dum moratur heres praeſtare libertatem. *l. 84. §. vlt. D de legat. II.* MEDIO tempore, id eſt, quoad vixit heres, qui reſtituere rogatus eſt *l. 33. D. ad SC. Trebell. l. 18. §. vlt. D ad leg. Falcid.* MEDIA tempora: *l. 6. §. 2. D. de hered. inſt.* [MEDIO muneris ſui tempore. *l. 5. C. Theod. de iis, quae adminiſtr. Lib. VIII. tit. 15.*] ¶. 2. MEDIVS, praeſens. [Nobis MEDIIS, id eſt, praeſentibus: *l. 19. C. de teſtam.*] Quo pertinent et formulae: IN MEDIVM, vel IN MEDIO, pro in re praeſenti. *l. vlt. C. quib. ad lib. procl.* Sic In MEDIVM conferre: *l. 45. D. de adquir. vel omitt. her.* conferre bona: *l. 3. §. 2. D. de collat. bon.* [In MEDIO conſtituta iudiciorum vigor, iuriſque publici tutela: *l. 14. C. de Iudaeis et caelic. l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. XVI. tit. 8.*] Sic et DE MEDIO vel E MEDIO. DE MEDIO diſcedere: *l. 8. D. de cond. et demonſtr.* E MEDIO ducenda: *l. 9. D. de legat. II.* Ex MEDIO laturus: *l. 59. §. vlt. D. pro ſoc.* E MEDIO praecipito, *l. 88. §. 1. D. de legat. II.* [*l. vlt. D. de pecul. leg.* id eſt E MEDIA hereditate: *l. pen. §. 3. D. de legat. II.* Add. Cuiac. *in Scaeuol. Lib. III. Reſponſ. ad d. l. pen. §. 1. de legat. II.*] Ex MEDIO recipias: *l. 18. §. vlt. D. de ann. legat.* De MEDIO ſumito: *l. 41. §. 3. l. 91. §. vlt. D. de legat. III.* id eſt, de MEDIA hereditate ſumito: *l. 88. §. 3. D. de legat. II.* E MEDIO ſumito: *l. 12. D. de condit. et demonſtr.* Tolli de MEDIO, quae in monimenta publica poſita ſunt: *l. 37. D. de iniur.* De MEDIO trahendum tempus. *l. 5. D. vt in poſſeſſ. legat.* ¶ 3. MEDIVM, indifferens, ἀδιάφορον. Sic MEDIA vocat Seneca *Epiſt. LXXXII*, quae ex Stoicorum principiis neque bona, neque mala ſunt, veluti diuitias, honores, formam. [Eleganter eodem ſenſu Ammianus Marcell. *Lib. XIV. p. 24.* MEDIOS *principes* dixit, qui neque boni omnino, et ex voto ſubditorum erant, neque tamen prorſus mali. MEDIVM *virum* Vopiſc. *in Caro Cap. IV.* MEDIVM *ducem* Spartian. *in Aelio Vero Cap. III.* MEDIE moratos Apulei. *Lib. II. de habitud. doctr. Platon. p. 22.*] ¶. 4. Eodem exemplo Grammatici MEDIA vocant vocabula, quae aeque in bonam, ac malam partem accipiuntur. Sic MEDIVM nomen: *l. 3. §. 1. D. de leg. Cornel. de ficar.* id eſt, *τῶν μέσων*, vt loquitur *l. 1. §. 3. D. de ſeru. corrupt.* Ideoque et *boni* vel *mali* adiectione diſtingui ſolent talia vocabula: qualia ſunt *dolus*, *valetudo*, *venenum*. Nam, qui venenum dicit, adiicere debet *bonum* vel *malum*, vtrum *malum*, an *bonum*. *l. 236. D. de verb. ſignif.* Donat. *in Eunuch. Act. II. ſcen. 2. ornatus τῶν μέσων eſt, ad decus* (ſic enim emenda,) *et turpitudinem.* Seru. *in I. Aen. ad v. 661.*

At Citheraea nouas artes, noua pectore verſat Conſilia.

Ars, inquit, *τῶν μέσων eſt. vnde ſine epitheto male ponitur, vt bonas artes, malas artes dicamus.* Idem *in II. Aen. ad v. 152.*

Ignari ſcelerum tantorum, artiſque Pelaſgae.

Ars, inquit, *τῶν μέσων eſt. Ideo adiecit Pelaſgae: fraudulenti enim ſunt habiti.* Sed et *in Aen. I. ad. v. 55.*

Loca foeta furentibus auſtris.

Quia, inquit, *foeta* MEDIVS *ſermo eſt, bene hoc loco epitheto diſcreuit, dicens graues furentibus auſtris, vt bonum facinus, et malum facinus dicimus, et bonum venenum, et malum venenum.* Non. Marcellus: *Malitiam veteres, vt dolum,* MEDIVM *ponendum eſſe duxerunt, quaſi ſit et bona.* Eodemque ſenſu et MEDIAM vocem dixit Gell. *Lib. XII. Cap. 9.* Sed et ¶. 5. Pro moderato vel mediocri accipitur MEDIVM. Sic [*mediae dignitatis index: l. 5. pr. C. Theod. de iis, qui adminiſtr.*] MEDIA ratio: *l. 6. D. de poen.* MEDIA ſententia: *l. 7. §. 7. D. de adqu. rer. dom. §. 25. Inſt. de rer. diuiſ.* MEDIAM viam eligentes. *§. vlt. Inſt. qui et ex quib. cauſſ.* Sic MEDIVM *decretum* apud Liu. *Lib. III. Cap. 13.* Et *Lib. XXXI. Cap. 13. Quod* MEDIVM *inter vtile et aequum erat, decreuit.* Et *Lib. XXXII. Cap. 21. Tamquam* MEDIAM *et tutiſſimam nobis viam conſilii.* Quinctilian. *Lib. IV. Cap. 2. In narratione tamen praecipue* MEDIA *haec tenenda ſit via.* ¶. 6. MEDIA *iuriſprudentia*, lege XII. Tabularum iunior: imperiali autem conſtitutione anterior. *§. 3. Inſt. de legit. adgn. ſucc.* In definitione MEDIAE iuriſprudentiae non conuenit inter eruditos. Sunt qui illam ab Hadriano ad Conſtantinum M. porrigunt, vti Perizon. *ad leg. Vocon. p. 193.* Alii a Cicerone ad Auguſtum, vt Vinc. Grauina *Lib. I. §. XLVI.* alii a Traiano ad Iuſtinianum vſque, veluti Vdalr. Zaſ. *Tomo II. Op. p. 126.* Sed ſimplicius eſt intelligere per MEDIAM iuriſprudentiam illud ius, quod ſine ſcripto interpretationibus diſputationibuſque prudentum inductum eſt, alias *κατ' ἐξοχὴν ius ciuile* dictum, de quo *l. 2. §. 5. D. de orig. iur.* Add. M. Aur. Galuan. *de vſufr. Cap. VI. §. 7. p. 50.* Vnde Theophilus vertit: Οἱ *μετὰ τῶν δυοδεκαδέλτων σοφοὶ, νεώτεροι μὲν ὄντες τῆς ἐκείνα νομοθεσίας, πρεσβύτεροι δὲ τῶν διατάξεων. Iuriſconſulti, lege XII. Tabularum iuniores, ſed anteriores principum conſtitutionibus.* HEIN.

MEL.

MEL esse solemus: *l. 3. §. 2. D. de pen. leg.* MELLA esculenta penui semper cedunt: *l. 3. §. 3. D. de pen. leg.* Si fundi reditus ex MELLE constat: *l. 10. D. de instruct. vel instrum.* Auson. *in Technopaegn. v. 67.*

Quodque cibo et potu placitum labor acer apum,
MEL.

MEL autem venire ex re, eque fronde ac pabulis in vterculos congeri apum, quae id ore vomunt, Plin. *Lib. XI. Cap. 12.* tradit. Vnde

Aerei MELLIS *caelestia dona*

Virgilius *Lib. IV. Georg. v. 1.* adpellat. *Apes* plane, vt Seneca *Epist. LXXXIV.* ait, *flores ad* MEL *faciendum idoneos carpunt, deinde, quidquid attulerunt, disponunt, ac per fauos digerunt, et, vt Virgilius noster ait, liquentia* MELLA *stipant, et dulci distendunt nectare cellas. Verum de illis*, vt subiicit, *non satis constat, vtrum succum ex floribus ducant, qui protinus* MEL *fit, an quae collegerunt, in hunc saporem, mixtura quadam et proprietate spiritus sui, mutent. Quibusdam enim placet, non faciendi* MELLIS *scientiam esse illis, sed colligendi. Quidam existimant, conditura et dispositione in hanc qualitatem verti, quae ex tenerrimis virentium florentiumque decerpserint, non sine quodam fermento, quo in vnum diuersa coalescant.* ¶. 2. Ex MELLE autem est *mulsum*, *hydromeli* et *oenomeli*, de quibus suis locis.

[MELANCHOLICVS, atra bile laborans, et ad tristitiam et austeritatem procliuis. *l. 2. sequ. D. de Aedilit. edict.*]

MELINVM, Suidae μέλινον χρῶμα, *isgino* et *cocco* iungitur. *l. 78. §. 5. D. de legat. III.* [MELINVM autem colorem a Melo, insula, dictum, eumdem esse cum eo, quem Latini giluum, Galli a pallore aurei chryseum adpellant, quique in rubrum quadantenus vergat, arbitratur Alciatus *Lib. I. Parerg. Cap. I.* vbi varias colorum species, eas maxime, quarum in iure fit mentio, expoit.]
☞ De eodem colure MELINO etiam agit Plin. *Hist. Nat. Lib. XXXV. Cap. 6.* Qualis tamen sit ille color, non adeo expedi[illegible]um est, aliis giluum exponentibus, aliis album, aliis luteum. HEIN.

MELIOR, VS, comparatiuus ab adiectiuo *bonus*. Hinc MELIOR, et *deterior* opponuntur. Sic: MELIOR, aut deterior factus ager: *l. 66. §. vlt. D. de euictionib.* MELIOREM agrum facere: *l. 1. §. 1. D. de aqua et aqu. pluu.* MELIOR est caussa consumentis: *l. 24. D. de minorib.* Seruus creditoris MELIOREM caussam domini facere potest: *l. 3. C. de pact.* MELIOR caussa effecta: *l. 12. D. quib. mod. pign.* MELIOR habetur possessoris caussa: *l. 154. D. de reg. iur.* MELIOR caussa mandantis fit: *l. 5. §. vlt. D. mandat.* Neque enim deteriorem caussam nostram facimus, actionem exercendo, sed MELIOREM: *l. 29. D. de nouat.* Actio tributoria, sicut de peculio occupantis MELIOREM caussam facit: *l. 6. D. de tribut.* MELIOR est caussa possidentis: *l. 26. §. vlt. D. de reg. iur.* Quum de lucro duorum quaeritur, MELIOR est caussa possidentis: *l. 126. §. vlt. D. eod. tit.* id est, potior, vt *l. 36. §. vlt. D. de testam. milit.* Si turpitudo dantis et accipientis versetur, MELIOR erit caussa possidentis: *l. 5. D. de calumniat.* MELIOREM caussam praediorum facere: *l. 6. §. vlt. D. de seruit. praed. rustic.* Quantum ad verba SCi attinet, MELIOR est caussa praedonis, quam bonae fidei possessoris: *l. 36. §. 3. D. de heredit. petit.* MELIOR conditio et *deterior* pugnant: *l. 133. D. de reg. iur. l. 17. D. de pact. dotal. pr. Inst. de auct. tut.* MELIOR conditio, fundo in diem addicto, adferri videtur, si pretio quid addatur. Sed etsi nihil pretio addatur, solutio tamen adferatur facilior pretii, vel maturior, vel locus oportunior soluendo pretiu dicatur, vel si persona idoneior, vel quae leuioribus conditionibus emat, et satisdationem nullam exigat, MELIOR conditio adferri intelligitur: *l. 4. §. vlt. D. de in diem addict.* et omnino, quidquid ad vtilitatem venditoris pertinet, pro MELIORE conditione haberi debet: *l. 5. D. eod. tit.* Et ita MELIOREM conditionem accipe in *l. 2. §. 4. D. pro emt. l. 3. D. quib. mod. pign. l. 11. D. quod vi aut clam. l. vlt. D. de iur. fisci*, et apud Plaut *in Captiu. Act. I. scen. 2.* Hoc sensu MELIOREM conditionem adferre aiunt *l. 6. §. vlt. l. 13. §. vlt. l. 14. §. vlt. D. de in diem addict. l. 2. §. 4. D. pro emt.* et adferri: *l. 3. D. de in diem addict.* Si MELIOR conditio adlata sit: *l. 4. §. 1. et §. 6. D. eod tit* MELIORE conditione adlata: *l. 2. D. eod. tit.* Quum constitutio non deteriorem, sed MELIOREM conditionem redimentium, sed si qua meliorem effecerit: *l. 12. §. 7. D. de capt. et postl.* Occupantis MELIOR est conditio: *l. 10. D de pecul. l. 3. D. quod cum eo, qui in alien. pot.* MELIOR erit conditio: *l. 9. §. 5. D. de reb. auct iud. possid. l. 20. §. vlt. D. de bon. poss. contr. tab.* Si MELIORIS conditionis sit, qui dubiae libertatis est, quam qui certae: *l. 24. §. vlt. D. de liber. causs.* Ne MELIORIS conditiunis sit, quam ceteri creditores: *l. 24. D. quae in fraud. cred.* Non debet praedo MELIORIS esse conditionis, quam bonae fidei possessor: *l. 36. §. 3. D. de heredit. petit.* MELIOREM suam conditionem facere: *l. 55. l. 59. D. de pact. l. 8. §. 6. D. de transact. l. 3. l. vlt. D. de nouation.* MELIOREM conditionem suam facere pupillo etiam sine auctoritate tutoris concessum est: *l. 28. D. de pact. pr. Inst. de auct. tut.* Nemo ex suo delicto MELIOREM suam conditionem facere potest: *l. 134. §. vlt. D. de reg. iur.* Suam quidem conditionem MELIOREM facit, aduersarii vero sui deteriorem: *§. 33. v. huic autem. Inst. de act.* MELIOREM furis conditionem esse; *l. 67. §. 1. D. de furt.* Ignorantis inuitique MELIOREM conditionem facere: *l. 53. D. de solut.* MELIOREM meam conditionem feci: *l. 24. D. quae in fraud. credit.* Occupantis MELIOR est conditio: *l. 10. D. de pecul. l. 3. D. quod cum eo, qui in al. pot.* Si MELIOREM alius conditionem obtulerit: *l. 1. C. commun. diuid.* MELIOR conditio offertur: *l. 2. D. de in diem addict.* MELIOREM suam conditionem facere: *l. 55. l. 59. D. de pact. l. 3. l. vlt. D. de nouat.* MELIOREM suam conditionem fieri: *l. 28. D. ad SC. Trebell.* Seneca *de benef. Lib. III. Cap. 7.* *MELIOR videtur conditio caussae bonae, si ad iudicium, quam si ad arbi-*

MEL.

arbitrum mittatur. MELIVS est, id est, longe vtilius, aut commodius: *l. 57. D. de hered. pet. l. 17. D. quod met. causs. l. 3. §. 1. D. de susp. tut. l. 14. §. 1. D. solut. matr. l. 9. §. vlt. D. de pecul.* MELIVS est, in ambiguis pro dote respondere: *l. 70. D. de iur. dot. l. 85. D. de reg. iur.* MELIVS est, in re dubia fauere repetitioni, quam aduentitio lucro; *l. 41. D. de regul. iur.* MELIVS est, sensum magis, quam verba amplecti: *l. 3. §. 9. D. de adim. legat.* MELIVS est, possidere potius, quam in personam experiri; *l. 1. §. 1. D. de superficieb.* MELIVS est, legatarium non lucrari, quam emtorem damno adfici: *l. 14. §. 1. D. de relig. et sumt. fun.* MELIVS est, per mediocritatem caussam dirimere; *l. 7. D. vt legator.* Proficisci proconsulem, MELIVS quidem est, sine vxore; *l. 4. §. 1. D. de offic. procons.* MELIVS est, illud sequi: *l. 17. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* MELIVS erit, in factum actionem his competere: *l. 1. §. 43. D. de vi et vi arm.* MELIVS erit, si non se interponant: *l. 15. §. 7. D. de re iudic.* MELIVS est, agere vel agi: *l. 18. D. de praescr. verb.* id est, tutius; *l. 17. l. 19. l. 24. D. eod. tit.* MELIVS est dicere: *l. 61. D. de iudic. l. 8. D. de noxal. act. l. 3. §. 1. D. de bon. possess. contr. tabul. l. 14. §. 1. D. solut. matrim. l. 40. §. 1. D. de damn. infecti. l. 44. D. de adquir. rer. domin. l. 22. §. 1. D. mandat.* MELIVS est, vt dicamus: *l. 1. §. 5. D. de postuland.* MELIVS esse dico: *l. 19. D. locat.* MELIVS esse dicitur: *l. 2. §. 19. D. de vi bon. rapt.* MELIVS est probare; *l. 14. §. vlt. D. de legat. praestand.* Nec MELIVS aequius esset: *l. 66. §. vlt. D. solut. matrim.* Nec MELIVS aequius esse existimarem: *l. 82. D. de solution.* Sic et in arbitrio rei vxoriae: AEQVIVS *melius*, apud Ciceron. *de Offic. Lib. III. Cap. 15.* Quum ex hac venditione MELIOR factus est adolescens, id est, locupletior: *l. 32. §. 4. D. de admin. et peric. tut.* Si ad MELIOREM fortunam peruenerit: *l. 1. §. 7. C. de rei vxor. act.* MELIORE vel deteriore facto fundo; *l. 28. D. de nouat.* MELIOR habetur possessoris caussa: *l. 154. D. de reg. iur.* Me eloquentia et diligentia tua MELIOREM reddidisti; *l. 27. D. de donat.* In MELIVS reformari: *l. 3. C. commun. vtr. iudic.* [In MELIVS reuocare libertates: *l. 13. C. Theod. de infirm. his, quae sub tyrann. Lib. XV. tit. 14.*] MELIVS visum est: *l. 1. D. de aestim. act.*

MELIORARE, melius quid reddere. Sumtus MELIORATI pretii; *l. 16. C. de praed. et al. reb. min.* MELIORARE proprietatem: *l. 13. §. 5. D. de vsufr.* Impensae quas ad MELIORANDAM rem vos erogasse constiterit. *l. 16. C. de euict.*

MELIORATIO. MELIORATIONES, quae Graecis *ἐμπονήματα* dicuntur: *l. vlt. C. de iur. emphyteut.* Pro faciendis MELIORATIONIBVS. *l. vlt. C. de negot. gest.*

MELIVS, aduerbium *a bene.* MELIVS dicitur: *l. 6. D. quod. fals. tut. auct.* dicetur: *l. 1. §. 38. D. de vi et vi arm. l. 21. §. 1. D. de recept. arbitr. l. 82. D. de legat. II.* MELIVS exspectari oportere: *l. 30. §. 14. D. de fideicomm. libert.*

MEL. MEM.

MELIVS fecerit Proconsul, si fiscali pecuniaria caussa abstineat: *l. 9. D. de offic. proconf.* Cognati MELIVS facerent, si se sumtibus inanibus non vexarent: *l. 1. D. de inoffic. testam.* MELIVS probabitur: *l. 18. D. de excusat.* Puto MELIVS: *l. 11. D. ad leg. Aquill.* MELIVS scripsisset Praetor. *l. 5. D. de re iudic.* MELIVS statuetur: *l. 5. D. de poen.*

[MELLIPROXIMATVS in Constitutione Iustiniani de adiutoribus, quaestoribus, a Franc. Pithoeo edita, quam vocem alias, vt hybridam notat Voss. *Lib. III. Inst. orat. Cap. 2. p. 308.*] Est enim a Graeco *μέλλω*, *futurum est*, et Latino proximatus. De similibus vocabulis e Graeco et Latino compositis, quae apud veteres occurrunt, videndus est Radulph. Forner. *Lib. V. rer. quotid. Cap. 2.* HEIN.

MELLOPROXIMVS vero est, qui insequente anno futurus est proximus scriniorum: *l. 5. l. 7. l. 14. C. de prox. sacr. scrin. Lib. XII.* [*l. 16. l. 17. C. Theod. de prox. comit. dispposit. Lib. VI. tit. 26.*]

MEM.

MEMBRANA est ex genere et numero materiarum ad scribendum aptarum, quae a chartis separatur. *l. 52. D. de legat. III. l. 1. D. de bon. possess. secund. tabul.* et Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 6. §. 10.* Siue in charta, siue in MEMBRANA, siue in quauis alia materia, sint volumina: *l. 52. D. de legat. III.* Si in chartis MEMBRANISue tuis carmen, vel historiam, vel orationem Titius scripserit: *§. 33. Inst. de rer. diuis.* Quae MEMBRANIS, manu eius scriptis, continentur; *l. 102. D. de legat. III.* Plin. *Hist. nat. Lib. XIII. Cap. 11. Varro* MEMBRANAS *Pergami tradidit repertas; postea promiscue patuit vsus rei, qua constat immortalitas hominum.* Idemque *Lib. XX. Cap. 8. Aqua betae siluestris a radice coctae, maculas* MEMBRANARVM *elui*, tradit. Vetus Glossarium: MEMBRANA, διφθέρα. Pers. *Sat. III v. 10.*

Iam liber, et bicolor, positis MEMBRANA *capillis,*
Inque manus chartae nodosaque venit arundo.

Ad quem locum veteres Glossae: *Bicolor*, ait poeta, *quod pars crocea, pars glutinata apud antiquos erat.* MEMBRANAE scriptae, purae, nondum consutae: *l. 52. §. 4. et §. 5. D. de legat. III.* Totas MEMBRANAS inspiciendi describendique potestas fiat. *l. 10. §. 2. D. de edend.* [Horat. *Lib. II. sat. 3.*

Tam raro scribis, vt toto non quater anno
MEMBRANAM *poscas, scriptorum quaeque retexens.*

vbi de phrasi MEMBRANAM *poscere*, vid. Turneb. *Lib. VII. Aduers. Cap. 10.*] ¶. 2. MEMBRANARVM *libros VII.* Priscus Neratius scripserat: [de quibus quaedam notauit Carol. Hannib. Fabrot. *ad Cuiacii paratitla Cod. in prooem*]

MEMBRANEVS, A, VM. MEMBRANEI codices. *l. 52. D. de legat. III.*

MEMBRANVLA. Quae MEMBRA-

BRANVLIS, manu mea scriptis continentur. *l. 102. D. de legat. III.*

MEMBRVM, in humani corporis fabrica quid sit, nemo est, qui nesciat. Poena iniuriarum ex lege XII. Tabularum, propter MEMBRVM ruptum, talio erat. *§. 7. Inst. de iniur.* Si homini MEMBRI quid laceratum sit: *l. 10. D. de Aedilit. edict.* Dominus membrorum suorum nemo videtur. *l. 13. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. MEMBRVM, pro parte aedium et cubiculo interdum vsurpatur. MEMBRO adhaerentia armaria, vel adfixa: *l. 52. §. 6. D. de legat. III.* Si pictor MEMBRVM depinxisset: *l. 13. D. de manumiss. testam.* Plin. *Lib. II. Epist. 17. Cubiculo adhaeret dormitorium* MEMBRVM, *transitu interiacente.* Idem *Lib. V. Epist. 6. Multa in hac* MEMBRA. Columella etiam *Lib. I. Cap. 6.* MEMBRA *villae in tres partes, vrbanam, rusticam, et fructuariam,* diuidit, in eandemque sententiam hoc vocabulo vtitur Apuleius *Lib. VII. de asino aur. p. 188. et Libro III. p. 141.* Sidon. Apollin. *Lib. II. Epist. 2.* Immo ipse Cicero *ad Q. Fratr. Lib. III. Epist. 1.* hoc verbo vsus est. *Neque solet; nisi in his aedificiis fieri, in quibus est atrium maius: nec habere poterat adiuncta cubicula huiusmodi* MEMBRA. Nec aliter Vitruu. *Architect. Lib. III. Cap. vlt.* Gell. *Noct. Attic. Lib. XVII. Cap. 9.* Ad eam vocis notionem pertinent etiam, quae obseruauit Guil. Forner. *Lib. I. Select. Cap. 23.* HEIN.

MEMINISSE, ait Seneca *Epist. XXXIII. est rem commissam memoriae custodire.* MEMINISSE debemus: *l. 1. v. vlt. D. de aqu. quotid.* MEMINISSE oportet: *l. 4. §. vlt. D. de adpellat. l. vlt. D. de furt. l. 5. §. 9. D. de adgnosc. et al. lib. l. 1. C. de poen. l. 4. §. 1. D. de precar. l. 16. D. de manum. vind. l. 37. D. de mort. causs. donat. l. 5. §. 10. D. de nou. op. nunc. l. 7. §. vlt. D. de donat. l. 13. §. 1. D. de institor. l. 6. §. 1. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2. MEMINERIS, formula in rescriptis frequentissima, veluti apud Plin. *Lib. X. Epist. 41. et 43.* Illud MEMINERIMVS: *l. 1. D. quae sent. sin. adpell.* Dummodo MEMINERIMVS: *l. 1. §. 8. D. de Aedil. edict. §. 1. Inst. de suspect. tutor.* Modo vt MEMINERIMVS: *l. 1. §. 5. D. eod. tit.*

MEMOR. MEMOR eorum, quae testamento cauisset. *l. 31. D. de adimend. legat.* MEMOR sum eius sententiae: *l. 20. D. de fideicomm. libert.*

MEMORIALIS. MEMORIALES, non hi modo, qui in scrinio Memoriae, sed et qui in tribus aliis scriniis militabant, adpellabantur. Hi leges, rescripta, constitutiones, excipiebant, perscribebant, implebant, exsequebantur. Denique sacris scriniis peragendisque responsis principum obsecundabant, vt loquitur *l. 11. C. de excusat. mun. Lib. X.* MEMORIALES vtique ad omnia scrinia pertinuisse, ibidemque eos, quam supra diximus, operam dedisse, perspicue colligitur ex *l. 10. C. de proxim. sacr. scrin. Lib. XII.* in qua MEMORIALIVM in sacris scriniis militantium numerum praefinientes Imperatores constituunt in scrinio Memoriae sexaginta duos, in scrinio Epistolarum triginta quatuor, in scrinio Libellorum totidem, et, qui intra eum numerum erant, *statuti* vocantur: *l. 7. l. 11. C. eod. tit.* MEMORIALES, qui in scriniis Memoriae, Epistolarum, libellorum, sacrarumque dispositionum referuntur. *l. 2. C. de priuil. cor. qui in sacr. palat. mil. Lib. XII.* MEMORIALES, qui excipienda huiusmodi rescripta vel implenda curauerint. *l. 2. C. de petit. bon. sublat. Lib. X.* Qui illicite dictata scribere ausi fuerint, cuiuscumque scrinii MEMORIALES, seu pragmaticarii, vel adiutores primicerii, amissione ferientur: *l. vlt. C. de diuers. rescript.* MEMORIALIS cuiuslibet scrinii, qui aduersus vetita rescriptum fuerit exsequutus, spoliatur militia, quinquennii relegatione plectatur: *Nouell. Theodosii et Valentin. de homicid.* Et ita MEMORIALES accipe in *l. vlt. C. de inoff. testam.* de quibus etiam sensit Epiphan. *Lib. III. haeresi 71. §. 1. p. 829. Tomo I.* Latina exceptoris, MEMORIALIVM, et notariorum verba Graecis characteribus effingens hunc in modum: Ἐν οἷς ἐκέλευσαν ταχυγράφοις γράφειν, Ἀνυσίῳ διακόνῳ τοῦ βασιλέως, καὶ Καλλικράτει ἐξκέπτορι, Ῥουφίνου τοῦ ἐπάρχου, καὶ Ὀλυμπίῳ καὶ Νικήτῃ, καὶ Βασιλείῳ, μεμοραλίοις, καὶ Εὐτυχεῖ καὶ Θεοδούλῳ νοταρίοις τοῦ Βασιλέως, καὶ ἐπιστάλη ἐσφραγισμένος τόμος εἰς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον. *Quae a notariis excepta est, Anysio, Imperatoris ministro, et Callicrate, exceptore Rufini, Praefecti, Olympio, Niceta, Basilio, qui erant* MEMORIALES, *Eutyche et Theodulo, notariis. Quibus omnibus perscriptis, tomus vnus obsignatus ad Imperatorem Constantinum missus est.* MEMORIALES autem adiutores fuisse Quaestoris, quorum obsequio res agebatur quaestoria, docet *l. vlt. princ. C. de proxim. sacr. scrin. Lib. X.* [Add. Car. du Fresne *Glossar. Lat. sub voce* MEMORIALIS] ¶. 2. [MEMORIALIA etiam *scripta* dixit Arnobius *Lib. VI. adu. gent. p. 196. antiquas lectionum memorias* Iul. Firm. Matern. *Lib. VI. mathes. Cap. 26.* Galli *memoires* vocant, titulo libellorum, hodie praesertim, valde ipsis familiari.]

MEMORARE. MEMORATAE personae. *l. 5. D. de liber. causs.*

MEMORIA, anteactorum recordatio. MEMORIA conditionis humanae: *l. 27. D. de condit. instit.* In MEMORIAM prioris dignitatis: *l. vlt. D. de decurion.* In MEMORIAM prioris dominii: *l. 18. §. 6. D. de quaest.* Fossa, cuius MEMORIA non exstat: *l. 2. §. 1. de aqu. et aqu. pluu.* MEMORIAE infirmitas: *l. 44. D. de adquir possess.* An operis facti MEMORIA exstet: *l. 2. §. 8. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l. 28. D. de probat.* Cuius origo MEMORIAM excessit: *l. 3. § 4. D. de aqu. quot. et aestiu.* Obseruare ad perennem MEMORIAM *l. 11. C. de quaestion.* Tenere MEMORIA: *l. 2. §. 8. D. de aqu. et aqua pluu.* Testium et signatorum MEMORIA et praesentia ad fidem creditae pecuniae vti: *l. 32. D. de furt.* ¶. 2 MEMORIA, pro honore nominis existimationeque, nec non pro pia recordatione defunctorum vsurpatur. Plin. *Lib. II. Epist. 18. Debeo* MEMORIAE *fratris tui hanc fidem.* Sic: Quod MEMORIAE seruandae gratia exsistat: *l. 2. §. 6. D. de religios. et sumt. fun.* MEMORIAE conseruandae defuncti gratia

MEM.

tia quotannis spectaculum celebrari: *l. 16. D. de vsu et vsufruct. leg.* Traianus Plinio consulenti, vtrum ex testamento Iulii Largi opera facere deberet, quae honori Traiani consecrarentur, an instituere quinquennales agonas, qui Traiani adpellarentur: ita respondit *Lib. X. Epist. 80. Quid potissimum ad perpetuitatem MEMORIAE testatoris faciat, ipse dispice.* Peto fideique committo, vt des praestes in MEMORIAM meam pedissequis meis, quos ad curam templi reliqui, singulis menstrua cibaria: *l. 17. D. de alim. vel cibar. leg.* Luctum habere patris MEMORIAE: *l. vlt. D. de his, qui not. infam.* Propter patris vel matris MEMORIAM, post quinquennium a morte non retractatam. *l. 2. pr. D. ne de stat. defunct.* Hinc decessores suos, vita functos, *augustae* et *diuae MEMORIAE* posterioris saeculi Imperatores adpellant: *l. 11. C. de proxim. sacr. scrin. Lib. XI. l. 7. l. 12. C. Theod. de agent. in reb. l. 7. C. Theod. de prox. comit. dispos.* Diualis constitutio Leonis, augustae MEMORIAE: *l. 10. C. de secund. nupt.* Constitutio diuae MEMORIAE Constantini: *l. 3. C. de legit. tut.* Constitutio Arcadii, DIVAE MEMORIAE: *l. 18. C. de collat.* Constitutio diuae MEMORIAE Theodosii et Valentiniani: *l. 9. C. de repud.* Anastasius diuae MEMORIAE; *l. 23. C. mandati.* Lege Leonis diuae MEMORIAE: *l. 10. C. de pact. conu.* Leo diuae MEMORIAE: *l. 3. C. de quadr. praescript. l. vlt. C. de aedib. priuat.* Lex triumphalis MEMORIAE patris nostri, aiunt Honorius et Theodosius *l. 1. C. si nupt. ex rescript. pet.* ¶ 3. Enimuero eorum, qui maiestatis et perduellionis criminibus post mortem rei agebantur, *MEMORIA damnari* dicebatur. *l. 32. §. 7. D. de donat. int. vir. et vxor. §. 3. Instit. de public. iudic.* Sic: crimine perduellionis illato, MEMORIAM defuncti *damnatam*, proponit Papinianus *l. 76. §. vlt. D. de legat. II.* Quorum MEMORIA post mortem damnata est, vt puta maiestatis, vel alia tali caussa: *l. 6. §. 11. D. de iniust. rupt. irrit.* Si rei MEMORIA propter crimen, quod morte non intercidit, damnata est: *l. 2. C. de testam. manumiss.* Si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc MEMORIA eius damnata: *§. 5. Inst. de hered. quae ab intest.* Plane repetundarum et maiestatis iudicia etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est adhuc, exerceri placuit: *l. 20. D. de accusat.* Vnde Theophilus ad *d. §. 5. Inst. de hered. quae ab intest.* Μετὰ τὴν τελευτὴν ἀπετέθη κατηγορία κατὰ τοῦ τελευτήσαντος, ἐπάγεται τὸ τῆς τυραννίδος ἔγκλημα· τῇ γὰρ τελευτῇ τῶν ἐγκλημάτων ἀποσβεννυμένων, τοῦτο καὶ κατὰ τελευτώντων κινεῖται. *Post mortem mota est aduersus defunctum accusatio perduellionis. Nam quamuis cetera crimina morte reorum exstinguantur: hoc tamen etiam aduersus mortuos exercetur.* Eodemque sensu principum MEMORIA aboleri dicebatur. Sueton. *in Calig. Cap. vlt. Quidam vero sententiae loco abolendam Caesarum MEMORIAM, ac diruenda templa, censuerunt.* Et in adclamationibus Senatus post mortem Commodi apud Lamprid. *in Commodo Cap. XIX. Parricidae gladiatoris MEMORIA aboleatur.* Quod vti quoquo modo fieret, ex his, quae sequuntur, perspicue liquebit. Sueton. *in Domitian. Cap. vlt. Contra senatus adeo laetatus est, vt repleta certatim curia, non temperaret, quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo adclamationum genere laceraret; scalas etiam inferri, clypeosque et imagines eius coram detrahi, et ibidem palo adfigi iuberet: nouissime eradendos vbique titulos, abolendamque omnem MEMORIAM decerneret.* Apud Lampridium *in Commodo Cap. XX.* Seuerus, pontifex, haec pro sententia de Commodi MEMORIA damnanda dicit: *Censeo abolendas statuas, quae vndique sunt abolendae, nomenque ex omnibus priuatis publicisque monimentis eradendum.* Heracliani etiam tyranni MEMORIAM Imperatores ita damnant: *Heracliani vocabulum nec priuatim, nec publice, vlla MEMORIA teneat: l. 13. C. Theod. de infirm. his.* Ergo, damnata cuius MEMORIA eius statuae reuellebantur: Tacit. *Lib. III. Hist. Cap. 13.* Iuuenal. *Sat. X. v. 62.* Herodian. *Lib. I. Cap. 14. Lib. VII. Cap. 7. Lib. VIII. Cap. 5.* Iul. Capitolin. *in Maximino Cap. XXIII.* et *in Gordiano Cap. IX.* Euseb. *Lib. VIII. Hist. eccl. Cap. 13.* Lactant. *de mortib. persequut. Cap. XLII.* Et pictorae rerum testes, tollebantur: Herodian. *Lib. VII. Cap. 2.* et ipsi numi, damnata principum MEMORIA valorem amittebant. Arrian. *Diss. Epictet. Lib. IV. Cap. 5.* Plura de ea MEMORIAE damnatione disserunt Lips. *Excurs. ad Tacit. Annal. Lib. VI.* et Rad. Forner. *Lib II. rer. quotidian. Cap. 17. et 18.* HEIN. ¶ 4. Contra ea illorum, qui illicite damnati erant, quorumque innocentia post mortem purgabatur, MEMORIA *restitui*, dicebatur. Capitolinus *in Pertinace Cap. VI. Reuocauit etiam eos, qui deportati fuerant crimine maiestatis, eorum MEMORIA restituta, qui occisi fuerant.* Vetus Inscriptio: D. M. M. ANTONII ANTIL. LVPIL. . . . . DECEMVIRI. LITIBVS. IVDICANDIS. PRAEFECTI. FER. LATINARVM. CVIVS. MEMORIA PER. VIM. OPPRESSI. IN INTEGRVM. SECVNDVM. AMPLISSIMI. ORDINIS. CONSVLTVM. RESTITVTA EST. Lamprid. *in Commodo Cap. XIX. Innocentium MEMORIAE seruentur.* Vologesum etiam, Persarum regem, magnopere a Senatu petiisse, *vt Neronis MEMORIA coleretur*, Sueton. *in Neron. Cap. vlt.* refert. ¶ 5. MEMORIA, pro Commentariis, in quos referebantur ea, quae ad perennem memoriam pertinebant, aut, quae memoriae ergo litteris mandata adseruari principes curabant, proprio ac speciali scrinio, quod eius rei ergo comparatum erat, MEMORIAE que, seu *sacrae* MEMORIAE dicebatur: quod inter quatuor sacra seu palatii scrinia, de quibus infra *Lib. XVI.* dabitur dicendi occasio, primum locum obtinebat. Atque hoc MEMORIAE scrinium Magistrum habebat, qui MEMORIAE praeesse dicebatur: *l. 11. C. de excus. mun. Lib. X.* Herodian. *Lib. IV. Cap. 8.* Ἦν αὐτῷ τις τῶν ἀπελευθέρων φίλτατος, Φῆστος μὲν ὄνομα, τῆς δὲ βασιλείου μνήμης πρεσβύς. *Erat ipsi libertus omnium carissimus, Festus nomine, imperii MEMORIAE praefectus.* Rufin. *Lib. XI. Hist. eccl. Cap. 16. Interim dictanda aduersus fidem patrum imperialia decreta mandantur Beneuolo, tunc MEMORIAE scriniis praesidentis,* qui Beneuolus in eius capitis inscriptione MAGISTER MEMORIAE adpellatur. Sane Magister MEMORIAE, vt Marianus *in Notitia* tradit, *adnotationes omnes dictabat, emittebat, atque respondebat tamen et precibus. Magister vero Epistolarum legationes ciuitatum, et consultationes et preces tractabat.* Ma-

gi-

gistros certe supplicantibus responsa praebuisse, itemque Imperialia responsa dictasse, adparet ex *l. vlt. C. de diuers. rescript.* et *Nouella Theodos. et Valentin. de homicid.* Et ideo isti scriniorum magistri quodammodo Imperatoriae maiestati adsidere videbantur. *l. 1. C. de magistr. scrinior. Lib. XII.* A MEMORIA autem et *epistolis* interdum libertos principes habuere, vt illa, quae modo adduxi, Herodiani verba testantur. Postea iurisperiti, qui circa principem occupati erant, his partibus functi sunt. Spartian. *in Pescen. Nigro Cap. VII.* de Paullo et Vlpiano agens: *At postea quum vnus ad memoriam, alter ad libellos paruisset, statim praefecti facti sunt.* Lampridius *in Alexandro Cap. XXXI. Meridianas horas subscriptioni et lectioni Epistolarum semper dedit operam, ita, vt ab Epistolis, a libellis, et a* MEMORIA *semper adsisterent. Nonnumquam etiam, si stare per valetudinem non possent, sederent, relegentibus cuncta librariis, et iis, qui scrinium gerebant, ita, vt Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum, sed ex eius sententia, qui disertior habebatur.* In illo vtique MEMORIAE scrinio, praeter MAGISTROS etiam *memoriales* stato numero, nec non *antiquarios* et *laterculenses* operam nauasse, patet ex *l. 10. l. 13. l. vlt. C. de prox. sacr. scrin. Lib. X.*

MEN.

MENDACIVM, ait D. Augustinus *Libro ad Consent. Cap. 12. est falsa significatio vocis, cum intentione fallendi.* Quae verba ex eo referuntur a Gratiano in *can. XXII. Causs. 5. quaest. II.* Conuincendi MENDACII gratia: *l. 18. §. 3. D. de quaestion.* Hanc MENDACII poenam feret, quod in solidum conuenitur: *l. 11. §. 3. D. de interrog. in iur. fac.* Si paterfamilias se mentitus est, etiamsi facere non possit, conueniendus propter MENDACIVM: *l. 4. D. quod cum eo.* ob MENDACIVM: *l. 10. D. de fideic. libert.* Siue in iuris narratione MENDACIVM reperiatur, siue in facti, siue in tacendi fraude: *l. 2. C. si contra ius.* MENDACIO dicentis: *l. 6. D. ad municipal.* Cum qua sine MENDACIO vixi. *l. 35. D. de aur. arg. legat.*

MENDAX, mentiens. MENDAX precator: *l. 5. C. si contra ius.* MENDAX scriptura: *l. vlt. C. si pign. conuent.* MENDAX seruus. *l. vlt. D. de Aedilit. edict.* Seru. *in II. Aen. v. 80. Vanus est, qui etiam sine vtilitate mentitur:* MENDAX, *qui etiam ad decipiendum.*

[MENDICITAS. Subeundae MENDICITATIS consilium: *l. vn. C. Iust. et Theod. de mendic. valid. Lib. XI. tit. 25.* et *Lib. XVI. tit. 18.* MENDICITAS *incepta, ibid.* vbi Codex Iustinianeus *incerta* habet. Sed nihil videtur mutandum, dicique *inceptam* MENDICITATEM eam putat Iac. Gothofredus, quam cuiusdam professionis genere quidam occipiunt, adfectant, et sequuntur.]

MENS, interdum significat intellectum, et animi iudicium, quo furiosi, dementes et insani carent. Lactant. *Lib. VII. Cap. 12. Non idem est* MENS *et* ANIMA: *aliud est enim, quo viuimus: aliud, quo cogitamus. Nam dormientium* MENS, *non anima sopitur, et in furiosis exstinguitur* MENS: *anima manet.* Cicero *de offic. Lib. I. Cap. 30. Hominis autem* MENS *discendo alitur, et cogitando semper aliquid aut inquirit, aut agit, videndique et audiendi delectatione ducitur.* Vetus Glossarium: MENS διάνοια, νοῦς. ¶. 2. Ad hanc MENTIS notionem pertinent loquutiones: MENTE agitare: *l. 7. D. de supell. leg.* Si quis MENTEM alicuius medicamento alioue quo alienauerit: *l. 15. D. de iniur.* In eo furore esse, vt continua MENTIS alienatione omni intellectu careat: *l. 14. D. de offic. praesid.* MENTE captus, cui sana et integra MENS non est, quod etiam morbi vi quandoque accidit. Quum in valetudinem aduersam incidisset, MENTE captus tabulas incidit. *l. vlt. D. de iniust. rupt. irrit.* Si a Praetore detur curator MENTE capto: *l. 45. §. 2. D. de excusat.* MENTE captum donare non posse: *l. 23. §. vlt. D. de donat.* Si contra decretum praesidis fundus MENTE capti etiam ab adgnato eius tibi pignori nexus est: *l. 2. §. vlt. D. de curat. furios.* Virum vxori, MENTE captae, dari tum oportet: *l. 14. D. eod. tit.* Festus: MENTE *captus dicitur, quum* MENS *ex hominis potestate abiit. Et idem* DEMENS, *qui de mente sua decesserit, et* AMENS, *qui a mente abierit.* Compos MENTIS non esse dicitur, qui furore laborat: *l. 27. D. de condit. instit. l. 3. C. de curat. furios.* Si a furioso, quum eum compotem MENTIS esse putarem, pecuniam quasi mutuam acceperim: *l. 24. D. de oblig. et act.* Si furiosus, priusquam MENTIS compos factus fuerit, decesserit: *l. 2. §. 11. D. ad SC. Tertull.* Compos MENTIS non est furiosus: *l. 20. §. 4. D. qui testam. fac. poss.* Compotibus MENTIS: *l. 16. D. eod. tit.* Integra MENTE et valetudine: *l. vlt. D. de iniust. rupt. irrit.* Cic. Tusc. *Lib. III. Cap. 5.* Quum non integra MENS est, et sana. MENTIS integritas: *l. 8. D. qui testam. fac. l. 1. C. de condit. in publ. Lib. X.* Sanum MENTE, licet aegrum corpore, recte transigere, manifestum est: *l. 27. C. de transact.* Sanae MENTIS homo: *l. 43. D. de vulg. et pupill. subst.* An sanae MENTIS fuerit: *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiest.* Vt videatur ille quasi non sanae MENTIS fuisse: *l. 5. D. de inoffic. testam.* Quasi non sanae MENTIS fuerunt: *l. 2. D. eod. tit.* MENTIS sanae factus sit: *l. 4. D. de tribut. act.* Iuuenal. *Sat. X.*

Optandum est, vt sit MENS *sana in corpore sano.*

Suae MENTIS *esse*: Cicero *in Pison. Cap. XXI.* Suae MENTIS effectus: *l. 39. D. de iudic.* id est, qui sanitatem MENTIS recepit, vt loquitur *l. 1. D. de curat. furios.* ¶. 3. MENS alias pro voluntate, intentione, animo, adfectu, cogitatione ponitur. MENS dicentis prior, atque potentior est, quam vox: *l. 7. D. de supell. leg.* Non eam MENTEM habet, vt *l. 38. D. de adqu. possess.* Ea MENTE, qua: *l. vlt. D. de donat. int. vir. et vx.* Ea MENTE, vt: *l. 1. D. de donat. l. 41. D. de adqu. rer. domin. l. 19. D. de recept. arbitr.* MENTEM eius fuisse, vt: *l. 7. D. de manum.* Non eam MENTEM habet, vt: *l. 38. D. de adquir. vel amitt. poss.* Hac MENTE, vt: *l. 15. §. vlt. D. de trit. vin. ol. l. 37. D. ad SC. Trebell.* MENS legantis: *l. 33. D. de aur. arg. legat.* Quum alia MENS sit legantis: *l. 5. D. de liberat. leg.* MENS patrisfamiliae;

fiae: *l. 50. §. vlt. D. de legat. I.* [MENS perfida Eunomiorum: *l. 25. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* MENS polluta et profana: *l. 26. C. Theod. eod. tit.* MENTE praedonis res adprehendit: *l. 25. §. 5. D. de hered. petit.* Nisi forte aliud tempus vel MENTE, vel verbis testator praestituit: *l. 1. D. de pen. leg.* Ex MENTE pronunciantis accipitur: *l. 28. §. vlt. D. de verb. sign.* Qua MENTE deponatur res: *l. 39. D. de adquir. possess.* Qua MENTE ductus: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpill.* MENTEM serui esse quaerendam: *l. 2. §. 12. D. pro emt.* Testatoris MENTEM respiciendam: *l. 29. D. de hered. instit.* [In excidium MENTIVM sacrilegarum leges statuere: *l. 41. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*] MENS est substituendum: *l. 36. D. de oper. libert.* MENTEM testantis et *figuram verborum* sequi, oppoountur. *l. 116. D. de verb. signif.* Si MENS testantis adpareat: *l. 50. D. de legat. III.* Nisi haec fuit MENS testantis: *l. 25. §. 11. D. de aur. arg. leg. l. 9. D. de trit. vin. ol. l. 24. D. de vulg. et pupill. subst. l. 17. D. de reg. iur.* id est, nisi sit contraria voluntas, vt *l. 15. §. 6. D. de vsufr.* MENTEM testantis eam vel hanc esse: *l. 3. §. 1. D. de trit. vin. ol. l. 20. D. de hered. instit.* Quia haec MENS testatoris fuisset: *l. 40. §. vlt. D. de cond. et demonstr.* Nisi alia MENS testatoris probetur: *l. 25. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* Nisi euidens alia MENS probaretur testatoris, aliud sentientis: *l. 49. §. 3. D. de legat. I.* Neque MENTEM testatricis eam esse: *l. 44. D. de manumiss. testam.* MENTIS trepidatio: *l. 1. D. quod met. causs.* ¶. 4. MENS, pro sententia. Sic contra MENTEM constitutionis: *l. 12. §. 8. D. de capt. et postlim.* Ex MENTE legis, *l. 47. D. solut. matr.* id est, ex sententia, vt *l. 24. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. l. 3. C. eod. tit.* Ex MENTE legis XII. tabularum: *l. 90. D. de verb. signif.* MENS orationis: *l. 32. §. 16. D. de donat. int. vir. et vxor.* Ex MENTE praetoria: *l. 20. §. 1. D. de bon. poss. contr. tab.* MENS Senatus: *l. 41. §. 12. D. de legat. I. l. 7. §. 4. D. de SC. Maced. l. 25. §. 5. D. de heredit. petit. l. 41. D. de vsu et vsufr. leg. l. 36. §. 1. D. de fideic. libertat.*

MENSA. MENSAS non vnius materiae luxuria in supellectilem Romanam inuexit, vt colligitur ex libris nostris, in quibus memorantur MENSAE argenteae: *l. 28. D. de aur. arg. aer.* MENSA, argento cooperta, pro solida vendita: *l. 41. §. vlt. D. de contr. emt.* MENSAE argento inclusae: *l. 9. §. 1. D. de supell. leg.* MENSAE citreae: *l. 21. §. 2. D. de act. emt. vend.* de quibus supra *Libro III.* diximus. MENSAE Delphicae: *l. 3. D. de supell. leg.* MENSAE eboreae: *l. 12. §. 28. §. 43. D. de instr. vel instr. leg.* Praeterea MENSAE inauratae, inargentatae atque gemmatae stringuntur *l. 3. §. 3. l. 9. §. 1. D. de supell. leg.* Et ex ebore atque testudine, et ex argento et auro etiam atque gemmis supellectili suis temporibus vsos esse, Celsus queritur. *l. 7. D. eod. tit.* Quem sui saeculi luxum carpere in animo habuit Iuuenalis *Sat. I. v. 138.* quum ait:

Vna comedunt patrimonia MENSA.

vt recte vetus Interpres sensit, qui verba haec sic explicat: *MENSA, id est, MENSIS citreis, quas antiquitus magno in pretio habebant, aut de ebore.* MENSAE cuiuscumque materiae: *l. 9. D. de supell. leg.* MENSAE pedem adiicere: *l. 33. §. 1. D. de rei vindic.* MENSAE trapezophora. *l. 3. pr. D. de supell. leg.* ¶. 2. MENSA, pro conuiuio. Sic per MENSAM manumissum esse seruum, ὅτε συνεστιαθῆναι ἐπὶ ἐλευθερίας δόσει προσέταττον τῷ οἰκέτῃ, *quum libertatis dandae gratia seruum conuiuio adhibebant*: tradit Theophilus *ad §. vlt. Inst. de libertin.* Vetus Glossarium: Per MENSAM libertas, ὅταν συνεστιαθῆναι μοι κελεύω τὸν δοῦλόν μου: *quando mecum conuiuari seruum meum iubeo.* Quod autem Theophilus ait per MENSAM, hoc in *Epitome Instit.* Caii *Lib. I. tit. §. 2.* dicitur *conuiuii adhibitione manumitti.* Sic MENSAE honore a patronis manumissos adfectos esse, Tertullian. *de carn. resurr. Cap. LVII.* tradit. ¶. 3. Est et MENSA argentaria, *l. 4. D. de edend.* Vnde MENSAE negotium: *l. 77. §. 16. D. de legat. II.* MENSA numularia: *l. vlt. D. de instit. act.* MENSA olearia: *l. 1. et rubr. C. Theod. de mens. olear.* MENSARVM praepositi, apud Iul. Firm. Mat. *Lib. III. Mathes. Cap. 8.* Qui pecuniam apud MENSAM fidem publicam sequuti, deposuerunt: *l. 24. §. 2. D. de reb. auct. iud. poss.* Rationes MENSAE: *l. 47. §. 1. D. de pact. l. 5. D. de instit. act.* MENSAE scriptura. *l. 27. D. de furt.* Gell. *Noct. Lib. XIV. Cap. 2. Nouell. CXXXVI. Cap. 4 sequ.* Donat. *in Terent. Adelph. Act. II. scen. 4. et Phorm. Act. V. scen. 8.* [De harum MENSARVM rationibus, variisque quae eo pertinent, loquutionibus disserit Io. Fridr. Gronou. *Lib. IV. Obseru. Cap. 24.*] Nos addimus, has mensas suis quasque parasemis et cognominibus distingui consueuisse. Hinc apud Reines. *Inscr. 4. Class. IV.* occurrit Q. Aufidius, MENSARIVS TABERNAE AEGENTARIAE AO SCVTVM CIMBRICVM. Alias MENSAS a prouinciis tulisse nomen, argumento est TABVLARIVS A RATIONIBVS MENSAE GALLIARVM, apud eumdem *Class. IX. Inscr. 75.* HEIN.

MENSARIVS, numularius. Vetus Glossarium: MENSARIVS, τραπεζίτης. Paulius ex Festo: MENSARII, *numularii.* Sueton. *in Aug. Cap. IV. Nerulonensis MENSARIVS.* Iul. Capitolin. *in M. Anton. Cap. IX.* Leges de MENSARIIS et auctionibus tulit. [Plura de his trapezitis vel MENSARIIS, dixit Turneb. *Lib. XX. Aduers. Cap. 28.*] Immo omnium aliorum industriam longe superauit magnus rei vsurariae et foenebris veterum interpres, Claud. Salmasius *libris eruditissimis de vsuris, de modo vsurarum, et de foenore trapezitico.* HEIN. ¶. 2. MENSARIOS etiam *triumuiros* et *quinqueviros* apud Liuium inuenio. Sic enim ille *Lib. VII. Cap. 21. Solutionem aeris alieni in publicam curam conuerterunt, quinqueuiris creatis, quos MENSARIOS, a dispensatione publicae pecuniae adpellarunt.* Idem *Lib. XXIII. Cap. 21. Romae quoque propter penuriam argenti Triumuiri MENSARII, rogatione Minucii Tribuni pleb. facti.*

MENSIS triginta diebus constat, vt ex *l. 11. D. de stat. hom.* et *l. 3. §. vlt. D. de suis et legit. hered.* patet. Sicubi tamen lex duorum MENSVM facit mentionem, etiam qui sexagesimo et primo die venerit, audiendus est: *l. 12. D. de regul. iur.* DVVM MENSVM, id est, *mensium* etiam *l. 7. §. 11. D. de ad-*

de admin. et peric. tut. et curat. [Ita et Ouid. *Lib. VIII. Metamorph. v. 550.*

Et quos sustinuit bis MENSVM quinque labores.

Vid. Priscian. *Lib. VII. p. 771. edit. Putschii.*] Sunt qui haec verba apud Ouidium sollicitant, leguntque: *menses bis quinque labores.* Sed praeterea quod iam Priscianus hanc formam in libris suis inoenit: ipse Ouidius et alibi ita loquitur, veluti *Lib. I. Fastor. v. 187.*

Cetera pars MENSVM quartis est edita Nonis.

Et *v. 424.*

Nec tu dux MENSVM, Iane biformis, eras.

Seneca tragoedus *in Phoeniss. v. 535.*

Per decem MENSVM vteri labores.

MEIN. Sed et obseruandae loquutiones: Continui quatuor MENSES: *l. 38. D. de excusat.* Sex MENSIVM continuum tempus: *l. 5. §. 19. D. vt in possess. legat.* Sex MENSIBVS exactis: *l. 35. §. vlt. D. de negot. gest.* Sex menses vtiles: *l. 55. D. de Aedil. edict. l. 29. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* Si quis mihi ex filio nepos, siue qua neptis post mortem meam in decem MENSIBVS proximis, quibus filius meus moreretur, natus, nata erit: *l. 29. D. de lib. et postum.* Ac plane totidem mensibus mulierem vterum gestasse, palsm est. Gell. *Lib. III. Cap. 16. Et multa opinio est, eaque iam pro vero accepta, postquam mulieris vterus concepit semen, gigni hominem septimo rarenter, numquam octauo, saepe nono, saepenumero decimo* MENSE. *Eum esse hominem gignendi finem, decem MENSES, non inceptos, sed exactos. Idque Plautum, veterem Poetam, dicere videmus in comoedia Cistellaria, his verbis;*

Tum illa, quam compresserat,
Decimo MENSE exacto, hic peperit filium.

Varro *in mysteriis*, vti est apud Non. Marcellum: *Nascimur spissius, quam emorimur: vix duo homines decem MENSIBVS edolatum vnum reddunt puerum.* Notum est illud Virgilii *in Bucol. Ecl. IV. v. 61.*

Matri longa DECEM tulerunt fastidia MENSES.

Plinius vtique partus gerendi tempus vsque ad initia decimi vndecimique mensis *Libro VII. Cap. 5.* definit. Vide et de hac re Censorin. *de die nat. Cap. VII.* [Pluribus etiam ex recentioribus de iusto partus tempore egit Hadr. Turneb. *Lib. IV. Aduersar. Cap. 21. p. 124.*] At multo maiore cum adparatu tum veterum sententias, cum varias de iusti partus humani tempore leges exposuit Carolus Hannib. Fabrotus singulari dissertatione, quae inter *Exercitationes XII.* iunctim editas prima est, recusa in *Thesauro iur. ciuil. Tomo III. p. 1149. sequ.*

MENSIVS, A, VM. MENSIA *lex* ex alterutro parente peregrino natum deterioris conditionem sequi iussit, vt est apud Vlpian. *Reg. tit. V. §. 8.* [Qua parte naturae legi derogauit, secundum quam, qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequitur. *l. 24. D. de stat. hom.* vbi LEX SPECIALIS vocatur lex MENSIA, ceu obseruauit Barn. Brisson. elegante *libello de iure connub. p. 119.*] Ipsi de ea lege plura diximus in *Comment. ad leg. Iul. et Pap. Popp. Lib. II. Cap. 9. §. 5. p. 225.* vbi ostendimus, illi SC. eatenus fuisse derogatum, vt si ciuis Romana Latino nupserit, liberi, qui ex ea nascantur, matris sequantur conditionem, et iura Quiritium consequerentur, de eoque SCo Cuiacii sententiam contra Marc. Vertran. Maurum defendimus. De origine legis MENSIAE *ibidem p. 227.* ita diximus sententiam: *Ast quando lata sit LEX MENSIA, tam obscurum est, vt ne familia quidem MENSIA apud veteres celebretur. Non ignoti sunt METTII, MESTRII, quos et MENSTRIOS dictos esse*, Reinesf. *Class. XV. Inscr. 24. obseruat, ac denique MESSII. Sed MENSIAE familiae vix vola vel vestigium vsquam occurrit, idque permouit, ni fallor*, Ant. Augustinum, *vt in libello de legib. et SC. p. 1239. Tom. II. Thesaur. Graeu. hanc legem non MENSIAM, sed MESSIAM adpellandam existimarit. Rem tamen, vtpote incertam, ego aliorum indagini relinquere malim.* MEIN.

MENSOR, eum, qui mensuram agit, significat, in *rubr. D. si mensor fals. mod.* et *l. 4. §. 1. D. fin. regund.* Ouid. *Lib. I. Metam. v. 136.*

Cautus humum longo signauit limite MENSOR.

Ad officium de finibus cognoscentis pertinet, MENSORES mittere, et per eos dirimere ipsam finium quaestionem; *l. 8. §. vlt. D. fin. regund.* Terminos per MENSOREM declarari praeses iubet: *d. l. 8. in princ. D. fin. regund.* ¶. 2. Tales praeter agrimensores erant MENSORES aedificiorum apud Gruter. *p. DCXXIII.* Reinesf. *Class. IX. Inscr. 8.* Plin. *Lib. X. Epist. 28. Dispice, domine, an necessarium putes, mittere huc MENSOREM. Videntur enim non mediocres pecuniae posse reuocari a curatoribus operum si mensurae fideliter agentur.* Cui *Epistola 29.* respondens Traianus: *MENSORES* inquit, *vix etiam iis operibus, quae aut Romae, aut in proximo fiunt, sufficientes habeo.* ¶. 3. Erant et MENSORES frumentarii: *l. 26. D. de excusat.* MENSORES, qui vel frumenta modio metiebantur, vel iustis aestimationibus colligebant, quanta haberentur in condito: *l. 1. C. de condit. in publ. horr. Lib. X.* Frumentum probare: MENSORVM fraudem coercere; *l. 12. §. vlt. D. de re milit.* Cuiusmodi MENSORVM olim certum fuisse corpus adparet ex *l. 10. §. 1. D. de vacat. et excus. mun.* et inscriptionibus antiquis, veluti apud Gruter. *p. CCCCLXIV, 1.* ¶. 4. Erant et MENSORES machinarii, *l. vlt. D. si mens. fals. mod.* qui et MENSORES MACHINARVM dicuntur apud Gruter. *p. XCIX, 1.* et Reinesf. *Class. VII. Inscr. 16.* ¶. 5. Plane in *l. vlt. D. de iur. immunit.* in qua de militatibus muneribus agitur, MENSORES cum Vegetio *Lib. II. Cap. 7.* interpretari possumus, qui castris ad podismum dimetiuntur loca, in qoibus milites tentoria figant. Leo Imp. *in libro de bellico adparatu Cap. IV.* Μήνσορες δὲ λέγονται, ἤτοι οἱ τὰ Φοσσάτα μετρῶντες, καὶ καθιστῶντες, ἃς μινσωράτωρας νῦν καλῶσι. *MENSORES vero dicuntur, qui fossata metiuntur, et faciunt, quos hodie MENSVRATORES adpellamus:* quamquam et mensores frumenti in ea lege intelligi, nihil prohibet, de quibus agitur in *l. 12. in fine D. de re milit.* et *l. vlt. D. de adpellat. recip.* ¶. 6. Praeterea MENSORES in comitatu principum fuisse, indicat *l. 1. C. de mensor.*

for. et l. vlt. C. de diuerf. offic. Lib. XII. quo nomine vtrobique *metatores* fignificantur. Id adeo ex eo liquet, quod MENSORES iftos *manu fua deputatas fingulis quibusque domos enotaffe, et poftibus hofpitaturi nomen adfcripfiffe*, traditur, in *l. 1. C. de metat. et epidemet. Lib. XII.* quod hodieque ab his, qui *Marefchalli hofpitiorum*, et *fourerii*, non tam patrio noftro, quam Germanico, idiomate dicuntur, fieri folet.

MENSTRVVS, A, VM, quod fingulis menfibus fit, vel praeftatur. Sic: MENSTRVA alimenta: *l. 1. C. de fideic.* MENSTRVA ciboria: *l. 17. D. de alim. et cibar.* praeftet MENSTRVOS denarios quinque: *l. 30. D. de adim. legat.* denarios fenos: *l. 28. pr. D. de liber. leg.* denarios denos manumiffis legauit: *l. 27. §. vlt. D. quand. dies legat.* MENSTRVA fideicommiffa: *l. 101. §. vlt. D. de condit. et demonftr.* MENSTRVVM frumentum atque vinum: *l. 9. D. de alim. et cib. leg.* MENSTRVA merces: *l. 20. §. vlt. D. de manumiff.* Si Stichus fexagenos MENSTRVOS numos non praeftiterit: *l. 40. §. 2. D. de ftatulib.* MENSTRVA onera: *l. 8. D. de alim. et cibar. leg.* ¶. 2. Sed et fubftantiue MENSTRVVM vfurpatur pro eo, quod per fingulos menfes praeftatur, vt loquitur *l. 8. §. 6. D. de transact.* feu *quot menfibus*, vt eadem *l. 8. §. 24. et l. 12. §. 6. D. quand. dies leg. ced.* In primis eo nomine venit, quod in fingulos menfes alimentorum vel cibariorum nomine praeftatur: *l. 15. D. de donat. int. vir. et vxor.* Si quid mifericordiae cauffa ei fuerit relictum, puta MENSTRVVM, vel annuum, alimentorum nomine. *l. 6. D. de ceff. bonor.* Siue annua, fiue MENSTRVA ei relinquantur: *l. 8. §. 24. D. de transact.* Libertis alimentorum nomine MENSTRVA decem legauerat: *l. 18. pr. D. de alim. vel cib. leg.* [MENSTRVOS decem dari voluit: *l. 18. §. 1. D. eod. tit.*] Omnibus libertis MENSTRVOS feptem legauit: *ibidem.* ¶. 3. MENSTRVVM et pro falario, in fingulos menfes, dixit Caffiodorus *Lib. I. Variar. Cap. 32. 33.* et MENSTRVVM *folidum*: *ibidem.* [Sic et MENSTRVA foluere apud Salluft. *Hift. IV. p. 991. edit. Cortii.* id eft, facra, quae quoque menfe facienda funt, foluere. Vid. Turneb. *Lib. XV. Aduerf. Cap. I.*]

MENSVLARIVS, *l. 47. §. 1. D. de pact. l. 24. §. 2. D. de reb. auct. iud. poffid.* id eft, numularius, vt colligitur ex coniunctione *l. 24. §. 2. cum l. 7. §. 2. D. depofit.* Nam qui illic MENSVLARII, hic *numularii* adpellantur. Vtroque autem nomine fignificantur, qui menfam numulariam exercent, vt loquitur *l. vlt. D. de inftit. act.*

MENSVRA, modus rei. MENSVRA aedificii: *l. 3. §. vlt. D. fi menf. falf. mod.* MENSVRAE aequae, et contra *iniquae*, fiquis MENSVRAS comluxerit, easque magiftratus, (id eft, Aedilis, vt paullo poft eum vocat,) frangi iufferit, fiquidem iniquae fuerunt. Quod fi aequae funt: *l. 13. §. 8. D. locat.* Iuuenal. *Sat. X. v. 101.*

Et de MENSVRIS ius dicere, vafa minora
Frangere pannofus vacuis Aedilis Vlubris.

MENSVRA agri: *l. vlt. §. 25. D. de mun. et honor. l. 2. D. fi menf. falf. mod. l. 36. §. vlt. D. ad municipal.* MENSVRAM agri agere: *l. 2. D. fi menf. falf. mod.* Plin. *Lib. II. Cap. 1.* *Quafi vero MENSVRAM vllius rei poffit agere, qui fui nefciat.* Plin. Secundus *Lib. X. Epift. 28.* Si MENSVRAE *fideliter agentur.* Res, quae MENSVRA confiftunt: *l. 2. §. 1. D. de reb. cred.* Quae MENSVRA conftant: *l. 35. §. 5. D. de contr. emt. l. 1. D. de condict. tritic.* Quae MENSVRA continentur: *l. 2. §. 3. l. 6. D. de rei vindic. l. 47. D. de legat. I.* Qui falfas MENSVRAS habuit: *l. 6. §. vlt. D. de extraord. crim.* Propter falfum MENSVRARVM modum: *l. 37. D. de poen.* MENSVRA frumenti: *l. 5. §. vlt. D. fi menf. falf. mod. l. 32. D. de leg. Corn. de falf.* MENSVRA fundi: *l. 40. D. de contr. emt.* Priusquam MENSVRA fundi fieret: *l. 10. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend.* Si venditor MENSVRAS publice probatas vini, frumenti, vel cuiuslibet rei, corruperit: *l. 32. D. de leg. Corn. de falf.* MENSVRA eo non proficit, vt aut plus, aut minus veneat, fed vt adpareat, quantum ematur. *l. 34. §. 5. D. de contr. emt.* In opere nouo tam foli, quam coeli MENSVRA facienda eft: *l. 21. §. 2. D. quod vi aut clam.* Si res MENSVRA valeat: *l. 1. §. 7. D. ad leg. Falcid.* Cuius generis funt frumentum, vinum, oleum. MENSVRAM autem olei *metretis*, vini *amphoris*, frumenti *modiis* factam, Caius docet in *d. l. 34. §. 5. D. de contr. emt.* Quibus MENSVRIS negotiatores vina compararent, in contrahentium poteftate effe: *l. 71. D. de contr. emt.* MENSVRA vini. *l. 1. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend. l. 2. C. eod. tit. l. 34. §. 5. l. 71. D. de contr. emt. l. 3. §. 1. D. de trit. vin. al.*

MENTIO. Vt bonae fidei MENTIO fiat: *l. 11. §. vlt. D. de dol. mal.* Qui edictum concepit, commodati fecit MENTIONEM: *l. 1. D. commod.* Vt doli MENTIO fiat: *l. 34. §. vlt. D. vfufruct. quemadm. cau.* MENTIO fit in edicto: *l. 4. §. 3. D. de alien. iud. mut. cauff. fact.* Fundi debiti MENTIONEM fecit: *l. 25. D. de liberat. legat.* Detracta fundi MENTIONE: *l. 1. §. 4. D. de hered. inft.* Quorum hoc teftamento MENTIONEM habui: *l. 5. D. de reb. dub.* Ventris non habuit MENTIONEM, *l. 36. §. 2. D. de milit. teft.* id eft, filentio illum praeteriit: vt *l. 41. §. 3. D. eod. tit.* Actiones, quae doli vel fraudis habent MENTIONEM: *l. 5. D. de obfequ. parent. et patr.* Qui ea fecerit, quorum fupra MENTIONEM habuimus: *l. 7. D. de inoffic. teft.* Familiae MENTIO habita: *l. 1. §. 11. D. de vi et vi arm.* Non habita MENTIONE mandatoris: *l. 23. D. de iur. fifci.* Si ab altera duntaxat parte heredis MENTIO comprehenfa fuerit: *l. 49. §. vlt. D. de recept. arbitr.* Sine ignominiae MENTIONE: *l. 13. §. 3. D. de re milit.* Quamquam litis conteftatae MENTIO fiat in SCo: *l. 25. §. 7. D. de hered. petit.* Vbi lex duorum menfium fecit MENTIONEM: *l. 101. D. de reg. iur.* [MENTIO futurarum nuptiarum: *l. 1. D. de fponfal.* Vbi MENTIO ex fententia Hotomani *Lib. de fponfal. Cap. I.* idem, quod Graecis μνηστεία vel μνηστύς.] Si non fit fpecialiter facta partis MENTIO: *l. 43. D. de vfufr.* In traditione non fecit MENTIONEM feruitutis: *l. 35. D.* feru.

de seru. vrban. praed. Cur traditionis et vsucapionis MENTIONEM fecit praetor. *l. 1. D. de Public. in rem act.*

MENTIRI, et mendacium dicere differunt. Gell. *Lib XI. Cap. 11. Inter mendacium dicere et MENTIRI distat. Qui* MENTITVR, *ipse non fallitur, sed alterum fallere conatur: qui mendacium dicit, ipse fallitur. Item qui* MENTITVR, *fallit, quantum in se est; at qui mendacium dicit, ipse non fallit, quantum in se est.* [Addatur Cuiac. *in Papinian. ad l. vlt. D. de publ. iud.*] Si venditor de artificio serui MENTITVS sit: *l. 13. §. 4. D. de act. emt. vend.* MENTITVS de artificio serui, vel peculio: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 17. §. 5.* Qui in computatione, vel in ratione MENTIVNTVR: *l. 32. D. de leg. Corn. de fals.* Si aduersarius, vel ipse procurator dicat, dominum MENTIRI: *l. 25. D. de procurat.* Si MENTITVS dominus, ne a magistratibus castigaretur, dixit, esse liberum: *l. 17. D. qui et a quib.* Suspectiores eosdem facit ob MENTIENDI facilitatem; *l. 15. D. de quaestion.* Quod et plura et grauiora de impubere MENTIATVR: *l. 1. §. 5. D. de Carbon. edict.* MENTIENDO se liberum: *l. 17. §. 16. D. de Aedil. edict.* Si patremfamilias se MENTITVS est, quum contraheretur cum eo: *l. 4. §. 1. D. quod cum eo, qui in al. pot.* MENTITVS in persona: *l. 43. §. 3. D. de furt.* Si in qualitate fundi venditor MENTITVS sit: *l. 22. D. de act. emt. vend.* Vt quouis MENTIRI, quam pati tormenta malit: *l. 1. §. 23. D. de quaestion.* Si de se MENTITVS quis fuerit: *l. 27. D. de poen.* MENTITVS de tutore minor. *l. 14. D. de dol. mal.* ¶. 2. MENTIRI passiue vsurpauit Modestinus: *l. 28. D de leg. Cornel. de fals. Si a debitore, praelato die, pignoris obligatio* MENTIATVR: *falsi crimini locus est.* Quae dicendi forma alias exemplo carere videtur. Vid. Ducker *de Latinit. vet. iurisc. p. 382.* HEIN.

MER.

MERCALIS, E MERCALIS vxor. *l. 5. D. de condict. ob turp. causs.*

MERCARI, pro emere. Sic MERCARI domum: *l. 67. D. de rei vind.* fundum: *l. 7. §. 3. D. de curat. furios. l. 92. D. de legat. I.* fundos: *l. 72. D. de euict.* MERCATVS fundum: *l. 25. D. de vsur.* Si mihi vicinum fundum MERCATO: *l. 18. §. 2. D. de adquir. vel amitt. possess.* MERCARI de fundis: *l. 9 §. vlt. D. de publican.* [MERCARI honores per suffragia; *l. 2. C. Theod. de honorar. codicill. Lib. VI. tit. 22.* Insulas indebitae dignitatis foeda familiaris rei vexatione MERCARI: *l. 27. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] Pecunia matris mancipia et res MERCATVS: *l. 58. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* Ei, qui partes hereditarias a fisco MERCATVS fuerit: *l. 54. D. de hered. petit.* MERCARI praedium; *l 6 §. vlt. D. commun. praed.* Plures ex municipibus saltum communem MERCATI sunt: *l. 20. §. vlt. D. si seru. vindic.* MERCATVS statuliberum. *l. 2. §. vlt. D. de dol. mal. et met. except.*

MERCATOR dicitur, qui mercibus negotiatur, vt adparet ex *l. 207. D. de verb. signif.* MERCATORES, qui de fundis fiscalibus MERCARI consueuerunt: *l. 9. §. vlt. D. de publican.* MERCATORES olearii: *l. 5. D. de mun. et honor.* Nauis, quae in tempestate iactu mercium vnius MERCATORIS leuata est: *l. 4. §. 1. D. de lege Rhod. de iact.* Si aliquorum MERCATORVM merces per vrinatores extractae sunt: *ibidem.* Siue eius generis essent merces, quae nautae traderentur, vt continuo eius fierent, et MERCATOR in creditum iret. *l. 31. D. locat.* ¶. 2. [Μεταφορικῶς MERCATORES vocantur iudices, qui venales habent sententias, seu qui, vt *l. 3. C. ad leg. Iul. repet.* loquitur, alienum iurgium suam praedam habent. Sic ea in lege *priuatarum quoque litium cognitor, idemque* MERCATOR vocatur] ¶. 3. [Eodem aut certe non multum diuerso sensu dicuntur MERCATORES *potestatum* apud Lamprid. *in Alex. Cap. XLIX. prouinciarum* apud Ciceronem *post red. ad Quirit. Cap. IX.* de quibus dignissima lectu sunt, quae *ad l. 5. C. Theod. ad leg. Iul. repet.* adnotauit vir summus, Iac. Gothofredus *in Commentariis.*]

[MERCEDVLA, deminutiuum a merces. *l. 6. C. de nauicular.* Salariis, (seu vt *Codex Theod. l. 32. eod. tit. Lib. XIII. tit. 5.* habet, *solatiis*) pro MERCEDVLA praestitis ex tributariae pensitationis immunitate.]

MERCENARIVS, A, VM. Ita adpellatur, qui operas suas, mercede constituta, locat: *l. 1. §. 18. D. de vi et vi arm. l. 20. D. quemadm. seru. amitt.* Vetus Glossarium: MERCENARII *sunt, qui seruiunt, accepta mercede.* Nam et seruos alienos, quorum conductis operis vtebantur, MERCENARIOS dictos, patet ex Valerio Maximo *Lib. V. Cap. 4.* coniuncto cum Seneca *Lib. VI. de Benef. Cap. 5. Nec conductum meum, quamquam sis dominus, intrabis: nec seruum tuum* MERCENARIVM *meum, abduces.* Cicero *pro Caecina Cap. XX. Si tuus seruus nullus fuerit, sed omnes alieni ac* MERCENARII. Sane mancipia, ministeriis obsequiisque suis non necessaria, mercedibus promerendis locasse veteres, vel vnus Saluianus Massil. *Lib. VI. de iudic. Dei* idoneus testis est. Sed et liberos homines, quorum conductitiis operis res rusticas administrabant, MERCENARIOS Varro *Lib. I. de re rust Cap. 17* vocat. [Add. Des. Herald. *Animadu. ad Arnob. Lib. IV. adu. gent. p. 144.*] Seneca *Lib. III. de Benefic. Cap. 22.* MERCENARIVS *beneficium dat, vbi plus praestat, quam quod operis locauit.* [MERCENARIA loquacitas: Apulei. *Apolog. p. 275.*] MERCENARIVS meus: *l. 6. D. de donat. l. 3. pr. D. quod vi aut clam.* Si MERCENARIVS ab eo, cui operas suas locauerat, offeratur quaestioni: *l. 11. §. 1. D. de quaest.* MERCENARIA opera: *l. 1. §. 4. D. de extraord. cognit.* [MERCENARIA seruitus: Arnob. *aduers. gent. Lib. IV. p. 144.*] Quae MERCENARII, apud quos degunt, surripiunt: *l. 11. §. 1. D. de poen* Si tuum seruum MERCENARIVM meum habuero. *l. 5. §. 11. D. quod vi aut clam.*

MERCES, EDIS. interdum significat pretium operae, et quod artifici pro opera prae-

MER.

praestatur. Seruum arte fabrica peritum, qui annuam MERCEDEM praestabat: *l. 19. §. vlt. D. de instr. vel instr. leg.* Fullo et sarcinator non pro custodia, sed pro arte MERCEDEM accipiunt: *l. 5. D. naut. caup. stabul.* Caupo MERCEDEM accipit, vt viatores manere in caupona patiatur: *l. 5. D. naut. caup. stab.* Vtrum MERCES daretur pro mancipiis, quae quis vehenda conduxit. *l. vlt. D. ad leg. Rhod.* Nauem condoxit certa MERCEDE: *l. 61. §. vlt. D. locat.* MERCEDE constituta: *l. 22. D. de praesc. verb. §. 13. Inst. mandat.* Contrarium est officio MERCES: *l. 1. §. vlt. D. mand.* Officium enim gratuitum esse debet. Hinc MERCEDE coostituta vel data, et *gratis* opponontur. *l. 5. §. 1. D. naut. caup. stabul.* Locaui opus faciendum, ita vt pro opere certam MERCEDEM in dies singulos darem: *l. 51. §. vlt. D. locat.* MERCEDE data: *l. 22. D. de praescr. verb.* Vernam futorem, qui eum artificio suo, MERCEDE data, alere poterit. *l. 78. §. 12. D. ad SC. Trebell.* MERCEDEM diurnam praestitisset: *l. 23. §. vlt. D. de fideic libert.* Horat. *Serm. Lib. II. Sat. 7.* MERCEDE *diurna conductum pauit.* MERCES exceptoris, qui operas suas locauit: *l. 19. §. vlt. D. locat.* MERCEDES fabrorum: *l. 7. §. 12. D. de adquir. rer. domin.* Qui incendia vel MERCEDE, vel *gratia* exstinguerent: *l. 1. D. de offic. praef. vigil.* MERCEDE interueniunt mensores: *l. 1. §. 1. in fine D. si mens. fals. mod.* MERCES mensoria: *l. 3. §. 1. D. fin. regund.* Nam et *conduci ibidem* dicitur. Nauta MERCEDEM accipit, vt traiiciat vectores: *l. 5. D naut. caupon.* MERCEDEM praestaturus pro opera aurifici: *l. 34. D. de aur. arg. leg.* MERCEDE placita operas locare: *l. 11. C. de ingen. manum.* Ex operis ancillae MERCEDES capi: *l. 12. §. vlt. D. de vsu et habitat.* Ex vsu hominis MERCEDEM percipere: *l. 2. D. de vsu et vsufr. leg.* Ipsi seruo aocillaeue pro opera MERCEDEM imponi: *l. 13. D. de vsu et habit.* Operas serui MERCEDESue: *l. 11. D. commun. diuid.* Seruus heredi MERCEDEM referre pro operis suis solebat: *l. 14. D. de statulib.* MERCEDEM ex libertorum operis capere, qui dicantur, exponitur in *l. 25. §. 1. et §. vlt. D. de oper. libert. et l. vlt. §. 1. et §. vlt. D. qui et a quib manum.* Qui operas suas locauit, totius temporis MERCEDEM accipere debet: *l. 38. D. locat.* Si in operas singulas MERCES constituta: *l. 51. §. vlt. D. eod. tit.* Si MERCEDE operam ei exhibet: *l. 1. §. 18. D. de exercit. act.* Certa MERCEDE opus tibi locaui: *l. 60. §. 6. D. locat.* MERCEDE pacta: *l. 6. §. vlt. D. mand.* Si MERCEDEM perferendae epistolae accipit: *l. 14. §. vlt. D. de furt.* Serui, qui operantur, et qui MERCEDES praestare consoeuerunt: id est, referre ex operis; separantur apud Paull. *Lib. III. Sent. tit. 7.* MERCES, quae in dies singulos praestatur ab eo, cui mulae experiendae datae sunt: *l. 20. §. 1. D. de praescript. verb.* MERCEDE promissa: *§. 13. Inst. D. mand.* MERCEDES seruorum, quorum operae fuerunt locatae: *l. 55. D. de condict. indeb.* MERCEDES seruorum vel iumentorum, ceterorumqoe, quae possunt locari: *l. 1. §. 1. D. de reb. auct. iud. possid.* Serui si aliqoa parte anni in MERCEDEM mittuntur: *l. 12. §. 8. D. de instr. vel instrum leg.* Si MERCEDEM accipiebam ego pro hoc seruo, quem in pistrinum accipiebat: *l. 1. §. 9. D. depos.* Sine MERCEDE suscepto officio: *§ vlt. Inst. mand.* Stabularius MERCEDEM accipit, vt permittat iumenta apod eum stabulari: *l. 5. D. naut. caup. stab.*

§. 2. Officiorum quoqoe et laboris cuiuslibet MERCEDES adpellantur. Extra caussam esse talium officiorum MERCEDES, vt puta, si tibi adfuero, si satis pro te dedero, si qualibet in re opera vel gratia mea vsus fuero: *l. 19. §. 1. D. de donat.* Solent, qui nouerunt seruos fugitiuos alicubi celari, indicare eos dominis, vbi celentur, et MERCEDEM hoius rei accipere: *l. 15. D. de praescript. verb.* MERCES eximii laboris adpellanda est, quod accipit, qui a latrunculis vel hostibus eripuit: *l. 34. §. vlt. D. de donat.* Officium magistri quadam MERCEDE remunerandum, *l. 27. D. eod. tit.* Si, quo magis te de vi hostium, vel latronum, vel populi tuerer, vel liberarem, aliquid a te accepero, operae meae MERCEDEM accepisse videor: *l. 9. §. 1. D. quod met. causs.* MERCEDEM pactus ob intercessionem: *l. 6. §. vlt. D. mand.*

§. 3. Nec sordidarum modo, aut vulgariom artium opificibus, seu artificibus, sed, et liberalium artium professoribus et magistris MERCES solui, praestarique dicitur. Sic pensio MERCEDIS disciplinarum: *l. 12. §. 1. D. quand. dies legat. ced.* Si MERCEDES pro prioignis aliquas magistris expendisti: *l. 15. C. de negot. gest.* MERCEDES qooqoe medicis praestari dicuntur: *l. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* et apud Ciceron. *Lib. XVI. Epist. 14.* Medicis, archiatris, grammaticis et professuribus disciplinarum et doctoribus legum MERCEDES et salaria reddi iubemus: *l. 6. C. de profess. et medic.* Ex qua lege aeque, ac Augustini *Lib. I. Confession. Cap. 16.* adparet, liberalium studiorum professores praeceptoresque supra MERCEDES, id est, menstruam annuamqoe stipem, quae iis priuatim a discipulis praestabantur, etiam salaria de publico, puta in vrbe ex fisco, in municipiis ex arca municipali ex decreto ordinis accepisse, vt et Sueton. *in Vespas. Cap. XVIII.* et Vlpianus in *l. 4. D. de decret. ab ord. fac.* docent. MERCEDES vt liberalibus artibus instituerentur, pupillae nomine praeceptoribus datae. *l. 4. D. vbi pupill. educ. vel mor. deb.* Praeses prouinciae de MERCEDIBVS ius dicere solet, sed praeceptoribus tantum studiorum liberalium: *l. 1. D. de extraord. cognit.* MERCEDES praeceptoribus tutor constituit: *l. 12. §. 3. D. de admin. et peric. tut. et cur.* Iooenal. *Sat. VII.*

Scire volunt omnes, MERCEDEM *soluere nemo:*
MERCEDEM *adpellas: quid enim scio? culpa docentis*
* *Scilicet arguitur.*

MERCEDES pupillorum: *l. 3. D. vbi pupill. morar. et educ.* id est, quod in disciplinam pupilli impenditur: *l. 2. D. eod. tit.* Ceterum *ipsam primi noui discipuli stipem Mineruae et honori et nomini consecrasse* gentiles, Tertullian. *de idolol. Cap. X.* tradit. Vnde et MINERVALIS ei nomen impositum. idem *ibid.* *Tam* MINERVALIA *Mineruae, quam Saturnalia Saturni.* §. 4. MERCES etiam custodiae nomine datur. Qui MERCEDEM accipit pro custodia alicuius rei: *l. 40. D. locat.* Qui MERCEDE seruanda in balneis vesti-

vestimenta suscipiunt: *l. 3. §. vlt. D. de offic. praef. vigil.* ¶. 5. MERCES, id est, pensio, quae pro vsu rei, quae fruenda locatur, siue vrbanum, siue rusticum sit praedium, siue res mobilis, praestatur, penditurque, alias pretium conductionis, vt loquitur Labeo, *l. 28. §. vlt. D. locat.* Sic MERCES agri: *l. 15. D. locat.* MERCES annua agri: *l. 7. § 8. D. solut. matr.* MERCEDES balnei: *l. 9. D. qui potior. in pign.* MERCEDES balnearum, quas quis publice praebebat: *l. 91. §. 4. D. de legat. III.* MERCEDES a colonis acceptae: *l. 29. D. de hered. petit.* MERCEDES conductae rei: *l. 32. D. de adquir. vel amitt. possess.* MERCES domus: *l. 28. D. locat.* MERCES doliorum: *l. 1. §. 3. D. de peric. et comm. rei vend* MERCEDES fundi: *l. 22. D. de pact. dotal.* Annua MERCES fundi: *l. 7. D. solut. matrim.* De rebus coloni, quas is pro MERCEDIBVS fundi pignori futuras pepigisset: *§. 3. Inst. de interdict.* Locaui tibi fundum, et conuenit, vti fructus ob MERCEDEM pignori mihi essent: *l. 24. §. 1. D. locat.* Si MERCEDE, vt extranei coloni solent, fundum coluisset: *l. 20. §. 1. D. de instr. vel instrum. leg.* MERCES habitationis: *l. 1. D. de migrand.* Soluere MERCEDEM pro habitatione: *l.* [illegible] *D. de donat.* MERCEDES *habitationum annuae*: Caes. *de Bello ciu. Lib. III. Cap. 21.* Graeci *ἐνοίκιον* vocant. MERCES borreorum: *l 6. D. qui potior. in pign.* hortorum conductorum: *l. 30. §. 1. D. de legat. III.* Insularum: *l. 53. D. de act. emt. vend.* Cicero *Lib. XV. Epist. 19.* Pensiones vrbanorum praediorum, vel MERCEDES: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 36. §. 1.* Si vrbana praedia locauerit praedo, quod MERCEDIS nomine inde ceperit: *l. 55. D. de condict. indeb.* MERCEDES praediorum: *l. 58. §. 5. D. ad SC. Trebell.* De MERCEDIBVS dotalium praediorum: Cic. *Lib. XV. ad Attic. Epist. 22.* MERCEDES soli: *l. 17. D. de pign. act.* quae pro solo ex vectigali, vel superficiario pota praedio penditur: SOLARIVM *vectigal* adpellatur: *l. 2. §. 17. D. ne quid in loc. publ.* Tertullian. *Apolog. Cap. XIII. Exigitis* MERCEDEM *pro solo templi* MERCES vindemiarum. *l. 7. §. 1. D. solut. matrimon.*

[MERCIMONIVM, *l. 3. l. 7. l. 10. l. 14. l. 19. C. Theod de lustral. conlat.* Exiguis MERCIMONIIS tenuem sibi victum vestitumque conquirere: *l. 15. C. Theod. de Episc. Lib. XVI. tit. 2.* Operam in MERCIMONIIS habere: *l 14. C. Theod. eod. tit.* MERCIMONIIS studere. *d. l. 7. C. Theod. de lustr. conlat. et l. 10. C. de Episcop.*]

MERERE, seu MERERI dignum esse, est verbum *τῶν μέσων*, quia tam, qui praemio, quam qui poena dignus est, MERERE dicitur. Et in bonam quidem partem verbum hoc accipitur, dum absolute vocantur MERENTES, qui quid boni meruerunt. Hoc praemii loco MERENTIBVS tributum. *l. 26. D. de testam. milit.* itemque in his, quae subieci, exemplis. Non MEREBITVR auxilium: *l. 18. D. de his, quae vt indign.* Erga bene MERENTES amicos: *l. 5. D. de donat.* bene MERENTIBVS amicis: *l. 9. D. si quid in fraud. patron.* Donatus *in Andr. Act. II. scen. 1.*

MERERI, inquit, *est aliquid mercedis pro labore sumere: quum dicimus, nihil* MERETVR, *hoc intelligitur, id est nihil* MERCEDIS *dignus est accipere.* Idem *in Adelph. Act. II. scen. 1.* MERERI *et promereri*, ait, *est praestare beneficium.* Et ita: Vt quisque de te MERVERIT: *l. 77. §. 25. D. de legat. II.* Ita fideicommissum relictum illi, si te MERVERIT: *l. 11. §. 8. D. de legat. III.* Prout quisque MERVISSET: *l. 51. D. de manum. testam.* Persona, quae MERVIT hoc beneficium: *l. 1. §. vlt. D. de successor. edict.* [Beneficio principali, quod aliquando MERVERVNT: *l. 5. in fine C. Theod. de conlat. donat.* MERERE codicillos honorarios: *l. 41. C. Theod. de decur*] Publicae cloacae publicam curam MERENTVR: *l. 1. §. 3. D. de cloac.* Is, qui dignitatem MERVIT: *l. 1. § 16. D. de collat. bonor.* [Nec se existimare ideo MERVISSE dignitatem, vt iudicum praecepta despiciant: *l. 150. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] MERERI excusationem: *l. 1. C. qui num. tutel.* Persona, quae MERVIT praecipuum fauorem: *l. 42. D. de administr. et peric. tut.* Eumdem fauorem eam MERERI, quae. *l. 38. §. 1. D. de liber. causs.* [Decurio fortunam, quam nascendo MERVIT, suffragiis atque ambitione non mutet: *l. 118. C. Theod. de decur.* Capitationis indulgentiam immunitatemque MERERE: *l. 1. C. Theod. de immunit. Lib. XI. tit. 12.*] Sic et libertatem MERVISSE dicebatur seruus, qui pro praemio libertatem ex praetoris decreto consequebatur. Si necem domini detexit, et ex SCo libertatem MERVERIT: *l. 3. §. 1. D. de suis et legit. hered.* Seruus necem domini detexit, et MERVIT libertatem: *l. 23. D de iur. patron.* Etenim si necem domini detexerat seruus, pro praemio libertatem consequebatur, statuereque praetor solebat, vt liber esset: *l. 4. D. de bon. libert.* vel eum libertatem MERERI decernebat. *l. 90. D. de hered. instit.* MERERI honestam vel caussariam missionem: *l. 26 D. de testam. milit.* Quod ex operis suis MERET seruus: *l 3. §. 8. D. de statulib.* [Orando MERERE: *l. 3. C. Theod. ne conlat. transl. postul. Lib. XI. tit. 22.* Oblatis precibus MERERE: *l. 1. C. Theod. de lucr. officior. Lib. VIII. tit. 9.* Releuationem iuste MERVIT: *l. vlt. C. Theodos. de conlat. donat. Lib. XI. tit. 20.*] In integrum MERVIT restitutionem: *l. 10. §. 10. D. quae in fraud. credit.* In ea re quae publicam tutelam MERVIT: *l. 2. D. ne de stat. defunct.* Veniam MERERI debet: *l. 3. §. 9. D. de SC. Silan. l. 5. §. 5. D. de re milit.* Et contra: non MERERI. *l. 4. §. 11. D. eod. tit.* ¶. 2. Contrario vtique sensu verbum MERERE vsurpatur in his exemplis: Amplius, quam fures, minus, quam sacrilegi MERENTVR: *l. 9. D. de poen.* MERVIT animaduersionem: *Collat. leg. Mosaic. et Roman. tit. XIV. §. 6.* Si filius MERVIT in insulam deportari: *l. 3. C. de bon. proscript.* Si MERVIT exheredari: *l 132. D. de verb. oblig.* Male MERITVS: *l. 31. D. depos.* Neque notam exheredationis MERVERVNT: *l. 1. D. de coniung. cum emanc.* Si crimen MERVIT capitis poenam: *l. 15. D. de bon. libert.* Capitalem poenam MERVISSE: *l. 27. §. vlt. D. de poen.* Nullam poenam MERVISSE eos: *l. 3. §. 4. D. de sepulcr. viol.* [MERVIT sui facti nomine poenam: *l. 9. D. de noxal. act.*] Qui MERVIT capita

pite puniri: *l. 1. D. de veteran. et milit. success.* Sic et MERVISSE sententiam dicitur, qui eam excepit, quique condemnatus est. Qoo crimine damnati sententiam eiusmodi MERVERVNT: *l. 15. D ad municipal.* Si grauiorem sententiam MERVIT: *l. 1 §. vlt. D. nihil innou.* Si sententiam deportationis pater MERVIT: *l. 3. C. de instit. et substit.* Qui contrariam sententiam MERVIT. *l. 8. C. de his, quib. vt indign.* ¶. 3. MERERE vel MERERI aliquando simpliciter est adipisci quid, vel consequi. Sic [ambitione MERERE, (id est, consequi) immunitates: *l. vn. C. Theod. si per obrept.*] MERERE legitimum coniugium: *l. 44. C. Theod. et l. 19. C. Iustin. de Episc.*] In quem casom fideicommissum MERVERVNT: *l. 83. D. de legat. II.* Sub ea conditione, sub qua fideicommissum MERVIT: *ibid.* MERVISSE etiam iudicium patris, vel ex iudicio, dicitur, qui aliquid ex testamento eius accepit: *l. 1. §. 6. D. de collat.* Liberis exheredatis, qui nihil ex patris iodicio MERVERVNT: *l. 13. D. de doli except.* MERVISSE etiam legatum dicitur, qoem testator legato est prosequutus: *l. 21. D. ad leg. Falcid.* Seruus, qui sub conditione legatum MERVIT: *l. 40. §. 1. D. de testam. milit.* In testamento legatum MERVISSE: *l. 36. D. de manumiss.* Modo si legata filii non adfectione propria, sed in honorem patris MERVERVNT: *l. 28. D. de testament. tut.* Seruum, qui a domino tutor datus est, libertatem quoque MERVISSE videri: *l. 32. §. vlt. D. eod. tit.* Testatrix, voluntatem suam non vereri vnum ex heredibus suis, declarauit: *l. 4. C. de his, quib. vt indign.* Si legatis MERVIT semissem: *l. 1. §. 6. D. de collat.* id est, promeruit: vti *l. 28. §. 1. D. de excusat.* Amittere id, quod testamento MERVIT; *l. 5. §. 2. D. de his, quae vt indign.* Libertini, qui a dominis aliquid testamento, vel donatione MERVERVNT. *l. 10. C. Theod. de pistorib.* Omnibus his plurimisque aliis ☞ locis MERERE vel MERERI simpliciter est adipisci, nancisci, consequi, vt euentus potius quam ius denotetur. Plura eius generis exempla,, maxime ex cadentis Latinitatis scriptoribus collegerunt Io. Fridr. Gronou. *Obseru. eccl. Cap. VII. 76.* Ioann. Vorstius *ad Sulpic. Seuer. Hist. Sacr. Lib. I. Cap. 24.* Io. Columbus *ad Lactant. de mort. persequut. Cap. I. p. 80.* et, qui id ex instituto egit Ger. Titius, Theologus Helmstadiensis, dissertatione insigni, *de phrasibus et loquutionibus veteris ecclesiae doctorum, quibus pontificii abutuntur. Cap. X. p. 110.* HEIN.

¶ 4. Alias MERERE est stipendiis publicis militare. . Miles ibi domicilium habere videtur, vbi MERET: *l. 23. §. vlt. D. ad municipal.* Qui in castris MEREBAT; *l. 23. D. de excusat.* Prouinciam, in qua centurio MEREBAT: *l. 26. §. 3. D. de pact. dotal.* Aliquando tamen iurisconsulti addunt *stipendia.* Miles, qui sub armata militia stipendia MERVIT: *l. 6. l. 18. D. de re iud.* Qui stipendium MERENT: *l. 8. D. de accus.* Patruelis in alia prouincia stipendia MERENS: *l. 16. D. de castr. pecul.* Propter honorem stipendiorum, quae MERENT. *l. 18. §. 1. D. de iur. fisc.* ¶. 5. Quumque ipsum militiae verbum saepe ad alia officia palatina transferatur: MERERE etiam dicuntur, qui alia officia gerunt: Sic: qui in prouincia MERET, id est, qui in prouincia officium administrat, vt adparet ex *l. 38. l. 65. D. de rit. nupt. l. 2. D. de his, quae vt indign.*

MERETRICIVS, A, VM.

MERETRICIO quodam genere adulterari: *l. 29. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* Si MERETRICIA veste feminae, non matrumfamiliarum vestitae fuissent. *l. 15. §. 15. D. de iniur.* [Diuersa enim fuisse meretricum honestarumque feminarum vestimenta, fuse docuerunt Barn. Brisson. *Lib. I. Select. antiqu. Cap. 4.* et *de iure connub. p. 167.* Barth. *Lib. XLII. Aduersar. Cap. 17.* et Henr. Salmoth. ad Pancirol. *de reb. deperd. tit. de habitu Imperator. p. 412. sequ.*]

MERETRIX,

prostituta, quae palam quaestum corpore facit, vt loquitur *l. 43. D. de rit. nupt.* vel vti Hieronymos *Epistola CXXVIII. ad Fabiolam, de veste sacerdotali* interpretatur, *quae multorum libidini paret.* Diuus vero Augustinus *in Quaest. in Deuteron. quaest. XXXVII. ad Cap. XXIII. MERETRICES esse,* ait, *quarum publice venalis est turpitudo.* Non. Marcell. *Inter MERETRICEM,* inqoit, *et prostibula interest, quod MERETRIX honestioris loci est, et quaestus. Nam MERETRICES a merendo dictae sunt, quod copiam sui tantum noctu facerent: PROSTIBVLA, quod ante stabulum stent, quaestus diurni et nocturni caussa.* Isidor. *Lib. IX. Orig. MERETRIX dicta eo, quod pretium libidinis mereatur. Inde et MERETRICIAE tabernae.* ¶. 2. Si MERETRICEM, alienam ancillam rapuit quis. *l. 39. D. de furt.* Qui fores MERETRICIS effregerit libidinis caussa: *ibid.* Si MERETRIX manumissa fuerit, easdem operas patrono praestare non debet, quamuis adhuc corpore quaestum faciat: *l. 38. D. de oper. libert.* MERETRICEM libidinis caussa rapuit: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 32.* MERETRICEM turpiter facere, quod sit MERETRIX, non turpiter accipere, quum sit MERETRIX. *l. 4. §. 3. D. de condict. ob turp. caussam.* Ceterum inter turpes personas numeratur MERETRIX, *l. 43. D. si a par. quis manum.*

MERGERE.

MERSI lapides: *l. 13. D. de adquir. vel amitt. possess.* MERGITVR nauis: *l. 6. D. de incend. ruin. naufrag.* ¶. 2. Μεταφορικῶς MERGI est opprimi. Neqoe in hoc administrantur tutelae, vt MERGANTVR pupilli: *l. 3. D. de contrar. tut. et vtil. act.*

MERIDIANVS, A, VM.

[MERIDIANIS horis a litigatoribus non videantur. *l. 1. C. Theod. de offic. iud. ciu. Lib. I. tit. 8.*]

MERITO,

adoerbium, id est, iusta ex caussa. *l. 1. §. vlt. D. si pars hered. pet. l. 6. D. quod met. causs.* [et *l. 3. C. de inoffic. test.* Ex MERITO: *l. 2. D. de vulg. et pupill. subst. l. 26. D. de adim. legat. l. vlt. §. 6. D. de bon. eor.* iure et MERITO: *l. 45. §. 12. D. de iur. fisc.* iure MERITOque: *l. 14. §. 4. D. quod met. causs. l. 17. §. 13. D. de iniur.* Sic MERITO *ac iure*: Cic. *Catilin. III. Cap. 6. MERITO atque optimo iure*: Idem *pro M. Marcello Cap. I. recte et iure*: Idem *in Verr. V. Cap. 67.* Qui MERITO iure intestato heres extitit: *l. 20. §. 2. D. de bonor. possess. contr. tab.* Hinc illa: MERITO adiicit: *l. 1. §. vlt. D. de rip.*

vip. mun. adiicitur: *l. 5. §. 4. D. de tributor. act.* adiectum est: *l. 5. D. pro soc.* Merito ait Praetor: *l. 2. §. 10. D. ne quid in loc. publ.* MERITO dicendum est: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpillian.* MERITO introductum interdictum: *l. 14. D. de precar.* MERITO nostra constitutio introduxit: *princ. Inst. de milit. testam.* MERITO non iuratur: *l. 5. D. de depos.* MERITO mouentur magistratos: *l. 1. §. 4. D. de fugitiu.* MERITO obtinuit: *l. 4. §. 1. D. de in ius voc.* placet: *l. 14. §. 3. D. de furt.* placuit: *l. 75. D. de iur. dot.* quaeritur: *l. 13. D. iudic. solu.* MERITO rescriptum est: *l. 5. C. de rei vindic.* MERITO Iulianus respondit: *l. 19. D. de vi et vi arm.* MERITO responsum est: *l. 8. C. ad exhib.* MERITO separauit praetor: *l. 1. §. 1. D. depos.* MERITO sibi iura eadem vindicant: *l. 1. D. de bon. possess. ex testam. milit.* Legis Falcidiae ratione vti MERITO potes. *l. 5. C. ad leg. Falcid.*

MERITORIVS, A, VM.

MERITORIA absolute dicuntur aedificia, quae mercede annua, vel menstrua, vel diurna, locantur, qualia sunt diuersoria, stabola, fullonica balnea, qoae publice praebentur. Quod dicitur, MERITORIA non facturum, ita accipe, quae vulgo diuersoria, vel fullonica adpellant: *l. 13. §. vlt. D. de vsufr.* Si forte stabula sunt, vel alia MERITORIA in villis et in vicis: *l. 188. D. de verb. signif.* Ad MERITORIA, vel stabula non pertinet lex Cornelia, quae de domo vi introita loquitur: *l. 5. §. 5. D. de iniur.* Tertullian. *aduers. Valentinian. Cap. VII.* MERITORIVM factus est mundus. Prudent. *in Hamartig. p. 763.*

Balnea propolas, MERITORIA, *templa, theatra.* [Quibus locis MERITORIA pro lupanaribus, in quibus prostaot impurae mulieres, non male accipit Barth. *Lib. XLII. Aduers. Cap. 17. p. 1900.* Certe eo senso vocabulum sumit etiam Iul. Firmicus Matern. *Lib. VI. Mathem. Cap. 25.* ex quo lucos huc pertinentes *Commentariis in Arnob. p. 246.* infeuit Desid. Heraldus] Vilia certe ac velbti famosa erant ista loca. Hinc Vopisc. *in Tacito Cap. X. MERITORIA intra vrbem stare vetuit.* Spartian. *in Pescenn. Nigro Cap. III. Pro tricliniis popinas habent, pro cubiculis MERITORIA.*

¶. 2. Adiectiue etiam eo vocabulo vtuntur veteres. Sic MERITORIA *balnea*: Plin. *Lib. II. Epist. 17.* MERITORIA *caenacula:* Sueton. *in Vitell. Cap. VII.* MERITORIA rheda: Idem *in Iul. Cap. LVII.* MERITORIVM stabulum diuersoriumue: Paull. *Sent. Lib. II. tit. 32.* MERITORIA vehicula: Sueton. *in Calig. Cap. XXXIX.*

MERITVM,

est τῶν μέσων nam et in bonam, et in malam partem accipitur. In bonam, veluti in sequentibus: Hereditates, legata, fideicommissa, donationes mortis caussa, siue non mortis caossa, non sine caussa obueniunt, sed ob MERITVM accedunt: *l. 9. D. pro soc.* Si quis suo MERITO adquisierit: *l. 4. §. 10. D. de manumiss.* MERITVM collocare: *l. 11. §. 8. D. de legat. III.* Nihil ex officio patris, sed totum de MERITIS filii agitur: *l. 22. D. de inoffic. testam.* Sanguinis ratio MERITVM hereditatis accipiendae praebuerat: *l. 16. §. vlt. D. de castr. pecul.* Quinctilian. *Declam. CCCXXIX: Quo MERITO tuo te scripsit heredem?* Et mox: *Quoties audiuimus filium: quo meo MERITO pater me exheredauit?* Idem: *Nullum meritum vxoris tuae aduersus diuitem fuit: quasi vero MERITIS tantum hereditates contingant.* Idem *Declam. CCLXIV.* MERITA *eorum, qui contra testamentum vindicant.* Multa MERITA incidere possunt: *l. 15. §. 1. D. de manum. vind.* Quae princeps alicui ob MERITA indolsit: *l. 1. D. de constitut. princip.* MERITA militiae, id est, commoda praemiorum, quae emeritis et impletis stipendiis veteranis dantur: *l. 18. §. 5. D. de iur. fisc. l. 11. D. de vacat. et excus. mun.* Non minus in hoc nepote is, qui de inofficioso cogniturus est, MERITA nepotis, quam patris eius delicta, perpendet: *l. 3. §. 5. D. de bon. possess. contr. tab.* Tam ingentia MERITA serui, qui necem domini detexit: *l. 1. C. quib. ex causs. seru.* Ob MERITA tua: *l. 47. §. 2. D. de bon. libert.*

¶. 2. Contra in malam partem intelligenda sunt sequentia: MERITIS de caussis: *l. vlt. D. de bon. damnat.* MERITVM *delictorum,* Tertullian. *Apologet Cap. XXI.* [Eadem notione Arnobios *Lib. I aduers. gent. p. 29. Non MERITI caussa, sed infirmitate credatur valetudinem expellere non potuisse diuina.* Idem *alio loco: Quodnam, quaeso, ob* MERITVM? *dicite. Cuius ob peccati culpam? Quid ab eo commissum est?* Et rursus: *Si enim non sumus in caussa, et in nostri criminis MERITVM excogitatae sunt hae pestes.* Et ita Cicero quoqoe, Ouidius, Plautus, aliique optimae notae scriptores hac voce vsi sunt. Vid. Herald. *et* Elmenhorst. *ad cit. Arnobii locum*] Si ex MERITIS filiae turpiter et cum flagitiosa foeditate viuentis ad id odium incitatus est: *l. 19. C. de inoffic. testam.* Si putauerit, totum testamentum delendum ob vnius MALVM meritum. *l. 3. D. de his, quae in test. del.*

¶. 3. [MERITA, pro fastigiis honorum ac dignitatum. Id ab omoibus discretim MERITIS atque personis iobemus impleri. Neque sane deest, vbi vel MERITORVM priuilegia, vel dignitatum a communione vindicemus. *l. 18. C. Theod. de extraord. seu sordid. mun. Lib. XI. tit. 16.*]

¶. 4. [In primis clericatus MERITVM eximiae siogularisque virtutis, vocatur. *l. 16. C. Theod. de episcop. Lib. XVI. tit. 2.*]

¶. 5. [MERITVM, pro pretio. MERITI maioris aedificia: *l. 30. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* pro quo *maioris pretii* vti maluit Iustioianus *l. 9. C. eod. tit.* Sic et inferioris MERITI domus opponuntur summis. *l. 3. C. Theod. de aquaed. Lib. XV. tit. 2.*]

¶. 6. MERITVM, pro iure. In synagogas Iudaicae legis velut hospitii MERITO irruentes milites iubeas emigrare. *l. 4. C. de Iudaeis et caelic.*]

¶. 7 MERITVM, pro momento caussae. Sic MERITA adpellationis; Paull. *Lib. V. Sent. tit. 35. §. 8. l. 27. D. de adpellat.* [Sic et caussae MERITA: *l. 13. C. Theodos. de iur. fisc. Lib. X. tit. 1. l. 2. C. Theodos. de exhib reis. Lib. IX. tit. 2. l. vn. C. Theod. de offic. iudic. ciuil. Lib. I tit. 8.*] MERITA negotiorum. *l. vlt. C. si per vim.* [*l. 46. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30. l. 5. C. Theod. vnde vi Lib. IV. tit. 22. l. vn. C. Theod. de his, qui potior. nom. Lib. II. tit. 14. l. 3. C. Theod. de pact. Lib. II. tit. 9.*]

MERVS, A, VM. MERVM, ait Festus, *antiqua dicebant solum. Vnde et auis merula nomen accepit, quod soliuaga est, et solitaria pascitur: at nunc* MERVM *purum adpellamus.* Quibus consentanea etiam Non. Marcellus et Isidor. *Lib. II. Orig. Cap. 41.* tradunt. Ac illa quidem *merulae* notatio Varrone auctore et principe gloriatur. Sic enim ille *Lib. IV. de lingu. Lat.* MERVLA, *quod* MERA, *id est, sola volitat.* Quod mordens Quinctilianus *Lib. I. Cap. 1. Sed huic*, (de Varrone loquitur,) *tanti fuit vertere, vt MERVLA, quia sola volat, quasi MERA volans nominaretur.* ¶. 2. At quidquid sit de auiculae istius denominatione, MERVM et in iure nostro idem est, ac solum vel purum, ac proinde *mixto* opponitur. *l. 82. D. de condit. et demonstr.* Martialis *Lib. III. Epigr. 57. v. 2.*

Quum peterem mixtum: vendidit ille MERVM.

Sic MERAM negotiorum gestionem imitari, et *solutius aequitatem sequi*, opponuntur. *l. 14. §. 13. D. de religios.* [MERA aestimatio: *l. 62. in fine D. de iur. dot.*] MERA conditio: *l. 82. D. de condit. et demonstr.* quae vel in sola datione vel in solo facto consistit: Erit MERA donatio: *l. 28. D. de pact. dotal.* Non MERAM donationem esse: *l. 27. D. de donat.* MERVM factum, quod donationem mixtam non habet: *l. 98. §. 6. D. de solution.* [MERA fides, in *l. 19. C. de testam.* et *l. 12. C. Theod. de censitor. Lib. XIII. tit. 11.* id est, fides bona, integra, et sincera. Sic et apud Apulei. *in Apolog. p. 320.* MERA *fide accepta pecunia* est, quam quis sola fide, sine chirographo, et tabulis accepit. MERVM imperium, vt ait Vlpianus in *l. 3. D. de iurisdict.* est habere gladii potestatem ad animaduertendum facinorosos homines, quod etiam POTESTAS adpellatur. MERVM imperium, quod lege datur: *l. 1. §. vlt. D. de offic. ei. cui mand. iurisd.* Cuiusmodi imperium *animaduersionem* adpellat Papinianus, *eodem loco, Venuleius maiorem animaduersionem, l. 11. D. de offic. proconf. nec non animaduertendi, coercendi, vel atrociter verberandi ius.* Vlpianus deoique *gladii potestatem, vel cuius alterius coercitionis, l. 6. D. de offic. proconf.* Cui MERO imperio aduersatur *mixtum: l. 3. D. de iurisd.* id est, imperium, quod non est MERVM: *l. vlt. D. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* nimirum cui etiam iurisdictio inest, vt ait *l. 3. D. de iurisdict.* vel quod iurisdictioni cohaeret, vt ait *d. l. 1. §. vlt. D. de offic. ei. cui mand. est iurisd.* quod in modica coercitione consistit, sine qua iurisdictio nulla est. *l. vlt. D. eod. tit.* MERA interpretatio *l. vlt. §. 1. C. de legib.* MERVM ius gentium, apud Tryphoninum, purum, solum, et simplex, separatumque a ciuilibus praeceptis, accipimus. *l. 31. D. depos.* Aequitas, quae MERVM ius compensationis inducit: *l. 36. D. de administr. et peric. tut.* MERO iure, id est, stricto subtilique: *l. 4. §. 27. D. de vsurp. et vsucap.* MERO iure munitus: *l. 16. D. de minor.* id est, ipso iure, et communi auxilio, non extraordinario, vt *ibidem* Vlpianus loquitur Etiam qui pactione data a dominis manumittuntor, MERO iure omne eis obsequium debent: *l. 3. C. de obsequ. patron.* Stipulationes, quae a MERO iudicis officio proficiscuntur, veluti de dolo cautio, item, quae a MERO praetoris officio, veluti damni infecti: *l. 5. D. de verb. obl.* et *§. 1. et 2. Inst. de diuis. stipul.* id est, vt ibidem Theophilus, *αἵτινες ἐκ μόνου τοῦ ὀφφικίου τοῦ δικαστοῦ ὁρμῶνται· quae a solo officio iudicis oriuntur.* Idem *αἵτινες ἐκ μόνης τῆς τοῦ πραίτωρος δικαιοδοσίας κατάγονται. quae a sola praetoris iurisdictione descendunt.* MERA poena, in *l. 1. in fine D. si quis ius dic. l. 1. D. de eo, per quem fact. er.* id est, quae rei persequutionem non continet. MERVM principium codicillorum: *l. 12. §. 5. D. de capt. et postlim* Quantum ad MERAM rationem: *l. 22. §. 3. D. mandat.* MERAM etiam *spem* nudam, solam, et sine re dixit Terent. *in Phormion. Act. I. scen. 3.* Secundum MERAM subtilitatem: *l. 3. §. 1. D. de adim. legat.* MERAE *vires:* Ouid. *Lib. II. de art. amand. v. 474* In MERAM heredis voluntatem collatum: *l. 75. D. de legat. I.* id est, liberam et solutam MERA voluntate; *l. 18. D. de adim. legat.* id est, nuda voluntate, non propter necessitatem rei familiaris, vt *ibidem* Modestinus loquitur. ¶. 2. [MERVM, pro vino, *l. 12. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* vbi Imp. *Larem igne, mero genium, Penates nidore veneratus.* MERO enim genios suos colere, et illud in sacrificiis adhibere consueuisse, vel ex illo Persii *Sat. II. v. 3.* patet: *Funde* MERVM *genio.* Quo ritu veteres mentis integritatem, ab omni dolo mendacioque alienam significasse, suspicatur Cael. Rhodigin. *Lib. XII. Lect. antiqu. Cap. I. p. 608*]

MERX, res mobilis, quae venum prostat. Ea enim adpellatio ad res mobiles tantum pertinet: *l. 66. D. de verb. signif.* nec tamen eo vocabulo homines continentur, ac ob eam rem mangones non mercatores, sed venaliciarii adpellantur. *l. 207. D. eod. tit.* Proinde Vlpianus ad haec Edicti de tributoria actione verba: MERCIS NOMINE, quae referuntur in *l. 5. §. 4. D. de tributor. act.* Licet, ait, MERCIS adpellatio angustior sit, vt neque ad seruos fullooes, vel sarcinatores, vel textores, vel venaliciarios pertineat: tamen ad omnes negotiationes porrigendum est edictum. *l. 1. §. 1. D. eod. tit.* Sed et seruos, quos quisideo comparauit, vt illico distraheret, MERCIS magis loco, quam suorum habuisse testator credendus est. *l. 73. §. vlt. D. de legat. III.* Multo minus pecunia, qua MERX aestimatur, MERCIS nomine venit. Non enim vt aestimatio rerum, quae MERCIS numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque MERCE aestimanda est. *l. 42. D. de fideiussorib.* Olim quidem non aliud MERX, aliud pretium vocabatur, at nunc non MERX vtrumque, sed alterum *pretium* vendere. Nam vt aliud est *vendere*, aliud *emere*: sic aliud est pretium, aliud MERX. *l. 1. pr. et §. vlt. D. de contr. emt.* ¶. 2. Et sic intelligenda sequentia: Quae MERCIBVS accederent, veluti vestimenta, quibus in nauibus vterentur: *l. 4. §. 2. D. naut. caup. stabular.* Interdum institores ad homines honestos adserunt MERCES, et ibi vendunt: *l. 4. D. de instit. act.* Venditor emtori MERCES adpendit: *l. 18. §. 3. D. de dol. mal.* MERX aliqua, veluti vinum, oleum, frumentum: *l. vlt. D. de condict. tritic.* MERCIS caussa paratae lanae, item, quae MERCIS caussa comparata sunt: *l. 32. §. 2. D. de vsu et vsufr. legat.* MERCIVM caussa mutuam pecuniam accepit: *l. 19. §. 2. D. de instit. act.* MER-

CES

CES comparare: *l. 3. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* MERCIBVS a Beryto comparatis et Brundusium perferendis: et quae Brundusio empturus esset, et per nauem Beryto inuecturus: *l. 122. §. 1. D. de verb. oblig.* Ad MERCES comparandas pecunia missa, vel vt per eam MERCES in Italiam adueherentur. *l. 35. §. vlt. D. de hered. instit.* MERCIS creditores: *l. 5. §. 6. D. de tribut. act.* Si MERCES, quae in taberna erant, per tempora distraxerit, et alias compararit, easque in tabernam intulerit: *l. 34. D. de pignor.* Si praepositi ad MERCIVM distractionem: *l. 5. §. 11. D. de instit. act.* MERX dominica: *l. 11. §. 7. D. eod. tit.* Ad MERCES emendas profectus: *l. 52 §. 15. D. pro soc.* Institori ad emendas MERCES praeposito: *l. 5. §. 11. D. de instit. act.* Aliis MERCIBVS emtis, et in nauem missis: *l. 122. §. 1. D. de verb. oblig.* Cum institore exercente MERCEM: *l. 17. §. 3. D. de instit. act.* Nisi MERCES tuas eo loci exposuisset, in quem deuehendas eas locasset: *l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod.* MERCIS gratia, vel ad MERCES accepisse pecuniam: *l. 13. D. de instit. act.* MERX illicita: *l. 1. D. de his, quae vt indign.* MERCES illicitae: *l. 11. §. 3. D. de public. et vectig. l. 2. C. de naut. foen.* Impositae MERCES in nauem: *l. 4. §. vlt. D. locat.* Quo MERCES importantur, et inde exportantur: *l. 59. D. de verb. signific.* MERCES, veluti legumen, cannaba: *l. 12. D. de exerc. act.* Qui MERCES suas naufragio liberarunt: *l. 5. D. de leg. Rhod.* MERCES vehendas locare: *l. 1. D. de praescr. verb.* MERCES mercatorum: *l. 4. §. 1. D. de leg. Rhod.* MERX quae negotiatur: *l. 2. D. de tributor.* MERCE negotiari: *l. 1. D. eod. tit. l. 27. D. de pecul.* In MERCE peculiari negotiari: *l. 3. §. 1. D. de tribut.* MERX olearia: *l. 13. D. de instit. act.* MERX peculiaris: *l. 1. pr. §. 1. D. de tribut. l. 27. D. de pecul.* Si nauem conduxisti, vt ea MERCES tuae portarentur. *l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod. de iact.* Communi MERCI praepositus: *l. 14. D. de institor.* MERCIBVS praepositus: *l. 16. D. eod. tit.* MERCIBVS nauem praestare: *l. 1. §. 12. D. de exercit. act.* MERCES reparare: *l. 122. §. 1. D. de verb. obligat.* Qui MERCES saluas habent, et qui perdiderunt: *l. 4. D. de leg. Rhod.* Quum MERCIVM species mutatae sint: *l. 34. D. de pignor.* MERCEM stipulatus: *l. 22. D. de obl. et action.* MERCES quae in tabernis essent: *l. 15. D. de instr. vel instr. leg.* MERCES in scapham traiectae: *l. 4. D. de lege Rhod.* Si MERCES vendidit certo loci, vel disposuit, vel comparauit. *l. 19. §. 2. D. de iudic.*

MES.

MESONAVTA, *l. 1. §. 2. D. naut. caup. stabul.* ex quorumdam sententia est, qui partim nautae ministerio fungitur, partim vectoris locum obtinens, operas pro vectura praestat. [Est haec sententia Alciati *Lib. I. parerg. Cap. 43.* At Turnebus *Lib. XXVIII. Aduers. Cap. 31.* MESONAVTAM comparat seruo, quem *mediastinum* vocabant.]

MESSALLAE consulis, qui collegam habuit in consulatu Cottam, fit mentio in *l. 4. §. 1. D. de offic. procons.* M. VALERII MESSALLAE

et M. AVRELII COTTAE, Coss. fit mentio: *l. 12. §. 3. D. de accus.* nec non apud auctorem *Collat. leg. Mos. et Rom. tit. VIII.* Dion. Cass. *Lib. LVII.* ex quo patet, consulatum illorum incidere in annum DCCLXXII. HEIN.

MESSIS. Si MESSES eius anni, quo diuortium factum est, colonum sequantur: *l. 7. §. 8. D. solut. matrim.* MESSEM facere: *l. 1. §. 12. D. de nou. op. nunc. l. 13. D. quib. mod. vsusfr.* id est, maturas segetes desecare. Si nondum MESSIS facta sit: *l. 1. §. 25. D. de ventr. in possess. mitt.* Stipula, quae in MESSE iacet: *l. 13. D. quib. mod. vsusfr.* MESSIVM incensores: *l. 16. §. vlt. D. de poen.* Paull. *Lib. V. tit. 21.* et *Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. XI.* Si non responderint MESSES: *l. 8. §. vlt. D. solut. matrim.* Quum MESSES vindemiaeque sunt: *l. 1. D. de fer.* MESSEM, inspiciente colono sustulisti: *l. 60. §. 5. D. locat.* MESSIS tempore: *l. 15. §. 1. D. de alim. vel cibar. legat.* MESSIVM vindemiarumque tempore. *l. 1. D. de fer.*

MESSIVS, iurisconsultus, cuius mentionem facit Tryphoninus, in *l. vlt. D. de iure fisci.*

MESSORIVS, A, VM. MESSORIAE falces: *l. 8. princ. D. de instr. vel instrum. legat.* [Apulei *Lib. VI. Metamorph. p. 173. Erant et falces et operae MESSORIAE mundus omnis.*]

MET.

META, [alias terminum significat, quo agrorum mensores vtebantur, a metiendo seu mensurando dicta. Inde ad alia quoque ea vox translata, vt quum METAE praestituti temporis dicuntur: *l. 23. C. Iustinian.* et *l. 22. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.* Intra triennii METAS: *l. vlt. C. Theod. de numerar. Lib. VIII. tit. 1.* Intra anni METAS: *l. 2. C. Theod. vt intra ann. Lib. IX. tit. 2.* Anni METAS habeat litigator: *l. 31. C. Iust.* et *l. 67. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.*]
¶. 2. META molendinaria, pars molae, inferior. *l. 18. §. 5. D. de instr. vel instrum. leg.*

METALLARIVS, A, VM. METALLARIVS canon, [pro aurilego: *l. 6. l. 9. C. Theod. de metall. Lib. X. tit. 18.*] ¶. 2. METALLARIVS fossor metallorum. *Rubr. C. de metallar. Lib. XI.* A Graecis *μεταλλεῖς* adpellantur. Nam vt auctor etymologici cum Moschopulo *περὶ σχεδῶν* scribit, *μεταλλεῖς, οἱ τὰ μέταλλα ἐργαζόμενοι.* METALLARII, *qui eruendis metallis operantur.*

METALLICVS, A, VM. METALLICI dicuntur, qui in metallum damnati datique sunt: *l. 8. §. 8. l. 10. §. 1. l. 36. D. de poen. l. 9. C. eod. tit.* [METALLICVS canon, pro aurilego: *l. 4. C. Theod. de metallar.*] METALLICVM opus. *l. 28. §. 6. D. de poen.*

METALLVM, Graeca vox est, cuius originem edit Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 6.* vbi de argentifodinis Hispaniae agens: Vbicumque, in-

quit, vna, inuenitur alia. Hoc quidem et in omni fere materia. vnde METALLA Graeci dixisse videntur. Cui in vocis etymo, sed non in etymi ratione consentit Eustathius *in Iliad. L.* Τὰ ὑπὸ γῆν ἀνορυττόμενα, ΜΕΤΑΛΛΑ λέγονται. κληθέντα φασὶν οὕτω, διὰ τὸ μετὰ τὰ ἄλλα πάντα ἐπινοηθῆναι. καὶ γὰρ ὥσπερ τῶν περὶ γῆν πάντων τῶν ἄλλων εὐθετηθέντων, τότε δὴ μετὰ τὰ ἄλλα ἐκεῖνα ἐπιχειρῆσαι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ταῖς γεωργίαις. καὶ ἀφεῖναι μὲν τὰ νῶτα τῆς γῆς. ἐπιχειρῆσαι δὲ ταῖς λαγόσιν αὐτῆς, ὡς ἂν ἔχοιέν τι κερδαίνειν καὶ ἀπ' αὐτῶν. *Quae ex terra effodiuntur,* METALLA *vocantur. Dicta vero ita esse, aiunt, quod post alia omnia cognita sunt. Videntur enim homines, omnibus aliis rebus super terra in rem suam versis, tum demum multo post illa alia operam dedisse metallifodinis, et procul a superficie terrae excauasse cuniculos, tamquam et inde lucrum aliquod facturi.* Idem *in Odyss. L.* ΜΕΤΑΛΛΑ δὲ ἀπὸ τοῦ μετὰ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὸν βίον. Τῶν γὰρ ἀναγκαιοτάτων εὑρεθέντων, εἶτα ἐπολυπραγμονήθη τὰ μεταλλικά. METALLA *dicuntur, quasi post alia, ad vitam humanam toleranda necessaria reperta. Magis enim necessariis inuentis, tunc demum et metallis fodiendis animum adpulerunt.* Ab vtroque vero dissentit Etymologici auctor, his verbis: ΜΕΤΑΛΛΟΝ δὲ σημαίνει τὸν τόπον, ἐν ᾧ χρυσὸς τίκτεται, ἢ τὴν χρυσῖτιν γῆν, καὶ γίνεται παρὰ τὸ μῶ, τὸ ζητῶ, ἀπὸ τοῦ ζητεῖν ἐν αὐτῷ τί. καὶ τὸ ζητεῖν μεταλλᾷν ἔλεγον. METALLVM *significat locum, vbi aurum gignitur, vel terram auriferam. Hinc τὸ ζητῶ, quod in illo quaeritur aliquid. Quaerere autem vocant μεταλλᾷν.* Moschopulus περὶ σχεδῶν eodem fere modo: ΜΕΤΑΛΛΑ, τὰ ἀπὸ τῆς γῆς γινόμενα, οἷον χρυσὸς, ἄργυρος, θεῖον, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ἀπὸ τούτων μεταλλᾷν, ποιητικῶς τὸ ζητεῖν. METALLA, *quae sub terra nascuntur, veluti aurum, argentum, sulphur, et quae sunt eius generis alia. Ab his μεταλλᾷν poetice pro quaerere dicitur.* ¶. 2. Saepe METALLA accipere debemus non ipsam materiam, sed aeris, argenti, auri, ferri, sulphuris et ceterorum id genus fodinas, vt loquitur Vlpianus *l. 13. §. 5. D. de vsufr.* Nam et calcarias et sulphurarias in METALLIS numerat vetus Glossarium, in quo scriptum inuenio: In METALLVM ἐστὶ τὸ καταδικασθῆναί τινα ἄσβεστον ποιεῖν, καὶ θεῖον ὀρύττειν. IN METALLVM *est condemnari ad calcem faciendam, vel effodiendum sulphur.* Eodem pertinent illa: Si lapicidinas, vel quae alia METALLA pupillus habuit, stypteriae, vel cuius alterius materiae: *l. 3. §. vlt. D. de reb. cor.* Talia METALLA numero multa erant, et quaedam prouinciae quidem habebant, quaedam non habebant Sed quae non habebant, in eas prouincias mittebant damnatos, quae METALLA habebant *l. 8. § 4. D. de poen.* Habebat vtique populus Romanus METALLA in Macedonia, Ephesi, in Hispania, vt Vitruu. *Lib. VII Cap. 9.* testatur. Manichaeos etiam Forensibus vel Proconnensibus METALLIS dari iubent Imperatores in *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XV. §.* Iustinianus quoque *Nouella XXII. Cap. 8.* Τὸ ἐν Προκοννήσῳ, καὶ τὸ ἐν τῇ καλουμένῃ τύψῳ METALLVM numerat. Proconnesensi etiam Docimeum et Troadense adiungitur, in *l. 9. l. 11. C. Theod. de indulg. debit.* Et ad hanc vocabuli significationem pertinent loci sequentes: METALLA *aeraria*, apud Plin. *Lib. XXXIII. Cap. 5.* METALLA *argenti*, apud eumdem *Lib. XXXIII. Cap. 6.* Qui aurum ex METALLIS habuerit illicite, et conflauerit: *l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* Si quis ex METALLIS Caesarianis aurum argentumue furatus fuerit: *ibid.* [METALLA exercere: *l. 11. l. 13. C. Theod. de metall.* METALLORVM exercitium. *l. 3. C. Theod. eod. tit.*] Praecipue vero ea res bonis Principibus curae cordique erat. Pacatus in *Panegyr. Theodos. Cap. XXVIII. de* Maximo Tyranno: *Nec enim, qui regibus mos est, exercendis inuigilabat* METALLIS, *vt latentia naturae bona in vsum arcesseret, et pararet innoxias, nullo pauperiore, diuitias. Parum ille pretiosum putabat aurum, quod de montium venis, aut fluminum glareis, inquisitor Bessus, aut scrutator Callaicus eruisset.* [METALLICA loca: *l. 15. C. Theod. de metall. Lib. X. tit. 18.*] Si quis aliquid ex METALLO principis furatus sit; *l. 38. D. de poen.* METALLORVM venas inquirere: *l. 13. §. 5. D de vsufr.* ¶. 3. [Saepe tamen ipsam materiam, et res, quae ex metallifodinis eruuntur, vox METALLORVM significat, ceu ostendit Iac Gothofredus *in Paratitl. C. Theod. de metall.* Ceterum vti, quoquo modo aurum argentumue ex terra effodiatur, Cassiodor. *Lib. IX. Var. Cap. 3.* ita docet: *Officinis sollenniter institutis, montium viscera perquirantur: intretur beneficio artis in penetrale telluris, et velut in thesauris suis natura locuples inquiretur. Cameris enim ingeniosa praesumtione reuolutis, talpinum animal imitantes, itinera fodiunt, quae nullis antea patuerunt.* Et mox: *Intrant homines caligines profundas, viuunt sine supernis, exsulant a sole, et dum sub terris compendia quaerunt, nonnumquam lucris gaudia derelinquunt. Aliquando illis ruit via sua, et reditus procurare nequeunt, qui pedibus suis semitas operosis manibus effecerunt.* Mox, ait porro, *vt supernae luci fuerint restituti, minuta quoque grauiora, discernentibus aquis a genetrice terra separant, ac fictilibus recondita, vasta fornace decoquunt, donec soluantur vtiliter in liquorem.* Harum autem fodinarum auctorem atque inuentorem Tarquinium Superbum, Suidas *in voce* Σύπερβος, praedicat, quamquam longe prius Semiramis METALLA inuenisse, eaque per captiuos exercuisse feratur, vt a Diodoro Siculo traditum exstat. [Quamuis eum Diodori locum adhuc ego frustra me quaesiuisse fatear. HEIN.] Idem Suidas *in nomine* Σεμίραμις *Tomo III. p. 297.* confirmat his verbis: Πρῶτον μὲν ἐξεῦρε τὰ μέταλλα, τοῖς δὲ αἰχμαλώτοις τὴν τῶν τούτων ἐργασίαν ἐπέτρεψε. METALLA *primum inuenit, in quorum fodinis captiuos opus facere iussit.* Verum idem ipse *in voce* μεταλλεῖς *Tomo II p. 539.* Fauno hoc inuentum tribuit. De eo enim loquens: ΜΕΤΑΛΛΟΝ, inquit, ἐφεῦρε χρυσοῦ ἢ ἀργύρου, καὶ σιδήρου, καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν παρέδωκε τοῖς δυτικοῖς, ὡς καὶ πλουτοδότην αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλεῖσθαι. *Fodinas auri, et argenti, et ferri inuenit, eorumque exercendorum rationem occidentales docuit, ita vt ab illarum regionum incolis auctor diuitiarum adpellaretur.* Elegianter autem Ouidius *Lib. I. Metamorphos. v. 138. sequ.* misera habendi cupidine vi-

sceribus terrae manum inferri, queritur his verbis:

Saeuitum'in viscera terrae;

Quaeque recondiderat, Stygiisque absconderat umbris,

Effodiuntur opes, irritamenta malorum.

Plinius in prooem. Libri XXXIII. *Persequimur omnes telluris fibras, viuimusque super excauatam, miramur, dehiscere aliquando, aut intremiscere illam, ceu vero non hoc etiam indignatione sacrae parentis exprimi possit. Imus in viscera eius, et in sede Manium opes quaerimus.* ¶. 4. In METALLA porro haec sontes et noxii, vinculis additis, ad inquirendas eruendasque venas damnabantur. Quo respiciens Tertullianus *de Cultu fem. Cap. IV. Terra scilicet*, ait, *plane gloriosior, quoniam in maledictorum* METALLORVM *feralibus officinis poenali opere deplorata, nomen terrae in igni reliquit, atque exinde de tormentis in ornamenta, de suppliciis in delicias, de ignominiis in honores* METALLI *refuga damnatur (mutatur.)* Ioannes Chrysostom. *ad I. Corinth. homil. I.* Ἐκεῖνος ὁ χρυσὸς ὡς ἀπὸ μετάλλων ἐστὶν, ὃν χεῖρες ὤρυξαν. *Hoc aurum non ex* METALLIS *est, quod manus terra eruerunt.* Soli autem humiliores, non autem honestiores in METALLVM damnabantur. Nam ex quibus caussis humiliores in METALLVM damnantur, honestiore loco nati vel in insulam relegantur, deportanturue, aut in exsilium mittuntur, vt adparet ex *l. 38. §. 3 §. 5. §. 7. §. 8. D. de poen. l. 6. D. ad leg. Iul. de peculat. l. vlt. D. de sepulcr. viol.* Et ideo in *d. l. 38. §. 9.* verba haec: *Prout personae conditio est, aut in* METALLVM *damnatur, aut in insulam deportatur*, sic accipe, vt, si honestiore loco natus sit, deportetur, si humiliore in METALLVM damnetur. Isidor. *Lib. V. Orig. Cap. vlt.* METALLVM *est, vbi exsules deputantur, ad eruendam venam, marmoraque secanda in crustas.* Quamuis vero METALLVM inter mediocrium delictorum poenas ponatur a Paullo *Lib. V. Sent. tit. 17.* huiusmodi tamen poena libertatem adimebat, vt ait Vlpianus, *l. 8. §. 4. D. de poen.* Callistratus quoque in METALLVM damnatis, ait, libertatem adimi, quum etiam verberibus seruilibus coerceantur: *l. 12. D. de iur. fisc.* Vnde et inter exempla maximae capitis deminutionis METALLI poena numeratur: *l. 5. D. de extraord. cogn.* et proximam vtique morti poenam METALLI coercitionem statuit *l. 28. D. de poen.* Atque adeo in METALLVM damnati qui euaserant, summo supplicio adficiebantur. *d. l. 28. §. 13. D. de poen.* Plane in METALLVM dati serui poenae efficiebantur. *l. 17. l. 36. D. de poen. l. 3. D. de his, quae pro non script. hab.* Seruus autem, in METALLVM damnatus, libertatem sperare non poterat. *l. 24. §. 5. D. de fideic. libert.* ¶. 5. Talis erat METALLI poena, ad quam sequentes in iure nostro loqutiones pertinent: METALLI coercitio: *l. 28. D. de poen.* In METALLVM condemnari: *l. 4. C. de poen.* Sueton. *in Calig. Cap. XXVII. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatis notis ad* METALLA *condemnauit.* Seruos flagellis caesos in METALLVM damnabis: *l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. naufr.* Praefecto vrbi specialiter competit ius in METALLVM damnandi: *l. 8. §. 4. D. de poen.* In METALLVM damnari. *l. vlt. D. de lege Fab. de plagiar. l. 8. §. 4. D. de poen. l. vlt. D. de sepulcr. viol.* damnatus: *l. 3.*

D. de his, quae pro non script. l. 46. D. de manum. testam. l. 17. §. vlt. D. de quaest. l. 1. D. de sent. pass. l. 21. D. de iure patr. l. 11. D. de alim. vel cibar. leg. l. 17. C. de poen. damnata mulier. *l. vlt. D. de sent. pass.* In METALLVM dari: *l. 8. §. 4. l. 23. l. 28. §. 5. D. de poen. l. 5. D. de extraord. cognit. l. 3. §. 1. D. de re milit. l. 2. D. de decurion. l. 1. D. de iur. patron. l. 48. D. de bon. libertor.* In METALLVM dandi potestas permissa est his, qui vniuersas prouincias regunt: *l. 6. §. 8. D. de offic. praesid.* METALLO plecti; *l. 10. D. de extraord. crim.* METALLI poena: *l. 5. D. de extraord. cogn. l. 1. D. de abig. l. 1. D. de fur. balnear. l. 6. D. ad leg. Iul. peculat. l. 38. D. de poen. l. 5. C. eod. tit. l. 46. D. de manumiss. testam.* METALLO puniri: *l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* METALLI supplicium. *l. 11. C. de poen.* ¶. 6. Porro obseruandum, discrepasse aliquantulum damnationem in METALLVM, et in opus METALLI. Inter eos enim, qui in METALLVM, et eos, qui in opus METALLI damnantur, differentia in vinculis tantum est, quod, qui in METALLVM damnantur, grauioribus vinculis premuntur, qui in opus METALLI, leuioribus; quodque refugae ex opere METALLI in METALLVM dantur, ex METALLO grauius coercentur. *l. 8. §. 6. D. de poen.* Vetus Glossarium: METALLI *opus*, μετάλλῳ χειρουργία, θεὶς τε καὶ σιδήρῳ βάσανος, METALLI *opus, labor in conficiendo sulphure et ferro, exantlandus.* Alias nihil refert, nec diuersa poena est, operis et METALLI, nisi quod refugae operis non morte, sed poenae METALLI subiiciuntur. *l. 5. D. de extraord. cognit.* At in opus METALLI ad tempus nemo damnari debet: sed, qui ad tempus damnatus est, etiamsi faciet metallicum opus, non in METALLVM damnatus esse intelligi debet. Huius enim libertas manet. Proinde et mulieres hoc modo damnatae liberos pariunt. *l. 28. §. 6. D. de poen.* Sic: in opus METALLI damnari: *l. 1. D. de requir. vel absent. l. 8. §. 4. D. de poen. l. 9. §. 11. D. eod. tit.* In opus METALLI dari: *l. 5. D. de manumiss. l. 3. §. 1. D. de re milit. l. 9. C. de poen.* Dummodo non debeat opus METALLI haec poena in plebeiis egredi. *l. 3. §. 2. D. stellionat.* ¶. 7. [Aliquando et pro certa specie, et quidem auri, quae insignior reliquis est, accipitur, vt in *l. 3. C. Theod. et l. 1. C. Iustin. de metallar.*

METARI est futurum hospitium, nota postibus ianuisque adscripta, designare. Latin. Pacat. *in Panegyr. Cap. VI. Diuinus ille animus, venturus in corpus, dignum prius* METATVR *hospitium.* Nonius: *METARI, parare. Vnde et METATORES.* Virgil. *Georg. Lib. II. v. 274.*

Si pinguis agri METABERE campi;

Densa fere.

vbi Seruius METABERE interpretatur *eliges.* Sic et castra METARI dicebant metatores. Coelius *Annal. Lib. III.* CASTRAMETATI *signa statuunt. Vnde hodieque METATORES dicuntur.* Paullus ad Festum: *METARI castra dicuntur, quod metis diriguntur.* [Addatur Lips. *de milit. Rom. V. dial. 12.*]

METATOR, in *l. 3. l. 5. C. de aduoc. diuers.*

diuerf. iudic. l. 9. C. de proxim. facr. fcrin. Lib. XII. METATORES cum Vegetio *Lib. II. Cap. 7.* interpretor eos, *qui praecedentes, locum eligunt castris: item qui diuerforiorum et hofpitiorum defignant loca, quos et menfores* adpellari, fupra docuimus: ex *l. 1. C. de metat. Lib. XII.* ex qua et munus eorum difcimus. Ifidorus *Lib. X. Originum:* METATORES, ait, *adpellantur, qui caftra defignant, a metiendo fcilicet, vt Lucanus:*

Hefperios audax veniam METATOR in agros.

Cyprian *Lib. IV. Epift. I. Primum hofpitium vobis in carcere praeparauit: et METATOR quodammodo vefter nunc quoque vos antecedit.* Ambrofius *Lib. IV. Hexaem. Cap. 10. Qui METATORES itinera difponunt.* Optat. Afer *Lib. III. de fchifm. Donatiftar. Nam quum ante venturos milites METATORES, vt fieri folet, mitterentur.* Vnde et Petr. Chrofolog. *Serm. 125.* B. Ioannem Baptiftam, *Chrifti praecurforem ac METATOREM fuiffe*, ait, eodemque verbo vtitur etiam *Serm. CXL.* Freculphus quoque *Libi II. Chronicorum* Iulium Caefarem METATOREM *potius fuiffe imperii, quo poftea Auguftus potitus fit, quam Imperatorem*, fuiffe, fcribit. Sidon. Apollinar. *Lib. VIII. Epift. 11. Huic quodam tempore, Burdegalam inuifens, METATORIAM paginam quafi cum Mufa praeuia mifi.*

METATVM. METATA, funt hofpitia, quae militibus praebentur a prouincialibus. *l. 26. §. 8. C. de Epifc. audient. rubr. l. 9. C. de metat. et epidemet.* Eo vocabulo et Graeci inferioris aetatis vtuntur. Cedren. *Hift. Comp. p. 261.* vbi de clade Theffalonicenfium fub Theodofio, et Ambrofii feueritate in caftigando Imp. agit: Τῶν δὲ, inquit, στρατιωτῶν αὐτοῦ ταραξάντων τὴν πόλιν διὰ μετάτα, ἐστασίασαν οἱ Θεσσαλονικεῖς. *Quum milites vrbem ob* METATA, (ita enim vertendum, non, vt Goil. Xylander tranftulit, *quibusdam de rebus,) conturbaffent, Theffalonicenfes feditionem fecerunt.* Sic et *Bafilicorum* auctores, qui *tit. 12. Lib. LVII.* infcribunt περὶ ΜΙΤΑΤΩΝ. Neque tamen ideo Graecum eft hoc vocabulum, ceu vifum eft auctori Gloffae nomicae apud Car. Labbaeum, vbi ΜΕΤΑΤΟΥΜ reddit ὑποτιθέμενον, ὑποβαλλόμενον· μίτω γὰρ τὸ ὑποβάλλω καὶ ὑποτίθημι. *Suppofitum vel fubiectum, quandoquidem μίτω idem fit ac fuppono, vel fubiicio.* Manfiones et paratas vocabant fcriptores Francici. Vid. Bignon. *Not. ad Marculph. Form. p. 445.* HEIN.

METAXA, in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* et *l. 10. C. de murileg. Lib. X.* eft fericum, quod crudum vulgo dicitur, nondum lotum, neque tinctum, fed αὐτοφυὲς, vt loquitur *l. 70. D. de legat. III.* Ex METAXA enim ferica veftimenta confici, Suidas *voce* Σῆρες. *Tom. III. p. 308.* Σῆρες ἔθνος, ἔνθα ἡ μέταξα γίνεται· ἐξ οὗ καὶ σηρικὰ, τὰ ἐκ μετάξης ὑφασμένα λέγονται. *Seres, gens, vbi conficitur* METAXA, *id eft, fericum. Hinc et ferica dicuntur ea, quae ex METAXA texta funt.* Et mox voce Σηρική. *ibid.* Ὅτι ἡ μέταξά ἐστιν, ἐξ ἧς εἰώθεσαν τὴν ἐσθῆτα ἐργάζεσθαι, ἣν πάλαι μὲν Ἕλληνες Μηδικὴν ἐκάλουν τὰ δὲ νῦν Σηρικὴν ὀνομάζουσιν. Ἐπὶ δὲ Ἰουστινιανοῦ πρὸς Αἰθίοπας πρεσβεύονται Ῥωμαῖοι, ὅπως οἱ Αἰθίοπες ὠνούμενοι τὴν μέταξαν ἐξ Ἰνδῶν, ἀποδόμενοι δὲ αὐτὴν ἐς Ῥωμαίους, αὐτοὶ μὲν κύριοι γένωνται μεγάλων χρημάτων, Ῥωμαίους δὲ τοῦτο ποιήσωσι κερδαίνειν μόνον, ὅτι δὴ οὐκέτι ἀναγκασθήσονται, τὰ σφέτερα αὐτῶν χρήματα ἐς τοὺς πολεμίους μετενεγκεῖν. METAXA *eft illa, ex quam veftem conficere folebant, quam olim Graeci Medicam vocabant: nunc vero Sericam nominant. Iuftiniani vero tempore Romani ad Aethiopes legatos miferunt, ab iis petentes, vt Sericum ab Indis emerent, et Romanis poftea venderent, quo et ipfi ingentem inde pecuniam fibi pararent, et vnum hoc lucrum adferrent Romanis, ne amplius aurum fuum ad hoftes transferre cogerentur.* Quae Suidas, vti alia multa, fuppreffo auctoris nomine haufit ex Procopii *Lib. I. de bell. Perf. Cap. 20.* METAXAM etiam e vermibus prodire, Mofchopulus libro περὶ σχεδῶν ita fcribit: Σὴρ ὁ σκώληξ, ὁ τὴν μέταξαν ἐργαζόμενος, ἀφ᾽ οὗ Σηρικὰ ἱμάτια τὰ μεταξωτά. *Σὴρ eft vermis, qui Sericum conficit, a quo veftimenta metaxica Serica adpellantur.* Hinc METAXAM et *nema Sericum* feparat Martianus *d. l. vlt. §. 7. D. de public. et vectig* quae permifcere videtur Zonaras *in Iuftiniano, Tom. III. p. 56.* quum ait: Τὰ τῶν Σήρων νήματα, ἡ μέταξα δηλαδὴ, παρὰ Ῥωμαίοις γίνεσθαι ἤρξατο· ἤγετο μὲν γὰρ ἐκ Περσῶν ὠνούμενον δι᾽ ἐμπόρων παρὰ Ῥωμαίοις τὸ τῆς μετάξης χρῆμα· οὐκ ᾔδεισαν μέντοι, οὐδ᾽ ὅπως γίγνοιτο οὐδ᾽ ὅτι νήματα σκωλήκων ἐστίν. *Telae Sericae, id eft metaxae, texi a Romanis coeperunt, quae prius a Perficis tantum mercatoribus adferebantur, quum ignorarent, quomodo fierent, neque fcirent, fila ifta vermium effe.* Idem *in Synodo II. Nicena, feu VII. Oec.* Ἐκ μετάξης ἐσθῆτας πεποικιλμένας. αὗται γὰρ αἱ Σηρικαί. *Veftes ex metaxa variegatae, quae Sericae erant.* Ifidor. *Lib. XIX. Orig. Cap. 29.* METAXAM *a circuitu filorum, aut, quod transferatur,* ἀπὸ τοῦ μετάγεσθαι, deducit. Ceterum quod quibusdam videri fcio, vocem hanc in Latium fub Imperatoribus irrepfiffe, Lucillii auctoritate refellitur, ex quo Feftus *in voce Rhodus* haec verba citat: *Linique* METAXAM. Etiam illud addam, quod ab aliis animaduerfum eft, apud Aetium et Actuarium deprauatam hanc vocem in CATAXAM tranfiiffe. [Pertinet huc vox Hifpanica MEDAIXA, eiosdem originis, qua Hifpanos collecta in vnum fila fignificare Iul. Caef. Scaliger *de Subtil. Exerc. CLVIII. n. 9. p. 530.* teftatur. Add. Iac. Gothofred. *Commentar. ad l. 13. C. Theod. de murilegul. Lib. X. tit. 20.*]

METAXARIVS, *l. vlt. C. de pignor.* [Medii aeui fcriptores, detorta in alium fenfum notione huius vocabuli, aeftimatores, qui rebus venalibus in foro certum pretium ftatuunt, METAXARIOS vocarunt, ceu oftendit Car. du Frefne *Gloff. med. et inf. Latin. voce* METAXARIVS.]

METICVLOSVS, A, VM, timidus. *l. 7. D. quod met. cauff.*

METIRI, menfuram agere, et admetiri figni-

significat. Alia caussa est degustandi, alia METIENDI. *l. 34. §. 5. D. de contrab. emt.*, Siue aream, vel tignum, vel lapidem METIENOO mentitus mensor fuerit: *l. 6. D. si mens. fals. mod. dix.* Filii sui coorumeliam ad suam vtilitatem METIRI *l. 17. §. 13. D. de iniur.* Non ex eo METITVR: *l. 1. §. 1. D. si pars hered. pet.* METIRI frumeoti modio: *l. 1. C. de cond. in publ. horr. Lib. X.* Vt emtor in diebus triginta proximis fundum METIRETVR, et de modo renunciaret: *l. 40. D. de contrab. emt.* Terra iter METIRI: *l. 2. §. 8. D. si quis caut. in indic. sist. causs.* METIRI opus: *l. 30. §. 3. D. locat.* Praesides nonnumquam ad tempus, vel annis METIVNTVR. *l. 9. D. de poen.* Si diem ad METIENDVM vinum praestituerit: *l. 1. §. 3. D. de peric. et comm. rei vend.*

ΜΕΤΟΙΚΟΣ, METOECVS, colonus, qui ex vno loco in alium migrat, quod fieri sine principis iussu non potest. *l. 4. C. de iur. fisc.*

¶. 2. Praeterea quiuis *incolae* coloniarum vel municipiorum, qui ciues originarii non sunt, *μέτοικοι* vocantur, vel *πάροικοι*. *l. 239. §. 2. D. de verb. signific.* Eumen. *Panegyr. seu gratiar. act. Cap. IV. Ob haec igitur merita et prisca diuus pater tuus ciuitatem Aeduorum voluit iacentem erigere perditamque recreare, non solum pecuniis ad caldaria largiendis, et lauacris, quae corruerant, exstruendis, sed et METOECIS vndique transferendis.* HEIN.

METRETA, vt ait Isidor. *Lib. XVI. Orig. Cap. 25. est mensura liquidorum. Haec a mensura accepit nomen, Μέτρον enim mensuram dicunt Graeci: licet et vrna, et amphora, et reliqua huiusmodi nomina mensurarum sint, tamen ista hoc nomen a denarii numeri perfectione accipit.* Nicandri *εἰς ἀλεξιφάρμακα* interpres: ΜΗΤΡΗΤΗΣ, ait, *ἔχει ξέστας ἑβδομήκοντα δύο.* METRETA *constat xestis LXXII.* Ea mensura olei, picis, vioi. Olei METRETIS tribus millibus impositis: *l. 61. §. vlt. D. locat.* Si oleum ita venierit, vt in singulas METRETAS certum pretium diceretur: *l. 35. §. 5. D. de contrab. emt.* In iisdem METRETIS oleum recondi solitum esse, osteodunt Cato *de re rustic. Cap. C.* et Columella *Lib. XII. Cap. 1. Picis liquidae nemeturicae* METRETAM *adde in labrum.* Columella *Lib. XII. Cap. 22.* Si ex doleario pars vini venierit, veluti METRETAE centum. *l. 35. §. 7. D. de contrab. emt.*

METROCOMIA, mater seu caput vicorum. *l. 1. C. non lic. habitator. metrocom. Lib. X. l. vlt. C. de exaction. tribut. Lib. X. l. vlt. C. de exaction. tribut. Lib. X. l. vlt. C. Theod. de patrocin. vicor.* [vbi Iac. Gothofredus *in Commentario*: METROCOMIA, *erat mater pagorum, seu caput inter omnes vicos, qui vni ciuitati subiecti erant: haud aliter, quam metropolis mater ciuitatum eiusdem prouinciae.*

METROPOLIS, *l. 4. §. D. de offic. proconf. l. 6. D. de excusat. l. vn. C. vt omn. iudic. l. 11. C. Theod. de medic. et profess.* quasi *mater prouinciae*, vt loquuntur Imperatores, *l. vn. C. de metrop.* Beryto, veram verbi notationem aperientes, quam, tametsi a vulgi cognitione non remotam, Isidorum ignorasse, mirum est. Is enim *Lib. VII. Orig. Cap. 12.* METROPOLITANOS a mensura cinitatum dictos, imperite tradit: quae verba ex eo descripsit Gratianus in *can. cleros 1. Distinct. XXI.* METROPOLIS autem *caput prouinciae* adpellatur. *l. 7. princ. D. de offic. proconf.* Aliqoando tamen plures vnius prouinciae erant METROPOLES, quia ius metropolitanum nonnumquam et alteri cioitati, non imminuto prioris metropoleos iure, datum: quemadmodum Berytus, saluo iure Tyri, Phoeniciae facta est metropolis: *l. vn. C. de metrop. Beryt.* Alia exempla habet Henr. Noris. *de Epoch. Syro-Maced. Diss. IV. Cap. 3. p. 396. et 401.* Hinc ratio redditur, cur Procos. Asiae primam adire iubeatur *τὴν τῶν μητροπόλεων, Ἔφεσον. l. 4. §. 5. D. de offic. proconf.* Nam et Smyrnam in Asia ius metropolitanum haboisse, ex numis constat, obseruauitque id V. A. Corn. van Bynkershoek *Lib. VI. Obs. Cap. 18.* HEIN.

¶. 2. Proprie vero METROPOLES, Suida interprete, erant, *ὅσαι πόλεις ἀποικίας ἔστειλαν*, quae colonias ex se dimiserant, vt et Aristides in *laudatione Alexandri p. 151. Tomo I.* indicat. Thucydid. *Lib. I. p. 25.* Ἀποικία ἐν μὲν πάσχουσα τιμᾷ τὴν μητρόπολιν. *Omnis colonia, beneficiis adfecta honore prosequitur suam* METROPOLIN. Ac plane coloniae eas ciuitates, ex quibus deductae erant, matrum loco colebant, obseruabantqoe, vt Dionys. Halicarn. *Lib. IV.* tradit. ¶. 3. Ceterum accepto priore sensu vocabulo prouinciae Ponti METROPOLIS erat Neocaesarea, vt Iustinianus in *Nouella XXVIII. Cap. 2.* scribit, et Syriae Antiochia, vt Xiphilinus et Spartianus *in Hadriano Cap. XIV.* Sic in *l. vn. C. de metrop. Beryt. Lib. X.* Beryto, (quae ciuitas Phoeniciae fuit, in qua ius ciuile Iostiniani temporibus docebatur, vt ex *l. 1. C. qui aet. vel profess. se excus. Lib. X.* et ex Niceph. *Lib IV. hist. eccl. Cap. 52.* liquet,) METROPOLEOS nomen ac dignitas, saloo Tyri iure tribuitur. [Addatur Io. Strauch. erudita *dissert. ad d. tit. C. de metrop. Beryto*, quae in noua editione dissertationum academicarum sexta est.]

METVERE. METVI damnum ex praedio: *l. 11. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* METVENDVM oon est. *l. vlt. D. si pars hered. pet.* In primis obseruanda est scriptio Florentina *l. 26. §. 1. D. de pignor. Nec* METVIRI *ex hoc solo.* Vbi METVIRI, pro METVTVM *iri*, qoemadmodum *datuiri*, pro datum iri, *restituiri*, pro restitutum iri, *debituiri*, pro debitum iri a Modestino positum esse, censet Ios. Scaliger *ad Catull. Epigr. LXXVII.* Et sane vetus et bonum est illod METVTVM, quo et Lucret, *Lib. V. v. 1139.* vsus est. At nescio tamen, an non forma illa maxime inusitata magis verosimili ratione, pro naeuo librarii habenda sit cum Ant. Augustino *Lib. II. Emendat. Cap. 2.* HEIN.

METVS est instantis vel futuri periculi caussa mentis trepidatio. *l. 1. §. 1. D. quod met. causs.* Cicero *Lib. IV. Tusc. Quaest. Cap. 37.* METVM definit *opinionem impendentis mali, quod intolerabile esse videatur.* Seru. *in Lib. XI. Aeneid. v. 357. Terror proprie est, qui aliis infertur: METVS autem est, quem habent timentes.* METVM autem

MET.

autem in edicto praetoris quod METVS caussa accipere debemus non quemuis timorem sed maioris malitatis: nec vani hominis, sed qui merito in homine constantissimo cadat. *l. 5. l. 6. D. quod met. causs.* Non quilibet enim METVS ad rescindenda ea, quae consensu terminata sunt, sufficit, sed talem METVM probari oportet, qui salutis periculum, vel corporis cruciatum contineat. *l. 13. C. de transact.* METVM etiam praesentem accipimus, non suspicionem inferendi eius: *l. 9. D. quod met. causs.* In edicto ex quibus caussis maiores, (cuius verba sunt haec: QVVM IS METV AVT SINE DOLO MALO REIP. CAVSSA ABESSET: *l. 1. pr. D. ex quib. causs. maior.*) METVS caussa abesse videtur, qui iusto timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abest. *l. 3. D. eod. tit.* Proinde illis edicti verbis non adiuuantur, qui superuacuo timore deterriti afuerunt. *l. 2. D. eod. tit.*

¶ 2. Ceterum adhunc articulum pertinent sequentes loquutiones: Qui METV accusationis mortem sibi consciuerint: *l. 28. D. de bon. libert.* METV imminentis accusationis: *l. 7. §. 2. D. de bon. damnat.* Per METVM actionis: *l. 9. D. de edendo.* Alter METVM adhibuit: *l. 16. D. quod met. causs.* Si plures METVM admiserunt: *l. 16. D. eod. tit.* METV aduersarii: *l. 1. §. 4. D. de postul.* METVS caussa actio: *l. 14. §. vlt. l. 21. §. vlt. D. quod met. causs. l. 18. D de dol. mal.* Si METVS caussa adeat aliquis hereditatem: *l. 85. D. de adquir. vel amitt. her.* METVS caussa exceptio: *l. 4. §. 33. D. de dol. except.* METVS caussa interpositae transactiones: *l. 13. D. de transact.* Maximo METV compelli intelligitur, qui dat ei, qui instrumenta status sui interuersurus sit, nisi det: *l. 8. §. 1. D. quod. met. causs.* METV ne compelleretur: *l. 7. D. quod fals. tut. auct.* vi METVque compulsus: *l. 16. D. de liber. causs.* Nullo praesentis periculi METV conterritus: *l. 2. D. de mort. causs. donat.* Ob METVM criminis: *l. vlt. C. de bon. eor.* METV criminis imminentis: *l. 3. D. de bon. eor.* METV criminis, quo iam fuerat postulatus: *l. vlt. D. de re milit.* Non carebit huius criminis METV: *l. 3. §. 3. D. de susp. tut.* Sine METV criminis: *l. 1. §. 1. D. de concubin. l. 5. C. ad leg. Cornel. de fals.* METV exactionis: *l. 1. §. 5. D. quar. rer. act.* Exceptio de METV: *l. 4. §. 33. et §. vlt. D. de dol. mal. et met except.* Citra METVM exceptionis: *l. 49. D. de hered. petit.* Sine METV exceptionis: *l. 4. D. de oper. libert.* Etiamsi alius METVM fecit: *l. 14. §. 5. D. quod met. causs.* METV hostium: *l. 6. §. 5. D. de re milit.* METVS illatus: *l. 8. l. 9. D. quod met. causs.* METV infamiae: *l. 2. D. de obsequ. parent.* METVS erit, ne: *l. 49. D. ad SC. Trebell.* METVM esse, ne: *l. 1. §. vlt. D. de Carbon. edict.* Sine METV legis: *l. 17. C. ad leg. Iul. de adulter.* Si donator iustissimum mortis METVM habeat: *l. 43. D. de mort. causs. donat.* METV mortis illato: *l. 8. D. eod. tit.* Ex METV mortis fit donatio: *l. 35. §. 4. D. eod. tit.* METV diuini numinis: *l. 8. D. de cond. instit.* METV onerum: *l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered.* METVS, quem passus sum: *l. 14. §. 5. D. quod met. causs.* Qui METVM non a parente passus est: *l. 4. §. vlt. D. de dol. mal. et met. exc.* propter METVM periculi: *l. 40. D. de hered. petit.* Iusto METV perterritus: *l. vlt. §. 1. D. quod met. causs.* METV

MET. MEV. MIC.

turbae perterritus: *l. 1. §. 29. l. 3. §. 1. D. de vi et vi arm.* METV poenae: *l. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 70. §. 1. D. de cond. et demonstr. l. 2. C. vbi causs. fiscal. l. 2. C. qui testam.* Citra METVM poenae: *l. 39. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult.* Sine METV poenae: *l. 54. §. 1. D. locat.* METV in integrum restitutionis: *l. 64. D. de fideiuss.* METV ad dominum reuertendi: *l. 1. §. 27. D. de quaestian.* METV ruinae: *l. 15. §. 35. D. de damn. inf.* id est, propter METVM ruinae: *l. 28. D. eod. tit.* METVS senatusconsulti: *l. 3. §. 31. D. de SC. Silanian.* METVS sententiae futurae. *l. 1. C. de bon. eor.* METVS stupri viris bonis maior, quam mortis esse debet: *l. 8. §. vlt. D. quod met. causs.* METV verborum, vel aliquo timore coactus. *l. 6. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. heredit.*

MEV.

*MEVS, A, VM. MEVM id esse intelligitur, cuius proprietas ad me pertinet. Quum certa res aut persona legator ita, qui meus erit, quum moriar, si communis sit, partem deberi verius est: *l. 5. §. 1. 2. D. de legat. I.* [Nam et id MEVM dici potest, quod commune est: *l. 74. D. de legat. III. l. 239. §. vlt. D. de verb. signif. l. 46. D. de rit. nuptiar*] Haec oratio, Stichus, qui MEVS erit, ita accipi debet, quatenus MEVS erit: *l. 6. D. de legat. I.* Quum dicit testator: vestem MEAM, argentum MEVM, hac demonstratione MEVM praesens, non futurum, ostendit: *l. 7. D. de aur. arg. legat.* De eodem verbo MEVM, vtrum adiectum legatis conditionem faciat, nec ne, vide *l. 85. D. de legat. III.* ¶. 2. MEVM est etiam, quod ex re MEA superest, cuius vindicandi ius habeo: *l. 49. D. de rei vindicat.* Immo et, in quod ius habeo vel actionem, id MEVM quodammodo dicere possum. MEORVM et tuorum adpellatione etiam actiones contineri, dicendum est: *l. 30. §. 1. D. ad SC. Trebellian. l. 91. D. de verb. signif.* Non amplius, quam semel res MEA esse potest: *l. 14. §. 2. D. de except. rei iudic.* Quod MEVM iam, vsucapere me, intelligi non potest: *l. 12. §. 7. D. de captiu.* MEVM quodammodo instrumentum: *l. 4. §. 1. D. de edend.* MEA pecunia, id est, mihi debita. *l. 32. D. de reb. credit.*

MIC.

MICARE. MICATIO erat species sortitionis, qua digitis subito expansis et proiectis, ad liquidum perducere conabantur, vter sequi alterius iudicium vel aestimationem deberet. Varro apud Non. Marcellum *Cap. IV. n. 303.* MICANDVM *erit cum Graeca, vtrum ego illius numerum an ille meum sequatur.* Quum vero hoc genus sortitionis fraudibus vel maxime pateret, nisi quis recte vteretur oculis: candidum et exploratae fidei virum descripturi, *dignum eum esse* aiebant, *quocum quis in tenebris micaret.* Erasm. *Adag. Chil. I. cent. 8 adag. 23.* Vtebantur ea MICATIONE in sponsionibus, diuisionibus, quin et in emtionibus venditionibus. Nonn *in Dionysiac. Lib. XXXIII. v. 18.* de lusu Cupidinis et Hymenaei:

Φιλα-

MIC. MIG.

Φιλακρίτων δὲ βολάων
Λαχμὸς ἔην, μεθέπων ἑτερότερα δάκτυλα χειρῶν,
Καὶ τὰ μὲν ὀρθώσαντες ἀνέχεδον, ἄλλα δὲ καρπῷ
Χειρὸς ἐπεσφίγγωντο συνήορα σύζυγι δεσμῷ.

Vino vero infanientium
Sortitio erat talis, qualis sequitur digitos flexiles manus.
Nam alios erectos proiiciebant: alios carpo
Manus, veluti vinculo nexos, constringebant.

Idem *in Paraphrasi Ioannis Euang. Cap. XIX. comm.* 24. milites inducit, de inconsutili Christi tunica non diuidenda ita colloquentes:

Ὄφρα μὴ σχίζωμεν ἀληθέα τόνδε χιτῶνα,
Θέσκελον ἀμφιέποντα τύπον ξενὸν· ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ
Δάκτυλα χειρὸς ἀφέντες, ἐκήβολα σύμβολα νίκης,
Λαχμῷ πάντες ἴδοιμεν ἀθηρέτῳ, τίνος ἔσαι;

Purpuream ne diſſecemus veram hanc tunicam,
Diuinam habentem formam peregrinam, sed pro ipsa
Digitos manus iacientes, procul iacta signa victoriae,
Sorte omnes experiamur, cuiusnam futura sit.

Calpurn. *ad Nemesian. Eclog. II. v.* 25.

Et nunc alternos magis vt distinguere cantus
Possitis, ter quisque manus iactate MICANTES.
Nec mora, discernunt digitis, prior incipit Idas.

Plura de eo MICANDI ritu dixerunt Isaac. Casaubonus *ad Sueton. Aug. Cap. XIII.* Hadr. Turneb. *Lib. XX. Aduerſ. Cap.* 13. et Io. Wouwer. *de Polymathia Cap. VII.* Nos iam id addimus, Romanos eo MICANDI lusu vsos etiam esse in venditione carnium, eumque tot fraudibus praebuisse materiam, vt durissimo edicto proscribendum illum duxerit Turcius Apronianus, praefectus vrbi, apud Gruter. *Inscr. p. DCCXLVII, 6.* Verba Edicti ita se habent: *Ratio docuit, vtilitate ſuadente, consuetudine* MICANDI *ſublata, ſub exagio potius pecora vendere, quam digitis conlucentibus tradere, vt, adpenſo pecore, capite, pedibus, et ſeuo lactante, et ſubiugulari lanio cedentibus, reliqua caro cum pelle et interaneis proficiat venditori, (leg. emtori) ſub conſpectu publico comprobata.* Firmauit hoc edictum et constitutione generali ratum habuit Valentinianus Imp. *l. 4. C. Theod. de ſuar.* vbi conferenda, quae *in Commentariis* notauit Iac. Gothofredus. HEIN.

MIG.

MIGRARE dicitur inquilinus, seu conductor, qui e praedio vrbano, vel rustico, quod conduxerat, discedit, et alio se confert. Vetus Glossarium: MIGRAT, μεταβαίνει, μεθίσταται. MIGRATIO, μετοίκησις. Inquilinus, qui soluta pensione vult MIGRARE: *l. 1. §. 1. D. de migrand.* Si in conductione domus specialis conuentio facta est, vt non liceat ante finitum annum MIGRARE: *l. 1. §. 4. D. eod. tit.* Exercitu veniente MIGRAVIT conductor: *l. 13. §. 7. D. locat.* Quanti conductoris intereſſet, habitatores ne MIGRARENT: *l. 30. D. eod. tit.* Filius a matre MIGRAVIT: *l. 30. §. 5. D. de legat. III.*

¶. 2. MIGRARE et μεταφορικῶς accipitur pro quauis mutatione et translatione. Sic [MIGRARE ad aras et templa: *l. 3. pr. C. Theod. de apoſtat. Lib. XVI. tit.* 7. MIGRARE in fisci iura dicuntur bona, quae fisco adiudicantur: *l. 2. C. Theod. de cenſitor. Lib. XIII. tit. vlt.*] MIGRARE ad alias nuptias: *l. 6. D. de diuort.* [Fidem, quam Deo dedicauerant, polluerunt, et prodeuntes diuinum mysterium in profana MIGRAVERVNT: *l. 5. C. Theod. l. 3. C. Iuſtin. de Apoſtat.* MIGRARE ad paganos ritus cultusque. *l. 2. C. Theod. de apoſtat.*]

MIL.

MILES, adpellatur vel a militia, id est, duritia, quam pro nobis sustinet, aut a multitudine, aut a malo, quod arcere MILITES solent, aut a numero mille hominum, ductum a Graeco verbo, tractum a tagmate. Nam Graeci mille hominum multitudinem τάγμα adpellant, quasi millesimum quemque dictum. *l. 1. §. vlt. D. de teſtam. milit.* Festus: MILITEM *Aelius a mollitia* κατ' ἀντίφρασιν *dictum putat, eo, quod nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat.* Isidorus *Lib. IX. Orig. Cap.* 3. MILES *dictus, quia mille erant ante in numero vno, vel quia vnus eſt ex mille electus. Romulus autem primus mille ex populo* MILITES *ſumſit, et adpellauit* MILITES. MILES *aut ordinarius dicitur, aut extraordinarius. Ordinarius eſt, qui per ordinem militat, nec adhuc conſequutus eſt gradum honoris. Eſt enim gregarius, id eſt, humilis militiae. Extraordinarius eſt, qui ob virtutem promouetur ex ordine.* Magis solida sunt, quae de etymo vocabuli MILES disserunt Hier. Magius *Miſcell. Lib. IV. Cap.* 1. et Aeg. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p.* 304. *ſequ.* HEIN. ¶. 2. MILITES porro hi demum adpellantur, qui sacramento rogati adactique, et in numeros relati sunt, vt *Lib. II. Antiqu. Select. Cap. 5. ſequ.* docui. Qui nondum in numeris sunt, licet etiam lecti tirones sint, et publicis expensis iter faciant, nondum MILITES sunt: debent enim in numeros referri. *l. 42. D. de teſtam. milit.* Quod vero in *l. 1. in fine D. de bon. poſſeſſ. ex teſt. milit.* scribitur, MILITEM *eſſe, quamuis in numeris non ſit*, ad eum pertinet, qui ex vno numero, vt in alium transferretur, exemtus, illo nondum peruenerit. Interim enim MILES est Porro MILITES Iustinianus definit tam eos, qui sub magistris MILITVM militiam tolerant, quam qui in vndecim scholis taxati sunt, nec non eos, qui sub diuersis optionibus foederatorum nomine decorantur, *l. vlt. C. de locat. conduct.* Hinc non modo nauarchi et trierarchi classium, sed et omnes remeges et nautae in classibus MILITES sunt. *d. l. 1. D. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. milit.* Contra MILITIS loco haberi definit tribunus militum, postquam successor eius in castra venit. *l. 20. D. de teſtam. milit.*

¶. 3. Hinc facile est ad existimandum, cur MILITES opponantur *paganis*: *l. 19. §. 1. D. de caſtr. pecul. l. 42. D. de fideic. libert. l. 14. l. 17. §. 2. D. de teſtam. milit.* et apud Iuuenal. *Sat. XVI. v.* 33. [itemque *priuatis* et *barbaris*: *l. 5. C. ad leg. Iul. maieſtat.* vbi vid. Iac. Gothofred. *in Diſcurſu ad hanc. leg. Cap.* X. denique et tironibus, *l. vlt. C. Theod.*

Theod. de milit. veſt. Lib. VII. tit. 6. ſecus, ac viſum Cuiacio.] ¶. 4. Huc pertinent loquationes: Quando adſumtus fuiſſet MILES, poſtquam deſiit in numeris eſſe: *l. 38. §. 1. D. de teſtam. mil.* MILITES auocandi non ſunt a ſignis vel muneribus, perhibendi teſtimonii cauſſa: *l. 3. §. vlt. D. de teſtib.* MILES caligatus: *l. 2. D. de his, qui not. inf. l. 21. C. de nupt.* MILITES caligati: *l. 9. D. de cuſtod. et exhib. reor.* MILES, qui in commeatu agit: *l. 2. D. de re milit.* MILITES docere, reducere, legendos curare: *l. 35. D ex quib. cauſſ. maior.* MILES factus et in expeditione degens: *§. 4. Inſt. de teſt. mil.* MILITES in expeditione conſtituti: *l. vlt. C. de inoffic. teſt.* MILITIS in expeditionibus occupati. *§. 1. Inſt. de milit. teſt.* MILES lectus, quiue ſe legi paſſus eſt: *l. 4. §. 1. D. de re milit.* Ne quis ob MILITEM legendum mittendumue aes accipiat: *l. 36. §. vlt. D. de leg. Iul. repetund.* MILES non ignominiae cauſſa miſſus, rurſum cinctus eſt in alia militia: *l. 38. §. 1. D. de teſt. mil.* MILITES bellica opera peragunt: *l. 31. D. de re milit.* MILITVM priuilegium: *l. 40. D. de adminiſtr. et peric. tut.* priuilegia: *l. 20. §. vlt. D. de teſtam. mil.* Voluntarius MILES: *l. 4. §. 3. et §. 5. D. de re milit.* ¶ 5. [MILES, et pro opinatore et compulſore, ſeu exactore annonae militaris et tributorum accipitur. *l. 34. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.* et *l. 16. C. Theod. de exaction. Lib. XI. tit. 7.*]

MILIARENSIS, numi Conſtantinopolitani ſpecies, cuius fit mentio Nouell. CV. *Cap. 2. §. 3.* Epiphanius *περὶ μέτρων, Tom. II. Op. p. 184.* Τὸ δὲ ἀργύριον. τοῦτό ἐστι, ὃ Ῥωμαῖοι ΜΙΛΙΑΡΙΣΙΟΝ καλοῦσιν, ὃ ἑρμηνεύεται στρατιωτικὸν δόμα. Argenteus vero a Romanis MILIARISIVM dicitur, quod militare donatiuum interpretari poſſis. Quod poſtremum verbum vitio non caret, ſic igitur reſtituendum: στρατιωτικὸν δῶρον, vt me vetus Gloſſarium bibliothecae regiae docuit, in quo inuenio ΜΙΛΙΑΡΙΣΙΟΝ, στρατιωτικὸν δῶρον. Suidas ſub *ea voce*: ΜΙΛΙΑΡΙΣΙΟΝ, τὸ τοῦ νομίσματος δέκατον. MILIARISIVM *ſolidi decima pars.* Sed hunc Suidae locum iam correxit Scaliger, reſcripſitque δωδέκατον Sed quum admodum obſcura ſit et ſolidi et numi MILIARENSIS aeſtimatio pro diuerſitate temporum: rem, multis inuolutam tenebris, ſingulari exceſſu ad Epiphanium, vel *de folle miliarenſi, ac numorum minutiis diatriba*, excuſſit Dionyſ. Petau. *p. 431. ſequ.* quocum iungendus Io. Fridr. Gronou. *de pecun. vet. Lib. IV. Cap. 16.* HEIN.

MILITARE, vulgo eſt, ſub armata militia ſtipendia merere: *l. 4. princ. et §. 6. D. de re milit. l. 11. l. 15. l. 16. §. vlt. D. de caſtr. pecul. l. 9. D. de cuſtod. et exhibit. reor.* Vnde MILITANTES opponuntur non MILITANTIBVS: *l. 24. D. de teſtam. milit.* itemque paganis: *l. 26. D. de lib. et poſtum.* Paganus, qui MILITARE coepit: *l. 38. §. vlt. D. de teſtam. milit.* Quum aliquis facto teſtamento MILITARE coeperit: *l. 20. §. 1. D. de teſtam. milit.* Si filius MILITARE coeperit: *l. 1. § 3. D. ſi a par. quis manum* Poſt annum, quam MILITARE deſiit: *l. 17. §. 1. D. de caſtrenſ. pecul.* Praefecti, tribuni, aut ceteri, ſucceſſoribus acceptis MILITARE deſinunt; *l. 21. D. de teſt. milit.* Filiusfamilias, qui MILITAVERAT: *l. 18. D. ad leg. Falcid.* Priuilegium, quod MILITANTIBVS datum eſt: *l. 24. D. de teſt. mil.* Qui in vigilibus, vel vrbanis caſtris MILITAT: *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Si inter vigiles Romae MILITAVERINT: Vlp. *tit. III. Reg. §. 5.* Quatenus MILITANT, et in caſtris degunt. *§. 4. Inſt. de milit. teſtam.* ¶. 2. MILITARE etiam dicuntur, qui circa latus principis [vel magiſtratuum, vt *l. vn. C. in quib. cauſſ. mil. fori praeſcript. vt. non poſſ.*] agentes, munus aliquod officiumue in palatio aut comitatu, ſiue principis, ſiue magiſtratus, gerunt, et aliqua dignitate vel adminiſtratione funguntur. Nullus omnino ex tabulariis vel ſcribis, vel logographis, in quocumque officio MILITET: *l. 1. C. de tabular. Lib. X.* Si intra noſtrum palatium MILITENT: *ibid.* Vnicuique, qui in ſacris ſcriniis MILITAT: *l. 7. C. de prox. ſacr. ſcrin. Lib. XII.* In ſacris ſcriniis MILITANTES: *l. 2. l. 9. l. 12. C. eod. tit.* In ſcriniis palatii MILITANTES: *l. 3. C. eod. tit.* B. Ambroſ. *Serm. VII. Non enim tantum de iis* MILITANTIBVS *ſcriptura loquitur, qui armata militia detinentur, ſed quisquis militiae cingulo vtitur, dignitatis ſuae miles adſcribitur.*

MILITARIS, E, quidquid ad milites pertinet: vt MILITARE beneficium. *l 3. D. de teſtam. milit.* MILITARIS cuſtodia, de qua ſupra *Libro III.* MILITARE delictum: *l. 6. §. 6. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 22. §. vlt. D. de legat. III. l. 11. D. de teſtam. mil. l. 2. D. de re milit. l. 7. C. eod. tit. l. 13. C. de teſtam. mil.* quod quis, vt miles, admittit, et quod aliter, quam diſciplina communis exigit, committitur. Cuiusmodi eſt deſertio, emanſio, proditio, et alia, quibus diſciplina militaris violatur. *l. 2. l. 6. D. de re milit.* Vnde MILITARE delictum communi opponitur. *l. 1. D. de veteran. et milit. ſucceſſ.* MILITARIS diſciplina: *l. 9. D. de feriis.* MILITARIS equus: *l. 12. §. 1. D. de re milit.* Inſignia MILITARIA: *l. 2. D. de his, qui not. infam.* MILITARIS iudex: *l. 1. C. ſi a non compet. iud.* MILITARE ius, ait Iſidorus *Lib. V. Orig. Cap. 7. eſt belli inferendi ſollemnitas, foederis faciendi nexus, ſigno dato congreſſio in hoſtem, vel commiſſio, item ſigno dato receptio, flagitii* MILITARIS *diſciplina, cetera quoque ad rem diſciplinamque* MILITAREM *pertinentia eo iure continentur.* At in toto iure ciuili MILITARE ius eſt proprium militum, quo eis teſtari, prout libuerit, imperatorum conſtitutionibus conceſſum eſt. Hinc MILITARI, et *communi iure* opponuntur: *l. 3. l. 11. l. 36. §. 3. D. de teſtam. milit. l. 8. §. 4 D de iur. codicill. l. 38. §. 1. D. de teſtam. milit.* Vide ſupra *Lib. III.* Et ita MILITARI iure teſtari: *l. 1. D. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. l. 7. l. 42. l vlt. D. de teſtam. milit. l. 6. §. 6. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Teſtamentum MILITARI iure facere *l. 4. l. 7. l. 10. D. de teſtam. milit. l. 17. D. ad leg. Falcid.* teſtamentum iure MILITARI factum: *l. 8. D. qui et a quib. l. 2. D. de iniuſt. rupt. l. 12 D. de bon. libert.* Ex teſtamento, quod iure MILITARI miles fecit: *l. 17. D. ad leg. Falcid.* Teſtamentum MILITARI iure valet: *l. 26. D. de teſtam. milit. l. 8. §. 4. D. de iur. codicill.* MILITARI manu: *l. 68. D. de rei vindic.* MILITARIS occupatio: *l. 15. C ad leg. Iul. de adulter.*

MIL.

ter. MILITAREa res: *l. 3. D. de castrens. pecul.* MILITARIA via, quae Graecis λεωφόρος, id est, via publica: *l. vlt. D. de loc. publ.* MILITARES viri. *l. 6. §. 3. D. de offic. praesid.* ¶. 2. [MILITARES, pro militibus: *l. 20. l. 21. C. Theod. de erog. milit. annon. Lib. VII tit. 40. l. 7. l. 11. C. Theod. de frum. vrb. Constantinop. Lib. XIV. tit. 17.* Adde Car. du Fresne *Gloss. med. et infim. Latin. hac voce.*]

MILITARITER, pro militari more: *l. 4. §. 9. D. de re milit.* Sic MILITARITER *ambulare*, apud Vopisc. *in Aureliano.* MILITARITER *armatus*, apud Apulei. *Lib. X. Metamorph. p. 238.* MILITARITER *ornatus* apud Tacit. *Lib. V. Hist. Cap. 22.*

MILITIA. Eius non vnum genus est. Quaedam enim ARMATA adpellatur, quaedam TOGATA: quaedam PALATINA, quaedam LITTERATA. ARMATAE fit mentio *l. 6. l. 18. D. de re iudic. l. 1. C. de iur. et fact. ignor. l. 4. C. qui dar. tutor.* et apud Sulpic. Seuer. *in vita B. Martini.* MILITIA *armata* rursus alia EQVESTRIS, alia PEDESTRIS, quae *vtriusque militiae* adpellatione exaudiendae sunt, ¶. 2. Porro ad MILITIAM armatam pertinent sequentia: MILITIA ius Quiritium accipit Latinus: Vlp. *Reg. tit. III. §. 5.* In MILITIA agenti: *l. 11. D. de castr. pecul.* In MILITIA codicillos facere: *l. 8. §. 4. D. de iur. codicill.* MILITIAE se dare: *l. 29. D. de liber. caussa.* Qui MILITIAE se dedit: *l. 4. §. 1. et §. 2. D. de re milit.* In deteriorem MILITIAM dari: *l. 4. §. 11. l. 13. §. vlt. D. eod. tit.* Io MILITIA decedere: *l. 15. D. de test. milit.* MILITIAE gradus: *l. 3. §. 5. et §. 14. l. 5. D. de re milit. l. vlt. D. de custod. et exhibit. reor.* gradu MILITIAE deiici: *l. 3. §. 20. D. de re milit.* gradu militiae pelli: *l. 3. §. 14. D. eod. tit.* MILITIAE honores: *l. 4. §. 4. D. eod. tit.* MILITIAE iure peculium tenere: *l. 12. D. de castr. pecul.* factum testamentum: *l. 14. D. de bis, quae vt indign.* MILITIAE more: *l. 33. D. de testam. milit.* MILITIAE munus: *l. 4. §. 9. D. de re milit.* MILITIAM mutare: *l. 3. §. 13. et §. 15. l. 5. §. 1. l. 13. §. 4. D. eod. tit. l. vlt. D. de custod. et exhib. reor.* Nomen MILITIAE dare: *l. 8. l. vlt. D. de re milit.* MILITIAE praemium: *l. 40. D. de administr. et peric. tut.* MILITIA reiici: *l. 3. §. 15. D. de re milit. l. 6. § 6. D. eod. tit.* MILITIAE species: *l. 2. §. vlt. D. de re milit.* MILITIAE tempus explete: *l. 3. §. 8 D. eod. tit.* MILITIAE tempore facti codicilli: *l 8. §. 4. D. de iur. codicill.* factum testamentum: *l. 14. D. de bis, quae vt indign.* MILITIAE tempore, vel post missionem: *l. 4. §. 1. D. de castr. pecul.* Io MILITIA testari. *l. 11. §. vlt. D. de testam. milit.*

¶. 3. Ac de MILITIA quidem armata hactenus: ad TOGATAM descendamus. Ann. Lucanus *in panegyrico Pisonis*

Tamen etsi bella quiescant,
Non periit virtus: licet exercere TOGATAE
Munera MILITIAE: *licet et sine sanguinis haustu*
Mitia legitimo sub iudice bella mouere.

Manil. *Astron. Lib. III. v. 106.*

MIL.

Hoc quoque MILITIAE *genus est, ciuilibus actis*
Compositum.

Sic et Cicero *pro Muraena Cap IX. Vrbanam* MILITIAM *respondendi, cauendi, scribendi, adpellat.* Quemadmodum et in *l. 14. C. de aduoc. diuers. indicior.* Imperatores: *Nec solos*, inquiunt, *nostro imperio* MILITARE *credimus illos, qui gladiis, clypeis et thoracibus nituntur, sed etiam aduocatos. Militant enim caussarum patroni, qui gloriosae vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam et posteros defendunt.* MILITIAE, hac notione, erant officia quaelibet in palatio, veluti adiutorum quaestoris: *Nouell. XXXV.* silentiariorum: *l. 30. §. vlt. C. de inoffic. testam.* domesticorum, similiumque. Hae MILITIAE et in commercio erant, et ad heredes transmittebantur sub certa pecuniae definitione: *l. vlt. C. de pignor. l. 5. C. qui milit. poss* immo et pignore obligari, *Nouell. LIII. Cap. 5.* Si quis ergo, ab officio desistens, voluntaria abdicatione in suum locum induceret alium: MILITIAM *alienare, relinquere alii*, et *vendere successori;* hic autem *sibi comparare scriptum praetorium, quaestorium, tribunicium dicebatur.* Praeterea haec MILITIA transmittebatur in liberos, quamuis non essent heredes: *Nou. XXXV.* quin et in heredes extraneos, modo inferrent pro introitu solidos centum. Si vel liberi, vel heredes minus idonei essent ad MILITIAM hanc, vel ob quamcumque caussam alii subrogarentur: hi pretium liberis heredibusque defuncti praestabant. *l. 7. l. 11. C. de prox. sacr. scrin.* quae praestatio dicebatur scholae placitum: *l. vlt. C. de pignor.* vel casus MILITIAE. *Nouell. LIII Cap. 5.* et *Nou. XCVII. Cap. 4.* Rem omnem accuratissime exposuerunt Iac. Cuiac. *Expos. Nouell. XXXV. et LIII.* et Reines. *ad Inscript. p. DXCVIII.* HEIN. Huc pertinent MILITIA ex casu: [*Nouell. LIII. Cap. 5. §. 1.* MILITIA fabricensium: *l. 3. l. 4. l. 6. C. de fabric. Lib. XI. tit. 9*] MILITIA litterata eorum, qui in sacris scriniis militant: *l. 8. C. de prox. sacr. scrin. Lib. XII.* Symmach. *Lib. VII. Epist. 114.* *Fungitur* MILITIA *in scriniis litterarum.* MILITIA palatii, apud Cassiodor. *Lib. I. Var. Cap. 10.* MILITIA palatina, apud Symmach. *Lib. V. Epist. 74.* Sidon. Apollinat. *Lib. I. Epist. 6.* ¶. 4. MILITIAE item adpellabantur commoda illa annonarum et salaria, quae armatam vel inermem MILITIAM exercentibus publice praestabantur. Et ita MILITIAE nomen accipiendum est in *l. 22. l. 49. §. 1. D. de legat. II. l. 11. §. 16. D. de legat. III. l. 18. §. 2. D. de alim. vel cibar. legat. l. 3. §. 7. D. de minor. l. 30. C. de inoffic. testam. l. 27. C. de pignor. l. 6. §. 3. C. de aduoc. diuers. iudicum.* [*l. 20. C. de collat.*] Huiusmodi quoque MILITIAE in commercio fuisse, vendique, emi, et legari, aut alias relinqui potuisse, ex supra dictis locis constat, quod et confirmant haec testatoris verba apud Scaeuolam: *Alumno* MILITIAM *illam cum introitu, comparari volo. l. 102. §. vlt. D. de legat. III.* Ex qua lege praeterea adparet, ab iis, qui MILITIAM comparabant, pro introitu aliquid erogari solitum, Sed et inter venditorem et emtorem MILITIAE conuenisse, vt salarium, quod debebatur ab illa persona, emtori cederet, proponit Scaeuola in *l. 52. §. 2. D. de action. emt. vend.* ¶. 5. [Vti

 vero

vero MILITIAE nomen commoda, ita et onus conferendi milites aliquando denotat, quemadmodum in *l. 3. l. 10. et l. 16. Cod. Theod. de medic. et profess. Lib. XIII. tit. 3.* vbi immunes ab hoc onere pronunciantur medici et professores litterarum, vna cum vxoribus suis et filiis.]

MILIVM, genus frugis, cuius meminit Vlpianus *l. 27. §. 19. D. ad leg. Aquill. Sed et si quis* MILIVM *vel frumentum meum effuderit in flumen, sufficit Aquilliae actio.* Id alii, Festo teste, *putant cepisse nomen maximae a numorum summa, quae est mille:* alii, et hi quidem rectius, a Graeco μελίνη, quo vocabulo milium non minus, quam panicum legumen venit. HEIN.

MILLE, IA. χιλιάς. MILLE passus, non a milliario vrbis, sed a continentibus aedificiis numerandi sunt. *l. 154. D. de verb. signif.* MILLIA passuum: *l. 1. D. si quis caution. in indic. sist. causs.* [tribus MILLIBVS, pro ter mille, vti octo MILLIBVS, pro octies mille. *l. pen. §. 1. D. locat.*]

MILLESIMVS, A, VM. Alter ex MILLESIMA parte: alter ex duomillesimis partibus socius. *l. 80. D. pro soc.*

MILLIARIVM, in *l. 19. §. 12. D. de aur. arg. leg.* est, vas ad coquendum idoneum, quod non in coquinatorio tantum, sed et in balneatorio ponitur a Palladio, vt et a Seneca *Lib. III. Nat. quaest. Cap. 24.* cuius haec sunt verba: *Quemadmodum in balneis facere solemus dracones,* MILLIARIA, *et complures formas.* Idem *Lib. IV. Nat. quaest. Cap. 9. Quemadmodum minora balnearia et minora* MILLIARIA *citius calefiunt.* Athenaeus *Lib. III. Deipnos. Cap. 20. p. 98.* Οἱ καὶ τὸ μιλιάριον καλούμενον ὑπὸ Ῥωμαίων, τὸ εἰς θερμοῦ ὕδατος κατεργασίαν κατασκευαζόμενον, ἰπνολέβητα ὀνομάζοντες. MILLIARIVM *a Romanis ita adpellatum, vas calefaciendae aquae idoneum, Ipnolebeta nominantes.* Vsurpat hoc verbum et Cato *de re rustic. Cap. XX. XXII. et CXXXV.* Instrumento balneatorio legato, MILLIARIA legato cedere, ait Paullus *Sent. Lib. III. tit. 6. §. 65.* Vetus Glossarium: MILLIARIVM, θερμηρόν. Recte monuit Cuiacius *Lib. II. Obs. Cap. 6.* MILLIARIVM esse ahenum, in quo aqua calefiebat. Sed formam accuratius descripsit Is. Vossius *ad Catull. p. 318. sequ.* vbi obseruat, MILLIARIVM dictum esse, vel a pondere mille librarum, vel quod mille caperet mensuras, et perperam quosdam existimare, istud a coquendo milio ita dictum esse. Quare et rectius per duplex, quam per vnicum L. scribitur. Fuisse haec, addit, vasa κυλινδροειδῆ, et latentem intus continuisse fornacem, praecipuumque eorum vsum in eo fuisse, vt numquam aqua deesset calida, quamobrem et θερμαστρίδας a Graecis dicta fuisse. Plura aliquando intus continuisse locolamenta, et praeter anguem aeneum duos praecipue tubos, quorum, quantum aquae frigidae vni infunderetur, tantumdem aquae calidae per alterum effluxerit. Rationem horum facilem petere licere ex *pneumaticis* Heronis, qui omnia accuratissime descripserit, quamuis non nihil peccatum sit in schemate. Varia porro fuisse MILLIARIORVM genera: quaedam enim ignem fundo adpositum habuisse, et apud Palladium, quorumdam fornacem fuisse in medio: alia in summo carbones locatos habuisse, vt apud Heronem et Lucianum *in Lexiphane*: sed tamen et illis subiectum fuisse ignem, oportere, quum tota MILLIARII ratio in dracone constiterit aeneo, qui spirae instar crebris conuolutis orbibus omnia intus ambierit latera, vt nempe tam longo ductu et multiplici contactu distractus et dissipatus omnis carbonum spiritus ante exitum in ipso deficeret MILLIARIA. Propter magnitudinem summis culinarum tabulatis suspendi solita MILLIARIA, probat ex Seneca *Epist. LVII.* vbi de crypta Neapolitana ad Pausilypum: *Quid enim interest, vtrum supra aliquem* MILLIARIVM, *ruat, an mons? Nihil inuenies.* Denique et hodie eius generis MILLIARIA ab Amstelodamensibus, cum compendii caussa, tum ob minus incendii periculum, et domi, et in nauibus construi, subiicit. Quae omnia et erudita et solida sunt, hic repetere omnino iuuit. HEIN. ¶. 2. MILLIARIVM etiam mille passuum spacium seu iter significat. Isidor. *Lib. V. Orig. Cap. vlt. Mensuras viarum nos* MILLIARIA *dicimus.* Et mox: MILLIARIVM *mille passibus terminatur, habens pedum quinque* MILLIA. Hinc illa: Intra centesimum MILLIARIVM: *l. 1. §. 10. D. de offic. praef. vrb. Collat. Leg. Mos. et Roman. tit. XIV. §. 3.* Vltra centesimum MILLIARIVM ab vrbe. *l. 42. D. de excusat.* Qui a primo MILLIARIO Alexandriae agit. *l. 4. §. 1. D. de hered. instit.*
¶. 3. Porro lapidibus MILLIARIA quaeque signata, distincta discretaque fuisse, supra docui, voce LAPIS. Vnde vltra centesimum MILLIARIVM, et centesimum *lapidem*, idem valent. *l. 21. §. 2. et 3. D. de excusat. tut. l. 42. D. et §. 16. Inst. eod. tit.* [De eo more videndi Brisson. *Lib. IV. Antiqu. Cap. 8.* Lips. *de magnitud. Roman. Cap. 10.* Strauch. *de cent. lapidib. vrbicar. §. IV. n. 3. sequ.*] et qui his omnibus accuratius et maiore cum adparatu rem exposuerunt, Bergier. libro eruditissimo *de publ. viis Lib. III. Cap. 11. et 12.* nec non V. C. Euer. Otto *de tutel. viar. Lib. II. Cap. 4. p. 361. sequ.* HEIN. MILLIARIVM ergo vrbis, in *l. 154. D. de verb. signif.* columnam in capite fori Romani accipimus, a qua omnes Italiae viae initium et finem capiebant, et a qua itinerum dimensio sumebatur. Quod quum ab Ant. Augustino *Lib. IV. Emend. Cap. 7.* iam notatum sit, praetermissis ab illo adductis auctoritatibus duos cumuli vice locos adiiciam: vnum ex Dione, qui hanc columnam ab Augusto primum positam *Lib. LIII. p. 526.* Τότε δὲ αὐτός τε προστάτης τῶν περὶ τὴν Ῥώμην ὁδῶν αἱρεθεὶς, καὶ τὸ χρυσοῦν μίλιον κεκλημένον ἔστησε, καὶ ὁδοποιοὺς αὐταῖς ἐκ τῶν ἐστρατηγηκότων, ῥαβδούχοις δύο χρωμένους προσέταξε. *Tunc autem ipse viarum, quae sunt circa Romam, curator constitutus,* MILLIARIVM *aureum, quod vocatur, fecit, quique viis muniendis praeessent, praetorios viros, qui binis lictoribus vterentur designauit.* Alterum vero ex Publio Victore, qui in libello *de regionibus vrbis Romae* MILLIARIVM AVREVM in septima regione vrbis ponit, in qua et forum fuit. Porro quum MILLIARIVM hoc *aureum* a Soetonio *in Othone Cap. VI.* et P. Victore, et a Dione χρυσοῦν

MIL.

σῦν μίλιον, et a Plutarcho *in Galba p. 1064.* χρυσοῦς κίων, *aurea columna* vocetur, efficitur inde apertissime, MILLIARIVM illud vel columnam illam auream fuisse. Plura de aureo isto MILLIARIO notauit V.C. Eu. Otto *de tut.cl.viar.Lib.II. Cap.6.p.389.* vbi erudite disquirit, ab illone aureo MILLIARIO Romani numerum reliquorum inchoarint, ceu visum Ant. Augustino *Lib. IV. Emend. Cap. 7.* Salmasio *ad Solin. p. 642.* et Turnebo *Lib. V. Aduers. Cap. I.* an a portis vrbis, quod singulari dissertatione *de* MILLIARIO *aureo* statuit Lucas Holstenius, an denique a continentibus aedificiis, vti *l. 154. D. de verb. signif.* traditur. V. C. Gallandus *in Ephemerid. Triuult. Tomo IV. p. 225.* ad hoc MILLIARIVM aureum retulit numum Augusti, cuius in anteriore facie est caput Augusti, cum verbis: AVGVSTVS, in postica basis columnae, cui inscriptum C. C. AVGVST. et in peripheria: L. CANINIVS IIIVIR. Sed erudite hanc sententiam destruxit Io. Car. Schott *in Epist. ad Leibnit. de explicatione numi aenigmatici Augusti,* Gallice edita *Berolini 1711.* HEIN. ¶. 4. Fuit et MILLIARIVM Constantinopoli, de quod Soidas *in verbo* Μίλιον *Tom. II. p. 560.* Ἐν τῇ καμάρᾳ τοῦ ΜΙΛΙΟΥ στῆλαι ἵστανται Κωνσταντίνου καὶ Ἑλένης, ἔνθα καὶ σταυρὸς, καὶ ἡ τύχη τῆς πόλεως. *In fornice* MILLIARII *stant statuae Constantini et Helenae, ibidemque conspicitur crux, et Fortuna vrbis.* Eadem totidem verbis leguntur apud Codin. *de orig. Constantinop. p. 20.* De eo vero MILLIARIO Byzantino exquisitiora sunt, quae habet vir laudatissimus Euerardus Otto *de Tutel. viar. Lib. II. Cap. 6. p. 394. et sequ.* HEIN. ¶. 5. Fit et SEPTIMILIARII, seu septimi MILLIARII mentio in subscriptione *l. 4. C. de recept. arbitr. l. vlt. C. de legit. tut. l. 30. C. de iur. dot. l. vlt. C. de bon. liber. l. 3. C. de agricol. et censit.* et apud Iolianum Antecessorem in *Epit. Nouell. CLX.* Locus fuit septem millibus passuum ab vrbe Constantinopolitana distans, Imperatorum palatio nobilitatus. Marcellinus Comes *in Chronico Indict. XI. Arcadius a patre suo Theodosio Aug. consors imperii, septimo ab vrbe* MILLIARIO *coronatus est.* Idem alias: *Theodosio et Cynegio Consulibus, indictione VI. Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, quo fratrem eius, Arcadium, Caesarem fecit, id est, septimo ab vrbe regia* MILLIARIO. Epiphanius Scholasticus, siue Cassiodor. *Tripart. Hist. Lib. IX. Cap. 43. Ante ciuitatem Constantinopolitanam recondidit ad septimum* MILLIARIVM. Prosper in Chronico de Theodosio: *Ioannis Baptistae caput ex vico Cosrai Constantinopolin deportans, septimo ad vrbe lapide in basilica, quam magno sumtu in eius honorem erexerat, collocauit.* Vnde et aliquoties hic locus *Septimus*, vel Ἕβδομος adpellatur. Marcellinus Comes *in Chronico: Celere et Venantio Coss. Indict. VII. Vitallianus Scytha, adsumto Romanorum equitum in triduo congregatorum auxilio, in locum, qui* SEPTIMVS *dicitur, aduenit.* Procop. *Lib. I. de aedif. Iustiniani:* Καὶ τό τε Θέκλης μάρτυρος ἱερὸν, ὃ παρὰ τὸν τῆς πόλεως λιμένα ἐστὶ. καὶ τὸ Θεοδότης ἁγίας ἐν προαστείῳ, καλουμένῳ Ἑβδόμῳ. *Theclae martyris templum prope portum vrbis exstat: sicut sanctae Theodotae in suburbio, quod* SEPTIMVM *vocatur.* Et paullo post: Ἀνῳκοδομήσαντο δὲ θαυμαστῶς ἄγαν τὸ τοῦ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ τέμενος, ὅπερ αὐτῷ Βασιλεὺς οὗτος ἔναγχος ἐν τῷ Ἑβδόμῳ καλουμένῳ ἀνέθηκεν. *Instaurarunt vero mira alacritate Ioannis Baptistae templum, quod illi Imperator iste nuper in loco, cui* SEPTIMO *nomen est, condiderat.* Et alibi: Ἔτι δὲ Μηνᾷ καὶ Μηναίῳ μάρτυσιν ἕδος ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ἀνέθηκεν. *Praeterea etiam Menae et Menaeo, martyribus, aediculam in loco, qui* SEPTIMVM *vocatur, constituit.* Quin etiam ἙΠΤΑ vulgari sermone adpellatum, Liberatus osteodit, cuius in *Breuiario de caussa Nestoriana Cap. IX.* verba sunt haec: *Hypatius Ephesiorum Episcopus, in collatione, quam contra Acephalos suscepit, iussione Iustiniani principis, medio Strategio, Comite sacrarum Largitionum in palatii loco, qui dicitur* HEPTA.

MIM.

MIMVS. MIMI serui: *l. 37. §. vlt. D. de edict. Aedilit.* Isidor. *Lib. XVII. Orig. Cap. vlt.* MIMI sunt dicti Graeca adpellatione, qood rerum humanarum sint imitatores. [Vnde ARCHIMIMI et PANTOMIMI, in *l. 25. §. 1. l. 27. D. de oper. libert.* de quibus suis locis.]

MIN.

MINAE. MINAE capitales: *l. 7. C. de his, quae vi metusue causs.* HEIN. Quibos opponuntur [MINAE lusoriae: *l. 4. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.*]

MINARI, id est, comminari. MINARI, se accusaturum: *l. 40. D. ad leg. Iul. de adult.* Quod dixerit, percussorem sibi mortem MINATVM, si proclamasset. *l. 1. §. 26. D. de SC. Silan.*

[MINAX fauor rectoris prouinciae: *l. vnic. C. Theod. si quacumqu. praedit. potest. Lib. III. tit. 11.*]

MINICIVS. vid. paullo post MINVCIVS.

MINICVLARIVS, qui minio quid inficit, et illinit. *l. 3. C. Theod. de indulgent. debit.* Minium vero vnde ematur, et quomodo paretur, Vitruu. *Lib. VII. Cap. VIII.* docet. Seruius *ad Virgil. Eclog. X v. 27.* MINIVM *rubrica est.* Isidor. *Lib. XIX. Orig. Cap. 7. Minium primi Graeci in Ephesiorum solo inuenisse traduntur. Cuius pigmenti Hispania ceteris regionibus plus abundat: vnde etiam nomen proprium flumini dedit. Huius destillatio argentum liquidum gignit. Minium autem hoc quidam dicunt esse cinnabarim.*

MINIME dicendum est: *l. 24. D. de damn. infect. l. 62. D. de Aedilit. edict.* ¶. 2. MINIME in Notis iurisconsultorum ad aliorum opera idem est, ac immo vero id falsum est. *l. 53. §. 1. et l. 54. D. de action. emt. vendit.*

MINIMVS, A, VM, superlatiuus a paruus. [Vnde MINIMVM, pro re minima in *l. 153. C. Theod. de decurion.* Et *maximi* MINIMIque iunguntur. *l. vn. C. de grege domin. Lib.*

XI. tit. 75.] Sic MINIMI aeris sunt: *l. 3. v. solent. D. de alim. vel cibar. leg.* MINIMA capitis deminutio: *l. vlt. D. de cap. minut. §. 3. Inst. de cap. demin.* et apud Vlpian. *tit. XI. Reg. §. 13.* [MINIMA non curat praetor. *l. 4. D. de in integr. restitut.* Quod MINIMVM est: *l. 9. D. de reg. iur.* MINIMA hereditas: *l. 9. D. de dol. mal.* Qui lancem maximam, mediam, MINIMAM relinquebat: *l. 31. D. de aur. arg. leg.* MINIMA legata: *l. 44. D. ad SC. Trebell.* Ex MINIMA parte heres: *l. 6. D. de religios.* Ex MINIMA parte institutus: *l. 1. §. 9. D. de Carbon. edict.* MINIMA quantitas: *l. 78. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* quanti MINIMO defungi: *l. 11. §. 12. D. de act. emt. vend.* Rem hereditariam, licet MINIMAM: *l. 9. D. de hered. petit.* Ob satis MINIMAM rem: *l. 4. D. de in integr. rest.* MINIMA summa: *l. 38. §. vlt. D. de re iudic. l. 5. D. de administr. et peric. tut.* MINIMO transigere: *l. 3. §. vlt. D. de transact.* Quasi MINIMO valeret hereditas: *l. 13. §. 5. D. de act. emt. vend.* Eum, qui MINIMO venit pretio. *l. 43. §. vlt. D. eod. tit.*

MINISTER, pro seruo: *l. 22. §. 8. D. solut. matrim.* ¶. 2. MINISTER etiam quiuis famulus, vel mandatarius. Sic MINISTER vel particeps caedis: *l. 14. C. de SC. Silan.* [MINISTER Ducis: *l. 3. C. Theod. ad leg. Iul. repetund.*] MINISTER facinoris: *l. 17. §. vlt. D. de quaest.* [MINISTER litis, id est, procurator vel cognitor. *l. vlt. C. Theod. de cognit. et procurat. Lib. II. tit. 12.*] Interdictae rei MINISTER: *l. 15. D. ad municipal.* [MINISTRI stratorum: *l. 1. C. Theod. et Iustin. de custod. reor.* id est, custodes carceris et clauicularii, qui et *ferales* MINISTRI adpellantur in *l. 6. C. Theodos. eod. tit.*] ¶. 2. [MINISTRI pro clericis et ecclesiae pastoribus: *l. 31. C. Theodos. de Episc. l. 14. C. Theod. de pagan.* catholicae ecclesiae MINISTRI: *l. 10. C. de episc. l. 31. C. Theodos. eod. tit.* Christianae legis MINISTRI: *l. 41. et l. vlt. C. Theodos. eod. tit.*]

MINISTERIALIS. [MINISTERIALES et paedagogiani. *l. 5. C. Theod. de diuers. offic. Lib. VIII. tit. 7.*] MINISTERIALES dominici apud Marianum *in Notitia* sub dispositione castrensis.

MINISTERIVM pro opera, quae interuentu certae personae praestatur. Qui MINISTERIVM quale quale adcommodauerunt: *l. vlt. D. de proxenet.* MINISTERIVM annonae: *l. 1. §. 18. D. de exercit. act.* argentariorum; *l. 10. D. de edend.* MINISTERIVM corporale: *l. vlt. §. 26. D. de muner.* Quae rite ad MINISTERIVM Dei dedicata sunt: *§. 8. Inst. de rer. diuis.* MINISTERIA eorum, qui certaminibus sacris deseruiunt, *l. 4. D. de his, qui not. infam.* quo loco designatores seu βραβευταὶ MINISTERIVM, non artem ludicram exercere dicuntur. Libertus, qui operas patrono, vel MINISTERIVM capto luminibus exhibet: *l. 17 D. ad municipal.* Si MINISTERIVM tuum, quasi libera, exhibuisti: *l. 16. D. de liber. causs.* Vice eorum MINISTERIO milites in prouinciis funguntur: *l. 4. D. de offic. proconf.* Si alii negotium gesserunt, et MINISTERIO functi sunt: *l. 2. D. de termin. mot.* Quum proponas, patrem pupillorum, velut liberum te, penes se habuisse in MINISTERIVM: *l. 6. C. de ingen. manumitt.* Si quid tale fuerit, quod vsum MINISTERIVMque hominis impediat: *l. 1. §. 8. D. de Aedilit. edict.* Alium possessorem MINISTERIO meo facio: *l. 18. D. de adquir. possess.* Legationes solo MINISTERIO obeuntur: *l. 6. D. de legation.* Solo corporis MINISTERIO camelarii obligantur: *l. vlt. §. 11. D. de muner. et honor.* Qui MINISTERIVM atque adiutorium ad surripiendas res praebet: *l. 50. §. 1. D. de furt.* Procurator alienae possessioni praestat MINISTERIVM: *l. 18. D. de adquir. vel amitt. possess.* Si per liberam personam quis alii constituerit: MINISTERIVM tantummodo praestare videtur. *l. 15. §. vlt. D. de pecun. constit.* MINISTERIVM publicum, ab *officio*, et *munere* separatur. *l. 1. D. de lege Iul. repetund.* Si quis in honore MINISTERIOue publico sit: *l. 38. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* Rem, in qua fraudis MINISTERIVM suscepi: *l. 46. §. 1. D. de iur. fisci.* In hereditate non capiendi restituenda tacitum MINISTERIVM susceperat: *l. 18. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* MINISTERIVM eorum, qui in templo sunt: *l. 20. §. vlt. D. de ann. legat.* [MINISTERIVM tutelae: *§. 10. Inst. de susp. tut.* quamuis ibi Cuiacius *in Papin. ad l. 11. D. eod. tit.* hunc locum ex *l. 3. § 15. D. eod. tit.* male descriptum, ac proinde ex eo corrigendum esse, existimet.] In quo non sola opera nudumque MINISTERIVM versaretur: *l. 1. D ad SC. Vellei.* Si solo mariti MINISTERIO vxor vsa est: *l. 49. D. de donat. int. vir. et vxor.* MINISTERIO vocis vtimur. *l. 7. §. vlt. D. de supell. legat.* ¶. 2. MINISTERIA, pro ministris: [vti in *l. 2. C. Iustin. et l. 14. C. Theod. de Episc.* MINISTERIA, id est, mares pariter, ac feminae. Sic: tutelam corruptis MINISTERIIS praetoris redimere: *l. 3. §. 15. D. de susp. tut.* Illicita MINISTERIA, ad concutiendos homines procedentia: *l. 6. §. 3. D. de offic praesid.* In MINISTERIVM metallicorum feminae vel in perpetuum, vel ad tempus damnari solent: *l. 8. §. 8. D. de poen.* In MINISTERIVM metallicorum damnati: *l. 36. D. eod. tit.* dati: *l. 9. C. eod. tit.* Traianus ad Plinium *Lib. X. Epist. 41.* *Distribuamus illos in ea* MINISTERIA, *quae non longe a poena sint. Solent enim eiusmodi ad balneum, ad purgationes cloacarum, item munitiones viarum et vicorum dari.* MINISTERIA militaria et curatores adiuuandos dare: *l. 7. §. vlt. D. de offic. praesid.* Qui a municipalibus MINISTERIIS adseruantur: *l. 10. D. ex quib. causs. maior.* Magistratibus municipalibus traditi, vel publicis MINISTERIIS: *l. 1. §. 6. D. de fugitiu.* Apulei. *Lib. X. de asino aur. p. 243.* *Donec iussu magistratuum* MINISTERIA *publica, contrectatis nequissimi serui manibus, anulum ferreum deprehensum cum signo sacculi conferunt.* [Idem *Lib. IX. p. 237.* *Immissis itaque lictoribus ceterisque publicis* MINISTERIIS. Denique *Lib. III. p. 130.* *Tunc me per proscenium medium veluti quamdam victimam publica* MINISTERIA *perducunt.*] Ludicra MINISTERIA: *l. 4 C. Theod. de scenic.* Sex. Aurel. Victor. *Epit. Cap. XLVIII.* *Prohibueritque lege* MINISTERIA, *lasciua psaltriasque comissationibus adhi-*

adhiberi. Enimuero an inde vulgaris nostra vox, qua fidicines tibicinesque communi nomine adpellamus, manauerit, liberum cuiuis esto iudicare. MINISTERIA perquam necessaria, quae vel ad adfectionem pertinent, vel quae in vsum quotidianum habentur: *l. 6. l. 7. D. de pign.* MINISTERIA, quibus paterfam. instructus erat in fundo: *l. 12. §. 31. D. de instr. vel instr.* MINISTERIA vrbana, apud Paullum *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 72.* Vecturas vxoris et MINISTERIORVM eius: *l. 21. D. de donat. int. vir. et vxor.* ¶. 3. [MINISTERIVM pro sacerdotio, vel officio sacro: Sic MINISTERIVM diaconi: *l. tit. C. Theod. de de. cur. Lib. XII. tit. 1.* MINISTERIVM ecclesiae: *l. 39 C. Theod. de episcop. et cler.* Religionis MINISTERIA diuino cultui impendere. *l. 2. C. Theod. eod. tit.* ¶. 4. MINISTERIVM vtique et dominis serui exhibere dicuntur. Vetus Lexicon Graeco-latinum: MINISTERIVM, ὑπηρεσία, διακονία. Seneca *Lib. III. de benefic. Cap. 18.* quosdam, ait, MINISTERIVM ab *officio* et *beneficio* distinguentes, definiisse, MINISTERIVM *esse serui, quem conditio sua eo loco posuerit, vt nihil eorum, quae praestet, imputet superiori.* Item *eiusdem libri Cap. XXI. Quamdiu praestatur, quod a seruis exigi solet, MINISTERIVM est.* In MINISTERIO ergo esse dicuntur serui, siue proprii, siue alieni, aut etiam liberi, nobis bona fide seruientes *l. 2. §. 14. D. vi bonor. raptor.* Eo pertinent loci sequentes: Si non proprietatem donaueras, sed MINISTERIVM ancillae dederas: *l. 4. C. de his, qui a non dom.* Mancipia, quae rudia sunt, simpliciora, et ad MINISTERIA aptiora: *l. 37. D. de Aedilit. edict.* Bina mancipia, MINISTERII caussa reseruata *l. vlt. D. comm di. uid.* MINISTERIIS contrariis aut inusitatis seruos corrumpere; *l 12. D. quib. mod. vsusfr* Liberos in potestate patronorum redigi et MINISTERIVM dominis praebere cogi: *l. 6. §. vlt. D. de adgnosc. et al. lib.* Si negligens in eligendis MINISTERIIS fuit: *l. 27. § 9. D. ad leg Aquil.* Mancipia, quae vt ipsi patrisfamilias in MINISTERIO ibi essent. *l. 12. §. 35. D. de instr. vel instrum legat.* Serui piscatores, qui solebant in MINISTERIO testatoris esse: *l. 27. D. eod. tit.* Seruus, qui extra MINISTERIVM eius mulieris fuit: *l. 12. D. qui, et a quib.* Mancipia, quae in MINISTERIVM filiae mater concesserat: *l. 12. § 4 D. qui, et a quib.* Seruos, quos in MINISTERIO filii mei esse volo: *l. 41. §. 15. D. de fideic. libert.* Omnes iuuenes, quos in MINISTERIO habeo, dari volo: *l. 69. §. vlt. D. de legat III* Ex seruis, quos in MINISTERIO hic secum habebat: *l. 22. D. de manum. vind.* Impuberis quoque MINISTERIVM est: *l. 7. §. 5. D. de oper. libert.* MINISTERIVM mancipiorum: *l. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam.* Ne quis ex rusticana plebe a rationali nostro mularum fiscalium, vel equorum, MINISTERIVM subire cogatur *l 1. C. vt rusticani ad null. obseq. Lib. XI.* Ad vxoris MINISTERIVM necessarii serui: *l. 4. D. de ventr. in possess.* Quicomque ex venalitio nouitiorum emtus, alicui MINISTERIO praepositus sit *l. vlt. §. vlt. D. de Aedilit edict* Inaequalitas maxillarum, si nihil ex MINISTERIO praestando subtraxit: *l. 12. D. eod. tit.* MINISTERIIS puerorum vtitur: *l. 28. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* MINISTERIVM seruorum: *l. 40. D. de adquir. rer. domin* [*l. 12. §. 5. D. de vsu et habitat.*] Plin. *Lib. X. Epist. 40. Publicorum seruorum officio MINISTERIOque funguntur.* Si subducatur MINISTERIVM legato: *l. 24. §. 1. D. de iudic.* Si histrionis vsumfructum reliquerit, et eum ad aliud MINISTERIVM transtulerit: *l. 12 D. quib mod. vsusfr.* Seruus cuius testator quasi MINISTERIO vacuo vtebatur: *l. 27. §. 2. D. de vsufr.* Muliones de vrbano MINISTERIO sunt: *l. 99. §. 2. D. de legat III.* Si vsus MINISTERII alicui fuerit relictus, ad suum MINISTERIVM vtetur, liberorum, coniugisque: *l. 12. §. 5. D. de vsu et habit.* ¶. 5. MINISTERIA etiam sunt vasa, quibus cibus et potus in conuiuiis ministratur. Vetus Glossarium; *Abaci, Delphica, μινιστέριον, ὡς Ἰουβενάλιος.* Vbi per Iuuenalem intelligit veterem Iuuenalis *scholiasten ad Sat. III. v. 204.* vbi *abacum* reddit *Delphicam.* Ceterum hanc vocabuli notionem plura alia probant veterum scriptorum testimonia Paullus noster *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 86 Vasis argenteis legatis ea omnia continentur, quae capacitati alicui comparata sunt, et ideo tam potoria, quam escaria, item MINISTERIA omnia debentur, veluti vrceoli, paterae, lances, piperatoria, cochlearia quoque, itemque trullae, calices, scyphi, et his similia.* Vlpianus *l. 19. § 12. D. de aur. arg leg. Si cui escarium argentum legatum sit, id solum debebitur, quod ad epulandum in* MINISTERIO *habuit.* Iulius Capitolinus *in Marco Cap. XVII. Viris claris permisit, vt eodem cultu, quo et ipse, vel MINISTERIIS similibus conuiuia exhiberent.* Lamprid. in Alex. *Cap. XXXIV. Ducentarum librarum argenti pondus eius MINISTERIVM numquam transiit.* Idem *ibid. Cap. XLI. Quum argentum in MINISTERIO plus ducentis libris non haberet.* Graecum διακονία eadem notione occurrit *I. Maccab. X, 58,* verbis: Καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ χρυσώματα καὶ διακονίαν, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἐξουσίαν πίνειν ἐν χρυσώμασι. *Misitque et vasa aurea et* MINISTERIVM, *et dedit ei potestatem bibendi ex vasis aureis*; ceu obseruarunt Drusius *ad Lib. I. Hasmon. p. 45.* et Schulting. *Iurispr. vet. anteinstin. p. 377.* Plura de hac vocabuli significatione dabunt Claud. Salmas. *ad Script. histor. Aug. p. 90.* et *in Obseru. ad ius Attic. Cap. XXIII.* HEIN.

MINISTRARE, ministerium exhibere et praebere Vetus Lexicon Graecum et Latinum: MINISTRO, ὑπηρετῶ, διακονῶ. Sic coenanti domino seruus dicitur MINISTRARE. *l. 25. D. de pecul.* Si ministeria talia habuit MINISTRANTIA: *l. 3. § 2. D de his, qui not infam.* Siue liberi, siue serui alieni, qui publicanis in eo vectigali MINISTRANT *l. 1. §. 4. D. de pulican. et vectig.*

MINISTRATOR, idem, ac minister. MINISTRATORES serui; *l. 203. D de verb signif.* Seneca *Epist XCV. Transeo pistorum turbam, transeo* MINISTRATORVM, *per quos, signo dato, ad inferendam coenam discurritur.*

MINOR, IS, comparatiuus a paruus. Aliquando MINORES dicuntur ratione aetatis. Sic

Sic MINOR aetate: *l. 16. C. de liberal. cauß. l. 7. C. de muner. patrimon.* MINOR aetas: *l. vlt. C. ſi min. fact. l. vlt. C. ſi aduerſ. donat.* MINORES annorum: *l. 13. §. vlt. D. de tutor. et curat.* MINOR viginti annis in lege Aelia Sentia, quae dominum minorem viginti annis prohibet ſeruum manumittere, praeterquam ſi cauſſam apud conſilium probauerit, vt eſt apud Vlpian. *tit. I. Reg. §. 13. et §. 4. Inſt. qui et ex quib. cauſſ. manum.* non intelligitur, qui diem ſupremum agit anni viceſimi. Non enim minori annis viginti permitti manumittere, ſed MINOREM manumittere vetari: *l. 1. D. de manumiſſ.* MINOR, quam viginti annis: *l. 102. D. de legat. I.* MINOR, *maiori* oppoſitus, minorem XXV. annis ſignificat, *l. 21. D. de adquir. vel omitt. hered.* qui et MINORES XXV. annorum: *l. 6. §. 1. D. de decurion. l. 57. D. de re iudic.* itemque MINORES, quam XXV. annis natu, adpellantur. *l. 7. D. ſi quid in fraud. patron.* Ceterum in lege Iulia de adulteriis, quae MINOREM annis viginti quinque accuſare prohibet, *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* MINOREM viginti quinque annis etiam eum accipimus, qui viceſimum quintum annum aetatis agit: *d. l. 15. §. 6. D. eod. tit.* In edicto quoque de MINORIBVS, MINOREM XXV. annis natu etiam die natalis ſui adhuc dicimus ante horam, qua natus eſt, vt, ſi captus ſit, reſtituatur, et a momento in momentum ſpectetur: *l. 3. §. 3. D. de minorib.* Plane in eo, quod dicitur, MINORES viginti quinque annis ad rempublicam adminiſtrandam, vel ad munera, quae non patrimonii ſunt, vel honores admitti non oportere, annus viceſimus quintus coeptus pro pleno habetur. Hoc enim in honoribus fauoris cauſſa conſtitutum eſt, vt pro plenis inchoatos accipiamus, *l. 8. D. de mun. et honor.* Sic et MINOR filia: *l. 14. D. de dot. praeleg.* MINOR frater: *l. 80. D. ad SC. Trebell.* MINOR quam viripotens: *l. 30. D. quand. dies legat. ced.*

¶. 2. [Quumque et impuberes nondum iuſtae illius aetatis ſint: hi quoque aliquando MINORES vocantur. *l. 34. §. 1. D. de minor. l. 2. l. 3. l. vlt. C. ſi tut. vel curat. interu.* itemque in *rubr. C. ſi ex plurib. tut. vel curat. omn. vel vn.*] ¶. 3. Ratione quantitatis res fere omnes ratione aliarum maiorum MINORES dicuntur. MINVS in bonis heredis eſt, vel MINVS in hereditate habet: *l. 41. §. vlt. D. de euiction.* MINOR capitis deminutio; *§. 2. Inſt. de capit. demin.* quae et *media* adpellatur, videlicet, quum amittitur ciuitas, libertas vero retinetur. *l. vlt. D. de capit. minut.* Si libertus ſe MINOREM centenario fecerit: *l. 16. D. de iur. patron.* Quo MINVS caeli videri poſſit: *l. 17. D. de ſeru. vrb. praed.* MINVS crimen: *l. 7. §. vlt. D. de accuſat.* MINOR eſſe facta dos intelligitur, quae ipſo iure propter impenſas neceſſarias deminota eſt. *l. 5. D. de dot. praeleg.* MINOR hereditas: *l. 5. §. 3. D. de Carbon. edict.* Maiores et MINORES honores: *l. 11. D. de mun. et honor.* MINORES magiſtratus quinam haberentur, vide apud Gell. *Lib. XIII. Cap. 14.* Liu. *Lib. XXXII. Cap. 26.* Iuſſique circumire eos MINORES magiſtratus et triumuiri. In libris certe noſtris MINORES magiſtratus adpellantur, qui ſine imperio ſunt, vt ſupra *hoc ipſo libro* ſub articulo MAGISTRATVS demonſtraui. MINOR modus agri: *l. 31. D. ad municipal.* MINORES mores, id eſt, leniores: Vlpian. *tit. VI. Regul. §. 13.* Ex MINORE parte ſcripti heredes: *l. 114. D. de legat. I.* MINORE pecunia condemnatus, et contra maiore: *l. 20. D. de tutel et rat. diſtrah.* MINOR poſſeſſio: *l. 5. §. 10. D. de reb. eor. qui ſub tut.* MINORES reditus facti: *l. 38. D. de vſu et vſufr. legat.* MINVS relictum: *l. 88. D. de legat. II.* MINVS retuliſſe irenarcham: *l. 6. D. de cuſtod. et exh. reor.* MINVS ſcriptum quam dictum: *l. 102. D. de condit. et demonſtr.* MINVS ſoluit, qui tardius ſoluit. Nam et tempore MINVS ſoluitur: *l. 12. §. vlt. D. de verb. ſignif.* MINVS ſolutum intelligitur, etiamſi nihil eſſet ſolutum: *l. 32. D. eod. tit.* MINOR ſumma: *l. vlt. D. de eo, per quem fact. erit.* MINVS temporis: *l. 21. §. vlt. D. de ann. legat.* MINVS tribuere videtur, etiamſi nihil tributum ſit: *l. 7. §. 2. D. de tribut. act.* MINORES vſurae. *l. 13. D. de vſur.* ¶. 4. MINORIS, genitiuus cum pluribus verbis in iure noſtro iungitur, aliquando et omiſſo per ellipſin verbo nomini adiicitur. Sic: Quanti MINORIS actio: *l. 47. D. de Aedilit. edict.* Si MINORIS actum fuerit cum tutoribus: *l. 25. D. de adminiſtr. vel peric. tut.* MINORIS aeſtimanda lis: *l. 8. D. de damn. infect.* MINORIS condemnare, quam iuratum eſt: *l. 4. §. 3. D. de in lit. iur.* MINORIS condemnare, quam ſolent extraneo agente: *l. 3. §. 8. D. de ſepulcr. viol.* Si MINORIS emi ſeruus non poteſt: *l. 6. D. de fideic. libert.* Quanto MINORIS eſſem empturus: *l. 13. D. de act. emt. vend.* Seu *pluris*, ſeu MINORIS mancipium eſſet: *l. 37. D. de Aedilit. edict.* Quanti ſeruus ob id, quod ſurreptus ſit, MINORIS ſit: *l. 9. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* MINORIS eſt vinum, et *pluris*, opponuntur: *l. 3. §. vlt. D. de act. emt. vend.* Quae vtilitas interdum MINORIS erit, quam res: *l. 9. D. ad exhib.* Quanti MINORIS iudicio agere: *l. 18. D. de Aedilit. edict.* MINORIS locata venditaue res: *l. 2. D. de calumniat.* Si MINORIS res venierit: *l. 32. §. 24. D. de donat. inter vir. et vxor.* Si quum MINORIS veniſſent. *l. 63. D. de fideiuſſor.* ¶. 5. MINORES pro poſteris vſurpari, quando graduum adpellationes deficiunt, Seruius *ad illa Virgilii Lib. VIII. Aen. v. 268. Laetique* MINORES *ſeruauere diem*, monuit.

MINTVRNAE, ciuitas, cuius fit mentio *l. 13. §. 1. D. locat.* Fuit hoc quondam Latii oppidum non ignobile, maximeque colonia Romana, eo loci deducta nobilitatum, vt Liu. *Lib. X. Cap. 21.* refert. Vnde Plin. *Lib. III. Cap. 3.* MINTVRNAS *coloniam* adpellat. Stephanus *de. vrbib. p. 551.* Μιντύρνα, πόλις ἐν Ἰταλίᾳ Σαμνιτῶν, (ſic enim lege,) Διονύσιος ἑκκαιδεκάτῳ. MINTVRNA, *vrbs Samnitum in Italia, de qua Dionyſius Libro XVI.*

MINTVRNENSIS, E. MINTVRNENSES vocantur Minturnarum incolae. *l. 8. §. 5. D. ſi ſeruit. vindic.* Hi ſunt MINTVRNENSES coloni, quos *aeterna in laude verſari, quod C Marium profugum tecto excepiſſent.* Cicero *pro P. Planc. Cap. X.* ſcribit. Idemque *Oratione ad Quirites poſt reditum Cap. VIII.* Marium con-

MIN.

concursu ac misericordia MINTVRNENSIVM *corpus ac vitam suam conseruasse, ait.* ¶. 2. MINTVRNENSE flumen, in *l. 13. §. 1. D. locat.* accipe Lirim, qui Minturnas praeterlabebatur. Strabo *Lib. V. p. 363.* de Fregellis loquens: παρ' ἣν ὁ Λεῖρις ῥεῖ, ὁ εἰς τὰς Μιντούρνας ἐκδιδούς. *Hanc Liris praeterfluit, ad Minturnas se diffundens.* Et mox, *p. ead.* de Sora agens: Παρ' ἣν ὁ Λεῖρις παρεξιὼν εἰς Φρεγέλλας ῥεῖ καὶ Μιντούρνας. *Vbi Liris fluuius ortus Fregellas et Minturnas fluit.* Liuius *Lib. X. Cap. 21. Placuit, vt duae coloniae circa Vestinum agrum et Falernum deducerentur: vna ad ostium Liris, fluuii, quae* MINTVRNAE *adpellatur.* Plin. *Lib. III. Cap. 5. Colonia* MINTVRNA, *Liri amne diuisa, Clanico adpellato.* Vibius Sequester *libro de fluminib. Liris non longe a Marsis Vestinisque, cuius in ripa nymphae Maricae Minturnensis templum est.* Commentator Horatii *in Lib. I. Od. 31. Liris fluuius est Campaniae, interfluens vrbem Minturnensem.* *Lucanus: Atque vmbrosa Liris per regna Maricae.* Idem *in Lib. III. od. 17. Liris est nomen fluuii, interfluentis vrbem Minturnensium.* Quo loco rurius illum eumdem Lucani versum citat. Seru. *in Lib. VII. Aeneid. v. 47. ad verba* Virgilii: *Laurente Marica, Maricam dixit vxorem fuisse Fauni, quae est Dea littoris Minturnensium iuxta Lirim fluuium. Horatius: Innantem Maricae littoribus tenuisse Lirim.* Hic est Liris, in quem praecipitari Fibreoum Cic. *de Legib. Lib. II. Cap. 3.* ait:

MINVCIVS, vel MINICIVS, iurisconsultus, quem vt Sabino et Cassio posteriorem, ita Iuliano et Pomponio antiquiorem fuisse, constat ex *l. 6. §. 4. D. de act. emt. vend.* et *l. 32. D. locat.* Hunc in obscuro latere Iulianus passus non est, qui eum notis suis illustrauit, vnde plurima in Pandectas capita translata sunt, quae hanc inscriptionem habent: IVLIANVS *ex* MINICIO vel, *ad* MINICIVM, In quibusdam autem, vt in *l. 59. D. de rei vindic.* et *l. 1. D. de seruit. legat,* post MINICII verba relata subiungitur: *Iulianus notat.* MINICII sane scripta, notis suis additis, Iulinoum sex libris comprehendisse, auctoritate indicis Florentini vulgo receptum est. Iulianus tamen *libro decimo apud* MINICIVM laudatur ab Vlpiano in *l. 11. §. 15. D. de act. emt. vend.* An hic sit MINICIVS NATALIS, cui rescripsisse Traianum, Vlpiaous *l. 9.* ☞ *D. de feriis* refert, subsisto. Immo satis certum videtur, non alium esse hunc MINICIVM ab illo L. Minucio Natale, cuius Traianus in laudato rescripto mentionem fecit, vt iam obseruauit Cuiac. *Lib. X. Obs. Cap. 4.* In marmoribus eorum temporum, COS. AVGVR, PROCOS. LIBYAE, itemque LEG. AVG. PRO PRAETORE PROVINCIAE MOESIAE INFERIORIS vocatur apud Gruter. *Inscript. p. LIX, 8. et XLIX, 6.* Stemma MINVCIORVM amplissimum, in quo tamen iurisconsultus noster non occurrit, dedit Thomas Reines. *in Epist. ad Rupertum XXXV. p. 251.* Sabinianum vero fuisse nostrum, satis patet ex *l. 61. D. de rei vindic. l. 22. D. de reb. credit. l. 6. §. 4. D. de act. emt.* HEIN.

MINVERE et *augere* aduersantur. *l. 35. §. 2. D. de hered. instit. l. 6. §. 4. D. de pecul. legat.* Non MINVENDI, sed *augendi* legati caussa: *l. 19. D. de tritic. vin. oleo.* Quum *augendi* potius, quam MINVENDI testator voluntatem habuerit: *l. 28. §. 5. D. de liberat. leg.* Sic MINVI dicuntur alimenta: *l. 8. §. 5. D. de transact. l. 2. §. vlt. D. vbi pupill. morari vel educ.* MINVENDAE aquae meae gratia: *l. 15. D. de seruit.* Necessariae impensae dotem MINVVNT: *l. 1. §. 1. l. 5. D. de impens. in res dot. fact.* id est, deminuunt, vt *l. 15. D. eod. tit.* MINVITVR existimatio: *l. 5. §. 2. D. de extraord. cognit.* familia: *l. 13. D. de opt. vel elect. leg.* fideicommissum ratione Falcidiae: *l. 15. §. 7. D. ad leg. Falcid.* Hereditas propter alimenta MINVITVR: *l. 5. §. 3. D. de Carbon. edict.* Operae, quibus institutum vel propositum vitae MINVITVR: *l. 17. D. de op. libert.* MINVERE de iure: *l. 1. C. si in commun. ead. causs.* MINVITVR ius: *l. 8. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* MINVERE ius alienum: *l. 28. D. de testam. milit.* MINVERE legatum testator: *l. 24. D. de adimend. legat.* Legatum non MINVIT: *l. 3. §. 6. D. eod. tit.* Legatum peculii non MINVETVR: *l. 8. D. de pecul legat.* MINVTVM legatum: *l. 27. §. 5. D. de liberat. legat.* In primis MINVI legata dicuntur, quoties interuenit locumque habet Falcidia, quoniam ex his quarta pars detrahitur: *l. 25. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 21. §. 1. D. de ann. legat.* Quatenus MINVVNTVR ea legata, in quibus Falcidia locum habet: *l. 18. D. de testam.* Aes alienum, hoc est, quod debetur domino, MINVIT legatum peculium: *l. 6. §. 4. D. de pecul. legat.* MINVENDARVM litium caussa: *l. 2. D. de aqu. quotid. et aest.* MINVERE lumina: *l. 4. D. de seruit. praed. vrban.* MINVERE *magistratum* Liu. *Lib. IV. Cap. 24.* de Mamerco, dictatore, qui censuram quinquennalem prius, annuam fecerat, *a Censoribus,* ait, *tribu motus et aerarius factus est, quod magistratum populi Romani* MINVISSET. MINVERE maiestatem populi Romani Cicero *in Verr. V. Cap. 20.* dixit. Hoc quid sit supra ex eodem Cicerone docui, sub voce MAIESTAS. Nihil ex obligatione mora MINVET: *l. 24. §. 4. D. de locat.* MINVENDAE opinionis caussa: *l. 24. D. de iniur.* MINVERE partem patroni: *l. 9. D. si quid in fraud. patron.* MINVITVR pars verecundiae patronali debita: *l. 20. D. de donat.* pars quarta: *l. 15. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* MINVITVR peculium, si seruus conseruum suum vulnerauit, et viliorem fecerit, vel quid scidesit, fregerit, aut surripuerit: *l. 9. D. de pecul. legat.* Si seruus cum peculio venditus, priusquam traderetur, venditori furtum fecit, ipso iure ob id factum MINVTVM esse peculium: *l. 30. D. de act. emt. vend.* Delictum ob aliud delictum non MINVIT poenam: *l. 2. D. de priuat. del.* MINVENDA poena: *l. 45. D. de re iudic.* MINVTA poena: *l. 27. D. de poen.* MINVITVR praestatio: *l. 45. D. de act. emt. vend.* pretium: *l. 55. D. ad leg. Aquill.* Res quae vsu MINVVNTVR: *l. 1. D. de vsufr. ear. rer.* MINVI seruitutes pro parte non possunt: *l. 76. D. de legat. II.* MINVERE sortem: *l. 102. §. vlt. D. de solut.* MINVITVR summa: *l. 3. C. de in lit. iur.* MINVTVS vsusfructus: *l. vlt. D. de vsufruct.* ¶. 2. MINVERE, pro alienare: *l. 31. D. de reb. auct. iud. possid.* Quum de bonis eorum aliquid MINVITVR: *l. 6. D. de minor.* Quae alienata erant, non MINVENDI fideicommissi scilicet gra-

tia: *l. 25. §. 16. D. de heredit. petit.* MINVERE aliquid ex hereditate; *l. vlt. §. 2. D. de dol. mal. et met. except.* ¶. 3. MINVI capite, est statum mutare. Qui deficiunt, capite minuontur; *l. 5. §. 1. D. de capit. minut.* itemque qui deportantur: *l. 6. §. 7. D. de iniust. rupt. irrit. fact. test.* Liberos, qui adrogatum parentem sequuntur, placet MINVI caput. *l. 3. D. de cap. minut.* MINVTVS capite: *l. 8. D. de ann. legat. l. 4. D. de fuis et legit. l. 22. D. de testam. milit. l. 6. §. 7. D. de iniust. rupt. irrit. l. 10. §. 2. D. de in ius vocand.* id est, deminutus. *l. 7. D. de act. emt.* In hac vero notissima phrasi MINVERE, non esse amittere, sed mutari, quemadmodum et in *l. 17. in fine D. de oper. libert.* existimat Guil. Forner. *in Select. iur. Lib. I. Cap. 26.* huc etiam referens locum Terent. *Hecyr. Act. IV. scen 3. v. 9. Non MINVAM meum consilium*, id est, non mutabo: vt et alium eiusdem *in Andr. Act. II. scen. 3. v. 17.* Sed constructio cum ablatiuo facit, vt MINVI vel *dominui* hic potius in vulgari notione, pro priuari, vel iacturam facere, accipiamus. HEIN.

MINVS, aduerbium plerumque pro non ponitur. Aliquando tamen etiam comparatiue, pro non aeque, ac aliud. Aliquo MINVS, quam: *l. 8. §. 1. D. de bon. libert.* MINVS audiens: *l. vlt. D. de legit. tut.* MINVS commode frui: *l. 3. §. vlt. D. de itin. actuqu priuat.* Quasi MINVS deliquerint: *l. 1. §. 7. D. de postul.* Non MINVS differentia est: *l. 2. §. 24. D. vi bon. rapt.* (At alia exemplaria habent: non MINIMA differentia. HEIN.) MINVS frequentator: *l. 2. §. 1. D. de ingen. manumitt.* MINVS idonee defendi: *l. 1. §. vlt. D. de Carbon. edict.* MINVS idonei curatores: *l. 1. D. de magistr. conuen.* Si MINVS aliquid legitime, MINVS perite fecere: *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* MINVS lucrosa hereditas: *l. 7. §. 5. D. de minor.* MINVS penso consilio: *l. 3. §. 3. D. de administr. et peric. tut.* MINVS plene editum: *l. 7. D de edend.* MINVS probabilis sententia: *l. 27. §. 3. D. de recept. arbitr.* Neque ob eam rem MINVS ratum esset, quod successit: *l. 29. §. vlt. D. de lib. et postum.* MINVS recte datum: *l. 69. D. de legat. II.* Quod MINVS seruauero: *l. 22. §. 2. D. mandat.* MINVS soluendo hereditas: *l. 9. D. de dol. mal.* Quid MINVS verum est? *l. 39. D. de re indic.* MINVS vtilior. *l. 5. §. 10. D. de reb. eor. qui sub tutel.* ¶. 2 [Non MINVS, quam, pro *aeque, ac*, frequentissime accipitur, sed ita vt membra comparata inter se non raro transponant; e. g. *ex verbis non MINVS, quam mente*, quum dicendum fuisset, *non MINVS ex mente, quam verbis.* Vid. *l. 7. §. 8. D. de pact. §. 3. Inst. de leg. Aquill.*]

[MINVSCVLARIVS in *l. 3. C. Theod. de indulg. debit. Lib. XI. tit. 28.* explicante Gronouio *Lib. IV. Obseru. Cap. 23. p. 363.* est minorum publicorum conductor, qui pro rei aut animi sui angustiis exiguum quid aut a censoribus, aut a fisco, aut ab ipsis denique maiorum vectigalium conductoribus conduxit. Sane MINVSCVLARIOS *vectigalium conductores* diserte vocat Augustin. *Lib. VII. de ciuit. Dei Cap. 4.* Iac. Gutherius *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. 9. p. 590.* quosuis tenuioris fortunae homines MINVSCVLARIOS dictos esse putat quum contra Iac. Gothofredus minimos et speciales tributorum exactores intelligat Sic MINVSCVLARII aquaeductus, in *l. 10. C. de aquaed. Lib. XI. tit. 42.* id est, tenuiores et deminuti, vt Cuiacius interpretatur, non *majcularii*, vt legit Andr. Alciatus, a Cuiacio eo nomine notatus MINVSCVLARIAE ac tenuiores res. *l. 1. C. de descens. ciuit.*].

MINVTATIM, id est, particulatim. Ne a singulis heredibus MINVTATIM alimenta petentes distringantur: *l. 3. D. de alim. vel cibar. legat.* Arbores, quae MINVTATIM conciduntur: *l. 55. §. 1. D. de legat. III.* MINVTATIM singulos conuenire difficile. *l. 8. § 9. D. de transact.* Flumen MINVTATIM recessit. *l. 38. D. de adquir. rer. domin.*

MINVTIO capitis: *l. 5. §. vlt. D. de extraord. cognit. l. 5. l. 6. l. 7. D de cap. minut.* Vlp. *tit. XI. Reg. §. 10.* id est, deminutio, vti *l. 2. l 5. §. vlt. l. 7. §. pen. l. 8. l. 10. l vlt. D. de cap. minut. pr. Inst. de cap. demin.* Est autem capitis MINVTIO status permutatio: *l. 1. D. de cap. minut.* vel prioris status commutatio: *pr. Inst. eod. tit.*

MINVTVS, A, VM, paruum. MINVTAE summae: *l. 90. §. vlt. D. de pact.*

MIR.

MIRABILIS, E. MIRABILIS partus: *l. 12. C. de legit. hered.*

MIRARI. Non MIRANDVM: *l. 108. §. 13. D. de legat. I.* [MIRARI se, a nemine animaduersum, Celsus apud Vlpianum *l. 13. pr. D. de in diem addict.*]

MIRVS, A, VM. MIRVM videbatur: *l. 63. D. de Aedil. edict.* Quid MIRVM? *l. 55. D. de legat. III.* Non MIRVM: *l. 12. l. 3. D. de captiu.* Nec MIRVM debet videri: *l. 5. §. 3. D. de Carbon. edict.* Vt non sit MIRVM: *l. 2. D. quae in fraud. credit.*

MIS.

MISCELLVS, A, VM. MISCELLA lex adpellator Iulia et Papia Poppaea, ob varietatem rerum, quae illis legibus continebantur. *l. vlt. C. de ind. viduit.* Sic et MISCELLOS *ludos* dixit Sueton. *in Calig. Cap. XX.* vt et *variam, MISCELLAM et quasi confusaneam doctrinam* Gell. *Lib. XX. Cap. vlt.* [At Io. Robertus, Cuiacii aduersarius, hanc legem ab auctore et latore, Iulio Miscello adpellatam esse opinatur. Verior tamen est superior sententia, quam praeter Barn. Brissonium Ant. Augustinus, Cuiatius, et doctissimi quique amplectuntur. Adde Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 305. sequ.*] Posteriori sententia, quae nititur auctoritate ipsius Iustiniani *Nouell. XXII. Cap. 43* suffragatur etiam Ian. Vinc. Grauina *de legib. et SC. §. XVI.* Sed quum Iulium illum Miscellum

cellum vniuersa ignoret antiquitas: cui id solum adstruo, non totam legem Iuliam et Papiam Poppaeam MISCELLAM dictam, sed capita duntaxat de legatis et libertate sub conditione datis, et quidem non, quod de viris aeque ac mulieribus ageret, ceu putat Cuiac. *ad tit. C. de indict. vid. et leg. Iul. miscell.* multo minus, quod varias res complecteretur, quod praeter Brissonium et Mercator *I. Notat. II.* credidit, sed quod id caput ex lege Iulia et Papia, SCo, cuius ipse meminit Iustinianus *l. 3. C. de indict. viduit.* et cautione Muciana conflatum esset, ceu obseruauit Iac. Gothofr. *ad leg. Iul. et Pap. p. 331.* Adde *Commentarium* nostrum, *ad eamdem legem Lib. II. Cap. 16. §. 3. p. 303.* HEIN.

MISCERE, aliquando est permiscere et in vnum iungere res diuersas. Sic MISCENTVR inter se actiones: *l. 34. §. vlt. D. de obligat. et action.* MISCENTVR caussae fundorum: *l. 6. §. 1. D. quemadm. seruit. amitt.* In eo, qui MISCVIT duos gradus: *l. 3. §. 5. D. de liber. et postum.* MISCERE extraneum heredem liberis: *l. 13. §. vlt. D. de reb. dub.* MIXTVS aliis heredibus: *l. 80. D. de adquir. vel omitt. hered.* Voluntas duorum dominorum, MISCENTIVM materias: *l. 7. §. 8. D. de adquir. rer. domin.* Si ex alieno vino et melle mulsum MISCVERIT: *§. 25. Inst. de rer. diuis.* Triens proprietate MISCEBITVR: *l. 4. D. de vsufr. ear. rer.* MISCENTVR proprietas et possessio: *l. 52. D. de adquir. vel amitt. possess.* quadrans et sextans: *l. 87. D. ad leg. Falcid.* ¶ 2 Interdum MISCERE est se immiscere: idque proprie facere dicuntur sui et necessarii heredes, sicuti extranei pro herede gerere. Ne vel MISCVISSE necessarii, vel ceteri pro herede gessisse videantur: *l. 14. §. 8. D. de religios.* Necessarii heredes, si se MISCEANT hereditati: *l. 5. D. de SC. Silan.* Si filius sit in integrum restitutus, quod se MISCVERAT: *l. 10. §. 10. D. quae in fraud. credit.* Alias et MISCERE se quis dicitur administrationi: *l. 13. D. de excus. tut.* bonis: *l. 27. D. de adquir. vel omitt. hered.* bonis paternis: *l. 1. D. de collat. bonor.* computationibus: *l. 21. D. ad municipal.* [illicitis contractibus: *l. 3. C. Theod. de contrab. emt. Lib. III. tit. 1.*] hereditati: *l. 7. §. 9. D. de min. l. 19. §. 1. D. ad SC. Vellei.* hereditati paternae: *l. 12. l. 42. §. 2. et §. vlt. D. de adqu. vel omitt. her. l. 3. §. 2. D. de minor. l. 28. D. de reb. auct. iud. possid.* Paull. *Sent. Lib. V. tit. 9. §. 4.* MIXTVS hereditati paternae: *l. 6. §. 3. D. de bon. libert.* hereditati patris: *l. 42. §. 1. D. de adquir. vel omitt. heredit.* Quin et procurator Caesaris MISCERE se hereditati dicitur. *l. 1. D. de offic. proc. Caes.* MISCERE se negotiis: *l. 39. §. 11. D. de administr. tut.* tutelae: *l. 2. §. 42. D. ad SC. Tertull.* ¶ 3. [MISCERI etiam dicitur, quod in communem hereditatem confertur. MISCERE dotem paternae substantiae: id est, conferre; *l. vn. C. Theod. vnde liberi. Lib. IV. tit. 2.* et *l. 5. C. Theod. de legit. hered. Lib. V. tit. 1.* Quo sensu etiam *collationes commiscere cum bonis defunctae personae*, dixit Imperator, *l. 19. in fine C. de collat.*] ¶. 4. MISCERE etiam verbum est, quo seditiones et turbae concitatae describuntur. [MISCERE cuncta suarum cogitationum rabie: id est, turbare, de Eutropio, homine turbulento, et rebelle dicitur. *l. 17. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.* eodem prorsus sensu, quo Phaedrus *Lib. I. fab. 2.*

Procax libertas ciuitatem MISCVIT.

Iul. Pollux Onom. *Lib. VI. Cap. 32.* Πρὸς δὲ τὸν θορυβοῦντα τὸ δημόσιον, τάδε ἄν τις εἴποι· κυκῶν, συγκυκῶν, θορυβῶν, στρέφων, συγχέων, συνταράττων. *Ceterum de turbante rempublicam haec dici possunt: MISCENS, commiscens, turbans, euertens, confundens, conturbans,* sicut illum locum vertit P. Axenius *Not. ad* laudatum Phaedri *locum p. 12.* qui et plura alia hanc in rem exempla congessit]

[MISER, A, VM, notae significationis, quod tum reis criminum, qui in carceribus custodiuntur, vt in *l. 5. C. Theod. de iis, quae administr. Lib. VIII. tit. 15. l. 14. C. Theod. de accusat. et inscript. Lib. IX. tit. 1.* tum parentibus ἀτέκνοις tribuitur. *l. 1. C. Theod. de iure liberor. Lib. VIII. tit. 17.*]

[MISERABILIS, E. MISERABILIS egestas eorum, qui victus atque alimoniae inopia laborantes, liberos suos vendere vel oppignorare coguntur: *l. vlt. C. Theod. de alim. quae inop. Lib. XI. tit. 27.* MISERABILIS iniuria: *l. 50. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.* MISERABILES fortunae iniuriae: *l. 2. C. Theod. de offic. omn. iudic. l. vn. C. Iustin. quand. Imp. inter pup. vel vid.* MISERABILES personae: *l. 1. C. eod. tit.* MISERABILES Iudaeorum preces. *l. 26. C. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.*]

[MISERANDVS, A, VM. Quos MISERANDA fortuna parentum egenorum in seruitium addixit. *l. vn. C. Theod. de patr. qui fil. distrax. Lib. III. tit. 3.*]

MISERARI. [*Mulier quae ipsa se* MISERATVR: Plaut. *Epidic. Act. IV. scen. I. v. 7. Rud. Act. I. scen. 4. v. 14.* Ipsius Planci grauem et immeritum casum facunde MISERATVR. Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 39.* Eodem verbo hic auctor vtitur *Lib. III. Annal. Cap. 17. Lib. IV. Cap. 8.* et *Cap. 68. Lib. XV. Cap. 69*]

MISERATIO, misericordiam significat. MISERATIO aetatis; *l. 37. D. de minor.* Si MISERATIONE custodiam quis miserit: *l. vlt. D. de custod. et exbib. reor.* MISERATIONIS gratia: *l. 8. D. de compensat.* [MISERATIO precum: *l. 26. C. Theod. de cohort. Lib. VIII. tit. 4.*] ¶. 2. [MISERATIO etiam vocatur in *l. 1. C. Theod.* et *l. 2. C. Iustin. de abolit.* tergiuersatio, quando quis ab accusatione desistit, et abolitionem postulat]

MISERICORDIA. Eam Cicero *Lib. IV. Tusc. Quaest. Cap. 8.* definit *aegritudinem ex miseria alterius iniuria laborantis.* Seneca vero *Lib. II. de Clem Cap. 4. 5.* (ex mente Stoicorum, MISERICORDIAM virtutem esse negantium,) *vitium pusilli animi ad speciem alienorum malorum succidentis.* [MISERICORDIAE amicae voluntas eorum, qui expositos ad mortem infantes colligunt. *l. 2. C. Theod. de inf. expos.* et *l. 2. C. Theod. eod. tit.*] Qui MISERICORDIAE caussa, quam ipse non habet, infantem exponit: *l. 4.*

D. de adgnosc. et alend. lib. Si alius ei MISERICOROIAE caussa doderit: *l. 7. D. de calumniat.* MISERICOROIA ductus: *l. 7. §. 7. D. de dol. mal.* Sequester intempestiue MISERICOROIAM exercuit. *l. 7. D. depos.* [MISERICORDIA sanguinis, id est, ea, quae sanguini debetur. *l. 3. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.*]

MISERICORS, qui funerauit in hoc, vt mortuum sepeliret, ne insepultus iaceret. *l. 14. §. 7. D. de religios.*

MISSIBILIS, E. MISSIBILIA tela, quae manu mittuntur et procul iaciuntur. Iustinian. *Nouell. LXXXV. Cap. 4.* τούς τε καλουμένους ζιβύννες ἤτοι μισσίβιλια: *quique vocantur Zibynni, vel MISSIBILIA.* Et ita apud Vegetium in veteribos codicibus scriptum obseruaui, vbicumque vulgo *Missilia* legitur. Sidon. Apollinat. *Lib. IV. Epist. 20. ad Domitium: Lanceis vncatis securibusque MISSIBILIBVS dextrae refertae.*

MISSILIA, qoae in vulgus a magistratibus principibusue, ludos edentibus, aut alias in publicum prodeuntibus, iactantur. Qui MISSILIA iactat in vulgus, ignotat, quid eorum quisque excepturus sit. *l. 9. §. 7. D. de adquir. rer. domin.* Praetores et consules, qui MISSILIA iactant in vulgus, ignorant, quid eorum quisque accepturus sit: *§. 46. Inst. de diuis. rer.* Quasi alea emitur, quum captus MISSILIVM emitur: *l. 8. D. de contrah. emt.* Seneca *Epist. LXXIV. Ad haec, quae a fortuna sparguntur, sinum expandit: sollicitus* MISSILIA *eius exspectat.* [vbi vid. Cael. Rhodig. *Lib. XXVI. Antiqu. lect. Cap. 6. p. 1440. sequ.*] Theophilus *ad d. §. 46. Inst. de diuis. rer.* Τοῦτο δὲ συμβαίνει ἐπὶ τῶν πραιτώρων, ἢ τῶν ὑπάτων, οἵτινες εἰώθασιν, ἢ ἐν ταῖς προελεύσεσιν, ἢ ἐν ταῖς θέαις ῥίπτειν τινὰ τοῖς δημόταις. *Id autem contingit in praetoribus et consulibus, qui pro more vel in processu, vel in spectaculis, iactere quaedam solent in vulgus.* Sane variarum rerum MISSILIA principes popolo, eius demerendi caussa spargebant. Sueton. *in Calig. Cap. XVIII. Sparsit et* MISSILIA *variarum rerum, et panaria cum obsoniis viritim diuisit.* Idem *in Nerone Cap. XI. Sparsa et populo* MISSILIA *omnium rerum per omnes dies singula quotidie millia: aurum cuiusque generis, multiplex penus, tesserae frumentariae, vestis, aurum, argentum, gemmae, margaritae, mancipia, iumenta, atque etiam mansuetae ferae, nouissime naues, insulae, agri.* Idem *in Domitiano Cap. IV. Omne genus rerum MISSILIA sparsit.* Dio. *Lib. XLIX. p. 417.* Σύμβολά τε τινὰ εἰς τὸ θέατρον κατὰ κορυφὴν ἔρριψε, τῷ μὲν ἀργύριον, τῷ δὲ ἐσθῆτα, τῷ δὲ ἄλλο τι φέροντα, καὶ ἄλλα πάμπολλα ὤνια ἐς τὸ μέσον καταθεὶς, διαρπάσαι σφίσιν ἐπέτρεψεν. *Tesseras quasdam in theatro supra spectatorum vertices proiecit, quibus huic pecunia, illi vestis, alii aliud quid obueniebat. Alias item permultas res venales in medium positas diripiendas vulgo concessit.* [Sic et de Elagabalo Herodianus *Lib. V. Cap. 6.* Πύργους δὲ μεγίστους καὶ ὑψηλοτάτους κατασκευάσας, ἐρρίπτει τοῖς ὄχλοις ἁρπάζειν πᾶσιν ἐπιτρέπων ἐκπώματά τε χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, ἐσθῆτάς τε καὶ ὀθόνας παντοδαπάς. Ζῶά τε πάντα, ὅσα ἥμερα ὅσα ἀντίθασσα πλὴν χοίρων· τούτων γὰρ ἀπείχετο Φοινίκων νόμῳ. Quae ita versione sua expressit Ang. Politianus: *Maximas altissimasque turres conscendebat, inde scilicet in plebem MISSILIA sparsurus, aurea videlicet argenteaque pocula, vestesque et lintea omne genus: bestias praeterea cicures, et non cicures omnes, exceptis suibus, quibus ipse, vt mos est Phoenicibus, abstinebat.*] Ad huiusmodi MISSILIA pertinent hi Corippi versus *Lib. IV.*

Medioque fori, qua diuite dextra
Egrediens princeps sacra trabeatus ab aula,
Diuitias vulgo sollemni munere donans
More niuis sparsurus erat, noua fabrica surgit.

MISSILIA spargere olim tam proprium erat consulum, vt hanc liberalitatem inde ὑπατείαν inde adpellauerint Graeci, ceu Cuiacius obseruauit in *Expos. Nouell. CV. Tom. II. p. 1135. edit. Neap.* pluribusque Cat. do Fresne *Gloss. Graec. hac voce.* Sustulerat hanc luxuriam Martianus Imp. *l. 2. C. de consul.* sapienter constituens, ne qoidquam noui consules in vulgus spargerent, sed certam duntaxat summam expenderent in formarum refectionem. At inconsultam istam liberalitatem in vsum iterum reuocauit Iustinianus *Nouella CV*, qua MISSILIA et sportulas populo dare volentibus Coss. permittit, sed ad certum tantum modum, nec saepius, quam septies per annum, et primum quidem inito magistratu Kal. Ianuariis, deinde Circensibus ludis, qui *d. Nou. CV. mappae* nomine designantur, tum theatrica venatione, necnon quarto in spectaculo, quod μονημέριον vocabatur, quinto in ludis scenicis, quos πόρνας vocabant, a productione meretricularum in scenam: sexto iterum ludis circensibus, et postremo, sub finem magistratus. Praeterea huic largitioni eum modum imposuit Imperator, vt oec aurum spargerent Coss. (quam erogationem sibi reseruabant principes,) nec nisi numos minotiores, veluti miliarenses, melos, caous et quadrangulos mediocres: de quibus omnibus eo loco Cuiacius, et laudatus du Fresne *de num. Imp. Constantinopol. §. LXXXVIII. et XCVIII.* HEIN.

MISSIO, pro immissione. Sic MISSIO in totas aedes; *l. 15. §. 12. D. de damn. inf.* MISSIO in bona: *l. 5. §. 11. et §. 12. D. vt in possess. legat.* MISSIO legatorum: *l. 1. §. vlt. D. ne vis fiat ei.* MISSIO in possessionem: *d. l. 5. §. 27. D. vt in possess. legat.* ¶. 2. MISSIO, pro dimissione, quae militibus datur, qua et sacramento soluuntur, et ab exercitu dimittuntur. Seneca *in ludo: Non placuit vlli ex veteranis* MISSIONEM *dari.* Si post MISSIONEM faciat codicillos miles: *l. 17. D. ad leg. Falcid.* Intra annum MISSIONIS: *l. 40. l. 90. D. ad leg. Falcid. l. 17. §. vlt. D. de test. mil.* post annum MISSIONIS: *l. 7. D. de iniust. rupt. irrit. fact. test.* MISSIONVM generales caussae sunt tres; HONESTA, CAVSSARIA, IGNOMINIOSA. HONESTA est, quae tempore militiae impleto datur. CAVSSARIA, quom quis vitio animi vel corporis minus idoneus militiae renunciatur. IGNOMINIOSA caussa est, qoum quis propter delictum sacramento soluitur. *l. 13. §. 3. D. de re milit.* Multa genera sunt MISSIONVM. Est HONESTA, quae emeritis stipendiis, vel ante, ab Imperatore indulgetur: et CAVSSARIA, quae pro-

propter

MIS. MIT.

pter valetudinem laboribus militiae foluit: eſt et IGNOMINIOSA. Ignominioſa autem MISSIO toties eſt, quoties is, qui mittit, addit nominatim, ignominiae cauſſa ſe mittere. Semper enim debet addere, cur miles mittatur *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam.* [Itaque ignominiae mentio non abſciſſe neceſſaria eſt, ſed ſufficit narrari factum militis ignominioſa miſſione dignum. Et plerumque quidem tantum adiici a principe ſolere, ignominiae cauſſa ſe mittere, ait Vlpianus; *l. 2. pr. D. de his, qui not. infam.* at Macer iuriſconſultus diſerte, etſi ſine ignominiae mentione miſſi ſunt, nihilominus ignominiae cauſſa miſſos intelligi, ſcribit. *l. 13. §. 3. D. de re milit.* Exemplum huius MISSIONIS inſigne exſtat apud Hirtium de bello Afric. *Cap. LIV.* Add. P. Faber *Lib. I. Semeſtr. Cap. 17.*] Eſt et quartum genus MISSIONIS, ſi quis euitandorum munerum cauſſa militiam ſubiiſſet. *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam.* Ceterum ad vana illa MISSIONVM genera pertinent loquutiones: Qui honeſtam vel cauſſariam MISSIONEM meruerunt: *l. 26. D. de teſtam. milit.* Veteranis, qui in legione vel vexillatione militantes, poſt viceſima ſtipendia honeſtam vel cauſſariam MISSIONEM conſequuti ſunt: *l. 9. C. quando prou. non eſt nec.* Ante cauſſariam MISSIONEM: *l. 4. D. de teſtam. milit.* Curt. *Lib. X. Cap. 2. Omnes ſimul MISSIONEM poſtulare coeperunt, deformia ora cicatricibus, canitiemque capitum oſtentantes.* Apulei. *Lib. IV. de aſin. aur. p. 144. Rebar enim me iam debilem prorſus, et exanimatum mereri cauſſariam MISSIONEM.*

¶. 3. [MISSIONES honorarias vel quaslibet alias dicuntur quoque obtinere decuriones: *l. 153. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*] ¶. 4. Sed et gladiatoribus MISSIO dari dicebatur. M. Seneca *Lib. IX. Controu. 6. Abſciſſa MISSIONE gladiator, quem armatus fugerat, nudus inſequitur.* Eodem adludit L. Seneca *Epiſt. XXXVII.* quum ait: *Sine MISSIONE naſcimur: quomodo ergo, inquis, me expediam?* Idem *Lib. I. de ira Cap. vlt. Ad pugnam vocauit Iouem, et quidem ſine MISSIONE.* Idem *Lib. II. de benefic. Cap. 21. Non enim ſeruauit is, qui non interfecit, nec beneficium dedit, ſed MISSIONEM.*

MIT.

MITIGARE. MITIGATVR ira. *l. 5. C. famil. erc.*

MITIS, E. MITIOR lex ſequenda. *l. 15. D. de bon. libert.*

MITIVS, aduerbium. MITIVS conſtitui. *l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. naufr.*

MITRA, in ornamentis muliebribus numeratur. *l. 25. §. vlt. D. de aur. arg. leg.* MITRAS tamen magis capitis tegendi, quam ornandi cauſſa comparatas, ait *l. 23. §. 2. verſu: muliebria. D. eod. tit.* Etymologicum: ΜΙΤΡΑ λέγεται ὁ γυναικεῖος τῆς κεφαλῆς ἀναδεσμός. *MITRA vocatur mulieribus faſcia capitis.* Suidas cum Heſychio: ΜΙΤΡΑ διάδημα ἢ ζώνη. *MITRA, faſcia vel zona.* Seru. *in Lib. IX. Aen. v. 616. Pilea virorum ſunt; MITRAE feminarum, quas calauticas dicunt.* [Vide et P. Fabri *Lib. I. Semeſtr. Cap. 15. p. 89.*]

MITTENDARIVS, in *l. 3. l. 7. l. 8. C. de palatin. ſacr. larg. Lib. XII.* Hoc nomine adpellantur ſacrarum vel priuatarum largitionum officia palatina, quae ad prouincias mittuntur, vt *l. 2. C. de can. largitional. tit. Lib. X.* et a comitibus dirigebantur. *l. 4. C. de palat. ſacr. largit.* MITTENDARII palatini officii: *l. 8. C. Theod. eod. tit.* qui per annos ſingulos ex officio palatino exire ſolent. *l. 23. eod. tit.* Hi officiis ſacrarum largitionum adſcribuntur. *l. 7. eod. tit.* [Ex numero MITTENDARIORVM idoneos ſingulis annis eligi ad gerendum principatum officii Comitis domorum per Cappadociam, iubêt Theodoſius *l. 2. C. Theod. l. 3. C. Iuſtinian. eod. tit.* vbi videndi Iac. Gothofred. *in Commentariis*, et Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. II. Cap. 14. p. 402.*]

MITTERE, notae ſignificationis eſt. Sic MITTERE quis dicitur ancillam ad lanificium: *l. 12. §. vlt. D. de vſu et habit.* Eorum, qui non defenduntur, ſiquidem latitent, Praetor ex edicto pollicetur in bona eorum MITTERE: *l. 21. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* Miſſi creditores ad bona: *l. 28. D. de bon. auct. iud. poſſid.* MITTERE in conſilium, poſt cauſſam peroratam iudicibus in conſilium eundi poteſtatem facere. Cicero in *Verr. II, 99.* Accuſabo ; reſpondebis. Teſtibus editis, ita MITTAM in conſilium. Idem pro Cluent. *Cap. 30.* Quum in conſilium MITTERANT, Stalenum iudicem, cui pecuniam dederant, non requirebant? Sane Aſconius in Diuinationem, oratione ab vtraque parte conſumta in conſilium dimiſſos iudices, praecone pronunciante: DIXERVNT tradit. [Simili ſenſu Seneca *Lib. II. de ira Cap. 27. In conſilium de vita noſtra MITTIMVR. Si verum ipſi dicere nobis voluerimus, plures litem noſtram aeſtimabimus. Si volumus aequi omnium rerum iudices eſſe, hoc primum nobis ſuadeamus, neminem noſtrum eſſe ſine culpa.* Ad quem locum Lipſius: In conſilium, inquit iudices MITTI dicuntur, quum, cauſſa audita et cognita, poteſtate a Quaeſitore facta deliberant, et tabellis acceptis finiunt.] Si quem Curatores MITTERENT ad agendum, vel defendendum: *l. 2. D. de curat. bon. dand.* In totam domum poſſidendum MITTI: *l. 15. §. 13. D. de damn. infect.* MITTERE epiſtolam: *l. 3. §. vlt. D. de donat.* MISSA epiſtola: *l. 36. D. ad municipal.* Qui MISSI ſunt ad gratulandum principi: *l. 35. §. 1. D. ex quib. cauſſ. maior.* MITTERE legatos: *l. 4. §. vlt. D. de legation.* MITTERE litteras: *l. 77. §. 26. D. de legat. II. l. 57. D. de donat. int. vir. et vxor.* MITTERE militem ad opus: *l. 12. §. 1. D. de re milit.* Qui MITTVNTVR, vt milites ducerent: *l. 35. D. ex quib. cauſſ. maior.* [MITTI in munus: *l 1. C. Theod. de princ. agent. in reb. Lib. VI. tit. 8.* vel, quod idem eſt, ad neceſſitates publicas et priuatas. *l. 3. C. Theod. et l. 1. C. Iuſtin eod. tit.*] MITTERE nomina praeſidibus: *l. 1. § 10 D. de magiſtr. conuen.* Nuncium MITTERE vxori: *l. 4. D. de diuort.* id eſt remittere, vt *l. 10. D. de ſponſal.* Peregre MISSVS: *l. 5. §. vlt. D. ad exhib.* MITTERE in poſſeſſionem: Praetor poterat ex tribus fere cauſ-

MIT.

caussis: rei seruandae caussa, item legatorum seruandorum gratia, et ventris nomine. l. 1. D. ex quib. causs. in possess. Si MISSI in possessionem damni infecti sumus: l. 4. §. vlt. D. comm. diuid. MISSVS damni infecti: l. 7. §. 9. D. eod. tit. id est, ex caussa damni infecti in possessionem aedium ruinosarum missus, vt l. 15. §. 30. D. de damn. infect. Qui damni infecti a praetore in possessionem MISSVS est: l. vlt. D. ne vis fiat ei. Si quis MISSVS fuerit in possessionem fideicommissi seruandi gratia: l. 3. D. ne vis fiat ei. In fundi possessionem praeses per subscriptionem ad libellum MITTERE non debet: l. 5. C. comminat. epist. progr. In possessionem hereditatis filiam MITTI: l. 56. D. de SC. Trebell. in possessionem potest MITTERE ius dicens: l. 1. D. de iurisd. Si duo a praetore MISSI sint in possessionem legatorum: l. 7. §. 8. D. comm. diuid. legatorum seruandorum caussa in possessionem MITTITVR: l. 13. D. vt legat. misso legatario in possessionem: l. 12. D. pro emt. In possessionem aduersus eum legatarius MITTITVR: l. 4. D. vt legator. seu fideic. Si legatarii aduersum me in possessionem legatorum seruandorum caossa MISSI sunt: l. 11. D. eod. tit. Nisi heres satisdet, MITTVNTVR legatarii in possessionem rerum hereditariarum, quod et in hereditariis creditoribus obseruandum est: l. 26. D. de indic. Si ex quacumque caussa magistratus in possessionem aliquem MISERIT: l. 28. D. de pign. act In aliam partem, quae non defenderetur, in possessionem actor MITTITVR: l. 20. §. vlt. D. de interrog. in iur. fac. Conuenit praetori, omnes, quos ipse in possessionem MISIT, tueri: l. 1. §. 1. D. ne vis fiat ei. In rerum hereditariarum possessionem MITTI: l. 26. D. de iudic. l. 9. D. de ann. legat. l. 10. D. vt in possess. In possessionem MITTI rerum pupillarium a praetore quis potest, siue legatorum seruandorum caussa, siue damni infecti: l. 3. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tut. Si quando iussu magistratus rei seruandae caussa, vel quia damni infecti non caueatur, MITTITVR in possessionem, vel ventris nomine; l. 3. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. poss. Siue rei seruandae caussa, siue legatorum, aut ventris nomine in possessionem MISSI sunt: l. 1. §. 1. D. ne vis fiat ei, qui. Rei seruandae caussa pupillus in possessionem MITTITVR eius, qui suspectus factus est; l. 7. §. 1. D. de susp. tut. Quum creditores rei seruandae caussa MITTVNTVR in possessionem; is, qui possidet, non sibi, sed omnibus possidet; l. 5. §. 2. D. vt in possess. legat. [MITTERE in possessionem rerum soli, pignori datarum et diu subhastatarum: l. 3. C. de exsequut. rei iudic.] In vacuam possessionem fundi MITTERE: l. 34 pr. D. de adquir. vel amitt. poss. Praetor ventrem in possessionem MITTIT: l. 3. §. 2. D. ne vis fiat ei. l. 1. D. de ventr. in possess. mitt. Ventris nomine in possessionem mittatur: l. 2. D. de ser. Aut ventris nomine in possessionem mulier, vel is, cui legatum est, legatorum seruandorum caussa MITTATVR: l. 4. D. de offic. eius, cui mand. iurisd. MITTERE vt possideas: l. 1. §. 10. D. de adquir. possess. vel ad possidendum: l. 1. §. 11. eod. tit. Cicero in Diuinat. Cap. XVII. Iste in possessionem bonorum mulieris MITTIT: Liu. Lib. XXXVIII. Cap. 60. In bona deinde L. Scipionis possessum publice Quaestores praetor MISIT. MITTERE

MIT. MIX.

vxori repudium: l. 16. D. ad leg. Iul. de adult. l. 4. D. de diuort. Eum, qui alienam vxorem ex itinere domum suam duxisset, et inde marito eius repudium MISISSET; l. 8. D. de diuort. MISSA res in nauem: l. 1. §. vlt. D. naut. caupon. stab. Serui si in mercedem MITTVNTVR: l. 12. §. 8. D. de instruct. vel instrum. leg. [MISSA in vlteriorem gradum successio: l. 1. C. Theod. de his, qui cond. propr. Lib. XII. tit. vlt.] In vincula publica MITTITVR: l. 38. D. de iniur. ¶. 2. MITTERE pro remittere. MITTI ad actionem: l. 26. D. de Aedil. edict. ad arbitrum: l. 1. §. 6. D. si cui plus, quam per leg. Falcid. MITTERE caussam ad praefectos: l. 12. D. de his, quae vt indign. desertorem ad docem: l. 3. D. de re milit. MITTI ad eumdem iudicem: l. 8. §. 1. l. 9. D. de lib. caus. l. 22. D. de iudic. l. vlt. D. de quib. reb. Seneca Lib. II. de beneficiis: Ad iudicem MISSVS sum, vt impetrarem, caussam dixi. Idem Lib. III. Cap. 7. Melior est conditio caussae bonae, si ad iudicem, quam si ad arbitrum MITTATVR. ¶. 4. MITTERE, pro dimittere. MITTERE custodiam: l. 14. D. de custod. et exhib. reor. MITTERE militem, id est, ab exercitu dimittere: l. 2. princ. et §. 2. D. de his, qui not. infam. MITTI milites: l. 21. D. de test. milit. l. 7. D. de iniust. rupt. irrit. l. 1. C. de his, qui non implet. stipend. MITTI militia: l. 34. D. de test. mil. MISSVS ab exercitu miles. l. 2. §. 1. D. de his, qui not. infam. id est, dimissus, vt l. 1. D. eod. tit. MILES ignominia MITTITVR. l. 13. §. 3. D. de re milit. l. 8. §. 9. D. de excusat. l. 2. D. de his, qui not. inf. cum ignominia. l. 38. §. vlt. D. de poen. Ignominiae caussa ab Imperatore MISSVS: l. 2. §. 1. D. de his, qui not. inf. l. 26. D. de testam. milit. Et contra: miles MISSVS honeste: l. 5. C. eod. tit. MISSA fit nunciatio: l. 20. D. de oper. nou. nunc. [MISSAM facere nunciationem: l. vn. pr. D. de remiss.] Cicero pro Quinct. Cap. XIV. Qui postquam vadimonium MISSVM fecerit.

MIX.

MIXTVRA. Conditio, quae ex MIXTVRA quadam consistit: l. 82. D. de condit. et dem. MIXTVRA rerum: l. 29. D. de vsurp. et vsuc.

MIXTVS, A, VM. MIXTAE sunt actiones, in quibus vterque actor est, vt puta finium regundorum, familiae ercifcundae, communi diuidundo, interdictum vti possideris, vtrubi. l. 37. D. de oblig. et action. Quaedam actiones et ideo MIXTAM caussam obtinere videntur, quod tam in rem, quam in personam dantur, qualis est, familiae ercifcundae actio, communi diuidundo, et finium regundorum. §. 20. Inst. de action. Vnde Paollus: Finium, ait, regundorum actio in personam est, licet pro rei vindicatione sit: l. 1. D. fin. reg. Hereditatis etiam petitionem MIXTAM personalem actionem habere, ait l. 7. C. de hered. petit. MIXTAE quoque adpellantur actiones, quae tam rei, quam poenae persequendae caussa comparatae sont. §. 17. §. 18. §. 19. Inst. de action. MIXTA alternatio locorum: l. 2. §. 3. D. de eo, quod cert. loc. plumbum cum argento MIXTVM:

l. 5.

l. 5. §. 1. D. de rei vindic. MIXTVM imperium cui iurisdictio inest: *l. 3. D. de iurisd.* vel quod non est merum, sed iurisdictioni cohaeret: *l. 1. §. vlt. l. vlt. D. de offic. ei. cui mand. iurisd.* MIXTA interdicta: quae et prohibitoria sunt, et exhibitoria: *l. 1. §. 1. D. de interd.* MIXTO iure: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 6. et §. 8.* MIXTI liberi et extranei: *l. 8. §. 1. D. de vsufr.* MIXTA munera: tam personalia, quam patrimoniorum sunt: corporalique ministerio et sumtibus patrimonii, et damnis administrantis expediuntur: *l. vlt. pr. et §. 26. D. de muner. et honor.* Si honores habuerunt MIXTAM muneris grauem impensam: *l. 7. §. vlt. D. de interd. et relegat.* MIXTI numi: *l. 78. D. de solution.* MIXTVM corporis et animi vitium: *l. 4. §. 3. D. de Aedil. edict.* MIXTAE sorti vsurae: *l. 20. D. de vsur.*

MOB.

MOBILIS, E. MOBILES res adpellantur, quae solo non continentur: ac proinde MOBILES *res* et *soli* opponuntur. *l. 1. §. 1. D. vsufruct. quemadm. cau.* RES mobiles rei soli accedentes: *l. 3. §. 1. D. de vi et vi arm.* [ac proinde inter MOBILIA numeratur aurum, argentum, mancipia vrbana et vestes. *l. 4. C. Theod. de bon. vacant. Lib. X. tit. 8.*] ¶. 2. Ceterum MOBILES *res* aliquando a *se mouentibus* separantur, vt *l. 1. D. de Aedil. edict. l. 30. C. de iur. dot. l. vn. §. 7. C. de rei vxor. act. l. 2. et l. 3. C. de quadr. praescript. l. 37. l. 49. §. 2. C. de episc. et cleric. l. 13. C. de seruit. l. 7. C. de bon. quae lib.* Et hinc iunguntur MOBILIA *mouentiaque*: *l. 1. C. de vi bon. rapt.* sicuti κινητὸν πρᾶγμα, καὶ αὐτοκίνητον separat Iustinianus *Nou. CXII. Cap. 1.* ¶. 3. Alias tamen MOBILIVM adpellatione etiam *se mouentia* continentur. Atque ita res MOBILES in duo genera deducuntur, in ANIMALES, et eas, quae ANIMA carent. *l. 1. D. de rei vindic. l. 15. §. 2. D. de re iudic.* Quod MOBILE est, puta seruum: *l. 30. §. 4. D. de adquir. vel amitt. possess.* Res MOBILES, excepto homine: *l. 3. §. 13. D. eod. tit.* [Bonis MOBILIBVS et vrbanis mancipiis confiscandis eius decurionis, qui clam actoribus, atque procuratoribus nescientibus alienae fuerit seruae coniunctus *l. 6. pr. C. Theod. de decurion.*]

MOD.

MODERAMEN. [Serenitas nostra certum MODERAMEN, id est, temperamentum inuenit: *l. 64. pr. C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit. 30.* praescripta MODERAMINIS Imperatorii libramenta transscendere: *l. 47. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.*] Secundum MODERAMEN locorum. *l. 7. D. de ser.*

MODERARE et MODERARI. Horum illud saepe actiue, hoc passiue vsurpatur, ceu iam ostenderunt Voss. *Lib. III. de Analog. Cap. 6. 7.* Scip. Gent. *Lib. I. Parerg. Cap. 18.* et Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 328.* HEIN. Quam rem Diuus Seuerus et Antoninus elegantissime Epistola sua sunt MODERATI: *l. 6. §. vlt. D. de offic. proconsl.* MODERANDI honoris gratia: *l. 1. D. de bon. libert.* MODERARE ordinem edictorum vel compendium: *l. 72. D. de iudic.* MODERANDA poena est, vique ad bestiarum damnationem: *l. 6. D. ad leg. Iul. peculat.* MODERANDAE portionis arbitrium datum: *l. 76. §. 5. D. de legat. II.* Vt MODERETVR praetor, quam summam tutores ad alimenta pupillis praestare debeant: *l. 3. D. vbi pupill. educ.* [MODERARE rempublicam: *l. 30. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.*]

MODERATE, aduerbium praestitui annum ita MODERATE, vt cet. *l. 1. §. 12. D. de success. edict.* Tam MODERATE statuere: *l. 3. D. vbi pupill. educ.*

MODERATIO. Cum aliqua MODERATIONE destitui: *l. vlt. D. de bon. damnat.* [itineris agendi MODERATIO *l. 40. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.*] MODERATIO iudicantis: *l. vn. C. Theod. de respons. prud.* Inculpatae tutelae MODERATIO: *l. 1. C. vnde vi.* Quantum sufficit habitantibus in vsus diurni MODERATIONE. *l. 10. in fine D. de seruit. vrb. praed.*

MODERATOR. MODERATORES prouinciarum: *l. 11. C. de offic. rect. prou. l. 3. C. de repud. l. 7. C. Theod. de rect. prouinc. l. vn. C. Theod. ne sine iussu princ.* id est, rectores, quos Graeci ἁρμοστὰς vocant. Tribuit autem specialiter hoc nomen Iustinianus praesidibus prouinciarum Helenoponti et Arabiae. *Nouell. XXVIII. et CII.*

MODERATVS, A, VM. MODERATA, et *immoderata* aestimatio opponuntur: *l. 40. D. de damn. infect.* MODERATA aetas: *l. 1. §. 3. D. de postul.* [MODERATA definitio: *l. vlt. C. Theod. de vsur. Lib. II. tit. 33.* MODERATVM erit: *l. 38. D. ex quib. causs. maior.* MODERATO spacio. *l. 8. D. qui satisd. cog.* [MODERATA vltio: *l. 41. C. Theod. de episc. et cler. Lib. XVI. tit. 2.*]

MODESTE, aduerbium. MODESTIVS facit, qui refert iusiurandum, quam qui ipse iurat. *l. 28. D. de pecun. const.*

MODESTIA. [Patientiam et MODESTIAM suam, quam leges nostrae, et publica disciplina, et ipsorum nomen monachorum exposcit, studiose vnusquisque tam monachus, quam cuiuslibet alterius professionis, retineat, et perpetuo obseruare procuret. *l. 26. C. de episc. et cler.*]

MODESTINVS (HERENNIVS) de quo Iul. Capitol. *in Maximino iun. Cap. I.* vbi vocatur MODESTINVS iurisperitus. Hunc *studiosum suum* vocat Vlpianus, et ab eo in Dalmatia agente consultum se refert in *l. 52. §. 20. D. de furt.* Citatur a Callistrato *l. vlt. §. 26. D. de mun. et honor.* et *non contemnendae auctoritatis iurisconsultus* adpellatur a Gordiano Imp. *l. 5. C. ad exhib.* [et in *l. vn. C. Theod. de resp. prud.* eius scriptis *lectionis* tribuitur *auctoritas.*] Contra eius sententia reprobatur a Iustiniano, in *l. 36. §. 2. C. de inoffic.*

inoffic. test. Scripserat autem RESPONSORVM *libros XIX*: PANDECTARVM *libros XII*: REGVLARVM *libros X*: DIFFERENTIARVM *libros IX.* EXCVSATIONVM *libros VI. ad Ignatium Dextrum*, Graeca lingua: DE POENIS *libros IV.* DE PRAESCRIPTIONIBVS *totidem*: AD Q. MVCIVM *libros XXXI.* item *libros singulares* DE PRAESCRIPTIONIBVS, DE LEGATIS et FIDEICOMMISSIS, DE TESTAMENTIS, DE EVREMATICIS, DE ENVCLEATIS CASIBVS, DE DIFFERENTIIS DOTIS, DE RITV NVPTIARVM. ☞ Haec omnia satis oota. Addimus, floruisse eum sub Alexandro Imp. sub quo iam anno ab V. C. DCCCCXCVI. cum Faltone Restitutiano controuersiam, inter magistros fontium et fullones decem annos agitatam finiuit. Fabrett. *Inscript. p.278.* De ICti huius prudentia, modestia, aequitate, plura obseruauit V. A. Henr. Brenckmann. *in Euremat. Cap. I. §. 18. p. 30. sequ.* Praeter opera iuridici argumenti, hic recensita eidem MODESTINO tribuuntur a quibusdam periochae, singulis Virgilii libris praemissae: sed earum auctorem potius esse grammaticum aeui recentioris, cognomine Nasonem, vel ipsa praefatio docet. Vid. *Catalecta p. 143. edit. Scalig.* Scip. Gentil. *Lib. II. Parerg. Cap. XXXI.* et Io. Alb. Fabric. *Biblioth. Latin. Lib. I. Cap. 12. p. 207.* HEIN.

MODESTVS Consul. Sub eo factum SC. cuius mentio fit *l. 1. §. 2. D. de fugitiu.* Inuenio in Fastis anno ab V. C. CMLXXX. Alexandri Seueri principatu, Modestum cum Probo ☞ consulatum gessisse. Fuit is ex Almelouenii sententia, VETTIVS MODESTVS, cuius mentio fit in lapide apud Gruter. *p. CLXIX, 7.* At Noris. *Epist. consul. p. 476.* ex inscriptione veteri

TI. MANILIO - - - - -
SER. CALPVRNIO - - - - -

eruit par consulum *Ti. Manilius* MODESTVS et *Ser. Calpurnius Probus.* MODESTVS vero et *Probus* Coss. saepissime io ipso iure nostro memorantur. HEIN.

MODIATIO, *l. 16. C. de vsur. l. 7. C. de rer. permut. l. vlt. C. de naufrag. l. vlt. C. de annon. ciuil. Lib. XI. l. 32. C. Theod. de nauicular.* et apud Cassiod. *Lib. IV. Var. Cap. 7.* mensuram frumenti et tritici per modios initam significat.

MODICE, Gell. *Lib. XII. Cap. 13.* interpretatur *cum modo aequo et pari.* Alias MODICE est leuiter. MODICE interesse: *l. 2. §. 24. D. de vi bon. rapt.* MODICE vindicari. *l. 28. §. 12. D. de poen.*

MODICVS, A, VM, mediocre, vile. MODICVS actus: *l. 6. §. vlt. D. de duob. reis.* MODICVM aes alienum: *l. 5. §. 10. D. de reb. eor.* Ad MODICVM aeris pignorata res; *l. 36. D. de pignor. act.* MODICA aera: *l. 27. D. de verb. signif.* Qui interdiu MODICVM aliquid de templo tulit: *l. 6. D. ad leg. Iul. peculat.* Non pro MODICO beneficio datur: *l. 4. D. de his, qui not. infam.* MODICA castigatio: *l. 12. D. de iurisdict. l. 23. §. vlt. D. de vsufr.* quae et leuis castigatio vocatur: *l. 13. §. 4. D. locat.* et leuis coercitio: *l. 7. § 2. et l. 11. §. 7. D. de iniur.* MODICA coercitio, *l. vlt. D. de offic. ei. cui. mand. est iurisd. l. 8. §. 2. D. de religios.* Cuiusmodi esse censeo fustium admonitionem. Flagellorum certe atrox animaduersio castigatioque habetur. *l. 23. §. vlt. D. de vsufruct. l. 7. §. 2. l. 15. §. 38: l. 9. §. 3. D. de iniur. l. 11. D. de officio procons.* MODICO, honoris gratia, possessori dato: *l. 15. D. de rei vindic.* MODICVM damnum: *l. 25. §. 6. D. locat.* Non MODICVM delictum: *l. 9. D. de minor.* MODICA dilatio: *l. 7. D. de admin. et peric. tut.* Si hominem MODICO distraxisti: *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.* MODICVM fideicommissum: *l. 1. §. 6. D. si cui plus.* MODICA fideicommissa: *l. 52. §. vlt. D. de iudic.* MODICVM fretum: *l. 99. §. 1. D. de verb. sign.* MODICVM furtum: *l. 89. §. 1. D. eod. tit.* MODICI furti reus: *l. 3. §. 1. D. de bon. eor.* MODICVM hospitium: *l. 5. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* MODICA ignominia: *l. 1. D. de liber. causs.* MODICA impendia, vt cibariorum: *l. 18. §. 2. D. commod.* MODICAE impensae: *l. 12. D. de impens. in rem dot.* MODICVM interuallum: *l. 1. §. 6. D. si is, qui test. lib. l. 2. D. commod.* MODICVM interuallum temporis: *l. 6. §. vlt. D. de duob. reis.* MODICO lacte vsurum: *l. 12. §. 2. D. de vsu et habit.* MODICVM legatum: *l. 45. D de fideic. libert.* MODICVS locus: *l. 60. D. de verb. signific.* MODICA loca: *l. 22. D. de contrab. emt.* MODICA data occasione: *l. 4. D. de manum. testam.* Non MODICAM partem bonorum: *l. 80. D. ad SC. Trebell.* Ex MODICA parte instituti: *l. 6. D. de bon. libert.* Ex parte noo MODICA heres: *l. 4. D. quod cum eo, qui in alien. pot.* MODICA pecunia: *l. 5. §. 8. D. de iur. immunit.* Non infinitam pecuniam, sed MODICAM: *l. 192. D. de verb. signif.* Perquam MODICA portio: *l. 1. §. 10. D. de coniung. cum emancip. lib.* MODICA portiuncula aedium: *l. 15. §. 11. D. de damn. infect.* Ex MODICA portiuncula dominus: *l. 10. D. de aqu. et aqu. pluu.* MODICO praesenti: *l. 8. D. de transact.* MODICVM pretium: *l. 3. §. vlt. D. de iure fisci.* Nec MODICVM quid ex taberna: *l. 11. §. 5. D. de instit. act.* MODICA aedificiorum refectio, quae ad tutelam necessariam desideratur: *l. 15. D. de impens. in rem dot. fact.* MODICA refectio ad fructuarium pertinet: *l. 7. §. 2. D. de vsufr.* MODICVM residuum: *l. 87. §. vlt. D. de legat. II.* MODICVM sortis et vsurarum: *l. vlt. D. de liberat. leg.* MODICVM spacium: *l. 23. D. de obl. et act.* Non MODICVM spacium temporis: *l. 41. D. de testam. milit.* MODICA species monimenti: *l. 2. D. ad leg. Falcid.* MODICA substantia: *l. 5. D. de legit. tut.* Si MODICA summa sit, id est, vsque ad duos aureos: *l. 9. §. vlt. l. 10. D. de dol. mal.* MODICVS sumtus: *l. 14. §. 10. D. de religios.* MODICVM tempus in interdicto de itinere actuque priuato non minus, quam triginta dierum accipitur. *l. 1. §. 2. D. de itin. actuqu.* MODICVM tempus interdum intelligitur, quod post condemnationem reis indultum est. *l. 21. D. de iudic.* vt *l. 31. D. de re iud.* Sic: MODICO tempore: *l. 1. §. 8. D. de bon. possess. secund. tab.* Nec MODICVM tempus: *l. vlt. §. vlt. D. de bon. lib. exhib.* MODICVM tempus ex anno: *l. 19. D. de minor.* Qui non ad MODI-

CVM

CVM tempus cooduxit: *l. 1. §. 3. D. de superfic.* MODICVM tempus, non minus decem dierum: *l. 21. §. 1. D. de pecun. constit.* MODICO tempore interposito: *l. 135. §. 2. D. de verb. oblig.* MODICVM tempus praestituendum: *l. 7. princ. D. de hered. petit. l. 71. §. 2. D. de legat. I. l. 21. §. vlt. D. de recept. arbitr. l. 20. §. vlt. D. de statulib. l. 24. §. 6. D. solut. matrimon.* Si intra MODICVM tempus, quam rediit: *l. 15. §. vlt. D. ex quib. causs. maior.* MODICO vendidit: *l. 13. §. 4. D. de hered. petit.* MODICVS vsusfructus: *l. 8. §. 23. D. de transact.* MODICVM vulnusculum: *l. 1. §. 7. D. de Aedilit. edict.*

MODIOLVS, paruus modius. *l. 36. D. de aur. arg. legat.*

MODIVS, mensura, qua veteres frumentum admetiri solebant. MODII aenei, vel lapidei: *l. 9. C. de suscept.* [quae est *l. 21. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. 6.*] Tritici MODIVS centum, qui singuli pondo centum pendeant: *l. 7 D. de trit. vin. ol.* Tritici Africi boni MODIOS centum: *l. 75. D. de verbor. oblig.* Centum MODIOS ex illo horreo: *l. 38. D de iudic.* [Si summa crediti in duobus MODIIS fuerit, tertium MODIVM amplius vsurae nomine consequantur: *l. 1. C. Theod. de vsur. Lib. II. tit. 23.*] Frumenti MODIIS octo millibus naui impositis: *l. 61. §. vlt. D. locat.* Mille MODIOS tritici: *l. 42. D. de fideiussor.* Si frumentum ita venierit, vt in singulos MODIOS pretium diceretur: *l. 35. §. 5. D. de contrab. emt.* In singulos MODIOS, quos admensus eris: *ibidem.* Qui ex aceruo frumenti MODIVM sustulit: *l. 21. D. de furt.*

MODO, aduerbium. MODO hanc, MODO illam sententiam probandam: *l. 15. §. 32. D. de damn. infect.* MODO si, id est, dummodo: *l. 19. §. vlt. D. locat. l. 28. D. de testam. tut. l. 76. §. vlt. D. de legat. II. l. 18. D. de noui op. nunc.* Si MODO: *l. 14. D. de sponsal. l. 15. D. de seruit. vrban. praed.* [*§ 2. Inst quib. mod. re contr. obl. §. vlt. Inst. qui testam. tut. dar. poss. §. 1. Inst. de oblig quae quasi ex contr.*] MODO vt. *l. 1. §. 5. D. de susp. tut.* id est, dummodo, vt *§. 1. Inst. eod. tit.*

MODVLVS, *l. 8. §. 5. D. de nou. op. nunc.* et *l 30. §. 1. D. de damn. infect.* sunt operis admetiendi caussa institutae comparataeque mensurae. MODVLIS enim in operum mensuris agendis vsos esse veteres, ex Vitruuii *Lib. I. Cap. 2. Lib. III. Cap. 2. et Lib. IV. Cap. 3.* patet. Vetus Glossarium: MODVLI *sunt quaedam formae et mensurae caementariorum, per quos mensurae lapidum deprehenduntur.* Aqua quoque MODVLIS erogabatur, et distribuebatur. Frontin. *Lib. I. de aquaeduct. Aquarum MODVLI aut ad digitorum, aut ad vnciarum mensuram instituti sunt.*

MODVS, mensuram cuiusque rei significat. Sic MODVS actionum: *l. 27. D. de reg. iur.* Computationi MODVS non adhibetur: *l. 2. §. 5. D. de administr. rer.* Ne MODVS in ea re non non adhibeatur: *l. 12. §. 1. D. de re milit.* Rationi non exigendae MODVS adhibitus: *l. 72. §. 1. D. de cond. et demonstr.* MODVM adiicere: *l. 6. §. 3. D. de offic. proconf.* Prior MODVS aedificii: *l. 31. D. de seru. praed. vrb.* MODVS aedificiorum: *l. 1. §. 17. D. de nou. op. nunciat.* Vt aedificia reficiat ad eum MODVM, qui seruitute imposita comprehensus est: *l. 6. §. 2. D. si seru. vindic.* De MODO aedificiorum Romae primus cogitasse videtur Rutilius Rufus, cuius de modo aedificiorum orationem laudat Sueton. *Aug. Cap. LXXXIX.* Deinde Augustus vllom aedificium nouum ad viam publicam vltra septuaginta pedes attolli vetuit, teste Strabone *Lib. V. p. 368.* Neronem quoque post ferale illud incendium cohibuisse aedificiorum altitudinem, refert Tacit *Lib. XV. Annal. Cap 43.* Sed et Traianus sanxit, ne domorum altitudo sexaginta pedes superaret. Aurel. Victor *Epitom Cap. XIII.* Fuere fortassis et alia huiusmodi edicta principum, ad quae prouocat Vlpian. *l. 1. §. 17. D de nou. oper. nunc.* Plura ea de re dixit ipse Brissonius noster *Lib. I. Select. antiqu. Cap. I.* HEIN. Pro MODO admissi *l. 37. D. de poen. l. 10. D de extraord. crim. l. 5. C. de op. libert.* In MODO aestimationis circumuenta: *l. 12. D. de iur. dot.* Pro MODO aestimationis: *l. 78. D. de legat. II* MODVS agri: *l. 4. §. vlt. l. 6. D. de act. emt. vend. l. 25. D de seru. rust. praed.* et apud Paull. *Lib. I. Sent. tit. 19. §. 1.* Plaut. *Aulul. prolog. v. 13.*

Agri reliquit ei non magnum MODVM.

Cic. *Lib. XIII. ad Attic. Epist. 33. Nihil scripsit, nisi de MODO agri.* Idem *pro Flacco Cap. XXXV. Voluisti magnum agri* MODVM *censeri.* Horat. *Lib. II. serm. sat. 6. v. 1.*

Hoc erat in votis: MODVS *agri non ita magnus.*

De MODO agrorum arbitri dantur. *l. 7. D fin. regund.* MODVS autem agri iugerum numero demonstrabatur. *l 13. §. 14. D. de act. emt. vend. l. 64. D. de euict.* Si duorum fundorum venditor separatim de MODO cuiusque pronunciauerit, forte si dixit, vnum centum iugera, alterum ducenta habere: *l. 42. D. de act. emt.* Pro MODO agri detenti aut alienati: *l. 25. D de seru. praed. rust.* Cognitionem ad aliquem MODVM sustineri: *l. 36. D. de iudic.* Ad aliquem MODVM peritus: *l. 19. § 4. D. de Aedil. edict.* Ad alium MODVM conuertere viridaria: *l. 13. §. 7. D. de vsufr.* MODVS altitudinis: *l. 1. C. de aedif. priuat.* MODVS aquae: *l. 2. C. Theod. de aquaed.* Amplioris MODI aqua: *l. 1. §. 15. D. de aqu. quotid. et aest.* Ad MODVM et ad rigorem cursus aquae *l. 1. §. 1. D. ne quid in flum. publ.* MODVS pro aetate eius, qui transigit arbitrandus est: *l. 2. §. 15. D. de transact.* MODVS, si quidem praetor arbitratus est, is seruari debet, quem praetor statuit: *l. 2. D. vbi pupill. educ.* MODVM iudices arbitrari oportere: *l. 7. D de quaest.* Secundum suae auctoritatis MODVM: *l. 12. §. vlt. D de re milit.* Cum MODO audiendum: *l. 5. §. 14. D. de adgnosc. et al. lib.* MODVS beneficii: *l. 191. D. de reg. iur.* MODVS certus vsurarum: *l. 31. D. de vsur.* MODVS conductionis: *l. 9. D. de publican.* consensus: *l. 52. D. de oblig. et action.* Quum vniuersus MODVS constat: et contra: quum minor MODVS inuenitur: *l. 42. D de act. emt. vend.* MODVM actori non debere constitui: *l. 2. §. vlt. D. de curat. bon. dand.* Pro MODO culpae: *l. 12. l. 14. D. de*

MOD.

custod. et exhib. reor. Si quis oleum deberet, oleum dederit, quasi maiorem MODVM debens: *l. 26. §. 5. D. de condict. indeb.* MODVS debiti: *l. 7. §. vlt. D. de pact.* pro MODO delicti: *l. 3. §. 5. D. de re milit. l. 1. D. de obsequ. parent. l. vlt. D. de leg. Fab.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 13.* Demonstrato MODO: *l. 36. §. vlt. D. ad municipal.* MODVS donationis: *l. 10. l. 31. §. 1. D. de donat. l. vlt. C. de annon. ciu. Lib. X.* MOOVS dotis: *l. 10. §. vlt. D. de alim. vel cibar. leg.* Operis publici temporarii MODVM non egrediendum: *l. 1. D. de fur. balnear.* MODVM egressus: *l. 1. §. 12. D. de exercit. act.* Stipulationem ad MODVM iostae exactionis rediget: *l. 17. D. de vsur.* Si debiti MODVM testamento dominus excessit: *l. 5. D. ad leg. Falc.* Eum contractum depositae pecuniae MODVM excedere: *l. 26. §. 1. D. depos.* Nisi exsequutor sententiae MODVM iudicationis excedat: *l. 5. C. quor. adpell. non recip.* Si probabilem MODVM faciendi monimenti sumtus non excedat: *l. 50. D. de heredit. petit.* Si probabilem MODVM in motuo non excessit: *l. 7. §. 13. D. de SC. Maced.* Si quaestionem quis habeat, MODVM tamen excesserit: *l. 15. §. 42. D. de iniur.* Non auare MODVM xeniorum excedat: *l. 6. §. vlt. D. de offic. procos.* Qui de ingenuitate cognoscunt, ad MODVM exsilio possunt ferre sententiam: *l. 39. §. 1. D. de liber. causs.* Ad eum MODVM reficere, qui seruitute comprehensus est: *l. 6. §. 2. D. si seru. vindic.* Si repetitio legatorum ad eum modum concepta sit: *l. 32. D. de legat. I.* Vt ad eum MODVM paterentur heredes ibi esse, ad quem MODVM ipsa patiebatur: *l. 33. §. vlt. D. de vsu et vsufr.* Ad eum MODVM, quem lex patitur: *l. 3. C. ad leg. Falcid.* Diuisio tutelae MODVM administratori facit: *l. 36. D. de admin. et peric. tut.* Sententia, quae MODVM interdictioois fecerat: *l. 3. D. de decurion.* MODVS facultatium: *l. 2. l. 3. §. 4. D. vbi pupill. educ. vel mor. l. 5. §. 10. D. de agnosc. vel alend. lib. l. 6. §. 1. D. de Carbon. edict. l. 7. D. de inofficio test. l. 69. §. 5. D. de iur. dot. l. 14. §. 6. D. de religios. l. 3. l. vlt. C. de alend. lib. l. vlt. C. de alim. pupill.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 32. §. 1.* Si quis a me oleum quod emisset, adhibitis iniquis ponderibus, vt in MODO me falleret: *l. 32. D. de act. emt. vend.* Pro MODO fortunarum: *l. 1. C. de mun. patrimon.* Pro MODO commentae fraudis: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 8.* Pro MODO fructuum: *l. 13. D. de reb. eorum.* Si in qualitate fundi venditor mentitus sit, non in MODO eius. Pone enim, dixisse eum, quinquaginta iugera esse vineae, et quinquaginta prati: *l. 22. D. de act. emt. vend.* In MODVM vero fundi nec littora, quae fundo coniuncta erant, nec viae publicae, aut loca religiosa vel sacra, computabuntur. *l. 51. D. de contr. emt.* Et ita MODVM fundi accipe *l. 4. et rubr. D. si mens. fals. mod. dix. l. 2. D. de act. emt. l. 36. D. ad municipal.* et *l. 40. D. de contr. emt.* In hunc MODVM: *l. 10. D. de mort. causs. don.* Vt iudex MODVM verborum imponat: *l. 17. §. 5. D. de iniur.* MODVS institutionis: *l. vlt. D. de hered. inst. l. 11. D. de his, quae vt indign.* MODVS iurisdictionis: *l. 11. D. de iurisd.* MODVS latitudinis: *l. 7. §. 3. D. de adqu. rer. domin.* Ex MODO legati aestimandum: *l. 3. §. vlt. D. de ann. legat.* MODVS legatorum: *l. 6. D. de legat. praest.* Intra MODVM legatorum: *l. 41. §. 3. D. de vulg. et pupill. substit.* Lex Falcidia secundo capite MODVM legatorum constituit: *l. 1. D. ad leg. Falcid.* Et ita accipe, quod est apud Tacit. *Annal. Lib. I. Cap. 8. Legata non vltra ciuilem MODVM reliquit.* MODVS legatorum: *l. 2. C. ad leg. Falcid.* Legatarius cui supra MODVM legis Falcidiae legatum est: *l. 23. D. de dol. mal.* Si legata non excedant MODVM legis Falcidiae: *l. 1. §. 12. D. ad leg. Falcid.* Res molicris caossa emtae paratae, vt extra MODVM legis essent, nominatim ipsa lege Falcidia expressum est: *l. 81. §. vlt. D. eod. tit.* Capere supra MODVM non poterit is, cui certum MODVM ad capiendum lex concessit: *l. 36. D. de mort. causs. donat.* Quod supra legis MODVM tibi promisit: *l. 24. D. eod. tit.* Supra legitimum MODVM donare: *l. 5. §. 5. D. de dol. except.* Sopra legitimum MODVM facta donatio: *d. l. 1. §. 2. D. eod. tit.* Si propius aedificium alienum intra legitimom MODVM mortuus illatus sit: *l. 3. §. vlt. D. de mort. infer.* Si supra legitimum MODVM vsuras soluit: *l. 26. D. de condict. indeb.* Supra MODVM legitimae vsurae stipulatum: *l. 9. D. de vsur.* Vsuras, quas quis supra licitum MODVM promisit: *l. 11. §. 3. D. de pign. act.* Poenam pro vsuris supra MODVM vsurarum licitum stipulari: *l. 44. D. de vsur.* MODVS litis: *l. 1. §. 10 D. de extraord. cognit.* MODVS litium: *l. 6. D. de except. rei iud.* MODVS mensurarum: *l. 37. D. de poen.* MODVS obligationis est, quum stipulamur decem aut hominem: *l. 44. D. de obl. et act.* MODVS patrimonii: *l. 3. D. vbi pupill. educ. l. 1. C. arbitr. tutel.* pro MODO patrimonii: *l. 106. D. de legat. I.* Intra MODVM peculii: *l. 17. D. de castr. pecul.* pecuniae MODVS: *l. 8. §. 10. D. de transact.* Pro MODO pecuniae: *l. 96. §. 3. D. de solut.* MODVS poenae, in qua quis cauere debet: Paull. *Lib V. Sent. tit. 33. § 6.* Pro MODO quaesitae portionis: *l. 41. D. de vulg. et pupill. subst.* Pro MODO possessionum: *l. 1. D. de seruit. praed. rust.* Pro MODO praediorum: *l. 5. D. de censib.* MODVM coomodati praescribere: *l. 17. §. 1. D. commod.* MOOVS probabilis: *l. 3. §. vlt. D. de ann. legat.* Proxenetici MODVS esse debet et quantitatis et negotii: *l. vlt. D. de proxenet.* MODVS quaestionis: *l. 6. D. de quaestion.* [MODVM pecuniae recusare: *l. 7. §. 5. D. de donat. int. vir. et vxor.* MODVS refectionis: *l. 7. D. si seru. vindic.* Ex SCo retentionis MODO seruato: *l. 16. C. famil. ercisc.* Salis non minimi MODVS: *l. 32. §. 4. D. vsu et vsufr. legat.* Seruare MODVM: *l. 2. D. vbi pupill.* MODVS seruitutibus adiici, veluti, quo genere vehiculi agatur vel non agatur, cetera. *l. 4. §. 1. D. de seruit.* Secundum dignitatem facultatesque popilli MODVM seruorum aestimare, qui circa eum futuri sont. *l. 13. D. de admin. et peric. tut.* Exiguus MODVS siluae: *l. 42. D. de act. emt.* MOOVM statuere vsurarum: *l. 39. §. 1. D. de legat. I.* Si praetor MODVM alimentis statuit. *l. 2. §. 1. D. vbi pupill. educ. vel mor. deb.* Cibariorum MOOVM viri boni arbitrio statuendum: *l. 5. D. de alim. et cibar.* MODVM iuriiurando statuere: *l. 4. §. 1. D. de in lit. iur.* MODVS statuitur ex facultatibus defuncti: *l. 22. D. de alim. et cibar. legat.* MODVS ex facultatibus et dignitate mulieris maritiqoe statuendus est: *l. 60. D. de iur. dot.* Vt MODVS

eius

eius rei statutus sit: *l. 6. §. 7. D. de re milit.* MODVS sobstantiae: *l. 5. §. vlt. D. de iniur.* MODVS temporis: *l. 7. §. 0. D. solut. matrim.* Cuiusqoe temporis; *l. 9. D. de vsur.* MODVM tenere: *l. 15. §. 3. D. de vsufr.* Huoc MODVM non tenuisse: *l. 13. §. 4. D. locat.* Si iter actusue sine vlla determinatione legatus est, MODO terminabitur: *l. 13. §. 1. D. de seruit. praed. rust.* MODO terrae integro: *l. 64. D. de euict.* Vsurarum MODVS: *l. 5. §. 9. D. de reb. cor. l. 7. §. 7. D. de administr. et peric. tut.* Non vtendo per MODVM, id est, non vtendo secundum MODVM legemque, dictam in coostituendo vsufructu. *§. 3. Inst. de vsufr.* ¶. 2. MODVS, pro fine, maxime in materia de vltimis voluntatibus accipitur. Hinc MODVS *a conditione* separatur: *rubr. D. de condit. et demonstr.* item *rubr. C. de donat. quae sub mod. vel condit. vel cert. temp. confic.* Si neqoe MODO, neque *conditione* debitum differatur: *l. 19. D. de legat. I.* Si cui in hoc legatum sit, vt ex eo aliquid faceret, veloti monimentum testatori, vel opus, aut epolum municipibus faceret, vel ex eo sortem alii restitueret: sob MODO legatum videtur: *l. 17. §. vlt. D. de condit. et demonstr.* In legatis quidem et fideicommissis etiam MOOVS adscriptus pro cooditione obseruatur: *l. 1. C. de iis, quae sub mod. leg.* Eo MODO relictum legatum: *l. 51. D. de condit. et demonstr. l. 115. D. de legat. I.* Insulam hoc MODO, vt aliam reficeres, vendidi. *l. 6. D. de praescript. verb.* Fideiussor, quem sub hoc MOOO accepi, vt: *l. 72. D. de fideiuss.* ¶. 3. MODVS, pro ratione aliquid agendi. Alio MODO soccurritur: *l. 25. D. de dol. mal.* Eo MODO relictum legatum: *l. 115. D. de legat. I.* Eodem MODO duci aqua, quo ducta est: *l. 1. §. 11. D. de aqu. quotid. et aestiu.* Eodem MODO scriptae plores tabulae: *l. vlt. D. de his, quae in test.* Hoc MOOO concipi oportet: *l. 13. §. vlt. D. de reb. dub.* id est, *ita*, vt *ibid.* Stipulatio hoc MODO concepta: *l. 61. D. de verb. oblig.* Testamentum, qood hoc MODO scribitur: *l. 13. §. vlt. D. de lib. et postum.* Etiam hoc MODO: cupio vt des, fideicommissum est: *l. 115. D. de legat. I.* Sob hoc MODO: *l. 3. D. de bon. possess.* Isto MODO: *l. 45. D. de hered. petit.* Illud nullo MODO conuenit dici: *l. 38. §. 3. D. de solution.* Quod nullo MODO probandum est: *ibid.* [MODIS omnibus, id est, omnino, abscisse: *l. vlt. C. de offic. rect. prou. l. vlt. C. contra ius vel vtilit.*] pari MODO: *l. 3. D. de opt. vel elect. leg.* Praeter MODVM timidi: *l. 1. §. vlt. D. de Aedil. edict.* Qoocumque modo: *l. 44. D. de hered. pet.* quolibet modo: *l. 51. D. ad leg. Aquil.* De MODO sarta tecta habendi: *l. 7. §. 2. D. de vsufr.* Simili MOOO: *l. 49. D. ad SC. Trebell.* Vltra MODVM nocens: *l. 2. §. 10. D. de aqua et aqu. pluu.* Nihil interest, vtro MOOO caueris: *l. 41. D. de statulib.* Vulgari MODO. *l. 4. D. de dot. praeleg.*

MOE.

[MOENIA, opera publica, ad muniendas vrbes et castella comparata. Sic incrementa MOENIVM iuuare: *l. 11. C. Theod. de annon. ciuic. Lib. XIV. tit. 17.* Acceptum a veteribus decus ad alterius vrbis MOENIA transferre: *l. 1. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* Reparatio publicorum MOENIVM: *l. 32. C. Theod. eod.*

tit. Prouidere publicorum MOENIVM dignitati: *l. 3. Cod. Theod. de calc. coctor. Lib. XIV. tit. 6.* Vnde *publica* MOENIA opponuntur *priuatis*, in *l. 39. C. Theod. de oper. publ.*

MOENIANA, vide sopra MAENIANA.

[MOERERE, in *l. 8. C. Theod. de diuers. rescript.* et *l. 1. C. Iust. quand. libell. princ. dat.* legit, idemque esse, ac precibus conqueri, existimat Iac. Gothofred. *in not. p. 03. Tom. I.*] Sed dura haec emendatio, quia ipso illa verbi MOERERE significatio satis ignota est. Immo ipse Gothofredus ibi adgnoscit, stare posse verbum MERERE, pro contingere. HEIN.

[MOEROR, ORIS, tristitia. MOEROR solitudinis, de caelibatu. *l. 2. Cod. Theod. de repud. Lib. III. tit. 16.*]

MOL.

MOLA, ait Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. a molendo.* MOLAE autem aliae *manuariae*, quas *trusatiles* adpellari, Gellius *Lib. III. Cap. 3.* indicat: aliae *iumentariae*: *l. 26. §. 1. D de instruct. vel instrum. legat.* aliae *asinariae*, vt apud Caton. *de re rust. Cap. XI.* [De his aliisqoe MOLARVM generibus prolixius ac erudite disserit Nic. Henel. *in Otio Vratislau. Cap. XLIV.*] Sic: MOLAE oliuariae: *l. 21. D. de instr. vel instrum. leg.* et apud Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 36.* Varro *de lingua Lat. Lib. IV. Trapetes* MOLAE *oleariae vocantur.* Seruius *ad Georg. II. v. 519.*

Venit hiems; teritur Sicyonia bacca trapetis.

id est, MOLIS *oliuaribus*. MOLAE ita adfixae inaedificataeue, vt partes aedificiorum esse videantur: *l. 21. D. de instr. vel instrum. leg.* [Officinam cum animalibus, seruis, MOLIS, fundis dotalibus, pistrinorum demum omnem enthecam tradat atqoe consignet: *l. 7. C. Theod. de pistor. Lib. XIV. tit. 3.* Improborum petitiones, qui impudentius ausi sunt postulare pensiones aquae MOLARVM. *l. 4. C. Theod. de frum. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 15.*] Ceterum inferior pars MOLAE *meta*, superior *catillus* adpellatur: *l. 18. §. 5. D. de instr. vel instrum. leg.* Catillus aotem a Graecis ὄνος adpellatur, si Hesychio fidem habemus. Sic enim ille: Ὄνος ὁ ἀνώτερος λίθος τοῦ μύλου. ASINA, *superior in* MOLA *lapis.* Et Eustathius ὄνον vocari, ait, τὸ κινούμενον τοῦ μύλου. *Id, quod in* MOLA *mouetur.* Atque ita accipitur apud Xenophont. *de exped. Cyri Lib. I. Cap. 5. comm. 5.* quum ait: Οἱ δὲ ἐνοικοῦντες ὄνους ἀλέτας περὶ τὸν ποταμὸν ὀρύττοντες, καὶ ποιοῦντες, εἰς Βαβυλῶνα ἦγον, καὶ ἐπώλουν, καὶ ἀνταγοράζοντες σῖτον ἔζων. *Incolae autem lapides molares propter flumen effodiebant, et formatos, Babylonemque vectos, vendebant, proque hoc pretio frumento comparato, vitam sustinebant.*

MOLENDARIVS, A, VM. MOLENDARIA asina: *l. 18. §. 2. D. de instruct. vel instrum. legat.* MOLENDARIA meta. *l. 18. §. 5. D. de instr. vel instrum. legat.*

MOLERE. Si rusticis fundi operariis

MOLERETVR. *d. l. 18. §. 5. D. de instr. vel instrum. leg.*

MOLES, opus, mari vel flumini immissum. MOLEM in mare proiecit: *l. 2. §. 8. D. ne quid in loc. publ.* Caesar *Lib. I. de bell. ciu Cap. 25.* MOLEM *atque aggerem ab vtraque parte littoris iaciebat.* Tibull. *Lib. II. Eleg. 6.*

Claudit et indomitum MOLES *mare.*

Curt. *Lib. IV. Cap. 2. Sed ante iacienda* MOLES *erat, quae vrbem continenti committeret.* MOLES, in mare, vel flumen, proiectae: *l. 1. D. de impens. in res dot. l. 52. §. 3. D. de act. emt. vend.* Vetus Horatii interpres *in Lib. III. Od. 1.* verba haec: *iactis in altum* MOLIBVS, sic interpretatur: *Ad mare angustius reddendum et excludendum, ad aedificia struenda:* additque: *Vsus est voce,* IACTIS, *quod est aedificantium. Nam iaci in mare* MOLES *dicuntur, quoties excluditur aqua.* Cicero *Lib. IX. ad Attic. Epist. 18. Ab vtroque cornu* MOLES *iacimus.* Hirtius siue Oppius *de bello Afric. Cap. XXVI. Turres et castella facere,* MOLESque *in mare iacere, non intermittere.* Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap. 33.* de Lucullo: *Quem ob iniectas* MOLES *mari, et receptum suffossis montibus in terras mare, haud infacete Pompeius Xerxem togatum vocare consueuerat.* Seneca *Lib. II. Controu. 9. Littoribus quoque* MOLES *inuehuntur, angustisque in altum terris exaggerantur.* Idemque *Lib. V. controu 9. Maria proiectis* MOLIBVS *submouentur.* Lucan. *Lib. II. v. 661.*

Sed MOLIBVS *vndas*
Obstruit.

Sueton. *in Calig. Cap. XXXVII. Et iactae itaque* MOLES *profundo atque infeste mari.* Ammian. Marcell. *Lib. XXII. Cap. 16. Septem diebus* MOLIBVS *iactis in mare, solo propinquanti terrae sunt vindicatae.* Atque ad huiusmodi MOLES respicit Plinius *Lib. II. Cap. 68.* quum ait: *Et terra in maria iacitur, vt freta admittantur.* Quin etiam lapideas MOLES in rotundum ac leue formatas, quibus porticus et capacia populorum tecta suscipiuntur, dixit Seneca *Epist. LXXXIX.* ¶. 2. MOLES, ait Festus, *pro magnitudine fere poni solet.* Sic [MOLES criminum: *l. vn. C. Theod. ne sine iuss. princ. Lib. IX. tit. 41.* Debitorum MOLE depressi: *l. 16. C. de resc. vendit.* et *l. 3. C. Theod. de fid. et iur. hast. Lib. X. tit. 17.* id est, vt interpres ibi exponit, publici debiti enormitate constricti] MOLE debiti praegrauatus. *§. 8. Inst. de societ.* [Longa stipendiorum MOLES. *l. 16. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.*]

MOLESTARE. *l. 20. D. de liberat. legat.*

MOLESTIA. [MOLESTIAE corporales: pro tormentis et quaestionibus diris. *l. 126 C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* MOLESTIA curialis: *l. 177. C. Theod. eod. tit.*] MOLESTIAE sibi futurum: *l. 10. D. de custod. et exhib. reor.* Hanc MOLESTIAM suscipere. *l. 7. D. de tribut. act.*

MOLESTVS, A, VM. MOLESTVS aduersarius. *l. 4. §. 1. D. de alien. iudic. mut. causs. fact.*

[MOLIMEN, pro molitione et attentatione. *l. 24. C. Theod. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.*]

MOLIRI, ait Nonius Marcell. *exstruere, dictum a molibus. Vnde demoliri, est destruere.* MOLIRI in alieno: *l. 3. §. 13. D. de itin. actuqu. priu.* MOLIRI nouum opus: *l. 1. §. vlt. D. de mort. infer.* MOLIRI opus: *l. 2. §. 8. D. de mort. infer.* MOLIRI quid in publico. *l. 1. §. 17. D. de nou. op. nunciat.* ¶. 2. MOLIRI etiam est attentare et admittere. Sic: [MOLIRI contra hominum salutem, dicuntur magi: *l. 4. C. de malef. et mathem. l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 16*] Ne quid perniciosius ipsi in se MOLIANTVR. *l. 14. D. de offic. praes.*

[MOLITIO, pro aedificio et opere publico. Ardua difficilisque MOLITIO: *l. 2. C. de praed. et omn. reb. nauicul. l. 7. C. Theod. eod. tit. Lib. XIII. tit. 6.* Nemini iudicum liceat nouis MOLITIONIBVS industriae famam captare: *l. 31. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*
¶. 2. MOLITIO, pro dolo. Sic MOLITIO callida: *l. 161. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* MOLITIONIS fraus: *l. 9. pr. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Occultis MOLITIONIBVS per suppositas fraude personas praedia sibi comparare. *l. 1. C. de praed. decurion. non alien. l. 1. C. Theod. de praed. et mancip. curial.*]

MOLITOR. MOLITORES serui: *l. 12. §. 5. D. de instr. vel. instr. leg.*

MOLLIRE, mollius quid reddere. MOLLIENDAE poenae. *l. 42. D. de poen.*

MOLLIS, E. MOLLIS via. *l. 2. §. 31. D. ne quid in loc. publ.*

MOM.

MOMENTARIVS, A, VM. Praesentem et MOMENTARIAM curam iniungit: *l. 8. D. de alim. vel cibar. legat.* MOMENTARIA possessio: *l. 1. C. si per vim vel al. mod.* quae deiecto statim reddenda est. Hinc MOMENTARIAE possessionis interdictum, pro interdicto vnde vi. *l. vlt. C. qui legit. pers. stand in iudic. l. 8. C. vnde vi. l. 1. C. si per vim, vel al. mod. l. vn. C. vbi de possess. ag. oport. l. vn. C. Theod. vict. ciuil.*

MOMENTVM, breue aliquod temporis spacium significat. *l. 8. D. de condit. et demonstr.* Qui MOMENTO possedit: *l. 12. §. vlt. D. de condit. instit.* id est, vel breuissimo tempore. A MOMENTO ad MOMENTVM: *l. 6. D. de vsurpat. l. 3. §. 1. D. de minor.* Aliquo MOMENTO: *l. 1. §. 4. D. de aqu. quot. et aestiu.* Aliquo MOMENTO interposito: *l. 11. §. 7. D de donat. int. vir. et vxor.* Neque MOMENTO aliquo subsistere: *l. 79. D. de adquir. vel omitt. hered.*

Ali-

MOM.

Aliquod MOMENTVM naturae interuenire: *l. 137. princ. D. de verb. obl.* Qui inhabitant, non MOMENTI caussa, id est, perpetuae morae caussa: *l. 5. §. 5. D. de iniur.* Eo MOMENTO, quo: *l. 3. §. 2. D. quib. mod. vsusfr.* *l. 15. D. de stat. homin.* eodem MOMENTO: *l. 32. D. de religios.* *l. 77. D. de adquir. vel omitt. hered.* Illo MOMENTO temporis: *l. 2. D. de cust. et exhib. reor.* Ipso MOMENTO: *l. 44. D. de solut.* Minimo MOMENTO nouissimi diei: *l. 15. D. de diuers. tempor. praescript.* Nullo MOMENTO: *l. 9. §. 5. D. de pecul.* *l. 14. D. de pecul.* Omne MOMENTVM: *l. 8. D. de condit. et demonstr.* Non omnibus MOMENTIS: *l. 3. §. 1. D. quod vi aut clam.* pro MOMENTO temporis: *l. 98. §. vlt. D. de verb. signif.* quoquo MOMENTO temporis: *l. 7. D. de adquir. rer. dom.* *§. 20. Inst. de diuis. rer.* Singula MOMENTA spectare: *l. 23. D. de adquir. rer. dom.* Per MOMENTA singula: *l. 44. D. de adquir. vel amitt. possess.* *l. 3. §. vlt. D. vt legat. seu fideic.* MOMENTA temporum: *l. 63. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* Si vel MOMENTO ad eum peruenit: *l. 127. D. de reg. iur.* Vno MOMENTO. *l. 44. D. de solution.* ¶. 2. MOMENTVM alias vtilitatem, et emolumentum, aut etiam vim et effectum significat. Atque ita nullius esse MOMENTI dicitur, quod vim et effectum non habet, quod nullum est, et inefficax, et inutile. Vnde nullius MOMENTI esse, et *valere*, opponuntur. *l. 32. §. 14. D. de donat. int. vir. et uxor.* Omnia, quae contra bonos mores, vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius MOMENTI sunt: *l. 4. C. de inutil. stipul.* Ipso iure nullius MOMENTI sunt: *l. 3. §. 10. D. de donat. int. vir. et vx.* Sic nullius MOMENTI esse dicuntur acceptilatio, *l. 8. D. de acceptil.* actio, *l. 22. D. de condict. indeb.* actus: *l. 77. D. de reg. iur.* ademtio: *l. 27. §. 1. D. de adim. legat.* alienatio: *l. 16. D. de iur. patron.* datio tutoris: *l. 8. D. de tut. et curat. dat.* decretum *l. 6. D. quod cuiusc. vniu.* dissensus: *l. 14. D. de fideic. libert.* donatio: *l. 3. §. 2. D. de donat. int. vir. et vx.* emtio: *l. 5. §. 2. D. de auct. et cons. tut.* epistola: *l. 34. §. 1. D. de pignor.* exheredatio: *l. 14. D. de lib. et postum.* *l. 68. D. de hered. instit.* factum in fraudem: *l. 22. D. quae in fraud.* fideicommissum: *l. 3. D. de iur. codicill.* institutio: *§. 1. Inst. de hered. instit.* iusiurandum: *l. 112. §. vlt. D. de legat. I.* legatum: *l. 1. §. 1. D. de dot. praeleg.* *l. 14. D. de iure codicillor.* *l. 101. §. vlt. D. de legat. I.* *l. 13. D. de liberat. leg.* *l. 25. D. quand. dies legat.* libertas: *l. vlt. D. de manum. testam.* locatio: *l. 21. D. de vsurpat.* nunciatio: *l. 5. §. 4. D. de oper. nou. nunc.* nuptiae: *l. 30. D. de ritu nupt.* praeceptum iudicis: *l. vlt. D. quae sent. sine adpell.* quidquid factum est: *l. 22. D. quod met. causs.* scriptura: *l. 114. D. de legat. I.* sententia: *l. 4. D. de re iudic.* *l. 1. D. de fer.* sponsalia: *l. 16. D. de sponsal.* stipulatio: *l. 14. D. si quis caution.* *l. 31. D. de obl. et act.* substitutio: *l. vlt. §. 1. D. de vulg. et pup. subst.* testamentum: *l. 1. D. de iniust. rupt. irrit. fact. test.* *l. 13. §. vlt. D. de lib. et postum.* traditio: *l. 4. D. de seru. export.* transactio: *l. 8. §. 17. et §. 23. D de transact.* Eodem sensu dicitur: Aliquod MOMENTVM habere: *l. 68. D. de hered. instit.* Aliquod MOMENTVM laturus: *l. 137. §. 1. D. de verb. oblig.* Quaedam iniuriae leuis nonnullius MOMENTI videntur. *l. 17. §. 3. D. de iniur.* ¶. 3.

MOM. MON.

MOMENTVM etiam Aniano et Isidoro *Lib V. Originum* interpretibus, celerem possessionis reformationem significat, vt loquitur *l. 14. C. de agric. et censit.* qua vi deiectus in possessionem restituitur. *l. vn. C. si de momentar. possess.* et apud Cassiodor. *Lib. IV. Var. Cap. 44.* et *Lib. VIII Cap. 28.* Hinc MOMENTI quaestio, et *proprietatis*, opponuntur, apud D. Gregor. *Lib. VII. Epist. 44.* [Sic et MOMENTI actio, *l. vlt. C. Theod. vnde vi Lib. IV. tit. 22.* eadem est, cum illa, quae *momentaneae possessionis* actio dicitur, in *l. vlt. C. Iust. qui legit. pers. stand. in iudic. hab.* De MOMENTO possessionis caussa dicitur: *l. vn. C. si de momentar. possess. fuer. adpell.* et *l. vn. C. Theod. si de moment. fuer. adpellat. Lib. XI. tit. 37.* *l. 2. C. Theod. ad leg. Corn. de fals. Lib. IX. tit. 19.*] ¶. 4. [Vsus etiam huius vocabuli est *ἐν σταθμικῇ*, *l. 1. C. Theod. de ponderat. Lib. XII. tit. 7.* Aequis et paribus suspenso statere MOMENTIS.]

MON.

[MONACHIVM, pro caetu et sodalitate monachorum. *l. 13. C. de sacros. eccles.*]

[MONACHVS. De eo hominum genere integer exstat *titulus Cod. Theodosiani*, qui est *tertius Libri XVI.* nec non alter *de bonis clericorum et* MONACHORVM *Libro V. tit. 3.* In codice vero Iustinianeo separatus titulus de MONACHIS non habetur, sed iunctim de iis agitur *titulo de Episcopis et clericis.*] De iis tamen satis prolixe agitur *Nouella V.* in qua MONACHORVM vita et conditio, qualis tempore Iustiniani fuit, accuratissime describitur. HEIN.

[MONAZON, id est, monachus, solitarius, vel eremita. *l. 26. C. Iustin.* et *l. 63. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

[MONERE. MONERI actione ciuili, id est, conueniri. *l. 6. §. 3. C. de his, qui ad eccles.*] Eodem fere sensu hoc verbo vsum esse Ciceron. *in Topic.* non procul a principio, obseruauit V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. VIII. Obs. Cap. 19. p. 351.* HEIN.

MONETA, vt Constantinus Harmenop. *Lib. VI. tit. 14. §. 4.* definit, *καλεῖται τὸ ἀρχέτυπον σφραγιστήριον, ἢ βουλλωτήριον, μεθ᾽ ὧν ὁ τῶν νομισμάτων*, (sic enim vetus Glossarium habet,) *τύπος διαχαράττεται.* *dicitur primogenitum signaculum, vel character, quo numorum forma exprimitur.* Suidas et Iunonem MONETAM a Romanis cultam, scribit, quasi *σύμβουλον*, seu *monitricem*, quod in bello aduersus Pyrrhum et Tarentinos, de pecunia laborantes, benigno responso, ope, consilioque iuuisset: in cuius templo numum cudi, institutum fuit. ¶. 2. Hinc ipse numus MONETAE nomen tulit. Sic MONETAE adulteratores: *l. 16. §. vlt. D. de poen.* MONETAE adulteratae figuratio: *l. 7. C. Theod. de indulg. crim.* MONETA adulterina: *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat.* *l. 2. C. ex quib. causs. seru.* *l. 1. C. de fals. monet.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 1.* MONETA falsa: *rubr. C. de fals. monet.* MONETAM percutere: *l. 19. D. de leg. Corn. de fals.*

MONETA sacra: *l. 38. D. de poen.* quae vultu principum signatur. Paoll. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 1.* ¶. 3. Saepe et locus vel officina, vbi numi publico nomine percutiuntur, MONETA adpellatur. Ita eorum, qui in MONETA publica operantur, mentio fit. *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat.* [Sed et MONETAE publicae et fiscales occurrunt. *l. 7. C. Theod. de fals. monet.* Add. *l. 2. C. Iustin. et l. 3. l. 8. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 21.* Sic et *apulens* MONETA, est apud Auson. *Vrb. Epig. 4.* eademque notione Sidon. Apollinar. *Carm. XXIII. v. 42.* de Narbone:

Potens salubritate
Delubris, capitoliis, MONETIS.

Ammianus Marcellinus *Lib. XXII. Cap. 28. Dracontius,* MONETAE *praepositus, et Diodorus quidam veiuti comes, iniectis per crura funibus simul examinati sunt: ille, quod aram in* MONETA, *quam regebat, recens locatam euertit.*

MONETALIS, E. MONETALIS cusio: *l. 18. C. Theod. de extraord. siue sord. mun.* Triumuiri MONETALES, aeris, argenti, auri flatores. *l. 2. §. 30. D. de orig. iur.*

MONETARIVS, *l. 2. C. quib. ex causs. seru. pro praem. l. 1. l. 7. l. 13. C. de murilegul. Lib. XI. l. 6. C. de dignit. Lib. XI. l. 2. C. Theod. de fals. monet.* Firmic. *Lib. VIII. Mathem. Cap. 17.* Vopisc. *in Aurelian. Cap. XXXVIII.* et Eutrop. *Lib. IX. Cap. 9.* est is, qui in moneta publica operatur, vt ioquitur *l. 6. § 1. D. ad leg. Iul. de pecul.* Suidas, Vopisco adiungendus, *in voce* Μονιτάριοι. *Tom. II. p. 572.* Μονιτάριοι, οἱ περὶ τὸ νόμισμα τεχνῖται οἱ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ διέφθειραν τὸ νόμισμα, καὶ τὸν ἴδιον ἄρχοντα Φιλικίσσιμον ἀνελόντες, ἐμφύλιον ἐγείρουσι πόλεμον. οὓς μόλις Αὐρηλιανὸς χειρωσάμενος, ὑπερβαλλούσῃ κολάσεων ὠμότητι κατειργάσατο. MONETARII, *qui monetam cudunt. Hi sub Aureliano monetam corruperunt, et Felicissimo, praefecto suo interfecto, bellum intestinum excitarunt: quos Aurelianus vix tandem victos atrocissimis suppliciis consumsit.* MONETARIORVM corpus: *l. 16. C. Theod. de extraord. et sord. mun.* Cassiodor. *Lib. V. Var. Cap. 39.* MONETARIOS *autem, quos specialiter in vsum publicum constat inuentos, in priuatorum didicimus transisse compendium.*

MONHEMERIVM (μονημέριον,) ludorum genus, cuius hanc descriptionem debemus Iustiniano, *Nouell. CV. Cap. I.* Μετ' ἐκείνην, τὴν τοῦ λεγομένου μονημερίου, ἔνθα πολλῆς ἡδυπαθείας ἐμπλήσει τὸν δῆμον τό τε καλούμενον Πάγκαρπον θεώμενον, καὶ θηρίοις προσμαχομένους ἀνθρώπους καὶ εὐδοκιμοῦντας τῇ τόλμῃ καὶ πρόσγε ἀναιρούμενα τὰ θηρία. *Post illud id, quod* MONHEMERIVM *dicitur, vbi populum multa voluptate Pancarpum, vt vocant, spectandum, hominesque cum bestiis pugnantes, et audacia celebres, et insuper bestiae occisae, implebunt.* Nomen hi ludi inde habebant, qood non nisi vno die celebrarentur. Leo philosophus *Lib. I. Anthol. Graec. Cap. I. Epigr. 4.* εἰς τὸ Μονημέριον

Τοξότα, Πιερίδων μεδέων, ἑκατηβόλε Φοῖβε,
Εἰπὲ κασιγνήτῃ κρατεροὺς ἵνα θῆρας ἐγείρῃ
Ὅσσον ἐπιψαῦσαι μερόπων δέμας, ὅσσον αὖσαι
Λαῶν τερπομένων ἱερὸν στόμα· μηδὲ νοήσω
Ζηνὸς μειλιχίοιο λαχὼν θρόνον ἀνέρος οἶτον.
Pieridum praeses, praestans iaculator, Apollo,
Fac, validas sine bile feras, soror excitet alma,
Quae blandae tangant hominum modo membra, oculosque
Et mentes pascant populi, nec vt accidat vmquam,
Ex Iouis vt videam solio quem dente perire.

Erat ergo ludus venatorius, populo voluptatis caussa vno per annum die exhiberi solitus. HEIN.

MONILE, ait Festus, *dictum est ornatus muliebris, qualem habuisse Eriphylen fabulae ferunt. Ex eo etiam equis praependens collo ornamentum* MONILE *adpellatur.* MONILIA conditur: *l. 2. C. Theod. de thesaur.* [Nihil de MONILIBVS et supellectili, nihil de auro, argento, ceterisque clarae domus insignibus sub religionis defensione consumat. *l. 27. pr. C. Theod. de Episc. Lib. XVI. tit. 2.*] MONILIA, in quibus gemmae et margaritae insunt. *l. 32. §. 7. D. de aur. arg. legat.* [Add. Alex. ab Alex. *Genial. dier. Lib. V. Cap. 18.* et Barthii *Aduers. Lib. XXXII. Cap. I.*]

MONIMENTVM. vid. infra MONVMENTVM.

MONITOR adpellatur, qui opera rustica vrget, et operi instat, cessatoresqoe increpat. *l. 8. D. de instruct. vel instrum. leg.* et apud Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 35.* nec non Columellam aliquoties. ¶. 2. MONITORES etiam in scena, auctore Festo, dicebantur, qui actoribus suggerebant, quae dicturi essent, si eos memoria deficeret. ¶. 3. Eodemque nomine adpellabantur, qui dicentibus oratoribus eiusdem sobsidii caussa, praesto aderant, vt ex Quinctiliani *Lib. VI. Inst. Cap. 5.* patet. Plinius quoque *in Panegyrico Cap. XXIII.* pro nomeoclatore hoc vocabulum vsurpasse videtur.

ΜΟΝΟΜΕΡΗΣ, ΕΣ, vnilaterale. Sic ΜΟΝΟΜΕΡΗΣ condictio, quae ex eo duntaxat latere consistit, quo quasi cum furis herede agitur. *l. 13. §. 2. D. de iureiur.* At in *l. vlt. D. ad SC. Trebell.* μονομερῶς victus dicitur, qoi, quum solus egisset, caussa cecidit. Apud rhetores vt Fortunatianus *Lib. I.* MONOMERES dicitur, *quum ex prima tantum parte constat controuersia, nec quidquam ex secunda adferri potest.* Hesychius ἐρήμην δίκην *litem desertam* μονομερῆ definit, quod altera parte absente iodicium reddatur. Lucian. *in Libro, quod non facile cred. sit calumn. p. 404. Tomo II.* Διαβολή, ait, ἐστι κατηγορία τις, ἐξ ἐρημίας γιγνομένη τὸν κατηγορούμενον λεληθυῖα ἐκ τοῦ μονομεροῦς ἀναντιλέκτως πεπιστευμένη. *Calumnia est delatio, quae fit absente et nescio reo, cuique fides habetur audita vna parte, nec delato ad refellendum admisso.* Clemens *Lib. II. Constit. apost. Cap. 51.* τὰς κρίσεις οὐ δίκαιον μονομερῶς ποιεῖσθαι, *iudicare altera parte inaudita, iniquum est:* subditque: ἐὰν γὰρ τοῦ ἑνὸς προσώπου ἀκούσητε, μὴ παρόντος τοῦ ἑτέρου, μηδὲ ἀπολογησαμένου, πρὸς τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα, προπετῶς ἐξενέγκητε ψῆφον καταδίκης. *Nam si vnam personam audieritis, altera absen-*

absente, hacque ad obiectum crimen non respondente: suffragium damnationis temere tuleritis. Socrat. *Lib. II. Hist. eccl. Cap. 31.* Ἐφ' ᾧ τε ἐκ μονομερῶς ὑπομνήματα ποιήσαντες. *Super quo acta solitarie conficientes.* Constantin. Harmenop. *Lib. I. Epitom. tit. 6.* μονομερῶς δέχεσθαι τὰς μάρτυρας dicit, *quum ex vna tantum parte audiuntur.* [Add. Cuiac. *Lib. IV. Obs. Cap. 32.* Dionys. Gothofred. *ad l. vlt. D. ad SC. Trebell.* Iac. Gothofred. *Comment. ad l. vlt. C. Theod. de relation. Lib. XI. tit. 29.*]

MONOPOLIVM exercere, *l. 1. C. de monopol.* est, sibi vni mercis alicuius venumdandae ius potestatemque vindicare, vt ex origine vocis Graecae adparet, qua et Aristoteles *Lib. I. Polit.* vtitur. Sueton. *in Tiber. Cap. LXXI. Sermone Graeco abstinuit, maxime in Senatu: adeo quidem, vt* MONOPOLIVM *nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino vtendum esset.* Plin. *Lib. XVIII. Cap. 37. Magna fraus, et sibi lucrum* MONOPOLIO *inuenit.*

MONS. [Tribunos sibi in MONTE sacro creauit plebs. *l. 2. §. 20. D. de orig. iur.*]

MONSTRARE, ostendere. MONSTRATA defensione: *l. 3. C. de reb. alien. non alien.* Si malo seruo MONSTRAVIT, quemadmodum faceret: *l. 1. § 4. D. de seru. corrupt.* Remedii loco hoc MONSTRATVR domino statuliberi: *l. 3. §. 2. D. de statulib.* MONSTRARE iter fugitiuo; *l. 62. D. de furt.* MONSTRAT magis nomen, quam mandat: *l. 2. D. de proxenet.* ¶. 2. [MONSTRARE, idem, ac demonstrare vel probare. *l. 8. C. Theod. de diuers. rescript. Lib. I. tit. 2. l. 1. C. Theod. de numerar. Lib. VIII. tit. 1. l. 105. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit 1. l. 12. in fine C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5. l. 4. C. Th. de desert. Lib. VII. tit. 18. et l. 1. C. Iustin. eod. tit. Lib. XII. tit. 46.*]

MONSTROSVS, A, VM. Vetus Glossarium: MONSTROSVM, τὸ ἔχον ἀνθρώπου, καὶ ἑτέραν ζώου μορφήν, *quod et hominis et alterius animalis formam habet.* Si MONSTROSVM mulier ediderit: *l. 135. D. de verb. signif.* Mulier, si MONSTROSVM quid enixa sit; *l. 14. D. de stat. hom.* et apud Paull. *Lib. IV. Sent, tit. 9. §. 3.*

MONSTRVM, ait Festus, *vt Aelius Stilo interpretatur, a MONENDO dictum est, velut MONESTRVM. Item Sinnius Capito, quod monstret futurum, et moneat voluntatem Deorum.* Et *ibidem: MONSTRA dicuntur naturae modum egredientia, vt serpens cum pedibus, auis cum quatuor alis, homo cum duobus capitibus, iecur, quum distabuit in coquendo.* Donatus *in Eunuch. Terent. Act. IV. scen. 3.* MONSTRVM, inquit *est, omne contra naturam.* Non. Marcellus: MONSTRA, *et ostenta similiter intelliguntur, quod imminentia MONSTRENT et ostendant.* [Cicero *Lib. I. de Nat. Deor. Lib. II. Cap. 3. Quia enim ostendunt, portendunt,* MONSTRANT, *praedicunt, ostenta, portenta. MONSTRA, prodigia dicuntur.*] *Insignis ad deformitatem puer,* id est, MONSTROSVS ex legibus XII. tabularum *cito necandus* erat, teste Cicerone *de Legib. Lib. III. Cap. 8.* Id et postea semper obseruatum, veluti tempore Ennii, qui apud Nonium *in voce auscultare:*

Mihi ausculta, nate, pueros cremari iube.

tempore Tibulli, qui *Lib. II. Eleg.* 2.

Prodigia indomitis mersa sub aequoribus.

forsan et tempore Dionysii Halicarnassei, qui *Lib. II. p. 88.* eamdem recensens Romuli legem: Ταῦτα δὲ inquit, οὐκ ἐκώλυσεν ἐκτιθέναι τοὺς γειναμένους, ἐπιδείξαντας πρότερον πέντε ἀνδράσι τοῖς ἔγγιστα οἰκοῦσιν, ἐὰν κἀκείνοις συνδοκῇ. *Tales enim foetus exponi a parentibus non vetuit, ostensos prius quinque viris, e vicinia proximis, si illi quoque exponendos esse censuissent.* Denique Senecae temporibus, qui *Libro I. de ira Cap. 15. Portentosos,* ait *foetus exstinguimus: liberos quoque, si debiles monstrosique editi sint, mergimus.* Aut ergo vndis mergebantur, aut absumebantur flammis, adhibitis lignis ex infelici aliqua arbore fissis. Qua de re Macrob. *Lib. II. Saturn. Cap. vlt. Arbores, quae inferum Deorum auertentiumque in tutela sunt, eos infelices nominant. Alaternum sanguinem. filicem, ficum atram, quaeque baccam nigram, nigrosque fructus ferunt, itemque acrifolium, pirum siluaticum, ruscum, rubum, sentesque, quibus portenta prodigiaque mala comburi iubere oportet.* Vid. Iac. Gothofred. *Not. ad XII Tab. p. 201.* HEIN. ¶. 2. MONSTRVM etiam dicitur, quidquid absonum vel absurdum est. Pro MONSTRO est, vt maior sit filius, quam pater. *§. 4. Inst. de adopt.* Sic et Cicero *in Pison. Cap. XIV.* MONSTRI, *ita me Dii ament, simile.* Add. Terent. *Eunuch. Act. II. scen. 3. v. 42.* HEIN.

[MONSTRVOSVS, A, VM. MONSTRVOSVM mendacium: Apulei. *Lib. V. Metamorph. p. 165.* MONSTRVOSA nomina. *l. 6. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

[MONTANISTA. Ita a Montano vocabantur certi haeretici, de quibus passim historiae ecclesiasticae scriptores. Eorum fit mentio *l. 34. l. 48. l. 57. l. 65. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* et *l. 5. C. Iustin. eod. tit.*]

[MONTENSIS. Eo nomine Romae veniebant Donatistae, eo, quod in Monte primum ecclesiam suam ibidem habuerant. Mentio eorum fit in *l. 43. C. Theod. de haeret.*]

MONVMENTVM, vel MONIMENTVM, generaliter res est, memoriae caussa in posterum prodita. In qua si corpus vel reliquiae inferuntur, fiet sepulcrum: si vero nihil inferatur, erit MONIMENTVM, memoriae caussa factum, quod κενοτάφιον adpellatur. *l. 42. D. de religios.* Potest ergo MONIMENTVM purum esse, quod etiam probatur *l. 5. §. 10. D. de donat. int. vir. et vxor.* et *l. 6. §. vlt. D. de religios.* Festus: MONIMENTVM *est, quod mortui caussa aedificatum est, et, quidquid ob memoriam alicuius factum est, vt fana, porticus, scripta, et carmina: sed* MONIMENTVM, *quamuis mortui caussa sit factum, non tamen significat, ibi sepultum.* [Vnde MONIMEN-

MENTVM a *sepulcro* separat etiam Cicero *pro P. Sextio Cap. LXVII.* dum ait: *Vnus in hac ciuitate, quem quidem ego possim dicere, praeclare vir de republica meritus, L. Opimius, indignissime concidit, cuius MONIMENTVM celeberrimum in foro,* SEPVLCRVM *desertissimum in littore Dyrrachino relictum est*] Varro *Lib. V. de lingu. Lat. Monere,* ait, *a memoria, quod is, qui monet, perinde sit, ac memoria. MONIMENTA sic, quae in sepulcris, et ideo secundum viam, quo praetereuntes admoneant, et se fuisse, et illos esse mortales.* Nonius Marcellus: MONIMENTI *proprietatem a monendo M. Tullius exprimendam putauit ad Caesarem Epistola secunda: Sed ego, quae MONIMENTI ratio sit, nomine ipso admoneor, ad memoriam magis spectare debere posteritatis, quam ad praesentis temporis gratiam.* ¶. 2. Saepe tamen MONIMENTVM et *sepulcrum* promiscue accipiuntur. Sic MONIMENTO lucernam accendere · *l. 44 D. de manumiss. testam.* MONIMENTVM aedificare: *l. 3. §. vlt. D. de mort. infer.* Ad MONIMENTVM aedificandum: *l. 40. §. vlt. D. de cond. et demonstr.* MONIMENTVM sibi parentibusque suis in possessionem matris exstruere: *l. 86. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. heredit.* MONIMENTVM secundum substantiam et dignitatem defuncti exstruere: *l. 27. D. de condit. et demonstr.* [MONIMENTVM in via publica exstruere nemini licet: *l. 2. D. de loc. et itin. publ*] MONIMENTVM testatori facere: *l. 8. §. vlt. l. 26. D. de condit. et demonstr. l. 7. D. de ann. legat.* Nondum functo MONIMENTO: *l. 43. D de rei vindic.* Gentile MONIMENTVM: Sueton *in Claud. Cap. LI.* Si eo MONIMENTO, quod imperfectum esse dicitur, reliquiae hominis conditae sunt. *l. vlt. D. de mort. infer.* In MONIMENTO posita statua: *l. 27. D. de iniur.* Corruptum et lapsum MONIMENTVM reficere: *l. 7. D. de sepulcr. viol.* MONIMENTVM sepulcri id esse, diuus Hadrianus rescripsit, quod MONIMENTI, id est, caussa muniendi eius loci factum sit, in quo corpus impositum sit: *l. 37. §. vlt. D. de religios.* Sepulcrum, siue MONIMENTVM: *l. 1. §. 7. D. de mort. infer.* Si proiectum aut stillicidium in sepulcrum immiserit, etiamsi ipsum MONIMENTVM non tangeret, recte cum eo agi: *l. vlt. §. 4. D. quod vi aut clam.* In MONIMENTO inuentus thesaurus. *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Iul peculat.*

¶. 3. MONIMENTVM, pro quouis, quod rei memoriam ad posteritatem propagat. Sic MONIMENTA actorum: *l. 31. C. de donat.* [vetera MONIMENTA chartarum, pro antiquis libris censualibus: *l. 2 C. Theod. de indulg. debit. Lib. XI. tit. 28.*] MONIMENTA publica. *l. 37 D. de iniur.* ¶. 4. MONIMENTA etiam a Terentio *Eunuch. Act. IV. scen. 6* dicta, quae Graeci dicunt *γνωρίσματα* vel *σπάργανα*, vti Donatus illic notat.

MOR.

MORA, est cessatio, frustratio, et improba dilatio, vt patet ex *l. 3. in fine, l. 17. et l. 21. D. de vsur.* MORA autem vel *re ipsa* fit, vel *ex persona.* RE mora fit, sola ipsa dilatione, soloque temporis cursu, absque vlla denunciatione interpellationeue: quod fauore libertatis vel minoris aetatis receptum est. Sic fideicommissa hereditate puero data, si puer post diem legati cedentem decesserit, ad eius heredes fideicommissum transmittitur, vtpote re ipsa MORA subsequuta: *l. 3. §. 2 D. de adim. legat.* In minorum persona re ipsa, et ex solo tempore tardae pretii solutionis MORA fit: *l. 3. C. in quib. causs. in integr. restit.* Cuiusmodi MORA ex re fieri dicitur: *l. 32 D. de vsur.* vel in re. *l. 38. §. 1. D eod. tit.* Subuentum fideicommissariis libertatibus, vt in re MORA facta esse videatur: *l. 26. §. 1 D. de fideic. libert.* Si seruo fideicommissaria libertas praesens relicta est, ne MORA ei fit: *l. 5. D. de minorib.* Aliquando etiam in re MORAM esse, decerni solet, si forte non exstat, qui conueniatur; *l. 23. D. de vsur.* Qui ob restituenda, quae abegerat, pecora pecuniam accepit, tam pecuniam, quam pecora restituere debet, licet mortua, vel alio fortuito casu periisse dicantur, quum hoc casu in rem MORA fiat. *l. vlt. C de condict. ob turp. causs.* ¶. 2. Ex persona vero MORA fieri intelligitur, si interpellatus opportuno loco non soluerit: *l. 32. D. de vsur.* Vnde Paull. *Lib. III. Sent. tit. 8. §. 4.* MORAM *fieri videri*, definit, *quum postulanti non datur.* Itaque nullam intelligi MORAM ibi fieri, vbi nulla petitio sit, ait Scaeuola *l. 88. D. de diuers. reg. iur.* Quod sic accipiendum est, quod, vbi vel nulla ipso iure actio competit, vel exceptione aliqua elidi potest, MORA fieri non censeatur. Non enim in MORA est, a quo pecunia propter exceptionem peti non potest, vt Paullus tradit. *l. 40. in fin. D. de reb. cred.* ¶. 3. Quemadmodum MORA in re, et in persona esse dicitur, ita et fieri tam REI, quam PERSONAE potest. PERSONAE: Sic MORA longior fit creditoribus: *l. 1. D. de success. edict.* MORA per venditorem emtori facta: *l. 51. D. de act. emt.* Quantum ad MORAM faciendam inferioribus: *l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* Quoties MORAM non est facturus legatario: *l. 47. § 3. D. de legat. I.* Quum patrifamilias MORA facta sit: *l. 27. D. de vsur.* Petenti satis MORAM non facere: *l. vlt. §. 1. D. quod legat.* Si MORA Titio ab herede facta est. *l. 3. §. 1. D. de adim. leg.* ¶. 4 Sed et REI MORA fieri dicitur: veluti collationi: *l. 5. §. vlt. D. de collat.* Si moram depositioni fecit: *l. 7. §. 10. D de administr. et peric. tut.* MORAM facere emancipationi: *l. 92. in fine D. de condit. et demonstr.* fideicommisso: *l. 3. §. 16. D. vt in possess. legat.* MORA fideicommisso facta: *l. 27. §. 1. l. 58. pr. D. ad SC. Trebell. l. 84. D. de legat. II.* Legatis MORAM facit: *l. 7. §. vlt. D. quand. dies legat.* MORAM libertati facere: *l. 10. §. 1. D. de alim. vel cibar. leg. l. 3. §. 10. D. de statulib. l. 26. §. 1. D. de fideic. libert. l. 37. D. eod. tit.* MORA libertati facta: *l. 26. §. 1. D. eod. tit. l. 1. §. 3. D. ad SC. Tertull.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 24. §. 4.* Si MORAM fideicommissae libertati fecit: *l. 41. §. 5. D. de fideic. libert.* praestandae libertati: *l. 84. D. de legat. II.* MORAM facere manumissioni: *l. 5. §. vlt. D. de condict. causs. dat.* MORAM facere petitioni: *l. 7. pr. D. quand. dies legat.* Vbi MORAM quis fecit precario: *l. 8. §. 6. D. de precar.* MORAM facere restitutioni fideicommissi: *l. 92. D. de condit. et demonstr. l. 44. §. 1. D. ad SC. Trebell.* MORA fit seruituti: *l. 7. §. 1.*

§. 1. D. de hered. petit. Si quis solutioni MORAM fecerit: l. 24. D. de vsur. MORA fit solutioni: l. 5. §. 17. et 18. D. vt in possess. legat. Frumentaria pecunia MORAM solutionis accipere non debet. l. 2. §. 3. D. de administr. rer. ad ciuit. pert. ¶. 5. Non omne, quod differendi caussa optima ratione fit, MORAE adnumerandum: l. 21. D. de vsur. MORA adpellationis: l. 1. D. si tut. vel curat. [Breuis MORA est, recentibus vetustatem innouare temporibus: l. 6. C. Theod. de testam. et codicill. Lib. IV. tit. 4. id est, facile et procliue, et quod multo tempore non indiget.] MORA cautionis: l. 8. D. de collat. bon. contradictionis: l. 39. D. de excusat. MORA deteriores futurae res: l. 53. D. de hered. petit. Ea, quae MORA deteriora fiunt: l. 5. §. vlt. D. de iure delib. Ne MORA deteriora fiant: l. vlt. D. de requir. vel abs. damn. Quae MORA deteriora futura sunt: l. 7. §. 1. D. de susp. tut. l. 2. §. vlt. D. de collat bon. l. 27. D. de reb. auct. iud. possid. Ex MORA deterius factum ius. l. 8. D. si quis caution. [MORA dilationis: l. 18. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1] MORAM emendare: l. 91. §. 3. D. de verb. oblig. MORA exstingui: ibid. Si per venditorem vini MORA fuerit, quo minus traderet: l. 3. §. vlt. D. de act. emt. vend. Si per emtorem et venditorem MORA fuisset, quo minus vinum praeberetur: l. 51. D. eod. tit. Si per mulierem MORA non est, quo minus cum filio habitet: l. 30. §. 5. D. de legat. III. Si exsoluendis vsuris per tanta tempora MORA per debitorem non fuit: l. 13. D. de vsur. Heredem in MORA fuisse: l. 34. §. 1. D. de statuliber. Si pater in MORA fuit: l. 49. D. de verb. oblig. Si ipse in MORA non fuit, quo minus: l. 21. §. 5. D. de recept. arbitr. Si mulier in MORA fuit, quo minus dotem reciperet: l. 9 D. solut. matrim. Quum in MORA promissor esset, quo minus daret: l. 8. D. de nouat. MORAM facere, est differre: l. 8. §. 1. D. de condict. furt. l. vlt. D. de recept. arbitr. l. 47. l. 108. §. 11. D. de legat. I. l. 23. D. de obl. et act. MORAM facere non videtur, qui reip. caussa abesse subito coactus est, vt defensionem sui mandare non posset, siue in vinculis hostiumue potestate esse coeperit: l. 23. D. de vsur. Id, in quo creditor accipiendo MORAM fecit: l. 72. D. de solut. MORAM facere in iudicio accipiendo: l. 26 §. 4. D. de nox. act. MORAM facere in agendo, vel exigendo: l. 56. D. de iur. dot. MORA facta creditori; l. 24. §. vlt. D. de vsur. MORA paucorum dierum: l. 24. §. 4. D. locat. MORA videtur esse, si nulla difficultas venditorem impediat, quo minus traderet: l. 3. §. vlt. D. de act. emt. vend. Si in eo MORAM faciat heres, quod nolit exigere: l. 3. §. 2. D. de statulib Ex eo tempore, quo MORAM fecit: l 40. D. de reb. cred. Si fideiussor solus MORAM fecerit: l. 32. §. vlt. D. de vsur. Antequam MORAM in recipienda hereditate faceret: l. 44. D. ad SC. Trebell. [MORAM facere heres non debet: l. 47. pr. D. de legat. I. Toties electio est heredi committenda, quoties MORAM non est facturus legatario: l. 47. § 3. D. eod. tit. Fideiussor, si in omnem caussam conductionis se obligauit, exemplo coloni tardius illatarum per MORAM coloni pensionum praestare debet vsuras: l. 54. pr. D. locat. cond.] Quanti intersit, MORAM factam non esse: l. 36. §. vlt. D. de vsufr. Si interpellatus MORAM fecerit, an, quamuis pecuniam postea offerat, nihilominus poena committatur: l. 23 D. de obl. et act. Qui sine dolo malo iudicium prouocat, non videtur MORAM facere: l. 63 D de reg. iur. MORAM facere in libertate praestanda: l. 22. § 3. D. de leg. Cornel. de fals. MORAM plane fecisse videtur, qui litigare maluit, quam restituere: l. 82. in fine D. de verb. oblig. Si MORAM fecerit in nomine reddendo possessor: l. 17. §. 1. D. de rei vindic. Si libertus MORAM in operis fecerit: l. 44. D. de oper libert. [Si fundus chasmate perierit, aestimationem non deberi, si non post MORAM factam id euenerit: l. 47. §. vlt. D. de legat. I. Si post MORAM res interierit, aestimatio eius praestatur; l. 39. §. 1. D. eod. tit] Post MORAM factam: l. 8. l. 10. D. de eo quod cert. loc. Si promissor Stichi MORAM fecerit: l 5. D. de in lit. iur. Quamquam ego MORAM fecero, quo minus te conuenirem: l. 19. D. de vi et vi arm. MORAM facere in re restituenda: l. vlt. D de condict. furt. Si reus MORAM fecerit: l. 88 D de verb. oblig. Si quis rogatus ancillam manumittere, MORAM fecerit: l. 53. D. de fideic. libert. Semel MORA facta: l. 26. D. sol. matrim. MORAM in soluendo fideicommisso factam: l. 14. D. de vsur. Qui MORAM fecerit in soluendo Sticho: l. 91. §. 3. D. de verb oblig. l. 58. §. vlt. D. de fideiuss Si quis solutioni quidem MORAM fecit, iudicium autem accipere paratus fuit: non videtur fecisse MORAM, vtique si iuste ad iudicium prouocauit: l. 24. D. de vsur. MORA facta in Sticho: l. 95. D. de solution. Ex eo tempore, quo MORAM fecit: l. 40. D. de reb. cred. Fortuita MORA: l. 26. §. 3. D. de fideic. libert. Inter MORAS: l. 33. D. de rei vindic. l. 15. D. de negot. gest. l. 49. D. de hered. petit. l. 33. l. 60. §. 4. D. de rit. nupt. l. 57. D. ad SC. Trebell §. 3. Inst. de offic. iud. et apud Flor. Lib. III. Cap. 3. Quinctil. in argumento Declam. CCLXXXI. Si MORA non intercessit: l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell. [l. 3. §. 1. D. de adim. leg.] post MORAM intercedentem: l. 47. D. de action. emt. vend. Qui MORAM mensurae faciendae non interposuit: l. 2. C. de peric. et comm. rei vend. MORA interuenit: l. 87. §. 1. D. de legat. II. MORA iudicii: l. 23. §. vlt. D. ex quib. causs. maior. Nonnullas MORAS exercitio iudicii habet: l. 15. D. vt legat. seu fideic. Quinctilian. Declam. CCXLIX. Per illas omnes MORAS iudiciorum, longas nimium et pro nocentibus compositas, quid aliud feci, quam vt agerem? Idem in argumento Declam. CCLXXXI Inter MORAS iudicii. Chirius Fortunatianus Libro rhetoricorum: Inter MORAS iudicii lex lata est de nouis tabulis. Post MORAM litis contestatae: l. 10. C. de praescr long. temp. [MORAS nectere artibus: l. vn. pr. C. de suffrag. l. 2. pr. C. Theod si cert. pet. Lib. II. tit. 19.] In bonorum possessione MORAM mater patietur: l. 2. §. 18. D. ad SC. Tertull. Si ancilla MORAM patiatur l. 13. D. de fideic. libert. Quasi MORAM per heredem patiatur: l. 3. §. 2. D. de statulib. Si necessariam MORAM in itinere proconsul patiatur: l. 5. D. de offic. proconf An ex necessaria caussa MORAM passus sit; l. 2. §. 1: D. de legation. Diu MORAM ab herede passus: l. 35. pr. D. de legat. III. MORAM passo: l. 15. §. vlt. D. de rei vindic. Opera, quorum MORA periculum aliquod adlatura est: l. 5. §. vlt. D. de non. op nunciat. Qui MORAM repromissae libertati praestitit; l. 4. C. si mancip. ita

fuer. alien. vt manum. MORAM purgare: *l. 73. §. vlt. D. de verb. obl.* purgari: *l. 14. D. de nouat.* Purgata MORA: *l. 8. D. eod. tit.* Libertati praestandae MORA quaeritur: *l. 43. D. de liber. causs.* MORA remota: *l. 34. §. 1. D. de statulib.* Sine MORA dimittat vxorem: *l. 24. D. ad leg. Iul. de adult.* Liberum sine MORA futurum: *l. 41. §. vlt. D. de manum. test.* Sine vlla MORA reddere: *l. 123. §. vlt. D. de legat. I.* id est, sine vlla dilatione, vt *l. 57. D. de donat. int. vir. et vx.* MORA solutionis: *l. 22. D. de solution. l. 3. C. de exsequ. rei iud.* solutioois pecuniae: *l. 22. D. de donat.* MORA temporis, quod datur iudicatis: *l. 51. D. de pecul.* MORA modici temporis: *l. 21. D. de iudic.* [Nullis eum temporum MORIS esse ludendum: *l. 3. C. Theod. de denunc. vel edict. rescr. Lib. II. tit. 4.*] MORA voluntaria: *l. 8. D. de collat. bon.* Ex MORA vsuras praestare. *l. 17. §. 4. D. de vsur. l. 92. D. de cond. et demonstr.*

MORARI, interdum est degere et versari in aliquo loco, vel cum aliqua persona, vel in aliqua conditione. Cessationis nomine, in qua quoad viuit MORATVR: *l. 1. D. de op. publ.* Quum actor non in praediis, sed in ciuitate MORATVS sit: *l. 20. §. 4. D. de instr. vel instrum. leg.* MORARI in coenaculo: *l. 3. §. 7. D. vti possid.* MORARI io damno: *l. 11. § vlt. D. ad SC. Trebell. l. 49. D. famil. ercisc. l. 1. C. de reputat.* Si non expediat, pupillum eo MORARI, vbi pater iusserit, propter vitium, quod pater forte ignorauit, in eis personis, apud quas MORARI iossit: *l. 7. §. vlt. D. de annuis legat.* MORARI cum familia in parte domus: *l. 33. D. de legat. III.* MORARI in fundo: *l. 21. D. de precar.* Qui rogauit, vt precario in fundo MORETVR: *l. 6. §. 2. D. de precar.* Familia, quae in fundo MORATVR: *l. 27. §. 3. D. de instr. vel instr. legat.* Seruus, qui in fundo MORARI solitus erat: *l. 82. D. de legat. III.* Serui, qui maiore parte anni MORARI in fundo consuerunt: *l. 18. §. 12. D. de instr. vel instrum. legat.* Si passi sint creditores heredem in hereditate MORARI: *l. 31. D. de reb. auct. ind. possid.* MORARI in libertate: *l. 12. l. 24. §. 1. D. de lib. causs. l. 38. D. de adquir. vel amitt. possess. l. 31. §. 1. D. de vsurpat. l. 29. D. de manumiss. test. l. 16. §. 1 D. de bon. libert. l. 30. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 1. l. 2. C. de long. temp. praescr. l. 2. C. de sent. et interloqu. l. 1. C. de remiss. pign. l. 4. C. de fideic. libert.* Diu MORATVS in libertate: *l. 3. §. 10. D. de adquir. vel amitt. possess.* MORANS in eo loco, vbi adpellauit: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 33. §. 1.* MORARI in lucro: *l. 10. §. 24. D. quae in fraud. cred.* Apud matrem interdum magis, quam apod patrem, MORARI filium debere: *l. 1. §. 1. D. de lib. exh.* Si MORARETVR cum matre mea: *l. 20. D. de ann. legat.* MORARI apud originem suam: *l. 7. §. 10. D. de interd. et relegat.* MORARI in possessione; *l. 7. D ad leg. Iul. de vi priuat.* Mancipia, quae in his praediis MORATA fuerunt, vel operis rustici caussa, vel alterius officii: *l. 78. §. 2. l. 93. §. 2. D. de legat. III.* MORARI in prouincia; Plin. *Lib. X. Epist. 65.* MORARI Romae: *l. 20. D. de oper. libert. l. 3. D. de senator.* MORARI ad sepulcrum: *l. 13. §. vlt. D. de alim. vel cibar.* Si serui qui MORARI solebant: *l. 12. §. 27. D. de instr. vel instrum. leg.* Vtrum nepos tuus apud te, an apod patruum suum MORARI debeat: *l. vlt. C. vbi pupill. educ.* Ne intra patriae territorium vel muros MORENTVR: *l. 7. §. 19. D. de interd. et releg.* Arbitrium MORANDI vbi velis: *l. 22. D. ad municip.* MORANDI, vbi velint, potestatem: *l. 3. C. de re milit.* Ne in vicis quibusdam MORENTVR: *l. 7. §. 19. D. de interd. et releg.* MORARI in vinculis: *l. 5. C. famil. ercisc.* MORARI in vrbe: *l. 2. D. qui et a quib. manum.* Neque in vrbe, neque alibi, vbi Imperator est, MORARI: *l. 2. §. 4. D. de his, qui not. infam.* id est, agere, vt *l. 13. §. 3. D. de re milit.* ¶. 2. MORARI, moram facere, differre, remorari, sustinere, et retardare. MORARI cognitionem: *l. 7. C. de his, qui accus. non poss. l. 20. C. ad leg. Corn. de fals.* Si petitionis dies MORARETVR: *l. 5. §. 1. D. vt legator.* Die veniente libertatis, quae hereditatem MORATVR: *l. 9. §. 17. D. de hered. instit.* MORATVR praestare: *l. 84. D. de legat. II.* Quos MORATVR religio: *l. 36. D. de fideic. libert.* solutionem MORATVR: *l. 7. §. vlt. D. de dot. praeleg.* Si MORATVS sit tantum: *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.*

MORATORIVS, A, VM. MORATORIA adpellatio, apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 35. §. 2.* MORATORIAE ambages: *l. 14. §. 1. D. de compens.* cautio: *l. 5. §. vlt. D. de cens.* cunctatio: *l. 7. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* [*l. 5. §. 2. D. de censib.* dilatio: *l. 1. pr. C. Theod. quorum adpell. non recip. Lib. IV. tit. 36.* frustratio: *l. 3. C. Theod. eod. tit.*] MORATORIA praescriptio, *l. 2. C. de precib. Imp. offerend.* qualis MORATORIA praescriptio interprete Aniaoo, in *l. 1. C. Th. de diuers. rescript.* est, quae caussam prolongat, hoc est, quando induciae a litigatore petuntur a iudice. [MORATORIA prouocatio: *l. 4. C. Theod. quor. adpell. non recip.*]

MORBOSVS, A, VM. MORBOSVM Festus interpretatur *morbo aliquo adfectum.* Vnde MORBOSVS et *sanus* opponuntur. *l. 6. §. vlt. l. 11. D. de Aedil. edict.* Attamen vt *morbus* a *vitio*; ita MORBOSVS a *vitioso* separatur: *l. 6. §. vlt. D. eod. tit.* Mancipium MORBOSVM vel *vitiosum*: *l. 51. D. eod. tit.* MORBOSI vero qui censeantur, vel non, vide *l. 6. §. 1. et §. vlt. l. 7. l. 9. l. 10. §. 1. l. 11. l. 12. l. 13. l. 14. pr. §. 8. D. eod. tit.* Quidam iumenta pauida et calcitrosa MORBOSIS non adnumeranda, dixerunt, animi enim, non corporis hoc vitium esse: *l. 4. §. 3. D. eod. tit.* MORBOSA mancipia, et non MORBOSA: *l. 35. D. de Aedil. edict.* MORBOSVM pecus: *l. 13. D. de act. emt. vend.*

MORBVS, est habitus cuiusque corporis contra naturam, qoi vsum eius ad id facit deteriorem, cuius caussa natura nobis eius corporis sanitatem dedit. *l. 1. §. 7. D. de Aedil. edict.* Cuius definitionis auctorem Vlpianus ibidem Sabinum laudat. At Gellius *Lib. IV. Cap. 2.* eam ex Caelio Sabino Labeooi adserit, acceptamque fert. [MORBO vero *valetudo* opponitur. *l. 15. §. 2. D. de adoption*] ¶. 2. Inter MORBVM porro et *vitium* differentiam intercedere, Modestinus tradit, in *l. 101. §. 2. D. de verb. signif.* his verbis: Verum est, MORBVM esse temporalem corporis

ris imbecillitatem, VITIVM vero perpetuum corporis impedimentum. Gell. *Lib. IV. Cap. 2. Non praetereundum est, id quoque in libris veterum iurisperitorum scriptum esse, MORBVM et VITIVM distare, quod VITIVM perpetuum; MORBVS eum accessu discessuque sit. Sed hoc si ita est, neque caecus, neque eunuchus MORBOSVS est, contra Labeonis, quam supra dixi, sententiam.* Ex Labeone enim paullo ante posuerat, *balbum et atypum VITIOSOS potius, quam MORBOSOS esse, et equum mordacem, aut calcitrosum VITIOSVM, non MORBOSVM: additque: Sed cui morbus est, is etiam vitiosus est: neque id tamen contra. Potest, qui VITIOSVS est, non MORBOSVS esse.* Nonius Marcell. MORBVM *a* VITIO *prudentia veterum sic voluit separari, vt sit* MORBVS, *eum accessu*, (sic enim vetus codex habet,) *aut temporis vtique, aut contagii*: VITIVM *perpetua et insanabilis atque irreuocabilis caussa.* Et ita MORBVS, vitiumue et in seruis, et in iumentis, separatur. *l. 35. l. 48. §. 1. D. de Aedil. edict.* Quamquam aediles MORBVM et *vitium* bis κατὰ τῦ αὐτῦ, tollendae dubitationis gratia dixisse, Vlpianus existimat. *l. 1. §. 7. in fine D. de Aedilit. edict.* MORBI adpellatio in Edicto Aedilium non videtur pertinere, nisi ad corpora: *l. 4. §. 3. D. eod. tit.* MORBVM esse, sine voce esse, adparet: *l. 9. D. eod. tit.* Furor quoque MORBVS dicitur: *l. 14. D. de offic. praesid. l. 22. §. 7. D. solut. matrim. l. 2. §. 4. D. si quis caut. in iudic.* Interpres Euripidis *in Oreste*, πάθη a Graecis dici ait τὰ συμπίπτοντα τοῖς σώματι νοσήματα. *morbos, corporibus accidentes.* ¶. 2. Huc pertinent loquutiones: Comitialis MORBVS: *l. 53. D. de Aedil. edict.* De eo vid. supra *Libro III.* MORBVS desinit, et minuitur: *l. 14. §. 5. D. de Aedil. edict.* MORBVS, qui perpetuus est, non qui tempore finiatur: *l. 65. §. 1. D. eod. tit.* Qui MORBO perpetuo tenetur: *l. 54. D. de procurat.* [Qui negotiis suis aliquo perpetuo MORBO superesse non possunt: *l. 5. D. de postul.*] MORBVS sonticus, qui cuique rei gerendae impedimento est: *l. 113. D. de verb. signif. l. 46. l. 60. D. de re iudic. l. 4. §. 5. l. vlt. D. de Aedil. edict.* et apud Plinium *Lib. XXXVI. Cap. 19.* Gell. *Lib. XVI. Cap. 4.* et *Lib. XX. Cap. 1.* Vide plura infra *Libro XVII* MORBVS temporarius. *l. 6. D. de Aedilic. edict.*

[MORDERE. Qui canem irritauerat, et effecerat, vt aliquem MORDERET: *l. 11. §. 5. D. ad leg. Aquill.*]

MORI, proprie est vita decedere. Ideoque in insulam deportato reo promittendi stipulatio ita concepta: QVVM MORIERIS, non nisi moriente eo, committitur. *l. 121. §. 2. D de verb. oblig.* Quin etiam si quis hereditatem: QVVM MORERETVR, restituere rogatus sit, etiamsi in insulam deportatus sit, fideicommissi conditio ante mortem exstitere non intelligitur: *l. 77. §. 4. D. de legat. II. l. 48. §. vlt. D. de iur. fisc.* ¶. 2. Alias tamen deportatum patronum MORTVI loco haberi, traditur: *l. 4. §. 2. D. de bon libert.* Deportatos MORTVORVM loco habendos, ait Vlpianus *l. 1. §. vlt. D. de bon. possess. contr. tab.* Pro MORTVO habetur is, cuius vniuersa bona publicantur, quum in eius locum alius succedat: *l. 65. §. 12. D. pro socio.* Ac plane interire homines maxima et media capitis deminutione aeque, atque morte, dicuntur. *l. 63. §. vlt. D. pro soc.* Pro MORTVO habetur etiam exheredatus. *l. 1. D. de coniung. cum emancip. lib.* ¶. 3. Ceterum ad interpretationem *l. vlt. D. quand. dies legat. ced.* et *l. 1. §. 19. D. de collat. bon.* pertinet, quod Gellius *Lib. VI. Cap. 13.* quaesitum narrat, *quando* MORIENS MORERETVR? *an quum iam in morte esset? an tum etiam, quum in vita foret?* additque, *quosdam* MORIENDI *verbum atque momentum, manente adhuc vita, dici atque fieri putauisse: alios nihil in eo tempore vitae reliquisse, totumque illud, quod* MORI *dicitur, morti vindicasse. Sed Plato*, inquit, *noster neque vitae id tempus, neque morti dedit, sed peperit expressitque quoddam nouum in confinio tempus, quod verbis propriis atque integris* τὴν ἐξαίφνης φύσιν, *id est, repentinam naturam adpellauit.*
¶. 4. Sic: MORTVO boue: *l. 49. D. de legat. II.* Si quis moriens dixisset: *l. 3. §. 1. D. de SC. Silan.* Non tam mortis caussa, quam MORIENTEM donare *l. 42. §. vlt. D. de mort. causs. don.* frigore MORTVVS: *l. 14. §. 1. D. de praescr. verb.* Si MORTVVM fuerit iumentum *l. 38. §. 1. D. de Aedilit. edict.* Si impatientia doloris, aut taedio vitae, aut morbo, aut furore, aut pudore, MORI maluit: *l. 6. §. 7. D. de iniust. rupt. irrit. test.* [Si viua vxore mater MORTVA fuisset, deinde vxor MORTVVM peperisset: *l. 8. §. 1. D. de suis et leg. hered.* Pariter MORTVI: *l. 16. D. de reb. dub.* Peregre MORTVVS: *l. 14. §. 4. D. de religios.* Ex plagis MORTVVS: *l. 52. D. ad leg. Aquill.* ¶. 5. MORI autem res non tantum animales dicuntur, sed et quae anima carent, eaeque tum corporales, tum incorporales. Sic MORI dicitur lis, *l. 1. §. 1. l. 3. §. vlt. D. quae in fraud. credit.* id est, legitimis transactis temporibus perire, vt loquitur *l. 18. §. 4. D. de dolo mal.* Lite MORTVA: *l. 2. D. iudic. solu.* MORITVR peculium: *l. 40. D. de pecul.* In re MORTVA impendere, id est, in re, quae paullo momento duratura, vel breui duratura est: *l. 7. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* MORTVAE vites. *l. 4. D. de cens.*

MORIO, ONIS, fatuos, quem Isidorus *Lib. IX. Origin.* a *morte vocatum*, putat, *eo, quod non vigeat intellectu.* Si ita fatuum vel MORIONEM vendiderit, vt in eo vsus nullus sit: *l. 4. §. 3. D. de Aedit. edict.* Martial. *Lib. VIII. Epigr. 13.*

MORIO *dictus erat; viginti millibus emi:*
Redde mihi nummos, Gargiliane: sapit.

MORIONVM etiam idem meminit *Lib. III. Epigr. 80.* et *Lib. VI. Epigr. 39.* D. Augustin. *Lib. I. contra Pelagian. Ipsos quoque fatuos videmus, quos vulgo* MORIONES *vocant, ad cordatorum delicias adhiberi, et in mancipiorum aestimatione pretiosiores esse cordatis.* Fit et MORIONVM mentio apud eumdem *Libro contra Donatistas*, post collationem scripto.

MOROSE, cum fastidio et difficultate. MOROSE abstinere: *l. 6. §. 3. D. de offic. praesid.*

MORS, proprie est σώματος καὶ ψυχῆς διά-

MOR.

διάλυσις, *corporis et animae ſeparatio*, vt Gell. *Lib. II. Cap. 8.* tradit, id eſt, vt Cicero *Lib I. Tuſcul. quaeſt. Cap. 9.* exponit, *diſceſſus animae a corpore.* Eaque vero et naturalis MORS eſt.

¶. 2 Ad eius vero ſimilitudinem alii quoque caſus admiſſi ſunt, qui MORTIS vicem repraeſentant, qualis eſt aquae et ignis interdictio: *l. 29. §. 5. D. de lib. et poſtum.* Sed et ſeruitus MORTI adſimilatur. *l. 59. D. de condit. et demonſtr.* MORTI diſſimilis non eſt manumiſſio. *l. 46. D. de furt.* Eſt haec MORS *ciuilis*, quae io maxima mediaque capitis deminutione conſiſtit. Amiſſo enim libertatis ciuitatisque ſtatu perſonae eſſe deſinebant homines, ae proinde mortuis ſimiles habebantur. Aliam tamen rationem reddit Lactantios *Diuin. inſtit. Lib. II. Cap. 10.* vbi de exſulibus: *Interdicto enim*, inquit, *vſu earum rerum, quibus vita conſtat hominum*, (aquae et ignis,) *perinde habebatur, ac ſi eſſet, qui eam ſententiam exceperat, MORTE mulctatus.* Vtcumque ſe res habeat, ex ea fictione eſt, quod exſules diem, quo reſtituti fuerant, *natalem ſuum* dicerent, veluti Cicero *poſt redit. Cap. XI.* et quaſi *alterius vitae quoddam initium*: Idem *Lib. IV. ad Attic. Epiſt. 1.* immo Cotta apud Salloſtium *in fragmentis* ideo ſe *bis genitum* adpellaret. Eodem ſenſu Graecos reuocatis in patriam δευτεροπότμων nomen, quaſi *qui ſecunda fata orſi eſſent*, tribuiſſe, obſeruat Io. Fridr. Gronou. *Diatrib. ad Papin. Stat. Cap. XII. p. 69.* HEIN.

¶. 3. Ad priorem notionem pertinent loquutiones: Animalium caſus, MORTES, quaeque ſine culpa accidunt: *l. 23. D. de reg. iur.* MORTIS cauſſa acceperat: *l. 19. D. de mort. cauſſ. donat.* alienatio facta: *l. 1. §. 1. D. ſi quid in fraud. credit.* MORTIS cauſſa capere: *l. 9. l. 12. D. de mort. cauſſ. donat.* MORTIS cauſſa capitur, quum propter MORTEM alicuius capiendi occaſio obuenit, exceptis his capiendi figuris, quae proprio nomine adpellantur. Certe enim et qui hereditario, aut legati, aut ſi deicommiſſi iure capit, ex morte alterius nanciſcitur capiendi occaſionem. Sed quia proprio nomine hae ſpecies capiendi adpellantur, ideo ab hac definitione ſeparantur. *l. 31. D de mort. cauſſ. donat.* MORTIS cauſſa capitur pecunia, quam ſtatulibet, aut legatarius alicui conditionis implendae cauſſa numerauit, item ea, quam quis in hoc accepit, vt vel adeat hereditatem, vel non adeat, vel, vt legatum omittat. Sed et dos, quam quis in mortem mulieris a marito ſtipulatur, capitur MORTIS cauſſa: *d. l. 31. §. 2. D. eod. tit.* Sed et, quod conditionis implendae cauſſa, vel a coherede, vel a legatario, vel a ſtatulibero datur, MORTIS cauſſa capitur. Sane ſi a ſtatulibero peculiares numos accipiat, pro ſua parte, non MORTIS cauſſa capere, ſed hereditario iure eos habere, intelligitur: *l. 36 D. ad leg Falcid.* Qui pretio accepto hereditatem praetermittit, MORTIS cauſſa capere videtur. Nam et quod a ſtatulibero conditionis implendae cauſſa capitur, vel a legatario mortis cauſſa accipitur, et quod pater dedit propter mortem filii vel cognati, MORTIS cauſſa capitur. *l. 8. D. de mort. cauſſ. donat.* Si cui fundus legatus eſt, ſi Callimacho, cum quo teſtamenti factionem non habebat, ducenta dediſſet, quod ad talem perſonam peruenturum eſt, non teſtamenti nomine, ſed MORTIS cauſſa capitur: *l. 55. D. de condit. et demonſtr.* Si is, cui libertas relicta eſt, iuſſus ſit heredi dare centum, heres MORTIS cauſſa id MORTIS cauſſa accepturus eſt: *l. 18. §. vlt. D. qui et a quib.* Si ab initio ita legatum datum ſit: SI PENVM NON DEDERIT, DECEM DATO: penus ſi datur, MORTIS cauſſa capitur: *l. 1. §. 8. D. ad leg. Falcid.* Eum, qui, vt adiret hereditatem, pecuniam acceperat, MORTIS cauſſa capere: *l. 21. D. de mort. cauſſ. donat.* MORTIS cauſſa capimus, non tunc ſolum, quum quis ſuae MORTIS cauſſa nobis donat, ſed et, ſi propter alterius mortem id faciat. *l. 18. D. eod. tit.* Donare et MORTIS cauſſa et non MORTIS cauſſa: *l. 7. §. vlt. D. de donat. l. 53. l. 56. D. de donat. int. vir et vxor. l. 37. §. 3. D. de legat. III.* Donationum enim duo genera ſunt, MORTIS cauſſa, et non MORTIS cauſſa. MORTIS cauſſa donatio eſt, quae propter mortis ſit ſuſpicionem, quum quis ita donat, vt, ſi quid humanitus ei contigiſſet, haberet id, qui accipit: ſin autem ſuperuixiſſet is, qui donauit, reciperet, vel ſi eum donationis poenituiſſet, aut prior deceſſerit is, cui donatum ſit. *pr. et §. 1. Inſt. de donat.* MORTIS cauſſa donationum tres ſunt ſpecies: VNA, quum quis nullo praeſentis periculi metu conterritus, ſed ſola cogitatione MORTIS donat: ALIA quum quis imminente periculo commotus, ita donat, vt ſtatim fiat accipientis. TERTIVM genus eſt, ſi quis periculo motus, non ſic det, vt ſtatim fiat accipientis: ſed tunc demum, ſi MORS fuerit inſequuta: *l. 2. D. de mort. cauſſ. don.* MORTIS cauſſa donare licet, non tantum infirmae valetudinis cauſſa, ſed periculi etiam propinquae mortis, aut nauigationis ineundae, aut ſi per inſidioſa loca iturus ſit, aut ſi aetate feſſus: *l. 3. l. 4. l. 5. D. eod. tit.* Id quod MORTIS cauſſa donatur, aut in periculum MORTIS donatur, aut cogitationem mortalitatis, quod nos quandoque morituros, intelligimus. *l. 31. §. 2. D. eod. tit.* Donatio, quae MORTIS conſilium ac titulum haberet. *l. 42. D. eod. tit.* Vetus Gloſſarium Graecum: DONATIO CAVSSA MORTIS, ἐπιθανάτιος δωρεά. MORTIS cauſſa ſeruum manumitti poſſe, videlicet in extremum tempus vitae manumiſſoris collata libertate, docet *l. 15. D. de manumiſſion.* Certam pecuniam MORTIS cauſſa promitti curauit: *l. 52. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vx.* Debitor, cui MORTIS cauſſa pacto debitum remiſſum eſt: *l. 15. D ad leg. Falcid.* MORTIS *cauſſa ſtipulatio exiſtimatur fieri, quae ita ſit, vt* MORTE *promiſſoris confirmetur*, (vt in ſpecie *l. 34. D. de mort. cauſſ. donat*) *aut, vt quidam dixerunt, cuius ſtipulationis* MORS *fuit cauſſa.* Ita Feſtus, ex Antiſtin Labeone tradit. MORTIS cogitatio: *l. 35. D. de mort. cauſſ. donat.* MORTEM ſibi conſciſcere dicuntur, qui ſibi manus inferunt: *rubr. D. de bon. eor. qui ant. ſent. vel mort. ſibi conſcin. l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſtam.* Qui ſe vulnerauit, vel alias MORTEM ſibi conſciuit: *l. 6. §. 7. D. de re milit.* Qui metu accuſationis MORTEM ſibi conſciuerint: *l. 28. D. de bon libert.* Qui MORTIS conſciſcendae cauſſa quid fecerit: *l. 23. §. 3. D. de Aedilit. edict.* Quum MORS ei contingit: *l. 1. §. 1. D. de legat. III.* Si MORS contigiſſet *l. 29. D. de mort. cauſſ. donat.* [Non enim crimen dici, quo MORTIS adegit impulſus, *l. vlt. C. Theodoſ. de infirm. his, quae ſub tyrann. Lib. XV. tit.* 14]

14.] Quum MORS fuerit, vel non fuerit insequuta: *l. 2. D. de mort. causs. donat. l. 13. D. de donat. int. vir. et vxor.* MORTEM obire; *l. 14. D. de iur. codicill. l. 7. D. si tab. test. l. 14. D. de his, quae vt indign.* MORTES parentium: *l. 17. D. de rit. nupt.* Periculum propinquae MORTIS, vel ab hoste, vel a praedonibus, vel ab hominis potentis crudelitate aut odio: *l. 3. D. de mort. causs. donat.* MORTE praeuentus: *l. 13. §. 4. D. de iur. fisci. l. 21. §. vlt. D. de ann. legat. l. 29. D. de mort. causs. donation.* MORTIS proditae indicium: *l. 39. D. ad leg. Falcid.* MORTIS poena; *l. 1. D. de bon. eor. qui sibi mort.* quae videlicet damnato vitam adimit, vt loquitur *l. 6. §. vlt. D. de poen.* MORTE sequuta: *l. 18. §. 2. l. 40. D. de mort. causs. donat.* MORTES seruorum: *l. 18. D. commod.* seruorum ceterorumque animalium: *l. 30. D. ad leg. Falcid.* Sollemnia MORTIS peragant: *l. 44. D. de manum. testam.* Sua MORTE decedere: *l. 28. D. de bon. libert.* MORTIS terror. *l. 3. D. quod met. causs.*

[MORSVS honoris alieni: *l. 10. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.* id est, vt Iac. Gothofredus interpretatur, dolor, et sensus aculeatus, quem quis exinde capit, quod alios sibi praelatos videt.]

[MORTALIS, E. caducus, fragilis, nota significatione, de rebus animalibus humine, brutisque.] ¶. 2. [At saepe etiam de rebus inanimatis vsurpatur. Sic MORTALE opus: *l. 19. l. 12. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* vel MORTALI opere formata seu facta simulacra: *ibid.*] MORTALES res: *l. 11. §. 5. D. de minor.* Eodem sensu veteres, quidquid manu factum, MORTALE vocarunt. Virgil. *Lib. IX. Aen. v. 95.*

> MORTAL*ine manu factae immortale carinae Ius habeant?*

vbi Seruius: *Non possunt aeterna esse, quae ab hominibus facta sunt.* Horat. *de arte poet. v. 68.* MORTALIA *facta peribunt.* Lactant. *Lib. VII. Cap. 15. Nihil est humanis viribus elaboratum, quod non humanis aeque viribus destrui possit: quoniam* MORTALIA *sunt* MORTALIVM *opera.* Sic et MORTALIA *fila* dixit Ouidius, *Epist. XII. v. 3.* MORTALE *facinus: Lib. I. Fast. v. 249.* MORTALIA *acta: Lib. I. trist. eleg. 2. v. 97.* MORTALIA tela. *Lib. IV. ex Ponto eleg. 3. v. 55.* HEIN.

MORTALITAS, a iurisconsultis pro morte et naturali fato accipitur. *l. 22. D. ad SC. Trebell. l. 15. D. quand. dies legat. l. 26. D. de fideic. libert. l. vlt. C. Theod. de domest. et protect.* Quum quis sola MORTALITATIS cogitatione donat: *l. 2. D. de mort. causs. donat.* In cogitationem MORTALITATIS datur, quod nos quandoque morituros intelligimus: *l. 31. §. 2. D. de mort. causs don.* Si res deterior facta sit MORTALITATE: *l. 24. D. quae in fraude credit.* Medico imputari euentus MORTALITATIS non debet: *l. 6. §. 7. D. de offic. praes.* Exstinguitur crimen MORTALITATE: *l. vlt. D. ad leg. Iul. maiest.* Quum mariti MORTALITAS interuenit: *l. 2. D. de pact. dot.* Turbato ordine MORTALITATIS: *l. 15. D. de inoffic. testam.* MORTALITATEM praestare: *l. 40. D. de hered. petition.* MORTALITATE filii praeuenta mater: *l. 2. §. 43. D. ad SC. Tertullian.* Seruitutem MORTALITATI fere comparamus. *l. 109. D. de regul. iur.* MORTALITATE subtractis seruis vel pecoribus. *l. 19. D. de vi et vi arm.* De hac loquutione, an satis Latina sit, disquirit Ducker. *de Latinit. vet. iurisc. p. 376.* HEIN.

MORTIFER vel MORTIFERVS, A, VM, quod mortis caussam praestat, vt loquitur *l. 7. §. 5. D. ad leg. Aquill.* [Sic MORTIFERA poena: *l. vn. C. Theod. si quis solid. circul. exter. Lib. IX. tit. 22.*] MORTIFERVM vulnus inflixisse censentur, non solum qui ita vulnerauerint, vt confestim vita priuarent, sed etiam hi, quorum ex vulnere, certum esset, aliquem vita excessurum: *l. 51. D. ad leg. Aquill.* Si alius MORTIFERO vulnere percusserit; *l. 11. §. 3. D. eod. tit.*

MORTIFERE, aduerbium. MORTIFERE vulnerare: *l. 36. §. 1. D. ad leg. Aquill.* MORTIFERE vulneratus *l. 15. §. vlt. D. eod. tit. l. 1. §. vlt. D. de SC. Silanian. l. 3. D. de condict. tritic.* id est, ita vulneratus, vt eo ictu certum esset moriturum, vti in *l. 5. D. ad leg. Aquill.* dicitur. Et contra: vulneratus seruus non MORTIFERE. *l. 30. §. vlt. D. eod. tit.* Sic MORTIFERE *aegrotare* dixit et Plin. *Lib. III. Epist. 16.* HEIN.

MOS.

MOS est diuturna et inueterata consuetudo. Festus: MOS *est institutum patrium, pertinens maxime ad religionem caerimoniasque Deorum antiquorum.* Seruius *in Libr. VII. Aeneid. v. 601.* Varronem tradere, scribit, MOREM *esse communem consensum omnium simul habitantium, qui inueteratus consuetudinem facit.* Sed et Vlpianus *tit. I. Regul. §. 4.* MORES definit tacitum consensum populi, longa consuetudine inueteratum. Nimirum ex non scripto ius venit, quod vsus comprobauit. Nam diuturni MORES, consensu vtentium comprobati, legem imitantur. *§. 9. Inst. de iur. nat. gent. et ciu.* Inueterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, et hoc est ius, quod dicitur MORIBVS constitutum: *l. 32. D. de legibus.* Atque hi sunt νόμοι ἄγραφοι, *§. 3. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.* Suidas: ἜΘΟΣ, νόμος ἄγραφος. Τὸ δὲ ἔθος οὐκ ἔστιν εὕρημα ἀνθρώπων, ἀλλὰ βίου καὶ χρόνου. *MOS est ius non scriptum. MOS vero non est inuentum hominum, sed vitae et temporis.* ¶. 2. Et huc pertinent insequentes loquutiones: MORIBVS ademta ciuilia officia feminis: *l. 1. D. ad SC. Vellcian.* Viri boni MORE agentes heredes: *l. 21. D. de statulib.* MORE nostrae ciuitatis, neque pupillus, neque pupilla, sine tutoris auctoritate obligari possunt: *l. 8. D. de acquir. vel omitt. heredit.* Quas res MORES ciuitatis commercio exuerunt; *l. 34. §. 1. D. de contrah. emt.* MORIBVS ciuitatis et vsu rerum adpellationem mutatam: *l. 7. D. de supell. legat.* Tutelae damnati, non natura probrum est, sed MORE ciuitatis: *l. 42 D de verb. signific.* Ex lege ciuitatis suae vel MORE; *l. vlt. §. 26. D. de muner. et honor. l. 214. D. de verb signif.* MORIBVS competit magistratibus

MOS.

tibus municipalibus, vt vnius hominis vicem sustineant: *l. 25. D. ad municipal.* *Extremae poenae, quae MORE maiorum in eum competit.* Apulei. *Lib. X. Metam.* Status legibus, MORIBVSque comprobatus: *l. 5. D. de extraord. cognit.* Iudicem dare possunt hi, quibus id MORE concessum est, propter vim imperii: *l. 21. §. 1. D. de iudic.* *Pleraque in iure non legibus, sed MORIBVS, constant:* Quinctil. *Lib. V. Cap. 10.* matrimonium MORIBVS legibusque nostris constat. *l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* MORIBVS et legibus constitutum est postliminii ius: *l. 19. D. de capt. et postlim.* Ferias secundum MORES, et consuetudinem, quae retro obtinuit, dare: *l. 7. §. 1. D. de offic. proconf.* MORIBVS tutor datur mulieri pupilloue, qui aduersus tutores suos aliquam actionem habent: Vlpian. *tit. XI. Reg. §. 24.* MORIS est: *l. 9. D. de poen. l. 4. §. 5. D. de offic. procons. l. vlt. D. de mun. et honor. l. 7 §. 17. D. de interd. et relegat. l. 3. C. de iur. reip. Lib. XI.* id est, vsitatum est, vt loquitur *l. 32. §. 6. D. de administr. et peric. tut.* Quae MORIS sunt, et consuetudinis: *l. 31. D. de Aedil. edict.* Nec in cuiusquam iniuriam beneficia tribuere MORIS est nostri. *l. 4. C. de emanc. lib.* Exsoluendis ex MORE vsuris: *l. 13. D. de vsur.* MOS ei gerendus est: *l. 71. D. de rei vindic. l. 5. D. famil. ercisc.* id est, obtemperandum est. MOREM ei geri: *l. 14. D. de probat.* MORE impediuntur, ne iudices fiant, feminae et serui: *l. 12. §. 2. D. de iudic.* Proxenetae vtiles non adeo improbabili MORE se exhibent: *l. vlt. D. de proxenet.* Si improbato MORE versatus sit in celanda seruitute: *l. 1. §. vlt. D. de act. emt.* Quod MORIBVS et consuetudine inductum: *l. 32. D. de legib.* Praeuaricationis iudicium, aliud publicum, aliud moribus inductum est: *l. 3. D. de praeuaric.* Valde inhumanus MOS est iste, quo retinentur conductores vectigalium publicorum et agrorum: *l. 3. §. 6. D. de iur. fisc.* MORE insanorum: *l. 4. D. de Aedilit. edict.* *MORIBVS nostris male rem gerentibus bonis interdici solet:* Cic. *de Senect. Cap. VII.* MORIBVS per praetorem bonis interdicitur: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 4. §. 7.* MORIBVS, non legibus introductum est hoc ius, vt libertinus libertinam matrem aut sororem ducere non possit: *l. 8. D. de rit. nupt.* MORIBVS introductum est, vt quis liberis impuberibus testamentum facere possit: *l. 2. D. de vulg. et pupill. subst.* MORIBVS ab initio introductum est, vt prodigo interdiceretur bonorum suorum administratio: *l. 1. D. de curat. furios.* MORIBVS iniuriarum actio introducta est, quoties factum pro qualitate sui arbitrio iudicis aestimatum congruentis poenae supplicio vindicatur: Paull. *Lib. V. Sent. 4. §. 7.* MORE iudiciorum caussa tractabitur: *l. 4. C. de accusat.* Caussa interpositae prouocationis iudiciorum MORE examinanda est: *l. 15. C. de excusat. tut.* MORE iudiciorum conuenire: *l. 10. C. de procurat.* exigere: *l. 14. C. de pact.* persequi: *l. 14. C. de pact. l. 2. C. de probat. l. 3. C. si quis alt. vel sibi. l. 4. C. ne de stat. defunct.* [vsitato MORE legum: *l. 32. C. de transact.*] Secundum leges MORESque locorum: *l. 2. C. quemadm. test. aper.* MORE maiorum ita comparatum est, vt is demum iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure non alieno beneficio haberet: *l. 5. D. de iurisdict.* MORE maiorum iurisdictionem quidem transferri, sed merum imperium, quod lege datur, non posse transire. *l. 1. §. 1. D. de offic. ei. cui mand. iurisd.* Saluo MORE maiorum: *l. 11. D. de instit. et iur.* Quos MORE maiorum sine fraude in ius vocare non licet: *l. 26. §. 2. D. ex quib. causs. maior.* Si talis sit maritus, quem MORE maiorum lugere non oportet: *l. 35. D. de religios.* Poena parricidii MORE maiorum haec instituta est: *l. 9. D. ad leg. Pomp. de parricid.* [MORE maiorum in aliquem animaduertere quid sit, exponit Petr. Faber *Lib. II. Semestr. Cap. 7.*] Malo MORE pecunia erogata: *l. 19. §. 1. D. de negot. gest.* malo MORE gestum dicitur, si pro comperto studio quid erogatum: *l. 8. D. quod met. causs.* Litis caussa malo MORE promissa pecunia, si suspensa lite societatem futuri emolumenti cautio pollicetur: *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* MORE militiae testamentum fecit: *l. 33. D. de testam. milit.* MORIBVS nostris non conuenit, filium temporalem habere: *l. 34. D. de adopt.* MOREM hunc et consuetudinem, semper obseruatam, sequutus: *l. 32. §. 6. D. de administr. et peric. tut.* Praedonio MORE versari: *l. 25. §. 5. D. de hered. petit.* Si quid in rebus filiorum vtiliter et probabili MORE impendisti: *l. 13. C. de negot. gest.* Quas MORIBVS prohibemur vxores ducere: *l. 39. D. de rit. nupt.* MORE prononciatum est: *l. 7. D. de in integr. rest.* id est, de MORE. Secundum MOREM prouinciae: *l. 7. §. 10. D. de administr. et peric. tut.* MORE prouinciarum: *l. 9. D. de extraord. crim.* MORIBVS receptum ius patriae potestatis: *l. 8. D. de his, qui sui, vel al. iur.* Quum vero ius patriae potestatis lege Romuli inductum esse, certissime constet ex Dionys. Halicarn. *Lib. II. Antiqu. Rom. p. 95.* nemo dubitauerit, verum esse, quod alibi notauimus, leges regias, abrogato regibus imperio, non quidem pro legibus amplius habitas, quod et Pomponius *l. 2. §. 3. D. de orig. iur.* testatur, sed valuisse tamen ὡς ἐθισμοὺς πατρίους, *tamquam priscas consuetudines*, vti idem loquitur Dionys. *Lib. V. p. 278.* Ita et *poenam cullei MORE maiorum institutam*, ait Modestinus, *l. 9. D. ad leg. Pomp. de parricid.* quam tamen vel Atilium, vel Aquillium quemdam, iam sub Tarquinio, parricidii accusatum, dedisse, denuo testatur Dionys. Halic. *Lib. II. Cap. 70.* Vid. V. C. Euer. Otto *praefat. Tomi IV. Thesaur. iur. p. VIII. sequ.* HEIN. MORIBVS apud nos receptum est, ne inter virum et vxorem donationes valerent: *l. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* MOS regionis: *l. 1. §. vlt. D. de inspic. ventr. l. 1. D. de vsur. l. 39. §. 1. D. de legat. I. l. 34. D. de reg. iur. l. 8. C. de locat.* Omnes populi, qui MORIBVS et legibus reguntur: *l. 9. D. de instit. et iur. §. 1. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.* MORE Romano dies a media nocte incipit: *l. 8. D. de fer.* MORE solito actiones per iudicem exercere: *l. 1. C. de seruit.* MORE solito conuenire: *l. 3. C. de priuil. fisc.* desiderare: *l. 50. D. de manumiss. testam.* exigere: *l. 4. C. de in lit. iur.* experiri: *l. 3. C. de iniur.* persequi: *l. 14 C. ad leg. Iul. de adulter.* Sollemni MORE accusationem instituere: *l. 3 C. ad leg. Iul. de vi publ.* [MORI veteri, et constitutis maiorum accedere: *l. 12. C. Theod. de iur. fisc. Lib. X. tit. I.* Iuxta veterem MOREM sacerdotum filii inuiti ad sacerdotium non coguntur: *l. 166. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] Aqua ex vetere MORE atque obseruatione per certa loca profluens: *l. 7. C. de seruit.*

MOS.

ſeruit. ¶. 2. MORVM adpellatione, quemadmodum Quinctil. *Lib. VI. Cap. 3.* tradit, *omnes habitus mentis* continentur, adeoque omnis viuendi ratio MORVM nomine venit. Sunt vero MORES hoc ſenſu vel *ſingulorum*, vel *publici.* De *ſingulorum* MORIBVS obſeruandae ſunt loquutiones: Sero maritus accuſat MORES, quos vxorem ducendo probauit: *l. 13. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* Viro atque vxore MORES inuicem accuſantibus: *l. 39. D ſolut. matr.* Actio de MORIBVS inter conioges: *l. vn. C. quand. crimin. act. l. vn. C. Theod. vict. ciuil. criminal. ag. l. vlt. C. Theod. de inceſt. nupt.* et apud M. Senec. *Lib. II. controu. 2.* et *Lib. VII. Declam. 2.* Conuenire, ne de MORIBVS agatur: *l. 5. D. de pact. dotal.* An maritus, pudice viuens, mulieri quoque bonos MORES colendi auctor fuerit: *l. 13. § 5. D. ad leg. Iul. de adult.* Matrem familias faciunt boni MORES: *l. 46. §. vlt. D. de verb. ſign.* Heres MORVM coercitionem non habet: *l. 15. §. 1. D. ſolut. matrim.* Cur improbet maritus MORES, quos ipſe aut corrupit, aut poſtea probauit? *l. 47. D. ſolut. matrim.* MORES grauiores, ſeu maiores, inter virum et vxorem, adulteria tantum; leuiores ſeu minores, omnes reliqui: Vlpian. *tit. VI. Reg. §. 12.* Iudicium de MORIBVS: *rubr. C. de repud. et iudic. de morib. ſubl.* Propter nequitiam, maloſque MORES: *l. 43. §. 4. D. de Aedilit. edict.* Malorum MORES infirmitas animi non excuſat: *l. 1. C. ſi aduerſ. delict.* MORIBVS pupilli praeponitur tutor: *l. 12. §. 3. D. de admin. et peric. tut.* Ob MORES competit retentio dotis: *l. vn. §. 5. C. de rei vxor. act. toll.* Retentiones ex dote fiunt propter MORES: Vlpian. *tit. VI. Reg. §. 9.* MORVM autem nomine, vel ob MORES, retentio olim fieri dicebatur, quum propter malos et improbatos vxoris mores, qui diſcidii cauſſam praeſtitiſſent, maritus partem ex dote retinebat. Vlpian. *ibid. §. 12.* Quamdiu prodigus ſanos MORES non receperit. *l. 1. D. de curat. furioſ.* ¶ 3. Atque haec de *priuatis* moribus. Sunt et MORES *publici*, vt Paullus *Lib. V. Sent. tit. 21. §. 1.* vocat. MORES autem hi vel *boni* vel *mali* ſunt. In edicto de iniuriis quod ait Praetor, qui aduerſus BONOS MORES conuicium cui feciſſe dicitur, Labeo ait, ſic accipiendum, non eius, qui fecit, ſed generaliter accipiendum, aduerſus bonos MORES huius ciuitatis: *l. 15. §. 28. et §. 38. D. de iniur.* Exceptio, quae patroni parentisue opinionem apud bonos MORES ſugillet: *l. 4. §. 16. D. de dol. mal. et met. except.* Sed vere hic BONI MORES ſunt viri honeſti, et probi; quemadmodum MALI MORES pro improbis hominibus accipiuntur. Sic in *l. 6. pr. D. de SC. Macedon. Quum ſaepe materiam peccandi* MALIS MORIBVS *praeſtaret.* Et in *Conſult. vet. iurisc. p. 821. Tibi et* BONIS MORIBVS *conſtat.* Obſeruauit id V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. VI. Obſ. Cap. 25. p. 274.* HEIN. Bonis MORIBVS conuenit, reuerentiam vxori manumiſſoris praebere: *l. 1. C. de in ius voc.* Si mulier ab eo, in cuius matrimonium conueniebat, ſtipulata fuerit ducenta, ſi concubinae, tempore matrimonii conſuetudinem repetiiſſet, ex bonis MORIBVS concepta ſtipulatio: *l. 121. §. 1. D. de verb. obligat.* Si liberis ſublatis reuerſa poſt iurgium per diſſimulationem mulier, veluti venali concordia ne dotata ſit, conueniat, conuentio ſecundum ordinem rei geſtae MORIBVS improbanda ea ſtipulatio eſt: *l. 27. D. de pact. dotal.* [Vbi MORES, abſolute, pro bonis MORIBVS, quemadmodum *l. 35. §. 1. D. de verb. oblig.*] Aduerſus bonos MORES feſtinaſſe dicitur, qui proximae cognatae viuentis bona donauit; *l. 29. §. vlt. D. de donat.* Aduerſus bonos MORES attentare intelligitur, qui blanda oratione alterius pudicitiam attentat: *l. 15. §. 20. D. de iniur.* Qui ſeruum alienum aduerſus bonos MORES verberauiſſe dicetur. *l. 15. §. 34. D. eod. tit.* quod quid ſit, *ibidem §. 38.* explicatur. Vim accipimus atrocem, et eam, quae aduerſus bonos MORES fiat: *l. 3. D. quod met. cauſſ.* Vim atque metum comprobare contra bonos MORES eſt: *l. 116. D. de reg. iur.* Fit iniuria contra bonos MORES, veluti ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit, coeno, luto oblinuerit, aquas ſpurcauerit, fiſtulas, lacus, quidue aliud ad iniuriam publicam contaminauerit: *l. 1. §. 1. D. de extraord. crimin.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 13.* Si conuenerit, dolum non eſſe praeſtandum, haec conuentio contra bonos MORES eſt: *l. 1. §. 7. D. depoſ.* Si contra MORES bonos aliquid mandare voluerimus, hoc eſt, ſi cuiquam mandemus, vt alicui furtum faciat, aut homicidium, aut adulterium admittat. Caius *Lib. II. Inſt. tit. 9. §. 18* Contra bonos MORES eſt mandatum, veluti ſi Titius de furto, aut de damno faciendo, aut de iniuria facienda tibi mandat: *§. 7. Inſt. de mandat.* Si paciſcatur maritus, ne in id, quod facere poſſit, condemnetur, ſed in ſolidum, contra bonos MORES pactum eſt: *l. 14. § vlt. D. ſolut. matrim.* Pacta, quae contra bonos MORES ſunt, nullam vim habent: *l. 6. C. de pact.* Pacta, inita de aduentura hereditate, vt contra bonos MORES inita, repelluntur: *l. vlt. C. de pact.* Contra bonos MORES de ſucceſſione futura interpoſita fuit ſtipulatio: *l. 4. C. de inutil ſtipul.* Stipulatio contra bonos MORES interpoſita ab eo, qui mercalem vxorem habet: *l. 5. C. de condict. ob turp. cauſſ.* Non ſecundum bonos MORES interpoſita eſt ſtipulatio, qua vinculo poenae matrimonia futura obſtringuntur: *l. 134 D. de verb obligat.* Si quis ſcripſerit teſtamento fieri, quod contra bonos MORES eſt, velut turpe aliquid: *l. 112. §. 3. D. de legat. I.* Conditiones, quae contra bonos MORES ſunt: *l. 14. D. de condit. inſtit.* quales ſunt hae: ſi ab hoſtibus patrem ſuum non redemerit: ſi parentibus patronoue alimenta non praeſtiterit: *l. 9. D. eod. tit.* Litem te redemiſſe contra bonos MORES, manifeſte precibus profeſſus es: *l. 15. C. de procurat.* Vociferatio, quae bonis MORIBVS improbatur, quaeque ad infamiam, vel inuidiam alicuius, ſpectat: *l. 15. §. 5. D. de iniur.* Apulei. *Lib. VII. de aſin. aur. An ignoras, eos etiam, qui morituris auxilium ſalutare denegarunt, quod contra bonos MORES id ipſum fecerint, ſolere puniri?* MORIBVS corrigendis praeficiuntur irenarchae: *l. vlt. §. 7. D. de muner. et honor.* Bonis MORIBVS opponuntur *mali.* Plaut. *Trinum. Act. IV. ſcen. 3. v. 30.*

> MORES *leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam:*
> *Magis queis ſunt obnoxioſi, quam parentes liberis.*
> *Eae miſerae etiam ad parietem ſunt fixae clauis ferreis:*

Vbi

MOS. MOT. MOV.

Vbi malos MORES *adfigi, nimio fuerat aequius.*

Et paullo ante *v.* 21.

Atque vtinam veteres MORES, *veteresque parsimoniae*
Potius maiori honori hic essent, quam MORES *mali!*

Vetus poeta:

Hostem esse, atque inimicum hominem, MORVM*que malorum.*

Hinc vulgatum illud: *Ex malis* MORIBVS *bonae leges ortae.* MORIBVS temporum congruens sententia. *l.* 3. *C. de nupt.*

MOT.

[MOTIO, Cunctis MOTIONIBVS, et machinis amputatis: *l. vlt. C. Theod. fin. reg. Lib. II. tit.* 26. pro quo Codex Iustinianus in *l. vlt. eod. tit.* habet MOLITIONES.]

MOTVS [aequalis iudicis: *l. vlt. C. Th. ad leg. Corn. de fals.*] MOTVS animi: *l.* 19. *D. de offic. praef.* Qui ex diuersis animi MOTIBVS in vnum consentiunt: *l.* 1. *§.* 1. *D. de pact.* MOTVS animi nostri: *l.* 1. *in fine C. de fid. cathol.* MOTVS arbitrii proprii: *l.* 10. *C. Theod. de legat. Lib. XII. tit.* 12] MOTV Cassiano: *Collat. leg. Mos. et Rom. tit. XV. §.* 2: [Grauiorem MOTVM nostrae clementiae se subiturum; *l.* 46. *C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit.* 5. id est, poenas grauiores seuerioresque: Sub Imperiali MOTV fieri *Nouell. LVIII. versu Sciant enim et ipsi.* Secundum iudicialem MOTVM: *l.* 2 *C. ad SC. Turpill* Iudicis MOTVS: *l.* 21. *§. vlt. D. de testib. l.* 20. *D commun. diuid.* Finis negotii in iudicis potestate ac MOTV situs. *l.* 10. *C. de accusat.* [MOTVS nostrae mansuetudinis: *l.* 54. *C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit.* 5. MOTV nostro decernimus: *l.* 60. *C. Theod. de adpell. Lib. XI. tit.* 30. MOTVS nostri, quem ex caelesti arbitrio sumserimus, vltione plectendos: *l.* 2. *C. Theod. de fid. cathol.* MOTVM congruae seueritatis excipiat; id est, poenam conuenientem: *l.* 9. *C. Theod. et l.* 19. *C. Iustin. de poen.*] Siue leges spontaneus MOTVS ingesserit, siue precatio, vel relatio: *l.* 3. *C. de legib.* Terrae MOTV mutata soli caussa. *l.* 2. *§.* 6. *D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* In *l.* 7. *D. de seruit. praed. vrban.* mentio fit MOTVS arborum naturalis; per quem translatio arborum in alium locum intelligenda videtur Rad. Forner. *Rer. quotidian. Lib. II. Cap.* 12. Quin eam interpretationem speciei legis illius conuenientiorem putat, quam si quis vel cum Accursio MOTVM illum pro agitatione arborum, vel cum Cuiacio *Lib. XXVII. Cap.* 14. et Zoanneto *Restit. ad libr. Digest. Cap.* 25. pro earumdem vegetatione accipiat. Sed vide tu, sis, quae pro Cuiacii et Zoanneti sententia disseruit V. C. Euer. Otto *praefat. Tomo. II. Thesaur. iur. praemissa p. XII. sequ.* HEIN.

MOV.

MOVENTES se res, sunt res mobiles animales, vt loquitur *l.* 15. *§.* 2. *D. de re iudic.* Harum mentio fit etiam *l.* 1. *D. de Aedilit. edict. l.* 4. *C. famil. ercisc. l.* 30. *C. de iur. dot. l.* 2. *l.* 3. *C. de quadrag. praescript. l.* 13. *C. de seruitut. l.* 7. *C. de bon. quae lib. l. vn. §.* 7. *C. de rei vxor. act. toll. l.* 37. *C. de episc. et cler.* De fundo, in quo res MOVENTES fuerunt: *l.* 19. *D. de vi et vi arm.* Tam in nominibus, quam in rebus MOVENTIBVS: *l.* 35 *D. de donat.* Eaedem res dicuntur MOVENTIA. MOVENTIVM, item *mobilium* adpellatione idem significari Celsus tradit. Si tamen adparet, defunctum animalia duntaxat, quia se ipsa mouerent, MOVENTIA vocasse: *l.* 93. *D. de reg. iur.* Tributa, quae vel pro praediis, aut MOVENTIBVS deberi et reddi necesse est: *l.* 32. *§. vlt. D. de vsu et vsufr. leg.* Inter MOVENTIA fructus quoque habentur, *l. vlt. D. de requir. vel absent.*

MOVERE proprie est é loco in locum transferre. Antequam MOVEANTVR decem: *l.* 9. *§. vlt. D. de reb. cred.* Qui se propter loci religionem inde MOVERE non possunt: *l* 2 *D. de in ius voc.* Gesticulandi vel aliter se MOVENDI gratia; *l.* 8 *§.* 11. *D. de poen.* Quum thesaurum loco non MOVERIT: *l.* 15. *D. ad exhib.* Qui terminos statutos extra suum gradum finesue MOVERINT: *l. vlt. D. de term mot.* In terminos singulos, quos loco MOVERINT *ibid.* §. 2. MOVERE etiam nos dicitur, quod nos in aliquam sententiam inducit, et impellit. Hinc frequens illud: MOVET: *l* 1. *§.* 9. *D. quod legator. l.* 41. *§.* 3. *D de legat. I.* Vbicumque iudicem aequitas MOVERIT: *l.* 21. *D. de interrogat. in iur. fac.* Imperator MOTVS et aequitate rei, et verbis testamenti: *l.* 74. *§. vlt. D ad SC. Trebell.* D. Marcus non tantum aequitatis ratione, verum exemplo quoque MOTVS: *l.* 54. *D. eod. tit.* Proconsul naturali aequitate MOTVS: *l.* 2. *D. vnde cogn.* Celsus aequitate naturali MOTVS: *l.* 3. *§.* 7. *D. de condict. causs. dat.* Nisi atrocitas praetorem MOVERIT: *l.* 7. *§.* 2. *D. de iniur.* Contra MOVET: *l.* 1: *§.* 10. *D. ad SC. Turpillian.* Nec MOVERE nos debet: id est, abducere a sententia: *l.* 3. *§.* 12. *D. de adquir. vel amitt. possess. l.* 74. *D. de furt. l.* 17. *§. vlt. D. de in rem vers.* MOVET dubitationem, quod si quis dixerit; *l.* 3. *§.* 4. *D. de minor.* Ego MOVEOR: *l.* 7. *§.* 8. *D. de dol. mal.* Nec eo MOVEMVS: *l.* 3. *§.* 4 *D. de minor.* MOVET eum: *l.* 1. *D. de libert. vniuers.* MOVET me exemplum: *l.* 4. *D. quib ad libert. proclam.* Vtilitatis gratia MOTVS: *l.* 1. *D. qui et a quib.* Me illud MOVET: *l.* 28. *D. de reb. auct. iud. poss.* Videtur illud MOVERE: *l.* 2. *D. de reb. eor.* Mouit et illud Imperatorem, quod: *l.* 38. *D. de minorib.* MOVET me: *l.* 22. *D. de act. rer. amot.* ME mouebat, quod: *l.* 32. *§. vlt. D de test mil* Nec nos MOVEAT, quod: *l.* 57. *D. de Aedilit. edict.* Falsa opinione MOTVS: *l.* 19. *D. de inoffic. testam.* MOTVS periculo: *l.* 2. *D. de mort causs. donat.* id est, commotus, vt *ibid.* MOVERE non potest: *l* 13. *D. de reb eor.* Quodcumque praetorem MOVERIT: *l.* 7. *§.* 2. *D. de iniur.* MOVERE quaestionem: *l.* 29. *§. vlt. D. de verb. oblig. l.* 1. *§* 11. *D. vt legator. seu fideic.* Ex qualitate negotii MOTVS iudex: *l.* 41. *D. ad leg. Iul. de adult.* Nec quem MOVEAT; *l.* 3. *D. quod vi aut clam.* Nec quem MOVERIT *l.* 5. *D. de condit. et demonstr.* Nec MOVIT quemquam: *l.* 5 *§.* 8. *D. de donat. int. vir. et vx.* MOTVS querela eius,

ait

MOV.

ait D. Pius: l. 6. D. ad leg. Iul. de vi publ. MOVET, quia: l. 4. §. 5. D. rem pup. salu. fore. MOVET, quod: l. 3. §. 3. D. de ap. nou. nunc. l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill. l. 26. D. de vsu et vsufr. Nec me MOVET, quod: l. 53. D. mand. Nec me MOVET, quod dicat aliquis: l. 31. D. de excus. Quosdam MOVET: l. 24. §. 19. D. de fideic. libert. MOVET nos verecundia. l. 14. D. de castr. pecul. ¶. 3.

MOVERI etiam est remoueri, pelli, eiiei. Ad tempus vel in perpetuum ordine MOVERI: l. 5. D. de decurion. l. 1. §. 1. D. de effractor. Ordine decurionum ad tempus motus: l. 15. D. ad municipal. l. 3. D. de decurion. Ordine decurionum decem annis aduocatus MOTVS: l. 13. §. vlt. D. de leg. Corn. de fals. Senator ordine MOTVS: l. 22. §. 4. D. ad municipal. Legatus municipalis MOTVS ordine: l. 1. D. de legation. MOVENDI ordine: l. 1. §. 3. D. de abig. Praescriptione MOTVS ab excusatione perferenda: l. 1. D. de aper. publ. id est, summotus. MOVERI senatu: l. 7. D. de senator. id est, vt Cicero de Senect. Cap. XII. loquitur, senatu eiici. Qui propter turpitudinem senatu MOTVS est: l. 2. D. de senator. Senatu MOTVS: l. 12. §. 2. D. de iudic. §. 5. Inst. de capit. demin. Posteaquam pater eius de senatu MOTVS est: l. 7. D. de senat. id est, remotus senatu, v[illegible] D. eod. tit. et remotus a senatu, vt l. 9. D. eod. tit. [Add. Barth. Lib. XXIV. Aduersar. Cap. 4.] ¶. 4.

MOVERE etiam est instituere, vel intendere. Si viuo reo accusatio MOTA est: l. 20. D. de accusat. MOVERE actionem: l. 10. D. de act. emt. l. 5. D. de popul. act. actiones: l. 18. §. vlt. D. de castr. pecul. l. 20. D. de inoffic. testam. MOVETVR actio: l. 36. D. de reb. auct. iud. possid. l. 10. D. quae in fraud. credit. l. 4. §. 1. D. si seru. vind. l. 10. C. de reb. cred. Iniuriarum actio ciuiliter MOVETVR: l. 37. §. vlt. D. de iniur. Ad MOVENDAM actionem: l. 6. §. 1. D. quod cuiusc. vniu. nom. MOTA actione: l. 7. C. de testam. tut. Aduersus Imperatorem vel rempublicam arma MOTA: Paull. Lib. V. Sent. tit. 29. §. 1. MOVERE caussam: l. 2. §. vlt. D. ne de statu defunct. Ciuiles caussae, quae inter priuatos MOVENTVR: l. 13. C. de adpellat. Caussae, quae statim MOTAE sint: l. 2. §. vlt. D. de iur. fisc. MOVERE controuersiam: l. 4. D. de Carbon. edict. l. vlt. §. vlt. D. si pars hered. pet. l. 14. C. de euict. l. 1. C. de edict. D. Hadr. toll. [l. 30. pr. §. 1. D. de except. rei iudic. §. 1. Inst. de action.] MOVERE controuersiam libertatis: l. 24. D. de lib. causs. controuersiam status: l. 9. D. de his, quae vt indign. l. 1. C. de test. id est, controuersiam facere, vti est in l. 3. §. 7. D. de hom. lib. exhib. MOVETVR controuersia ab aliquo: l. 9. l. 14. C. de euiction. l. 1. C. de condict. indeb. Ante MOTAM controuersiam: l. 4. §. 2. D. si cui plus, quam per leg. Falc. Post MOTAM controuersiam: l. 10. C. de praescr. long. temp. MOTA controuersia: l. vlt. D. de pign. act. l. 38. D. de iur. fisc. l. 17. l. 25. §. 5. D. de hered. petit. l. 17. D. de his, quae vt indign. l. 43. D. de pign. act. l. 1. C. de praescr. long. temp. MOTA controuersia hereditatis: l. 31. D. ad leg. Falcid. MOVERE crimen: l. 5. C. ad leg. Fab. de plagiar. MOTA crimina: l. 1. C. de adpellat. MOTA disceptatio: l. 3. C. de ord. iudic. MOVERI interdictum: l. 3. §. 4. D. de lib. exhib. l. 1. D. de loc. publ. MOVERE iudicium: l. 8. §. 12. D. de inoffic. test. Antequam iudicium moueatur: l. 8. §. 10. D. eod. tit. Licet iudicium de testamento MOVERI speretur: l. 7. §. vlt. D. de hered. petit. MOVERE litem proprietatis: l. 33. D. de dol. mal. MOTA lis de praedio: l. 4. C. de pact. Ante quinque annos litis MOTAE: l. 2. C. ne de stat. defunct. Liti de praedio MOTAE: l. 4. C. de pact. ante litem MOTAM: l. 18. D. de his, quae vt indign. Post MOTAM litem: l. 5. C. de contrah. et committ. stip. l. 96. §. 2. D. de solut. In litem MOVENDAM: l. 55. D. de procur. Lite MOTA: l. 22. §. 4. D. rat. rem habit. Si cui negotium MOVEATVR: l. 16. D. de legation. Hi, quibus negotia fiscalia MOVENTVR: l. 34. D. de statulib. MOVERE quaestionem: l. 16. C. ne de stat. defunct. l. 11. C. de sentent. l. 14. C. de euict. l. 26. C. de vsur. l. 2. C. de pact. pign. Post MOTAM quaestionem: l. 1. C. de praescr. long. temp. MOTA sibi quaestione: l. 29. C. de liber. causs. Ante MOTAM criminis quaestionem: l. 2. C. de fideic. libert. Quaestio dominii MOTA est: l. 20. C. eod. tit. Licet per aliam actionem eadem quaestio MOVEATVR: l. 28. §. 7. D. de iureiur. Quum quaestio tibi super eo, quem comparaueras, MOVERETVR: l. 17. C. de euiction. Quod fratribus nulla MOVEATVR quaestio: l. 17. C. de probat. MOVERE quaestionem de hereditate: l. 27. §. vlt. D. de legat. III. Si status tibi super homine venumdato MOTA quaestio est: l. 18. C. de euiction. Inofficiosi quaestionem MOVENTIBVS: l. 2. C. in quib. causs. in integr. rest. necess. Inter ipsos si quaestio MOVEATVR: l. 10. D. de pignor. Tam iuris, quam facti quaestionem MOVERE: l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adulter. Siue de libertinitate, siue de ingenuitate quaestio MOVEATVR: l. 40. C. de liberal. causs. Si de personis eorum quaestio MOVEATVR: l. 1. §. 23. D. si vent. in possess. Quum in iudiciis quaestio principalis oblatae pecuniae MOVEATVR: l. vlt. D. ad leg. Iul. peculat. Si vobis propter rei proprietatem MOTA fuerit quaestio: l. 28. C. de euict. Si rei venumdatae MOTA fuerit quaestio: l. 24. C. eod. tit. MOVERE quaestionem seruitutis. l. 7. l. 9. C. de ingen. manumiss. Si tibi seruitutis improbe MOVEATVR quaestio: l. 31. C. de liber. causs. MOVERE status quaestionem: l. 3. C. ne de stat. defunct. l. 27. C. de liber. causs. MOVETVR status quaestio: l. 1. D. de Carbon. edict. l. 11. l. 15. C. de liber. causs. l. 4. C. de dol. mal. MOVERE querelam inofficiosi: l. 8. §. 10. D. de inoff. testam. Quum venit ad MOVENDAM inofficiosi querelam: l. 6. §. vlt. D. eod. tit. MOTA inofficiosi querela: l. 17. C. de collat. l. 6. C. de transact. Si seditio MOTA est, l. 3. §. 20. D. de re milit. id est, concitata, vti ibid. §. 9.

MOX.

MOX, vulgo est confestim, statim, in continenti, l. 6. §. 9. D. de iniust. rupt. irrit. fact. test. MOX, quam vnus ex heredibus adierit hereditatem: Vlpian. tit. 1. §. 22. MOX, quam a solo separati sunt fructus: l. 13. D. quib. mod. vsusfr. id est, simul atque, vt l. 25. §. 1. D. de vsur. ¶. 2.

Alias MOX, ponitur pro deinde, postea, et interiecto aliquo temporis interuallo. l. 22. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. vlt. D. de reb. cred. l. 24. D. quae in fraud. credit. l. 23. D. de captiu. l. 8. D. de bon. libert.

MVC.

libert. l. 13. l. 25. §. 2. D. de vsufr. l. 7. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor. [*l. 68. D. de iudic. l. 1. §. 1. D. de verb. oblig. l. 1. C. de conuen. fisc. debit.*]

MVC.

[MVCATRAVLVS, nomen proprium. Ad hunc datae sunt variae constitutiones,] quamuis in eius nomine male passim erratum esse, veluti in *l. 10. C. qui accus. non poss. l. 7. C. de rescind. vend. l. 15. C. de postlim. et redemt. ab host. l. 8. C. de pact.* obseruet Iac. Cuiac. *Commentar. ad tres postr. Libros Cod. ad l. 4. de iur. fisc. p. 643. Tom. II. Op. edit. Neapol.* HEIN.

MVCIANVS, A, VM. MVCIANA cautio: *l. tot. §. 3. D. de condit. et demonstr.* MVCIANAE cautionis vtilitas consistit in conditionibus, quae in non faciendo sunt conceptae, vt puta, si in capitolium non adscenderit: si Stichum non manumiserit, et in similibus. Nec solum in legatis placuit, verum in hereditatibus quoque idem remedium admissum est; *l. 7. D. de condit. et demonstr.* Cautionis MVCIANAE remedium vsufructu quoque sub conditionem alicuius non faciendi legato, locum habet: *l. 39. §. 3. D. eod. tit.* Qui MVCIANAM caotionem alicuius non faciendi caussa interposuit: *l. 76. §. 7. D. de legat II.* Quum patronus liberto certam pecuniam legasset, si a liberis eius non discessisset, permisit Imperator velut MVCIANAM cautionem offerri: *l. 72. § 1. D. de condit. et demonstr.* MVCIANAE cautionis exemplum: *l. 72. §. 1. 2. l. 77. §. 1. D. eod. tit.* Qui post MVCIANAM cautionem interpositam legatum accepit: *l. 79. §. 2. D. de condit. et demonstr.* MVCIANA cautio locum non habet, si per aliam conditionem actio legati differri possit. *l. 77. §. 1. D. eod. tit.*

MVCIDVS, A, VM. MVCIDA vina: *l. 6. D. de peric. et commod. rei vend.* et apud Martial. *Lib. VIII. Epigr. 6.* Plin. *Lib. XIV. Hist. nat. Cap. 20. Proprium autem inter reliquot liquores vini*, MVCESCERE, *aut in acetum verti.*

MVCIVS. MVCII SCAEVOLAE duo iurisconsultorum albo adscribuntur, *Publius* et *Quintus*, de quibus in cuiusque praenomine dicam. Immo hic potius, vel sub articulo SCAEVOLA de iis dicendum erat. Ne tamen ordinem turbemus, Brissonius nobis erit sequendos. Iam id solum monemus, non duos, sed tres saltim fuisse MVCIOS, qui incredibilem sibi laudem iurisprudentiae studio pepererunt, vnum Q. MVCIVM Q. F. Q. N. SCAEVOLAM, Augurem, Cos. anno ab V. C. DCXXXVI. quem tamquam ciuitatis suae oraculum laudat Cicero *in Bruto Cap. XXXIX. et Lib. I. de Orat. Cap. 51.* quemque a se aliquamdiu auditum esse idem tradit *ibid. Cap. LXXXIX.* alterum prioris fratrem patruelem P. MVCIVM P. F. Q. N. SCAEVOLAM, Pontificem Max. de quo Pomponius *l. 2. §. 39. D. de orig. iur.* tertium huius filium, P. MVCIVM. P. F. P. N. SCAEVOLAM Consulem anno DLXXV. iurisconsultum eximium, de quo idem Pomponius, *l. 2. §. 41. D. de orig. iur.*

MVC. MVL.

Quin ex eadem gente prodiit, qui postea P. LICINII P. F. P. N. CRASSI MVCIANI nomine claruit, P. MVCII Scaeuolae frater naturalis, postea a P. Licinio Crasso adoptatus, Cos. anno DCXXII. quem a Cicerone *iurisconsultorum disertissimum* adpellatum, tradit Pomponius *l. 2. §. 40. D. eod. tit.* Stemma MVCIORVM dedit Rupert. *in Comment. in Pomponii Enchirid. p. 389.* De singulis plura suo loco dicemus. HEIN.

MVCOR, in *l. 4. §. pen. D. de peric. et commod. rei vend.* lanuginem significat, quae ex nimia vetustate vino accedit, aut quo alio vitio contrahitur. Columella *Lib. XII. Cap. 43. Ne situ penora MVCOREM contrahant.*

MVL.

MVLA et MVLVS. MVLORVM adpellatione generali et MVLAE continentur. *l. 62. D. de legat. III.* Cum eo, qui per imperitiam MVLAS agitasset. *l. 30. §. 2. D. loc.* MVLAE carrucariae: *l. 38. §. 8. D. de Aedil. edict.* Si MVLVS castratus est, neque morbi, neque vitii quid, habere videtur, quia neque de fortitudine quid eius de[…]hitur, neque de vtilitate, quum ad generandum [...]nquam sit habilis: *l. 38. §. 7. D. de Aedil. edict.* MVLAE quae cessum dant: *l. 38. pr. D. eod. tit.* Si MVLAS tibi dedero, vt experiaris, et, si placuissent, vt in singulos dies aliquid praestares: deinde MVLAE a grassatoribus fuerint ablatae intra dies experimenti: *l. 20. §. 1. D. de praescr. verb.* MVLAE duae plaustrum onustum ducebant: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Nimia ferocia MVLAE: *l. 1. §. 1. D. si quadrup. paup. fec.* Si MVLA nata sit eo ingenio aut corpore, vt alterum iugum non patiatur. *l. 38. §. 8. D. de Aedil. edict.* MVLARVM iugum: *l. 38. §. 13. D. eod. tit.* Qui MVLAS ad certum pondus oneris locaret, quum maiore pondere oneris eas rupisset; *l. 30. §. 2. D. locat.* MVLAM equus olfecit: MVLA calcem reiecit: *l. vlt. D. si quadr. pauper.* Si MVLAE retinere onus nequissent, aut quum conniterentur, lapsae concidissent: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Duo paria MVLARVM: *l. 38. §. 14. D. de Aedil. edict.* Si quis seruum conductum ad MVLVM regendum, commendauerit ei mulum, ille ad pollicem adligauerit de loro, et MVLVS eruperit, sic vt pollicem euelleret seruo, et se praecipitaret. *l. 27. §. 34. D. ad leg. Aquill.* Si MVLAE, quia aliquid reformidassent, plaustrum reliquissent. *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* MVLAE *rhedarias* apud Varron. *Lib. III. de re rust. cap. vlt.* [MVLAS enim et carrucis et rhedis iungi solitas, patet ex *l. 13. D. de aur. arg. leg.*] Ob MVLVM ruptum vel debilitatum: *l. 27. §. 34. D. ad leg. Aquill.* Si MVLA talis sit, vt transiungi non possit: *l. 38. §. 8. D. de Aedilit. edict.* MVLVS ictu aut terrore turbatus. *l. 27. §. 34. D. ad leg. Aquill.*

MVLCTA, est specialis peccati coercitio, cuius animaduersio pecuniaria est, ex arbitrioque eius venit, qui dicit. *l. 131. D. de verb. signific.* MVLCTA sane, et *poena* separantur. *l. 68. D. de fideiussor.* Varro *Lib. IV. de lingua Lat.* MVLCTAM *pecuniam esse*, ait, *quae a magistratu indicta*, vt

vt exigi possit ob peccatum, et quod singulae dicerentur, adpellatas MVLCTAS, *quod olim vnum dicebant* MVLTA. *Itaque* addit, *quum in dolium aut culleum vinum addunt rustici, prima vrna addita, dicunt etiamnunc* MVLTA. Festus: MVLCTAM *Osce dici putant poenam quamdam. M. Varro ait, poenam esse, sed pecuniariam, de qua subtiliter in Libro primo quaestionum epistolicarum refert. Maximam* MVLCTAM *dixerunt trium millium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus et duabus ouibus quemquam mulctari, aestimabaturque bos centussibus, ouis decussibus.* Idem Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. Quum pecore* MVLCTA *diceretur.* ¶. 2. Sic: [MVLCTA argentaria: *l. 20. C. Theod. quor. adpellat. Lib. XI. tit. 36.* quae MVLCTA quinquaginta librarum auri dicitur, in *l. 2. C. Iustin. de Episc. audient.*] MVLCTA non committitur: *l. 6. D. de condit. et demonstr.* MVLCTA damnari: *l. 2. D. si quis in ius voc. non ier.* MVLCTAM dicere: *l. 2. D. quis a quo. l. 10. D. de custod. et exhib. reor.* MVLCTAM dicendo: *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* MVLCTA dicenda aduersus eum: *l. 32. §. 12. D. de recept. arb.* MVLCTAE dicendae ius: *l. 2. §. vlt. D. de indic.* [MVLCTAM exigatur, per antiptosin: *l. 54. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Decem librarum auri MVLCTA ferietur: *l. 5. C. Theod. de metat. Lib. XII. tit. 41.* MVLCTA frumentaria, in inscriptione *l. 1. l. 2. l. 7. C. Theod. de praet. et quaest. Lib. VI. tit. 4.* quae et condemnatio frumentaria dicitur, *d. l. 1. eod. tit.*] Praeses prouinciae, si MVLCTAM, quam irrogauit, ex praesentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit, redigi non posse, deprehenderit: necessitate solutionis moderetur: *l. 6. §. vlt. D. de offic. praesid.* [MVLCTA maritalis: *l. 52. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Officium eius MVLCTAE maximae subiacebit: *l. 8. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.*] Vt MVLCTA mulctetur: *l. 1. §. vlt. D. de aleator.* MVLCTA pecuniaria: *l. 3. §. 1. D. de re milit.* [MVLCTA praeiudicialis: *l. 50. l. 65. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* et apud Symmachum *in Epistolis* passim. Vid. Cuiac. *Lib. XII. Obs. Cap. 6.*] Remissa propter inopiam MVLCTA a prouincias regentibus exigi non debet: *l. vlt. §. vlt. D. de offic. praesid.* MVLCTAM statuit senatus: *l. 1. D. de fugitiu.* MVLCTA statuta in magistratus: *l. 1. §. 1. eod. tit.*

MVLCTARE, ait Nonius, *condemnare est.* [Itaque non illi tantum, qui pecuniaria, sed et, qui corporali, vel ipsa capitali poena seu vltimo supplicio adficiuntur, MVLCTARI dicuntur. Cornel. Nepos *in Epaminond. Cap. VII. Lex erat Thebis, quae morte* MVLCTABAT. *et Cap. VIII. Epaminondas a Thebanis morte* MVLCTATVS *est.* Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap. 12. Hominesque exitiabiles in Hostilia curia morte* MVLCTAVIT. Eodem sensu in Marci Antonini Imp. oratione apud Vulcat. Gallic. *in Auid. Cass. Cap. XII.* vocem MVLCTARI pro *mortuos* substituendam, erudita coniectura censet Obrechtus *in Notis ad eum locum.*] ¶. 2. Crebrior tamen prior significatio ad vtramque pertinent sequentia: [Non vltra condemnationem noxae MVLCTANDA erit: *l. 21. D. rer. amot.*] Culpam mulieris MVLCTANDAM esse: *l. 38. D. solut. matrim.* Exsilio et bonorum parte MVLCTANDVS est: *l. 4. §. 11. D. de re milit.* Mulcta MVLCTARI: *l. 1. §. vlt. D. de aleator.* [Pari numero seruorum MVLCTETVR: *l. 1. C. Theod. de lib. causs. Lib. IV. tit. 8.*] MVLCTATVS opere temporario: *l. 10. §. vlt. D. de poen.* Heredes magna pecunia MVLCTAT testator: *l. 27. D. de condit. et demonstr.* Pro aestimatione iudicis extra ordinem pecuniaria poena MVLCTABITVR: *l. 1. §. 6. D. de postul.* MVLCTARI parte bonorum: *l. 13. §. 7. D. de his, qui not. infam.* parte patrimonii: *l. 6. C. Theod. de sepulcr. viol.* [MVLCTENTVR tertia parte peculii: *l. 54. C. Theod. de haeret.*] Certa ratione et fine MVLCTARE praesides possunt. *l. 5. C. quand. prouoc.*
¶. 3. [MVLCTARE, alio significatu in *l. 10. pr. C. Theod. de metat.* idem ac male tractare, et plagis adficere. Omisit eam vocem Tribonianus in *l. 5. C. Iustin. eod. tit.*]

[MVLCTATIO, pro mulcta. *l. 2. C. Theod. de praetor. Lib. VI. tit. 14.*]

[MVLCTATITIVS seruus. *l. 1. C. Theod. de liberal. causs. Lib. IV tit. 8.*]

MVLIEBRIS, E. quod mulieris est, vel ad mulierem pertinet. MVLIEBRIS mundus: *l. 1. l. 32. §. 6. et §. 7. D. de aur. arg. leg.* [MVLIEBRIS naturae infirmitatem satis nouimus: *Nouell. XCVII. Cap. 3. in fine.*] MVLIEBRE ornamentum: *l. 32. §. 8. D. de aur. arg.* Ornamenta MVLIEBRIA omnia: ead. *l. 32. §. 6. D. eod. tit.* MVLIEBRIA pati dicuntur mares, qui pudicitiam suam praeposterae libidini substernunt, et stupro effeminantur. *l. 1. §. 6. D. de postu.* Tacit. *Lib. XI. Annal. Cap. 36.* Q. Curt. *Lib. VI. Cap. 6. Pellices trecentae et sexaginta, totidem, quot Darii fuerant, regiam implebant, quas spadonum greges, et ipsi,* MVLIEBRIA *pati adsueti, sequebantur.* B. Augustinus *Lib. VI. de ciuit. Dei Cap. 8. Viros* MVLIEBRIA *pati, non est secundum naturam, sed contra naturam.* Dionys. Halic. *Lib. VII. Antiqu. Rom. p. 418.* Καὶ τὰ γυναιξὶν ἁρμόττοντα ἔπαχεν. *Quaeque mulieribus conueniunt, passus est.* MVLIEBRIA vestimenta: *l. 31. D. de donat. int. vir.* Vestimenta MVLIEBRIA sunt, quae matrisfamilias caussa sunt comparata, quibus vir non facile vti potest sine vituperatione, veluti stola, pallia, tunicae, capitia, zonae, mitrae, plagulae, penulae. *l. 23. §. 2. D. de aur. arg. leg.* MVLIEBRIS vestis: *l. 1. D. eod. tit. l. 110. §. vlt. D. de verb. oblig.* et apud Paull. *Lib. III. Sent. tit 6. §. 81.* MVLIEBRI veste legata: et infantilem contineri, et puellarum et virginum. *l. 25. §. 9. D. de aur. arg. leg.*

MVLIER. Eo nomine omnes dici, quaecumque sexus feminini sunt, ait *l. 25. §. 9. D. de aur. arg. legat.* Tertull. *de virgin. veland. Cap. V.* vxores vulgi loquendi more MVLIERES *nostras dici, notat, additque: Ita* MVLIER *non natura est nomen vxoris, sed vxor conditione est nomen* MVLIERIS: *denique* MVLIER *et non vxor dici potest, non* MVLIER *autem vxor dici non potest, quia nec esse.*

esse. Et sine MVLIERIS adpellatione etiam virginem innuptam viripotentem contineri, obseruat etiam Caius, *l. 13 D. de verb signif.* idque verissimum esse, cum multa veterum testimonia, tum et illud Seruii *ad Virgil. Aen. Lib. XI. v. 687.* probat, vbi ad verba:

Aduenit, quae vestra dies MVLIEBRIBVS *armis*
Verba redargueret.

Vsus, inquit, *obtinuit, vt innuptas virgines, nuptas* MVLIERES *vocemus. Nam apud maiores indiscrete virgo dicebatur, et* MVLIER. *Vtrumque enim sexum tantum significabat, vt ecce hoc loco dicit* ARMIS MVLIEBRIBVS, *quum Camillam innuptam fuisse manifestum sit. Item in Bucolico legimus:* AH VIRGO, *quum Pasiphaen constet ex Minoe ante amorem tauri filios suscepisse.* Quin etiam Terent. *in Hecyr. Act. I. scen. 2. v. 61.* MVLIEREM post vitium oblatum VIRGINEM vocat. At Ambros. *Lib. I. Epist. I.* MVLIER *sexus est, virgo species:* et virgo a MVLIERE separatur. *l. 16. D. de manum. vind.* In iure nostro MVLIERIS vocabulum modo virgines simul complectitur, modo pro nupta vel vidua, modo promiscue accipitur. Sic: MVLIERIBVS legatis et virgines debentur: *l. 81. §. 1. D. de legat. III.* Si me virginem emere putarem, quum iam MVLIER essem: *l. 11. D. de contrab. emt. l. 11. §. 5. D. de act. emt. vend.* MVLIERES quae in matrimonium se dederint non legitimum: *l. 37. §. vlt. D. de munerib.* vidua MVLIER, *l. 22. §. 1. D. ad municipal.* [At notatu dignissimus est locus *l. 14. §. 7. D. de Aedilit. edict.* MVLIEREM ita arctam, vt MVLIER fieri non possit, sanam non videri, vbi per πλοκὴν MVLIEREM primo loco personam, posteriore qualitatem designari, obseruat Voss. *Lib. V. Instit. Orat. Cap. 2. §. 3.* MVLIERE mariti seductionibus facile decepta, et propria negligente iura: *Nouell. LXI. Cap. I. §. 2.* Vt non possit talia priuilegia MVLIERI opponere: *Nouell. XCVII. Cap. 3. extr.* MVLIERIBVS opem tulit propter sexus imbecillitatem amplissimus ordo: *l. 2. §. 2. D. de SC. Vellei.* Melius est MVLIERIBVS propter fragilitatem sexus, quam maribus subueniri: *l. 20. C. de donat. ant. nupt.* ¶. 2. MVLIERVM nomina in pandectis inueniuntur vulgata: MAEVIA, TITIA, SEIA, SEMPRONIA. Minus trita vero haec: ANTONIA Montana: *l. 5 §. 14 D. de adgnosc. et alend. lib.* ANTONIA Tertulla: *l. 6. D. de aur. arg. leg.* CAIA Seia; *l. 63. §. 1. D. de euict.* FABIA Senilla: *l. 47. pr. D. de iur. fisc.* FLAVIA Tertulla: *l. 57. §. 1. D. de rit nupt.* IVLIA Mammaea: *l. vlt. D. de senatorib.* IVNIA Valeriana et Honorata: *l. 74. §. 1. D. ad SC. Trebell.* MAMMIA Maximina: *l. 2. §. vlt. D eod. tit.* MOSCHIS: *l. 47. pr. D. de iur fisc.* NERATIA: *l. 32. §. 6. D. de aur. arg. legat.* PACTVMEIA Magna: *l. vlt. D. de bered. inst.* PACVVIA Liciniana: *l 3. § vlt D. vt in possess. legat.* PLOTIA: *l. 36. D. de legat. I.* POMPEIA Crispiana, et POMPEIA Faustina: *l. 3. §. 4. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.* PROCVLA: *l. 26. D. de probat.* RVPINA: *l. 16. §. 1. D. de his, quae vt indign.* SEPTICIA: *l. 32. §. 7. D. de aur. arg. leg. l. 10. D. de pollicit. l. 36. §. vlt. de condit. et demonstr.* SEVERIANA Procula: *l. 101. D. de condit. et demonstr.* SEXTA Basilea; *l. 13. §. 2. D. de alim. et cibar. legat.* VMBRITIA. *l. 3. §. vlt. D. de his, qui sui vel alien. iur.* Nec omnia haec sunt, nec pleraque MVLIERVM in pandectis expressa nomina. Multo plura enim collegit Ant. Augustin. *de Nom. propr. pandect. Cap. V.* Sic sane memorantur, omissae a Brissonio, AELIA Dorcas: *l. 32. §. 1. D. de vsu et vsufr. leg.* ANTISTIA: *l. 11. §. 2. D. ad SC. Trebell.* APPIA: *l. 41. §. 12. D. de legat. III.* ATTIA: *l. 28 D. de cond. et demonstr.* CAESIDIA Longina: *l. 17. D. de iur. patron.* CAMELIA Pia: *l. 24. D. eod. tit.* CARPANIA: *l. 1. §. 4. D. de postul.* CLAVDIA: *l. 38. § 4. D. ad leg. Iul. de adult. l. 57. §. 1. D. ad SC. Trebell.* CRISPINA: *l. 14. D de dot. praeleg.* DOMITIA: *l. 1. D. de inspic. ventr.* DOMITIA Neronis filia: *l. 3. §. 5. D. de condit. et demonstr.* FAVILLA: *l. 3. D. de alim. et cibar. leg.* FLAVIA Albina: *l. 37. pr. D. de legat. III.* FLAVIA Dionysia: *l. 88. § 15. D. de legat II.* GENESIA: *l. 78. §. 3. D. de legat. III.* GLAVCETYCHE. *l. 37. §. 1. D de legat. III.* HERACLIA: *l. 81. pr. D. ad SC. Trebell.* IANVARIA: *l. 47. §. 1. D. de administr. et peric. tut* IVLIA, quae coniurationem Catilinae detexit, Salustio Fuluia: *l. 8. D. ad leg. Iul. maiest.* IVVENTIANA: *l. 27. D. de legat. III.* LICINIA Gracchi: *l. 66. pr. D. solut. matrim.* MAMMA Maximina: *l. 2. §. vlt. D. ad SC. Tertull.* MARINA: *l. 47. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* MAXIMILLA: *l. 24. D. ad leg. Corn. de fals.* MAXIMINA: *l. 73. D pro soc.* OCTAVIANA Stratonica: *l. 34. §. 1. D. de legat. II.* PACTIA: *l. 34. D. de vsu et vsufr. legat.* PAETINIA: *l. 18. §. 3. D. de alim. et cibar. leg.* PAVLLA: *l. 56. D. de fideic. libert. l. 27. D. de legat. III.* PLOTIANA: *l. 18. D. de iure codicill.* POLLIA: *l. 1. D. an per al. causs. adpell.* PROCVLA: *l. 101. D. de cond. et demonstr.* PVBLIA Clementiana: *l. 32. §. 6. D. de vsu et vsufr. leg.* QVINCTILLA: *l. 8. §. vlt. D. si seru. vind.* RVTILIA Polla: *l. 69. D. de contr. emt.* RVTILIANA: *l. 38. pr. D. de minor.* SEMPRONIA Pia: *l. 38. §. 1. D. de aur. arg. mund. legat.* SERAPIAS: *l. 7. pr. D. de reb. dub.* SEXTIA: *l. 32. D. de legat. III.* TERENTIA Mecaenatis: *l. 64. D. de donat. int. vir. et vxor.* TITIANA: *l. 27. §. 1. D. de legat. III.* TROPHIMA: *l. 34. D. de vsu et vsufr. legat.* TYRANNA: *l. 20. §. 7. D. de instr. vel instrum. leg.* VALERIANA: *l. 97. D. de legat. III.* VARIA Hedone: *l. 27. pr. D. de liber. causs.* VETINA. *l. 27. pr. D. de poen.* HEIN.

[MVLIERCVLARIVS, in *l. 1. pr. C. Theodos. de repud. Lib. III. tit. 16.* est, qui mulieres adsectatur, sicut *ancillarius*, qui ancillas. Interpres *luxuriae deditum* interpretatur, sub quo tamen simul aleatorem comprehendit. *Glossae* Isidori MVLIERARIVM et FEMELLARIVM adpellant: Plautus MVLIEROSVM, *in Poenulo Act. V. scen. 5. v. 24.*]

MVLIO, qui mulos mulasue agit. *l. 1. §. 4 D. si quadrup. paup. fec. dic.* MVLIO si per imperitiam, et propter infirmitatem sustinere mularum impetum non potuerit: *l 8. § 1. D. ad leg. Aquill.* Seruum meum MVLIONEM conduxisti: negligentia eius MVLVS tuus periit: *l. 6 §. 7. D. locat.* MVLIONES de vrbano artificio sunt, nisi propter opus rurestre testator eos destinatos habebat;

MVL.

bat: *l. 99. §. 2. D. de legat. III.* MVLIONES, qui inter duo plaustra fuerunt: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Si MVLIONES, qui superius plaustrum sustinuissent, sua sponte se subduxissent: *ibid.* [MVLIO, institor. *l. 5. §. 5. D. de institor. act.* Erant et MVLIONES publici, qui curandis mulis, cursui publico destinatis praeerant. *l. 10. l. 14. in fine. l. 31. l. 34. l. 51. pr. l. 58. C. Theodos. et l. 4. C. Iustin. de curs. publ.*]

MVLOMEDICVS: *l. 1. C. de excusat. artif. Lib. X.* Ibi enim hoc verbum esse inserendum, cum ex Accursii *glossa*, tum ex *l. 2. C. Theod. eod. tit.* et veteribus libris patet. Fit et MVLOMEDICORVM mentio *l. 31. C. Theod. de curs. publ.* et apud Firmic. Matern. *Lib. VIII. Mathes. Cap. 4.* [Sunt autem MVLOMEDICI, qui animalibus aegris medentur, veluti *equarii medici*, ceu vocat Valer. Max. *Lib. IX. Cap. vlt. ex. 2.*] ☞ Ceterum ex eo, quod non inter professores et medicos, sed artifices numerantur MVLOMEDICI, ἱππιατροί, vel *veterinarii*, facile patet, abiectiorem visam esse hanc artem, quamuis a medicina secundam, et reipublicae vtilissimam, ceu demonstrauit, qui ex instituto hanc artem excoluit et singulari commentario illustrauit Flau. Veget. *de re veterin. in praefatione.* HEIN.

MVLSVM, ex melle et vino fit. *l. 5. §. 1. D. de rei vindic. l. 7. §. 7. D. de adqu. rer. dom. l. 9. D. de tritic. vin. ol. §. 25. Inst. de rer. diuis.* A Graecis οἰνόμελι adpellatur, et μελίζωρον, vt Pollux *Lib. VI. segm. 17.* tradit. MVLSVM ideo inter dulcia numeratur. *l. vlt. §. vlt. D. de trit. vin. oleo leg.*

[MVLTIMODVS, A, VM. MVLTIMODA donatio: *l. 5. C. Theod. de fuar. Lib. XIV. tit. 4.* MVLTIMODA obseruatio: *l. 2. §. 1. C. de Episc. et cler. l. 14. C. Theodos. eod. tit. Lib. XVI. tit. 2.* *Diui principis, genitoris nostri, statuta* MVLTIMODA *obseruatione cauerunt.*]

MVLTIPLICARE. MVLTIPLICATVR actio: *l. 6. D. de public. et vectigal.* MVLTIPLICARE legatum: *l. 34. §. 1. D. de legat. I.* MVLTIPLICATVS modus: *l. 6. D. de except. rei iudic.* MVLTIPLICATA nomina: *l. 2. §. 3. D. de except.* [MVLTIPLICATA scita diualia, id est, constitutiones principum multae. *l. 48. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*] MVLTIPLICARE summam: *l. 45. §. 6. D. mandat. l. 34. §. 3. D. de legat. I.*

MVLTIPLICATIO verborum. *l. 32. §. 6. D. de aur. arg. mund. leg.*

MVLTITVDO, pro turba hominum. MVLTITVDO hominum: *l. 4. D. vi bon. rapt.* Si turbam conduxerit, seruos aduocauerit, aliamue quam MVLTITVDINEM conduxerit. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 30. §. 1.* MVLTITVDO rerum: *l. 25. D. ex quib. causs. maior.*

MVLTO, aduerbium. MVLTO iu-

MVL. MVN.

stius: *l. 6. D. de magistr. conuen.* MVLTO magis: *l. 36. §. 1. D. de hered. petit. l. 3. D. de offic. praetor. l. 4. §. 5. D. de statulib.* [MVLTO magis frustra: *l. pen §. 1. D. de public. iudic.*] MVLTO minus: *l. 24. D. de muner. et honor.* Licet MVLTO minus ex ea re fructum perciperet: *l. 14. D. de vsufr.* MVLTO pluris, quam quanti erat. *l. 61. D. ad leg. Falcid.*

MVLTVM, aduerbialiter acceptum. Non MVLTVM abierit, quin: *l. 17. D. de statulib.* MVLTVM distant: *l. 23. D. de oper. libert.* Diu MVLTVMque tractauit. *l. 33. D. ad SC. Trebell.* MVLTVM esse, pro multum interesse: *l. 6. D. de publican. et vectigal.* Nec MVLTVM videri facere: *l. 21. D. de admin. et peric. tut.* MVLTVM interest: *l. 13. D. de his, qui not. infam. l. 5. §. vlt. D. qui et a quib. manum. l. 3. C. si quis alt. vel sibi.* MVLTVM interesse: *l. 10. §. 16. D. quae in fraud. credit.* MVLTVM refert: *l. 38. D. de negot. gest. l. 54. D. de adminstr. et peric. tut. l. 25. D. de adquir. vel amitt possess.* Nec MVLTVM refert. *l. 23. D. de liber. et postum.*

MVLTVS, A, VM. MVLTIS caussis accidere potest: *l. 63. D. ad leg. Falcid.* Post MVLTOS dies: *l. 34. §. 3. D. de legat. II.* MVLTI dixerunt: *l. 41. D. de recept. arbitr.* [MVLTA obseruari oportet, vt concedatur, tutores vel curatores caussis remissionis tribuere: *l. 13. §. 1. D. de excusat.*] In MVLTIS partibus iuris: *l. 61. D. de adquir. rer. domin.* Non MVLTO tempore interposito: *l. 33. D. de rit. nupt.* Post MVLTVM temporis: *l. 1. §. 12. D. de separation.*

MVLVS, vide supra MVLA.

MVN.

MVNDANVS, A, VM. [MVNDANVS, pro laico. *l. 55. C. de episc. et cleric.*]

MVNDVS, A, VM, vt ait Festus, *lautus* et *purus*. Quo MVNDIORES et elegantiores sint feminae, nardo vnguntur. *l. 21. §. 1. D. de aur. arg. mund.* MVNDA esse potest mulier, non tamen ornata: *l. 25. §. 10. D. eod. tit.* Quo mulier MVNDIOR fit: *ibid.* ‖. 2. Sed et aliae res MVNDAE dicebantur. Salicia MVNDAE annua librarum singula millia. *l. 12. D. de ann. legat.* [MVNDAS consequi, pro *mundis annonis*, dixit Lamprid. *in Alex. Seu. Cap. XLII.* vti MVNDAS *buccellas*, in *l. 5. C. Theod. de annon. ciuic.* MVNDAS coenas Horat. *Lib. III. Carm Od. 29.* MVNDAM Cererem Scriptor antiquus apud Barth. *Lib. XXXV. Adu Cap. 23.* MVNDVM panem ipse Lamprid. *ibid. Cap. XXXVII.* ‖. 3. MVNDVM, charta pura, schedaue, in quam contractus redigitur *l. 16. C. de fid. instrum.* χάρτην καθαρὸν vocat Iustinianus *Nouell. XLIV. Cap. I. init.* ‖ 4. MVNDVS, muliebris, est, quo mulier mundior fit Continentur eo specula, matulae, vnguenta, vasa vnguentaria, lauatio, riscus: *l. 25. §. 10. D. de aur arg. mund.* item argentum balneare: non etiam ornamenta, vestes, monilia, anuli. *l. 32. §. 7. D. eod. tit. l. 100. §. 2. D. de legat. III.* Vnde

de et a veste et ab ornamentis MVNDVS separatur. *ibidem.* [quamquam et vestem sub MVNDO comprehendat Apulei. *Lib. II. Metam. p. 118.*] Tertull. *de cultu femin. Cap. IV. Habitus feminae duplicem speciem circumfert, cultum et ornatum. Cultum dicimus, quem* MVNDVM *muliebrem vocant: ornatum, quem immundum muliebrem conuenit dici. Ille in auro, et argento, et gemmis et vestibus deputatur. Iste in cura capilli et cutis et earum partium corporis, quae oculos trahunt. Alteri ambitionis crimen intendimus, alteri prostitutionis.* Et ita MVNDVM muliebrem accipe *l. 39. D. de vsu et vsufr. legat. l. 39. D. de aur. arg mund.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* MVNDVS *muliebris dictus a munditia.* Festus MVNDVS *etiam dicitur ornatus muliebris, quia non alius est, quam qui moueri potest. Ateius: Cum virginali* MVNDO *ciam pater.* Liu. *Lib. XXXIV. Cap. 7. Munditiae, ornatus, et cultus, haec feminarum insignia sunt. Hunc* MVNDVM *muliebrem adpellarunt maiores nostri.* Inde Seneca *Lib. I. Natur. quaest. extr. Adeoque omnia indiscreta sunt peruersissimis artibus, vt, quidquid* MVNDVS *muliebris vocatur, sarcinae viriles sint; minus dico, etiam militares.* MVNDVM *id*, neutro genere dixit Lucillius *Sat. XVI.* vt est apud Gell. *Lib. IV. Cap. 1.* et apud Non. Marcellum. Γυναικεῖον κόσμον adpellat Aristophanes in Thesmophoriazusis, cuius ea de re verba retulit etiam Clemens Alexandr. *Lib. II. Paedagog. Cap. 12.* §. 2. [MVNDVS in genere est, instructum cuique rei instrumentum. Barth. *Lib. VIII. Aduersar. Cap. 12. p. 334.* Sic MVNDVS *nuptialis*: Apulei. *Metam. Lib. IV. p. 154. Operae messoriae* MVNDVS *omnis*, apod eumdem *Lib. VI. Metam. p. 173.* MVNDVM etiam *rusticum*, dixit Plaut. *Mercat. Act. I. scen. 1. v. 65.* Neque tamen ideo in definitionem ab Vlpiano *l. 25. §. 9. de aur. arg.* inuehi debebat Barthius, quum ille non id egerit, vt MVNDVM in vniuersum, sed vt MVNDVM muliebrem definiret.]

☞ MVNERARE, pro MVNERARI, dixisse fertur Vlpianus *l. 6. in fine D. de bon. damnat.* Sed ita habet Haloandrina duntaxat, quum in vetere Florentino codice sit MVNERARI, vti *l. 10. §. vlt. mand.* compositum *remunerari.* Neque tamen et prius soloecum esse, ostendit V. C. Car. Andr. Docket *de Latin. vet. iurisconf. p. 329.* HEIN.

MVNERARIVS, apud Senecam in *praefat. Lib. IV. Controu.* est, [qui dat munera populo, gladiatoribus in arena exhibendis, vt definit Laur. Valla *Lib. I. Elegant. Cap. 6.*] MVNERARIVM autem Augustum primum dixisse, Quinctilianus *Lib. VIII. Cap. 3.* tradit. MVNERATOREM quoque eum, qui munus gladiatorium funebre edit, vocat Florus *Lib. III. Cap. 20. comm. 9.*

MVNICEPS. MVNICIPES primum adpellati sunt hi, *qui sine suffragii iure munerum honorariorum cum populo Romano participes fiebant*, vt Gellius *Lib. XVI. Cap. 13.* tradit. Varias huius nominis significationes vide apud Festum. MVNICIPEM aut natiuitas facit, aut manumissio; aut adoptio. Et proprie quidem MVNICIPES adpellantur muneris participes, sed nunc abusiue

MVNICIPES dicimus, suae cuiusque ciuitatis ciues, vt puta Campanos, Puteolanos. *l. 1. D. ad municipal.* MVNICIPES dicti, quod munera ciuilia capiant: ait *l. 18. D. de verb. signific.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. A munere* MVNICIPES, *qui vna munus fungi debent*, dicti. §. 2. MVNICIPES intelligendi sunt et qui in eodem municipio nati sont. *l. 228. D. de verb. signif.* Atque his modis MVNICIPES accipe *l. 56. D. de vsufr. l. 97. D. de condit. et. demonstr. l. 20. §. vlt. D. si seruit. vindic. l. 2. l. 7. l. 9. D. quod cuiusc. vniu. nom. l. 11. D. quod vi aut clam. l. 26. D. ad SC. Trebell.* §. 3. Saepe et MVNICIPES cum a *colonis* separantur: *l. 17. §. 10. D. ad municipal.* tum ab *incolis l. 6. §. vlt. l. vlt. §. 22. D. de munerib. et honorib.* §. 4. Ceterum eo pertinent loquutiones: MVNICIPVM actor: *l. 17. D. de damn. infect. l. 4. D. de re iudic.* Duarum ciuitatum MVNICEPS: *l. 27. D. ad municipal.* MVNICIPES et corporati loci: *l. 34. C. Theod. de nauicular.* MVNICIPES, seu curiales: *l. 17. C. Theod. de lustr. conl. Lib. XIII. tit. 1.* [*l. 41. C. Theod. de operib. publ. Lib. XV. tit. 1. l. 2. C. Theod. quid prob. deb. ad quamc. milit. Lib. VII. tit. 2.*] MVNICEPS esse desinit, senatoriam adeptus dignitatem, quantum ad munera: *l. 23. D. ad municipal.* MVNICIPVM fundus: *l. 12. D. de seruit.* Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt a MVNICIPIBVS: *l. 1. §. 1. D. si ager. vectig. vel emphyteut.* MVNICIPES sunt liberti, et in eo loco, vbi ipsi domicilium sua voluntate tulerunt: *l. 22. D. ad municipal.* MVNICIPVM seruus. *l. 3. D. de suis et legit.*

MVNICIPALIS, E. quidquid ad municipium pertinet. [MVNICIPALES ciuitatum, pro magistratibus MVNICIPALIBVS. *l. 3. C. Theod. de donat. Lib. VIII. tit. 12.* MVNICIPALES functiones: *l. 172. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* MVNICIPALIA gesta: *l. 151. C. Theod. eod. tit.*] MVNICIPALIS honor: *l. 14. D. de mun. et honor.* MVNICIPALES honores: *l. vlt. D. de alb. scrib. l. 15. C. qui bon. ced.* MVNICIPALIS iurisdictio: *l. 19. D. ad municipal.* MVNICIPALIS legatus: *l. 1. D. de legation.* MVNICIPALIS lex: *l. 11. D. de muner. et honor. l. 3. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 11. D. ad municipal.* et aliis locis, quos libro superiore notaui. MVNICIPALIA *magisteria*: Suet. *in Augusto Cap. II.* MVNICIPALIS magistratus: *l. 12. §. vlt. D. de religios. l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill. l. vlt. C. qui num. tutel. l. 5. D. de magistrat. conuen.* Duo autem erant primi et praecipui magistratus MVNICIPALES, vnde iis *Duumuirorum* nomen, de quo supra *Libro IV.* diximus. Alias et στρατηγοὶ τῶν πόλεων, *praetores ciuitatum*: *l. 6. §. 16. D. de excusat.* Theophil. *in §. 4. Inst. de Atilian. tut.* Hinc illud: Si alter ex magistratibus: *l. 13. D. ad municipal.* Magistratus municipales, quum vnum magistratum administrent, etiam vnius hominis vicem sustinent: *l. 25. D. ad municipal.* MVNICIPALIA munera: *l. 3. §. 1. D. de mun. et hon. l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 21. §. 2. D. ad municipal. l. 5. pr. et §. 7. D. de iur. immunit. l. vlt. C. qui num. lib.* MVNICIPALES muri: *l. 9. §. 3. D. de diuis. rer.* [MVNICIPALES necessitates: *l. 57. C. Theod. de decurion. l. 1. C. Theod. ad leg. Corn. de fals. Lib. IX. tit.*

tit. 19. MVNICIPALIA obsequia: *l. 19. C. Theod. de decurion.* MVNICIPALIA officia: *l. 31. C. Theod. eod. tit.*] *l. 1. l. 2. C. de zabular. Lib. X.* MVNICIPALIA onera: *l. 3. C. ne vx. pro marit.* MVNICIPALIS oneris gratia: *l. 4. §. vlt. D. de mun. et honor.* MVNICIPALIS schola. Auson. *in gratiar. act.*

MVNICIPIVM, pro ciuitate. *l. 29. D. ad municipal.* At Festus non vno modo MVNICIPII nomen accipi, docet. MVNICIPIVM sane a colonia separatur. *l. 27. §. 1. D. ad municipal.* Quum venditor sciret fundum pluribus MVNICIPIIS legata debere: *l. 13. §. 6. D. de act. emt.* MVNICIPII res geruntur: *l. 97. D. de condit. et demonstr.* respublica MVNICIPII alicuius: *l. 31. D. de furt.* MVNICIPII seruus. *l. 24. D. de bon. libert.* MVNICIPIA saepe in legibus nostris vocantur respublicae, eorumque magistratus administrare rempublicam dicuntur. Si fuerit MVNICIPIO legatum ab his, qui rempublicam gerunt: *l. 5. D. de legat. III.* Quidquid in republica gessit pater, vt fideiussor praestabit: *l. 2. D. ad municipal.* Ad rempublicam administrandam: *l. 8. D. eod. tit.* Honor municipalis est administrario reipublicae: *l. 14. D. eod. tit.* Add. *l. 1. et tot. tit. C. si tut. vel curat. reip. causs. aber. l. 13. §. 1. D. de publican.* Et tamen Caius, ciuitates, praeter Romam, priuatorum loco haberi, docet *l. 16. D. de verb. signific.* et Vlpianus bona ciuitatum abusiue publica dicta esse notat. *l. 15. D. eod. tit.* Qui ergo ipsae ciuitates municipales dici potuerunt respublicae? Abusiue vt iam Vlpianus monuit, praeterquam si qua municipia ea lege iura ciuitatis Romanae accepissent, *vt semper rempublicam a populo Romano separatam haberent*: vt loquitur Festus *in municipium.* De talibus ciuitatibus *αὐτονόμοις* plura habes apud Ezech. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc. I. Cap. 12. p. 74. sequ.* HEIN.

MVNIFICENTIA, id est, liberalitas. MVNIFICENTIA donantis: *l. 18. D. de adim. legat.* MVNIFICENTIA eius, qui legauit, inscriptione operis notetur: *l. 3. D. de administr. rer. ad ciuit. pert.* MVNIFICENTIAE suae fructum de inscriptione nominis sui operibus, si quae fecerit, capere non prohibetur: *l. 2. D. de operib. publ.* Si ob MVNIFICENTIAM in patriam patrimonium exhauserint: *l. 8. D. de decurion.* [MVNIFICENTIAM principalem nefas est reuocari. *l. vlt. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1.*]

MVNIFEX. Hinc quosdam MVNIFICES vocamus, qui munera reipublicae faciunt, ait *l. 18. D. de verb. signif.* MVNIFEX cursus publici: *l. 2. C. Theod. de cursu publ.* Iul. Firmic. *Lib. II. Mathem. Cap. 5. Quidam vero, volentes hunc locum subtilius explicare, terna munera singulis decanis adplicarunt, quot* MVNIFICES *adpellandos esse voluerunt, hoc est, synergos.* Veget. *Lib. II. Cap. 19. Fascicularia tamen, id est, lignum, foenum, aquam, stramen, etiam legitimi milites in castra portabant.* MVNIFICES *enim ab eo adpellantur, quod haec munia faciant.* Quibus contraria erant *beneficiarii*, qui muneris officio vacabant, vt Festus scribit. Ambros. *in Lucae Cap. II. Nullus enim ab hoc immunis est censu quia omnis aetas* MVNIFEX *Christo est.*

MVNIFICIVS, A, VM. Eo vocabulo, si recte se habet scriptura, vsus est Hadrianus Imp. in rescripto ad praesides Galliarum apud Paullum: *Vt, si quid amplius, quam mandatum est, transferret, id* MVNIFICIVM *fit. l. 4. §. 1. D. de publican. et vectig.* Vbi ex ipso contextu patet, MVNIFICIVM idem esse, ac vectigali soluendo obnoxium. At veteres obnoxios cuicumque muneri non MVNIFICIOS, sed *munifices* adpellabant Vid. Fest. *in beneficiarii.* et Veget. *Lib. II. de re milit. Cap. 7. et 9.* Hinc MVNIFEX *mamma*, apud Plin. *Hist. nat. Lib. XI. Cap. 40.* Merito ergo suspectum eruditis est illud MVNIFICIVM, quippe quod exemplo caret, meritoque rescribendum censent MVNIFICVM. Nam et MVNIFICVS pro MVNIFEX dixerunt veteres, ceu mox patebit. HEIN.

MVNIFICVS, A, VM, pro tributario, vectigali, et certis pensionibus officiis vel oneribus obnoxio. Vnde munera militaria, et quosdam milites MVNIFICOS vocari: *l. 18. D. de verb. signific.* Eam partem, quae emta est, pro suo modo ac ratione, esse MVNIFICAM: *l. 2. C. de praed. et omn. reb. nauicular.* Et quamuis priore loco Budaeus, Stewechius, et Grotius legendum censeant MVNIFICEA: probum tamen illoque cadentis Latinitatis aeuo non ignotum esse vocabulum MVNIFICVS, variis testimoniis iam ostenderunt Io. Fridr. Gronou. *Obseru. in script. eccles. Cap. XXII.* et Ducker. *de Lat. vet. iuriscons. p. 375.* Adde *l. 31. C. Theod. de ann. et trib. l. 9. l. 11. C. Theod. de indulg. debit.* HEIN.

[MVNIMEN. MVNIMINA sententiarum violare: *l. 1. C. Theodos. de frum. vrb. Constantinop. Lib. XIV. tit. 16.*]

MVNIRE, firmius vel tutum reddere, sartum tectum seruare, defendere, coercere. MVNIRE se ad illud: *l. 14. §. 8. D. de religios. et fumt.* MVNIT aequitas auxilio: *l. 3. C. qui bon. ced.* MVNITVa communi auxilio, et mero seu ipso iure, vel per condictionem: *l. 16. pr. §. 1. et 2. D. de minor.* MVNITA auxilio restitutionis: *l. vlt. C. si min. se maior.* MVNIRE aggerem: *l. 1. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* MVNITA beneficio: *l. 2. C. ad SC. Velleian.* MVNITVS confirmatione: *l. 6. C. de codicill.* MVNITIOR domus: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 56.* MVNITVS exceptione: *l. 1. l. 11. C. de except. l. 6. C. de non num. pecun. l. 10. § vlt. C. mand.* Ita MVNIRE ignem, ne latius euagetur: *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill. Collat. leg. Mos. et Rom. tit. XII. §. 7.* MVNIRE intentionem replicatione: *l. 10. C. de except.* MVNITA iure: *l. 9. C. qui pet. tut.* Nullo iure MVNITVS: *l. 1. C. de reb. alien.* Liberalitas interposita MVNITA est: *l. 2. C. de dot. caut. non num.* MVNITI longi temporis possessione: *l. 7. C. de praescr. long. temp.* MVNIT praescriptio: *l. 8. C. de vsufruct.*

l. 1.

l. 1. C. de commun. rer. alienat. MVNIRI praescriptione: *l. 7. C. quib. non obiicit.* MVNITVS praescriptione, vel minime MVNITVS: *l. 3. C. de his, quae vi: l. 2. l. 5. C. de reb. alien.* Nulla temporis praescriptione MVNIATVR: *l. vlt. C. Theod. de cohort. princip.* [*l. 55. C. de decurion. Lib. X.*] MVNITVS priuilegiis: *l. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull.* MVNIRE ripam: *rubr. D. de rip. mun. l. 1. §. 6. D. ne quid in flum. publ. l. 1. §. 5. D. de flumin. l. 1. C. de alluuion.* Aggen. Vrbic. *de limit. agror. p. 56. Quae res necessitatem ripae* MVNIENDAE *iniungit, ita tamen, vt sine alterius damno quidquam fiat.* [Testibus MVNITA res: *l. 3. C. Theod. de abolit. Lib. IX. tit. 37.*] MVNITVS titulo possessionis: *l. 1. C. de petit. hered.* MVNITVS verbis testamenti: *l. 4. C. de fals. causs.* MVNIRE viam: *l. 15. §. 8. D. de damn. infect. l. 31. D. eod. tit.* Ad collationem viarum MVNIENDARVM: *l. 6. C. de pign.*

MVNIA. Omnia ingenuitatis MVNIA habet, qui ius anulorum accepit. *l. 10. §. 2. D. de in ius voc.*

☞ MVNIS, E. oneri obnoxius. Si vnus ex pluribus heredibus rem MVNEM caussa vectigalis surripiat: *l. 8. §. 1. D. de public. et vectig.* Festus: MVNEM *significare certum est officiosum. Vnde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur officio.* Vid. Cuiac. *ad Lib. XIII. Respons. Papinian. in l. 8. de publican.* et V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. VIII. Obs. Cap. 11.* HEIN.

MVNITIO, *l. 1. §. 6. D. ne quid in flum.* [MVNITIONIS instructum: *l. 4. pr. C. Theod. de itin. mun. Lib. XV. tit. 3.* MVNITIO limitis atque fossati: *l. 1. C. Theod. de terr. limit. Lib. VII. tit. 15.*] MVNITIO viae: *l. vlt. D. de via publ.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6. §. 2.* viarum. *l. 12. l. 14. D. de muner. et honor.*

MVNVS, tribus modis dicitur: vno, donum, et inde MVNERA dicuntur dari, mittiue. *l. 18. D. de verb. signif.* MVNVS tamen a *dono* separatur. *l. 6. D. de offic. proconf.* Inter *donum* enim et MVNVS, hoc interest, quod inter genus et speciem. Nam genus esse *donum*, Labeo, a donando dictum, MVNVS speciem. Nam MVNVS esse donum cum caussa, vt puta natalitium, nuptalitium: *l. 194. D. de verb. signif.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* MVNVS, *quod, mutuo animo qui sunt, dant officii caussa.* Festus: MVNVS, *donum, quod officii caussa datur.* Vnde Cincia lex MVNERALIS dicta Festus: MVNERALIS *lex vocata est, qua Cincius cauit, ne cui liceret* MVNVS *accipere.* Plautus: *Neque* MVNERALEM *legem, neque lenoniam roga.* Hoc pertinent illa: [Ne MVNERA diuina et labores hominum sternerentur: *l. 4. C. de malefic. et mathemat.* MVNERE diuinitatis ablutus: *l. 4. pr. C. Theod. ne sanct. bapt. iteret. Lib. XVI. tit. 6.*] Si vir vxori MVNVS immodicum calendis Martiis, aut natali die dedisset: *l. 31. §. 8. D. de donat. int. vir. et vxor.* [accepto MVNERE libertatis, hoc est, emancipatione: *l. 1. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.* MVNERE lucis excedere: *l. vn. C. Theod. de hered. petit. Lib. II. tit. 22.*] Si MVNVS nuptiale matri pupilli tutor miserit: *l. 1. §. 5. D. de tutel. et rat. distr.* Sollemnia MVNERA parentibus cognatisque mittet. *l. 12. §. 3. D. de administr. et peric. tut.* ¶. 2. Altero modo MVNVS onus dicitur, quod quum remittatur, vacationem militiae MVNERISque praestat. Vnde *immunitas* adpellatur. *l. 18. D. de verb. signif.* Festus: MVNEM *significare certum est officiosum. Vnde e contrario immunis dicitur, qui nullo fungitur munere.* MVNVS proprie est, quod necessario obimus, lege, more, imperioue eius, qui iubendi habet potestatem. *l. 214. D. de verb signif.* Vetus Glossarium; MVNVS, *κυρίως μὲν τὸ ἐξ ἀνάγκης νόμου, ἢ ἔθους ἢ ἀρχόντων κελεύσει γινόμενον λέγεται.* MVNVS *proprie dicitur, quod ex necessitate legis, aut moris, aut magistratuum imperio obitur.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* MVNVS, *quod muniendi caussa imperatum: a quo etiam* MVNICIPES, *quod vna* MVNVS *fungi debent.* ¶. 3. MVNVS vero ab *honore* eo distat, quod *honor* adpelletur administratio reipublicae cum dignitate: MVNVS vero, quod cum sumtu, sine titulo dignitatis in republica subimus. *l. 14. D. de mun. et honor.* Ita MVNVS publicum est officium priuati hominis, ex quo commodum ad singulos vniuersosque ciues, remque eorum imperio magistratus extraordinarium peruenit: *l. 239. §. 3. D. de verb. signif.* ac proinde MVNERA et *honores* diuersa nostri auctores faciunt. *l. 2. §. vlt. l. 7. D. de decurion.* MVNERA porro *πραγματείας* vocat Dionys. Halicarn. *Lib. IV. Antiqu. Rom p. 260.* his verbis: *Στρατειῶν ἀφειμένοι κατ' τῶν ἄλλων τῶν κατὰ τὴν πόλιν πραγματειῶν. Quibus verbis decemuiros sacrorum liberos ab omnibus militaribus, ciuilibusque* MVNERIBVS fuisse, significat. Sic MVNVS arbitrorum: *l. 5. D. de recept. arbitr.* Tutela non est reipublicae MVNVS, nec quod ad impensam pertinet, sed ciuile. *l. 6. §. 15. D. de excusat.* ciuilium MVNERVM immunitas: *l. vlt. §. 29. D. de muner.* ciuilium MVNERVM onera: *l. 3. §. 7. D. eod. tit.* quae et onera ciuilia dicuntur. *l. 6. D. de curat. furiof. l. 9. C. quand. prouoc. non est nec.* MVNERVM ciuilium vacatio: *l. vlt. §. vlt. D. de muner. et honor.* Ad MVNERA compelli: *l. 3. C. de municip.* MVNERA corporalia, id est, personalia, quae corporis ministerio obeuntur: *l. 3. §. 3. D. de mun. et honor. l. 8. C. de muner. patrimon. Lib. X.* Corpori indicta obsequia vocat *l. 4. §. 2. D. de mun. et hon.* Destinatus MVNERIBVS: *l. 34. D. ad municipal.* MVNERA extraordinaria, quae extra ordinem indicuntur: *l. 1. C. de vacat. publ. mun. Lib. X. l. 2. l. 31. §. pen. C. de episc. et cleric.* Vetus Glossarium: MVNERA *extraordinaria sunt, quae extra ordinem solitum, ex inopinata necessitate contingunt.* Iniunctum MVNVS a magistratibus: *l. 21. D. ad municipal.* MVNVS iudiciarium: *l. 5. C. de iudic.* Quaedam MVNERA sunt MIXTA: *l. vlt. princ. D. de muner. et honorib.* qualia erant decaprotiae et icosaprotiae, quibus qui fungebantur, praeter corporale ministerium etiam de propriis facultatibus impensas faciebant, *d. l. vlt. §. 26. D. de muner. et hon.* MVNICIPALE munus: *l. 3. §. 1. D. eod. tit. l. 2. §. 1. D. si quis caution. in iud. sistend.* MVNERA municipalia: *l. 21. §. 2. D. ad municipal. l. 74. §. vlt.*

MVN.

vlt. D. ad SC. Trebell. MVNVS ſeu MVNERA obire: *l. 1. D. de legation. l. 214. D. de verb. ſignif. l. 2. §. vlt. D. de decurion.* MVNERA ordinaria, quae lege, SCo, conſtitutioneue principis iniunguntur. *l. vn. C. de vacat. publ. mun.* Vetus Gloſſarium: MVNERA *ordinaria ſunt, quae ex conſuetudine debentur.* MVNVS patrimonii, in quo ſomtus maxime poſtulatur: *l. 1. §. 3. D. de mun. et honor.* hinc illa MVNERA patrimoniis indici dicuntur: *l. 2. C. de muner. patrim. Lib. X.* alias onera patrimonii: *l. 4. §. 2. D. de mun. et honor.* onera patrimoniorum: *l. 3. C. de muner. patrimon. Lib. X.* onera, quae patrimoniis vel poſſeſſionibus indicuntur: *l. 10. D. de vacat. et excuſ. mun.* [et MVNIA pecuniaria, *l. 191. C. Theod. de decurion. Lib. XII tit. 1.* vbi in Codice Iuſtin. *l. 58. eod. tit.* pro *muniis* legitur *iniuriis.*] Perſonale MVNVS generaliter eſt munus, quod corporibus, labore cum ſollicitudine animi ac vigilantia ſollemniter exſtitit: *l. 1. §. 3. D. de mun. et honor.* vel, quod animi prouiſione et corporalis laboris intentione, ſine aliquo gerentis detrimento perpetratur: *l. vlt. §. 1. D. eod. tit.* item, quod corporis miniſterio obitur: *l. vlt. §. 11. et §. 26. D. eod. tit.* quod ideo etiam *corporale* vocatum eſſe, paullo ante monuimus. MVNERA priuata: *l. 17. §. 4. D. de excuſ. tut.* MVNERA publica: *l. 34. D. ad municipal.* Iudicare MVNVS publicum eſt: *l. 79. D. de iudic.* Cura exſtruendi vel reficiendi operis in ciuitate, MVNVS publicum eſt: *l. 4. D. de mun. et honor.* Legatus MVNERE publico fungitur: *l. 27. D. de iudic.* Tutelam vel curam placuit MVNVS publicum eſſe: *pr. Inſt. de excuſ. tut.* MVNERA quaedam *ſordida* vocantur. *l. 8. §. 4. D. de vacat. et excuſ. mun. l. 2. C. de epiſc. et cleric. l. 13. l. 14. l. 15. l. vlt. C. de excuſ. mun. Lib. X. l. 4. C. de dignit. Lib. XI. l. 1. C. de ſuar. Lib. XI. l. 1. C. de priuil. dom. Aug. Lib. XI. l. 2. C. de praep. ſacr. cubic. Lib. XII. l. 3. C. de ſilentiar. Lib. XII. l. 15. l. 18. C. Theod. de extraord. ſeu ſord. mun.* ex quibus didici, inter ſordida MVNERA habita conficiendi pollinis curam, panis excoctionem, parauredorum, parangariarum, carbonis, materiae, item ligni et tabulatorum praebitionem, piſtrini quoque et excoquendae calcis obſequia, temonariamque functionem. Exactio vtique tributorum, inſtructioque pontium, et viarum, inter ſordida MVNERA non habebantur. *l. 17. §. 7. D ad municipal. l. 7. C. de ſacroſ. eccleſ. l. 4. C. de priuil. dom. Aug. Lib. XI.* Vide et infra *articulum* SORDIDVS. MVNVS ſubire: *l. 5. §. vlt. D. de iure immunit.* […]ſcipere: *l. 21. §. 1. D. ad municipal.* ſuſtinere: *l. 5. D. de iure immunit.* MVNVS tutelae: *l. 7. l. 12. C. de excuſ. tut.* MVNERE tutelae vel tutoris fungi: *l. 1. pr. et § 1. D. de eo, qui pro tut.* MVNERE vehendi fungi dicitur nauicularius: *l. 15. § 6 D. locat.* ad MVNERA vocari: *l. 37. D. ad municipal.*

¶. 4. Tertio modo MVNVS ſignificat officium, vnde MVNERA militaria: *l. 18. D. de verb. ſignif.* Feſtus: MVNVS *ſignificat officium, quum dicitur quis* MVNERE *fungi* Milites a MVNERIBVS auocandos non eſſe: *l. 3. §. vlt. D. de teſtib.* MVNERIS a deſertore deſerti ratio habetur: *l. 5. D. de re milit.* MVNERVM indictio inter poenas militares ponitur a Paullo: *l. 3. §. 1. D. de re milit.* MVNERIBVS militaribus occupari: *l. 15. C. ad leg. Iul. de adulter.* MVNVS militiae adpetere, et contra, detrectare: *l. 4. §. 9. D. de re milit.* MVNVS petitoris, id eſt, partes, vel officium: *l. 73. D. de rei vindic.* Qui ſtationis MVNVS reliquit. *l. 3. §. 5. D. de re milit.*

¶. 5. MVNVS, pro quouis onere. Ex eo patrimonio, quod MVNVS collationis pati debet: *l. 54. D. ad SC. Trebell.* MVNERE Falcidiae fungitur fideicommiſſum: *l. 77. §. 1. D. de legat. II.* id eſt, quod Falcidiam patitur. MVNERA hereditaria, id eſt, onera: *l. 33. in fine D. de legat. II. l. 2. D. ad SC. Trebell.*

¶. 6. MVNERA etiam ludos gladiatorios veteres vocabant, eoque nomine proprie *funebres ludi ab officio*, vt Tertullian. *de ſpectac. Cap. XII.* auctor eſt, adpellabantur, quoniam officium mortuis ſe talibus ſpectaculis fac[…]e, veteres arbitrabantur. Seneca *de breuit. vit. Cap. vlt. Quidam diſponunt ad rogum* MVNERA, *et ambitioſas exſequias.* Plin. *Lib. XXXIII Hiſt. nat. Cap. 3.* de Caeſare: *In aedilitate* MVNERE *patris funebri, omni adparatu ſcenae argenteo vſus eſt.* Lactant. *Lib. VI. Diuin. Inſt. Cap. 20. Et primitus quidem venationes, quae vocantur* MVNERA, *Saturno attributae ſunt.* Ad hanc notionem pertinent ſequentes loquutiones: Conſul deſignatus MVNVS edidit *l. 36 D. de condit. et demonſtr.* Ad MVNVS edendum *l. 122 D. de legat. I.* Sueton. *in Iul. Cap. XXXIX. Edidit ſpectacula varii generis.* MVNVS *gladiatorium:* cetera ſeruus vel libertate donatus, beſtiis, primo quoque MVNERE, obiiciatur. *l. 1. C. Theod. ad leg. Fab.* [Vide et Apulei. *Lib. IV. Metamorph. p. 148. Lib. X. p. 249.* Petr. Fabr. *Semeſtr. Lib. II. Cap. 11.* MVNVS quoque ſacerdotii ſimili notione, pro ludis ab iis edi ſolitis. *l. 176. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. l. 2. C. Theod. de expenſ. ludor. l. 1. C. Theod. de ſpectac. l. 2. C. Theod. de praed. ſenat. l. 103. l. 109. l. 145. C. Theod. de decur.*]

[MVNVSCVLARIVS aquaeductus. *l. 10. C. de aquaed.* vt habent nonnullae editiones, pro quo MVSCVLARIVS legendum cenſet Alciatus *in Commentario.* Sed neutra lectio probanda eſt, reponendumque MINVSCVLARIVS, de quo ſupra *hoc ipſo libro* iam diximus.]

MVNVSCVLVM. *l. vn. C. Theod. ne damn. prouinc. Nouell. Leonis et Maioriani de ſanctimonial.*

MVR.

MVREX, *l. 3. C. de veſtib. holober. Lib. XI. l. 1. C. de adpar. praef. vrb. Lib. XII. l. 9. l. 18. C Theod de murileg.* conchae genus, cuius cruore infici ac tingi veſtes ſolebant. Seruius *in V. Aen. v. 205.* MVREX *ſignificat piſcem, cuius ſucco purpura tingitur.* Iſidor. *Lib. XII. Orig. Cap. 6.* MVREX, *cochlea eſt maris, dicta ab acumine et aſperitate, quae alio nomine conchylium nominatur: propter quo[…] circumciſa ferro, lacrymas coloris purpurei emittat, ex quibus purpura tingitur.* Qua de re vide Plin. *Lib. IX. Cap. 39.* et Caſſiodor. *Lib I. Variar. Cap. 2.* Poetae *Phocaricum, Getulum, Africum, Sidonium* et *Tyrium* MVRICEM memorant: quo pertinent hi Cn. Matii in *Mimiambis* verſus, qui referuntur a Gellio *Lib. XX. Cap. 8.*

MVR.

Iam tonsiles tapetes, ebrii fuco,
Quos concha purpura imbuens venenauit.

D. Ambros. in Apolog. Dauid. *Cap. IX. Sicut igitur* MVRICVM *plurimum in purpurae infectione, ita in lauacro regenerationis, miserationum est multitudo caelestium.* Clemens Alexandr. *Lib. II. Paedag. Cap. 10. p. 204.* Ἀνάγονται δὲ ἴυ μάλα καὶ οἱ βαφεῖς αὐτῶν, καὶ οἱ πορφυρευταί, καὶ αὐτὰ τὰ κογχύλια, διὰ τὸ αἷμα τούτων ἐξανθεῖν τὴν πορφύραν. *Et tinctores, et purpurae infectores, et ipsa conchylia in magno pretio habentur, propterea, quod eorum sanguis producat purpuram.* Beda *Lib. I. Hist. gent. Angl. Cap. I.* ait, io mari Britannico cochleas inueniri, quibus tinctora coccinei coloris conficitur, cuius rubor pulcherrimus nullo vmquam solis ardore, oulla pluuiarum iniuria pallescere valet.

MVRIA, in eorum numero ponitur, in quibus esse solemus. *l. 3. D. de penu legat.* Ita proprie adpellatam aquam, sale commixtam, Isidor. *Lib. XX. Orig. Cap. 3.* scribit. Sed et solutorum a salsamento pisciculorum humor MVRIA, eodem auctore, dicitur. Auson. *Epist. VII. ad Paullinum. Veritus, displicuisse oleum, quod miseras, MVNVS iterasti, addito etiam Barcinonensis* MVRIAE *condimento cumulatius praestitisti. Scis autem, me id nomen* MVRIAE, *quod in vsu vulgi est, nec solere, nec posse dicere: quum scientissimi veterum, et Graeca vocabula fastidientes, Latinum in gari adpellatione non habeant. Sed quocumque nomine loquar, liquor iste sociorum vocatur.* MVRIAE autem conficiendae rationem tradit Columella *Lib. XII. Cap. 6.* et Plin. *Lib. XXXI. Cap. 8.* [Inde MVRIATICVS apud Plaut. *Poenul. Act. I. scen. 2. v. 32.*

Quasi salsa MVRIATICA *esse existimantur,*
Sine omni lepore, et sine suauitate.]

MVRILEGVLVS, qui murices tingendae purpurae caussa legit. *rubr. C. Inst. et Iustin. de murilegul.* Eutych. *de discern. coniug. Lib. I. p. 2150. Lego, legulus; vnde* MVRILEGVLVS.

MVRRATVS, A, VM, vel MYRRHATVS, A, VM, a myrrha. Sic MVRRATA potio, verbum *XII. Tabularum,* de qoo Festus. Laotissima apud priscos vina fuisse, myrrhae odore condita, et inde MVRRINAM oon modo inter vina, sed inter dulcia quoque numeratam esse, Plin. *Lib. XIV. Cap. 13.* ex Plauti Pseudolo tradit. Non. Marcell. MVRRINA *potio confecta. Varro Anthropopoli: Non modo vinum dare, sed etiam, vt Plautus ait,* MVRRINA, *passum, defrutum.*

MVRREVS, A, VM. MVRREA vasa, et vitrea, quae ad vsum, edendi et bibendi caussa parata essent: *l. 11. D. de supell. legat.* Propert. *Lib. IV. eleg. 5. v. 26.* MVRREAque *in Parthis pocula cocta focis.* Martial. *Lib. IV. Epigr. 86.*

Nos bibimus vitro, tu MVRRA, *Pontice. Quare?*
Prodat perspicuum ne duo vina calix.

MVR. MVS.

MVRRINVS, A, VM. MVRRINA crystallinis adiungit non Seneca modo *Epist. CXXIII.* sed et Paullus, qui an vtraque debeant supellectili adnumerari, dubitat, propter eximium vsum et pretium. *l. 3. § vlt. D. de supell. legat.* Seneca *Epist. CXIX. Vtrum sit aureum poculum, an crystallinum, an* MVRRINVM, *nihil refert.* Idem etiam inter ea, quae ingentibus pretiis emuntur, MVRRINA pocula ponit: *Lib. VII. de benef. Cap. 9.* Eutrop. *Lib. VIII. Cap. 6.* de Marco Philosopho: *Vasa aurea, pocula crystallina, et MVRRINA distraxit.* Capitolin. *in Marco Ant. Cap. XVII. Vendiditque aurea pocula, et crystallina, et* MVRRINA. Martial. *Lib. IV. Epigr. 64.*

Opimianum morionibus nectar
Crystallinisque MVRRINIsque *propinat.*

Sic MVRRINA vasa: *l. 19. §. 19. D de aur. arg. legat.* Lamprid. *in Elagab. Cap. XXXII. In* MVRRINIS *et Onychinis minxit.* Plin. *Lib. XXXVII. Cap. 2.* de Pompeii victoria: *Eadem,* ait, *victoria primum in vrbem* MVRRINA *induxit.* Et eodem Capite: *Oriens MVRRINA mittit. Inueniuntur enim ibi plurimis locis, nec insignibus, maxime Parthici regni, praecipue tamen in Carmania. Humorem, putant, sub terra calore densari.* Et mox: *Sed in pretio varietas colorum, subinde circumagentibus se maculis in purpuram candoremque, et tertium ex vtroque ignescentem velut per transitum coloris purpura rubescente, aut lacte candescente. Sunt, qui maxime in iis laudant extremitates, et quosdam colorum repercussus, quales in caelesti arcu spectantur. Aliqua et in odore commendatio est.*

MVRVS. Varro *Lib. IV. de lingua Lat. p. 34. Quod aggerem contineret* MVRVS, *quod muniendi caussa manu parabatur, quo sepiebant oppidum: e quo munere* MVRVS. In MVRIS aliquid facere, ex qoo damnum aot incommodum irrogetur, non permittitur: *l. 2. D. ne quid in loco sacr.* Vrbis adpellatio MVRIS finitur: *l. 2. D. de verb. signif.* MVRI habitari sine permissu principis propter fortuita incendia non possunt: *l. vlt. D. ne quid in loco sacr.* MVROS municipales nec reficere licet sine principis vel praesidis auctoritate, nec aliquid eis coniungere, vel superponere: *l. 9. §. vlt. D. de rer. diuis.* Si qois violauerit MVROS, capite punitur, sicuti si quis transcendet scalis admotis, vel alia qualibet ratione. *l. vlt. D. eod. tit.*

MVS.

MVSIVARIVS, *l. 1. C. de excusat. artif.* (quemadmodum illic legendum esse, docet *l. 1. Cod. Theod. eod. tit.*) a mosiuo opere, cuius meminit Spartianus *in Pescenn. Nigro Cap. VI. Hunc,* inquiens, *in Commodianis hortis, in porticu curua, pictum de MVSIVO inter Commodi amicissimos videmus.* Gregor. Turon. *Lib. V. Histor. Cap. 45. Ecclesiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore,* MVSIVO *depinxit.* Sic enim illic emendandum est, quemadmodum recte apud Aimonium *Lib. III. de gest. Franc. Cap. 42.* scribitur. Erant vero opera MVSIVA, tessellata, ex minutissimis lapillis vitrisque varii coloris ita coagmentata, vt integras picturas exhiberent. De iis videnda Io. Ciampini *vetera monimenta, in quibus praecipue*

MV-

MVSIVA *opera, ſacrarum profanarumque aedium ſtructura, ac nonnulli antiqui ritus diſſertationibus iconibusque illuſtrantur. Romae 1691. fol.* HEIN.

MVSTVM, ex vuis factum: *l. 12. §. 1. D. ad exhib. l. 14. §. vlt. D. de condict. furt.* MVSTVM euehere: *l. 25. D. de act. emt.* Seneca *Epiſt. LXXXIII.* MVSTO *dolia ipſa rumpuntur.* Iſidor. *Lib. XX. Orig. Cap. 3.* MVSTVM *eſt vinum, e laeu ſtatim ſublatum, cuius,* vt addit, *tanta vis feruoris eſt, vt vaſa, quamuis grandia, ex eo plena, abſque ſpiramine relicta, illico diſrumpat.*

MVT.

MVTARE, notae ſignificationis verbum. Sic MVTARE actionem: *l. 5. D de except. rei iud. l. 22 C. famil. ercisc.* MVTANDI actoris et procuratoris poteſtas: *l: 6 §. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom* MVTATA rerum adpellatio: *l. 7. D. de ſupell. legat.* MVTATVR aliquid ex prima lege: Vlpian. *tit. I. Reg. §. 3.* Si quis alueum fluminis MVTET: *l. 1. §. 4. D. ne quid in flum. publ.* MVTATVS alueus fluminis: *l. 1. D. ne quid in flum. publ.* Si circumfluere coeperit flumen, MVTATO alueo: *l. 3. §. 2. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* MVTARE atrium: *l. 13. §. 7. D. de vſufr.* MVTATVR cauſſa legati: *l. 2. §. vlt. D de legat. I.* Robur hominis MVTAT cauſſam operarum: *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.* MVTARE ſibi cauſſam poſſeſſionis: *l. 2. §. vlt D. pro hered. l. 1. §. vlt. D. pro donat. l. 2. §. vlt. D. pro emt. l. 3. §. 19. l. 18. l. 19. D. de adquir. poſſeſſ.* An ipſe ſibi cauſſam poſſeſſionis MVTARE videtur: *l. vlt D ſi pars hered. pet.* MVTATVR, vel non MVTATVR cauſſa proprietatis: *l. 16. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 30. §. 2. D. de adqu. rer. dom.* Si terrae motu aut tempeſtatis magnitudine ſoli cauſſa MVTATA ſit: *l. 2. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu.* MVTARE conditionem: *l. 9. D. de hered inſtit.* Non MVTAT legati conditionem: *l. 81. §. 4. D. de legat. I.* MVTARE conſilium: *l. 75. D. de reg. iur. l. 8. D. de collat. bon.* MVTATO conſilio: *l. 17. D. de Aedilit. edict.* Si MVTETVR aquae curſus: *l. 1. §. 3. D. ne quid in flum. publ.* MVTARE diem: *l. 19. D. de recept. arbitr.* MVTARE domicilium: *l. 32. D. ad municipal.* Dominium tamen non MVTABIT: *l. 34. D. de aur. arg. leg.* Non ſolet locatio dominium MVTARE: *l. 39. D. locat.* Dominium in ſeruo MVTATVR: *l. 1. §. 5. D. ſi is, qui teſtam. lib.* Quacumque ratione dominium MVTATVM ſit: *l. 66. §. 1. D. de furt.* MVTATO dominio: *l. 18. D. quib. mod. vſusfr.* Seneca *Lib. VI. de Benef. Cap. 2. Materia huc et illuc iactatur, et dominium non* MVTAT. MVTATVR rei effectus: *l. 47. D. de condit. et demonſtr.* [MVTATO eo, quod non recte eſt impetratum: *l. 2. C. Theod. ne collat. transl. poſtul. Lib. XI. tit. 22.*] MVTARE faciem operis: *l. 1. §. 11. D. de nou. op. nunciat.* MVTARE familiam: *l. 3. D. de cap. minut. l. 7. D. eod. tit.* MVTARE formam antiquitus conſtitutam: *l. 5. §. 7. D. de adminiſtr. et peric. tut.* MVTATVR iudex: *l. 46. D. de iudic.* MVTANDI iudicii cauſſa alienare: *l. 8. §. 1. l. 9. D. de alien. iudic. mut. cauſſ.* alienationem facere: *l. vlt. D. eod. tit.* donationem facere: *l. 11. D. eod. tit.* partem ſuam tradere: *l. 24. §. vlt. D. commun. diuid.* MVTARE ius alterius: *l. 31. D. de vſu et vſufr. leg.* Aperturae tabularum dilatio ius neceſſarii heredis non MVTAT: *l. 3. §. vlt. D. de hered inſt.* Nec errorem heredis ius MVTASSE: *l. 37. D. de aur. arg. leg.* Neque metallorum poena ius eius MVTARI: *l. 46. D. de manumiſſ. teſtam.* MVTARI ius ſucceſſionis: *l. 3. §. 3. D. de hered. inſtit.* Ius publicum priuatorum pactis MVTARI non poteſt: *l. 38. D. de pact.* [MVTARE laborem quiete: *l. 1. C. de primicer. et notar. Lib. XII. tit. 7.*] Si poſt teſtamentum factum MVTAVIT matrimonium: *l. 5. D. de lib. et poſtum.* MILITIAM mutat: *l. 3. §. 13. et §. 16. l. 13. §. 4. D. de re milit. l. vlt. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Quum per ſe natura agri fuerit MVTATA: *l. 2. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* MVTARE naturam obligationis: *l. 9. §. 1. D. de duob reis.* Quamquam nihil fundi mei MVTAVERIT *l. vlt. § 3. D. quod vi aut clam.* Nihil facile MVTANDVM eſt ex ſollemnibus: *l. 7. D. de in integr. reſtit. l. 18. D. de reg. iur.* [MVTARE naturale nomen dignitate: *l. 123. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*] MVTATA opinio petitoris: *l. 11. §. 4. D de except. rei iudic.* MVTARE ſibi poſſeſſionem *l. 23. C. de locat. et conduct.* MVTARI procurator: *l. 24. D. de procurat.* Satisdatio propoſitum tutoris maleuolum non MVTAT: *l. 6. D. de ſuſp. tut.* MVTATA re: *l. 10. §. 3. D quib. mod. vſusfruct.* Flumen ripas ſuas MVTAVIT: *l. 1. §. 5. D. de flumin.* MVTARE ſententiam: *l. 11. §. vlt. D de legat. II.* MVTANT ſententiam iudices arbitriue: *l. 27. D. de poen. l. 19. §. vlt. D. de recept. arbitr.* Inundatio ſpeciem fundi non MVTAT: *l. 7. §. 6. D. de adquir. rer. dom.* Saepius MVTATA ſpecie: *l. 18. D. quod met cauſſ.* MVTAT ſtatum: *l. 9. §. 4. D. de minor.* Minores viginti annis nulla ratione MVTARE ſtatum poſſunt: *l. 16 C. de lib. cauſſ.* Minima capitis deminutione ſtatus duntaxat hominis MVTATVR: Vlpian. *tit. XI. Regul. §. 13.* An huiusmodi ſcriptura poſſit liberto ſtatum conditionis MVTARE: *l. 12. D. de iur. patron.* Poſterior conuentio ſtatum et naturam obligationis MVTARE non poteſt: *l. 9. §. 1. D. de duob. reis.* Non MVTAT ſubſtantiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio: *l. 32. §. 6. D. de aur. arg. legat.* MVTARE tabulas: Iuuenal. *Sat. XIV.* MVTARE teſtamentum: *l. 88. §. 4. D. de legat. II. l. 55. §. vlt. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. vlt. D. de hered. inſtit. l. 1. §. 1. D. ſi quis aliqu. teſt. probib. l. 7. C. qui teſtam. fac. poſſ. l. 3. C. de inoffic teſtam.* et apud Ciceron. *pro Cluent. Cap. XI.* De MVTANDO teſtamento cogitare: *l. 13. D. de teſtam. milit.* Ne teſtamentum MVTARETVR: *l. 1. D. quib. non comp. bon. poſſeſſ.* MVTARE, quod teſtamento cauerat: *l. 5. D. famil. ercisc.* MVTARE veritatem: *l. 6. D. ad municipal.* Nec amplius MVTANDAE viae poteſtatem habere: *l. 9. D. de ſeruitut.* MVTANDAE vindicationis ius: *l. 19. D. de legat. II.* MVTARE voluntatem: *l. 32. D. de donat. l. 37. D. de legat. III. l. 3. l. 20 D. de opt. vel elect. leg. l. 1. D. qui ſin. manum. l. 3. C de legat.* MVTATA voluntas: *l. 34. §. vlt. D. de aur. arg. legat. l. 51. D. de ſolut. l. 15. D. qui et a quib. manum. l. 7. D. de diuort. l. 22. D. de legat. II.* MVTATA voluntate: *l. 9. l. 16. D. de his, quae vt indign.*

indign. l. 65. D. de procurat. l. 29. D. de adim legat. l. 13. D. de mort. cauſſ. donat. MVTANDAE voluntatis poteſtatem habere: *l. 21. §. vlt. D. de act. emt. vend.* ‖ 2. Notandae etiam formulae: Nec MVTAT, id eſt, nec refert: *l. 52. §. 2. D. de fideiuſſor.* Nec MVTAT, id eſt, non mouet, non obeſt, nec ad rem facit: *l. 11. D. vſufruct. quemadm. cau.* Nec MVTAT, quod: *l. 3. §. 3. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pert. l. 11. §. vlt. D. de pignorat. act. l. 10. C. famil. erciſc.* Nec quidquam MVTARE arbitror: *l. 3. §. vlt. D. de pecul.* Nec videtur MVTARI, id eſt, intereſſe. *l. 36. §. 1. D. de teſtam. milit.*

MVTATIO, dominii: *l. 19. D. quib. mod. vſusfr.* iudicum: *l. 76. D. de iudic.* iuris: *l. 49. §. vlt. D. de hered. inſt.* militiae: *l. 3. §. 1. D. de re milit.* nominis: *l. 1. C. de mutat. nom.* perſonarum: *l. 22. D. de except. rei iud.* rei: *l. 5. §. 1. D. quib. mod. vſusfr.* MVTATIONEM recipere operarum obligationem: *l. 34. D. de oper. libert.* MVTATIONE rumpitur teſtamentum, id eſt, ſi poſtea aliud teſtamentum iure factum ſit: Vlpian. *tit. XXIII. Reg. §. 2.* MVTATIO ſtatus. *l. 2. D. de in integr. reſtit.* ‖. 2 [MVTATIONES vel ἀλλαγαὶ in materia curſus publici, quae et σταθμοὶ ſeu ſtationes dicuntur, in *l. 36. C. Theod. de curſ. publ. Lib. VIII. tit. 5.* Mentio earum fit, in *l. 15. l. 17. l. 18. C Iuſtin. et l. 36. l. 53. l. 58. l. 60. C. Theod. eod. tit. l. 9. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1.* vbi a manſionibus ſeparantur, et in hoc differunt, quod in MVTATIONIBVS equi et iumenta tantum mutarentur: manſiones vero quieti iter facientium eſſent deſtinatae. Barth. *Lib. XLV. Aduerſar. Cap. V.* Iac. Gothofred. *Comment. ad l. 9. C. Theod. de annon.* et Iac. Guther. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap. 15. p. 650.*]

[MVTESCERE, ſilere. Omnia MVTESCANT tempora: *l. 17. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.*]

[MVTILARE, deminuere. MVTILARE florentiſſimae vrbis commoda; *l. 2. C. Iuſt.* et *l. 4. C. Theodoſ. de aquaeduct. Lib. XV. tit. 2.* Praeſtigiis atque commentis MVTILATVR exactio: *l. 12. C. de omn. agr. deſert. Lib. XI. tit. 58. et l. 31. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.* MVTILARI iure: *l. vlt. C. de long. temp. praeſcript.* Id quod et ante conſtitutum eſt, et nulla poſtmodum iuſſione MVLITATVM, indubitatum atque intactum perdurari debet: *l. 6 C. Theod. de ſuar. Lib. XIV. tit. 4*] MVTILATVM patrimonium: *l. 1. C. de periculo nominat.* MVTILARE prata: *l. 2. C. Iuſtin. l. 3. C. Theod. de paſc. Lib. VII. tit. 3.* Quidquid praeceptis veteribus reuerentia religionis obtinuit, MVTILARI, etiam poenae interminatione prohibemus. *l. 22. C. Theod. de extraord. et ſord. mun. Lib. XI. tit. 16.*]

[MVTILVS, A, VM, in *l. 10. C. Theodoſ. de tiron.* ſunt, qui digitos ad declinandam militiam ſibi amputarunt, ſeu, vt ipſa textus verba habent, qui ſpurca amputatione digitum declinant, alias MVRCI dicti. Sed de eo vocabulo MVRCVS quo et Ammian. Marcell. *Lib. XV. Cap. 12.* vſus eſt, plura Iac. Gothofredus *in Comment. ad d. l. 10.* Car. du Freſne *in Gloſſario med. Lat. hac voce*,] Valeſ. et Lindenbrog. *ad Ammian. Marcell. p. 82.* et, qui in illud maiore cura inquiſiuit Aegid. Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. III. p. 12. ſequ.* HEIN.

MVTITARE in vetuſto ſenatus decreto, quod ab Gellio *Lib. II. Cap. 24.* refertur, mutua inter ſe conuiuia agitare ſignificat. Quo verbo idem auctor vſus eſt *Lib. VIII. Cap. 2.* [At Turneb. *Lib. XIV. Aduerſ. Cap. 18.* vtrobique reſcribendum putat MVTVITARE: quod ego magis probarim.]

MVTVARE et MVTVARI, id eſt mutuum accipere. *l. 5. §. 13. D. de inſtitor. act.* MVTVATO amore: *l. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* [Si quando in hoc mulier MVTVATA eſt, vt maritu crederet. *l. 17. pr. D. ad SC. Vellean.*] MVTVATVS pecuniam: *l. 28. D. de liberat. legat.* [Mulier ſtipulanti mihi promiſit, ignoranti, in quam rem MVTVARETVR. *l. 19. §. 5. D. de SC. Vellei.* Cum his vſuris, quibus MVTVATVS eſt, ſi neceſſe habuit MVTVARE. *l. 3. §. 1. D. de contrar. tut. act.*] Notatu dignus hic locus, in quo vtrumque, et MVTVARI, et MVTVARE occurrit, et vtrobique quidem pro mutuum accipere. Id quum in reprehenſionem auctoris *de vet. ICt. Latin.* apud Ducker. *p. 344.* incurrat: vir hic doctiſſimus oſtendit, vanam eſſe eorum obſeruationem, qui MVTVARE interpretantur mutuum dare; MVTVARI accipere, quia veteres et boni auctores vtrumque verbum promiſcue pro mutuum accipere vſurparint. Plura de horum verborum notione ipſa lexica ſuppeditant. HEIN.

MVTVO, id eſt, inuicem: MVTVO praedia ſeruitutem debere: *l. 73. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* MVTVO reſtituere: *l. 4. C. de praed. minor.* Praedia, quae MVTVO ſeruiebant. *l. 34. D. de ſeruit. praed. ruſtic.*

MVTVS, A, VM. MVTVS is intelligitur, qui eloqui nihil poteſt, non qui tarde loquitur. *§. 3. Inſt. quib. non eſt perm. fac. teſt.* MVTI ſi auditus capaces ſint: *l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Si quis valetudine, aut quolibet alio caſu MVTVS eſſe coeperit: *l. 6. §. vlt. D. qui teſt. fac. poſſ.* Qui filium habebat MVTVM puberem, impetrauit a principe, vt MVTO ſubſtituere ei liceret: *l. 43. D de vulg. et pupill. ſubſtit.* Natura MVTVS impeditur, ne iudex ſit: *l. 12. §. 2. D. de iud.* Si MVTVS, vt liceret ſibi teſtamentum facere, a principe impetrauerit: *l. 7 D. qui teſt. fac. non poſſ.* Vbi non voce, ſed praeſentia opus eſt, MVTVS, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere: *l. 124 D de reg. iur.* MVTVS, ſi in totum non loquatur: *l. 7. §. 1. D de decurion.* MVTVM etiam ita natum, pro herede gerere, et obligari hereditati poſſe, conſtat: *l. 5. D. de adquir. vel omitt. hered.* MVTVS nuptias contrahere poteſt: *l. 73. D. de iur. dot.* MVTVM nihil pertinere ad verborum obligationem, natura manifeſtum eſt: *l. vlt. D. de obl. et act.* [MVTVS ſeruus, qui domino opem non tulit, excuſatur, vbi vocis tantum auxilium ſuperfuit: *l. 3. § 10 D. de SC. Silan* MVTVM neque ſtipulari, neque promittere poſſe, palam eſt: *§. 7. Inſt de inutil ſtipul* MVTVS non ſemper teſtamentum facere poteſt: *§. 3. Inſt. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt.* MVTVS ſine voce eſt: *l. 9. D. de Aedilit. edict.*

MVTVVM damus, receptuři non eamdem, quam dedimus speciem, sed idem genus. Adpellata est autem MVTVI datio, quod meum tuum fit: *l. 2. pr. et §. 2. D. de reb. cred.* et apud Caium *Lib. II. Inst. tit. 9. §. 1.* Vnde Boeth. *in Top. Ciceron. Quod,* inquit, MVTVVM *datur, de meo fit accipientis, atque ideo non cogitur eamdem ipsam pecuniam debitor restituere creditori, sed aliam tantam.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. Si datur, quod reddatur,* MVTVVM. MVTVI datio consistit in his rebus, quae pondere, numero mensuraue constant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata; quas res in hoc damus, vt fiant accipientis, postea alias recepturi eiusdem generis et qualitatis. *l. 1. §. 2. D. de obl. et act. princ. Inst. quibus mod. re contr. oblig.* MVTVAM pecuniam accipere: *l. 4. D. quae res pign. dat. obl. non poss.* MVTVA pecunia creditur: *l. 3. D. quod iuss.* MVTVOS numos dare: *l. 56. §. 2. D. de fideiuss.* MVTVA pecunia datur: *l. vlt. D. ad SC. Velleian.* data sub vsuris, vel sine vsuris: *l. 7. §. 9. D. ad SC. Macedon.* Si MVTVVM oleum datum sit: *l. 5. §. 14. D. de instit. act.* MVTVI datio, etiam acceptionem continet, *l. 2 D. ad SC. Velleian.* sicuti emtio venditionem. *l. 27. D. de reb. credit.* MVTVA pecunia non est, quam sine tutoris auctoritate pupillus dat. *l. 3. D. de SC. Macedon.* Seneca *Epist. CXIX. Catonianum illud: A te* MVTVVM *sumes.*

MVTVVS, A, VM. reciprocum. Sic: MVTVAE actiones: *l. 5. §. 1. D. de obl. et act. l. 11. §. 1. D. de iurisd. §. 2. Inst. de oblig. quae quas. ex contr.* et apud Quinctil. *Declam. CCCLIV.* MVTVIS adfectionibus. *l. 78. D. de hered. inst.* MVTVAE cautiones: *l. 5. §. 1. D. vt legator.* MVTVA compensatio: *l. 34. D. de seru. praed. rustic.* MVTVA interrogatio: *l. 1. D. de acceptilat.* MVTVVM officium praestare: *l. 5. §. 4. D. de praescr. verb.* MVTVAE pactiones: *l. 1. §. vlt. D. de extr. cognit.* MVTVA pensatio: *l. 39. D. solut. matr.* MVTVVM periculum: *l. 39. §. 5. D. de administr. et peric. tut. l. 3. C. de conuen. fisc. debit.* MVTVAE petitiones: *l. 38. D. mand. l. 1. §. vlt. D. de extraord. cogn. l. 1. C. rer. amot. l. 6. C. de compensat.* Tertull. *Lib. II. adu. Marc. Cap. 20. Reposcunt Aegyptii de Hebraeis vasa aurea et argentea: Hebraei* MVTVAS *instituunt petitiones.* MVTVAE praestationes: *l. 17. §. 3. D. commod.* MVTVA substitutio: *l. 64. D. de legat. II.* vice MVTVA. *l. 42. §. 2. D. solut. matrim. l. 5. §. 1. D. vt legator. l. 78. D. de hered. instit. l. 39. §. 10. D. de admin. et peric. tut. l. 7. §. 10. D. comm. diuid.*

MYO.

MYOPS, in *l. 10. §. 3. D. de Aedil. edict.* De huius verbi significatione, quae ex medicorum libris didici, ea hic proferam, praetermissis a Budaeo adductis locis. Paullus Aegineta *Lib. III.* Μυωπάζειν δὲ λέγονται, οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ἀποστάσεως ὀυχ ὁρῶντες. ἀνίατος δ' ἐστιν ἡ τοιαύτη διάθεσις ὑπὸ ἀσθενείας γινομένη τοῦ ὀπτικοῦ πνεύματος. ἐναντία δὲ πάσχουσιν οἱ γηρῶντες τοῖς μύωψι, τὰ γὰρ ἐγγὺς μὴ ὁρῶντες τὰ πόῤῥω βλέπουσι. MYOPES *esse dicuntur, qui ab ortu quae propiora sunt, vident, remotiora non cernentes. Insanabilis vero est ista adfectio, quae ex infirmitate nerui optici prouenit. Contrarium vero* MVOPIBVS *patiuntur senes, dum propinqua non cernentes, remotiora vident.* Aetius *Libro VII.* ΜΥΩΠΕΣ λέγονται, οἱ ἐκ γενετῆς τὰ μὲν σμικρὰ καὶ σύνεγγυς βλέποντες, τὰ δὲ μεγάλα καὶ πόῤῥω βλέπειν μὴ δυνάμενοι· τοὺς γεγραμμένα ἀναγινώσκοντες συνεγγίζουσι τοῖς ὀφθαλμοῖς. MYOPES *dicuntur, qui ab ortu parua et propiora vident, magna vero et remotiora cernere non possunt. Et hinc scripturam legentes eam proxime oculis admouent.* Oribasius quoque *Lib. VIII.* μύωπας vocari scribit eos, qui ita nati sunt, vt quae prope sunt, videant, quae procul, non item: μύωπα vero a Locrensibus ἄγχζαν vocatum, Hesychius auctor est.

MYR.

MYRRINVS, A, VM. Vid. supra MVRRINVS.

MYS.

MYSIA, prouincia, quam olim sub Germania habitam, ac deinde sub proprio praeside constitutam fuisse, docet *l. 3. D. de offic. adsess.* Ac plane Mysiae praesidis fit mentio in rescripto Traiani apud Plin. *Lib. X. Epist. 53.* Sed et hanc prouinciam diuisam, et sub duobus praesidibus constitutam, ait Macer eadem *l. 3. D. de offic. adsess.* MYSIA itaque duplex fuit: *inferior,* et *superior.* Illius meminit *l. 9. D. de capt. et postlim.* Fit et mentio MYSIAE *mediterraneae,* seu *Dardaniae,* in *l. 4. C. de metallar. Lib. X.* et MYSIAE *primae,* in *l. vlt. C. de diuers. offic. Lib. XII.* In MYSIA porro vitium incensores grauissime plecti, tradit Claudius, in *l. 16. §. pen. D. de poen.*

[**MYSTERIVM,** arcanum religionis et fidei. Sic MYSTERIIS Christianis imbuti: *l. 12. C. Theod. de Iudaeis.* Profana mente omnipotentis Dei contaminare MYSTERIVM: *l. 26. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* MYSTERIVM diuinum, pro baptismate: *l. 3. C. de apostat. l. 4. C. Theodos. eod. tit.* MYSTERIIS sacrosanctis seruientes, et diuino cultu occupati, id est, clerici: *l. 123. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.* MYSTERIVM sacrum, pro baptismate: *l. 54. C. Theod. de haeret.* In sacris et secretioribus Dei MYSTERIIS perseuerare; *l. 163. C. Theod. de decurionib.* MYSTERIORVM simulationem ad iniuriam verae religionis aptare: *l. 15. C. Theod. de haeret.*]

¶. 2. [MYSTERII vox et de haereticorum et infidelium ritibus aliquando vsurpatur. Sic MYSTERIA exsecrabilia celebrare: *l. 57. C. Theod. de haeret.* Consueta feralium. MYSTERIORVM sepulcra constituere. *l. 7. C. Theod. eod. tit.* Nullus haereticis MYSTERIORVM locus pateat: *l. 7. pr. C. Theod. eod. tit. l. 2. pr. C. Iustin. eod. tit.* vbi male nonnullae editiones *ministeriorum* legunt. MVSTERIORVM autem locus est, in quo sacra sua peragunt haeretici]

¶. 3. [MYSTERII vox figurate de curialibus eorumque functionibus, quas sustinere tenentur, in *l. 122. C. Theodos. de decurion.* verbis: *Hi namque praerogatiua quidem concessae dignitatis vtantur, atque eos praestiti honoris splendor exornet: sed maneant in sinu patriae, veluti dicati insulis* MYSTERIVM *perenne custodiant.* Vid. *Comment.* Iac. Gothofredi.]

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XII.

[NAEVVS excusationis. l. 16. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.]

NAM.

NAM. Haec vox non tantum αἰτιολογικὴ est, sed et plerumque inceptiua, idemque valet, quod plane, vt Donat. in Hecyram Terent. Act. II. Scen. 2. notat, Plautique testimonio comprobat. Sic in l. 1. §. vlt. D. de diuis. rer. l. 83. §. 5. D. de verb. obligat. l. 3. in fine D. de testam. milit. l. 10. C. si cert. pet. et apud Valer. Max. Lib. VIII. Cap. 3. [Cuiacius tamen et Donellus ad d. l. 10. C. si cert. pet. existimant, vocem NAM ibi vsurpari παρασυναπτικῶς, seu continuatioe, veriusque esse, ait Donellus, particulam hanc semper esse caussalem. Qood et Cuiacius in l. 18. C. de iur. dot. obseruat.] ¶. 2. NAM ecce: l. 5. §. 9. D. quod vi aut clam. NAM enim: l. vlt. D. de verb. significat. ¶. 3. [NAM pro certe: passim. Loca collegit Strauch. in Lexico partic. iur. h. voce. ¶. 4. NAM, pro sed: l. 1. §. 3. D. de calumn. l. 8. §. 17. D. quib. mod. pign. vel hypoth. l. 19. §. 2. D. de iudic. l. 2. D. de condit. et demonstr. ¶. 5. NAM abuodat in l. 101. §. 2. D. de verb. signific.]

NAMVSA, Aufidius, e Seruii auditoribus vnus, l. 2. §. 44. D. de orig. iur. qui et Aufidii nomine l. 52. §. vlt. D. pro socio. l. 20. D. de opt. vel elect. legat. et plerumque cognomine NAMVSAE laudatur. l. 2. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 5. §. 7. D. commod. l. 40. §. 3. D. de condit. et demonstr. Refert Pomponius d. l. 2. §. 44. D. de orig. iur. AVFIDIVM NAMVSAM octo illustriorum Seruii Sulpicii auditorum opera digessisse in centum quadraginta libros. Hos ipsos vero esse libros COLLECTANEORVM vel CONIECTANEORVM, quos ob locum Gellii Lib. VI. Cap. 5. Alfeno Varo tribuunt, acute coniicit V. A. Corn. van Bynkersh. Lib. VIII. Obs. Cap. I. vbi et ostendit, idem Coniectaneorum volumen laudari, quoties in Pandecte citentur Ser. Sulpicii auditores, vel auctores, veluti ab Vlpiano: l. 1. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 6. D. de dot. praeleg. l. 12. pr. D. de instr. vel instrum. leg. HEIN.

NAN.

NANCISCI, adipisci, consequi, adquirere. Sic NANCISCI actionem: l. 63. §. 9. D. ad SC. Trebell. actiones: l. 63. §. 10. D. ad SC. Trebell. NACTVS actionem: l. 2. C. si seru. export. l. 2. C. famil. ercisc. l. 45. §. 5. D. mandat. Statuliberi caussam non prius seruus NANCISCITVR: l. 2. D. de statul. NANCISCI dominium: l. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 3. §. 2. D. de legat. III. l. 5. D. de donat. l. 1. D. de collus. deteg. l. 5. D. commun. diuid. l. 1. D. de Public. in rem act. Si partis dimidiae NANCISCAR dominium in seruo: l. 43. §. vlt. D. de furt. NACTVS dominium: l. 5. D. pro donat. l. 26. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 2. C. comm. vtriusqu. iud. Ex via noxia serui dominium NANCTVS: (ita enim saepe ἀρχαϊκῶς pro NACTVS in Pandectis scribitur,) l. 20. D. de noxal. action. NACTVS exceptionem: l. 66. D. de de reg. iur. l. 25. D. de pact. dotal. Priusquam serui facultatem NANCISCERETVR fur: l. 72. §. 3. D. de solut. Exigendum est, vt ego facultatem eius rei NACTVS sim: l. 4. §. 7. D. de vsurpat. et vsucap. Si postea fructus istos NACTVS sit fructuarius: l. 12. §. 5. D. de vsufruct. Iura suorum heredum quasi adgnatione NANCISCVNTVR: l. 13. D. de iniust. rupt. irrit. fact. test. Etiam haec IVRA ex lege Papia Poppae a NANCISCVNTVR: Vlpian. tit. XXIX. Regul. §. 5. Vt is iura cognationis retineat, quam in familia adoptiua NANCISCITVR: l. 1. §. 4. D. vnde cogn. Quamuis iura ingenuitatis, saluo iure patroni NACTVS sit: l. vlt. D. de iur. aur. anul. Antequam ipse iurisdictionem NANCISCATVR: l. 4. §. vlt. D. de offic. procos. NANCTVS ius interdicendi: l. 7. §. 12. D. de interd. et relegat. NANCISCI libertatem: l. 5. C. si mancip. NACTVS libertatem seruus: l. 4. §. 14. D. de fideic. libert. Ex morte alterius NANCISCITVR capiendi occasionem: l. 31. D. de mort. causs. donat. Partem fundi, quam ex caussa pignoris NACTVS est: l. 68. D. de legat. III. NANCISCI possessionem: l. 37. D. de vsurp. et vsuc. l. 13. §. 14. D. de hered. petit. l. 2. §. 18. l. 7. §. 1. D. pro emt. l. 32. D. de adquir. vel amitt. possess. aliquo interdicto: l. 24. D. de rei vindic. ita, vt eam retinere non possit: l. 22. D. de adquir. poss. Dimissa possessione prima eiusdem rei denuo et ex alia caussa possessionem NANCISCI: l. 19. §. vlt. D. de adquir. possess. NANCISCI possessionem naturalem: l. 3. §. 13. D. eod. tit. suo nomine: l. 1. §. 20. D. eod. tit. per ancillam: l. 1. §. 9. D. eod

NAN. NAR. NAS.

D. eod. tit. Licet possessionem rei traditae per eum NANCTVS non sim: l. 15. D. de public. in rem act. Quum possessionem rei NANCTVS sit ex voluntate actoris: l. 47. D. de rei vindic. Si non voluntate mea NANCTVS sis possessionem: l. 5. D. de adqu. vel amitt. possess. Licet corporaliter eius rei non sim NACTVS possessionem; l. 4. §. 13. D. de vsurp. et vsucap. Quum possessionem rei NACTVS sit iuste: ibid. NANCISCI possessionem rei; l. 13. §. 14. D. de hered. petit. l. 6. §. 1. D. de pecul. legat. l. 52. D. de obl. et act. l. 7. §. 1. D. pro emt. l. 63. D. ad SC. Trebell. NANCISCI possessionem rerum hereditariarum: l. 21. D. eod. tit. NACTVS vel NANCTVS possessionem; l. 1. §. 11. D. ad leg. Falc. l. 31. §. 2. et §. 4. D. de vsurpat. l. 6. D. de diuers. temp. l. 11. D. de iureiur. l. 18. D. de except. rei iud. Si res ab eo possessionem NACTO vindicentur: l. 28. §. pen. D. ex quib. causs. mai. NACTVS potestatem; l. 28. §. 1. D. de liber. et postum. NANCISCI proprietatem: l. 5. C. vt in possess. legat. proprietatem fundi: l. 21. §. 3. D. de exc. rei iudic. NACTVS rem: l. 4. §. 7. D. de adquir. poss. NANCISCI rem successionis iure: l. 8. §. 8. D. quib. mod. pign. Si quis res fluctibus expulsas, vel etiam in ipso mari NANCTVS; l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. domin. NACTI sacerdotium: l. 13. D. de vacat. et excus. mun. NACTVS tabulas: l. 32. D. de furt. Quod serui nostri ex traditione NANCISCVNTVR; l. 10. §. 1. D de adquir. rer. domin. Si plures sunt agnati, proximus tutelam NANCISCITVR: l. 9. D. de legit. tut.

NAR.

NARBONENSIS prouincia: l. 2. §. 32. D. de orig. iur. NORBONENSES in Viennensi iuris Italici sunt. l. vlt. D. de censib.

NARDVS, vel NARDVM.

NARDVM purum, vnguentorum adpellatione cootineri, licet valetudinis caussa eo vngamur, tradit Pompon. in l. 21. §. 1. D. de aur. arg. legat. additque: hoc quidem etiam, quo elegantiores sint, et mundiores sint, vnguntur feminae. Ac plane NARDVM praecipuum in vnguentis esse, ait Plin. Lib. XII. Cap. 12. ex quo NARDI descriptionem pete, vt et vsum in re medica ex Lib. XXI. Cap. 20. ☞ Talis NARDVS pura procul dubio fuit νάρδος ista πιςικὴ, qua Dominum Iesum, Bethaniae coenantem inunxit mulier. Marc. XIV. v. 3. Quidquid enim alii de epitheto illo disputent, quorum sententias operose recenset Io. Christoph. Wolffius in Curis philolog. et Critic. in Nou. Test. Tomo I. p. 520. sequ. rem tamen acu tetigisse videntur, quibus πιςικὴ est πιςὴ, pura, genuina, vera, non adulterata. Nam et Cedreum πιςικὸς pro πιςὸς dixisse, obseruauit Casaubonus. HEIN.

NAS

NASCI patri filius dicitur: l. 43. D. de vulg. et pupill. subst. Terent. Adelph. Act. I. scen. 1. v. 15. Atqui hic ex me NATVS non est. Si quid mihi liberorum me viuo mortuoue NASCETVR; l. 47. §. 1. D. de hered. inst. Qui ex me et vxore mea NASCITVR. l. 4. D. de his, qui sui vel al. iur. Quasi ex Lucio Titio et ex matrefamilias eius NATVS esset: l. 44. D. de except. Ex se NATVM: l. 21. D. de capt. Si quis ex filio meo nepos, siue quae neptis NATVS, NATA erit; l. 29. D. de lib. et postum. Quatuor pariter puellas a matrefamilias NATAS esse: l. 3. D. si pars hered. pet. Ceterum quot liberi vno partu NASCI possint, vide eadem l. 3. et l. 28 §. vlt. D. de iudic. l. 36. D. de solut. l. 7. D. de reb. dub. [vbi quod vltra tres nascitur fere portentosum videri, Caius scribit. Vid. et infra Libro XIV. articulum PARERE.]

§. 2. NATVM plane accipimus etiam vtero exsectum. Quamuis enim NATVS ab eo, qui post mortem matris exsecto ventre eius extractus est, separetur: l. 11. §. 5. D. de Publician. l. 6. D. de inoffic. testam. Et salsum sit, eam peperisse, cui mortuae filius exsectus est: l. 132. §. 1. D. de verb. signific. attamen et ea mulier, quum moreretur, creditur filium habere, quae exciso vtero edere possit: l. 141. D. eod. tit. HEIN. Hinc et illum NATVM accipimus, qui exsecto ventre, (puta viua matre,) editus sit: nam et hic rumpit testamentum, scilicet si nascatur in potestate. Quin etsi non integrum animal NATVM sit, cum spiritu tameo; illud NATVM dicimus. l. 12. pr. et §. 1. D. de lib. et postum. Huc pertinent illa: NATVS ex adulterio: l. 3. D. de lib. et postum. [Animalia, quae in caelo, terra, mari nascuntur: pr. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil. §. 12. Inst. de rer. diuis. Vid. supra Lib. III. artic. CAELVM.] Si NATA sit eo ingenio aut corpore mala: l. 38. §. 9. D. de Aedilit. edict. Cognati commune NASCENDI initium habuerunt: l. 1. §. 1. D. vnde cognat. Mutum ita NATVM: l. 5. D. de adquir. vel amitt. hered. Si oues NATAE sint. deinde ex iis aliae: l. 26. D. de hered. petit. [NASCENDI sorte potens, et humilis genere, conditione, fortuna, opponuntur, l. 12. pr. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.] Dum NASCI speratur postumus: l. 7. D. de manum. testam. Qui cum vno testiculo NATVS est: l. 4. D. de re milit. Vna communiterque NATI. l. 4. §. 1. D. de grad.

§. 3. NASCI etiam dicuntur res inanimatae, corporales. Sic NASCITVR aqua ex fonte, ex flumine, ex lacu: l. 1. §. 8. D. de aqu. quotid. et aestiu. NASCITVR aqua in fundo: l. 30. D. de seru. praed. rustic. in riuo: l. 3. §. 3. D. de aqu. quotid. et aestiu. NASCITVR arbor: l. 30. §. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 19. D. commun. diuid. Arbores in ripis NATAE. l. 5. D. de rer. diuis. NASCVNTVR fructus: l. 45. D. de vsur. Licet ager tam sterilis sit, vt nullus fructus NASCATVR: l. 12. §. 3. D. de vsufr. Iam omnibus fructibus, qui in his agris NASCVNTVR, sublatis: l. 58. D. eod. tit. Fructus, qui in agro Tusculano NATI erant: l. 75. §. 4. D. de verb. obl. Fructus, qui in illo fundo NASCENTVR: l. 25. §. 1. D. quando dies leg. ced. Ex his, quae in fundo NASCENTVR: l. 12. §. 1. D. de vsu et habitat. Nascuntur insulae in fluminibus vel mari: l. 1. §. 6. D. de flum. l. 7. §. 3. l. 29. D. de adqu. rer. domin. l. 9. §. 4. D. de vsufr. l. 16. l. 17. D. de legat. III. l. 26. §. vlt. D. de except. rei iudic. et apud Plin. Lib. II. Cap. 86. Decem pondo olei, quod NATVM esset: l. 38. D. de contr. emt. Exspectare debeo, donec vinum NASCATVR, et si NATVM sine culpa promissoris consumtum sit, rursum exspectare debeo, donec iterum NASCATVR: l. 83. §. 5. D. de verb. oblig. Omne, quod ex vino NATVM, vinum per-

permansit: *l. 9. D. de trit. vin. ol. leg.* ‖ 4. NASCI non corporales modo res, sed et incorporales, et iura, dicuntur. Sic NASCITVR actio: *l 98. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 9. pr. l. 17. l. 18. D. de furt. l. 25. §. 5. de act. rer. amot. l. 9. §. 3. D. de pignor. act. l. 5. D. de negot. gest. l. 94. D. de solut. l. 88. l. 89. D. de furt. l. 33. D. de dol. mal. l. 10. pr. D. comm. diuid. l. 1. C. si seru. export. l. vlt. C. de his, quae sub mod.* Ne ex pacto actio NASCATVR: *l. 7. §. 5. D. de action.* Si ex vna obligatione plures actiones NASCANTVR: *l. 53. pr. D. de oblig. et act.* Nulla ex vtroque latere NASCITVR actio: *l. 6. §. 4. D. de negot. gest.* Magis ex re, in qoam impenditur, quam ex persona, focii actio NASCITVR: *l. 29. D. comm. diuid.* NASCVNTVR actiones: *l. 31. D. de obl. et act.* NATA actio: *l. 5. §. vlt. D. de seru. corrupt.* NATA bonorum possessio: *l. 8. §. 5. D. de bon poss. contr. tab* [*l. 14. D. commod. l. 5. §. 2. D. de praescript. verb. l. 94. §. 1. D. de solut.*] NASCITVR condictio: *l. 69. §. vlt. D. de legat. II. l. 58. pr. D. de solut. l. 13. pr. D. de reb cred. l. 6. l. 52. §. vlt D. de donat. int. vir. et vxor. l. 56. §. 2. D. de fideiussor. l. 38. §. 3. D. de vsur. l. 26. §. 13. D. de condict indeb.* Ex conuersatione aequali NASCITVR contemtio dignitatis: *l. 19. D. de offic. praesid.* NASCITVR crimen: *l. 1. D. ad leg. Fab. de plagiar.* NASCITVR exceptio: *l. 2. D. de recept. arb.* interdictum: *l. 40. D. de solut.* liberatio: *l. 94. §. 1. D. de solut.* Nondum NATA liberatio est: *l. 2. §. 1. D. de verb. oblig.* NASCITVR obligatio: *l. 5. pr. §. 1. D. de praescr. verb. l. 5. pr. l. 6. §. 4. D. de negot. gest. l. 21. §. 3. D. quod met. causs. l. 2. pr. D mand. l. 26. §. vlt. D. depos. l. 14. D. commod. l. 7. D. de nouat. l. 17. D. de pact. l. 13. §. vlt. D. commod.* NASCVNTVR obligationes: *l. 126. §. 2. D. de verb. oblig. l. 3. §. 1. D. de obl. et act. l. 2. §. 2. D. de reb. cred. pr. Inst. de auct. tut.* Obligationes aut ex contractu NASCVNTVR, aut ex maleficio: *l. 1. pr. D. de obl. et act.* NASCITVR peculium: *l. 40. pr. et §. 1. D. de pecul.* NATA est petitio: *l. 1. §. 21. D. de collat. bon.* Semel NATA inofficiosi querela. *l. 8. §. 10. D. de inoffic. testam.*

NASSA, cum retibus, fuscinis, nauiculis et hamis, instrumento piscatoris continetur. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 66.*

NATALIS, E. NATALI die, *l. 31. §. 8. D de donat. int. vir. et vxor.* Dies NATALIS Christi. *l. 7. C. de fer.* NATALIS professio: *l. 6. C. de fid. instrum* ‖ 2. Vsurpatur etiam substantiue NATALIS pro die natali. NATALIS sui die: *l. 3. §. 3. D. de minorib.* NATALI suo: *l. 5. D. qui test. fac. poss.* Nec homines tantum, sed et vrbes habebant suos NATALES. *l. 7. C. de fer.* Sic NATALIS vrbium regiarum. Cassiod. *Lib. VI. Hist. tripart. Cap. 30.* Quorum verborum explicationem pete ex nostro *Obseruationum diuini et humani iuris* libro. Vide et Sozom. *Lib. V. Hist. eccl. Cap 16.* et Suid. in verbo *μίλιον.* ‖ 3. NATALES, pluraliter, Sosipat. *Lib. I. p. 19. generis no-*

bilitatem significare ait, et ita accipitur *l. 46. §. 1. et l. 10. et l. 13. C. de probat.* Sic NATALIVM dignitas: *l. 7. C. de postlim. reuers. l. 69. §. 5. D. de iur. dot.* NATALIVM origo: *l 14. §. 3. D. de mun. et honor.* NATALIBVS reddi restituique liberti dicebantur, qui ad ingenuitatis statum a principe restituebantur, perinde, ac si numquam maculam seruitutis sustinuissent, sed ingenui nati essent: *l. 4. D. de iur. aur. anul. l. 3. l. vlt. D. de natal. restit.* Hinc NATALIBVS redditus: *l. 3. D. de bon. libert.* NATALIBVS restitutus: *l 1. D. de iur. aur. anul. l. 6. C. de suis et legit. l. 10. §. 3. D. de in ius vocand.* Plin. *Lib. X. Epist. 77. Postulantibus quibusdam, vt de adgnoscendis liberis restituendisque* NATALIBVS *cognoscerem* Vis autem huius verbi illa erat, quod illis NATALIBVS restituebantur, in quibus omnes homines initio fuerant. *l. 2. D. de natal. restit.* Hoc ius Iustinianus *τῆς παλιγγενεσίας δίκαιον*, seu *regenerationis ius* vocat *Nouella Constit. LXXVIII. Cap. 1.*

NATALITIVS, A, VM. [NATALITII dies vrbium maximarum, Romae et Constantinopolis: *l. 7. C. de fer. l. 2. C. Theod. eod. Lib. II. tit. 8.*] NATALITIVM munus. *l. 194. D. de verb. signific.*

NATIO, progente, ex qua quis natus est. Quia NATIONE sunt non infamata: *l. 31. §. 21. D. de Aedil. edict.* NATIONES quaedam, veluti Sarmatarum: *l. 25. D. de instr. vel instrum. leg.* [Qui mancipia vendunt, NATIONEM cuiusque in venditione pronunciare debent: *l. 31. §. 21. D. de Aedil. edict.* NATIO serui plerumque aut prouocat, aut deterret emtorem: *ibid.* NATIONEM serui scire, interest nostra: *ibid.* Quosdam seruos malos videri, quia ea NATIONE sunt, quae magis infamia est. *ibid.* Add. Dionys. Gothofredi *Not. lit. n*]

NATIVITAS. *l. 1. D. ad municipal.* NATIVITATIS veritas. *l. 2. C. de ordin. iudicior.*

NATIVVS, A, VM. NATIVVS color: *l. 70. §. 12. D. de legat. III* [NATIVAE curiae ese dicuntur, in qua qui statim, vt nati sunt, curiales esse coeperunt. *l. 122. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Decus NATIVAE libertatis amittit splendidioris gradus mulier, monetarii adhaerens consortio. *l. 7. pr. C. Inst. l. 10. pr. C. Theodos. de murilegul. Lib. X. tit. 20.*]

NATV, supinum posterius verbi NASCI. Qui grandes NATV sunt: *l. 11 D. de decurion.* Minor viginti quinque annis NATV. *l. 3. §. 3. D. de minor.*

NATVRA a D. Augustino *Lib. II. de morib. Manich.* nihil aliud esse dicitur, quam *id, quod in vnoquoque genere intelligitur aliquid esse.* Vnde NATVRA vim, conditionem, qualitatem, cuique rei inditam attributamque significat. At belle Seneca *Lib. IV. de benef. Cap. 7. Quid enim aliud est* NATVRA, *quam Deus, et diuina ratio, toti mundo, et partibus eius insita?* Thomas Magister

gister de vocab. Attic. p. 295. edit. Lamb. Bos. ΦΥΣΙΣ οὐσίας διαφέρει· οὐσία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἑκάστου ὕπαρξις. Φύσις δὲ ἡ ἐνοῦσά τινι δύναμις· οἷον φύσις τῆς γῆς, τὸ βλαστάνειν βοτάνας, καὶ φύσις τοῦ πυρὸς, τὸ θερμαίνειν. NATVRA ab essentia separatur. Essentia enim est ipsa cuiusque rei subsistentia; NATVRA autem, vis, quae cuique rei inest. Sic NATVRA terrae est, proferre herbas, NATVRA ignis, calefacere. [Et ita hoc vocabulum iurisconsultos, qui stoicos fere semper sequuntur, pro Deo passim vsurpasse, probat Cuiacius in l. 1. §. 2. D. de instit. et iure.] ¶ 2. Tribuitur autem NATVRA tum personis, tum rebus, hisque tam incorporalibus, quam corporalibus. NATVRA bestiarum fera; l. 2. §. vlt. D. ad leg. Aquill. NATVRA communis esse dicitur: l. 12. §. vlt. D. de accusat. quoniam ex aequo in omnes vim suam diffundit, et liberum a seruo non distinguit. Imperator Manuel Orat. III. Ἡ φύσις δὲ πᾶσι κοινὴ καὶ τὰ ταύτης ἡμῖν κοινὰ, καὶ ὑπὲρ αὐτῆς οὐδεὶς, οὔτε στέφανος. NATVRA omnibus communis, et quae eius sunt, nobis communia sunt, atque nemo, ac ne rex quidem, superior est. NATVRA rerum conditum, vt plura sint negotia, quam vocabula: l. 4. D. de praescr. verb. Quum mulier vnum gerit, nec per NATVRAM humanae conditionis alium partum formare potest, quod quidem post certum tempus conceptionis eueniet: l. 30. §. 6. D. de adquir. vel omitt. her. Cuius caussa NATVRA nobis eius corporis sanitatem dedit: l. 1. §. 7. D. de Aedil. edict. NATVRA id omnia animalia docuit: l. 1. §. 1. D. de instit. et iur. Quantum in NATVRA hominum sit: l. 38. D. de reb. cred. Omnes fructus rerum NATVRA hominum gratia comparauit: l. 28. D. de vsur. §. 37. D. de rer. diuis. Humanae NATVRAE congruum: l. 65. §. 3. D. de legat. III. Si ea conditio, quae NATVRA impossibilis est, inserta esset: l. 137. §. 6. D. de verb. obligat. Impossibilis conditio, cui NATVRA impedimento est, quo minus exsistat, veluti, si caelum digito attigero: §. 11. Inst. de inut. stipul. Nec rerum NATVRA intuenda, in qua omnia certa essent, quum futura vtique fierent: l. 28. §. vlt. D. de iudic. [NATVRA masculorum, id est, sexus: l. 17. C. Theod. de praet. et quaest. Lib. VI. tit. 4.] Vltra septimum fere gradum rerum NATVRA cognatorum gradum consistere non patitur: l. 4. D. de grad. et adfinit. NATVRA non permisit, simul vno impetu duos infantes de vtero matris excedere: l. 15. D. de statu hom. Si id, quod in confessionem venit, et ius et NATVRAM recipere potest: l. 14 §. vlt. D. de interrog. in iur. fac. Neque enim rerum NATVRA recipit, vt per eum aliquid possidere possimus, quem ciuiliter in mea potestate non habeo: l. 23. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. possess. NATVRAE veritas: l. 6. D. ad municipal ¶. 3. Ad res inanimatas, tum corporales, tum incorporales refertur NATVRA. Sic NATVRA actionis: l. 14. §. 13. D. de religios. l. 12. §. vlt. D. quod met. causs. l. 10. C. de pign. act. NATVRA agri: l. 2. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. Ex NATVRA ipsius aquae: l. 6. D. de aqu. quotid. et aestiu. NATVRA fluere solet aqua: l. 1. §. 1. §. 13. D. de aqu. et aqu. pluu. NATVRA nocet aqua: d. l. 1. §. 1. D. eod. tit. NATVRA cauillationis haec est: l. 177. D. de verb. sign. NATVRA contractus: l. 7. §. 5. D. de pact. depositi: l. 24. D. depos. [NATVRA dotibus praestita: rubr. C. de rei vxor. act. NATVRA emphyteuseos: §. 3. Inst. de locat. conduct.] NATVRA fluminis haec est, vt, cursu suo mutato, aluei caussam mutet: l. 30. §. 2. D. de adqu. rer. domin. Contra NATVRAM legati: l. 6. §. 1. D. de pecul. legat. [Omnibus legatis vna sit natura: §. 2. Inst de legat. NATVRA legatorum et fideicommissorum: §. 3. Inst eod. tit. NATVRA loci: l. 1. §. 13. D. de aqu. et aqu. pluu. Si locus ipse sui NATVRA damnum inferat: l. 24. D. de damn. inf. NATVRA locorum: l. 1. §. 3. D. de aqu. quotid. et aest. NATVRA negotii: l. 21. §. vlt. D. de testib. Nocendi NATVRAM deponunt venena: l. 35. §. 1. D. de contr. emt. NATVRA obligationis et obligationum: l. 9. §. 1. D. de duob. reis. l. 5. in fine D. de fideiussor. NATVRA seruitutium ea est, vt possideri non possint: l. 32. § vlt. D. de seruit. praed. vrban. Seruitutium non ea NATVRA est, vt aliquid faciat quis: l. 15. §. vlt. D. de seruit. NATVRA sui habet intermissionem seruitus viae: l. 13. D. de vsu et vsufr. leg. Contra NATVRAM societatis: §. 2. Inst. de societ. Omnes stipulationes NATVRA sui cautionales esse: l. 5. D. de stipul. praet. NATVRA venditionis: l. 139. D. de verb. obligat. ¶ 4. Frequens in primis est formula: IN RERVM NATVRA, pro, in mundo esse quae tum de personis; veluti: Si duobus res coniunctim legata sit, quamuis alter in rerum NATVRA non fuerit l. 16. D. de legat. I. Conceptus quodammodo in rerum NATVRA esse existimatur: l. 7. D. de suis et legit. Si in rerum NATVRA filius esse desiisset: l. 54. D. de fideic. libert. Si die fideicommissi cedente, filius et nepos eorum in NATVRA essent: l. 78. §. 10. D. ad SC. Trebell id est, in rerum natura. Postumus, qui ipse mortis tempore nondum in rerum NATVRA esset; l. 2. D. de collat. bonor. Qui in rerum NATVRA non esset, annorum quatuordecim non esse, non intelligitur: l. 22. D. quand. dies legat. Si seruus in rerum NATVRA esse desiit: l. vlt. D. quand. de peaul. act. Stichus, qui non sit in rerum NATVRA: l. 30. §. 1. D. de iureiur. Qui in vtero sunt, in toto paene iure ciuili intelliguntur in rerum NATVRA esse. l. 26. D. de statu hom. ¶. 5. Atque haec de personis; sequuntur exempla de rebus. Certum corpus, quod in rerum NATVRA non sit: l. 108. §. 10. D. de legat. I. Si consensum fuerit in corpus, id tamen in rerum NATVRA esse desierit: l. 15. D. de contr. emt. Quamdiu id, quod debet, in rerum NATVRA est: l. 20. D. de operis libert. Area, in qua aedificium positum est, non desiit in rerum NATVRA esse: l. 98. §. vlt. D. de solut. Quod in rerum NATVRA esse desiit: l. 21. D. de hered. petit. l. 50. D. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. D. de negot. gest. In re. Quae ipsi, vt in rerum NATVRA essent, fecimus: l. 3. §. 21. D. de adquir. vel amitt. possess. Quum fundus Cornelianus in rerum NATVRA sit: l. 40. D. de condit. et demonstr. Si hereditas venierit eius, qui viuit, aut nullius sit, nihil esse acti, quia in rerum NATVRA non sit, quod venierit: l. 1. D. de hered. vel act. vend. Restitui hypothecam, si in rerum NATVRA sit: l. 13. §. 5. D. de pignor. Etiamsi in rerum NATVRA legatum non fuisset: l. 3. D. de confess. Si res, quae legata

est, an in rerum NATVRA sit, dubitetur: *l. 69. §. vlt. D. de legat. I.* Ne in rerum NATVRA non esset: *[illegible]. vlt. D. de administr. et peric. tut.* Opera in actu consistit, nec ante in rerum NATVRA est, quam si dies venit, quo praestanda est: *l. 1. D. de oper. seru.* Quod in rerum NATV- non esset: *l. 19. D. de in rem vers.* Quod in rerum NATVRA adhuc non sit, legari posse constitit: *l. 24. D. de legat. I.* Cuius culpa factum non sit, ne res in rerum NATVRA sit: *l. 48. D. eod. tit.* Si tabulae in rerum NATVRA non fuerint: *l. 84. §. 7. D. eod. tit.* In rerum NATVRA non est triticum, cuius singuli modii pondo centum pendeant: *l. 7. §. vlt. D. de trit. vin. ol.* ¶. 6. Similis est formula: PER RERVM NATVRAM. Per rerum NATVRAM factum negantis nulla est probatio: *l. 23. C. de probat.* Nihil peti potest ante id tempus, quo per rerum NATVRAM persolui potest: *l. 46. D. de regul. iur.* Quum res per rerum NATVRAM praestari potest: *l. 73. D. de verb. oblig.* Quum per rerum NATVRAM certum fuerit, vnum nasci: *l. 28. D. de iudic.* ¶. 7. Saepe loco formulae *per rerum* NATVRAM, absulute ponitur NATVRA, vel *rerum* NATVRA. Si ea sint loca, quae NATVRA non admittant aquam: *l. 1. §. 3. D. de aqu. quotid. et aest.* Quae NATVRA diuisionem non admittunt: *l. 2. D. de verb. oblig.* NATVRA durior conditio: *l. 31. D. de condit. et demonstr.* Sicut substituta pecora statim propria fructuarii fiunt, ita priora quoque, ex NATVRA fructus desinunt esse: *l. 69. D. de vsufruct.* NATVRA impediuntur, ne iudices sint, surdus, mutus, et perpetuo furiosus et impubes: *l. 12. §. 2. D. de iudic.* Ne cum filiofamilias pater furti agere possit, non iuris constitutio, sed NATVRA rei impedimento est: *l. 16. D. de act.* NATVRA cognati manent etiam adgnati capite deminuti: Vlpian. *tit. XXVIII. Reg. §. 9.* Sicut impendia cibariorum in seruum, cuius vsusfructus ad aliquem pertinet, ita et valetudinis impendia ad eum respicere, NATVRA manifestum est: *l. 45. D. de vsufr.* Furiosum, siue stipuletur, siue promittat, nihil agere, NATVRA manifestum est: *l. 1. §. 12. D. de oblig. et act.* Ipsa NATVRA manifestissimum est, incerti esse hanc stipulationem, si quis id, quod ex Arethusa, ancilla, natum erit, aut fructus, qui in fundo Tusculano nati erunt, stipuletur: *l. 75. §. 4. D. de verb. obligat.* Sententia, cui pareri rerum NATVRA non potuit: *l. vlt. D. quae sent. sine adpellat.* Quae rerum NATVRA prohibentur, nulla lege confirmata sunt: *l. 186. §. vlt. D. de reg. iur.* Vectura, sicut vsura non NATVRA prouenit, sed iure percipitur: *l. 62. D. de rei vind.* Qui NATVRA spadones sunt: *l. 128. D. de rei vind.* NATVRA sterilis, et *vitio corporis*, opponuntur: *l. 14. D. de Aedil. edict.* Sua NATVRA intercidisse Caius dicit rem, quae fato suo functa est: *l. 14. §. vlt. D. depos.* Sua NATVRA corrupta vina: *l. 15. D. de peric. et commod. rei vend.* Acceptilatio non sua NATVRA agit: *l. 5. D. de rescind. vendit.* id est, non propria vi et potestate. Sui NATVRA patefactae tabulae: *l. 10. §. 1. D. testam. quemadm. aper.* Quae NATVRA sui possibilia sunt: *l. 38. D. de verb. oblig.* Quae non a patre, sed a genere, a ciuitate, a rerum NATVRA tribuuntur. *l. 3. D. de interd. et relegat.* ¶. 8. Ita et aliquid CONTRA NATVRAM esse dicitur. Contra NATVRAM dominio alieno subiicitur: *l. 4. §. 1. D. de statu hom.* Contra NATVRAM est, vt, quum ego aliquid teneam, tu quoque id tenere videaris: *l. 3. §. 5. D. de adquir. vel amitt. possess.* Contra NATVRAM habitus corporis: *l. 1. §. 7. D. de Aedil. edict.* Motus corporis contra NATVRAM: *l. 60. D. de re iudic.* Commota contra NATVRAM fera. *l. 1. §. 1. D. si quadr. paup. fec.* ¶. 9. NATVRA, pro naturali iure, seu naturali ratione. Hoc NATVRA aequum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem: *l. 14. D. de condict. indeb.* id est, iure naturae, vt *l. 206. D. reg. iur.* Est NATVRA aeqoum, tamdiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim, et vt possim reuocare, quum mutauero volontatem: *l. 2. D. de precar.* NATVRA aequum est, non esse impunitum eum, qui spe libertatis audacior factus est: *l. 1. D. si is, qui test. lib.* Est NATVRA aequum, liberari filium, vel seruum obligatione, per peculii deductionem: *l. 11. D. de pecul.* NATVRA superficies solo cohaeret: *l. 24. D. de legat. III.* Vim vi repellere licere, Cassius scribit, idque ius NATVRAE comparatur: *l. 1. §. 1. D. de vi et vi armat.* NATVRA enim, vt Cicero *in Topic. Cap. XXIII.* ait, *habet duo, tuitionem sui, et vl[illegible]ndi ius.* Is NATVRA debet, quem iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus: *l. 86. §. vlt. D. de reg. iur.* NATVRA debere: *l. 47. D. ad SC. Trebellian. l. 26. §. 12.* et *l. 41. D. de cond. indeb. l. 10. D. de verb. sign. l. 31. D. de hered. petit. l. 1. §. 17. D. ad leg. Falcid.* NATVRA debitor: *l. 19. D. de negot. gest. l. 57. §. vlt. D. de condict. indeb.* NATVRA debitum: *l. 1. §. vlt. D. de constit. pecun. l. 60. D. de fideiuss.* NATVRA grauiora sunt incestus, quam adulterii, crimina: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Quid NATVRA nobis iucundius, quid carius esse filia voluit? Cic. *Lib. I. in Verr. Cap. 44.* NATVRAE *ius est, quod nobis non opinio, sed quaedam nata vis inseruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem,* Cic. *Lib. II. de inuent. Cap. 53.* NATVRA *ius est, quod cognationis, aut pietatis caussa obseruatur, quo iure parentes a liberis, et a parentibus liberi coluntur.* Idem *Lib. II. ad Herenn. Cap. 13.* Iure NATVRAE aequum est, neminem cum alterius detrimento et iniuria fieri locupletiorem: *l. 106. D. de regul. iur.* Lex NATVRAE est, vt, qui nascitur sine legitimo matrimonio, matrem sequatur: *l. 24. D. de stat. homin.* [NATVRAE ipsius leges velle rescindere, sufficit ad criminis molem: *l. 12. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.*] NATVRA mare omnibus patet: *l. 13. D. commun. praed.* id est, naturali iure cummune est, vt *l. 2. D. de reg. iur.* NATVRA *non patitur, vt aliorum spoliis nostras facultates, copias, opes augeamus. Neque vero hoc solum* NATVRA, *id est, iure gentium, sed etiam legibus populorum constitutum.* Cicero *Lib. III. de offic. Cap. 5.* [NATVRAE peregrini dicuntur magi et malefici: *l. 6. C. de males. et mathem.* et *l. 5. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 16*] NATVRAE religio flagitat: *l. 28. C. de inoffic. testam.* et *l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. II. tit. 19.* quae religio pietatis vocatur in *l. 18. C. Iustin. eod. tit.* Secundum NATVRAM est, cummoda cuiusque rei

eum

eum sequi, quem sequuntur incommoda: *l. 10. D. de regul. iur.* Inter collibertos, matrem et filium, pietatis ratio secundum NATVRAM salua esse debet. *l. 1. D. de obsequ. parent. et patr.* Cicero *Lib. III. de offic. Cap. 5.* *Maxime est secundum* NATVRAM *humani generis societas.* Idem *ibid.* *Detrahere aliquid alteri et hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra NATVRAM, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera, quae possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.* Liberos NATVRAE simul et parentium commune votum ad parentium bona admittit. *l. 7. §. vlt. D. si tab. test.* ¶ 10. NATVRA, pro necessitudinibus. [Sic NATVRAE restituere, id est, heredibus naturalibus. *l. 9. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

¶. 11. NATVRAE concedere, id est, mori: *l. 1. C. ad SC. Tertull.* nec non a NATVRA recedere. *l. 3. C. de confess.*

NATVRALIS, E. quidqoid a natura est, vel naturae conuenit. Praesumtio propter NATVRALEM adfectum facit, omnio videri patri concessa: *l. 08. §. 3. D. de liberat. leg.* NATVRALIS adpellatio bonorum: *l. 49. D. de verb. signif.* NATVRALI aequitati edicto de pecunia constituta praetor fooet: *l. 1. D. de pecun. constit.* NATVRALI aequitate motus proconsul omnibus cognatis promittit bonorum possessionem, quos sanguinis ratio vocat ad hereditatem: *l. 2. D. vnd. cogn* Celsus NATVRALI aequitate motus: *l. 3. §. 7. C. de condict. causs. dat* Nihil tom cooueniens est NATVRALI aeqoitati, quam voluntatem domini, volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi: *§. 40. Inst. de rer. diuis.* NATVRALI aequitate introductum est postliminium, vt, qui per iniuriam ob ex rraneis detinebatur, is, vbi in fines suos redisset, pristinum ius suum reciperet: *l. 19. D de capt. et postlim.* Actio quae proficiscitur ex edicto, si is, qui testamento liber, NATVRALEM potius in se, quam ciuilem haber aequitatem: *l. 1. pr. D si is, qui test.* Thesauros, quos qoisque in loco suo inuenerit, D. Hadrianus, NATVRALEM sequutus aeqoitatem, ei coocessit, qui inoenerit: *§. 39. Inst. de rer. diuis.* Ne cui dolus suus per occasionem iuris ciuilis contra aequitatem NATVRALEM prosit: *l. 1. D. de dol. mal. et met. except.* NATVRALIS agger, et *manu factus*, opponuntur: *l. 2. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* NATVRALIS alueus fluminis: *l. 7. §. 4. D. de adqu. rer. domin. §. 03. Inst. de rer. diuis.* NATVRALIS auus, *adoptiuo* opponitur, *l. 1. §. 12. D. de ventr. in possess.* et ita NATVRALEM auum accipe *l. 17. D. ad municipal. l. 6. §. vlt. et l. 14. §. 1. D. de bon. poss. contra tab.* Vellei. Paterculus *Lib. II. Cap. 112.* *Qui eodem die, quo Tiberius adoptatus ab auo suo naturali erat.* NATVRALIS bonitas vini, aut olei: *§. 13. Inst. de leg. Aquill.* Quod ex caelo cadit, etsi oon adsidue fit, ex NATVRALI tamen caussa fit: *l. 28. D. de seruit. praed. vrban.* Stillicidii quoque immitteodi NATVRALIS er perpetua caussa esse debet: *ibid* Superesse NATVRALEM caussam, quae inhiberet repetitiooem: *l. 3. § vlt. D. quod quisque iur. in alt. stat.* Sic et NATVRALIS caussa, et *imposititia*, opponuntur *l. 5. §. 9. D. de nou. oper. nunc.* NATVRALIS cognatio per se, sine ciuili cognatione, intelligitur, quae per feminam descendit, quae vulgo liberos peperit: *l. 4. §. 2. D. de grad. et adfinit.* NATVRALI cognatione docti: *l. 17. §. 1. D. de adopt.* NATVRALIS color: *l. 70. § 12. D. de legat. III.* Indebiti soluti condictio NATVRALIS est: *l. 15. D. de condict. indeb.* Falsae confessiones NATVRALIBVS conuenire debent: *l. 13. D. de interrog. in iur. fac.* NATVRALIS cursus fluminis: *l. 1. C. de alluu.* certior aestate, quam hieme: *l. 1. §. 8. D. ne quid in flum publ.* NATVRALIS datio: *l. 8. D. de pecul.* [NATVRALE magis, quam ciuile debitum aliquando spectandum: *l. 40. §. 3. D. de condit. et demonstr.* NATVRALE debitum: *l. 8. §. 4. D. rat. rem habit.* Si quod dominus seruo debuit, manumisso soluit, NATVRALE adgnouit debitum: *l. 64. D. de condict. indeb.* NATVRALE magis, quam ciuile debitum: *l. 40. §. 3. D. de condit. et demonstr.* Nihil tam NATVRALE est, quam eo genere quidque dissolui, quo colligatum est: *l. 35 D de regul. iur.* Casum adoersamque fortunam spectari homiois liberi, neque ciuile, neque NATVRALE est: *l. 38 D. de verb. obl* NATVRALIS hominum ad dissentiendum facilitas: *l. 17. D. de recept. arbitr.* NATVRALIS familia *adoptiuae* opponitur: *l. 1. § 4. D. vnd. cognat.* NATVRALIS feritas bestiarum: *l. 1. §. 1. D. si quadr. paup. fec.* Filia NATVRALIS: *l. 40. D. de fideic. libert. l. 88. §. 1. D. de legat. II. l. 11. D. de manumiss.* FILIVS naturalis vel *legitimo*, vel *adoptiuo* opponitur. Priore sensu FILIOS NATVRALES definit Isidorus *Lib. IX. Orig. Cap. 3.* *ingenuarum concubinarum filios, quos sola natura genuit, non honestas coniugii.* Quae verba transscripsit Gratianus in *can. vlt. quaest. 32.* Theophilus *in §. vlt. Inst. de nupt.* Ἐμιγνύμην μὲν ἐγώ τινι γυναικὶ, πρὸς ἣν νόμιμον ἐκ ἐκωλυόμην συστήσασθαι γάμον· ἐμιγνύμην δὲ αὐτῇ, ἐχ ὡς γαμετῇ, ἀλλ᾽ ὡς πόρνῃ τυχὸν, ἢ παλλακῇ. ἐτέχθησαν παῖδες ἐντεῦθεν, ἐκ εἰσὶν in potestate, διὰ τὸν γάμον μὴ προηγεῖσθαι. ἀλλ᾽ ἐστὶ φυσικὸς ὁ παῖς. *Si cum muliere aliqua rem habui, cuius mihi matrimonium legibus interdictum non fuerat, habui autem cum ea consuetudinem, non vt cum vxore, sed cum meretrice forsan, vel cum concubina, et ex ea nati sunt liberi: in potestate mea hi non sunt, quia matrimonium non praecessit, sed NATVRALIS est filius.* Thomas Magister: Φυσικὸς υἱὸς, ὁ ἐκ πορνείας γεγονὼς τινι ᾧ ἐναντίον ὁ γνήσιος, ᾧ πάλιν ἐναντίον ὁ νόθος, ὃν λέγουσιν υἱόθετον. *NATVRALIS filius ex stupro natus, cui opponitur legitimus, et huic rursum NOTHVS, quem* υἱόθετον *vocant.* D. Augustious *Lib. IV. aduers. Iulian.* *Ac per hoc et ea, quae cum feminis committuntur, stupra laudaris, quia et illic vsus naturalis est, quamuis damnatus, quia legitimus non est. Vnde et filii non legitimi, sed NATVRALES vocantur, qui inde nascuntur.* Idemque *Lib. VI. Confess. Cap. 13. et 15.* NATVRALEM *filium suum* adpellat, *ex eo susceptum, quam vnam habebat, non legitimo coniugio cognitam, sed vago ardore et prudentiae inopia indagatam.* Et talium NATVRALIVM liberorum plerumque quasi seruorum, vel ex seruitute manumissorum fit mentio, veluti in his, quae sequuntur: Libertinum, qui filio suo NATVRALI, quem in seruitutem susceperat, postea manumisso, pupillam in matrimonio collocauit: *l. 4. C. de interd. matrim.* Si ea lege Chrestes seruum suum, sed NATVRALEM filium venumdedit: *l. 2.*

NAT.

C. si manc. ita fuer. alien. NATVRALIS meus filius seruit tibi: l. 5. pr. D. de praescr. verb. Si quis ingenuam ab hostibus redemtam eo animo secum habuerit, vt ex ea susciperet liberos, et postea ex se natum sub titulo NATVRALIS filii cum matre manumiserit: l. 21. pr. D. de capt. et postlim. Qui filium NATVRALEM possidet, non eo locupletior est, quod eum plurimo, si alius possideret redemturus fuit: l. 33. D. ad leg. Aquill. l. 66. D. ad leg. Falcid. Lucius Titius libertis suis, hisdemque filiis NATVRALIBVS vniuersas res suas tradidit: l. 19. §. 1. D. quae in fraud. cred. Et ita NATVRALES filii accipiuntur l. 7. D. de confirm. tut. l. 17. §. 4. D. ad SC. Trebell. et apud Paull. Lib. V. tit. 6. §. vlt. Aliquando contra NATVRALIS filius opponitur adoptiuo, veluti l. 5. D. de grad. et adfin. Sic et NATVRALIS frater: l. 19. D. de manumiss. l. 79. §. 3. D. de legat. I. NATVRALIS frater sororue: l. 11. D. de manumiss. vind. NATVRALE impedimentum: l. 137. §. 4. D. de verb. obligat. NATVRALEM habet intellectum: l. 5. D. de seru. export. NATVRALIS interitus: l. 14. §. vlt. D. deposit. NATVRALE ius est, quod natura omnia animalia docuit. Nam ius istud non solum humani generis proprium est, sed omnium animalium, quae in terra, quae in mari nascuntur, auium quoque commune est. l. 1. §. 3. D. de iustit. et iur. Quod ad ius NATVRALE attinet, omnes homines aequales sunt: l. 32. D. de regul. iur. Libertas NATVRALI iure continetur: l. 64. D. de condict. indeb. NATVRALI iure communia sunt illa, aer, aqua profluens, mare, et per hoc littora maris: l. 2. D. de rer. diuis. lapilli, gemmae, ceteraque, quae in littore, maris inueniuntur, iure NATVRALI statim nostra fiunt: l. 3. D. eod. tit. §. 18. Inst. de rer. diuis. Item ea, quae ex animalibus dominio tuo subiectis nata sunt, eodem iure tibi adquiruntur: §. 19. Inst. eod. tit. NATVRALI iure superficies ad dominum soli pertinet: l. 50. D. ad leg. Aquill. Aedium, quae in conducto solo positae sunt, proprietas, et ciuili, et NATVRALI iure eius est, cuius et solum: l. vlt. D. de superfic. Per traditionem iure NATVRALI res nobis adquiruntur. §. 40. Inst. de diuis. rer. Agni, hoedi, vituli, equuli et suculi statim NATVRALI iure domini fructuarii sunt: §. 37. Inst. de rer. diuis. Quarumdam rerum dominium nanciscimur iure NATVRALI, quod adpellatur ius gentium: §. 11. Inst. eod. tit. Vetustius est ius NATVRALE, quod cum ipso genere humano rerum natura prodidit: ibid. NATVRALE ius in contrahendis matrimoniis inspiciendum est: l. 14. §. 1. D. de ritu nupt. NATVRALI iuri contraria seruitus. Iure enim NATVRALI omnes homines liberi ab initio nascebantur. §. 2. Inst. de iur. nat. gent. Impuberes in tutela esse, NATVRALI iuri conueniens est, vt is, qui perfectae aetatis non sit, alterius tutela regatur. §. vlt. Inst. de Atilian. tut. Quaedam cognationes iure NATVRALI connectuntur: l. 4. §. 2. D. de grad. et adfin. Pupillus mutuam pecuniam accipiendo ne quidem iure NATVRALI obligatur: l. 59. D. de obligat. et action. Si naturales emancipati et adoptati iterum emancipati sunt, habent ius NATVRALE liberorum: l. 4. D. si tab. test. Si quis emancipatum filium exheredauerit, eumque postea adrogauerit, iura NATVRALIA in eo praeualent, l. 8. §. 7. D. de bon. poss.

NAT.

contr. tab. Ciuilis ratio NATVRALIA iura corrumpere non potest: l. 8. D. de cap. minut. NATVRALIA iura, quae apud omnes gentes peraeque seruantur, diuina quadam prouidentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent: §. vlt. Inst. de iur. nat. gent. et ciu. Terra marique capta, quum in suam NATVRALEM laxitatem peruenerant: l. 44. D. de adqu. rer. dom. Si aprum meum ferum in suam NATVRALEM laxitatem dimisissem: l. 55. D. eod. tit. Lege NATVRALI prohibitum est furtum admittere: l. 1. §. vlt. D. de furt. NATVRALES liberi interdum adoptiuis opponuntur: l. 5. D. de his qui sui vel al. iur. l. 5. l. 10. D. de senator. l. 6. D. de SC. Tertull. et apud Vlpian. tit. VIII. Reg. §. 1. Sueton. in Tiber. Cap. LII. Filiorum neque NATVRALEM, Drusum, neque adoptiuum, Germanicum, patria caritate dilexit. Et sic NATVRALES liberi eos, significant, qui natiuitate ex iustis nuptiis quaesiti sunt: l. 2. §. vlt. D. de suis et legit. l. 21. §. 3. D. de iur. patron. l. 7. D. ad SC. Tertull. At saepe liberi NATVRALES vocantur, qui vulgo, vel extra nuptias quaesiti, vel ex serua nati, vel in seruitute suscepti sunt, vti l. 3. pr. D. de liberal. causs. l. 38. D. de reb. auct. iud. possid. l. vlt. C. de confirm. tut. rubr. et tot. tit. C. de natural. lib. Iustinianus illos in Nouella LXXIV. et LXXXIX. νόθους vocat. Quinctilian. Lib. III. Cap. 8. Νόθον, qui non sit legitimus, Graeci vocant. Latinum rei nomen, vt Cato quoque in oratione quadam testatus est, non habemus: ideoque vtimur peregrino. Quum ferae bestiae et volucres euaserint custodiam nostram, et in libertatem NATVRALEM se receperint: l. 3. D. de adquir. rer. domin. NATVRALEM libertatem recipere intelligitur, quidquid oculos nostros effugerit, vel ita sit in conspectu nostro, vt difficilis sit eius persequutio: l. 5. D. eod. tit. §. 12. Inst. de diuis. rer. Ferae in libertate NATVRALI relictae: l. 3. §. 2. D. de adquir. rer. dom. NATVRALIS est omnium gentium locatio: l. 1. D. locat. NATVRALIS maturitas: l. 42. D. de vsu et vsufr. legat. NATVRALIS motus arboris: l. 7. D. de seruit. praed. vrb. Nepos NATVRALIS ab auo adoptatus: l. 2. §. 6. D. de SC. Tertull. Cognati nomen NATVRALE est: l. 10. §. 1. D. de gradib. [NATVRALE nomen, l. 123. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. dicitur id, cui quis ipsa natiuitate sua obstringitur:] NATVRALIS obligatio ciuili aduersatur: l. 19. pr. et l. 38. D. de condict. indeb. l. 1. D. de nouation. l. 6. l. 7. l. 2. D. de fideiuss. l. 126. §. 2. D. de verb. oblig. l. 59. l. 64. D. ad SC. Trebell. l. 10. D. de obl. et act. Sane NATVRALEM obligationem Paullus in l. 126. §. vlt. versu superest. D. de verb. oblig. dixit, quae ex naturali facto, id est, numeratione oritur, ad differentiam eius, quae verbis contrahitur. NATVRALIS oportunitas: l. 26. §. 12. D. de condict. indeb. Ciuitatem, ex qua NATVRALEM originem ducit: l. 6. §. 1. D. ad municipal. NATVRALES parentes adoptiuis opponuntur: l. 6. §. vlt. D. de bon. possess. contr. tab. NATVRALIS pater, interdum adoptiuo aduersatur, vt l. 44. §. 4. D. de rit. nupt. l. 30. D. de inoffic. testam. l. 22. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. l. 10. §. 1. l. 11. D. de bon. possess. contr. tab. l. 107. l. 132. D. de verb. oblig. l. 20. §. vlt. l. 27. §. 1. D. de pecul. legat. Et ita NATVRA-

LIS

NAT.

LIS pater ad differentiam *adoptiui* accipiendus est, *l. 23. D. de adoption. l. 6. l. 8. D. de in ius voc. l. 7. §. 1. D. de Carbon. edict. §. 13. et §. 14. Inst. de hered. quae ab intest.* et apud Paull. *Lib. II. Sent. tit. 26. §. 1.* qui et *natura pater* dicitur, vti apud Terent. Adelph. *Act. V. scen.* 7. Demea Aeschini:

Tuus herede vera et animo et natura pater.

Mitio etiam, coi Aeschinum adoptandum Demea dederat, eiusdem comoediae *Act. I. scen.* 2. ad Demeam: *Natura*, inquit, *tu illi pater es, consiliis ego.* Cicero *Philipp. III. Cap. 6. Ignobilitatem obiicit C. Caesaris filio, cuius natura pater, si vita suppeditasset, consul fuisset.* Alias NATVRALIS pater dicitur, qoi ex concubinatu, vel ancillae consuetudine, non ex iostis nuptiis suscepit. *l. 40. pr. D. de fideicomm. libert. l. 19. D. de manumiss. l. 88. §. 12. D. de legat. II.* Et ita NATVRALIS pater *iusto* opponitur. *l. 3. C. ad leg. Iul. de adult.* Veluti NATVRALIS pignoris vinculum: *l. 2. C. de post. reuers.* NATVRALIS possessio: *l. 38. §. 8. D. de vsur. l. 2. §. vlt. D. pro hered. l. 1. D. de adquir. vel amitt. poss.* id est, corporalis, vt loquitur *l. 40. §. vlt. D. de pign. act. l. 24. l. 25. §. vlt. D. de adquir. vel amitt. possess.* quum videlicet quis corpore rei incumbit: eaque ciuili possessioni, quae animo et adfectu retinetur, opponi solet. Si possessionem NATVRALEM reuocem, vt in deposito et commodato: *l. 38. §. 8. D. de vsur.* Obligationes, quae NATVRALEM praestationem habere intelliguntur: *l. 8. D. de capit. minut.* Quod NATVRALIS ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peraeque custoditur: *l. 9. D. de iust. et iur.* Ius geutium ratione NATVRALI inter omnes homines peraeque seruatur: *l. 1. D. de adquir. rer. domin.* Ratio NATVRALIS, qusi lex quaedam tacita, liberis parentium hereditatem addicit, velut ad debitam successionem eos vocando: *l. vlt. D. de bon. damnat.* Aduersus periculum NATVRALIS ratio permittit se defendere: *l. 4. D. ad leg. Aquill.* NATVRALIS ratio suadet, vi filiifamiliarum in nuptiis cootrahendis consensum habeant parentium, in quorum potestate sunt: *pr. Inst. de nupt.* NATVRALIS ratio suasit alienam conditionem meliorem quidem etiam ignorantis et inuiti nos facere posse, deteriorem non posse: *l. 39. D. de negot. gest.* Fructus intelligi, deductis impensis, quae quaerendorum, cogendorum, conseruandorumque eorum gratia fiunt, non solum in bonae fidei possessoribus NATVRALIS ratio expostulat, verum etiam in praedonibus: *l. 36. D. de hered. petit.* NATVRALEM rationem efficere, vt, qui materiae dominus fuerit, idem eius qooqoe, quod ex eadem materia factum sit, dominus esset: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin.* NATVRALI ratione cibaria ad eum pertinent, qui vtendum seruum acceperit: *l. 18. §. 2. D. commod.* NATVRALI ratione parens a filio ali debet: *l. 5. §. 16. D. de adgnosc. et al. lib.* Quod nullius est, id ratione NATVRALI occupanti conceditur: *l. 3. D. de adquir. rer. dom.* Si quis a non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, NATVRALI ratione placuit, fructus, quos percepit, eius esse, pro cultura et cura: *§. 35. Inst. de diuis. rer.* Si arbor, quae in confinio nata est, fuccisa sit, vel lapis, qui per vtrumque fundum extenditur, exemtus, NATVRALI conuenit ratione, tantam partem vtrumque habere, tam in lapide, quam in arbore, quantam et in terra habebat *l. 83. D. pro soc.* NATVRALI ratione nulla est probatio negationis: *l. 10. C. de non num. pecun.* Si id, quod dare stipulemur, tale sit, vt dari non possit: palam est, NATVRALI ratione inutilem esse stipulationem: *l. 1. §. 9. D. de oblig. et act.* NATVRALI ratione communis paries: *l. 8. D. de seruit. praed. vrban.* SCo non id effectum est, vt pecuniae vsusfructus proprie esset, uec enim NATVRALIS ratio auctoritate Senatus commutari potuit: *l. 2. D. de vsufr. ear. rer.* [NATVRALIS ratio et pietas, pro adfectu naturali parentum erga liberos: *l. 14. C. de his, qui accus. non poss.* Nec quisquam dixerit, in eo, qui obdormiuit, rem eum humanam, et NATVRALEM passum: *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.* Flumen NATVRALEM rigorem cursus sui tenens: *l. 1. §. 5. D. de flumin.* NATVRALIS soboles: *l. 2. C. de adopt.* Contra NATVRALES stimulos facit pater, qui se numero liberorum excusare tentat, quum vni ex filiis curator petitur: *l. 36. §. vlt. D. de excusat.* NATVRALI vi, velut terrae motu: *l. 59. D. locat.* NATVRALE vinculum: *l. 59. D. de condict. indeb.* NATVRALE vitium est, negligi, quod communiter possidetur, vtque se habere nihil, qui non totum habeat, arbitretur: *l. 2. C. quand. et quib. quart. pars. Lib. X.* NATVRALE vitium loci: *l. 24. §. 2. D. de damn. infect.*

NATVRALITER, interdum est naturali iure. Sic NATVRALITER sibi aliquem ad remunerandom obligare: *l. 25. §. 11. D. de hered. petit.* NATVRALITER obligabitur pupillus, in quantum locupletior factus est: *l. 5. D. de auct. et cons. tut. et curat.* Qui alio interrogante sine verbis adnuit, non tantum ciuiliter, sed nec NATVRALITER obligatur: *l. 1. §. 2. D. de verb. oblig.* NATVRALITER etiam seruus obligatur: *l. 13. D. de cond. indeb.* Serui ex contractibus ciuiliter quidem non obligantur, sed NATVRALITER et obligantur, et obligaot: *l. 14. D. de obligat. et act.* Ae plane quum seruum debere, vel seruo deberi dicimus, factum magis demoostramus, quam ad ius ciuile referimus obligationem: *l. 41. D. de pecul.* Dummodo sequens obligatio aut ciuiliter teneat, aut NATVRALITER: vt puta si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit. *l. 1. §. vlt. D. de nouat.* NATVRALITER teneri. *l. 21. §. 2. D. de fideiuss.* ¶. 2. Alias NATVRALITER, est naturali ratione. NATVRALITER concessum est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit, pluris vendere, et ita inuicem se circumscribere: *l. 22. §. vlt. D. locat.* In pretio emtionis venditionis NATVRALITER licere contrahentibus se circumuenire: *l. 16. D. de minor.* Licet etiam seruis NATVRALITER in suum corpus saeuire: *l. 9. §. 7. D. de pecul.* NATVRALITER videtur ad mortuum pertinere locus, in quem infertur. *l. 4. D. de religios.* ¶. 3. NATVRALITER, interdum significat corporaliter, re ipsa, et, vt vulgo loquimur, *realiter.* Et ita quoque NATVRALITER, et *ciuiliter*, opponuntur. Ea, quae ciuiliter adquiruntur, veluti stipulatio: quod NATVRALITER adquiritur, sicuti est possessio: *l. 53. D. de adquir. rer. domin.* Possessio, nisi NATVRALI-

NAT. NAV.

TER comprehensa, ad heredes institutos non pertinet: *l. 23. D. de adquir. possess.* id est, nisi corpore adprehensa, vt *l. 51. D. eod. tit.* Possessor non solum qoi ciuiliter, sed et qui NATVRALITER incumbat possessioni: *l. 3. §. vlt. D. ad exhib.* NATVRALITER indiuisa res: *l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* NATVRALITER interrumpitur possessio, id est, facto naturali et corporali, quum quis de possessione vi deiicitur, vel res mobilis ei eripitur: *l. 5. D. de vsurp. et vsuc.* NATVRALITER liberationem consequutus: *l. vlt. C. ad exhib.* NATVRALITER possidere, id est, corpore, vt *l. 25. §. vlt. D. de adquir. possess.* seu corporaliter, vt *l. 24. D. eod. tit* et *l. 1. C. comm. de vsucap.* Qui enim corpore possessioni incumbit, atque insistit, NATVRALITER tenere, et possidere dicitur. Deiicitur is, qui possidet, siue ciuiliter, sioe NATVRALITER possideat: *l. 1. §. 9. D. de vi et vi arm.* Coloni, et qui depositum susceperunt, NATVRALITER possident: *l. 7. §. 11. D. commun. diuid.* NATVRALITRR possidere videtur, qui vsumfructum habet: *l. 12. D. de adquir. possess.* Qoo magis NATVRALITER possideretur, nullum esse locum tutoris auctoritati; *l. vlt. §. vlt. D. de precar.* NATVRALITER resoluitur obligatio: *l. 107. D. de solut.* puta, numeratione, praestatione, solotione, vel rei debitae interitu ante moram. Solutam pecuniam intelligimus, vtique NATVRALITER, si numerata sit creditori: *l. 49. D. de solut.* Seruus NATVRALITER a fructuario tenetur: *l. 49. D. de adquir. possess.* Fdiam, quae NATVRALITER agros tenuit: *l. 35. D. famil. ercisc.* Peculium seruus ciuiliter quidem possidere non potest, sed NATVRALITER tenet: *l. 24. D. de adquir. possess.*

¶. 4. NATVRALITER quoqoe idem est, ac sui natura. Aperire videtur tabulas, qui NATVRALITRR aperit: *l. 3. §. 19. D. de SC. Silan.* Si quis tabolas quidem non aperuit NATVRALITER, linum autem inciderit; eadem *l. 3. §. 23. D. eod. tit.* Si non sint ligatae tabulae, sed tantum NATVRALITER clausae: *l. 3. §. 19. D, eod. tit.* NATVRALITER aqua decurrit; *l. 1. §. 10. D de aqu et aqu. pluu.* Debiti vel non debiti ratio in condictione NATVRALITER intelligenda est: *l. 64. D. de condict. indeb.* NATVRALITER nocet aqua: *l. 18. D. de aqu. et aqu. pluu.* Semper inferior ager superiori seruit, atque hoc incommodum NATVRALITER patitur inferior ager a soperiore; *d. l. 1. §. 12. D. eod: tit.* NATVRALITER ad inferiorem agrum perueniens aqua: *l. 1. § 10. D. eod. tit.* Earum rerum NATVRALITER inter se pugna est, testatus et intestatus: *l. 7. D. de reg. iur.* ¶. 5. Sic et NATVRALITER, et *opere facto* opponuntur. *l. 1. §. 10. D. de aqu. et aqu. pluu.* Seruitus NATVRALITER, non manu facto laedit fundum seruientem: *l. 20. §. 1. D. de seruit. praed. rustic.* NATVRALITER nigrum. *l. 70. §. 12. D. de legat. III.*

NAV.

NAVALIS, E. [NAVALEM functionem sustinent praedia: *l. 15. C. Theod. de senat. praed. et de glebal. Lib. VI. tit. 2.* et *l 15. C. Iustinian. de omni agr. desert. Lib. XI. tit. 58.*] NAVALIA vasa: *l. 19. §. 10. D. de aur. arg. legat.*

NAV.

[NAVARCHIA. NAVARCHIAE functio, et oauicularia inquietudo, quae et naualis functio. *l. 20. C. Theodos. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5.*]

NAVARCHVS, qui nauibus praeest: *l. vn. C. de bon. possess. ex testam. milit.* NAVARCHORVM coetus. *l. 32. C. Theod. de nauicular.*

NAVCELLA. NAVCELLAE, pisciom caussa praepararae. *l. 17. §. 1. D. de instr. vel instrum. legat.* Idem ac *naucula*, vel *nauicula*, id est, cymba piscatoria. HEIN.

NAVCLERVS, notae significationis vocabulum. *l. 1. C. de littor. et itiner custod. Lib. XII. l. 1. l. 2. l. 3. C. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5.*

NAVFRAGIVM, fractae nauis casus, et coniuncta cum illo iactura: immo et aliquando res, naufragio amissae, vel ex naufragio superstites. Sic: NAVFRAGIVM colligere: *l. vlt. D. de iniur.* NAVFRAGIO demersi lapides: *l. 13. D. de adquir. possess.* Ne quid ex NAVFRAGIIS diripiatur, vel quis extraneus interueniat colligendis eis *l. 7. D. de incend ruin. naufr.* Res ex NAVFRAGIO etiam hae dicuntur, quae in litture post NAVFRAGIVM iacent: *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* Ex NAVFRAGIIS, quae ad fiscum pertinent: *l. 4. C. Theod. de naufrag.* Qui merces suas NAVFRAGIO liberauit: *l. 1. D. de lege Rhod. de iact.* NAVFRAGIO peremta naois: *l. 36. §. vlt D. de rei vindic.* NAVFRAGII periculum: *l. 12. §.* ● *D. de vsufr.* Si NAVFRAGIO filius simul cum patre perierit: *l. 17. §. 7. D. ad SC. Trebell.* Si mulier NAVFRAGIO cum anniculo filio periit: *l. 26. D. de pact. dot.* Si seruus vulneratus mortifere, postea NAVFRAGIO perierit: *l. 15. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Si quid NAVFRAGIO, aut per vim piratarum perierit: *l. 3. § 1. D. naut. caup stabul.* ναυφράγιον ποιεῖν. NAVFRAGIVM *facere*: *l. 9. D. ad leg. Rhod. de iactu.* HEIN. NAVFRAGIVM supprimere. *l. 3. D. ad leg. Corn. de sicar.*

NAVICVLA functioni muricis et legendis conchyliis deputata: *l. 12. C. Theod. de murileg et gynaec.* NAVICVLA parua: *l. 44. D. de euiction.*

NAVICVLARIS, E. Munera rei NAVICVLARIS. *l. 1. D. de mun. et honor.*

NAVICVLARIVS dicitur, qui nauem agit exercetque, et onos aliquod vehendum naui suscipit. *l. 1. §. 3 D. naut. caupon. stabul. l. 5. §. 9. D. de iur. immunitat.* [De differentia NAVICVLARII, ναυκλήρου et κυβερνήτου, *gubernatoris*, itemque *magistri nauis*. vide Grot *ad Act. Apost. XXVII, 11*] NAVICVLARII Africani: *l. 10. C. Theod. de nauicular.* amnici, id est, in amne nauigantes; *rubr. Nouell. Valentiniani de nauicular. amn.* Collegia Romae certa sunt, quorum corpus SCis atqoe constitutionibus confirmatum est, veluti NAVICVLARIORVM: *l. 1. D. quod cuius-*

NAV.

cuiuscumqu. vniu. nom. Si NAVICVLARIVS unus Minturnas deuehendum conduxiſſet: *l. 13. §. 1. D. locat.* NAVICVLARIORVM corpus: *l. 1. C. de heredit. decurion. l. 11. l. 14. l. 20. C. Theod. de nauicular. Nouell. vn. Valentiniani de nauicular. omnic.* Licet in corpore NAVICVLARIORVM quis ſit: *l. 5. §. 6. D. de iur. immunitat.* NAVICVLARII non debent decuriones creari: *l. 9. D. de decurion.* NAVICVLARII Hiſpaniarum: *l. 8. C. Theod. de nauicular.* NAVICVLARII, qui annonae vrbis ſeruiunt: *l. 5. §. 3. D. de iur. immunit.* Vetus Gloſſarium: NAVICVLARII *ſunt, qui transferebant frumenta in vrbem, aut vbicumque erat Imperator.* NAVICVLARII, ſeu naucleri, publicas ſpeciea transportantes. *rubr. C. de nauicul. Lib. XI. l. 1. l. 2. C. Theod. de naufrag l. 1. C. Theod. de his, qui ven. aet. impet. l. 11. C. Theod. de curioſ.* Vopiſcus in *Aureliano Cap. XLVII. Quod vt eſſet perpetuum* NAVICVLARIOS *apud Aegyptum nouos, et Romae amnicos poſuit.*

NAVICVLARIVS, A, VM.

NAVICVLARIA functio: *l. 2. l. vlt. C. de praed. nauicular. Lib. XI. l. 3. C. de cohortal. Lib. XII. l. 11. C. Theod. de cohort. princ. corn.* quae et *naualis* functio vocatur, in *l. 15. C. de omni agr. deſert. Lib. XI.* NAVICVLARIVM munus: *l. 3. C. Theod de nauicul. l. 4. C. Theod. de infirm his, quae.* NAVICVLARIVM onus: *l. 149. C. Theod. de decurion.* NAVICVLARIA onera: *l. 2. l. 12. l. 18. l. 28. C. eod. de nauicular.* NAVICVLARIAE translationis munus. *l. 18. C. Theod. de infirm. his, quae.*

NAVIGABILIS, E.

Si deriuetur aqua, vt exiguior facta minus ſit NAVIGABILIS: *l. 1. §. 15. D. de fluminib.* NAVIGABILE flumen: *l. 1. D. ne quid in flum publ. l. 10. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Si aut NAVIGABILE flumen eſt, aut aliud ex eo NAVIGABILE fit: *l. 2. D. de flumin.* NAVIGABILIA flumina: *l. 1. D. ne quid in flum. publ. l. 1. §. 12. D. de flumin.* et apud Senecam *Lib. III. de benefic. Cap. 8.*

NAVIGARE

NAVIGARE dicuntur nautae et vectores. At in edicto furti aduerſus nautas, caupones, NAVIGANOI cauſſa, in naue eſſe, accipere debemus eos, qui adhibentur, vt nauis NAVIGET, id eſt, nautas. *l. 1. D. furt. adu naut.* NAVIGARE in flumine publico: *l. 1. §. 1. D. vt in flum. publ.* Per ipſum flumen NAVIGARE: *l. 5. D. de diuiſ. rer.* NAVIGARE per lacum, foſſam, ſtagnum, publicum: *l. 1. D. vt in flum. publ.* Merces quoque NAVIGARE dicuntur. Intereſt, vtrum merces periculo creditoris NAVIGENT: *l. 1. D. de naut. foen.* Itemque naues. *l. 1. §. 6. D. de exercit. act. l. 1. D. furt. adu. naut. caup.* Traiectitia pecunia propter periculum creditoris, quamdiu nauis NAVIGAT infinitas vſuras recipere poteſt: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 14. §. 3.* In nautica pecunia ex ea die periculum ſpectat creditorem, ex qua nauem NAVIGARE conueniat: *l. 3. D. de naut. foen.* nauem NAVIGATVM mittere: *l. 36. § vlt. D. de rei vind.* NAVIGANDVM mittendam nauem puto NAVIS enim ad hoc paratur, vt NAVIGET: *l. 12 §. 1. D. de vſufr.* Qui nauis NAVIGANDAE cauſſa in naue ſunt: *l. 1. §. 1. D. de exercit. act. l. 1. §. 1. D. naut. caupon. ſtabul.* Si lacus perpetuus in fundo eſt, NAVIGANOI ſeruitus imponi poteſt: *l. 23. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* Si quis poſſet non incidere in tempeſtatem, ſi oportuno tempore NAVIGASSET. *l. 2. §. 8. D. ſi quis cantion.*

NAVIGATIO.

Dumne ob id NAVIGATIO deterior fiat. *l. 1. D. de rip. muniend.* felici NAVIGATIONE vſus: *l. 137. §. 2. D. de verb. obl.* NAVIGATIONIS ineundae: *l. 3. D. de mort. cauſſ. donat.* Si quid fiat, quod NAVIGATIONEM incommodet, deteriorem faciat, vel prorſus impediat: *l. 1. §. 15. D. de flumin.* Tempore NAVIGATIONIS. *l. 26. D. de rei vindic.*

NAVIGIVM,

NAVIGIVM, in edicto de fluminibus, in quo eſt, *quo ſtatio iterue* NAVIGII *deterior fiat,* pro nauigatione poſitum eſt. Immo NAVIGIVM ſolemus dicere etiam ipſam nauem. Iter ergo NAVIGIO poteſt et ſic accipi: iter naui deterius fiat. NAVIGII adpellatione etiam rates continentur. *l. 1. §. 14. D. de flumin.* In omnes NAVIGII dies: *l. 122. §. 1. D. de verb. oblig.* Perfecto NAVIGIO: *ibid.* Non eſt impedimento NAVIGIO. *l. 1 D. de rip. munienda* [NAVIGIA, quae in alueo Tiberis inueniuntur. *l. vn. C. Th. et Iuſtin. de naut. Tiberin.*]

NAVIS, IS.

NAVEM in edicto de exercitoria actione accipere debemus, qualiscumque ſit, ſiue marinam, ſiue fluuiatilem, ſiue in aliquo ſtagno nauiger, ſiue ſchedia ſit. *l. 1. §. 6. D. de exerc. action.* NAVIVM vtique varia in libris noſtris genera memorantur: at multo plura apud alios auctores. Nam ita NAVIVM *adpellationes ſunt hae, gauli, corbitae, longae, Hiſpagines, cercuri, celoces, vel, vt Graeci dicunt,* κελῆτες, *lembus, boriae, remunculi,* (ſic ex Nonio vtrumque repono,) *prosumiae, vel geſoretae, vel oriales, eattae, ſcaphae, naſſuciae, mediae, phaſeli, parones, myoparones, caupilica, mareplacidae, cidarum, ratariae, catascopium.* Gell. *Lib. X. Cap. 25.* Quorum nominum interpretationem pete ex Nonio Marcell. *Capite de genere nauigiorum,* et ex Iſidor. *Lib. XIX. de Origin. Cap. I.* ex quibus ad ſuperiora adpellationes adde *cimbam, priſtim, liburnas, roſtratas, anciromactum, muſculum, earabum, portemiam, barcam, trabarias.* Sed haec omnia accuratius et multo maiore cum adparatu expoſuerunt Lazarus Bayfius *in Adnotationibus in l. 2. D. de capt. et poſtlim. reuerſ. quibus tractatur de re nauali. Baſ. 1537. in 4.* et Io. Schefferus *de militia nauali veterum Libris quatuor,* nitide excuſa *Vpſaliae 1654. in 4.* inprimis *Lib. I. Cap. 3. p. 20. ſequ.* et *Lib. II. Cap. 2. p. 64. ſequ.* vbi varia nauium tum commonium, tum ad claſſem pertinentium genera recenſentur deſcribunturque. HEIN. ¶. 2 In primis paſſim memorantur ſequentia NAVIVM genera Actuariae NAVES *ſunt quas Graeci* ἐπακτρίδας *vel* ἐπακτρίδας *vocant,* vt Gellius *Lib. X. Cap. 25.* docet. Nonius Marcellus: *Actuariae nauiculae celeres, dictae, quod cito agi poſſint.* Iſidorus *Lib. XIX Orig. Cap. I. Actuariae* NAVES *ſunt, quae velis ſimul, et remis aguntur.* Codicariae NAVES, quo nomine adpellatas eas, quae per Tiberim commeatus ſubuehebant, Seneca *de breuit. vit. Cap. XIII.* auctor eſt. Quas *codicas* perperam apud Gell. *Lib. X. Cap. 25.* adpellari, credo. Nam et Nonius Mar-

Marcellus: *Codicarias*, ait, *NAVES etiam nunc consuetudo adpellat, eo, quod in fluminibus sunt vsui*; ibidemque ex Varronis *de vita populi Rom. Lib. III.* haec verba citat: *Quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, a quo in Tiberi NAVES codicarias adpellamus.* Isidorus tamen priori scripturae suffragatur, *Lib. XIX. Cap. I.* cuius verba sic habent: *Trabariae, amnicae* naues, *quae ex singulis trabibus cauantur, quae alio nomine littorariae dicuntur: hae ex caudice factae, et ex vno ligno cauatae, inde caudicae.* Sunt et ex NAVIVM genere DROMONES, de quibus supra *Libro IV.* dixi. Sunt et ἐπιβατηγοὶ, quarum mentio fit in *l. 1. §. 12. D. de exerc. action.* quas esse puto naues ad vectores traiiciendos idoneas, ad onera intrabiles. Ἐπιβάται enim sunt, *qui traiiciendi caussa* NAVEM *conscendunt*, quemadmodum Isidor. *Lib. XIX. Orig. Cap. I.* scribit. Moschopulus ἐν συλλογῇ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων. Ἀναβάτης ἐπὶ ἵππε, ἐπιβάτης δὲ ἐπὶ πλοίε. Ἀναβάτης, *dicitur, qui equo transuehitur*, ἐπιβάτης *qui naui traiicitur.* Inter fluuiatiles NAVES sunt lintres, quorum vsum in fluminibus indicant Caesar *Lib. I. de bell. Gallic. Cap. 12.* et Claudian. *de laudib. Stilichon. Lib. I. v. 206.* Non. Marcell. *Lintres*, NAVES *fluminales. Virgil. Lib. II. Georg.* (v. 262.) *Cauat arbore lintres.* Sunt et NAVES longae. NAVIBVS longis atque onerariis propter belli vsum postliminium est, non piscatoriis, aut si quas actuarias voluptatis caussa parauerunt: *l. 2. D. de capt. et postlim.* Isidor. *Lib. XIX. Orig. Cap. 2. Longae* NAVES *sunt, quas dromones vocamus, dictae eo, quod longiores sint ceteris: cuius NAVES lusoriae*, de quibus praeter ea, quae supra *Lib. XI.* attigimus, Veget. *Lib. II. Cap. 1.* tractat, qui huiusmodi NAVIBVS in Danubio ad quotidianas excubias veteres vsos, *Lib. vlt. Cap. 33.* et *Cap. vlt.* refert. Cuiusmodi nauigiorum etiam meminit Ammianus Marcell. *Lib. XVII. Cap. 2. Lusoriis NAVIBVS discurrentes flumen vltro citroque milites ordinauit.* Et *Lib. XVIII. Cap. 2. Collecti nocte prouecta, impositique omnes, quos lusoriae NAVES, quadraginta, quae tunc aderant solae, ceperunt, decurrere iubentur per flumen.* [Hae autem lusoriae NAVES *iudiciariae* aliae, aliae *agrarienses* dicebantur, de quo discrimine copiose Iac. Gothofred. *Comment. ad l. vn. C. Theod. de lusor. Danub. Lib. VII. tit. 17.*] Marinae NAVES, eaedem et maritimae vocantur in *l. 5. §. 5. D. de iur. immun. l. 3. D. de vacat. et excus. muner.* Quaedam NAVES onerariae, quaedam, vt ipsi dicunt, ἐπιβατηγοὶ sunt: *l. 1. §. 12. D. de exercit. act.* Et mox; Vt ecce sunt NAVES, quae Brundusium a Cassiopa, vel a Dyrrhachio vectores traiiciunt, ad onera inhabiles: item, quaedam fluuii capaces, ad mare non sufficientes. Quas onerarias NAVES adpellatas *de oneribus tardas*, Nonius Marcell. tradit. NAVIS piscatoria: *l. 2. D. de capt. et postlim.* piscatorum: *l. 29. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Inter fluuiatiles NAVES sunt rates, quamquam a NAVIBVS separantur in *l. 1. §. 4. D. naut. caupon. stabul.* eas tamen nauigii adpellatione contineri, Vlpianus in *l. 1. §. 14. D. de flumin.* ait. De iis infra *Lib. XVI.* Alexandrinas quasdam NAVES, quae praemitti solebant, et nunciare classis sequuturae aduentum, tabellarias vocatas esse, Seneca *Epist. LXXVII.* tradit. NAVIS Tiberina: *l. vn. C. Theod. de naut. Tiber.* NAVIS vinaria, vt sunt multae in quas vinum effunditur: *l. 21. §. 5. D. de furt.* Quo fortassis pertinent illa Varronis *Lib. II. de re rustic. Cap. I. NAVIBVS vindemiam condimus ex insula Co et Chio.*

§. 3. Ad NAVES etiam pertinent loquutiones variae, vt: NAVE Latinus ciuitatem Romanam accipit, si non minorem, quam decem millium modiorum NAVEM fabricauerit, et Romam sex annis frumentum portauerit: Vlpian. *tit. III. Reg. §. 6.* Suetonius *in Claud. Cap. XVIII. Nam et negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset. NAVES mercaturae caussa fabricantibus magna commoda constituit, pro conditione cuiusque: ciui vacationem legis Popiae Pappaeae, Latinis ius Quiritium, feminis ius quatuor liberorum. Quae constituta hodie seruantur.* Sic enim locus ille, perperam diuulsus, optime in vnum corpus coalescet, vitiatusque sanitatem meo beneficio recipiet. NAVEM ad ripas adpellere, funesque ex arboribus ibi natis religare: *l. 5. D. de diuis. rer.* Si ad armandam instruendamue NAVEM mutuatus: *l. 1. §. 8. D. de exerc. act.* NAVI tabula cedit: *l. 26. D. de adqu. rer. domin.* Si in cibaria nautarum fuerit creditum, sine quibus NAVIS salua peruenire non poterat: *l. 6. D. qui pot. in pign.* Si ea conditione NAVEM conduxisti, vt ea merces tuae portarentur: *l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod. de iact.* NAVIS, aduersa tempestate depressa, ictu fulminis deustis armamentis, et arbore, et antemna, Hipponem delata est, ibique tumultuariis armamentis ad praesens comparatis, Hostiam nauigauit, et onus integrum pertulit: *l. 6. D. de leg. Rhod. de iact.* Si NAVEM, quam spopondit dominus dissoluit, et iisdem tabulis compegerit, eadem NAVIS est: *l. 83. D. de verb. oblig.* Si NAVEM, quam tu promisisti, dominus dissoluerit, deinde iisdem tabulis compegerit: teneri te. Hic enim eadem NAVIS est, quam te daturum spopondisti: *l. 98. §. 8. D. de solut.* NAVIS dominus: *l. vlt. D. de exercit. act. l. 11. §. 2. D. de publican.* NAVIS ductor: *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill.* NAVE emta, singulae tabulae emtae esse, non intelliguntur: *l. 36. D. de euict.* NAVIS exercitor: Vide supra *Lib. V.* Expugnator NAVIS, quum spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut funes eius praeciduntur, aut vela conscinduntur, aut ancorae inuolantur de mare. *l. 6. D. de incend. ruin. naufrag.* Qui in NAVEM exstruendam vel instruendam credidit, vel etiam emendam: *l. 26. D. de reb. auct. iud. possid.* His, qui NAVES marinas fabricauerint, et ad annonam populi Romani praebuerint, non minores quinquaginta millium modiorum, aut plures singulas, non minores decem millium modiorum: *l. 3. D. de vacat. et excus. mun.* Si meis tabulis NAVEM fecisses, tuam NAVEM esse, quia cupressus non maneret: *l. 26. D. de adquir. rer. dom.* NAVIS gubernator: *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Senatoribus habere NAVEM, ex lege Iulia repetundarum non licet: *l. 3. D. de vacat. et excus. mun.* Quum iactus de NAVI factus est: *l. 4. §. 2. D. de leg. Rhod. de iact.* Si leuandae NAVIS gratia iactus mercium factus est: *l. 1. D. eod. tit.* NAVIS minus idonea: *l. 13. §. 1. D. locat.* Ei opponitur *bona.* Seneca *Epist. LXXVI. NAVIS bona dicitur, non quae pretiosis coloribus picta est, nec*

cui argenteum aut aureum rostrum est, nec cui tutela auro celata est, nec quae fiscis ac opibus regiis pressa est: sed stabilis et firma, et iuncturis aquam excludentibus spissa, ad ferendum incursum maris solida, gubernaculo parens, velox, et consentiens vento. Parui refert, NAVEM immittendo, aut seruaculum ad NAVEM ducendo, an tua manu damnum dederis: *l. 29. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Si magister nauis sine gubernatore in flumen NAVEM immiserit, et tempestate orta temperare non potuerit, et NAVEM perdiderit; *l. 13. §. 2. D. locat.* Si fune rupto, aut, quum a nullo regetetur, NAVIS incurrisset; *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Si NAVIS tua impacta in meam scapham damnum mihi dedit: *l. 29 §. 2. D. eod. tit.* Quum vi ventorum NAVIS impulsa esset in funes ancorarum alterius, et nautae funes praecidissent, si nullo alio modo, nisi praecisis funibus explicare se potuit. *l 29. §. 4. D. eod. tit.* Per NAVEM merces Beryto inuecturus: *l. 122. §. 1. D. de verb. obligat.* Quae in tempestate maris NAVIS leuandae caussa eiiciuntur: *l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* Magistri imponuntur locandis NAVIBVS, vel ad merces, vel vectoribus conducendis, armamentisue emendis; *l 1. §. 3. D de exercit. act.* NAVEM locare certis mercibus, marmoribus, vel alia materia; *l. 1. §. 12. D. eod. tit* Magister NAVIS, vid. supra *Lib. XI* Si NAVEM petitam tempore nauigationis trans mare misit, licet ea perierit, nisi minus idoneis hominibus eam commisit: *l. 16. §. vlt. D. de rei vindic.* In NAVEM res missae, illatae, receptae: *l. vlt. D. naut. caup. stabul.* Si NAVIS fuit obligata, et ad armandam eam reficiendamque credidero: *l. 5. D. qui pot. in pign.* Si NAVIS alteram contra se venientem obruisset: *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Si NAVIS in ostio fluminis perierit; *l. 13. §. 1. D. locat.* De NAVI, quae periit: *l. 29. §. 5. D. ad leg. Aquill.* Qui custodiae caussa NAVIBVS praeponuntur: *l. 1. §. 3. D. naut. caupon. stabul.* Quum ex portu NAVIS profecta esset: *l. 15. D. de publican.* Proprietas totius NAVIS carinae caussam sequitur: *l. 61. D. de rei vindic.* Si NAVEM per partes totam refecero, carina eadem manente: *l. 24 §. vlt. D. de legat. I.* NAVEM si adeo saepe refecta esset, vt nulla tabula eadem permaneret, quae non noua fuisset, nihilominus eamdem NAVEM esse existimari: *l. 76. D. de iudic.* Si funem quis, quo religata NAVIS erat, praeciderit: *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill.* NAVIS, si hae mente resoluta est, vt in alium vsum tabulae destinarentur, licet, mutato consilio reficiatur: tamen et peremta prior NAVIS, et haec alia dicenda est. Sed si perficiendae NAVIS caussa omnes tabulae refixae sint, nondum intercidisse NAVIS videtur, et compositia, rursus eadem esse incipit: *l. 83. D. de verb. oblig.* Si NAVIS ex Asia venerit: *l. 2. l. 10. D. de condit. et demonstr. l. 8. D. de bon poss. sec. tab.* et alias saepe. Si tanta vis NAVI facta sit, quae temperari non potuerit: *l. 29. §. 4 D. ad leg. Aquill.* Si NAVIS vitium fecerit: *l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod. de iact.* NAVIS vsusfructus, si quidem per partes refecta sit, vsumfructum non interire: si autem dissoluta sit, licet iisdem tabulis, nulla praeterea adiecta, restaurata sit, vsumfructum exstingui: *l. 10. §. 7. D. quib. mod. vsufr.* NAVIS vsufructu legato, nauigandam mittendam puto, licet naufragii periculum immineat. NAVIS etenim ad hoc paratur vt nauiget. *l. 12. D. de vsufr.*

¶. 4 Memorantur etiam in iure nostro variae partes, et armamenta nauium: de quibus Pandectarum locos adscribamus. *Malum* NAVIS esse partem: *artemonem* autem non esse, Labeo ait, quia pleraeque NAVES sine *malo* inutiles essent, ideoque pars NAVIS habetur: *artemon* autem magis adiectamentum, quam pars NAVIS est: *l. 242. D. de verb. signif* Scapham non videri NAVIS esse, nec quidquam coniunctum habere. Nam scapham ipsam per se paruam nauiculam esse: omnia autem, quae coniuncta naui essent, veluti *gubernacula, malus, antemnae, velum,* quasi membra NAVIS esse *l. 44 D. de euict.* Si NAVEM cum instrumento emisti, praestari tibi non debet *scapha* NAVIS. Etenim scapha NAVIS non est instrumentum NAVIS: *l. vlt. D de instr. vel instrum. leg.* Quum *arbor*, aut aliud NAVIS instrumentum deiectum est: *l 3. D. ad leg. Rhod de iact.* *Arbore* caesa, vt NAVIS cum mercibus liberari possit: *l. 5. §. vlt. D. eod tit* Armamenta NAVIS erunt vindicanda: scapha quoque separatim vindicabitur: *l. 3. §. 1 D. de rei vindic.* Seneca *Epist. LXXVII. Nulla res aeque adiuuat cursum, quam summa pars VELI. illinc maxime NAVIS vrgetur. Itaque quoties ventus increbuit, maiorque est, quam expedit,* ANTEMNA *submittitur. Minus habet virium flatus ex humili* Idem *Epist. XC. Nauigia, quibus amnes, quibusque maria transimus, aptatis ad excipiendum ventorum impetum VELIS, et additis a tergo* GVBERNACVLIS, *quae huc atque illuc cursum nauigii torqueant: et exemplum a piscibus tractum est, qui cauda reguntur, et leui eius in vtramque partem motu velocitatem suam flectunt.*

NAVITER, diligenter, itemque valde. [NAVITER seruare et custodire: *l. vlt. C. Th. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.* NAVITER *impudentum esse*, dixit Cic. *Lib. V. ad familiar. Epist. 12.*]

NAVLVM, mercea quae a vectore soluitur ei, qui nauem exercet. *l. 6. D. qui pot. in pign.* NAVLA nauium: *l. 39. §. 1. D. de legat. I.* Ea *vecturus nauium* adpellat *l. 29. D. de hered. petit.*

NAVPEGVS, fabricator et picator nauium: *l. vlt. D. de iur. immunit.* et apud Firmic. Matern. *Lib. IV. mathes. Cap. 7.* Iidem dicti NAVPEGIARII, et eorum artificium ναυπηγικὴ vel ναυπηγία dicebatur. COLLEGIVM NAVPEGIARIORVM memoratur apud Reines. *Inscr. Class. X. Inscr. 7. Class. I. Inscr. 269.* HEIN.

[ΝΑΤΦΤΛΑΞ, id est, nauium custos. *l. 1. §. 3. D. naut. caup. stabul.*]

NAVTA, in edicto nautae, caupones stabularii, est, qui nauem exercet, quamuis NAVTA adpellantur omnes, qui nauis nauigandae caussae in naue sunt. *l. 1. §. 2. v. nautam D. naut. caup. stabul.* Si quid NAVTAE operarum nomine petent: *l. 1. §. 7. D. de exerc. act.* In classe NAVTAE omnes milites sunt: *l. 1. §. 1. D. de bon. poss.*

ex testi. milit. [NAVTAE Tiberini. Exstat de his singularis titulus in Codice Iustinianeo Lib. XI. tit. 26. et in Cod. Theod. Lib. XIV. tit. 21.]

☞ ΝΑΥΤΕΠΙΒΑΤΗΣ, qui pro vectura remos agit. l. vlt. §. 2. D. naut. caupon. stabul. HEIN.

NAVTICVS, A, VM. Foenus NAVTICVM: rubr. D. et C. de foen. naut. Id vsuras maritimas adpellat Paullus in l. 6. D. eod. tit. NAVTICA pecunia, l. 1. §. vlt. D. naut. caup. stabul. l. 3. D. de foen. naut. ea est, quae alias traiectitia vocatur, et pro qua foenus nauticum exigitur.

NE.

NE, particula, plerumque non vetandi, sed negandi vim habet, et pro NON ponitur, vt Donatus in Eunuch. Terent. Act. II. scen. 3. et Act. III. scen 3. notat: atque dictum a Plauto Mostell. Act. III. scen. 2. v. 76. Ne vis, pro non vis. Idem Donat. in Terent. Phorm. Act. I. scen. 3. monet, NE pro non vsurpatum esse illo Naeuii versu: vtinam ne in nemore Pelio. Sic in l. 13. §. 2. D. de iureiur. Si iurauerit, se furtum NE fecisse. Et alibi: Si a liberis NE nupserit: l. 62. §. vlt. D. de condit. et demonstr. Pedius putat, NE furtum eum facere: l. 21. §. 1. D. rer. amot. Itaque, qui hoc non vident, sine caussa emendant illud Ciceronis in Verr. III. Cap. 14. Qui ita dicunt: NE tollam potius, quam pacifcar, et pro NE, non substituunt. Dum tamen, NE prope ipsam condemnationem id fiat; l. 29. §. vlt. D. de euict. Hoc NE exigi: l. 31. D. de excusat. [Conf. Turneb. Lib. V. aduers. Cap. 5. et Lib. XV. Cap. 2.] ¶. 2. NE, pro nec. Ac NE si liber homo bona fide mihi seruiat. l. 13. §. vlt. D. de interrogat.

NEB.

NEBVLA. [NEBVLAE competitionum: l. vn. C. Theod. de rei vindic. Lib. II. tit. 23. eodem, vt videtur, sensu, quo NEBVLAS inanium accusationum dixit Vigilius, Martyr apud Barth. Lib. XIX. Aduers. Cap. 17.]

NEC.

NEC, pro non, in XII. Tabulis; saepe positum esse Festus Pomp. notat, quod et ex earum capitibus, quae hodie exstant, liquido adparet. Et ita NEC manifestum furtum, id est, non manifestum: l. 2. l. 8. D. de furt. l. 6. l. 13. §. 7. D. de his, qui not. infam. l. vlt. C. de noxal. act. §. 3. Inst. de obl. quae ex delict. De parte vtique NEC litigatur, id est, non litigatur: l. 3. §. 6. D. de Carbon. edict. ¶. 2. [NEC, pro ne quidem. NEC potest NEC per iudicialem subtilitatem manifestari: id est, ne per iudicialem quidem subtilitatem. l. 10. §. 1. D. de reb. dub.] In l. 189. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I. NEC senatoriis, minime functionibos obstringatur, duplex negatio fortius negat, vti apud Plaut. Bacchid. Act. IV. scen. 9. v. 114. sequ. Epidic. Act. V. scen. I. v. 57. Tibull. Lib. IV. eleg. 7. v. 8. Propert. Lib. II. eleg. 19. v. vlt. et Lib. IV. eleg. 4. v. 68. vbi Scaliger, quocum iungendus Auson. Popma de vsu antiqu. loquut. Lib. II. Cap. 9. ¶. 3.

NEC.

[NEC, semel positum pro bis posito valet in l. 21. §. 9. D. de furt. Quamuis id contrectare, NEC tollere solus posset, id est, nec contrectare, nec tollere.] Immo potius NEC ibi significare videtur pro non autem, vel non tamen: vt sensus sit, contrectare illum quidem, non tamen tollere solum trabem potuisse. Quis enim neget, prius ab voo solo, etiam infirmissimo, fieri posse? HEIN. ¶. 4. [NEC vero, pro non ideo tamen: in l. 11. C. Theod. de medic. et profess. Lib. XIII. tit. 3.]

NECARE, neci dare, interimere. Si quis hominem fame NECAVERIT: l. 16. §. 1. D. ad leg. Aquill. Fame NECARI: l. 1. §. 2. D. de ventr. in possess. mitt. Serui fame NECATI: l. 21. §. 3. D. de act. emt. vend. Quum aliquis pecudes fame NECAVISSET: l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill. NECATA fame pecora: l. 5. C. eod. tit. NECATVS a familia: l. 21. D. de SC. Silanian. l. 7. §. 4. D. de liber. causs. Igni NECARE: l. 9. D. de incend. ruin. naufr. Vbi quis iniuria NECATVS est, vel medici insidiis: l. 5. §. vlt. D. de SC. Silan. NECARE veneno: l. vlt. §. vlt. D. de bon. damn. Veneno NECANDI ius praesides non habent: l. 8. §. 2. D. de poen. Qui hominis NECANDI caussa venenum fecerit, vendiderit, vel habuerit: l. 1. §. 1. l. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar. Vt verberibus NECETVR: l. 8. §. 3. D. de poen. NECARE videtur non tantum is, qui partum perfocat, sed et is, qui abiicit, et qui alimonia denegat, et is, qui publicis locis misericordiae caussa exponit, quam ipse non habet: l. 4. D. de adgnosc. et alend. lib. NECATA vxor: l. 27. D. de iur. fisc.

NECESSARIE, id est, necessario. NECESSARIE factae impensae: l. 51. D. de hered. petit. Sumtus, qui NECESSARIE factus est: l. 8. D. depos. Munus proprie est, quod NECESSARIE obimus: l. 214. D. de verb. signific.

NECESSARIO, eiusdem significationis aduerbium. NECESSARIO aedificare villam: l. 30. D. de vsufr. l. 32. §. 5. D. de vsu et vsufr. legat. In conducto fundo, si conductor sua opera aliquid NECESSARIO auxerit, vel aedificauerit, vel instituerit; l. 55. §. 1. D. locat. cond. Si vitiatum aedificium NECESSARIO demolitus esset: l. 30. D. eod. tit. NECESSARIO desiderantur; l. 30. D. de lib. et postum Si NECESSARIO rem emerit: l. 22. D. de negot. gest. NECESSARIO emturus: l. 42. §. vlt. D. de solution. NECESSARIO factae impensae in curandum seruum: l. 30. D. de Aedil. edict. Obligari NECESSARIO: l. 52. §. 4. D. de oblig. et act. NECESSARIO prouocasse: l. 1. C. si tut. vel curat. NECESSARIO sequitur. l. 5. §. vlt. D. de praescr. verb.

NECESSARIVS, A, VM, quod exigit necessitas. NECESSARIA absentia: l. vlt. D. vbi pupill. educ. et apud Paull. Lib. I. Sent. tit. 7. §. 2. Nunciatio noui operis non habet necessariam praetoris aditionem; l. 1. §. 2. D. de op. nou. nunc. Adiudicatio NECESSARIA est, emtio voluntaria. l. 29. D. famil. ercisc. Id quod ali-

alimentis eius NECESSARIVM est: *l. 5. §. 3. D. de Carbon. edict.* [NECESSARIAE ac salutaris artis professores dicuntur archiatri: *l. 14. C. Theod. de medic. et profess. Lib. XIII. tit. 3.*] In NECESSARIAS caussas accipere mutuam pecuniam: *l. 47. D. de solut.* NECESSARIVM domicilium habet relegatus eo loco, in quem relegatus est: *l. 22. §. 3. D. ad municipal.* NECESSARIA electio: *l. 67. §. 1. D. de legat. II.* Fere NECESSARIVM est: *l. 14. §. vlt. D: commun. praed. vrb. et rust.* Qui non sponte, sed NECESSARIO officio funguntur: *l. 6. D. de postul.* NECESSARIVS heres *voluntario* opponitur. *l. 28. l. vlt. D. de vulgar. et pupill. subst. l. 15. l. 16. l. 20. §. 2. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 10. §. 10. D. quae in fraud. credit. l. 3. §. 3. D. de hered. Inst. l. 13. D. de opt. vel elect. leg. l. 12. D. de condit. instit.* Heredes enim aut NECESSARII sunt, aut *sui et* NECESSARII, aut *extranei.* NECESSARIVS est seruus heres institutus, ideo sic adpellatus, quia, siue velit, siue nolit, omnimodo post mortem testatoris protinus liber, et NECESSARIVS heres fit: *princ. et §. 1. Inst. de hered. qualit. et diff.* Cai. *Lib. II. Instit. tit. 3. §. 6.* Inter NECESSARIOS heredes, id est, seruos cum libertate heredes scriptos, et suos et NECESSARIOS, id est, liberos, qui in potestate sunt, iure ciuili nihil interest. Nam vtrique etiam inuiti heredes sunt. Sed iure praetorio suis et NECESSARIIS heredibus abstinere se a parentis hereditate permittitur. NECESSARIIS autem tantum heredibus abstinendi potestas non datur. Vlpian. *tit. XXII. Reg. §. 24.* Seruus a Domino suo heres institutus, siquidem in eadem caussa manserit, fit ex testamento liber, heresque NECESSARIVS: *§. 1. Inst. de hered. instit.* ° Si aliquis sit ex NECESSARIIS minor annis, simili modo restitutionem impetrabit, veluti si seruus sit cum libertate institutus: *l. 7. §. 5. D. de minor.* Seruus heres scriptus ab eo, qui in hostium potestate decesserit, liber et heres erit, seu velit, seu nolit, licet minus proprie NECESSARIVS heres dicatur. *l. 12. D. qui test. fac. poss.* Vxoris suae quis mortis caussa seruum donauit, eumque cum libertate heredem scripsit: NECESSARIVM heredem domino fieri: *l. 22. D. de donat. int. vir. et vxor.* NECESSARIIS heredibus non solum impuberibus, sed etiam puberibus abstinendi se ab hereditate proconsul potestatem facit: *l. 57. D. de adquir. vel omitt. hered.* id est, suis et NECESSARIIS. Seruis enim NECESSARIIS heredibus, siue puberes sint, siue impuberes, hoc non permittitur, vt ibidem Caius addit. Quos possum heredes mihi facere NECESSARIOS, possum et filio; vt seruum meum, et fratrem suum. *l. 10. §. 1. D. de vulg. et pupill. substit.* Vnde interpretationem accipiunt Martiani verba haec: Si pariter pupillus, et qui ei substitutus erat, frater NECESSARIVS decesserit: *l. 28. D. de reb. dub.* Ex castrensi peculio seruus a patre heres institui potest, et filium NECESSARIVM heredem patri facit: *l. 18. D. de castr. pecul.* Si nepos ex filio exheredato heres sit institutus patrem suum sine aditione faciet heredem, et quidem NECESSARIVM: *l. 6. §. 5. D. de adquir. vel omitt. hered.* Plin. *in Panegyr. Cap. VII. Non enim seruulis tuis dominium vt posses quasi* NECESSARIO *herede, sed principem ciuibus daturus Imperator.*

Sub conditione filius heres institutus, si pendente conditione adrogandum se dedit, NECESSARIVS heres non erit: *l. 20. D. de lib. et postum.* Pignori obligatum seruum NECESSARIVM domino posse fieri: *l. 30. D. de hered. instit.* id est, NECESSARIVM heredem. NECESSARIOS heredes, si se misceant hereditati: *l. 5. D. de SC. Silan.* NECESSARIAE impensae: *l. 14. D. de mort. causs. donat.* id est, quae si factae non sint, res aut peritura, aut deterior futura sit: *l. 79. D. de verb. signif.* vel quibus non factis dos deterior futura est, veluti si quis ruinosas aedes refecerit. Vlpian. *tit. VI. Reg. §. 15.* item, quae fiunt reficiendorum aedificiorum gratia: *l. 39. D. de hered. petit.* vel, quae habent in se necessitatem impendendi: ceterum si nulla fuit necessitas, alio iure habentur: *l. 1. §. 1. D. de impens. in res dot.* Si NECESSARIAS impensas fecerim in seruum, aut in fundum. Finge enim, medicis, quum aegrotaret seruus, dedisse me pecuniam, item insulam fulsisse, vel refecisse: *l. 8. D. de pignorat. act.* Impensas NECESSARIAS iure persequitur, quas forte in aegrum, vel alias laborantem impenderit. Modestinus in *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. X. §. 2.* Hae impensae aut in res NECESSARIAS, aut in vtiles cedunt: *l. 7. §. vlt. D. solut. matrim.* NECESSARIVM est iussum: *l. 36. D. de adquir. vel omitt. hered.* NECESSARII lapidis vsus: *l. 17. § vlt. D. commun. praed. vrb. et rustic.* [NECESSARIVS magistratus, qui hastae praeesset: *l. 2 § 29. D. de orig. iur.*] Si ita spado sit, vt tam NECESSARIA pars corporis ei penitus absit: *l. 7. in fine D. de Aedilit. edict.* Ἀναγκαῖον vero veteres dixisse pro pudendo, ex Artemidori *Lib. I. Onirocrit.* Suida *in ἀναγκαῖον* et Eustath. *in Homeri Odyss. ω.* obseruauit Radulph Forner *Rer. quotid. Lib. IV. Cap. 14.* HEIN. Qui NECESSARIIS oneribus succurrit: *l. 21. D. de donat. int. vir. et vxor.* NECESSARIA peregrinatio: *l. 9. D. de procurat.* NECESSARIA profectio: *l. 18. D. de iudic.* NECESSARIA satisdatio: *l. 7. §. 1. D. qui satisd. cog.* vbi NECESSARIA et *voluntaria* satisdatio opponuntur. NECESSARIAE autem satisdationis exempla petenda sunt ex *l. 8. §. 4. D. eod. tit.* Si seruum non NECESSARIVM emero filio tuo: *l. 6. §. 6. D. de negot. gest.* NECESSARII sumtus: *l. 31. D. eod. tit. l. 5. C. de rei vindic. l. 5. C. de SC. Macedon.* NECESSARIA cogendis et conseruandis fructibus villa: *l. 50. D. de vsufr. l. 32. §. 5. D. de vsu et vsufr. leg.* Propter NECESSARIVM vsum argentariorum: *l. 18. D. depos.* Perquam NECESSARIVS est vsus procuratoris: *l. 1. D. de procurat.* Si serui vsus tam NECESSARIVS esset, vt eo carere non expediret *l. 35. D. de fideic. libert.*

¶ 2. [NECESSARIA, in *l. 2. C. Theod. de tractat. et stattu. Lib. VIII. tit. 6.* interprete Iac. Gothofredo, non sunt ministeria et angariae, sed ἐπιτήδεια, vt Graecis adpellantur, id est, victus, annonae, copiae. Aliter Iustinianeus Codex in *l. vn. eod. tit. Lib. XII. tit. 52.*]

¶ 3. NECESSARII tum substantiue, tum NECESSARIAE personae adiectiue vocantur propinqui. *l. 5. §. 1. D. ex quib. causs. maior. l. 4. C. qui pet. tut.* Festus: NECESSARII *sunt, vt Gallus Aelius ait, qui aut cognati, aut adfines, aut in quos necessaria officia conferuntur praeter ceteros.* Nonius

Marcellus: **NECESSITAS**, *adfinitas, vnde et hoc iure coniuncti* **NECESSARII** *adpellantur.* Similiter ἀ ἀναγκαίως Graeci dicunt. Andocides *de mysteriis Orat. I. p. 197.* Ἔπειτα δὲ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς καὶ ἀναγκαίους τοσούτους ὄντας. *Tum et ceteros tuos cognatos et* NECESSARIOS, *qui complures sunt.* Isaeus *de heredit. Philoctemon. Orat. V. p. 458.* Εἰδότες δ' οἱ ἀναγκαῖοι, ὅτι ἐξ ἐκείνου μὲν οὐκ ἂν ἔτι γένοιντο παῖδες, ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχοντος. *Scientes vero* NECESSARII, *filios ex eo genitum non iri, quum tali esset aetate.* Hinc illa: NECESSARII furiosi: *l. 13. §. 1. D. de offic. praesid.* NECESSARII pupilli: *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui sub tut. l. 1. §. vlt. D. de eo, qui pro tut.* Neque distinguitur, vtrum NECESSARIVS sit, an non. *l. 6. D. de adpell.* Eodem modo dicuntur NECESSARIAE personae: *l. 2. §. vlt. D. quand. adpell. l. 60. D. de pact. l. 6. D. de liberal causs. l. 1. C. si tut. vel curat. fals.* [NECESSARIAE coniunctaeque personae: *l. 27. C. de donat.*] Si maritus ex dote expendit, vt a latronibus redimeret NECESSARIAS mulieri personas, vel vt mulier e vinculis vindicet de NECESSARIIS suis aliquem: *l. 21. D. solut. matr.* Militi de NECESSARIIS sibi personis de libertate litigare permittitur. *l. 3. D. de lib. causs.* Ceterum NECESSARIAS personas, in edicto, *in ius voc. vt eant, aut satis vel cautum dent*, accipe parentem, patronum, liberos, vxorem, virum. *l. 1. l. 2. D. in ius voc. vt eant.* [Immo et testes NECESSARIAE personae vocantur *l. 11. C. de test.* et *l. vlt. C. Theod. eod. Lib. VIII. tit. 39.*]

NECESSE, id quod euitari non potest. Sic adpellare NECESSE est, et NECESSE non est. *l. 1. §. 1. D. quae sent. sine adpell.* Cui parcere NECESSE sit: *l. 169. D. de diuers. reg. iur.* NECESSE est plerumque, fidem nautarum, cauponum, stabulariorum sequi: *l. 1. D. naut. caupon. stabular.* Sic et NECESSE habere. Non alias NECESSE habebit, adgnoscere: *l. 1. §. 4. D. de adgnosc. et al. lib.* Quanti est, quem NECESSE habeo dare: *l. 55. D. ad leg. Aquill.* [Non NECESSE habebit praestare, etiamsi potest: *l. 6. pr. D. de adgnosc. et alend. lib.* Hinc NECESSE habere, et *solere*, diuersa sunt. *l. 1. C. quomod. et quand. iud. sent.*]

NECESSITAS, ait Nonius Marcellus, *vis quaedam, quae alterum cogere inuitum potest.* Hinc **NECESSITATE**, et *sponte* manumittere opponuntur: *l. 3. §. 1. D. de suis et legitim. hered.* Si NECESSITATE id non fecerit, non quod alioquin vellet obligari. *l. 59. pr. D. de hered. instit.* Et huc pertinent loquutiones: Tenetur administrationis NECESSITATE: *l. 9. §. vlt. D. de admin. et peric. tut.* [NECESSITATE coactus venditor addicit: *l. 1. pr. C. Iustin. et Theod. de praed. et mancip. curial.*] Propter ea, quae post pubertatem nulla NECESSITATE cogente, sed ex voluntate sua, tutor administrauit: *l. 46. §. 4. D. de administr. et peric. tutor.* Quos nulla NECESSITATE cogente manumisimus: *l. 13. D. de oper. libert.* Qui sponte, et nulla NECESSITATE cogente immiscuit se negotiis: *l. 3. §. 10. D. de negot. gest.* Ad hanc NECESSITATEM compelli: *l. 31. D. de reb. auct. iudic. possid.* Ex NECESSITATE compulsus: *l. 34. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Omne ius aut consensus facit, aut NECESSITAS constituit: *l. 40. D. de legib.* Ex NECESSITATE descendens, vel ex voluntate proficiscens caussa opponuntur: *l. 1. §. 2. D. depos.* Ciuilium officiorum NECESSITATIBVS districti: *l. 15. §. 5. D. ad SC. Turpillian.* Ex NECESSITATE, id est, ex debito, seu obligatione: vnde ei, quod *ex voluntate* fit, opponitur. *l. 33. D. de iur. dot.* Ex NECESSITATE manumittere, non suo arbitrio: *l. 50. D. de rit. nupt.* Ex NECESSITATE id fecisset, et ita, *vt vellet*, aduersantur. *l. 19. D. de adquir. rer. domin.* Quod ex NECESSITATE, reficiendae cloacae caussa resciderat: *l. 1. §. 12. D. de cloac.* Peregrinationes, quae ex NECESSITATE fiunt: *l. 17. D. de sponsal.* NECESSITATE potestatis excusantur serui, qui dominis parent: *l. 15. §. 3. D. de leg. Corn. de fals.* Exhibitionis NECESSITATE tenetur *l. 7. C. ad exhibend.* Libera res soluta et extra NECESSITATEM iurisdictionis posita: *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* Inopes onera patrimonii ipsa non habendi NECESSITATE, non sustinent: *l. 4. §. 2. D. de mun. et hon.* Non habebo NECESSITATEM implere conditionem: *l. 30. D. de condit. et demonstr.* Vt quod iurandi NECESSITATEM haberent: *l. vlt. D. de liber. causs.* Parendi NECESSITATEM habet filius: *l. 10. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* Quia NECESSITATEM proficiscendi habebat *l. 4. D. de reb. credit.* Sic NECESSITATEM *soluendi habere*, ait Seneca *Lib. V. de benef. Cap. 19.* eodemque modo Graeci ἀνάγκην ἔχειν dicunt. NECESSITATE rerum impediti: *l. 16. D. ex quib. causs. maior.* Qui ipse sibi NECESSITATEM satisdationis imposuit: *l. 7. §. 1. D. qui satisd. cog.* Si cui respublica NECESSITATEM imposuerit statuarum ponendarum. *l. 6. §. vlt. D. de pollicitat.* Si tutor pupillis ad onera sua expedienda imposuit NECESSITATEM mutuam pecuniam accipiendi: *l. 7. §. 10. D. de admin. et peric. tut.* Non imponitur NECESSITAS proconsuli suscipiendae cognitionis: *l. 8. l. 9. D. de offic. praesid.* Proconsuli NECESSITATEM impositam per mare Asiam adplicare: *l. 4. §. 5. D. de offic. procons.* Non imponitur NECESSITAS aliis pulsantibus respondere: *l. 2. §. 3. D. de iudic.* Heredibus actoris NECESSITAS non imponitur, vt per vnum litigent: *l. 5. §. 7. D. iudic. solu.* Impositam vicinis NECESSITATEM stillicidiorum excipiendorum: *l. 17. §. 3. D. de seru. praed. vrb.* [Propter NECESSITATEM impositam contrariam voluntati: *l. 1. D. quod met. causs.*] Accusandi NECESSITAS incumbet: *l. 5. D. de accusation.* Magistratibus municipalibus dandi NECESSITAS iniungitur: *l. 2. §. 23. D. de SC. Tertull.* Ex caussa iudicati soluta pecunia ex NECESSITATE iudicis: *l. 11. D. de adpell.* id est, iudice imminente, seu compellente. Addita caussa NECESSITATEque iudicii sui: *l. 16. §. 1. D. de curat. furios.* [NECESSITATE iuris: *l. 2. D. de distr. pign. l. 40. pr. D. de iudic. l. vlt. D. de in lit. iur. l. 34. D. de procurat.* Cum magistris nauium propter nauigandi NECESSITATEM contrahimus: *l. 1. D. de exerc. act.* NECESSITATE obligantur, quibus non licet aliud facere, quam quod praeceptum est, quod euenit in necessario herede: *l. 52. §. 7. D. de obl. et act.*

Fi-

Fideiussorem ob alium NECESSITATE sistendi obligatum esse: *l. 6. D. si quis caution.* Officii NECESSITAS aduocatum fisci, qui intentionem delatoris exsequitur, satis excusat: *l. 5. §. 13. D. de his, quae vt indign.* Officii NECESSITAS et tutoris fides excusata esse debet: *l. 22. D. eod. tit.* Qui rempublicam administrantes, per officii NECESSITATEM ciuitati sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt. *l. vlt. C. vt in possess. legat.* Quamuis NECESSITAS penuriae hominum cogat: *l. 2. §. vlt. D. de iur. immunit.* NECESSITATE potestatis excusantur serui, qui dominis parent: *l. 15. §. 3 D. de leg. Corn. de fals.* Propter NECESSITATEM rei familiaris, an mera voluntate donauerit: *l. 18. D. de alim. legat.* Quae propter NECESSITATEM recepta sunt, non debent in argumentum trahi: *l. 162. D. de reg. iur.* [Propter NECESSITATEM fit: *l. 10. §. 1. in fine D. commun. diuid.*] Si exiguo pretio rem abiicere, NECESSITATE rei familiaris cogerentur: *l. 36. §. 1. D. mandat.* Adpellationis NECESSITAS remittitur: *l. 1. §. 2. D. quae sent. sine adpell.* Remittit iudicandi NECESSITATEM morbus sonticus: *l. 46. D. de iudic.* Heredi et legatario remittenda proprii serui manumittendi NECESSITAS: *l. 35. D. de fideic. libert.* Remitti ei huius rei NECESSITAS debet. *l. 19. D. de furt.* Non libera voluntate exsequitur rem, sed quasi ex NECESSITATE seruili: *l. 19. §. 2. D. de negot. gest.* NECESSITATE solutionis moderetur: *l. 6. §. 9. D. de offic. praes.* Nec statim eum NECESSITATI satisdationis subiicere debet: *l. 31. D. de reb. auct. iud. possid.* [Ex NECESSITATE facta venditio pignoris liberat debitorem, nisi pecunia percepta: *l. 9. pr. D. de distr. pign.*] Qui aliqua NECESSITATE vrgente, vel NECESSITATIS suspicione gessit: *l. 3. §. 10. D. de negot. gest.* Sine vlla NECESSITATE vrgente voluptatis caussa in municipium profectus. *l. 2. §. 8. D. si quis caut. in iud.* ¶. 2. [NECESSITAS pro collatione siue publica, siue municipali: *l. 7. C. de dignit. Lib. XII. tit. 1. l. 7. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. I.* Immo et boni auctores hoc sensu NECESSITATEM pro quibusuis tributis, vectigalibus accipiunt, ceu exemplis compluribus probauit Lipsius *ad Tacit. Annal. Lib. I. p. 27.* HEIN. Sic: In accelerandis NECESSITATIBVS suo vti arbitrio: *l. 15. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1.* NECESSITATES ciuiles: *l. 17. C. Theod. et l. 19. C. Iustin. de decurion.* id est, functiones municipales, quae et absolute NECESSITATES: *l. 65. l. 171. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. I.* NECESSITATES curiales: *l. 46. C. Theod. eod. tit.* curiarum: *l. 89. l. 177. C. Theod. eod. tit.* municipales: *l. 57. C. Theod. eod. tit. l. 19. C. Theod. et C. Iust. ad leg. Corn. de fals.* oppidaneae: *l. 46. C. Theod. de decurion.* NECESSITATES principales: *l. 11. C. Theod. de exaction. Lib. XI. tit. 7.* NECESSITAS publica: *l. 16. l. 61. C. Th. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.* Publicis NECESSITATIBVS seruati: *l. 1. C. Theod. de offic. diuers. iud.* NECESSITATIBVS publicis neglectis: *l. 1. C. Theod. de nau. non excus. Lib. XIII. tit. 7.* Euitatio publicae necessitatis: *l. 2. C. Theod. et l. 1. C. Iustin. eod. tit.* Ad NECESSITATES publicas et priuatas non nisi principe auctore mittuntur officiales: *l. 3. C. Theod. de princ. agent. in reb. Lib. VI. tit. 28.* et *l. 1. C. Iustin. eod. tit.* NECESSITATI publicae satisfacere: *l. 10. C. Theod de annon. Lib. XI. tit. 1.* NECESSITAS rei annonariae: *l. 29. C. Theod. de annon. et tribut.* Statutis NECESSITATIBVS obsistere non possunt priuilegia dignitatum: *l. 10. C. de ann. et tribut. Lib. X. tit. 16. l. 25. C. Theod. eod. tit.* NECESSITATE submota: *l. 35. C. Theod. eod. tit.*]

NECESSITVDO, pro coniunctione sanguinis et propinquitate: *l. 5. §. 1. D. quib. ex causs. in possess. l. 50. §. vlt. D. de legat. I.* Cornel. Fronto *de differ. vocum*: NECESSITVDO *vel sanguinis, vel meritorum, cum praeceptoribus, cum amicis.* Hinc ius etiam pro NECESSITVDINE dicimus, veluti est mihi ius cognationis, vel adfinitatis: *l. vlt. D. de iustit. et iur.* Infinita est aestimatio NECESSITVDINIS: *l. 187. §. vlt. D. de regul. iur.* NECESSITVDO consanguinitatis: *l. 13. C. de probat.* [Qualibet NECESSITVDINE copulatus: *l. 49 C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] In ea NECESSITVDINE esse, *l 24. D. de legat. praest.* id est, in numero libertorum, vt *ibid.* Ita pietati nostrae placuit, vt sancte NECESSITVDINVM nomina obtineant apud adfectus suos piam ac religiosam consanguinitati debitam caritatem: Ita Diocletian. et Maximinianus aiunt *in Collat. Leg Mos. et Rom. tit. VI.* §. 4. NECESSITVDO personarum: *l. 2. D. in ius voc. vt eant.* et *Collat. Leg. Mos. et Rom. ibid.* NECESSITVDO sanguinis. *l. 2. C. de adopt. l. 6. C. de suspect. tut. et in Collat. Leg. Mos. et Rom ibid.* Si tutor aliquo vinculo NECESSITVDINIS vel adfinitatis pupillo coniunctus sit: *l. 9. D. de suspect. tut.*

¶. 2 NECESSITVDINES, aliquando pro ipsis necessariis et propinquis. [Quae codicillis aut epistolis nobis *necessitudinibusue* nostris relinquuntur, non admittimus. *l. 2. C. Theod. de testam. et codicill. Lib. IV. tit. 4.*] Ita et optimi auctores loquuntur. Sueton. *August. Cap. XVII. Remisit tamen hoste iudicato* NECESSITVDINES *amicosque omnes.* Idem *Tiber. Cap. L. NECESSITVDINES in Druso primum fratre detexit.* Curt. *Lib. IV. Cap. 10. Crederes, Alexandrum inter suas NECESSITVDINES flere.* Iustin. *Lib. XI. Cap. 15. Tanta illi magnitudo animi fuit, vt quum Herculem filium, quum Aridaeum fratrem, quum Roxanem, vxorem, praegnantem relinqueret, oblitus NECESSITVDINVM, dignissimum nuncuparet heredem.* Tacit. *Lib. III. Hist. Cap. 59. Atque Vitellius respectu suarum* NECESSITVDINVM *nihil in Domitianum atrox parabat.* Add. *Statius* Cruceii *p. 298.* HEIN.

¶. 3. Interdum NECESSITVDO pro necessitate ponitur, vt Varronis et Sallustii testimoniis Non. Marcell. probat. Et ita in *l. 5. D. de re milit. Si fuerit vltro reuersus, non cum NECESSITVDINE.* Et Cicero *Lib. II. de inuent. Cap. 57.* NECESSITVDINEM definit, *cui nulla vi resisti potest, quae neque mutari, neque leniri potest.* In primis hoc vocabuli vsu delectatur Tacitus, qui *Lib. I. Ann. Cap. 9.* NECESSITVDINE, inquit, *reipublicae ad arma ciuilia actum.* Idem *Lib. IV. Cap. 20. Quartam accusatoribus secundum NECESSITVDINEM legis concessit.* Nec non *Lib. III. Cap. 40.* NECESSITVDO *peccandi ex egestate et flagitiis.* Adde et *Lib. XII. Annal. Cap. 30. Lib. VI. Cap. 27.* et Auctorem *de causs. corrupt. eloquent. Cap. X.* HEIN. [Contra et NECESSITATEM ali-

aliquando pro NECESSITVDINE seu sanguinis iure et coniunctione vsurpari auctoritate Caesaris *Lib. I. de bello ciu. Cap. 8.* probatur, et ex eiusdem Oratione pro Bithynis iam olim probauit Gell. *Lib. III. Noct. Attic. Cap. 3.*]

ΝΕΚΡΟΘΑΠΤΗΣ, Graecis vocatur, qui Latinis *Libitinarius. l. 5. §. 8. D. de instit. action.*

NECTERE, obstringere, obligare. [NECTI fiscalibus actibus: *l. 1. C. Theod de bon. proscript. Lib. IX. tit. 42.*] Si eo crimine NEXVS fuit, vt, si conuinceretur, bonis careat. *l. vlt. §. 3. D. de bon. eor. qui ante sent.* Creditor, qui hypothecae seu pignori rem sibi NEXAM vendidit: *l. 2. C. de distr. pign.* [NECTI militiae curiae: *l. 105. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1*] Voluntariae obligationi semel NEXI: *l. 5. C. de obl. et act.* [NECTI patrimonio principis: *l. 7. C. Iustin. et Theodos. de bon. proscr.* NECTERE in primis idem est, ac pignori obligare. Quum sciens alienam rem, velut propriam suo NEXVERIT creditori: *l. 2. C. de crim. stellion.* NEXVS pignori fundus: *l. 2. C. de curat. furios.* Res NEXAE pignori: *l. 22. §. 1. D. de iure fisci. l. 2. C. de pign. act* Praedium pignori NEXVM: *l. 52. §. 2. D. de pact.* Si creditor ea, quae sibi pignori NEXA erant, distraxit: *l. 7. C. de distr. pign.* [NECTI praestationi: *l. 13. C. Theod. de lustr. Collat. Lib. XIII. tit. 1* NECTI fisci rationi: *l. 33. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*] Qui rem suam putabat, vel sibi NEXAM: *l. 2. C. de distr. pign.* [NECTI fisci viribus. *l. 7. C. Theod. de desert. Lib. VI. tit. 18.*] ‖. 2. NECTERE etiam est aliquid moliri. [NECTERE insontibus calumnias: *l 1. in fine C. Th. de curios. Lib. VI. tit. 29.*] NECTERE moras: *l. vn. C. de suffrag.*

NEF.

NEFANDVS, A, VM. Qui cum masculis NEFANDAM libidinem exercere audent: *§. 4. Inst de publ. iudic.* [NEFANDA prodigia sectarum: *l. 6. pr. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*] NEFANDISSIMVM scelus: *l. vlt. C. si nupt. ex rescript. pet.* [NEFANDA superstitio Iudaica: *l. 4. C. Theod. ne Christian. mancip. Lib. XVI. tit. 9.*

☞ NEFARIE, aduerbium. Quae a quibusdam in praeteritum NEFARIE inceste que commissa sunt *l. 32. C. Gregor. de nupt. Collat. Leg Mos. et Rom tit. VI. §. 4.* Ita et *multa in Deos hominesque NEFARIE facere*, dixit Cic. *Diuinat. in Verr. Cap. XII.* HEIN.

NEFARIVS, A, VM, quidquid nefas est fieri. Si qua in patroni fuit concubinatu, deinde filii, esse coepit, vel in nepotis vel contra, prope NEFARIA est huiusmodi coniunctio: *l. 1. §. 3. D. de concubin.* Sciant, non legitimos se suscepisse liberos, quos tam NEFARIA coniunctione genuerunt: *Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. VI. §. 4.* NEFARIVM crimen: *l. 22. C. de poen.* [NEFARIA licentia, de nocturnis sacrificiis: *l. 5. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.*] Inter eas personas, quae parentium, liberorumue locum inter se obtinent, contrahi nuptiae non possunt: veluti inter patrem et filiam, vel auum et neptem, vel matrem et filium, auiam et nepotem, et vsque ad infinitum. Et si tales personae inter se coierint, NEFARIAS atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. *§. 1. Inst. de nupt.* [NEFARIAS preces nocturnis temporibus celebrare: *l. 7. C. Theod de malef. et mathem Lib. IX. tit. 16.* NEFARIAE scripturae, *l. 7 C. Theod de fid. test et instrum Lib. XI. tit. vlt.* et *l. pen. C. Iustin. de probat* vbi NEFARIAS et *suspectas* scripturas ita miscuit Tribonianus, vt vbi Codex Theodosianus NEFARIAS habet, ibi posuerit *suspectas*, et contra]

NEFAS esse dicitur, quod est contra fas, vt loquitur *l. 5. D. de quaest* Post absolutum dimissomque iudicium NEFAS est, litem alteram consurgere ex litis primae materia: *l. 3 C. de fruct. et lit. expens.* Hos inter se, quod adfinitatis caussa parentium liberorumque loco habentur, matrimonio copulari NEFAS est: *l. 4. §. 7. D. de grad. et adfin.* NEFAS credere est: *Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. VI. §. 4.* In foro caussas dicentibus NEFAS, vt ita dixerim, videtur esse, nulla praefatione facta iudici rem exponere: *l. 1. D. de orig. iur.* NEFAS existimatur, eam ducere vxorem, quae per adoptionem filia neptisue esse coepit: *l. 55. D. de rit. nupt.* Si ex ea, quam NEFAS sit ducere postumum instituero: *l. 9. §. vlt. D. de lib. et postum.* Hominem homini insidiari NEFAS esse. *l. 3. D. de iust. et iur.*

NEG.

NEGARE, id est, denegare. Praetor actionem ei NEGARE debet: *l. 1. §. 7. D. de oper. nou. nunc.* Proconsulem interuenturum, et pignoris persequutionem, vel vsusfructus actionem NEGATVRVM: *l. 27. D. de noxal. act.* NEGATVR actio: *l. 1. §. 3. D. de superfic.* id est, denegatur, vt *l. 4. D. de re iudic. l. 19. D. de legat. III.* Turpis actio aduersus vxorem NEGATVR: *l. 2. D. de act. rer. amot.* Corpora eorum, qui capite damnantur, cognatis ipsorum NEGANDA non sunt: *l. 1. D. de cadauer. punit.* NEGANDA est accusatis licentia criminandi· *l. 19. C. qui accus. non poss.* Hereditatis petitionem NEGANDAM. *l. 43. D. de hered. petit.* ‖ 2. NEGARE, inficiari. NEGANTES debitores, non oportet vi armata terreri: *l. 9. C. de obl. et action.* Actio, per quam negat, rem actoris esse: *§. 2. Inst. de action.* Si tutor NEGAVIT apud se esse pecuniam: *l. 7. §. 10. D. de admin. et peric. tut.* Dum NEGAT, aliquam quantitatem penes se esse: *ibid.* Factum NEGANTIS nulla est probatio: *l. 23. C. de probat.* Si vel parens NEGET filium, vel filius parentem: *l. 5. §. 8. D. de adqu. et alend. lib.* Qui de inofficioso vult dicere, licet NEGETVR filius: *l. 20. D. de inoffic test.* Qui iusto errore ductus NEGAVERIT se heredem: *l. 11. §. 10. D. de interrogat.* NEGANDO se heredem, et *dicendo* aduersantur: *l. 6 § vlt. D. eod. tit.* Quum se quis NEGAT incolam esse: *l. 37. D. ad municipal.* NEGAT lex: *l. 2. D. de mort. infer.* Nemo NEGAT: *§. 15. Inst. de diuis. rer.*

Qui

Qui se NEGAT possidere: *l. 25. D. de rei vindic.* Maritus quidem praegnantem vxorem dicit, vxor NEGAT: *l. 1. D. de adgnosc. et al. liber.* Si, denunciante muliere NEGAVERIT ex se esse praegnantem. *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* Labeo et Pegasus recte NEGAVERVNT: *l. 12. §. 3. D. de instruct. vel instrum. legat.* Si testamentum patris iure factum filius NEGAVIT: *l. 24. D. de his, quae vt indign.* ¶. 3. Vere iuridica est huius verbi significatio, dum is, qui actione negatoria experitur, NEGARE dicitur, vt in *l. 2. D. si seru. vindic.* NEGARE seruitutem se debere, vt *l. 4. §. 7. D. si seru. vindic.* id est, agere, ius ei non esse, vt *l. 2. D. de nou. op. nunc.* Siue vindicet quis vsumfructum, siue alii neget: *l. 5. §. 2. D. si vsusfr. petat.* id est, si intendat, ius ei non esse vtendi fruendi. *§. 2. Inst. de action.* vel si NEGET ius esse vtendi fructuario. *l. 5. D. si vsusfr. pet.*

☞ NEGATIO, inficiatio. Hinc quod apud Paullum *Lib. I. Sent. tit. 19. §. 2.* legitur: *Ex his caussis, quae inficiatione duplantur, pacto decidi non potest*: id hoc modo exposuit vetus interpres: *Hae caussae, quae pulsatorum NEGATIONE duplantur, per pactum finiri non possunt.* HEIN.

NEGATORIVS, A, VM. NEGATORIA actio, (quae et *negatiua* dicitur, *l. 5. pr. D. si vsusfr. petat.* §. 2. *Inst. de action* nec non *contraria actio: l. 8. D. si seru. vindic.*) in rem actio est, qua libertatem praediorum nostrorum defendimus, ac tuemur, negantes, aliquam ab his seruitutem deberi. *l. 5. §. vlt. l. 6. §. vlt. D. si vsusfr. petat. l. 2. l. 4. §. 1. D. si seru. vindic. §. 2. Inst. de action.* Negatiuis autem verbis semper fere concipitur, vt adparet ex *l. 8. pr. l. 9. l. 13. l. 14. D. si seruit. vindic.* quamquam et adfirmatiue concipiatur nonnumquam, vt in specie *l. 4. §. 7. D. eod. tit.*

NEGLIGENS, deses, segnis. Qui NEGLIGENTI amico rem custodiendam committit, de se queri debet: *l. 1. §. 4. D. de obl. et act.* id est, parum diligenti, vt *§. vlt. Inst. de societ.* Si NEGLIGENS in eligendis ministeriis fuit: *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.* NEGLIGENS suorum. *l. 5. §. 6. D. de re milit.*

[NEGLIGENTER, vel vt in Florentino codice est, NEGLEGENTER, aduerbium notae significationis. NEGLIGENTER in societate agere: *l. 26 D. pro soc.* Si rem NEGLIGENTER custoditam amiserit: *l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* Faber, qui NEGLIGENTIVS machinam colligauit, id est, minus diligenter: *l. 5. §. 7. D. commodat.* NEGLIGENTIVS habita praedia: *l. 3. §. 5. D. de iur. fisc.* Si curatores NEGLIGENTER in bonis distrahentis se gesserint: *l. vlt. §. 4. D. de administr. rer. ad ciuit. pert.* Si tam NEGLIGENTER in ea caussa versati sunt. *l. 24. §. 1. D. de minor.*

NEGLIGENTIA, vel, vt Pandectae Florent. habet, NEGLEGENTIA, desidiam et segnitiem significat. Vnde varia ei tribuuntur epitheta, vt *crassa*, *dissoluta*, *lata*, *magna*, *nimia*: [quamuis et culpa lata simpliciter NEGLIGENTIA adpelletur. *l. vlt. C. de suspect. tut.*] Huc ergo pertinent illa: Quod ius non NEGLIGENTIA, aut culpa sua amiserant: *l. 35. D. de seru. praed. rustic.* Quod communi NEGLIGENTIA periit: *l. 39. §. 11. D. de administr. et per. tut.* Non fecit lata culpa, non leui, et rebus suis consueta NEGLIGENTIA: *l. 22. §. 3. D. de SC. Trebell.* Vt neque NEGLIGENTIA crassa, neque nimia securitas satis expedita sit: *l. 6. D. de iur. et fact. ignor.* Dissoluta NEGLIGENTIA prope dolum est: *l. 29. D. mandat.* Per NEGLIGENTIAM factum: *l. vlt. D. quod legat.* Lata NEGLIGENTIA prope fraudem accedit: *l. 7. D. de susp. tut.* Solam LATAM negligentiam praestare: *l. 7. §. 2. D. de administr. et peric. tut.* Ob NEGLIGENTIAM, quae non latae culpae comparari possit: *l. 1. C. de hered. tutor.* Magna NEGLIGENTIA culpa est: *l. 226. D. de verb. signific.* Magnam NEGLIGENTIAM placuit in doli crimine cadere: *l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* Vtrum nimia NEGLIGENTIA militum custodia euaserit, an casu: *l. 12. D. de custod. et exhib. reor.* NEGLIGENTIAE nomine non tenetur is, apud quem rem aliquam deponimus: *l. 1. §. 5. D. de obl et act.* Nam nec heres tutoris NEGLIGENTIAE nomine tenetur: *l. 4. D. de magistr. conuen* Si quidem NEGLIGENTIA et nimia cessatio in administratione tutori obiiciatur: *l. vlt. D. vbi pupill. educ. vel morar. deb.* Periculo NEGLIGENTIAE non adstringetur: *l. 40. D. de administr et peric. tut.* NEGLIGENTIA propria heredi non imputabitur. *l. 4. D. de fideiuss. tut.* Magistratus, si tanta fuit NEGLIGENTIA, vt omnem cautionem omitteret: *l. 6. D. de magistr. conuen.* Curatores, qui tutelam ad se NEGLIGENTIA non transtulerunt: *l. 39. §. 15. D. de administr. et peric. tut.* NEGLIGENTIAE tutorum periculo nominum adscripto: *l. 39. §. 14. D. eod. tit.*

NEGLIGERE, est contemnere, adspernari, cessare. [Qui adesse NEGLEXERIT: *l. 14. §. 1. D. de adpellat.*] Si iudex constitutiones principum NEGLEXERIT, punitur: *l. 1. § 1. D. de leg. Corn. de fals.* [NEGLIGERE publica damna amore aedificandi: *l. 4. C. Theod de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* id est, damnum publico conciliare, inusitato loquendo genere.] Qui apud fiscum caussam defendere saepius conuenti NEGLEXERINT: *l 47. §. vlt. D. de re iudicat.* [Si contumaciter praesentiam suam facere NEGLEXERIT: *l. 8. C. quom. et quand. iud. sent.*] Qui suspectum facere NEGLEXERVNT: *l. 41. D. de administr. et peric. tut.* Si filius bonorum possessionem petere NEGLEXERIT: *l. vlt. §. 1. D. quis ord. in possession.* Licet tutoribus patris praeceptum NEGLIGERE: *l. 5. §. 9. D. de administr. et peric. tut.* Si praeceptum est, vt deponantur pecuniae et NEGLECTVM: *l. 7. §. 7. D. eod. tit.* Bonae fidei possessor, quia quasi rem suam NEGLEXIT, nulli querelae subiectus est ante petitam hereditatem: *l. 31. §. 3. D. de heredit. petit.* Praetori ea res quaerenda commissa est, non NEGLIGENDA: *l. 8. §. 17. D. de transact.* Militis voluntatem, quam circa monimentum sibi faciendum testamento expressit, et pater, et mater, eius heredes, NEGLIGERE non debent. *l. 5. C. de religios.*

NEGOTIARI, est negotiationem aliquam exercere. Pluribus locia ex aequo NEGOTIARI: *l. 5. D. ad municipal.* Argentum, quod NEGOTIANDI caussa venale proponi soleret: *l. 32. §. 4. D. de aur. et arg. legat.* An libertus prohiberi potest a patrono, in eadem colonia, in qua ipse NEGOTIATVR, idem genus negutii exercere: *l. 18. D. de iur. patron.* Si dominus scierit, seruum peculiari merce NEGOTIARI: *l. 1. pr. D. de tributor.* In merce peculiari NEGOTIARI: *l. 3. §. 1. D. eod. tit. §. 3. Inst. quod cum eo, qui in al. potest.* NEGOTIATVM ex pecunia: *l. 16. §. 16. D. de vsu et habitat.* NEGOTIARI ex vino: *l. 21. §. 3 D de action. emt. vend.* Eos, qui vtensilia NEGOTIANTVR. *l. 12. D. de decurion.*

NEGOTIATIO, commercium, mercatura. Si NEGOTIATIONE quis abstinere iubeatur: *l. 9. §. 9. D. de poen.* Cubicularii vel obsonatores, vel ii, qui piscatoribos praepositi sunt, non videntur NEGOTIATIONIS adpellatione contineri: *l. 65. D. de legat. III.* Si hereditas NEGOTIATIONIS caussa veniit: *l. 48. D. de hered. petit.* Qui seruum naui, aut tabernae, aut cuilibet NEGOTIATIONI praeposuerit: *§ 2. Inst. quod cum eo, qui in alien. potest* Tabernae praepositus, aut cuiliber alii NEGOTIATIONI: *l. 3. D. de instit. act.* [Iudices, ad quos earum professionum, seu NEGOTIATIONVM cura pertinet: *l. vlt. C. de iurisd. omn. iudic.*] NEGOTIATIONIS emolumentum: *l. 10. D. de hered. vel act. vend.*, NEGOTIATIONEM in eadem ciuitate, et eodem loco exercere, *l. 45. D. de oper. libert.* In quo loco NEGOTIATIO exercetur: *l. 11. §. 3. D. de instit.* [Professiones aliquas seu NEGOTIATIONES exercere: *l. vlt. C. de iurisd. omn. iud.* NEGOTIATIO illicita: *l. 6. §. 6. D. de offic. praef. l. 2. D. de iur. patron.* Aliquam NEGOTIATIONEM incundo: *l. 11. D. de negot. gest.* Interdici NEGOTIATIONE plerumque, vel NEGOTIATIONIBVS solet: *l. 9. §. 10. D. de poen.* NEGOTIATIO licita: *l. 6. §. 6. D. de offic. praef.* NEGOTIATIO lintearia: *l. 5. §. 15. D. de tribut. act.* NEGUTIATIONIS nomen est caupona: *l. 13. pr. D. de instr. vel instr. leg.* NEGOTIATIONIS periculum: *l. 10 D. de hered. vel act. vend.* NEGOTIATIONE prohiberi: *l. 2. D. de iure patron. l. 6. §. 4. D. de offic praesid.* Pretium hominis venditi non ex re, sed propter NEGOTIATIONEM percipitur: *l. 21. D. de heredit. vel act. vendit.* NEGOTIATIO sagaria: *l. 52. §. 2. D. pro soc. l. 5. §. 15. D. de tribut. act.* NEGOTIATIONIS alicuius societas: *l. 5. D. pro soc.* Altero ex duobus fratribus socio bonorum et NEGOTIATIONIS: *l. 47. §. 6 D. de administr. et peric.* Qui transmarinas NEGOTIATIONES et aliis regionibus, quam in quibus ipsi morantur, per seruos atque libertos exercent. *l. 10. D. qui et a quib. manumiss.*

NEGOTIATOR, id est, mercator, [quamuis eos separare videatur Cicero *pro Cn. Plancio Cap. XXVI.*] At sicuti et hodie difficile est genuinam horum vocabulorum differentiam ostendere: ita et auctores nostri ea fere promiscue vsurparunt. HEIN. NEGOTIATORES, qui annonam vrbis adiuuant: *l. 5. §. 3. D. de iur. immunit.* De his Tacit. *Lib. XIII. Annal. Cap. 51. Ne censibus NEGOTIATORVM naues adscriberent, tributumque pro illis penderent, constitutum.* NEGOTIATORES frumentarii: *l. 9. D. de vacat. et excus. mun.* NEGOTIATOR marmorum: *l. vlt. §. vlt. D. qui potior. in pign.* NEGOTIATOR mercis? *l. 1. D. de his, quae vt indign.* NEGOTIATOR seruus: *l. 9. D. pro soc.* Legatis seruis, exceptis NEGOTIATORIBVS, eos legato exceptos videri, qui praepositi essent negotii exercendi caussa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum, praepositi essent: *l. 65. D. de legat. III.* NEGOTIATOR *suarius*: Plin. *Lib. XXI. Cap. 3.* NEGOTIATOR vestiarius. *l. 45. D. de oper. libert.*

NEGOTIATRIX. *l. 32. §. 4. D. de aur. arg. mund.*

NEGOTIOSVS, A, VM. NEGOTIOSA tutela. *l. 31. §. 4. D. de excusat.*

NEGOTIVM, pluribus modis dicitur: vno, quum res significamus. Et ita: Accedere ad negotia: *l. 6. §. vlt. D. de negot. gest.* ad vnum negotium: *l. 16. D. eod. tit.* NEGOTIA administrare: *l. 13. D. de ann. legat. l. 6. §. vlt. D. de negot. gest. l. 14. D. de diuers. temp. praescr. l. 51. D. de administr. et peric. tut. l. 110. D. de solution.* Neque per omnes id negotium administrari expediat: *l. 51. §. vlt. D. de manumiss. testam.* NEGOTIORVM administratio: *l. 46. §. vlt. D. de procurat. l. 12. l. vlt. D. de curat. furios. l. 11. D. de tutel. et rat. distrah.* NEGOTIORVM suorum curam alicui mandare: *l. 5. D. de obl. et act.* NEGOTIA curare: *l. 5. D. de magistr. conuen. l. 14. §. 1. D. commun. diuid.* Quod per absentiam eius deserta derelictaque sunt pupillo NEGOTIA: *l. vlt. D. vbi pupill. educ.* Quoties diffusa NEGOTIA sunt: *l. 24. D. de admin. et peric. tut.* Qui explicandi NEGOTII spem pollicetur: *l. 20. C. de accusat.* Nondum explicato eo negotio: *l. 9. D. de curat. furios.* Finito NEGOTIO: *l. 6. D. de negot. gest.* NEGOTIIS finitis: *l. 24. §. 2. D. de minorib.* Si quis absentis NEGOTIA gesserit: *l. 5. D. de oblig. et act.* et passim *sub tit. D. de negot. gest.* Qui alienum NEGOTIVM gerunt: *l. 1. D. de adpell. recip.* Si socius commune aedificium fulsit, commune non alienum negotium gessisse videtur: *l. 9. §. 4. D. de reb. auct. iud. possid.* Secundus creditor, qui primo soluit, non alterius NEGOTIVM gessit, sed suum: *l. 12. §. 6. D. qui pot. in pign.* Si quis NEGUTIA mea gessit, non mei contemplatione, sed sui lucri caussa, suom eum potius, quam meum NEGOTIVM gessisse: *l. 6. §. 2. D. de negot. gest.* Si post mortem tutoris heres eius NEGOTIA pupilli gerere perseuerauerit: *l. 4. D. de fideiussor. tut.* Perinde ac si tutor sibi NEGOTIVM gessisset: *l. 16. D. de administr. et peric tut.* Suum negotium gerit creditor, dum pignus vendit: *l. 42 D. de pignorat. act.* vt et maritus, qui dotem stipulatur: *l. 9. §. vlt. D. de condict. causs. dat.* Si vxor pro debitrice sua, quam viro delegauit, fidem suam apud maritum obligauerit, suum NEGOTIVM gessit: *l. 27. D. de SC. Velleian.*

NEG.

lian. Si quis ita simpliciter versatus est, vt suum NEGOTIVM in suis bonis quasi meum gesserit: *l. 6. §. 4. D. de negot. gest.* Creditor, qui in possessionem missus est, voluntarium et suum potius NEGOTIVM gerit: *l. 9. §. 4. D. de reb. auct. iudic. possid.* Hinc NEGOTIORVM gestor, qui se alienis negotiis vltro et sponte offert et immiscet: *l. 3. §. 9. et §. 10. D. de negot. gest. l. 5. D. de oblig. et act. l. vlt. D. de re iudic.* quae repetitur per ταυτολογίαν in *l. 24. D. de adpellat.* Paullus *Lib. I. Sent. tit. 4. §. 1.* Vetus Glossarium; NEGOTIORVM GESTOR, ὁ πράγματα χειρίζων ἀλλότρια καὶ χωρὶς ἐντολῆς διοικῶν διὰ φιλίαν μόνην. *qui negotia aliena suscipit, et sine mandato ex sola amicitia administrat.* NEGOTIORVM gestorum agere: *l. 3. D. de negot. gest. l. 7. D. de curat. furios. l. 9. §. 4. D. de reb. auct. iud. possid.* NEGOTIORVM GESTORVM actio: *l. 2. D. de negot. gest. l. 5. D de obligat. et action.* Vetus Glossarium: NEGOTIORVM gestorum actio, ἡ περὶ διοικήσεως ἀλλοτρίων πραγμάτων παρὰ γνώμην δεσπότῃ ἀγωγή. *actio de administratione negotiorum, insciente domino suscepta.* NEGOTIORVM gestorum teneri. *l. 6. §. vlt. l. 9. D. de negot. gest.* NEGOTIA hereditaria: *l. 22. §. vlt. D. si quis omiss. causs. test.* Si qui sponte, et nulla necessitate cogente, immiscuit se NEGOTIIS alienis: *l. 3. §. 10. D. de negot. gest.* NEGOTIIS hereditariis implicari: *l. 22. §. vlt. D. si quis omiss. caus.* Si minor sua sponte NEGOTIIS maioris interuenerit: *l. 24. D de minor.* Erit et illa poena, ne quis NEGOTIIS publicis interueniat: *l. 9. §. 1. D. de poen.* [NEGOTIA Italica administrare non solent, qui prouincialium rerum curatores vel tutores sunt: *l. 100. D. de solut.* Si adfectione coactus, ne bona mea distraherentur, NEGOTIIS te meis obtuleris: *l. 3. §. 9. D. de negot. gest. l. 25. §. vlt. C. de except. rei iudic.* Senator si NEGOTIIS alienis se obtulerit in prouincia: *l. 36. §. vlt. D. de iudic.* Is, qui obtulisset se NEGOTIIS gerendis: *l. 5. D. de oblig. et act.* Qui sui priuati NEGOTII caussa in legatione est: *l. 42. D. ex quib. causs. maior.* NEGOTIA propria: *l. 15. D. de recept. arbitr.* Legata, qui in NEGOTIVM publicum sumtum fecit: *l. 7. D. quod cuiuscumqu. vniu. causs.* Priuatis quidem NEGOTIIS interesse poteft, publicis prohibetur: *l. 9. §. 1. D. de poen.* Si non propter fraudem, aliamue iustam caussam, improbandae operae caussa remotus esset a NEGOTIIS, quae administrare vellet: *l. 13. D. de ann. legat.* Diu NEGOTIVM tractum: *l. 24. D. de adpellat. l. vlt. D. de iudic.* Exceptio transacti NEGOTII: *l. vlt. D. de transact.* Velut transacto NEGOTIO: *l. 5. D. de decurion.* NEGOTIA vrbica et peregrina: *l. 51. D. de administr. et peric. tut.* ¶. 2. Altero modo NEGOTIVM, pro negotiatione ponitur. *l. 3. l. 5. D. de instit. act.* Sic: Seruus, qui in NEGOTIO fuerit, legatus, non ante tradi debet, quam rationes explicet: *l. 69. §. 4. D. de legat. I.* NEGOTIVM exercere: *l. 88. §. 3. D. de legat. II. l. 38. §. 1. in fine D. de oper. libert.* Patronus tutor, vendito omnibus communis negotiationis mercibus, et sibi redemtis NEGOTIVM suo nomine exercuit: *l. 47. §. 6. D. de administr. et peric. tut.* Dominus qui seruum institorem apud mensam pecuniis accipiendis habuit, post libertatem quoque datam, idem per libertum NEGOTIVM exercuit: *l. 19. §. 1. D. de instit. act.* Qui negotiationem per Pamphilum et Diphilum, prius seruos, postea libertos exercebat, suo testamento eos tutores reliquit, et cauit, vt NEGOTIVM eodem modo exerceretur, quo se viuo exercebatur: *l. 58. D. de administr. et peric. tut.* Siue principaliter NEGOTIVM gerat, siue alterius negotiationis accessione vtatur: *l. 4. §. 1. D. de his, qui not. infam.* Institor adpellatur ex eo, quod NEGOTIO gerendo instet: *l. 3. D. de instit. act.* NEGOTIVM mensae: *l. 77. §. 16. D. de legat. II.* Cuicumque NEGOTIO praepositus, *l. 5. D. de instit. act.* id est, negotiationi, vt *l. 3. D. eod. tit.* NEGOTIVM tabernae. *l. 19. § 2. D. de institor. act.* ¶. 3 Tertio modo NEGOTIVM contractum, tractatum vltro citroque habitum significat, quod Graecis συνάλλαγμα, vt loquitur Vlpianus *l. 7. D. de pact.* Sic dicimus NEGOTIVM *contrahere, gerere, habere*, ei *interuenire*, illud *suscipere*. Si et me et Titium mutuam pecuniam rogaueris, et ego meum debitorem tibi promittere iusserim, tu stipulatus sis, quum putares eum Titii debitorem esse, nullum NEGOTIVM mecum contraxisti: *l. 32. D. de reb. credit.* Si cum extraneo tale NEGOTIVM contraxisset *l. 49. D. de donat. int. vir. et vxor.* Qui bona fide NEGOTIVM contraxerit: *l. 35. D. locat.* [Talia NEGOTIA contrahuntur: *l. 2. §. 2. D. de oblig. et action.*] In NEGOTIIS contrahendis alia caussa habita est furiosorum, alia eorum, qui fari possunt. Nam furiosus nullum NEGOTIVM contrahere potest; *l. 5. D. de regul. iur.* In omnibus NEGOTIIS contrahendis, siue bonae fidei sint, siue non sint, si aliquis error interuenerit, nihil valet, quod actum est: *l. 57. D. de obl. et action.* Nullum NEGOTIVM inter tutorem et pupillum contrahitur: *l. 5. §. 1. D. eod. tit.* Si quis ita soluerit, vt si adparuisset, esse indebitum, vel Falcidia emerserit, reddatur, repetitio locum habebit, NEGOTIVM enim contractum est inter eos: *l. 2. D. de condict. indeb.* Si in area tua aedificassem, et tu aedes possideres, condictio locum non habebit, quia nullum inter nos contraheretur: *l. 33. D. eod. tit.* Magis ad donationis et beneficii caussam, quam ad NEGOTII contracti, spectat precarii conditio: *l. 14 D. de precar.* Non multum interest, adfuerit tutor, quum NEGOTIVM contraheretur: *l. 14. D. de auct. et conf. tut.* Antequam NEGOTIVM contraheretur: *l. 7e. D. de legat. I.* Inter absentes talia NEGOTIA contrahuntur: *l. 2. D. de oblig. et action.* Si cum seruo ciuitatis NEGOTIVM contractum sit; *l. 4. D. quod iussu.* NEGOTIO contracto conuenit: *l. 50. D. de iur. dot.* Qui mortis caussa donat, qua parte se cogitat, NEGOTIVM gerit: *l. 35. §. 3. D. de mort. causs. don.* Si tibi polienda sarciendaque vestimenta dederim, mercede constituta, locationis conductionisque NEGOTIVM geritur: *l. 22. D. de praescr. verb.* Quum res aestimata vendenda datur, NEGOTIVM ciuile gestum est, et quidem bona fide: *l. 1. D. de aestimator.* Si praedia et mancipia Seiae data, effecta sunt eius tempore concubinatus, et postea tempore matrimonii aliis acceptis, reddita sint: NEGOTIVM potius gestum videri, quam donationem interuenisse: *l. 58. D. de donat. int. vir. et vxor.* Contractum non vtique eo loco intelligitur, quo NEGOTIVM gestum sit:

l. 3. D. de reb. auct. iud. possid. Si fundus venierit ex consuetudine eius regionis, in qua NEGOTIVM gestum est: *l. 6. D. de euict.* Commodato geritur NEGOTIVM inuicem: *l. 17. §. 3. D. commod.* id est. suscipitur obligatiu inter dandum et accipiendum, vt *ibidem* Vbi aliqoid NEGOTII geritur, per quod adquiratur. *l. 20. §. 3. D. qui testam fac.* Quod seruus ex NEGOTIO gesto adquisierit: *l. 19. D. de adquir. rer. domin.* Si NEGOTIVM inter eos gestum est: *l. 24. §. 4. D. solut. matrim* Si iussu eius, in cuios potestate sit, NEGOTIVM gestum fuerit: *l. 1. D quod cum eo, qui in alien. pot.* Quum omne NEGOTIVM, quod eius voluntate gestum sit: *l. 12. D. si quid in fraud. patron.* Quasi NEGOTIO inter nos gestu proprii contractus: *l. 19. D. de praescr. verb.* Actio NEGOTIORVM gestorum, quum ex NEGOTIO gesto oriatur, et heredi, et in heredem competit: *l. 3. §. 7. D. de negot. gest.* Ex Edicto de aleatoribus in dominum, cuius seruus pecuniam acceperit, de peculio actio datur, non noxalis, qoia ex NEGOTIO gestu agitur: *l vlt. §. 1. D. de alcator.* Ex Edicto de his, qui effuderint, vel deiecerint, quum seruus habitator est, vtrum actio noxalis danda sit, quia non est ex NEGOTIO gesto, an de peculio, quia non ex delicto serui venit: *l. 1. § 8. D. de his, qui effud. vel deiec.* Si seruus compromiserit, an de peculio actio ex poena comprumissi, quasi ex NEGOTIO gesto danda sit: *l. 3. §. 8. D. de pecul.* Placet, neque mandati, neque pro socio esse actionem, sed in factum, quasi alio NEGOTIU gesto: *l. 13. D. de praescr. verb.* Conuensio ista non est nuda, sed in se habet NEGOTIVM aliquod: *l. 15. D. de praescr. verb.* NEGOTIIS interuenire: *l. 48. D. de obl. et act.* Actio ex edicto, si mensur fallum modum dixerit, perpetua est, quae initium rei non a circumscripiione, sed a suscepto NEGOTIO originem accepit: *l. 4. D. si mensor fals. mod.* ¶. 4. Quarto modo NEGOTIVM dare, est mandata dare, seu oneris aliquid imponere. Omnes possunt mandare, et vni hoc NEGOTIVM dare. *l. 8 §. vlt. D. de reb. auct. iud. possid.* In primis vero NEGOTIVM diceba- tur magistratibus dari, quum quid eis mandabatur, delegabatur, committebatur. Cicero *in Verr. IV. Cap. 43. Quaestoribus atque aedilibus NEGOTIVM datur, vt noctu vigilias agerent ad aedes sacras.* Idem *de harusp. respons. Cap. VIII. NEGOTIVM magistratibus est datum.* Exstant quoque eiusdem loquutionis crebra exempla apud Liuium *Lib. II. Lib. V. Lib. IX. et Lib. XXXI.* ¶. 5. Quinto NEGOTIVM molestiam significat. [*Nimia omnia nimium exhibent NEGOTIVM hominibus:* Plaut. *Poenul. Act. I. scen. 2. v. 30. Menaechm. Act. V. scen. 9. v. 13. et Mercat. Act. II. scen. 2. v. 1.* In eum, qui vt calumniae caussa NEGOTIVM faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse dicetur: *l. 1. D. de calumniat.* Parens, patronus, patrona, libertas, aut parentes patroni patronaeue, neque si ob NEGOTIVM faciendum pecuniam accepisse, dicerentur: *l. 5. D. de obsequ. par vel patr. NEGOTIVM innocenti facere*: Quinctil. *Lib. V. Cap. 10. NEGOTIVM facessitum*: Cic. *in Verr. IV. Cap. 64.* [Add. Plaut *Poenul. ibid.* Ad exhibitionem eorum, per quos sibi NEGOTIVM fiat: *l. 6. C. de testib.* NEGOTIVM fieri: *l. 7. C. eod. tit.* Qui dedit pecuniam, vt negotiom quis pateretur. *l. 3. §. 3. D. de calumniat.* id est, vt calumnia ei fieret, vt *ibidem.* ¶. 6. Denique NEGOTIVM sexto modo pro quaestione, lite, vel controuersia ponitur. [IN NEGOTIO ciuili pronunciare: *l. 1. C. Theod. de adpell. Lib. XI tit. 30.* In NEGOTIO cioili minime fas est, vt cuioslibet iniuriae genos perferat adpellator: *l. 12. C. Iustin. de adpell. l. 2. C. Theodos. eod. tit.* In NEGOTIIS ciuilibus terminari controuersias oportet: *l. 55. C. Theod. eod. tit.* NEGOTIVM cognoscere: *l. 61. C. Th. eod. tit.* NEGOTIVM finitum: *l. 7. C. de iur. et fact. ignor.* NEGOTII merita noscenda: *l. 46. C. Theod. de adpell.*] NEGOTIVM seu NEOOTIA mouere: *l. 16. D. de legat. l. 34. D. de iure fisci.* [In vno eodemque NEGOTIO saepius prouocare: *l. 37. C. Theod. de adpellat.* Si quando ratio aut necessitas est, in NEGOTIIS nostra iudicia reqoirendi exspectandique responsa: *l. 3. C. Iustin.* et *l. 4. C. Theod. de relat. Lib. XI. tit. 29.* NEGOTIA ventilari: *l. 49. C. Theod. de adpellat.* NEGOTIVM sententia vulneratum: *l. 15. C. Theod. eod. tit.*]

NEM.

[NEMESIACI, in *l 2. C. Theod. de collegiat. Lib. XIV. tit. 7.* a Dea Nemesi sic dicti, vanissimorum hominum genus, qui videlicet madidi ligno bifurco ludos publice collecta turba agebant, ibique ligno modo succollato, modo deposito, bacchantes rotantesque fabulam aliquam fingebant, diuinos se et prophetas agentes, fataque hominom explicantes, atque ita stipem emendicabant. De iis Iac. Gothofredus *in Comment. ad d. l.*]

NEMO, nullus hominum. NEMO ambigit: *l. 1. § 7. D. de vi et vi arm. l. 1. §. 13. D. de aqua quot. et aestiu.* NEMO crediderit: *l. 1. D. de legat. III.* NEMO dictus est obligari: *l. 50. D. de adquir. vel omitt. hered* NEMO dubitat: *l. 70. §. vlt. D. eod. tit. l. 72. D. de adquir. vel omitt. hered.* NEMO OVBITAVIT: *l. 78. D. de legat. III.* NEMO dubitabit: *l. 28. D. de lib. et postum.* NEMINI dubium est: *l. 48. §. vlt. D. de furt.* NEMINE nihil faciente: *l. 24. D. de damno infect* NEMO filiurum: *l. 6. D. ad SC. Tertull.* NEMO negat: *l. 5 D. de adquirend. rer. dom.* NEMO est, qui neget: *l. 1. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* NEMO est, qui nesciat: *l. 5. D. de duob. reis.* NEMO seruorum: *l. 51. § 1. D. de manumiss. test.* NEMO vnus: *l. 17. §. 2. D. de recept. arbitr.* Liuius *Lib. II. Cap. 6. Quia NEMO vnus satis dignus regno sit.*

NEP.

NEPOS dupliciter intelligitur, ex filio vel filia natus. Idem et in NEPTE. *l. 10. §. 13. D. de grad. et adfin* Qui ex filio tuo, et vxore eius nascitur, id est, NEPOS et neptis: *§. vlt. Inst. de patr. potest.* Si quis mihi ex filio NEPOS, siue qua neptis natus nata erit: *l. 29. D. de lib. et postum.* NEPOTES ex filia: *l. 17. §. 1 D. de dol. mal. except.* NEPTIS, quam auus ex filia habebat: *l. 33. D. de pact.* NEPTIS ex filia: *l. 3. D. de coniung. cum emancip. lib.* Titius quum haberet NEPTEM ex filia praegnantem: *l. 25. §. vlt. D. de lib. et postum.* Si filium, et ex eo NEPOTEM NEPTEMVE in potesta-

testate habeam, quia filius gradu praecedit, is solus iura heredis habet, quamuis NEPOS quoque et NEPTIS ex eo in eadem potestate sint: *l. 13. D. de ininst. rupt. irrit.* Si quis filium habeat sui iuris, et ex eo NEPOTEM in potestate sua: *l. 5. D. de collat. bon.* Qui duos filios, et ex altero eorum NEPOTEM habet, si vult NEPOTEM, quasi ex altero natum sic adoptare: *l. 15. §. 1. D. de adopt.* Qui duos filios habebat, alterum ex his emancipauit, NEPOTEM ex eo in potestate retinuit: *l. 3. D. de coniung. cum emancip.* Qui filium emancipauerat, et NEPOTEM ex eo retinuerat in potestate: *l. vlt. D. de legat. praest.* Fratris filius NEPOSVE ex eo: *l. 7. D. de legit. tut.* NEPTEM fratris vel sororis: *§ 3. Inst. de nupt.* [Nihil interest, filiae suae nomine, an sororis, vel NEPTIS, ex altero filiae natae, dederit: *l. 8. D. de in rem vers.*] NEPOS quum emancipatur, vna mancipatione exit de patria potestate: *l. 8. D. de inínst. rupt. irrit. fact. testam.* [NEPOTES filiorum loco habendi. *l 1. C. Theod. de natur. fil. Lib. IV. tit. 6. l. 220. D. de verb. signific.* et Iac. Gothofred. *ad d. l. 1. C. Theod. de nat. fil.* Addi de vocis NEPOS variis acceptionibus potest Nic. Henel. *in Otio Vratislan. Cap. XXIX.*]

NEQ.

NEQVAM, NEQVISSIMVS, A, VM. [NEQVISSIMA secta Eunomianorum: *l. 25. C. Theodos. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

NEQVAQVAM, minime, nullo modo. NEQVAQVAM ambigendum est: *l. 52. D. de furt. l. 9. D. de administr. et peric. tut. l. 2. D. quis ord. in possess. seru.* NEQVAQVAM dubium est: *l. 6 D. de fideic. libert. l. 3. D. de SC. Silan. l. 3. §. vlt. D. de duob. reis.* NEQVAQVAM opinandum est: *l. 3. §. vlt. D. vti possidet.* NEQVAQVAM placet: *l. 25. D. de liberat. legat.* Quod NEQVAQVAM fuit praetori propositum: *l. 3. §. 4. D. de minor.*

NEQVITIA. Eam frugalitati aduersariam constituit Cicero *Lib. III. Tuscul. quaest. Cap. 8.* Gellius *Lib. VII. Cap. 11.* NEQVAM dici, ait, *hominem nihili, neque rei, neque frugis bonae, quod genus Graeci fere ἄσωτον καὶ ἀκόλαστον vocant.* Et haec vocabuli notio clarissime perspicitur in formula, qua Praetor olim bonis interdicebat prodigis: QVANDO TIBI BONA PATERNA AVITAQVE NEQVITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS: Paull. *Sent. Lib. III tit. 4. §. 7.* Ita et Cicero passim loquutus est: maxime vero *Philipp. II. Cap. 20* HEIN. [Sic: NEQVITIAM seruilis ingenii recipere: *l. 3. C. Iust. et l. 2. C. Theod. de libert. et eor. lib.*] Humilis calumniator, notae NEQVITIAE: *l. 3. § 4. D. de lib. exhib* [Si quis in obdurata NEQVITIA permanebit: *l. 2. C. Iust.* et *l. 3. C. Theod. de exact. tribut.*] Ob NEQVITIAM patris: *ibidem.* [NEQVITIA procuratorum rei priuatae: *l. 1. C. de domib. ad rem priuat. pertin. Lib. X. tit. 2.*] Propter NEQVITIAM. *l. 43. §. 6. D. de Aedilit. edict.* [Qui ad imam vsque scelerum NEQVITIAM peruenerunt Manichaei. *l. 65. C. Theod. et l. 5. C. Iustin. de haeret.*]

NER.

NERATIVS Appianus. *l. 41. D. de manumiss. vindict.*

NERATIVS PRISCVS, vt *l. 19. D. de dol. mal. l. 71. D. de diuers. reg. iur. l. 67. §. 8. D. de legat. II.* vel PRISCVS NERATIVS: *l. 8. §. 1. D. de liberat. legat.* et *l. 3. D. quae res pign.* Quando vero dicitur: PRISCVS et NERATIVS *putant*, *l. 10. §. 1. D. de vsu et habitat.* per Priscum intelligitur Iauolenus, de quo alibi. Fuit hic iurisconsultus Traiano, cuius in consilio fuit, *l. 5. D. si a par. quis manum.* tam carus, vt moriens ei dixisse feratur: *Commendo tibi prouincias, si quid mihi fatale acciderit.* Spartian. *Hadrian. Cap. IV.* Fuit et in consilio Hadriani, teste eodem *Cap. XVIII.* Pro Marcelli, iurisconsulti, fratre eum habet Merill. *Lib. I. Obs. Cap. 28.* Sed NERATII ille frater, Marcellus, de quo *l. 12. §. 43. D. de instr. vel instrum. leg.* diuersissimus fuit ab Vlpio Marcello iurisconsulto, cognominatus non Vlpius, sed NERATIVS Marcellus, veluti apud Plin. *Lib. II. Epist. 8.* Noster, NERATIVS PRISCVS consul fuit, collega Annio Vero, *l. 6. D. ad leg. Corn. de sicar.* quamuis de anno non liqueat. Scripsit REGVLARVM *libros XV.* MEMBRANARVM *libros VII.* RESPONSORVM *libros III:* Laudantur et eius EPISTOLAE: *l. 12. §. 35. D. de instruct. vel instrum. legat.* libri EX PLAVTIO: *l. 5. D. de seru. praed. rustic.* Libri DE NVPTIIS: apud Gellium *Lib. IV. Noct. Cap. 4.* NOTAE AD PVLEIVM: *l. 43. D. de mort. causs. donat.* Vicissim ad eum NOTARVM *libros IV.* scripsisse Iulium Paullum, satis constat. HEIN.

NERONIANVS, A, VM. NERONIANO SCo cautum est, vt, quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatum esset: Vlpian. *tit. XXIV. Reg. §. 11.* NERONIANO SCo cauetur, vt, occisa vxore, etiam de familia viri quaestio habeatur: idemque iuxta vxoris familiam obseruetur, si vir dicatur occisus. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 5. §. 5.*

NERVA, (M. Cocceius) Imperator, Domitiani successor, qui primus ex aduenis imperium rexit, Naruiensi oppido genitus; vt Aurelius Victor *Epit. Cap. XII.* scribit. Primus omnium D. Nerua edicto vetuit, post quinquennium mortis cuiusque de statu quaeri: *l. vlt. D. ne de statu defunct.* Lege agraria, quam diuus NERVA tulit, cauetur: *l. vlt. D. de term. mot.* Diuus NERVA praetoribus vnum adiecit, qui inter fiscum et priuatos ius diceret: *l 2. §. 32. D. de orig. iur.* Auctore D. NERVA introductum, vt ciuitatibus omnibus, quae sub imperio populi Romani sunt, legari possit. Vlpian. *tit. XXIV. Reg. §. 28.*

NERVA (M. COCCEIVS) auus Imperatoris, et iurisconsultus, qui et Caesari familiarissimus fuit, vt narrat Pomponius in *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* id est, Tiberio Caesari, vt Tacit. *Lib. VI. Annal. Cap. 26.* *Haud multo post Cocceius NERVA continuus principis, omnis diuini humanique iuris sciens, integro statu, corpore illaeso, mo-*

riendi consilium cepit. Apud Frontinum *Lib. II. de aquaeduct.* inter aquarum curatores refertur M. COCCEIVS NERVA, *diui Neruae ·auus, scientia iuris illustris.* Ex quibus auctoritatibus nobis huius iurisconsulti silentio in pandectis obrutum praenomen innotescit. Porro hunc ipsum NERVAM consulem fuisse, argumento sunt haec Celsi verba: Si ita legatum est, si NERVA Consul factus erit: *l. 27. D. de legat. II.* ac plane ex vetustis lapidibus apud Gruter. *p CLXXXVII, 13. et p. DCII, 4.* patet, anno ab V. C. DCCLXXVI. M. COCCEIVM M. F. M. N. NERVAM cum C. Vibio Rufino consulatum gessisse. NERVAM vtique hunc Labeoni, Neruae vero Proculum successisse, idem Pomponius *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* tradit, inter quos tamen non bene semper conuenisse, ob·ruare licet. Nam vt Labeoni NERVA consentit, in *l. 1. D. si vsusfruct. pet.* et *l. 14. D. de in diem addict.* ita ab eo dissentit in specie *l. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ.* Similique modo interdum NERVAE sententiam Proculus sequitur, vt in *l. 13. D. qui potior. in pign. l. 9. §. vlt. D. de reb. cred. l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* et quidem aduersus Sabinum et Cassium, in *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin. l. 1. D. de contrab. emt.* Alias vero ceu nullius addictus iurare in verba magistri libere ab eo dissidet, vt adparet ex *l. 32. D. depos. l. 12. §. 1. D. de vsu et habitat. l. 3. D. de vsufr. ear. rer. l. 1. D. de act. rer. amot.* Quin etiam a Sabino NERVA stat aduersus Cassium: *in l. 49. D. ad leg. Falcid.* Derisus NERVA iurisconsultus, qui per fenestram, monstrauerat, seruus detentos ob pensionem liberari posse: *l. 9. D. in quib. causs.* Hunc etiam a Celso filio recte reprehensum, adnotat Pomponius in *l. 28. D. de euict.* Quamuis vero in Pandectis NERVA hic ab eo, quem iuris ciuilis scientiae aeque atque nominis et bonorum heredem reliquit, patris adiectione non discernatur, nec vt Celsum *patrem*, ita NERVAM *patrem* nominari inueniam: NERVA tamen pater exaudiendus est in *l. ·. §. 3. D. de rei vind. l. 6. §. 3. D. commun. diuid. l. 11. D. de reb. credit. l. 7. D. de condict. causs. dat. l. 11. §. 3. D. de pecul. l. 45. §. vlt. D. mandat. l. 57. D. de contrab. emt. l. 56. D. de iur. dot. l 36. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 44. D. solut. matrim. l. 19. l. 52. §. 7. D. de legat. III. l. 14. D. de ann. legat. l. 16. D. de liberat. legat. l. 3. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 4. §. 3. D. de dol. mal. et met. except.*

☞ M. COCCEIVS NERVA, prioris filius, NERVAE Imperatoris pater, Neroni tam carus, vt eius praetoris adhuc designati imaginem supra triumphalem in foro, et effigiem apud palatium quoque statueret. Tacit. *Lib. XV. Annal. Cap.* 72. Libros eius de vsucapionibus citat Papinianus. *l. 47. D. de adquir. vel amitt. possess.* HEIN. Fuit et eodem tempore, (quo Proculus) NERVA filius. *l. 2. § vlt. D. de orig. iur.* Minorem annis decem et septem, qui eos non in totum compleuit, Praetor prohibet postulare: quia moderatam hanc aetatem ratus est ad procedendum in publicum: qua aetate, aut paullo maiore fertur NERVA filius et publice de iure responsitasse: *l. 1. §. 3. D. de postul.* Pegasus et NERVA filius responderunt: *l. 2. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* Sic NERVAM filium Fufidio contradicere, animaduertimus *l. vlt. D. de manumiss. vind.* Citatur et hic NERVA, filius: *l. 1. pr. §. 1. l. 3. §. 1·. et §. 17. D. de adquir. vel amitt. possess. l. 21. D. de acceptilat. l. 13. §. 7. D. de vsufr. l. 3. §. 8. D. de pecul.*

NE·RVVS, *μεταφορικῶς* de viribus reipublicae, puta pecunia publica dicitur. NERVVS reipublicae in tributis: *l. 1. §. 20. D. de quaestion.* Cic. *pro lege Manil. Cap. VII. Si vectigalia NERVOS esse reipublicae semper duximus.* Eadem *fructus, quibus respublica sustinetur*, vocat Tacitus *Lib. XIII. Annal. Cap. 50.* [Succisis quasi quarumdam virium NERVIS. *l. 2. C. de omni agr. desert. Lib. XI. tit. 58. l. 4. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.*]

NES.

NESCIRE, et *scire*, opponuntur: *l. 1. D. de iur. et fact. ignor.* itemque NESCIRE et cognouisse. *l. 6. D. de calumniat.* Sic: NESCIENS conditionem: *l. 44. D. de condit. et demonstr.* NESCIRE litteras: *l. 3. §. 1. D. de accusat. §. 8. Inst. de excus.* et apud Senec. *Lib. II. de element. Cap. 1.* Sueton. *in Neron. Cap. X.* [NESCIRE se, dicunt imperatores, quomodo Irenaeus, ob Nestorianismum condemnatus, postea Tyriorum episcopus factus fuerit. *l. 3. §. vlt. C. de summa Trinit. et fide catholic.*]

[NESCIVS, A, VM, nesciens, ignarus. NESCIVS modestiae, et pudoris ignarus: *l. vn. C. Iust. et Theod. si quis imp. maledix.* NESCIA periculi sui latronum insania: *l. 6. C. de defens. ciuit. l. vlt. C. Theod. eod. tit. Lib. I. tit. 11.* Gellius *Lib. XIX. Noct. Attic. Cap. 1. Repentinus, NESCIVS periculi nuncius.* NESCIVS autem dicitur tam is, *qui nescitur*, quam *qui nescit*: quamquam de hoc frequentius, de illo rarius haec vox vsurpatur. Gell. *Lib. IX. Cap. 12. in fine.*]

[NESENNIVS *Apollinaris*, in *l. 34. D. de negot. gest.* Dionys. Gothofredo in *notis* dicitur iurisconsultus Paullo familiaris, ceu pateat ex *l. 41. D. de re iud.* Sed Cuiacio est iudex datus, seu pedaneus, quod et consequentia exigant. Idem NESENNII *Apollinaris* nomen occurrit in *l. 32. D. de excusat. l. 22. D. ad leg. Falcid.* pluresque eius nominis memorat Thom. Reines. *Class. I. Inscr. 47. p. 92.*]

[NESTORIVS, notissimus haereticus. NESTORII nefariae sectae participes Simoniani vocentur, vt, cuius scelus sunt in detereendo Deo imitati, eius vocabulum iure videantur esse sortiti: *l. 66. pr. C. Theod. de haeret. Lib XVI. tit. 5.* et *l. 6. C. Iustin. eod. tit.* Vbi Iac. Gothofredus.]

NEV.

[NEVTER, A, VM. NEVTRI eorum praetor succurrere debebit. *l. 3. §. pen. D. de eo, per quem fact. erit.*]

[NEV-

[NEVTIQVE, pro neutiquam. *l. 3. C. Theod. de aquaeduct.*]

NEX.

NEX, mors, lethum, caedes. NECI *datus*, ait Festus, *proprie dicitur, qui sine vulnere occisus est, vt veneno, aut fame.* Qui quid fecerit, contra hominis NECEM, quod legibus permissum non fit: *l. 4. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Qui domini NECEM detexit: *l. 5. D. qui sin. manumiss.* Vitae NECISque potestas: *l. 1. D. de his, qui sui vel alien. iur.* et aliis locis, quos infra *Libro vltimo* adducam. Si NECEM domini detexit seruus: *l. 3. §. 1. D. de suis et legit. l. 16. D. de SC. Silan.* id est, caedem arguit, vel indicauit, vt *l. 3. §. 13. §. 14. D. de SC. Silan.* ¶. 2. In NECEM, significat in perniciem, vt loquitur *l. 34. D. solut. matrim.* item in fraudem, damnum, praeiudicium. Non est aequum, fideiussori in NECEM meam subueniri: *l. 13. pr. D. de minor.* Si quis impostuream fecerit, vel collusionem, in NECEM alterius: *l. 3. §. 1. D. de stellionat.* Si in NECEM creditoris, id est, perdituro seruo, vel filio solutum sit. *l. 10. §. 6. D. de in rem vers.* Si seruum intricare peculium in NECEM creditorum passus est: *l. 21. D. de pecul.* Potest fieri, vt duo in NECEM eius litem inter se iungant; *l. 1. D. de litigios.* id est, in praeiudicium, vt vulgo loquimur. Quum videretur per collusionem in NECEM legatariorum et libertatium hoc actum: *l. 14. D. de adpellat.* Si liquido constiterit, in NECEM legatariorum hoc factum. *l. 4. D. si quis omiss. causs. testam.* DOLVM, qui in NECEM legatariorum et fideicommissariorum factus est; *l. 5. §. 15. D. vt in possess. legat. vel fideic. causs.* Si libertus rem suam pro alio pignori dedit, in NECEM patroni, id est, in fraudem eius. *l. 1. §. 19. D. si quid in fraud. patron.* Sunt hi loci omnes Vlpiani, cui propria ac familiarissima fuisse videtur haec locutio, cuius apud alios bonos auctores exemplum nondum repertum est: quamuis pro eius defensione quaedam erudite disseruerit Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. ICtor. p. 431.* Nescio, an non eodem sensu Vlpianus dixerit *in occisionem innocentium*, apud Auctor. *Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. 8. §. 7.* Vid. Corn. van Bynckersh. *Lib. III. Obs. Cap. 19. p. 203.* HEIN.

NEXVS, VS, pro quouis vinculo obligationis, maxime vero pignoris. Sic: Ab eodem NEXV absolutio, id est, liberatio: *l. 1. D. de accept.* [commissi NEXV liberatus: *l. 1. C. Iustin. l. 2. C. Theod. de susceptor. Lib. XII. tit. 6.* Condemnationis frumentariae NEXIBVS teneri: *l. 1. C. Th. de praetorib. Lib. VI. tit. 4.*] Ob culpae NEXVM interpellare: *l. vlt. C. quo quisqu. ord.* [NEXVS curiae: *l. 64. l. 107. l. 161. l. 168. l. 177. l. 178. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* NEXVS curialis: *l. 58. C. Theodos. eod. tit. l. 6. Cod. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.* NEXVS famulatus: *l. 3. C. Theod. de liber. causs. Lib. IV. tit. 8.* NEXVS generis et originis: *l. 45. C. Theod de decurion.* NEXVS Iuris: *l. 29. C. ad leg. Iul. de adult. l. 1. C. Theod. eod. tit. Libr. IX. tit. 7.* NEXVS ordinum: *l. 48. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* municipalis ordinis: *l. 180. C. Theod. de decurion.* [NEXVS pignoris: *l. 33. D. famil. ercisc. l. 4. C. de remiss. pign.* NEXVS paternae potestatis: *l. 13. C. de castrensi pecul.* NEXVM facere praediorum, id est, praedia pignori obligare: *l. pen. et l. vlt. C. si alien. res pign.* [NEXVS sanguinis: *l. 122. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. l. 16. C. Theod. de mariteg. Lib. X. tit. 20.* NEXVS statuti prioris: *l. 8. in fine C. Theod. de adpellat. Lib. IX. tit. 30.*] Si emtor fundi damnauerit heredem suum, vt venditorem NEXV veoditi liberaret: *l. 26. §. 7. D. de condict. indeb.*

¶. 2. NEXV vel NEXO olim etiam abalienari res dicebantur, quae erant mancipi. Cicero *in Topic. Cap. V. Abalienatio est eius rei, quae mancipi est, vt traditio alteri* NEXV. Idem *in Paradox. V. Cap. 1. Vt mancipia, quae sunt dominorum facta* NEXV, *aut aliquo iure ciuili.* Et *de harusp. respons. Cap. 7. Multae sunt domus in hac vrbe, atque haud scio, an paene cunctae, iure optimo, sed tantum iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipi, iure* NEXI. Varro *Lib. VI. de lingu. Lat.* NEXVM *Manilius scribit omne, quod per libram et aes geritur, in quo sunt mancipi.* *Mucius Scaeuola, quae per aes et libram fiant, vt obligentur, praeterquam si mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quaeritur. Nam idem, quod obligatur per libram, neque suum fit.* Inde NEXVM dictum. Cicero *Lib. III. de orat. Cap. 40.* inter ea, quae proprium nomen habent, NEXVM enumerans, ea significari ait, *quod per libram agitur.* Festus: NEXVM *est, vt ait Gallus Aelius, quodcumque per aes et libram geritur: idque necti dicitur. Quo in genere sunt haec, testamenti factio,* NEXI *dando,* NEXI *liberando.* NEXVM etiam *aes*, vt idem Festus ait, olim dicebatur *pecunia, quae per* NEXVM *obligabatur.* Sunt haec erudita omnino, sed ex quibus tamen, quid proprie NEXVS vel NEXVM sit, et quomodo a mancipatione differat, vix intelligas. Nimirum mancipatio quidem erat inter modos transferendi dominium: at accedebat tamen et aliis contractibus et negotiis, adeo vt et heredes, quibus legatum remittebatur, per aes et libram soluti dicerentur, Cic. *Lib. II. de legib. Cap. XX. et XXI.* Quoties ergo cui res mancipi tradebatur per aes et libram ita, vt dominium eius haud nancisceretur, rem illam habere dicebatur *iure* NEXI; quoties in eum translatum esset dominium, *iure mancipii.* NEXVS ergo et *mancipatio*, non differebant ritu, sed differebant maxime effectu, quum ille et sine dominii translatione esse posset, haec semper dominium iuris Quiritium transferret, per eamque non posset non fieri rei abalienatio. Rem omnem erudite exposuit illustrauitque Io. Fridr. Gronou. *Epist. CCCII. ad Claud. Salmasium, in Sylloge Epistolarum virorum illustrium. Tomo II. p. 549.* HEIN.

NIC.

NICAENVS, A, VM. a Nicaea, Bithyniae mediterraneae vrbe, vbi notissimum concilium a Constantino M. habitum. Conditum in eo concillio symbolum vocari solet *fides* NICAENA. [NICENAE fidei, dudum a maioribus traditae et diuinae religionis testimonio atque adsertione firmatae obseruantiae semper mansurae teneatur. *l. 2. pr. C. de summ. trinit. et l. 6. pr. C. Theod. de haeretic.*

Marcellus: NECESSITAS, *adfinitas, vnde et hoc iure coniuncti NECESSARII adpellantur.* Similiter ἀναγκαίους Graeci dicunt. Andocides *de mysteriis Orat. I. p 197.* Ἔπειτα δὲ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς καὶ ἀναγκαίους τοσούτους ὄντας. *Tum et ceteros tuos cognatos et NECESSARIOS, qui complures sunt.* Isaeus *de heredit. Philoctemon. Orat. V. p. 458.* Εἰδότες δ' οἱ ἀναγκαῖοι, ὅτι ἐξ ἐκείνου μὲν οὐκ ἂν ἔτι γένοιτο παῖδες, ταύτην τὴν ἡλικίαν ἔχοντος. *Scientes vero* NECESSARII, *filios ex eo genitum non iri, quum tali esset aetate.* Hinc illa: NECESSARII furiosi: *l. 13. §. 1. D. de offic. praesid.* NECESSARII pupilli: *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui sub tut. l. 1. §. vlt. D. de eo, qui pro tut.* Neque distinguitur, vtrum NECESSARIVS sit, an non. *l. 6. D. de adpell.* Eodem modo dicuntur NECESSARIAE personae: *l. 2. §. vlt. D. quand. adpell. l. 60. D. de pact. l. 6. D. de liberal causs. l. 1. C. si tut. vel curat. fals.* [NECESSARIAE coniunctaeque personae: *l. 27. C. de donat.*] Si maritus ex dote expendit, vt a latronibus redimeret NECESSARIAS mulieri personas, vel vt mulier e vinculis vindicet de NECESSARIIS suis aliquem: *l. 21. D. solut. matr.* Militi de NECESSARIIS sibi personis de libertate litigare permittitur. *l. 3. D. de lib. causs* Ceterum NECESSARIAS personas, in edicto, *in ius voc. vt eant, aut satis vel cautum dent*, accipe parentem, patronum, liberos, vxorem, virum. *l. 1. l. 2. D. in ius voc. vt eant.* [Immo et testes NECESSARIAE personae vocantur *l. 11. C. de test. et l. vlt. C. Theod. eod. Lib. VIII. tit. 39*]

NECESSE, id quod euitari non potest. Sic adpellare NECESSE est, et NECESSE non est. *l. 1. §. 1. D. quae sent. sine adpell.* Cui parere NECESSE sit: *l. 169. D. de diuers. reg. iur.* NECESSE est plerumque, fidem nautarum, cauponum, stabulariorum sequi: *l. 1. D. naut. caupon. stabular.* Sic et NECESSE habere. Non alias NECESSE habebit, adgnoscere: *l. 1. §. 4. D. de adgnosc. et al. lib.* Quanti est, quem NECESSE habeo dare: *l. 55. D. ad leg. Aquill.* [Non NECESSE habebit praestare, etiamsi potest: *l. 6. pr. D. de adgnosc. et alend. lib.* Hinc NECESSE habere, et *solere*, diuersa sunt. *l. 1. C. quomod. et quand. iud. sent.*]

NECESSITAS, ait Nonius Marcellus, *vis quaedam, quae alterum cogere inuitum potest.* Hinc NECESSITATE, et *sponte* manumittere opponuntur: *l. 3. §. 1. D. de suis et legitim. hered.* Si NECESSITATE id non fecerit, non quod alioqoin vellet obligari. *l. 59. pr. D. de hered. instit.* Et huc pertinent loquutiones: Tenetur administrationis NECESSITATE: *l. 9. §. vlt. D. de admin. et peric. tut.* [NECESSITATE coactus venditor addicit: *l. 1. pr. C. Iustin. et Theod. de praed. et mancip. curial.*] Propter ea, quae post pubertatem nulla NECESSITATE cogente, sed ex voluntate sua, tutor administrauit: *l. 46. §. 4. D. de administr. et peric. tutor.* Quos nulla NECESSITATE cogente manumisimus: *l. 13. D. de oper. libert.* Qui sponte, et nulla NECESSITATE cogente immiscuit se negotiis: *l. 3. §. 10. D. de negot. gest.* Ad hanc NECESSITATEM compelli · *l. 31. D. de reb. auct. indic. possid.* Ex NECESSITATE compulsus: *l. 34. §. vlt. D. de aur. arg legat.* Omne ius aut consensus facit, aut NECESSITAS constituit: *l. 40. D. de legib.* Ex NECESSITATE descendens, vel ex voluntate proficiscens caussa opponuntur: *l. 1. §. 2. D depos.* Ciuilium officiorum NECESSITATIBVS districti: *l. 15. §. 5. D ad SC. Turpillian.* Ex NECESSITATE, id est, ex debito, seu obligatione: vnde ei, quod *ex voluntate* fit, opponitur. *l 33. D. de iur. dot.* Ex NECESSITATE manumittere, non suo arbitrio: *l. 50 D. de rit. nupt.* Ex NECESSITATE id fecisset, et ita, *vt vellet*, aduersantur. *l. 19 D. de adquir rer. domin* Quod ex NECESSITATE, reficiendae cloacae caussa resciderat: *l. 1. §. 12. D. de cloac.* Peregrinationes, quae ex NECESSITATE fiunt: *l. 17. D. de sponsal.* NECESSITATE potestatis excusantur serui, qui dominis parent: *l. 15. §. 3. D. de leg. Corn. de fals.* Exhibitionis NECESSITATE tenetur *l. 7. C. ad exhibend.* Libera res soluta et extra NECESSITATEM iurisdictionis posita: *l 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* Inopes onera patrimonii ipsa non habendi NECESSITATE, non sustinent: *l. 4 §. 2. D. de mun et hon.* Non habebo NECESSITATEM implere conditionem: *l. 30. D. de condit. et demonstr.* Vt quod iurandi NECESSITATEM haberent: *l. vlt. D. de liber. causs.* Parendi NECESSITATEM habet filius: *l. 10. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* Quia NECESSITATEM proficiscendi habebat *l 4. D. de reb. credit.* Sic NECESSITATEM *soluendi habere*, ait Seneca *Lib. V. de benef. Cap. 19.* eodemque modo Graeci *ἀνάγκην ἔχειν* dicunt. NECESSITATE rerum impediti: *l. 16. D. ex quib. causs. maior.* Qui ipse sibi NECESSITATEM satisdationis imposuit; *l. 7. §. 1. D. qui satisd. cog* Si cui respublica NECESSITATEM imposuerit statuarum ponendarum. *l. 6. §. vlt. D de pollicitat.* Si tutor pupillis ad onera sua expedienda imposuit NECESSITATEM mutuam pecuniam accipiendi: *l. 7. §. 10. D. de admin. et peric. tut.* Non imponitur NECESSITAS proconsuli suscipiendae cognitionis: *l. 8. l. 9. D de offic. praesid.* Proconsuli NECESSITATEM impositam per mare Asiam adpliecare: *l. 4. §. 5. D. de offic. procons.* Non imponitur NECESSITAS aliis pulsantibus respondere: *l. 2. §. 3. D. de indic.* Heredibus actoris NECESSITAS non imponitur, vt per vnum litigent: *l. 5. §. 7. D indic. solu.* Impositam vicinis NECESSITATEM stillicidiorum excipiendorum: *l. 17. §. 3. D. de seru. praed. vrb.* [Propter NECESSITATEM impositam contrariam volontati: *l. 1. D. quod met causs*] Accusandi NECESSITAS incumbet: *l. 5. D. de accusation.* Magistratibus municipalibus dandi NECESSITAS iniungitur: *l. 2. §. 23. D de SC. Tertull.* Ex caussa iudicati soluta pecunia ex NECESSITATE iudicis: *l. 11. D. de adpell.* id est, iudice imminente, seu compellente. Addita caussa NECESSITATEque iudicii sui · *l. 16. §. 1. D. de curat furios.* [NECESSITATE iuris · *l. 2. D. de distr. pign. l. 40. pr. D. de iudic. l. vlt. D. de in lit. iur. l. 34. D. de procurat.* Cum magistris nauium propter nauigandi NECESSITATEM contrahimus; *l. 1. D. de exerc. act.* NECESSITATE obligantur, quibus non licet aliud facere, quam quod praeceptum est, quod euenit in necessario herede: *l. 52. §. 7. D. de obl. et act.*

Fi-

Fideiussorem ob alium NECESSITATE sistendi obligatum esse: *l. 6. D. si quis caution.* Officii NECESSITAS aduocatum fisci, qui intentionem delatoris exsequitur, satis excusat: *l. 5. §. 13. D. de his, quae vt indign.* Officii NECESSITAS et tutoris fides excusata esse debet: *l. 22. D. eod. tit.* Qui rempublicam administrantes, per officii NECESSITATEM ciuitati sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt. *l. vlt. C. vt in possess. legat.* Quamuis NECESSITAS penuriae hominum cogat: *l. 2. §. vlt. D. de iur. immunit.* NECESSITATE potestatis excusantur serui, qui dominis parent: *l. 15. §. 3 D. de leg. Corn. de fals.* Propter NECESSITATEM rei familiaris, an mera voluntate donauerit: *l. 18. D. de alim. legat.* Quae propter NECESSITATEM recepta sunt, non debent in argumentum trahi: *l. 162. D de reg. iur.* [Propter NECESSITATEM fit: *l. 10. §. 1. in fine D. commun. diuid.*] Si exiguo pretio rem abiicere, NECESSITATE rei familiaris cogerentur: *l. 36. §. 1. D. mandat.* Adpellationis NECESSITAS remittitur: *l. 1. §. 2. D. quae sent. sine adpell.* Remittit iudicandi NECESSITATEM morbus sonticus: *l. 46. D. de iudic.* Heredi et legatario remittenda proprii serui manumittendi NECESSITAS: *l. 35. D. de fideic. libert.* Remitti ei huius rei NECESSITAS debet. *l. 19. D. de furt.* Non libera voluntate exsequitur rem, sed quasi ex NECESSITATE seruili: *l. 19. §. 2. D. de negot. gest.* NECESSITATE solutionis moderetur: *l. 6. §. 9. D. de offic. praef.* Nec statim eum NECESSITATI satisdationis subiicere debet: *l. 31. D. de reb. auct. iud. poss.* [Ex NECESSITATE facta venditio pignoris liberat debitorem, nisi pecunia percepta: *l. 9. pr. D. de distr. pign*] Qui aliqua NECESSITATE vrgente, vel NECESSITATIS suspicione gessit: *l. 3. §. 10. D. de negot. gest.* Sine vlla NECESSITATE vrgente voluptatis caussa in municipium profectus. *l. 2. §. 8. D. si quis caut. in iud.* ¶. 2. [NECESSITAS pro collatione siue publica, siue municipali: *l. 7. C. de dignit. Lib. XII. tit. 1. l. 7. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. I.* Immo et boni auctores hoc sensu NECESSITATEM pro quibusuis tributis, vectigalibus accipiunt, ceu exemplis compluribus probauit Lipsius *ad Tacit. Annal. Lib. I. p. 27.* HEIN. Sic: In accelerandis NECESSITATIBVS suo vti arbitrio: *l. 15. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1.* NECESSITATES ciuiles: *l. 17. C. Theod. et l. 19. C. Iustin: de decurion.* id est, functiones municipales, quae et absolute NECESSITATES: *l. 65. l. 171. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. I.* NECESSITATES curiales: *l. 46. C. Theod. eod. tit.* curiarum: *l. 89. l. 177. C. Theod. eod. tit.* municipales: *l. 57. C. Theod. eod. tit. l. 19. C. Theod. et C. Iust. ad leg. Corn. de fals.* oppidaneae; *l. 46. C. Theod. de decurion.* NECESSITATES priocipales; *l. 11. C. Theod. de exaction. Lib. XI. tit. 7.* NECESSITAS publica: *l. 16. l. 61. C. Th. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.* Publicis NECESSITATIBVS seruari: *l. 1. C. Theod. de offic. diuers. iud.* NECESSITATIBVS publicis neglectis: *l. 1. C. Theod. de nau. non excus. Lib. XIII. tit. 7.* Euitatio publicae necessitatis: *l. 2. C. Theod. et l. 1. C. Iustin. eod. tit.* Ad NECESSITATES publicas et priuatas non nisi principe auctore mittuntur officiales: *l. 3. C. Theod. de princ. agent. in reb. Lib. VI. tit. 28.* et *l. 1. C. Iustin. eod. tit.* NECESSITATI publicae satisfacere: *l. 10. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1.* NECESSITAS rei annonariae: *l. 29. C. Theod. de annon. et tribut.* Statutis NECESSITATIBVS obsistere non possunt priuilegia dignitatum: *l. 10. C. de ann. et tribut. Lib. X. tit. 16. l. 25. C. Theod. eod. tit.* NECESSITATE submota: *l. 35. C. Theod. eod. tit.*]

NECESSITVDO, pro coniunctione sanguinis et propinquitate: *l. 5. §. 1. D. quib. ex causs. in possess. l. 50. §. vlt. D. de legat. I.* Cornel. Fronto *de differ. vocum*: NECESSITVDO *vel sanguinis, vel meritorum, cum praeceptoribus, cum amicis.* Hinc ius etiam pro NECESSITVDINE dicimus, veluti est mihi ius cognationis, vel adfinitatis: *l. vlt. D. de iustit. et iur.* Infinita est aestimatio NECESSITVDINIS: *l 187. §. vlt. D. de regul. iur.* NECESSITVDO consanguinitatis: *l. 13. C. de probat.* [Qualibet NECESSITVDINE copulatus; *l. 49 C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] In ea NECESSITVDINE esse, *l 24. D. de legat. praest.* id est, in numero liberorum, vt *ibid.* Ita pietati nostrae placuit, vt sancte NECESSITVDINVM nomina obtineant apud adfectus suos piam ac religiosam consanguinitati debitam caritatem: Ita Diocletian. et Maximinianus aiunt *in Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. VI.* §. 4. NECESSITVDO personarum: *l. 2. D. in ius voc. vt eant.* et *Collat. Leg. Mos. et Rom. ibid.* NECESSITVDO sanguinis. *l. 2. C. de adopt. l. 6. C. de suspect. tut. et in Collat. Leg. Mos. et Rom ibid.* Si tutor aliquo vinculo NECESSITVDINIS vel adfinitatis pupillo coniunctus sit: *l. 9. D. de suspect. tut.*

¶. 2 NECESSITVDINES, aliquando pro ipsis necessariis et propinquis. [Quae codicillis aut epistolis nobis *necessitudinibusue* nostris relinquuntur, non admittimus. *l. 2. C. Theod. de testam. et codicill. Lib. IV. tit. 4.*] Ita et optimi auctores loquuntur. Sueton. *August. Cap. XVII. Remisit tamen hoste iudicato* NECESSITVDINES *amicosque omnes.* Idem *Tiber. Cap. L. NECESSITVDINES in Druso primum fratre detexit.* Curt. *Lib. IV. Cap. 10. Crederes, Alexandrum inter suas NECESSITVDINES flere.* Iustin. *Lib. XI. Cap. 15. Tanta illi magnitudo animi fuit, vt quum Herculem filium, quum Aridaeum fratrem, quum Roxanem, vxorem, praegnantem relinqueret, oblitus NECESSITVDINVM, dignissimum nuncuparet heredem.* Tacit. *Lib. III. Hist. Cap. 59. Atque Vitellius respectu suarum* NECESSITVDINVM *nihil in Domitianum atrox parabat.* Add. *Statius* Cruceii *p. 298.* HEIN.

¶. 3. Interdum NECESSITVDO pro necessitate ponitur, vt Varronis et Sallustii testimoniis Non. Marcell. probat, Et ita in *l. 5. D. de re milit. Si fuerit vltro reuersus, non cum* NECESSITVDINE. Et Cicero *Lib. II. de inuent. Cap. 57.* NECESSITVDINEM definit, *cui nulla vi resisti potest, quae neque mutari, neque leniri potest* In primis hoc vocabuli vsu delectatur Tacitus, qui *Lib. I. Ann. Cap. 9.* NECESSITVDINE, inquit, *reipublicae ad arma ciuilia actum.* Idem *Lib. IV. Cap. 20. Quartam accusatoribus secundum NECESSITVDINEM legis concessit.* Nec non *Lib. III. Cap. 40.* NECESSITVDO *peccandi ex egestate et flagitiis.* Adde et *Lib. XII. Annal. Cap. 30. Lib. VI. Cap. 27.* et Auctorem *de causs. corrupt. eloquent. Cap. X.* HEIN. [Contra et NECESSITATEM ali-

NEG.

Qui se NEGAT possidere: *l. 25. D. de rei vindic.* Maritus quidem praegnantem vxorem dicit, vxor NEGAT: *l. 1. D. de adgnosc. et al. liber.* Si, denunciante muliere NEGAVERIT ex se esse praegnantem. *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* Labeo et Pegasus recte NEGAVERVNT: *l. 12. §. 3. D. de instruct. vel instrum. legat.* Si testamentum patris iure factum filius NEGAVIT: *l. 24. D. de his, quae vt indign.* ¶. 3. Vere iuridica est huius verbi significatio, dum is, qui actione negatoria experitur, NEGARE dicitur, vt in *l. 2. D. si seru. vindic.* NEGARE seruitutem se debere, vt *l. 4. §. 7. D. si seru. vindic.* id est, agere, ius ei non esse, vt *l. 2. D. de nou. op. nunc.* Siue vindicet quis vsumfructum, siue alii neget: *l. 5. §. 2. D. si vsusfr. petat.* id est, si intendat, ius ei non esse vtendi fruendi. *§. 2. Inst. de action.* vel si NEGET ius esse vtendi fructuario. *l. 5. D. si vsusfr. pet.*

NEGATIO, inficiatio. Hinc quod apud Paullum *Lib. I. Sent. tit. 19. §. 2.* legitur: *Ex his caussis, quae inficiatione duplantur, pacto decidi non potest*: id hoc modo exposuit vetus interpres: *Hae caussae, quae pulsaterum NEGATIONE duplantur, per pactum finiri non possunt.* HEIN.

NEGATORIVS, A, VM. NEGATORIA actio, (quae et *negatiua* dicitur, *l. 1. pr. D. si vsusfr. petat.* §. 2. *Inst. de action* nec non *contraria actio*: *l. 8. D. si seru. vindic.*) in rem actio est, qua libertatem praediorum nostrorum defendimus, ac tuemur, negantes, aliquam ab his seruitutem deberi. *l. 5. §. vlt. l. 6. §. vlt. D. si vsusfr. petat. l. 2. l. 4. §. 1. D. si seru. vindic. §. 2. Inst. de action.* Negatiuis autem verbis semper fere concipitur, vt adparet ex *l. 8. pr. l. 9. l. 13. l. 14. D. si seruit. vindic.* quamquam et adfirmatiue concipiatur nonnumquam, vt in specie *l. 4. §. 7. D. eod. tit.*

NEGLIGENS, deses, segnis. Qui NEGLIGENTI amico rem custodiendam committit, de se queri debet: *l. 1. §. 4. D. de obl. et act.* id est, parum diligenti, vt *§. vlt. Inst. de societ.* Si NEGLIGENS in eligendis ministeriis fuit: *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.* NEGLIGENS suorum, *l. 5. §. 6. D. de re milit.*

[NEGLIGENTER, vel vt in Florentino codice est, NEGLEGENTER, aduerbium notae significationis. NEGLIGENTER in societate agere: *l. 26. D. pro soc.* Si rem NEGLIGENTER custoditam amiserit: *l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* Faber, qui NEGLIGENTIVS machinam colligauit, id est, minus diligenter: *l. 5. §. 7. D. commodat.* NEGLIGENTIVS habita praedia: *l. 3. §. 5. D. de iur. fisc.* Si curatores NEGLIGENTER in bonis distrahentis se gesserint: *l. vlt. §. 4. D. de adminiftr. rer. ad ciuit. pert.* Si tam NEGLIGENTER in ea caussa versati sunt. *l. 24. §. 1. D. de minor.*

NEGLIGENTIA, vel, vt Pandectae Florent. habet, NEGLEGENTIA, desidiam et segnitiem significat. Vnde varia ei tribuuntur epitheta, vt *crassa, dissoluta, lata, magna, nimia*: [quamuis et culpa lata simpliciter NEGLIGENTIA adpelletur. *l. vlt. C. de suspect. tut.*] Huc ergo pertinent illa: Quod ius non NEGLIGENTIA, aut culpa sua amiserant: *l. 35. D. de seru. praed. rustic.* Quod communi NEGLIGENTIA periit: *l. 39. §. 11. D. de adminiftr. et per. tut.* Non fecit lata culpa, non leui, et rebus suis consueta NEGLIGENTIA: *l. 22. §. 3. D. de SC. Trebell.* Vt neque NEGLIGENTIA crassa, neque nimia securitas satis expedita sit: *l. 6. D. de iur. et fact. ignor.* Dissoluta NEGLIGENTIA prope dolum est: *l. 29. D. mandat.* Per NEGLIGENTIAM factum: *l. vlt. D. quod legat.* Lata NEGLIGENTIA prope fraudem accedit: *l. 7. D. de susp. tut.* Solam LATAM negligentiam praestare: *l. 7. §. 2. D. de adminiftr. et peric. tut.* Ob NEGLIGENTIAM, quae non latae culpae comparari possit: *l. 1. C. de hered. tutor.* Magna NEGLIGENTIA culpa est: *l. 226. D. de verb. signific.* Magnam NEGLIGENTIAM placuit in doli crimine cadere: *l. 1. §. 5. D. de obl. et act.* Vtrum nimia NEGLIGENTIA militum custodia euaserit, an casu: *l. 12. D. de custod. et exhib. reor.* NEGLIGENTIAE nomine non tenetur is, apud quem rem aliquam deponimus: *l. 1. §. 5. D. de obl et act.* Nam nec heres tutoris NEGLIGENTIAE nomine tenetur: *l. 4. D. de magiftr. conuen.* Si quidem NEGLIGENTIA et nimia cessatio in administratione tutori obiiciatur: *l. vlt. D. vbi pupill. educ. vel morar. deb.* Periculo NEGLIGENTIAE non adstringitur: *l. 40. D. de adminiftr. et peric. tut.* NEGLIGENTIA propria heredi non imputabitur. *l. 4. D. de fideiuss. tut.* Magistratus, si tanta fuit NEGLIGENTIA, vt omnem cautionem omitteret: *l. 6. D. de magiftr. conuen.* Curatores, qui tutelam ad se NEGLIGENTIA non transtulerunt: *l. 39. §. 15. D. de adminiftr. et peric. tut.* NEGLIGENTIAE tutorum periculo nominum adscripto: *l. 39. §. 14. D. eod. tit.*

NEGLIGERE, est contemnere, adspernari, cessare. [Qui adesse NEGLEXERIT: *l. 14. §. 1. D. de adpellat.*] Si iudex constitutiones principum NEGLEXERIT, punitur: *l. 1. § 1. D. de leg. Corn. de fals.* [NEGLIGERE publica damna amore aedificandi: *l. 4. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* id est, damnum publico conciliare, inusitato loquendo genere.] Qui apud fiscum caussam defendere saepius conuenti NEGLEXERINT: *l 47. §. vlt. D. de re iudicat.* [Si contumaciter praesentiam suam facere NEGLEXERIT: *l. 8. C. quom. et quand. iud. sent.*] Qui suspectum facere NEGLEXERVNT: *l. 41. D. de adminiftr. et peric. tut.* Si filius bonorum possessionem petere NEGLEXERIT: *l. vlt. §. 1. D. quis ord. in possession.* Licet tutoribus patris praeceptum NEGLIGERE: *l. 5. §. 9. D. de adminiftr. et peric. tut.* Si praeceptum est, vt deponantur pecuniae et NEGLECTVM: *l. 7. §. 7. D. eod. tit.* Bonae fidei possessor, quia quasi rem suam NEGLEXIT, nulli querelae subiectus est ante petitam hereditatem: *l. 31. §. 3. D. de heredit. petit.* Praetori ea res quaerenda commissa est, non NEGLIGENDA: *l. 8. §. 11. D. de transact.* Militis voluntatem, quam circa monimentum sibi faciendum testamento expressit, et pater, et mater, eius heredes, NEGLIGERE non debent. *l. 5. C. de religios.*

NE-

NEGOTIARI, est negotiationem aliquam exercere. Pluribus locis ex aequo NEGOTIARI: *l. 5. D. ad municipal.* Argentum, quod NEGOTIANDI caossa venale proponi soleret: *l. 32. §. 4. D. de aur. et arg. legat.* An libertus prohiberi potest a patrono, in eadem colonia, in qua ipse NEGOTIATVR, idem genus negotii exercere: *l. 18. D. de iur. patron.* Si dominus scierit, seruum peculiari merce NEGOTIARI: *l. 1. pr. D. de tributor.* In merce peculiari NEGOTIARI: *l. 3. §. 1. D. eod. tit. §. 3. Inst. quod cum eo, qui in al. potest.* NEGOTIATVM ex pecunia: *l. 16. §. 16. D. de vsu et habitat.* NEGOTIARI ex vino: *l. 21. §. 3 D de action. emt. vend.* Eos, qui vtensilia NEGOTIANTVR. *l. 12. D. de decurion.*

NEGOTIATIO, commercium, mercatura. Si NEGOTIATIONE quis abstinere iubeatur: *l. 9. §. 9. D. de poen.* Cubicularii vel obsonatores, vel ii, qui piscatoribus praepositi sunt, non videntur NEGOTIATIONIS adpellatione contineri: *l. 65. D. de legat. III.* Si hereditas NEGOTIATIONIS caussa venit: *l. 48. D. de hered. petit.* Qui seruum naui, aut tabernae, aut cuilibet NEGOTIATIONI praeposuerit: *§ 2. Inst. quod cum eo, qui in alien. potest* Tabernae praepositus, aut cuilibet alii NEGOTIATIONI: *l. 3. D. de instit. act.* [Iudices, ad quos earum professionum, seu NEGOTIATIONVM cura pertinet: *l. vlt. C. de iurisd. omn. iudic.*] NEGOTIATIONIS emolumentum: *l. 10. D. de hered. vel act. vend.* NEGOTIATIONEM in eadem ciuitate, et eodem loco exercere, *l. 45. D. de oper. libert.* In quo loco NEGOTIATIO exercetur: *l. 11. §. 3. D. de instit.* [Professiones aliquas seu NEGOTIATIONES exercere: *l. vlt. C. de iurisd. omn. iud.* NEGOTIATIO illicita: *l. 6. §. 6. D. de offic. praes. l. 2. D. de iur. patron.* Aliquam NEGOTIATIONEM incundo: *l. 11. D. de negot. gest.* Interdici NEGOTIATIONE plerumque, vel NEGOTIATIONIBVS solet: *l. 9. §. 10. D. de poen.* NEGOTIATIO licita: *l. 6. §. 6. D. de offic. praes.* NEGOTIATIO lintearia: *l. 5. §. 15. D. de tribut. act.* NEGOTIATIONIS nomen est cauppona: *l. 13. pr. D. de instr. vel instr. leg.* NEGOTIATIONIS periculum: *l. 10 D. de hered. vel act. vend.* NEGOTIATIONE prohiberi: *l. 2. D. de iure patron l. 6. §. 4. D. de offic praesid.* Pretium hominis venditi non ex re, sed propter NEGOTIATIONEM percipitur: *l. 21. D. de heredit. vel act. vendit.* NEGOTIATIO sagaria: *l. 52. §. 2. D. pro soc. l. 5. §. 15. D. de tribut. act.* NEGOTIATIONIS alicuius societas: *l. 5. D. pro soc.* Altero ex duobus fratribus socio bonorum et NEGOTIATIONIS: *l. 47. §. 6 D. de administr. et peric.* Qui transmarinas NEGOTIATIONES et aliis regionibus, quam in quibus ipsi morantur, per seruos atque libertos exercent. *l. 10. D. qui et a quib. manumiss.*

NEGOTIATOR, id est, mercator, [quamuis eos separare videatur Cicero *pro Cn. Plancio Cap. XXVI.*] At sicuti et hodie difficile est, genuinam horum vocabulorum differentiam ostendere: ita et auctores nostri ea fere promiscue vsurparunt. HEIN. NEGOTIATORES, qui annonam vrbis adiuuant: *l. 5. §. 3. D. de iur. immunit.* De his Tacit. *Lib. XIII. Annal. Cap. 51. Ne censibus NEGOTIATORVM naues adscriberent, tributumque pro illis penderent, constitutum.* NEGOTIATORES frumentarii; *l. 9. D. de vacat. et excus. mun.* NEGOTIATOR marmorum: *l. vlt. §. vlt. D. qui potior. in pign.* NEGOTIATOR mercis? *l. 1. D. de his, quae vt indign.* NEGOTIATOR seruus: *l. 9. D. pro soc.* Legatis seruis, exceptis NEGOTIATORIBVS, eos legato exceptos videri, qui praepositi essent negotii exercendi caussa, veluti qui ad emendum, locandum, conducendum, praepositi essent: *l. 65. D. de legat. III.* NEGOTIATOR *suarius*: Plin. *Lib. XXI. Cap. 3.* NEGOTIATOR vestiarius. *l. 45. D. de oper. libert.*

NEGOTIATRIX. *l. 32. §. 4. D. de aur. arg. mund.*

NEGOTIOSVS, A, VM. NEGOTIOSA tutela. *l. 31. §. 4. D. de excusat.*

NEGOTIVM, pluribus modis dicitur: vno, quum res significamus. Et ita: Accedere ad negotia: *l. 6. §. vlt. D. de negot. gest.* ad vnum negotium: *l. 16. D. eod. tit.* NEGOTIA administrare: *l. 13. D. de ann. legat. l. 6. §. vlt. D. de negot. gest. l. 14. D. de diuers. temp. praescr. l. 51. D. de administr. et peric. tut. l. 110. D. de solution.* Neque per omnes id negotium administrari expediat: *l. 51. §. vlt. D. de manumiss. testam.* NEGOTIORVM administratio: *l. 46. §. vlt. D. de procurat. l. 12. l. vlt. D. de curat. furios. l. 11. D. de tutel. et rat. distrah.* NEGOTIORVM suorum curam alicui mandare: *l. 5. D. de obl. et act.* NEGOTIA curare: *l. 5. D. de magistr. conuen. l. 14. §. 1. D. commun. diuid.* Quod per absentiam eius deserta derelictaque sunt pupillo NEGOTIA: *l. vlt. D. vbi pupill. educ.* Quoties diffusa NEGOTIA sunt: *l. 24. D. de admin et peric. tut.* Qui explicandi NEGOTII spem pollicetur: *l. 10. C. de accusat.* Nondum explicato eo negotio: *l. 9. D. de curat. furios.* Finito NEGOTIO: *l. 6. D. de negot. gest.* NEGOTIIS finitis: *l. 24. §. 2. D. de minorib.* Si quis absentis NEGOTIA gesserit: *l. 5. D. de oblig. et act.* et passim *sub tit. D. de negot. gest.* Qui alienum NEGOTIVM gerunt: *l. 1. D. de adpell. recip.* Si socius commune aedificium fulsit, commune non alienum negotium gessisse videtur: *l. 9. §. 4. D. de reb. auct. iud. possid.* Secundus creditor, qui primo soluit, non alterius NEGOTIVM gessit, sed suum: *l. 12. §. 6. D. qui pot. in pign.* Si quis NEGOTIA mea gessit, non mei contemplatione, sed sui lucri caossa, suum eum potius, quam meum NEGOTIVM gessisse: *l. 6. §. 2. D. de negot. gest.* Si post mortem tutoris heres eius NEGOTIA pupilli gerere perseuerauerit: *l. 4 D. de fideiussor. tut.* Perinde ac si tutor sibi NEGOTIVM gessisset: *l. 16. D. de administr. et peric tut.* Suum negotium gerit creditor, dum pignus vendit: *l. 42. D. de pignorat. act.* vtet maritus, qui dotem stipulatur: *l. 9. §. vlt. D. de condict. causs. dat.* Si vxor pro debitrice sua, quam viro delegauit, fidem suam apud maritum obligauerit, suum NEGOTIVM gessit: *l. 27. D. de SC. Vellejan.*

NEG.

lian. Si quis ita fimpliciter verfatus eft, vt fuum NEGOTIVM in fuis bonis quafi meum gefferit: *l. 6. §. 4. D. de negot. geft.* Creditor, qui in poffeffionem miffus eft, voluntarium et fuum potius NEGOTIVM gerit: *l. 9. §. 4. D. de reb. auct. iudic. poffid.* Hinc NEGOTIORVM geftor, qui fe alienis negotiis vltro et fponte offert et immifcet: *l. 3. §. 9. et §. 10. D. de negot. geft. l. 5. D. de oblig. et act. l. vlt. D. de re iudic.* quae repetitur per ταυτολογίαν in *l. 24. D. de adpellat.* Paullus *Lib. I. Sent. tit. 4. §. 1.* Vetus Gloffarium; NEGOTIORVM GESTOR, ὁ πράγματα χειρίζων ἀλλότρια καὶ χωρὶς ἐντολῆς διοικῶν διὰ φιλίαν μόνην. *qui negotia aliena fufcipit, et fine mandato ex fola amicitia adminiftrat.* NEGOTIORVM geftorum agere: *l. 3. D. de negot. geft. l. 7. D. de curat. furiof. l. 9. §. 4. D. de reb. auct. iud. poffid.* NEGOTIORVM GESTORVM actio: *l. 2. D. de negot. geft. l. 5. D de obligat. et action.* Vetus Gloffarium: NEGOTIORVM geftorum actio, ἡ περὶ διοικήσεως ἀλλοτρίων πραγμάτων παρὰ γνώμην δεσπότου ἀγωγή. *actio de adminiftratione negotiorum, infciente domino fufcepta.* NEGOTIORVM geftorum teneri. *l. 6. §. vlt. l. 9. D. de negot. geft.* NEGOTIA hereditaria: *l. 22. §. vlt. D. fi quis omiff. cauff. teft.* Si qui fponte, et nulla neceffitate cogente, immifcuit fe NEGOTIIS alienis; *l. 3. §. 10. D. de negot. geft.* NEGOTIIS hereditariis implicari; *l. 22. §. vlt. D. fi quis omiff. cauf.* Si minor fua fponte NEGOTIIS maioris interuenerit; *l. 24. D de minor.* Erit et illa poena, ne quis NEGOTIIS publicis interueniat: *l. 9. §. 1. D de poen.* [NEGOTIA Italica adminiftrare non folent, qui prouincialium rerum curatores vel tutores funt: *l. 100. D. de folut.* Si adfectione coactus, ne bona mea diftraherentur, NEGOTIIS te meis obtuleris: *l. 3. §. 9. D. de negot. geft. l. 25. §. vlt. C. de except. rei iudic.* Senator fi NEGOTIIS alienis fe obtulerit in prouincia: *l. 36. §. vlt. D. de iudic.* Is, qui obtuliffet fe NEGOTIIS gerendis; *l. 5. D. de oblig. et act.* Qui fui priuati NEGOTII cauffa in legatione eft: *l. 42. D. ex quib. cauff. maior.* NEGOTIA propria: *l. 15. D. de recept. arbitr.* Legata, qui in NEGOTIVM publicum fumtum fecit: *l. 7. D. quod cuiuscumqu. vniu. cauff.* Priuatis quidem NEGOTIIS intereffe poteft, publicis prohibetur: *l. 9. §. 1. D. de poen.* Si non propter fraudem, aliamue iuftam cauffam, improbandae operae cauffa remotus effet a NEGOTIIS, quae adminiftrare vellet: *l. 13. D. de ann. legat.* Diu NEGOTIVM tractum: *l. 24. D. de adpellat. l. vlt. D. de iudic.* Exceptio transacti NEGOTII: *l. vlt. D. de transact.* Velut transacto NEGOTIO: *l. 5. D. de decurion.* NEGOTIA vrbica et peregrina: *l. 51. D. de adminiftr. et peric. tut.* ¶. 2. Altero modo NEGOTIVM, pro negotiatione ponitur. *l. 3. l. 5. D. de inftit. act.* Sic: Seruus, qui in NEGOTIO fuerit, legatus, non ante tradi debet, quam rationes explicet: *l. 69. §. 4. D. de legat. I.* NEGOTIVM exercere: *l. 88. §. 3. D. de legat. II. l. 38. §. 1. in fine D. de oper. libert.* Patronus tutor, vendito omnibus communis negotiationis mercibus, et fibi redemtis NEGOTIVM fuo nomine exercuit: *l. 47. §. 6. D. de adminiftr. et peric. tut.* Dominus qui feruum inftitorem apud menfam pecuniis accipiendis habuit, poft libertatem quoque datam, idem per libertum NEGOTIVM exercuit: *l. 19. §. 1. D. de inftit. act.* Qui negotiationem per Pamphilum et Diphilum, prius feruos, poftea libertos exercebat, fuo teftamento eos tutores reliquit, et cauit, vt NEGOTIVM eodem modo exerceretur, quo fe viuo exercebatur: *l. 58. D. de adminiftr. et peric. tut.* Siue principaliter NEGOTIVM gerat, fiue alterius negotiationis acceffione vtatur: *l. 4. §. 1. D. de his, qui not. infam.* Inftitor adpellatur ex eo, quod NEGOTIO gerendo inftet: *l. 3. D. de inftit. act.* NEGOTIVM menfae: *l. 77. §. 16. D. de legat. II.* Cuicumque NEGOTIO praepofitus, *l. 5. D. de inftit. act.* id eft, negotiationi, vt *l. 3. D. eod. tit.* NEGOTIVM tabernae. *l. 19. §. 2. D. de inftitor. act.* ¶. 3. Tertio modo NEGOTIVM contractum, tractatum vltro citroque habitum fignificat, quod Graecis συνάλλαγμα, vt loquitur Vlpianus *l. 7. D. de pact.* Sic dicimur NEGOTIVM *contrahere, gerere, habere*, ei *interuenire*, illud *fufcipere*. Si et me et Titium mutuam pecuniam rogaueris, et ego meum debitorem tibi promittere iufferim, tu ftipulatus fis, quum putares eum Titii debitorem effe, nullum NEGOTIVM mecum contraxifti: *l. 32. D. de reb. credit.* Si cum extraneo tale NEGOTIVM contraxiffet *l. 49. D. de donat. int. vir. et vxor.* Qui bona fide NEGOTIVM contraxerit: *l. 35. D. locat.* [Talia NEGOTIA contrahuntur: *l. 2. §. 2. D. de oblig. et action.*] In NEGOTIIS contrahendis alia cauffa habita eft furioforum, alia eorum, qui fari poffunt. Nam furiofus nullum NEGOTIVM contrahere poteft: *l. 5. D. de regul. iur.* In omnibus NEGOTIIS contrahendis, fiue bonae fidei fint, fiue non fint, fi aliquis error interuenerit, nihil valet, quod actum eft: *l. 57. D. de obl. et action.* Nullum NEGOTIVM inter tutorem et pupillum contrahitur: *l. 5. §. 1. D. eod. tit.* Si quis ita foluerit, vt fi adparuiffet, effe indebitum, vel Falcidia emerferit, reddatur, repetitio locum habebit, NEGOTIVM enim contractum eft inter eos: *l. 2. D. de condict. indeb.* Si in area tua aedificaffem, et tu aedes poffideres, condictio locum non habebit, quia nullum inter nos contraheretur: *l. 33. D. eod. tit.* Magis ad donationis et beneficii cauffam, quam ad NEGOTII contracti, fpectat precarii conditio: *l. 14 D. de precar.* Non multum intereft, adfuerit tutor, quum NEGOTIVM contraheretur: *l. 14. D. de auct. et conf. tut.* Antequam NEGOTIVM contraheretur: *l. 70. D. de legat. I.* Inter abfentes talia NEGOTIA contrahuntur: *l. 2. D. de oblig. et action.* Si cum feruo ciuitatis NEGOTIVM contractum fit: *l. 4. D. quod iuffu.* NEGOTIO contracto conuenit: *l. 50. D. de iur. dot.* Qui mortis cauffa donat, qua parte fe cogitat, NEGOTIVM gerit: *l. 35. §. 3. D. de mort. cauff. don.* Si tibi polienda farciendaque veftimenta dederim, mercede conftituta, locationis conductionisque NEGOTIVM geritur: *l. 22. D. de praefcr. verb.* Quum res aeftimata vendenda datur, NEGOTIVM ciuile geftum eft, et quidem bona fide: *l. 1. D. de aeftimator.* Si praedia et mancipia Seiae data, effecta funt eius tempore concubinatus, et poftea tempore matrimonii aliis acceptis, reddita fint: NEGOTIVM potius geftum videri, quam donationem interueniffe: *l. 58. D. de donat. int. vir. et vxor.* Contractum non vtique eo loco intelligitur, quo NEGOTIVM geftum fit:

NEC.

l. 3. D. de reb. auct. iud. possid. Si fundus venierit ex consuetudine eius regionis, in qua NEGOTIVM gestum est: *l. 6. D. de euict.* Commodato geritur NEGOTIVM inuicem: *l. 17. §. 3. D. commod.* id est, suscipitur obligatio inter dandum et accipiendum, vt *ibidem.* Vbi aliquid NEGOTII geritur, per quod adquiratur. *l. 20. §. 3. D. qui testam fac.* Quod seruus ex NEGOTIO gesto adquisierit: *l. 19. D. de adquir. rer. domin.* Si NEGOTIVM inter eos gestum est: *l. 24. §. 4. D. solut. matrim.* Si iussu eius, in cuius potestate sit, NEGOTIVM gestum fuerit: *l. 1. D quod cum eo, qui in alien. pot.* Quum omne NEGOTIVM, quod eius voluntate gestum sit: *l. 12. D. si quid in fraud. patron.* Quasi NEGOTIO inter nos gesto proprii contractus: *l. 19. D. de praescr. verb.* Actio NEGOTIORVM gestorum, quum ex NEGOTIO gesto oriatur, et heredi, et in heredem competit: *l. 3. §. 7. D. de negot. gest.* Ex Edicto de aleatoribus in dominum, cuius seruus pecuniam acceperit, de peculio actio datur, non noxalis, quia ex NEGOTIO gesto agitur: *l vlt. §. 1. D de alcator.* Ex Edicto de his, qui effuderint, vel deiecerint, quum seruus habitator est, vtrum actio noxalis danda sit, quia non est ex NEGOTIO gesto, an de peculio, quia non ex delicto serui venit: *l. 1. § 8. D. de his, qui effud. vel deiec.* Si seruus compromiserit, an de peculio actio ex poena compromissi, quasi ex NEGOTIO gesto danda sit: *l. 3. §. 8. D. de pecul.* Placet, neque mandati, neque pro socio esse actionem, sed in factum, quasi alio NEGOTIO gesto: *l. 13. D. de praescr. verb.* Conuentio ista non est nuda, sed in se habet NEGOTIVM aliquod: *l. 15. D. de praescr. verb.* NEGOTIIS interuenire: *l. 48. D. de obl. et act.* Actio ex edicto, si mensor falsum modum dixerit, perpetua est, quae initium rei non a circumscriptione, sed a suscepto NEGOTIO originem accepit: *l. 4. D. si mensor fals. mod.* ¶. 4. Quarto modo NEGOTIVM dare, est mandata dare, seu oneris aliquid imponere. Omnes possunt mandare, et vni hoc NEGOTIVM dare. *l. 8 §. vlt. D. de reb. auct. iud. possid.* In primis vero NEGOTIVM dicebatur magistratibus dari, quum quid eis mandabatur, delegabatur, committebatur. Cicero *in Verr. IV. Cap. 43. Quaestoribus atque aedilibus NEGOTIVM datur, vt noctu vigilias agerent ad aedes sacras.* Idem *de harusp. respons. Cap. VIII. NEGOTIVM magistratibus est datum.* Exstant quoque eiusdem loquutionis crebra exempla apud Liuium *Lib. II. Lib. V. Lib. IX. et Lib. XXXI.* ¶. 5. Quinto NEGOTIVM molestiam significat. [*Nimia omnia nimium exhibent NEGOTIVM hominibus:* Plaut. *Poenul. Act. I. scen. 2. v. 30. Menaechm. Act. V. scen. 9. v. 13. et Mercat. Act. II. scen. 2. v. 1.* In eum, qui vt calumniae caussa NEGOTIVM faceret, vel non faceret, pecuniam accepisse dicetur: *l. 1. D. de calumniat.* Parens, patronus, patrona, libertas, aut parentes patroni patronaeue, neque si ob NEGOTIVM faciendum pecuniam accepisse, dicentur: *l. 5. D. de obsequ. par vel patr. NEGOTIVM innocenti facere:* Quinctil. *Lib. V. Cap. 10. NEGOTIVM facessitum:* Cic. *in Verr. IV. Cap. 64.* [Add. Plaut *Poenul. ibid.* Ad exhibitionem eorum, per quos sibi NEGOTIVM fiat: *l. 6. C. de testib.* NEGOTIVM fieri: *l. 7. C. eod. tit.* Qui dedit pecuniam, vt negotium quis pateretur. *l. 3. §. 3. D. de calumniat.* id est, vt calumnia ei fieret, vt *ibidem.* ¶. 6. Denique NEGOTIVM sexto modo pro quaestione, lite, vel controuersia ponitur. [IN NEGOTIO ciuili pronunciare: *l. 1. C. Theod. de adpell. Lib. XI tit. 30.* In NEGOTIO ciuili minime fas est, vt cuiuslibet iniuriae genus perferat adpellator: *l. 12. C. Iustin. de adpell. l. 2. C. Theodos. eod. tit.* In NEGOTIIS ciuilibus terminari controuersias oportet: *l. 55. C. Theod. eod. tit.* NEGOTIVM cognoscere: *l. 61. C. Th. eod. tit.* NEGOTIVM finitum: *l. 7. C. de iur. et fact. ignor.* NEGOTII merita noscenda: *l. 46. C. Theod. de adpell.*] NEGOTIVM seu NEGOTIA mouere: *l. 16. D. de legat. l. 34. D. de iure fisci.* [In vno eodemque NEGOTIO saepius prouocare: *l. 37. C. Theod. de adpellat.* Si quando ratio aut necessitas est, in NEGOTIIS nostra iudicia requirendi exspectandique responsa: *l. 3. C. Iustin.* et *l. 4. C. Theod. de relat. Lib. XI. tit. 29.* NEGOTIA ventilari: *l. 49. C. Theod. de adpellat.* NEGOTIVM sententia vulneratum: *l. 15. C. Theod. eod. tit.*]

NEM.

[NEMESIACI, in *l. 2. C. Theod. de collegiat. Lib. XIV. tit. 7.* a Dea Nemesi sic dicti, vanissimorum hominum genus, qui videlicet madidi ligno bifurco ludos publice collecta turba agebant, ibique ligno modo succollato, modo deposito, bacchantes rotantesque fabulam aliquam fingebant, diuinos se et prophetas agentes, fataque huminum explicantes, atque ita stipem emendicabant. De iis Iac. Gothofredus *in Comment. ad d. l.*]

NEMO, nullus hominum. NEMO ambigit: *l. 1. § 7. D. de vi et vi arm. l. 1. §. 13. D. de aqua quot. et aestiu.* NEMO crediderit: *l. 1. D. de legat. III.* NEMO dictus est obligari: *l. 50. D. de adquir. vel omitt. hered* NEMO dubitat: *l. 70. §. vlt. D. eod. tit. l. 72. D. de adquir. vel omitt. hered.* NEMO DVBITAVIT: *l. 78. D. de legat. III.* NEMO dubitabit: *l. 28. D. de lib. et posthum.* NEMINI dubium est: *l. 48. §. vlt. D. de furt.* NEMINE nihil faciente: *l. 24. D. de damno infect.* NEMO filiorum: *l. 6. D. ad SC. Tertull.* NEMO negat: *l. 5 D. de adquirend. rer. dom.* NEMO est, qui neget: *l. 1. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* NEMO est, qui nesciat: *l. 5. D. de duob. reis.* NEMO seruorum: *l. 51. § 1. D. de manumiss. test.* NEMO vnus: *l. 17. §. 2. D. de recept. arbitr.* Liuius *Lib. II. Cap. 6. Quia NEMO vnus satis dignus regno sit.*

NEP.

NEPOS dupliciter intelligitur, ex filio vel filia natus. Idem et in NEPTE. *l. 10. §. 13. D. de grad. et adfin* Qui ex filio tuo, et vxore eius nascitur, id est, NEPOS et neptis: *§. vlt. Inst. de patr. potest.* Si quis mihi ex filio NEPOS, siue qua neptis natus nata erit: *l. 29. D. de lib. et posthum.* NEPOTES ex filia: *l. 17. §. 1 D. de dol. mal. except.* NEPTIS, quam auus ex filia habebat: *l. 33. D. de pact.* NEPTIS ex filia: *l. 3. D. de coniung. cum emancip. lib.* Titius quum haberet NEPTEM ex filia praegnantem: *l. 25. §. vlt. D. de lib. et posthum.* Si filium, et ex eo NEPOTEM NEPTEMVE in potesta-

NEP. NEQ.

testate habeam, quia filius gradu praecedit, is solus iura heredis habet, quamuis NEPOS quoque et NEPTIS ex eo in eadem potestate sint: *l. 13. D. de iniust. rupt. irrit.* Si quis filium habeat sui iuris, et ex eo NEPOTEM in potestate sua: *l. 5. D. de collat. bon.* Qui duos filios, et ex altero eorum NEPOTEM habet, si vult NEPOTEM, quasi ex altero natum sic adoptare: *l. 15. §. 1. D. de adopt.* Qui duos filios habebat, alterum ex his emancipauit, NEPOTEM ex eo in potestate retinuit: *l. 3. D. de coniung. cum emancip.* Qui filium emancipauerat, et NEPOTEM ex eo retinuerat in potestate: *l. vlt. D. de legat. praest.* Fratris filius NEPOSVE ex eo: *l. 7. D. de legit. tut.* NEPTEM fratris vel sororis: *§ 3. Inst. de nupt.* [Nihil interest, filiae suae nomine, an sororis, vel NEPTIS, ex altero filiae natae, dederit: *l. 8. D. de in rem vers.*] NEPOS quum emancipatur, vna mancipatione exit de patria potestate: *l. 8. D. de iniust. rupt. irrit. fact. testam.* [NEPOTES filiorum loco habendi. *l 1. C. Theod. de natur. fil. Lib. IV. tit. 6. l. 220. D. de verb. signific.* et Iac. Gothofred. *ad d. l. 1. C. Theod. de nat. fil.* Addi de vocis NEPOS variis acceptionibus potest Nic. Henel. *in Otio Vratislau. Cap. XXIX.*]

NEQ.

NEQVAM, NEQVISSIMVS, A, VM. [NEQVISSIMA secta Eunomianorum: *l. 25. C. Theodos. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

NEQVAQVAM, minime, nullo modo. NEQVAQVAM ambigendum est: *l. 52. D. de furt. l. 9. D. de administr. et peric. tut. l. 2. D. quis ord. in possess. seru.* NEQVAQVAM dubium est: *l. 6 D. de fideic. libert. l. 3. D. de SC. Silan. l. 3. §. vlt. D. de duob. reis.* NEQVAQVAM opinandum est: *l. 3. §. vlt. D. vti possidet.* NEQVAQVAM placet: *l. 25. D. de liberat. legat.* Quod NEQVAQVAM fuit praetori propositum: *l. 3. §. 4. D. de minor.*

NEQVITIA. Eam frugalitati aduersariam constituit Cicero *Lib. III. Tuscul. quaest. Cap. 8.* Gellius *Lib. VII. Cap. 11.* NEQVAM dici, ait, *hominem nihili, neque rei, neque frugis bonae, quod genus Graeci fere ἄσωτον καὶ ἀκόλαστον vocant.* Et haec vocabuli notio clarissime perspicitur in formula, qua Praetor olim bonis interdicebat prodigis: QVANDO TIBI BONA PATERNA AVITAQVE NEQVITIA TVA DISPERDIS, LIBEROSQVE TVOS AD EGESTATEM PERDVCIS: Paull. *Sent. Lib. III tit. 4. §. 7.* Ita et Cicero passim loquutus est: maxime vero *Philipp. II. Cap. 20* HEIN. [Sic: NEQVITIAM seruilis ingenii recipere: *l. 3. C. Inst. et l. 2. C Theod. de libert et eor. lib.*] Humilis calumniator, notae NEQVITIAE: *l. 3. § 4. D. de lib. exhib.* [Si quis in obdurata NEQVITIA permanebit: *l. 2. C. Inst. l. 3. C. Theod. de exact. tribut.*] Ob NEQVITIAM patris: *ibidem.* [NEQVITIA procuratorum rei priuatae: *l. 1. C. de domib. ad rem priuat. pertin. Lib. X. tit. 2.*] Propter NEQVITIAM. *l. 43. §. 6. D. de Aedilit. edict* [Qui ad imam vsque scelerum NEQVITIAM peruenerunt Manichaei. *l. 65. C. Theod. et l. 5. C. Iustin. de haeret.*]

NER.

NER.

NERATIVS Appianus. *l. 41. D. de manumiss. vindict.*

NERATIVS PRISCVS, vt *l. 19. D. de dol. mal. l. 71. D. de diuers. reg. iur. l. 67. §. 8. D. de legat. II.* vel PRISCVS NERATIVS: *l. 8. §. 1. D. de liberat. legat.* et *l. 3. D. quae res pign.* Quando vero dicitur: PRISCVS et NERATIVS *putant*, *l. 10. §. 1. D. de vsu et habitat.* per Priscum intelligitur Iauolenus, de quo alibi. Fuit hic iurisconsultus Traiano, cuius in consilio fuit, *l. 5. D. si a par. quis manum.* tam carus, vt moriens ei dixisse feratur: *Commendo tibi prouincias, si quid mihi fatale acciderit.* Spartian. *Hadrian. Cap. IV.* Fuit et in consilio Hadriani, teste eodem *Cap. XVIII.* Pro Marcelli, iurisconsulti, fratre eum habet Merill. *Lib. I. Obs. Cap. 28.* Sed NERATII ille frater, Marcellus, de quo *l. 12. §. 43. D. de instr. vel instrum. leg.* diuersissimus fuit ab Vlpio Marcello iurisconsulto, cognominatus non Vlpius, sed NERATIVS Marcellus, veluti apud Plin. *Lib. II. Epist. 8.* Noster, NERATIVS PRISCVS consul fuit, collega Annio Vero, *l. 6. D. ad leg. Corn. de sicar.* quamuis de anno non liqueat. Scripsit REGVLARVM *libros XV.* MEMBRANARVM *libros VII.* RESPONSORVM *libros III:* Laudantur et eius EPISTOLAE; *l. 12. §. 35. D. de instruct. vel instrum. legat.* libri EX PLAVTIO: *l. 5. D. de seru praed. rustic.* Libri DE NVPTIIS: apud Gellium *Lib. IV. Noct. Cap. 4.* NOTAE AD FVLCINIVM: *l. 43. D. de mort. causs. donat.* Vicissim ad eum NOTARVM *libros IV.* scripsisse Iulium Paullum, satis constat. HEIN.

NERONIANVS, A, VM. NERONIANO SCo cautum est, vt, quod minus pactis verbis legatum est, perinde sit, ac si optimo iure legatum esset: Vlpian. *tit. XXIV. Reg. §. 11.* NERONIANO SCo cauetur, vt, occisa vxore, etiam de familia viri quaestio habeatur: idemque iuxta vxoris familiam obseruetur, si vir dicatur occisus. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 5. §. 5.*

NERVA, (M. Cocceius) Imperator, Domitiani successor, qui primus ex aduenis imperium rexit, Narniensi oppido genitus, vt Aurelius Victor *Epit. Cap. XII.* scribit. Primus omnium D. Nerua edicto vetuit, post quinquennium mortis cuiusque de statu quaeri; *l. vlt. D. ne de statu defunct.* Lege agraria, quam diuus NERVA tulit, cauetur: *l. vlt. D. de term. mot.* Diuus NERVA praetoribus vnum adiecit, qui inter fiscum et priuatos ius diceret: *l 2. §. 32. D. de orig. iur.* Auctore D. NERVA introductum, vt ciuitatibus omnibus, quae sub imperio populi Romani sunt, legari possit. Vlpian. *tit. XXIV. Reg. §. 28.*

NERVA (M. COCCEIVS) auus Imperatoris, et iurisconsultus, qui et Caesari familiarissimus fuit, vt narrat Pomponius in *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* id est, Tiberio Caesari, vt Tacit. *Lib. VI. Annal. Cap. 26.* *Haud multo post Cocceius NERVA continuus principis, omnis diuini humanique iuris sciens, integro statu, corpore illaeso, mo-*

riendi consilium cepit. Apud Frontinum *Lib. II. de aquaeduct.* inter aquarum curatores refertur M. COCCEIVS NERVA, *diui Neruae* [?]*nus*, *scientia iuris illustris.* Ex quibus auctoritatibus nobis huius iurisconsulti silentio in pandectis obrutum praenomen innotescit. Porro hunc ipsum NERVAM consulem fuisse, argumento sunt haec Celsi verba: Si ita legatum est, si NERVA Consul factus erit: *l. 27. D. de legat. II.* ae plane ex vetustis lapidibus apud Gruter. *p. CLXXXVII, 13. et p. DCII, 4.* patet, anno ab V. C. DCCLXXVI. M. COCCEIVM M. F. M. N. NERVAM cum C. Vibio Rufino consulatum gessisse. NERVAM vtique hunc Labeoni, Neruae vero Proculum successisse, idem Pomponius *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* tradit, inter quos tamen non bene semper conuenisse, ob[?]ruare licet. Nam vt Labeoni NERVA consentit, in *l. 1. D. si vsusfruct. pet.* et *l. 14. D. de in diem addict.* ita ab eo dissentit in specie *l. 2. §. 28. D. ne quid in loc. publ.* Similique modo interdum NERVAE sententiam Proculus sequitur, vt in *l. 13. D. qui potior. in pign. l. 9. §. vlt. D. de reb. cred. l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* et quidem aduersus Sabinum et Cassium, in *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin. l. 1. D. de contrab. emt.* Alias vero ceu nullius addictus iurare in verba magistri libere ab eo dissidet, vt adparet ex *l. 32. D. depos. l. 12. §. 1. D. de vsu et habitat. l. 3. D. de vsufr. ear. rer. l. 1. D. de act. rer. amot.* Quin etiam a Sabino NERVA stat aduersus Cassium: *in l. 49. D. ad leg. Falcid.* Derisus NERVA iurisconsultus, qui per fenestram, monstrauerat, seruos detentos ob pensionem liberari posse: *l. 9. D. in quib. causs.* Hunc etiam a Celso filio recte reprehensum, adnotat Pomponius in *l. 28. D. de evict.* Quamuis vero in Pandectis NERVA hic ab eo, quem iuris ciuilis scientiae aeque atque nominis et bonorum heredem reliquit, patris adiectione non discernatur, nec vt Celsum *patrem*, ita NERVAM *patrem* nominari inueniam: NERVA tamen pater exaudiendus est in *l. [?] §. 3. D. de rei vind. l. 6. §. 3. D. commun. diuid. l. 11. D. de reb. credit. l. 7. D. de condict. causs. dat. l. 11. §. 3. D. de pecul. l. 45. §. vlt. D. mandat. l. 57. D. de contrab. emt. l. 56. D. de iur. dot. l 36. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 44. D. solut. matrim. l. 19. l. 52. §. 7. D. de legat. III. l. 14. D. de ann. legat. l. 16. D. de liberat. legat. l. 3. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 4. §. 3. D. de dol. mal. et met. except.*

M. COCCEIVS NERVA, prioris filius, NERVAE Imperatoris pater, Neroni tam carus, vt eius praetoris adhue designati imaginem supra triumphalem in foro, et effigiem apud palatium quoque statueret. Tacit. *Lib. XV. Annal. Cap.* 72. Libros eius de vsucapionibus citat Papinianus: *l. 47. D. de adquir. vel amitt. possess.* HEIN. Fuit [?] eodem tempore, (quo Proculus) NERVA filius. *l. 2. § vlt. D. de orig. iur.* Minorem annis decem et septem, qui eos non in totum compleuit, Praetor prohibet postulare: quia moderatam hanc aetatem ratus est ad procedendum in publicum: qua aetate, aut paullo maiore fertur NERVA filius et publice de iure responsitasse: *l. 1. §. 3. D. de postul.* Pegasus et NERVA filius responderunt: *l. 2. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* Sic NERVAM filium Fufidio contradicere, animaduertimus *l. vlt. D. de manumiss. vind.* Citatur et hic NERVA, filius: *l. 1. pr. §. 1. l. 3. §. 1[?] et §. 17. D. de adquir. vel amitt. possess. l. 21. D. de acceptilat. l. 13. §. 7. D. de vsufr. l. 3. §. 8. D. de pecul.*

NERVVS, μεταφορικῶς de viribus reipublicae, puta pecunia publica dicitur. NERVVS reipublicae in tributis: *l. 1. §. 20. D. de quaestion.* Cic. *pro lege Manil. Cap. VII. Si vectigalia NERVOS esse reipublicae semper duximus.* Eadem *fructus*, *quibus respublica sustinetur*, vocat Tacitus *Lib. XIII. Annal. Cap. 50.* [Succisis quasi quarumdam virium NERVIS. *l. 2. C. de omni agr. desert. Lib. XI. tit. 58. l. 4. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.*]

NES.

NESCIRE, et *scire*, opponuntur: *l. 1. D. de iur. et fact. ignor.* itemque NESCIRE et cognouisse. *l. 6. D. de calumniat.* Sic: NESCIENS conditionem; *l. 44. D. de condit. et demonstr.* NESCIRE litteras: *l. 3. §. 1. D. de accusat. §. 8. Inst. de excus.* et apud Senec. *Lib. II. de clement. Cap. 1.* Sueton. *in Neron. Cap. X.* [NESCIRE se, dicunt imperatores, quomodo Irenaeus, ob Nestorianismum condemnatus, postea Tyriorum episcopus factus fuerit. *l. 3. §. vlt. C. de summa Trinit. et fide catholic.*]

[NESCIVS, A, VM, nesciens, ignarus. NESCIVS modestiae, et pudoris ignarus: *l. vn. C. Iust. et Theod. si quis imp. maledix.* NESCIA periculi sui latronum insania: *l. 6. C. de defens. ciuit. l. vlt. C. Theod. eod. tit. Lib. I. tit. 11.* Gellius *Lib. XIX. Noct. Attic. Cap. 1.* *Repentinus, NESCIVS periculi nuncius.* NESCIVS autem dicitur tam is, *qui nescitur*, quam *qui nescit*: quamquam de hoc frequentius, de illo rarius haec vox vsurpatur. Gell. *Lib. IX. Cap. 12. in fine.*]

[NESENNIVS *Apollinaris*, in *l. 34. D. de negot. gest.* Dionys. Gothofredo in *notis* dicitur iurisconsultus Paullo familiaris, ceu pateat ex *l. 41. D. de re iud.* Sed Cuiacio est iudex datus, seu pedaneus, quod et consequentia exigant. Idem NESENNII *Apollinaris* nomen occurrit in *l. 32. D. de excusat. l. 22. D. ad leg. Falcid.* pluresque eius nominis memorat Thom. Reines. *Class. I. Inscr. 47. p. 92.*]

[NESTORIVS, notissimus haereticus. NESTORII nefariae sectae participes Simoniani vocentur, vt, cuius scelus sunt in deletendo Deo imitati, eius vocabulum iure videantur esse sortiti: *l. 66. pr. C. Theod. de haeret. Lib XVI. tit. 5.* et *l. 6. C. Iustin. eod. tit.* Vbi Iac. Gothofredus.]

NEV.

[NEVTER, A, VM. NEVTRI eorum praetor succurrere debebit. *l. 3. §. pen. D. de eo, per quem fact. erit.*]

[NEV-

[NEVTIQVE, pro neutiquam. *l. 3. C. Theod. de aquaeduct.*]

NEX.

NEX, mors, lethum, caedes. NECI *datus*, ait Festus, *proprie dicitur, qui sine vulnere occisus est, vt veneno, aut fame.* Qui quid fecerit, contra hominis NECEM, quod legibus permissum non sit: *l. 4. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Qui domini NECEM detexit: *l. 5. D. qui sin. manumiss.* Vitae NECISque potestas: *l. 1. D. de his, qui sui vel alien. iur.* et aliis locis, quos infra *Libro vltimo* adducam. Si NECEM domini detexit seruus: *l. 3. §. 1. D. de suis et legit. l. 16. D. de SC. Silan.* id est, caedem arguit, vel indicauit, vt *l. 3. §. 13. §. 14. D. de SC. Silan.* ¶. 2. In NECEM, significat in perniciem, vt loquitur *l. 34. D. solut. matrim.* item in fraudem, damnum, praeiudicium. Non est aequum, fideiussori in NECEM meam subueniri: *l. 13. pr. D. de minor.* Si quis impōsturam fecerit, vel collusionem, in NECEM alterius: *l. 3. §. 1. D. de stellionat.* Si in NECEM creditoris, id est, perdituro seruo, vel filio solutum sit. *l. 10. §. 6. D. de in rem vers.* Si seruum intricare peculium in NECEM creditorum passus est: *l. 21. D. de pecul.* Potest fieri, vt duo in NECEM eius litem inter se iungant: *l. 1. D. de litigios.* id est, in praeiudicium, vt vulgo loquimur. Quum videretur per collusionem in NECEM legatariorum et libertatium hoc actum: *l. 14. D. de adpellat.* Si liquido constiterit, in NECEM legatariorum hoc factum. *l. 4. D. si quis omiss. causs. testam.* DOLVM, qui in NECEM legatariorum et fideicommissariorum factus est: *l. 5. §. 15. D. vt in possess. legat. vel fideic. causs.* Si libertus rem suam pro alio pignori dedit, in NECEM patroni, id est, in fraudem eius. *l. 1. §. 19. D. si quid in fraud. patron.* Sunt hi loci omnes Vlpiani, cui propria ac familiarissima fuisse videtur haec loquutio, cuius apud alios bonos auctores exemplum nondum repertum est: quamuis pro eius defensione quaedam erudite disseruerit Car. Andr. Ducker. *de Latinit. vet. ICtor. p. 431.* Nescio, an non eodem sensu Vlpianus dixerit *in occisionem innocentium*, apud Auctor. *Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. 8. §. 7.* Vid. Corn. van Bynckersh. *Lib. III. Obs. Cap. 19. p. 203.* HEIN.

NEXVS, VS, pro quouis vinculo obligationis, maxime vero pignoris. Sic: Ab eodem NEXV absolutio, id est, liberatio: *l. 1. D. de accept.* [commissi NEXV liberatus: *l. 1. C. Iustin. l. 2. C. Theod. de susceptor. Lib. XII. tit. 6.* Condemnationis frumentariae NEXIBVS teneri: *l. 1. C. Th. de praetorib. Lib. VI. tit. 4.*] Ob culpae NEXVM interpellare: *l. vlt. C. quo quisqu. ord.* [NEXVS curiae: *l. 64. l. 107. l. 161. l. 168. l. 177. l. 178. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* NEXVS curialis: *l. 58. C. Theodos. eod. tit. l. 6. Cod. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.* NEXVS famulatus: *l. 3. C. Theod. de liber. causs. Lib. IV. tit. 8.* NEXVS generis et originis: *l. 45. C. Theod de decurion.* NEXVS Iuris: *l. 29. C. ad leg. Iul. de adult. l. 1. C. Theod. eod. tit. Libr. IX. tit. 7.* NEXVS ordinum: *l. 48. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* municipalis ordinis: *l. 180. C. Theod. de decurion.* [NEXVS pignoris: *l. 33. D. famil. ercisc. l. 4. C. de remiss. pign.* NEXVS paternae potestatis: *l. 13. C. de castrensi pecul.* NEXVM facere praediorum, id est, praedia pignori obligare: *l. pen. et l. vlt. C. si alien. res pign.* [NEXVS sanguinis: *l. 122. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. l. 16. C. Theod. de murileg. Lib. X. tit. 20.* NEXVS statuti prioris: *l. 8. in fine C. Theod. de adpellat. Lib. IX. tit. 30.*] Si emtor fundi damnauerit heredem suum, vt venditorem NEXV vendisi liberaret: *l. 26. §. 7. D. de condict. indeb.*

¶. 2. NEXV vel NEXO olim etiam abalienari res dicebantur, quae erant mancipi Cicero *in Topic. Cap. V. Abalienatio est eius rei, quae mancipi est, vt traditio alteri* NEXV. Idem *in Paradox. V. Cap. 1. Vt mancipia, quae sunt dominorum facta* NEXV, *aut aliquo iure ciuili.* Et *de haruspr. respons. Cap. 7. Multae sunt domus in hac vrbe, atque haud scio, an paene cunctae, iure optimo, sed tantum iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipi, iure* NEXI. Varro *Lib. VI. de lingu. Lat.* NEXVM *Manilius scribit omne, quod per libram et aes geritur, in quo sunt mancipi. Mucius Scaeuola, quae per aes et libram fiant, vt obligentur, praeterquam si mancipio dentur. Hoc verius esse, ipsum verbum ostendit, de quo quaeritur. Nam idem, quod obligatur per libram, neque suum sit.* Inde NEXVM dictum. Cicero *Lib. III. de orat. Cap. 40.* inter ea, quae proprium nomen habent, NEXVM enumerans, ea significari ait, *quod per libram agitur.* Festus: NEXVM *est, vt ait Gallus Aelius, quodcumque per aes et libram geritur: idque necti dicitur. Quo in genere sunt haec, testamenti factio,* NEXI *dando,* NEXI *liberanto.* NEXVM etiam *aes*, vt idem Festus ait, olim dicebatur *pecunia, quae per* NEXVM *obligabatur.* Sunt haec erudita omnino, sed ex quibus tamen, quid proprie NEXVS vel NEXVM sit, et quomodo a mancipatione differat, vix intelligas. Nimirum mancipatio quidem erat inter modos transferendi dominium: at accedebat tamen et aliis contractibus et negotiis, adeo vt et heredes, quibus legatum remittebatur, per aes et libram solui dicerentur. Cic. *Lib. II. de legib. Cap. XX. et XXI.* Quoties ergo cui res mancipi tradebatur per aes et libram ita, vt dominium eius haud nancisceretur, rem illam habere dicebatur *iure* NEXI; quoties in eum translatum esset dominium, *iure mancipii.* NEXVS ergo et *mancipatio*, non differebant ritu, sed differebant maxime effectu, quum ille et sine dominii translatione esse posset, haec semper dominium iuris Quiritium transferret, per eamque non posset non fieri rei abalienatio. Rem omnem erudite exposuit illustrauitque Io. Fridr. Gronou. *Epist CCCII. ad Claud. Salmasium, in Sylloge Epistolarum virorum illustrium. Tomo II. p. 549.* HEIN.

NIC.

NICAENVS, A, VM. a Nicaea, Bithyniae mediterraneae vrbe, vbi notissimum concilium a Constantino M. habitum. Conditum in eo concilio symbolum vocari solet *fides* NICAENA. [NICENAE fidei, dudum a maioribus traditae et diuinae religionis testimonio atque adsertione firmatae obseruantiae semper mansurae teneatur. *l. 2. pr. C. de summ. trinit. et l. 6. pr. C. Theod. de haeretic.*

retic. Lib. XVI. tit. 5. Verae ac NICAENAE fidei sacerdotia casta peruaneant. *l. 3. C. Theod. de fide cathol. Lib. XVI. tit. 1.*]

NICOMEDIENSES. His rescripsisse D. Hadrianum, refert Callistratus *l. 5. D. de decret. ab ord. fac.* NICOMEDIENSIVM ordo; *l. 11. D. de decur.* Dicuntur autem NICOMEDIENSES, quorum et Plin. *Lib. X. Epist. 43. 46. et 50.* meminit, a Nicomedia vrbe, quam *Nicomediam Bithyniae praeclaram* vocat maior Plinius *Lib. V. Hist. nat. Cap. vlt.* Zosimo quoque dicitur ciuitas *μεγίστη καὶ εὐδαίμων διά τε πλῦτον, καὶ τὴν εἰς ἅπαντα εὐπορίαν ὀνομαστοτάτη· maxima, et beata, et cum ob opes, tum ob rerum omnium adfluentiam celeberrima: Lib. II. Hist. Cap. 35.* Et multo ante *μεγίστην τῶν ἐν Βιθυνίᾳ πόλεων, maximam Bithynarum vrbium* vocauit Pausanias *Eliac. I. Cap. 12.* Effloruit potissimum sub Diocletiano, qui vt plurimum ibi haesit, et *vrbem illam Romae aequare studuit*, teste Lactantio *de Mortib. persequutor. Cap. VI.* HEIN.

NICOPOLIS ciuitas. *l. 12. D. de legation.* Duas huius nominis ciuitates reperio, vnam in Epiro, ad ostium Ambracii sinus: alteram in Thracia iuxta Haemum montem. Seneca *Lib. VI. Nat. quaest. Cap. 26.* de terrae motu agens: *Sic Paphos non semel corruit: sic nobilis, et huic iam familiaris malo*, NICOPOLIS. At merito mireris, non nisi duas eius nominis ciuitates reperisse Brissonium. In ipsa Europa eius notitiam fugere non debuisset NICOPOLIS ad Danubium, quam indicium victoriae contra Dacos condidit Traianus: Ammian. Marcell. *Lib. XXXI. Cap. 16.* quaeque differentiae caussa in numis vocatur ΠΡΟΣ ΙΣΤΡΩ, vel ΠΡΟΣ ΙΣΤΡΟΝ. Est et in ipsa Thracia non vna NICOPOLIS ad Haemum montem. Sed et altera iuxta Nestum, flumen, ipsa quoque Traiani opus. Vnde in numis, modo a conditore, ΟΥΛΠΙΑ ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ, modo a situ, ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ΠΡΟΣ ΝΕΣΤΩ, vel ΜΕΣΤΩ, a Ptolomaeo ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ἡ περὶ Νεσον adpellatur. In oriente NICOPOLIN suam habuit Bithynia, de qua Plin *Lib. V. extr.* Cilicia, cuius de situ erudite disputat Cellarius *Notit. orb. antiqu. Lib. III. Cap. VI. p. 260.* Lydia, de qua idem *ibid. Cap. 4. p. 136.* Fuit et Palaestinae NICOPOLIS, olim Emmaus, de qua idem *Lib. III. Cap. 13. p. 558. sequ.* itemque Armeniae minoris, a Pompeio condita, ac proinde ΝΙΚΟΠΟΛΙΣ ἡ τῦ Πομπηΐυ adpellata a Dione Cassio *Lib. XLIX. p 415.* denique Aegyptiaca, ab Augusto, oppresso Antonio, condita, de qua praeter Geographos Dio Cass. *Lib. LI. p. 456.* HEIN.

NICOSTRATEGVS, *l. 18. §. 12. D. de munerib.* Sed pleraeque melioris notae editiones habent *νυκτοστρατηγοὶ, nyctostrategi*, id est, cohortes vigilum nocturnorum. Vid. Dionys. Gothofred. *ad d. l. 18. §. 12.* HEIN.

NID.

[NIDOR, odor ex re adusta. NIDO-

RE ponates venerari. *l. 12. pr. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10*]

NIDVS. NIDVM volucres faciunt in arbore. *l. 5. §. 2. D. de adquir. rer. dom. §. 14. Inst. de diuis. rer.*

NIH.

NIHIL, vel NIHILVM; vulgo dictum putant, quasi *ne hilum* quidem. In iure vero nostro NIHIL actum dicitur, quando, quod actum, nullum, vel nullius effectus est: et NIHIL agere, idem, ac inutiliter, vitiose, inefficaciter. [*§. 2. Inst. de auct. tut.* iuncto *princ. eiusd. tit.*] *l. 29. §. 1. D. de testam. milit.* Hinc NIHIL *agi*, et *valere* opponuntur. *l. 49. D. de donat. int. vir. et uxor.* Sic NIHIL agit, qui actum stipulatur, deinde iter: *l. 9. §. vlt. D. de nouat.* qui decem, deinde quinque stipulatur: *l. 58. D. de verb. oblig.* Si quis fructum, deinde vsum stipulatus fuerit: *ibid.* furiosus, siue stipuletur, siue promittat: *l. 1. §. 12. D. de obl. et act.* seruus si non ex re fructuarii, sed operis suis fructuario stipuletur: *l. 25. §. 3. D. de vsufruct.* seruus hereditarius, futuro hereditati nominatim stipulatus: *l. 15. D. de stipul. seru.* seruus, stipulando rem alteri ex dominis, cuius res est: quoniam rem suam stipulando quis NIHIL agit: *l. 25. §. 4. D. de vsufr.* Stipulando mihi seruus eamdem pecuniam, NIHIL agit. *l. 1. § 1. D. de stipul. seru.* NIHIL porro agit pater, acceptum rogando, quod filius debet: *l. 8. §. vlt. D. de acceptilat.* pupillus ex omnibus caussis soluendo, sine tutoris auctoritate: *l. 9. §. 1. D. de auct. et cons. tut.* vnus ex sociis fundi communis permittendo ius esse ire, agere: *l. 34. D. de seruit. praed. rust.* ex duobus reis stipulandi, si semel vnus egerit, altero offerendo pecuniam: *l. 16. D. de duob. reis.* qui viam habet, si opus nouum nunciauerit aduersus eum, qui in via aedificat *l. 14. D. de oper. nou. nunciat.* manumittendo, qui pro donato coeperat vsucapere: *l. 5. D. pro donato.* heres seruum proprium, quem testator legauerat, manumittendo: *l. 28. D. qui et a quib. manum.* si quis hereditarium seruum iussus est manumittere, et heres esse, si manumiserit: *l. 20. §. 1. D. de condit. instit.* Si quis obrepserit praesidi prouinciae, tam per acta, quam per libelli interpellationem: *l. 29. D. de leg. Cornel. de fals.* Maior viginti quinque annis successionem quaesitam renunciando: *l. 4. C. de repudiand. vel abst. hered.* Si sub conditione libertas Sticho data sit, et mihi optio seruorum, si Stichum optauero, vel elegero: *l. 9. §. 1. D. de opt. vel elect. legat.* Si posteaquam iussit pater, poenitentiam egit, priusquam filius adegit: *l. 25. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. her.* Si filio emancipato exheredato, is, qui in potestate est, praeteritus sit, si contra tabulas petat: *l. vlt. D. de lib. et postum.* Si, quum esset pubes, quasi impubes obrepserit, bonorumque possessionem acceperit: *l. 3. §. 3. D. de Carbon. edict.* heres institutus sub conditione, si ante conditionem exsistentem repudiauit: *l. 13. D. de adquir. vel omitt. hered.* atrum eo facto, quum tabernam creditori pignori dederit: *l. 34. D. de pignor.* Ad flumen publicum iter debere cedi, haustum non oportere, et si quis tantum haustum cesserit: *l. 3. §. vlt. D. de seruit.*

feruit. praed. rustic. tutor, qoi aliud fecit, quam quod a praetore decretum est: *l. 7. §. 3. D. de reb. cor. qui sub tutel.* Si tibi cum debitore conuenit, vt ea res, quam iam vendideras, pignori tibi esset, NIHIL te egisse constat, quia rem alienam pignori acceperis: *l. 2. D. de pign. action.* NIHIL egisse matrem, quae cum pure liberos suos heredes instituerit, conditionem emancipationis codicillis adiecit: *l. 6. D. de iur. codicill* Contrahentium talis cogitatio est, vt NIHIL agi existimeut, adposita ea conditione, quam sciant esse impossibilem: *l. 31. D. de oblig. et act.* Si decem tibi locem fundum, tu autem existimes, quinque te conducere, NIHIL agitur; *l. 52. D. locat.* Si mihi concedam ius tibi non esse fundo tuo vti frui, NIHIL agitur: *l. 15. D. de seruitut.* Si id, qood pore emi, sub coonditione rursus emam, NIHIL agitur posteriore emtione: *l. 7. D. de rescind. vendit.* Si eum vxori donet maritus, qui eius erat conditionis, ne vmquam ad libertatem perduci possit, NIHIL agi hac donatione: *l. 9. D. de donat. int. vir. et vxor.* Si vxor rem, quam a marito suo mortis caussa acceperat, viuo eo alii tradiderit, NIHIL agitur ea traditione: *l. 11. §. 8. D. eod. tit.* Optione legata, non posse ante aditam hereditatem optari, et NIHIL agi, si optaretur: *l. 16. D. de opt. vel elect. legat.* Homine legato, NIHIL agi, repudiato Pamphilo: *l. 18. C. eod. tit.* Si seruum non necessarium emero filio tuo, et tu ratum habueris, NIHIL agitur ratihabitione: *l. 6. §. 6. D. de negot. gest.* Vtrumue NIHIL agatur ex ea pactione: *l. 1. D. de rescind. vendit.* Potius vt NIHIL agatur: *l. 21. §. 2. D. de fideiussor.* Si post solutum sine vllo pacto omne, quod ex caussa tutelae debeatur, actiones post aliqood interuallum cessae sint, NIHIL ea cessione actum: *l. 76. C. de solut.* NIHIL actum ea verborum conceptione: *l. 3. C. de contrab. et committ. stipulat.* NIHIL est acti: *l. 21. §. 5. D. quod met. causs.* ¶ 2. Nec personae modo, sed et actus ipsi, NIHIL egisse dicuntur. Sic ademtio NIHIL egit. *l. 24. D quand. dies legator.*

¶ 3. [NIHIL agi etiam dicitur, vbi tamen aliquid agitur, sed diuerso respectu: vt *§. vlt. Inst. de vsufr.* iuncta; *l. 66. D. de iur. dot.* quemadmodum *nulla actio dari* dicitur, quando exceptione eliditur. *tit. D. quar. rer. act. non dat. §. 5. Inst. de inutil. stipulat. l. 58. D. de verb. oblig.*] ☞ Sed prius ἐναντιοφανὲς multo facilius, et sine pulueris iactu componi hoc modo potest. Vsufructuarius vsumfructum alii, quam proprietario, cedendo NIHIL agit, quod attinet ad cessionarium. Nam hic vsumfructum non accipit. *§. vlt. Inst. de vsufr.* Agit autem aliquid, quod ad se ipsum attinet: quia vsumfructum ob illicitam istam cessionem amittit, et ille ad dominum proprietatis reuertitur. *l. 66. D. de iur. dot.* HEIN.

¶ 4. [NIHIL aliquando pure negatioum: vt in *l. 5. in fine C. si cert. pet.* vbi NIHIL deberi, de oleo tantum dicitur: id est, illud non deberi, quum tamen debeatur pecunia] ¶. 5. [NIHIL interdum pro nullo ponitur, ἀρχαϊκῶς. NIHIL praeiudicium: *l. 7. D. de adgnosc. et al. lib.* NIHIL vitium: *l. 13. §. 1. D de donat. int. vir. et vxor.* Ita et Plaut. *Epidic. Act II, scen. 2. v. 112. NIHIL in ea re captio est.* et in *Pseudol. Act. IV. scen. 7. v. 100.* NIHIL *quaestus.*]

NIHILVM; idem ac *nihil.* NIHILVM differt: *l. 55. D. ad leg. Aquill.* Pro NIHILO est; *l. 1 D. quae in testam del.* In NIHILVM liberaretur: *l. 2. §. 7. D. de eo quod cert. loc.* NIHILO magis: *l. 12. D. rat. rem habit.* [*§. 7. Inst. de legit. adgn. success. l. 8. D. de alim. vel transf. legat.*] NIHILO magis rerum: *l. 12. D. de vsu et vsufr. leg.* NIHILO minus, immo magis: *l. 6. §. 2. D. de negot. gest.* Tamen NIHILO minus: *l. 5. §. 6. D de adquir. rer. domin.* NIHILO minus aedificii est, quam fitula: *l. 40 §. vlt. D. de contrab. emt.* [NIHILOMINVS tamen non semper adfirmat, sed aliquando tanto fortius negat, significans nullo modo, οὐδαμῶς, minos nihilo, nequaquam, vt in *l. 56. C. de decurion. Lib. X. tit. 31. l. 13. §. vlt. C. de iudic. l. 2. §. 1 D. de vi bon. raptor.*] Eodem modo loquutus ☜ est Iulianus, *l. 106. D. de condit. et demonstr.* Et Priscianus *Lib. XVIII. p. 1196.* iam obseruauit, Latinos frequenter duplici abnegatione vri, vt NIHILO *minus*, pro non. Locum Flori *Lib. III. Cap. 17. Nec ideo minus socii promissa Drusi a populo Romano reposcere armis desierunt*, huc refert V. C. Car. Ducker. *de Latinit. vet. iurisconf. p. 366.* HEIN. Quae, quia minimi aeris sunt, ad NIHILVM perducuntur: *l. 3. §. 1. D. de alim. vel cibar. legat.* NIHILVM prodcrit. *l. 22. §. 1. D. de liber. causs.*

NIL.

NILOTICVS, A, VM. NILOTICA aqua: *l. 10. D. de extraord. criminib.* Seneca *Lib. III. Natural. quaest. Cap. 25. Quare aqua NILOTICA faecundiorem feminam faciat?*

NILVS, notissimus ac celeberrimus Aegypti fluuius. Eam Graecam dictionem esse, Latineque *Melonem* vocari, a Seru, *ad Aen. I. v. 745.* tradit. Sic NILI aggeres: *tit. C. de Nil. agger.* id est, aggeres, qui solent aquam Niloticam continere: *l. 10. D. de extraord. crim.* NILVS incremento suo Aegyptum operit: *l. 1. §. 5. D. de flumin.* NILI inundatio. *l. 2. C. de adluuion.* Seneca *Epist. CIV. Siue vt NILVS aestiuo incremento tumet* Idem *Lib. VI. Natur. quaest. Cap. 26. Turbidus defluent NILVS, multumque secum limum trabens, et eum subinde adponens prioribus terris, Aegyptum annuo incremento semper vltra tulit.* Vide plura de NILO apud eumdem *Lib. IV. Natur. quaest. Cap. I. et II.*

NIM.

[NIMIETAS. NIMIETAS eorum, qui sub Christianae religionis nomine illicita quaeque praesumunt, exhibenda. *l. 9. C. Theodos. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.* Qua eadem voce, quamuis inter barbaras relata a Vossio *Lib. III. de vitiis serm. p. 539.* vtuntur Apulei. *de Deo Socrat. p. 43. Lib. II Metamorph. p. 122.* et alibi; Columella *Lib. VI. Cap. 23.* Iul. Capitolin *in Vero Cap. 1.* Trebellius Pollio *in trig. Tyrann. Cap. IX.* Macrob. *Comment.* in *Somn. Scip. Cap. VII.* sed et Palladius, Solinus, Hieronymus, Arnobius, et alii.]

NIMIVM, aduerbium, [modo intensiuum est, et idem, ac *valde*, vt *l. 3. §. 1. D. de contrar. tutel. ac vtili act.*] modo excessum significat. NIMIVM credere tutori vel curatori: *l. 5. §. 11. D. de*

NIM. NIP. NIS. NIT.

D. de reb. eor. qui sub tutel. NIMIVM est, licere: *l. 12. §. 2. D. de adminiſtr. vel perit. tut.* NIMIVM ſumtuoſae: *l. 5. D. de iure deliber.*

NIMIVS, A, VM, iuſto maior vel maius. Sic: NIMIA ceſſatio: *l. 6. D. vbi pupill. educ.* NIMIA circa maritum: *l. 22. §. 6. D. ſolut. matrim.* NIMIA culpa et negligentia; *l. 12. D. de cuſtod. et exhib. reor.* Perquam NIMIAE diligentiae eſt: *l. 6. §. vlt. D. de bon. damnat.* NIMIA mulae ferocia; *l. 3. §. 1. D. ſi quadr. paup. fec.* Quorumdam dominorum erga ſeruos NIMIA indulgentia: *l. 1. D. de colluſ. deteg.* NIMIA patrono reuerentia ſe ſubieciſſe; *l. 1. §. 6. D. quar. rer. act.* NIMIA ſecuritas: *l. 6. D. de iur. et fact. ignor.* Ex NIMIA ſubtilitate: *l. 4. D. de manumiſſ. teſt.* ¶. 2. [Aliquando NIMIVM tantum ſignificationem intendit. NIMIA, (id eſt, magna vel plurima) ſubtilitas requirenda eſt, quum res per teſtium ſollemnitatem oſtenditur. *l. vlt. C. de fideicomm.* Eadem notione NIMIAM curam dixit Aelius Spartianus *in Hadr. Cap. XXI.*]

NIP.

NIPHANVS, A, VM. NIPHANAE regionis mentio fit in *l. 35. §. 2. D. de legat. III.* [vbi tamen pro NIPHANA, quod id regionis nomen alibi non occurrit, *Aliphana* legendum cenſet Aegid. Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXI. p. 181*]

NIS.

NISI, interdum pro *quam* ponitur. Alius, NISI, id eſt, alius, quam: *l. 8. D. de minor.* Ad nullum alium vſum, NISI: *l. 23. §. 2. D. de auro arg. legat.* Prius NISI, id eſt, priusquam: *l. 2. princ. D. de ſtatulib.* Non aliter accipit, NISI: *l. 10. D. de re milit. l. 3. D. de collat. bonor.* Non aliter concedetur facere, NISI: *l. 2. D. quib. mod. pign.*

NISVS, VS, conatus, molimen. NISVS exceptionis: *l. 1. C. Theod. de his, qui condit. propr. reliqu.* Eam tantum modo functionem liberae mentibus NISIBVS exſequantur. *l. 2. C. Theod. de piſtor. et catabolenſ. Lib. XIV. tit. 3.*

NIT.

NITERE, ſplendere. [NITENTIA ſaxa, id eſt, marmora. *l. 2. C. Theod. de metall. Lib. X. tit. 19.*]

NITI. Omnis excuſatio ſua aequitate NITITVR: *l. 1. D. de vacat. et excuſat. mun.* NITI auctoritate: *l. 1. C qui pro ſua.* NITI obligatione. *l. 21. D. quod met. cauſſ.*

NITOR, RIS, ſplendor. NITOR ciuitatum: *l. 20. C. Theod. de op. publ. Lib. XV. tit. 1.* Ad priſtinum ſtatum NITORIS adducat. Si publicis NITORIBVS faciem adſpectus deterioris inducit: *l. 25. Cod. Theod. eod. tit.* Deſtitutae miniſteriis ciuitates ſplendorem, quo pridem NITVERVNT, amiſerunt. *l. 1. C. Theod. de his, qui cond. propr. reliqu.*

NIV. NOB.

NIV.

NIVARIVS, A, VM. NIVARIVM colum. *l. 21. D. de aur. arg. legat.* Erat id inſtrumentum, quo nix potui miſcenda excernebatur. Sic apud Martialem *Libro XIV. Epigramm. CIII. CIV. et CXVI.* inter lemmata occurrunt *colum* NIVARIVM, *ſaccus* NIVARIVS, *lagena* NIVARIA. HEIN.

NOB.

[NOBILIS, E tum de perſonis, tum de rebus dicitur. NOBILIORES natalibus: *l. 3. C. de commerc. et mercat.* NOBILES et probatae perſonae: *l. 19. C. de teſtam.* NOBILES celebratis victoriis: *l. 6. C. Theod. de ſcenic. Lib. XV. tit. 7.* vbi equis curribus ea laus tribuitur. NOBILIVM operum ſubſtructiones: *l. 19. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* quae et illuſtres fabricae vocantur. *l. 16. C. Theod. eod. tit.* NOBILIS Comes Phoeniceſeos, Corſenae Syriae: *l. vlt. in fine C. de diuerſ. offic. et adparit. Lib. XII. tit. 60.* NOBILIS Vlpianus: *l. 2. in fine D. de excuſat.* Vlpianus NOBILISSIMVS: *l. 4. in fine eod. tit.* Hi, quos in foro aut meritum NOBILISSIMOS fecit, aut vetuſtas: *l. 7. C. de poſtuland.* Turpe eſt patricio et NOBILI, cauſſas uranti, ius in quo verſatur, ignorare: *l. 2. §. 43. D. de orig. iur.* NOBILES nuptiae, pro ſenatoriis: *l. 1. C. Theod. de nupt. Lib III. tit. 7.* NOBILIS curia, pro ſenatu: *l. 105. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.* quemadmodum et ſaepe Ammianus Marcellinus NOBILITATEM dixit pro Senatu. Vid. Iac. Gothofred. *Comment. ad l. 1. C. Theod. de nupt.* Honeſtioris nobilisque perſonae decore et iure priuctur: *l. 1. C. Theod. de ſecund. nupt. Lib. III. tit. 3.*] ¶. 2. NOBILISSIMVS Imperator. *l. 3. D. de natal. reſtit.* [Imperatoribus paullo rarius id elogium tributum eſſe reperimus: multo frequentius Caeſaribus, deſignatis imperatoribus. Sic Valerianus, NOBILIS Caeſar: inſcript. *l. 11. C. de transact. l. 15. C. de pact.* NOBILISSIMVS Caeſar: *l. 3. C. qui bon. ced. poſſ. l. 6. C. de liberal. cauſſ.* Honorius, NB. P. id eſt, NOBILIS *puer*: *l. vlt. C. de priuileg. eor. qui in ſacr. palat. Lib. XII. tit. 29.* et *l. 14. C. de relig. et ſumt. fun.* Conſtantinus et Maximianus, NOBILISSIMI *Caeſares*. *l. 5. C. de iur. et fact. ignor.* Gratianus, Coſ. NB P. id eſt, NOBILISSIMVS *puer*: *l. 6. C. Theod ad SC. Claud. Lib. IV. tit. 9. l. 9. C. Theod. de accuſat. et inſcript. Lib. IX. tit. 1.* Valentinianus, NB. P. *l. 7. C. Theod. de medic. et profeſſ. Lib. XIII. tit. 3. l. 2. C. Theod. de centonar. et dendroph. Lib. XIV. tit. 8. l. 6. C. Theod. de legat. et decret. Lib. XII. tit. 12.*] ¶. 3. [Sed et propinqui Imperatorum Nobiliſſimatus fulgebant dignitate. Sic NOBILISSIMAE puellae, filiae Arcadii: *l. vlt. C. Theod. de priuil. dom. Aug.* NOBILISSIMAE ſorores Theodoſii. *l. vlt. C. Theod. de luſtr. collat. Lib. XIII. tit. 1.* Videri poſſunt Iac. Guther. *de Offic. dom. Aug. Lib. I. Cap. 4. p. 21. ſequ.* Lindenbr. *ad Ammian. Lib. XIV. p. 4. ſequ.* Iac. Gothofred. *in Comment. ad l. vlt. C. Theod. de luſtr. collat.* et alii.]

[NOBILITAS et rebus tribuitur. Sic NO-

NOB. NOC.

NOBILITAS cautium, id est, lapidum, marmorum. *l. 14 C. Theod. de metall. Lib. X. tit. 19.*]

NOC.

NOCENS dicitur, qui scelus, flagitium, crimen et delictum aliquod admisit. Hinc NOCENS *innocenti* aduersatur: quando satius esse dicitur, impunitum relinqui facinus NOCENTIS, quam innocentem damnari. *l. 5. D. de poen.* Sed et *innoxii* et NOCENTES opponuntur in illo: Vt innoxios dimittat, et NOCENTES, qui duriorem animaduersionem indigent, differat. *l. 12. D. de publ. iud.* Caput NOCENTIS noxa sequitur. *l. 18. D. de furt.* Eum, qui NOCENTEM infamauit, non esse bonum aequum, ob eam rem condemnari. Peccata enim NOCENTIVM nota esse, et oportere, et expedire: *l. 18. D. de iniur.* Si ei, qui NOCENS videbatur, postea ratio innocentiae constitit: *l. 1. §. vlt. D. de quaestion.* ¶ 2. NOCENS, et is, qui damnum vel detrimentum infert. Si ei seruo, qui bona fide seruit, aliquid adscripsit, quod ad cogitationem animi NOCENS est: *l. 22. § 4. D de leg. Corn. de fals.*

NOCERE, est damnum dare, obesse, incommodum adferre. Sic NOCERE dicitur aqua natura, seu naturaliter, et contra non naturaliter, sed manufacto opere: *l. 1. §. 1. et §. 15. D. de aqu. et aqu. pluu.* NOCET aqua agro, aedificio, oppido: *l. 1. §. 17. D. eod. tit.* agris vicini: *d. l. 1. §. 2. D. eod. tit.* vicino: *l. 1. §. 6. §. 12. D. eod. tit.* Quum non aqua sed natura loci NOCEAT: *d l. 1. §. 14. D. eod. tit.* Si non vltra modum aqua NOCEAT: *l. 2. §. 10. D. eod. tit.* NOCERE aquam, et *prodesse*, opponuntur. *l. 1. §. 21. D. eod. tit.* Si per publicum riuus aquae ductus priuato NOCEBIT: *l. 5. D. ne quid in publ.* Ne conuentio, in alia re facta aliaue persona, in alia re aliaue persona NOCEAT: *l. 27. §. 4. D. de pact.* Si ex hoc corpori alicuius, vitae, membrisque NOCEATVR: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 3. §. 1.* Siue ipsius, siue filii corpori NOCITVM sit: *l. 52. §. 16. D. pro soc.* Donationes, a tutore factae, pupillo non NOCENT: *l. 22. D. de administr. et peric.* NOCET exceptio, vel non NOCET, id est obest, obstat, vel non. *l. 17. D. de except. l. 2. §. 11. D. de itin. actuqu. priuat. l. 11. D. de except. rei iud. l. 16. D. de pact. l. 18. D. de seruit.* Et hic NOCERE exceptionem et *prodesse* opponuntur: *l. 21. §. vlt. D. de pact. l. 55. D. ad SC. Trebell.* Nihil NOCERE patris exheredationem ad auitorum libertorum bona: *l. 10. §. vlt. D. de bon. libert. l. 27. D. eod. tit.* Quaedam sunt talia, vel statim facto suo NOCEANT, quaedam talia, vt in praesentiarum quidem nihil NOCEANT, in futurum autem NOCERE debeant. *l. 2. §. 31. D. ne quid in loc. publ.* Vt factum actoris, ipsi NOCEAT: *l. 17. D. de pecun. constit.* Post venditionem et traditionem quod NOCITVM sit ei fundo: *l. 16. D. de aqu. et aqu pluu. arc.* Nihil NOCET ad legitimam hereditatem: *l. 1. D. ad SC. Tertull.* Si viuit homo liber, NOCITVMque esse dicetur. *l. 1. pr. §. 6. D. de his, qui effud. §. 1. Inst. de oblig. quae quas. ex delict.* Instrumenta, quae NOCITVRA caussae eius fuerint: *l. 2. §. 1. D. de iur. fisc.* NOCET iusiurandum: *l. 28. D. de iureiur.* Actori moram suam NOCERE debere, manifestissimum est: *l. 12. D. de aqu. et aqu. pluu.* NOCERE intelligitur morbus, qui perpetuus est: *l. vlt. §. 1. D. de Aedil. edict.* Noxam NOCVIT seruus: *l. 45. §. vlt. D. de legat. I. l. 63. D. ad leg. Falcid.* NOCITVRA pactio: *l. 30. D. de pact.* NOCERE et *prodesse* pacta opponuntur: *l. 10. §. vlt. D. eod. tit.* NOCET praescriptio: *l. 4. C. in quib. causs. cess.* Quum commota feritate NOCVIT quadrupes: *l. 1. §. 1. D. si quadrup. pauper.* Quum aduersus plures probatae essent rationes, quae eis NOCERENT: *l. 10. §. 1. D. de adpellat.* Ne vmbra arboris vicino praedio NOCERET. *l. 1. §. vlt. D. de arb. caed.*

NOCTVRNVS, A, VM, quod noctu fit. NOCTVRNA aqua, et diurna, opponuntur: *l. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Si is qui NOCTVRNAM aquam habet, interdiu per constitutum ad amissionem tempus vsus fuerit, amisit NOCTVRNAM seruitutem, qua vsus non est: *l. 10. D. quemadmod. seruit. amitt.* NOCTVRNI caetus apud Liuium *Lib. XXXIX. Cap. 14.* et apud Port. Latron. *in Declamat. aduers. Catilinam.* NOCTVRNI effractores: *l. vlt. D. de effract. et expilat.* NOCTVRNVS fur: *l. 9. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 1. D. de fur. balnear. Collat. Leg. Mos et Rom. tit. VII. §. 3.* Cicero *pro Ann. Milon Cap. III.* Augustin. *Lib. II. Quaest. super Exod.* id est, noctu deprehensus, vt loquitur *l. 4. D. ad leg. Aquill.* Quinctilian. *Lib. V. Inst. Cap. 10. Si NOCTVRNVM furem occidere licet, quid latronem?* Plin. *Lib. X. Cap. 40. Caprimulgi adpellantur, grandioris merulae adspectu fures NOCTVRNI: interdiu enim visu carent.* Si diurnarum aut NOCTVRNARVM horarum aquae ductum habeam: *l. 2. D. de aqu. quotid. et aestiu.* NOCTVRNAE operae: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 18. §. 1.* NOCTVRNVS populator: *l. 1. C. quand. lic.* NOCTVRNA sacra: Paull. *Lib. V. sent. tit. 23. §. 15.* [NOCTVRNA sacrificia: *l. 5. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* NOCTVRNIS temporibus nefarias preces celebrare: *l. 7. C. Theod. de malef. et mathem. Lib. IX. tit. 6.* et ibi Iac. Gothofredus.] Apud vetustiores incendiis arcendis triumuiri praeerant, qui ab eo, quod excubias agebant, NOCTVRNI dicti sunt. *l. 1. D. de offic. praef. vigil.*

NOM.

NOMEN, vt ait Diomedes *Lib. I. Gramm. p 306.* dicitur, *quod vnamquamque rem monstret, ac notet, quasi notamen, media syllaba per syncopen subtracta, vel a Graeca origine, παρὰ τὸ ὄνομα.* Tribuitur et personis et rebus. Ex personis quidem, vel Romanis, vel peregrinis seu exteris. Romani ferebant NOMEN, PRAENOMEN, COGNOMEN: *l. 1. D. de lib. et postum. l. 21. §. 1. D. qui testam. fac. poss. l. 8. §. 2. D. de bon. poss. secund. tab. l. 80. D. de iudic. l. 1. C. de mutat. nomin §. 29. Inst. de legat. Eaque sunt tria NOMINA nobiliorum*, apud Ausonium *in Grypho v. 80.* Sic et Iuuenal. *Sat. V. v. 126.*

Si quid tentaueris vmquam
Hiscere, tamquam habeas tria NOMINA.

Erant tamen gentes quae cognomina fugiebant, vt *Maria.* Quamuis enim et in hac occurrat M. Marius Gratidianus, is tamen id cognomen ap ater naturali *M. Gratidio* tulit, postquam a M Mario, C. Fratre fuerat adoptatus. Iac. Perizon. *Animadu. Hist. Cap. III. p. 98. sequ.* Posterioribus saeculis Romani

NOM.

ni aliquando sex nomina adsumserunt, et in his duo praenomina et plura cognomina ob adoptionem: ceu exemplis docuit Thom. Reines. *ad Inscript. p. 463.* Ea nomina, quae vltra cognomen adscribi solebant, ADGNOMINA vulgo vocant. Sed id vocabulum recentioris aeui, et ante Iustiniani tempora ignotum fuisse, statoit laudatus Perizonius *Epist. Clar. viror. Tom. V. p. 767.* Quod eo magis miror, quo certius constat praeter alios auctores, Iustiniano anteriores ea voce vsum esse ipsum Ciceron. *de Inuent. Lib. II. Cap. 9.* HEIN. NOMEN porro gentilitium erat et commune totius gentis, familiae atque adgnationis. Vnde ab Halicarnasseo *Lib. III.* *συγγενικὸν καὶ πατρωνυμικὸν, gentilitium et paternae gentis nomen* vocatur. Theophilus vero *in §. 29. Inst. de legat.* NOMEN interpretatur *τὸ κύριον ὄνομα, οἷον Τίτιος· κόγνομεν ἐπώνυμον, ὅπερ ἀπὸ ψόγȣ ἢ ἐπαίνȣ λαμβάνεται.* *Est enim*, inquit, NOMEN *proprium vocabulum, vt Titius: cognomen, quod nomini subiungitur, et id modo in laudem, modo in vitium sonat.* Diomed. *Lib. I. Gramm. p. 306.* *NOMEN proprium est gentilitium, id est, quod originem gentis vel familiae declarat, vt Porcius, Cornelius. Cognomen est, quod vniuseniusque proprium est, et nominibus gentilitiis subiungitur, vt Cato, Scipio.*

§. 2. Sic ad personarum NOMINA pertinent illa: [NOMEN suum emtiooi adcommodare: *l. 4. §. 1. D. de manumiss.* NOMEN curiis addere: *l. 23. C. de decurion*] Si quis ex testibus NOMEN suum oou adscripserit: *l. 22. §. 4. D. qui testam. fac. poss.* Nihil mali est, honesti hominis NOMEN adsumere, nec enim in famosis et turpibus NOMINIBVS hanc conditionem exigit praetor: *l. 63. §. 10. D. de SC. Trebell.* Alieno NOMINE agere: *l. 26. D. de adpellat.* compromittere: *l. 32. §. 1. D. de recept. arbitr.* condemnatus; *l. 6. §. 1. D. de his, qui not. infam.* Nunciationem et nostro, et alieno NOMINE facere possumus: *l. 1. §. 3. D. de nou. op. nunc.* Alieni NOMINIS obtentu: *l. 1. §. 13. D. quand. adpell.* Liberorum NOMEN amittunt adoptiui post emancipationem: *l. 4. D. si tabul. testam.* [Qoi Christianae religionis et NOMINIS dignitate neglecta, Iudaicis semel polloere contagiis: *l. 3. C. Theod. de apostat. Lib. XVI. tit. 7.*] Si controuersia sit de NOMINE inter plures: *l. 33. D. de condit. et demonstr.* Si tutor dedit NOMEN oon mala fide, sed simpliciter: *l. 5. §. vlt. D. de auctorit. et cons. tut.* Vtrum ipsi magistratus NOMINA electa dederint praesidi, an ea, quae ab alio praeses accepit, inquisierint: *l. 1. §. 2. D. de magistr. conuen.* NOMEN dare militiae; *l. 43. D. de oper. libert.* Si quis NOMEN quidem heredis non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstrauerit, quod poene oihil a NOMINE distat: *l. 9. §. 8. D. de hered. instit.* Si in NOMINE erit dubitatio: *l. 4. D. pro legato.* NOMEN edere: vide supra *Lib. V.* articulum EDERE. Duo eiusdem NOMINIS amici testatoris: *l. 8. §. 3. D. de legat. II.* Si duo eiusdem NOMINIS de legato contendant: *l. 16. D. vt legat.* Si duobus hominibus eiusdem NOMINIS fuerit legatum: *l. 10. D. de reb. dub.* Eiusdem NOMINIS plures serui: *l. 5. D. de rei vindic.* Eiusdem NOMINIS prouinciae: *l. 9. D. de postul.* Ne eius NOMINE, cuius liberalitate opus exstructum est, eraso, aliorum NOMINA inscribantur: *l. 2. §. 2. D. de oper. publ.* Ne praedia ex NOMINE familiae alienentur, vel ne de NOMINE familiae exeant: *l. 77. §. 11. et §. 15. l. 88. §. 6. D. de legat. II.* NOMEN vespillonis testatoris ferre: *l. 7. D. de SC. Trebell.* Si NOMINIS ferendi conditio est: item, si recuset, NOMEN ferre: *l. 63. §. 10. D. eod. tit.* Si iurasses, te meum NOMEN laturum; *l. 19. §. vlt. D. de donation.* Hereditario NOMINE data pecunia; *l. 18. D. de hered. vel act. vend.* [Hereditario NOMINE conuenire: *l. 13. §. 1. D. de dol. mal. Hereditario* vero, et *suo* NOMINE experiri, opponuntur: *l. 93. D. de solut.*] Ex ancillis vni Agatheae NOMEN imposuit: *l. 28. §. vlt. D. de condit. et demonstr.* Solent honestiores non pati NOMINA sua instrumentis inscribi: *l. 5. §. vlt. D. de administr. et peric. tut.* De inscriptione NOMINIS sui operibus, si qua fecerit: *l. 2. D. de oper. publ.* [Militiae NOMEN inserere: *l. 19. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] Vt se de NOMINIBVS instruant: *l. 1. §. 2. D. de magistr. conuen.* Quod meo NOMINE possideo, possum alieno NOMINE possidere: *l. 18. D. de adquir. possess.* Non meo, sed suo NOMINE fruitus; *l. 29. D. quib. mod. vsusfr.* Magis quod meo NOMINE, quam quod pro alio fideiussorio NOMINE debeo: *l. 4. D. de solut.* NOMINA praesidibus mittere: *l. 24. D. de tutor. et curat. dat.* Cognatorum NOMEN naturale est, adgnatorum ciuile: *l. 10. §. 1. D. de grad. et adfin.* Si peculiari NOMINE egerit: *l. 16. §. vlt. D. de liberal. causs.* Si modo is seruum peculiari NOMINE egit; *l. 6. §. 6. D. de statulib.* Siue peculiari NOMINE seruus emerit, siue non: *l. 10. D. de publican. in rem act.* Procuratorio NOMINE agere: *l. 3. D. famil. ercisc. l. 34. D. de procurat.* nunciare: *l. 1. §. vlt. l. 5. §. 18. D. de op. nou. nunc.* petere: *l. 66. D. de procurat.* Quum non proprio NOMINE, sed iure cuiusdam successionis egit: *l. 22. D. de inoffic. testam.* Testatores propriis NOMINIBVS et vocabulis non semper vtuntur: *l. 69. §. vlt. D. de legat. III.* Proprio vero NOMINE, et *ex persona heredis* opponuntur. *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* Si pupilli NOMINE tutor credidisset: *l. 16. D. de administr. et peric. tut.* Fideiussores si NOMINA sua referri in acta publica passi sunt: *l. 4. §. vlt. D. de fideiuss. tutor.* [Hoc NOMEN refugiendum sibi esse cognoscit: *l. 16. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.* sacra NOMINA: *l. 1. C. Th. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.* Ne sacro NOMINI nostrae pietatis oriatur inuidia: *l. 1. C. Theod. de conduct. et hom. dom. August. Lib. X. tit. 24.*] Seruis suis, oomine Sacco, et Eutychiae et Hirenae libertatem reliquit: *l. 44. D. de manumiss. testam.* NOMINA significandorum hominum gratia reperta sunt, qui, si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest: *§. 29. Inst. de legat.* Parentes, qui non habent speciale NOMEN: *l. 10. §. 1. D. de grad. et adfin.* Fratris sororisque filii, filiae; NOMEN speciale cognationis non habent. *d. l. 10. §. 14. D. eod. tit.* Iubeo signum Dei ex libris centum in illa sacra aede, et in patria statui, subscriptione NOMINIS mei: *l. 38. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Si heres non sit, a quo fideicommissum relictum est, sed alterius NOMINIS successor; *l. 5. §. 13. D. vt in possess. legat.* In NOMEN suum emere: *l. 2. D. quand. ex fact. tut.* [Suo, non tutoris, NOMINE soluere: *l. 31. pr. D. de hered. petit.*] NOMINE suo comparare: *l. 8. C. de rei vind.* Si proprietarius vsumfructum locasset suo NOMINE: *l. 29. D. quib. mod. vsusfr.*

vsufr. Quod quis suo NOMINE soluit, non debitoris; *l. 31. D. de hered. petit.* Qui tutor suo NOMINE stipulatus esset: *l. 16. D. de administr. et peric. tut.* In NOMEN suum emere: *l. 2. D. quand. ex fact. tut.* Suo NOMINE damnatus: *l. 1. l. 4. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* experiri: *l. 39. D. de procur.* foenerare: *l. 28. D. de liberat. leg.* nunciare; *l. 1. §. vlt. D. de oper. nou. nunc.* teneri: *l. 4. D. de fideiuss. tut.* Quia serui NOMEN non tenet: *l. 3. §. 7. D. ad exhib.* [Militiae NOMEN tradere: *l. 43. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 12*]

§. 3. NOMEN aliquando pro ipsa persona, quam designat, ponitur. [Sic NOMEN infestum delatorum, pro ipsis delatoribus: *l. 19. l. 24. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.* Orborum NOMEN, pro orbis: *l. vn. C. Theod. de Infirm. poen. caelib. Lib. VIII. tit. 16.* NOMEN senatorum, pro senatoribus: *l. 3. C. Theod. de quaest. Lib. IX. tit. 35.* NOMINA principum maledicta lacessere, id est, principes: *l. vn. C. Iustin. et Theod. si quis Imperat. maledixer.*

§. 4. Sed et rebus tribuuntur NOMINA, tum corporalibus, tum incorporalibus: NOMEN cognationis a Graeca voce dictum videtur; *l. 10. §. 1. D. de grad. et adfin.* Non ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu NOMINA exaudiri debere: *l. 7. D. de supell. legat.* Quum proprium NOMEN actionis inuenire non possumus: *l. 1. D. de praescr. verb.* Assis partes propria NOMINA habent *l. 50. §. vlt. D. de hered. instit.* Nihil referre, proprio NOMINE res adpelletur, an digito ostendatur, aut vocabulis quibusdam demonstretur: *l. 6. D. de reb. credit.* Exceptis his capiendi figuris, quae proprio NOMINE adpellantur: *l. 31. D. de mort. causs. donat.* Iuris gentium conuentiones, quae pariunt actiones, in suo NOMINE non stant, sed transeunt in proprium NOMEN contractus, vt emtio venditio, locatio conductio, societas, commodatum, depositum: *l. 7. D. de pact.* [NOMEN supremum pro testamento: *l. 3. in fine C. Theod. de apost. Lib. XVI. tit. 7.*] Inde hoc NOMEN sumsit, quod: *l. 70. D. de iudic.* Species vel quantitas, quae aut NOMINE suo, aut ea demonstratione, quae NOMINIS vice fungitur, qualis quantaque sit, ostenditur: *l. 6. D. de reb. cred.* Nudo consensu constituit obligationem, in his duntaxat receptum est, quae NOMEN suum habent, vt in emtione venditiune, conductione, mandato: *l. 1. D. de rer. permut.* Exercitus NOMEN ab exercitatione traxit: *l. 1. §. vlt. D. de test milit.* Quum deficiant vulgaria atque vsitata actionum NOMINA: *l. 2. D. de praescript. verb.* NOMEN suum vel proprium habere dicuntur contractus, non quicumque speciali vocabulo notantur: (sic enim et *rerum permutatio*, et ipsa pacta, veluti *donatio, constituta pecunia, hypotheca*, NOMEN suum vel proprium habere, recte dicerentur,) sed qui tale nomen adsumserunt, cui cognominis est actio. Sic *emtio venditio, locatio conductio, depositum, commodatum, mandatum habent* NOMEN, quia istis vocabulis omnibus cognomines sint actiones, *emti, venditi, locati, conducti, depositi, commodati, mandati.* Contra ea negotia ista do, vt des, do, vt facias, facio, vt des, facio, vt facias, quamuis ciuilem obligandi caussam habeant, non tamen producunt actiones *do vt des* et similes, sed a vocabulis istis plane discrepantem, *praescriptis verbis.* Quod adeo verum est, vt quamuis vocabulis suis videantur similes esse actiones *aestimatoria*, et *permutati*, eae tamen vere non aliae sint quam actiones *praescriptis verbis*, quamuis haec tamquam διακριτικὰ ἐπίθετα adiecerint veteres iurisconsulti. *l. 1. pr. D de aestimat. l. 6. C. de rer. permut.* Idem de actionibus *hypothecaria, de iureiurando,* et *constitutoria* dicendum. Quamuis enim et hae videantur cognomines vocabulis conuentionum illarum, prioris tamen verum NOMEN esse constat, actionis *Seruianae*; *§. 7. Inst. de act.* alterius actionis *in factum*: *l. 8. C. de reb. credit. l. 11. §. 1. D. de iureiur.* Quod et tertium, nisi me iuris analogia fallit, verum nomen, fuisse oportet. HEIN.

§. 5. NOMEN etiam debitum, seu debiti obligationem significat. Et Iustinianus quidem NOMINA vtique *foeneratitias cautiones* interpretatur in *l. vlt. C. de pact. conuent.* cuius significationis rationem exponens Asconius in *Verrin. III. titulos debitorum* NOMINA adpellari, scribit, *ab eo, quod kalendariis soterent eorum, quibus pecuniae credebantur,* NOMINA *perscribi.* Vnde et Scaeuola: NOMINA, ex kalendario, quae elegerit filius meus, viginti dare damnas esto: *l. 34. §. 1. D. de legat. III.* Ex qua vocis significatione ductus est elegans Bibaculi in Valerium Catonem Grammaticum, qui villa sua creditoribus cesserat, iocus, quem ex Suetonii libro *de illustr. gramm. Cap. XI.* subiiciam:

Mirati sumus, vnicum magistrum,
Summum grammaticum, optimum poetam,
Omnes soluere posse quaestiones,
Vnum difficile expedire NOMEN.

Attamen NOMINIS et rei adpellatio ad omnem contractum et obligationem pertinet: *l. 6. D. de verb. signif.* Hinc NOMINA facere, et *contrahere* de omni contractu dicitur. *l. 1. D. de ann. legat. l. 3. D. de iur. fisc. l. 2. D. de proxenet.* Et NOMINIBVS legatis, debentur omnes actiones et obligationes, et quidquid in actionibus, petitionibusque hereditariis est. *l. 59. D. de legat. III. l. 53. l. 44. §. 6. D. de legat. I. l. 3. C. de hered. vel act. vend.* HEIN. Et huc pertinent, quae sequuntur. Quae NOMINA a tutore facta adgnoscere pupillus debeat: *l. 16. D. de administr. et peric. tut.* Qui NOMINIBVS a curatoribus prioribus susceptis, siue tutoribus, NOMINA adgnouerunt, periculum in se transferunt: *l. 44. D. eod. tit.* Id quod gessisset tutor in contrahendis NOMINIBVS aut in totum adgnoscere, aut a toto recedere: *l. 16. D. eod. tit.* NUMINIS adpellatione rem significari, Proculus ait: *l. 4. D de verb. signif.* Bonum NOMEN facit creditor, qui admittit debitorem delegatum; *l. 26. §. 2 D. mandat.* Vt scirent, qui pessimo exemplo foenerarent, non posse filiisfamilias bonum NOMEN, exspectata patris morte fieri: *l. 1. D. ad SC. Macedon.* Cic. *Lib V. ad Attic. Epist. vlt. Bono* NOMINE *centesimis contentus erat, aut non bono, quatenus quaternas sperabat.* In quo verbo scite lusit idem Cicero *Lib. V. ad famil. Epist. 6. ad Sextium* Nam post expositam aeris alieni, quo premebatur, magnitudinem, *se tamen hoc consequutum*, ait, *vt bonum* NOMEN existimaretur. Ceterum refert Columella *Lib. I Cap. 7. Alphium foeneratorem dicere solitum, vel optima* NOMINA *non adpellanda fieri mala.* Duo millia numorum in NOMINA collocare: *l. 58. §. 3. D. de admin. et peric. tut.* Numos, exactos a debitoribus, vt aliis NOMINIBVS collocarentur: *l. 86. D. de legat. III.* NO-

NOM.

MINIBVS collocatur pecunia: l. 59. D. ad leg. Falcid. Confessum NOMEN, id est, quod quis coofitetur, se debere; l. 15. §. 9. D. de re iudic. Facere, quod iussit tutor in contrahendis NOMINIBVS: l. 16. D. de admin. et peric. tut. Male CONTRACTA NOMINA: ibid. Verum ipsi iudicis conuenient NOMEN, exigentque, id, quod debetur? l. 15. §. 10. D. de re iudicat. Si a creditore NOMEN comparasti: l. 7. C. de oblig et act. NOMEN debitoris: l. 38. §. vlt. D. de negot. gest. NOMINA debitorum: l. 82. l 86. D. de legat. II. l 64. l. 78. §. 1. D. de legat. III l. 11. D. de distr. pignor. NOMEN debitoris in haec verba legauit: Titio dari volo decem aureos, quos mihi heredes Caii Seii debent: l. 34. D. de legat. III. NOMEN debitoris pignorari, et generaliter, et specialiter, iam pridem placuit: l. 4. C. quae res pign. oblig Si conuenerit, vt NOMEN debitoris mei pignori tibi sit: l. 18. D. de pign. act. NOMEN debitoris delegare: l. 1. §. 12. D. de collat. bon. Periculum NOMINVM ad eum, cuius culpa deterius factum probari potest, pertinet: l. 35. D de reb. credit. NOMINVM, quae deteriora facta sunt tempore curatoris, periculum ad ipsum pertinere: l. vlt. §. 9. D. de administr. rer. ad ciuit. pert. Deteriora vero facta dicuntur NOMINA, quorum difficilior exactio est, propter inopiam debitorum, qui facultatibus bonisque lapsi minus soluendo sunt. In his NOMINIBVS, quae diem vel conditionem habuerunt. l. 3. D. de solution. NOMINIBVS in dotem datis; l. 2. C. de action et obl. Si NOMEN sit distractum, locupletem esse debitorem, non debere praestare: debitorem autem esse praestare: l. 4 D. de hered. vel act. vendit. Dubium NOMEN, dixit Iuuenal. Sat. VII. v. 110.

Qui venit ad dubium, grandi cum codice, NOMEN.

id est, debitum, quod est in controuersia, vt loquitur l. 1. D. de solut. Si Titius tibi decem sub conditione debeat, et ego a te NOMEN eius emam: l. 3 D de hered. vel act. vend. NOMINA eorum, qui sub conditione vel in diem debent, emere et vendere solemus: l. 17. D. de hered. vel act. vend. Emtori NOMINIS etiam pignoris persequutio praestari debet: l 6 D. eod. tit. Si ius legatum, aut quod in NOMINIBVS est· l. 1. §. 7. D. ad leg Falcid. Ea, quae in NOMINIBVS sunt, non recipiunt diuisionem: l. 6. C. fam. ercisc. Quum ea, quae in NOMINIBVS sunt, ad heredem transeant: l. 37. D de adquir. vel omitt. hered. Ea, quae in NOMINIBVS erunt: l. 3. D. pro. soc. Quum omnia in NOMINIBVS sunt: l. 36. D. ad SC. Trebell. *Quae in* NOMINIBVS *fuerunt, id est, argentum, quod in tabulis debetur.* Cic. Topic. Cap. III. NOMINVM exactionem suo periculo facere; l. 35 D. de administr. et peric. tut. Expungi NOMEN dicitur, debito soluto. Plaut. Act II Cistell Scen. 2. *Nunc quod reliquum est, volo persoluere, vt expungatur* NOMEN, *ne quid debeam* Stichus arcarius, probante domino, NOMINA fecit; l. 41 §. vlt. D. de fideic. libert. Si ex re pupilli NOMINA fecit: l. 52. §. 1. D de pecul. NOMINA, quae pater vsuris maioribus fecit: l. 39. §. 14. D. de administr. et peric. tut. Cic. Lib. III. de Offic Cap. 13. NOMINA *facit, negotium conficit.* Columella Lib. III. Cap. 3. *Quod quasi* NOMEN, *si vt foenerator, cum debitore, ita rusticus cum vineis suis fecerit.* Seneca de beat. vit. Cap. XXIV. *Numquam magis* NOMINA *facio, quam quum dono* NOMEN, quod fecerat: l. 12. §. 15. D. mand. Si proxeneta interuenerit faciendi NOMINIS; l. 2. D. de proxenet. Seneca Lib. II. de benef. Cap 23. *Quidam nolunt secum* NOMINA *fieri, nec interponi pararios, nec signatores aduocari* Idem Lib. I. de benef. Cap I. NOMINA *facturi diligenter in patrimonium et vasa debitoris inquirimus.* Olim scriptura fiebat obligatio, quae NOMINIBVS fieri dicebatur: §. vn Inst de litter. oblig Sicuti si ex stipulatio, aut NOMINE facto, petatur: l. 1. D. de ann. legat. Cicero Lib. IV ad Attic. Epist. vlt. *Haec pactio non verbis, sed* NOMINIBVS *et praescriptionibus, multorum tabulis quum esse facta diceretur.* Plures argentarii, quorum NOMINA simul facta sunt: l. 9. D. de pact. Ex ratione fisci NOMINA facta; l. 3. §. 8. D. de iur. fisc. NOMINA a tutore facta: l. 16. D. de administr. et peric. tut. NOMINIBVS ab herede factis: l. 24. D. de vsu et vsufr. leg. Argentarius coactor, quum paene totam fortunam in NOMINIBVS haberet: l 40. §. 8. D. de statulib. An pecuniam habeat in NOMINIBVS, quae conueniri possint: l. 5. §. 9 D. de reb. eor. qui sub tutel. Praeses prouinciae ex NOMINIBVS debitorum hereditariorum elegit idonea NOMINA l. 21. §. 3. D. de ann legat. Quum dicat, ideo cessasse pecuniam, quod idonea NOMINA non inueniret: l. 13. D. de administr. et peric. tut. Idoneis NOMINIBVS certa collocetur pecunia; l. 59. D. ad leg. Falcid. Quum post mortem pupilli desiit NOMEN esse idoneum: l. 45. D. de administr. et peric. tut. Quod parum idonea NOMINA debitorum viderentur; l. 19. D. ad SC. Velleian. NOMINA, quae, antequam curator fieret, idonea non erant; l. vlt. § 9. D. de administr. rer. ad ciuit. pert. NOMINA, quae iuste non putat esse idonea l. 34. D. de administr. et peric. tut. NOMINA integra pupillo salua esse, deperdita et male contracta ad tutorem pertinere: l. 16. D. de administr. et peric. tut. Duo argentarii, quorum NOMINA simul eunt: l. 34. D. de recept. arbitr. Si NOMEN quis legauerit, id, quod in actionibus est, legatum intelliguor; l. 59. D. de legat. III Si NOMEN legetur benigne, id, quod debetur, accipiendum est, vt actiones aduersus debitorem cedantur: l. 44. §. 5. D. de legat. I. Ex legato NOMINIS, actionibus ab iis, qui successerunt, non mandatis, directas actiones legatarius habere non potest: l. 18. C. de legat. Lenta NOMINA, non mala, apud Senec. de benef Lib V. Cap 22. quae videlicet non quidem deperdita sunt, sed ad diem non respondent, segnesque et tardos debitores habent. NOMEN, quod negatur, id est, si neget, quis se debere: l. 15. § 9. D de re iudic. NOMINA, quae per diuisionem, interpositis inter coheredes delegationibus obtigerunt l. 77. §. 18. D. de legat. II. NOMINA peculiaria: l. 5. D. de pecul. legat. NOMEN pecuniarium et contra corporis alicuius: l. 18. D. de pignorat. act. Debitorum facta priora NOMINA: l. 30 D. ad leg. Falcid. An ad omnia NOMINA pertineat, exceptis perditis: l. 40. §. 8. D. de statulib. Vtrum sortem tantum, an vsuras, velit cum periculo NOMINVM adgnoscere: l. 30. D. de hered.

hered. petit. Quum successores eius periculum NOMENIS adgnouerint: *l. 36. §. vlt. D. ad municipal.* Si suscipiat pupillus ceterorum NOMINVM periculum: *l. 7. §. 6. D. de admin. et peric. tut.* NOMINVM periculum ad heredem pertinebit: *l. 3. D. de condict. indeb.* NOMINVM periculo non adstringuntur: *l. 77. §. 18. D. de legat. II.* Negligentiae tutorum periculo NOMINVM adscripto: *l. 39. §. 14. D. de administr. et peric. tut.* Persequi NOMINA: *l. 5. D. de pecul. legat.* Praestare NOMINA cum eorum cessione, io id facienda, quod ex his adhuc deberetur: *l. 30. D. de hered. petit.* Successores NOMEN probauerunt, id est, adprobaruut, vel adgnouerunt: *l. 36. §. vlt. D. ad municip.* Si tutor mandet suscipi vel probari NOMEN, quod fecerat: *l. 12. §. 15. D. mandat.* Si probatum est NOMEN debitoris a nouissimo curatore, frustra curaturem de eo conueoiri: *l. 19. D. de tutel. et rat. distrah.* Cui contrarium est, recusare NOMEN: *l. 47. §. 5. D. de administr. et peric. tutor.* Si in solutum NOMEN debitoris soi debitor tibi dedit tuus: *l 6. C. de act. et oblig.* Qui filii familias NOMINA vendidit, actiooes quoque, quas cum patre habet, praestare debet: *l. 14. D. de hered. vel act. vend.* NOMINIS venditio, ignorante vel inuito eo, aduersus quem actiones mandantur, contrahi solet: *l. 1. C. de nouat.* Venditor NOMINIS: *l. 7. C. de act. et oblig.* NOMINIS venditor, quidquid compensatione vel exactione fuerit consequutus, integrum emtori restituere compellitur: *l. 23. D. de hered. vel act. vend.* NOMEN vsurarium, vel non vsurarium: *l. 38. §. vlt. D. de negot. gest.* NOMINVM vsusfructus legari potest. *l. 3. D. de vsufr. ear. rer.* ¶. 6. NOMEN interdum caussam significat. Accessionis NOMINE: *l. 27. D. de Aedil. edict.* [NOMINE artis ac fraudis tortori subiacere: *l 6. C. Theod. de numerar. Lib. VIII. tit. 1.*] NOMINE canis agere: *l. 1. § vlt. D. si quadr. paup. fec.* id est, ratione canis, vel propter canem. Cessationis NOMINE heredes suos obligatos reliquit: *l. 1. D. de operib. publ.* Crediti NOMINE obligatus: *l. 4. D. de reb. credit.* Crediti NOMINE pecuniam retinere: *l. 15. D. eod. tit.* Culpae NOMINE teneri: *l. 25. §. 18. D. famil. ercisc.* Antequam debiti NOMINE fiat satis: *l. 27. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* Dignitatis NOMINE a patre datum: *l. 1. §. 16. D. de collat. bon.* Eo NOMINE, id est in eam caussam: *l. 19. §. vlt. D. de stipul. seruor. l. 10. D. de his, quae vt indign. l. 26. D. de aur. arg. legat. l. 4. D. de administr. rer. ad ciuit. pert.* Si tecum eo NOMINE agatur: *l. 21. §. vlt. D. de except. rei iudic.* Eo NOMINE caueri, satisdari: *l. 6. l. 13. D. vt in possess. legat.* Neque eo NOMINE satisfaciat: *l. 4. §. 3. D. de re iudic.* Aut eo NOMINE satisfactum: *l. 9. §. 3. D. de pignorat. action.* Sui facti NOMINE *l. 9. D. de noxal. action.* Horum NOMINE condemnetur *l. 29. §. vlt. D de aedil. edict.* Hypothecae NOMINE res obligatae: *l. 4. D. de pignor. l. 4. D. de fid. instrument.* NOMINE legati satis accipere: *l. 5. §. vlt. D. vt in possess legat.* NOMINE negligentiae teneri: *l. 4. D. de magistr. conuen.* Numorum NOMINE agere. *l. 38. D. de noxal. act.* Omnium NOMINE tenebitur. *l. 9. D. eod. tit.* Operarum NOMINE condemnatus; *l. 37. §. 6. D. de op. libert.* Pignoris NOMINE praedium tenetur. *l. 9. D. de oper. nou. nunciat.* Serui NOMINE agere: *l. 28. D. de noxal. act.* Ventris NOMINE in possessionem missa. *l. 12. D. de collat. bon. rubr. D. si mul. ventr. nom.*

NOMENCVLATOR, *l. 7. §. 5. D. de oper. libert.* et *l. vlt. §. 1. D. de liberal. causs.* vel NOMENCLATOR, adpellabatur, qui nomina transeuntium, salutantium, obuiorum, domino suggerebat Cicero *pro Muraena Cap. XXXVI. Quid? quod habes* NOMENCLATOREM. *In eo quidem fallis et decipis. Nam si nomine adpellari abs te ciues tuos, honestum est: turpe est, eos notiores esse seruo tuo, quam tibi. Si etiam noris, tamen per monitorem adpellandi sunt. Cur non ante petis, quam insusurrauit, aut, quid, quum admonerie, tamen, quasi tute noris salutas?* Sosipater *Lib. I. Inst. Grammat. p. 82.* *NOMENCLATOR sine V. dicitur, vt Verrius ait, veluti nominis calator.* Eum autem Horatius *Lib. I. Epist. 6.* hac periphrasi designat;

Mercemur seruum, qui dictet nomina.

Ex quo Plin. *Lib. XXIX. Cap. 1.* scite dixit: *Alienis oculis adgnoscimus, aliena memoria salutamus.* Seneca *Lib. I. de benef. Cap. 3.* NOMENCLATORI *memoriae loco audacia est: et cuicumque nomen reddere non potest, imponit.* Idem *Epist. XXVII. Nemo vetulus NOMENCLATOR, qui nomina non reddit, sed imponit, tam perperam, quam ille Traianos et Archinos persalutabat.* Et *Epist. XIX. Alioquin habebis conuiuos, quos ex turba salutantium NOMENCLATOR suggesserit.* Quinctilian. *Lib. VI. Cap. 4. Vt Afer ingrato litigatori, conspectum eius vitanti, in foro per* NOMENCLATOREM *missum ad eum.* Plutarchus *in Catone minore p. 763. Tomo I.* ὀνοματολόγον vocat. Νόμȣ γραφέντος, ὅπως τοῖς παραγέλλουσιν, εἰς ἀρχὴν ὀνοματολόγοι μὴ παρῶσιν, χιλιαρχίαν μετιὼν, μόνος ἐπέθετο τῷ νόμῳ, καὶ δι' αὐτȣ̃ ποιησάμενος ἔργον ἀσπάζεσθαι καὶ προσαγορεύειν τȣ̀ς ἐντυγχάνοντας. *Lege lata, ne candidati NOMENCLATORES haberent, tribunatum militum petens, solus legi paruit, et per se elaborauit salutare atque adpellare ciues obuios.* NOMENCVLATORIS superbiam dixit Seneca *Libro, in sapientem non cadere iniur. Cap. XIV.* ¶. 2. NOMENCVLATORIBVS quoque veteres in librorum adpellationibus suppeditandis vsus, indicant haec verba eiusdem Senecae, *Lib. VI. de benefic. Cap. 33. Istos tu libros, quos vix NOMENCLATORVM complectitur aut memoria, aut manus, amicorum existimas esse?* [Adde Barth. *Lib. LII. Aduersar. Cap. 10*]

NOMINARE, exprimere nominatim. Testamento NOMINATA cunditione nuptiis: *l. 36. D. de rit. nupt.* Non NOMINANDVS filius; *l. 3. D. de lib. et postum.* testamento NOMINATI heredes: *l 124. D. de legat. I.* NOMINARE quantitatem. *l 5. §. vlt. D. de re iudic.*

¶ 2. NOMINARE, interdum est creare. *l. 14. §. 4. D. de mun. et honor.* NOMINARI quae dicuntur, qui ad magistratum, decurionatum, tutelam, aliudue quod munus publicum vocantur. Sic: Eo tempore, quo curator reipublicae NOMINA-

TVS est *l. 2. §. 7. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* NOMINATI exactores; *l. 3. C. de conuen. fisc. debit.* Fideiussores a tutoribus NOMINATI: *l. 4. §. vlt. D. de fideiussor. tut.* Qui non idoneum magistratum NOMINAVIT: *l. 13. D. ad municipal.* Si is, qui periculo suo NOMINAVIT magistratum: *l. 11. D. l. 17. §. vlt. D. eod. tit.* Solent plerumque praesides remittere ad ordinem NOMINATVM, vt Caium Seium creent magistratum, vel alius quis honor, vel munus in eum conferatur; *l. 1. §. 3. D. quand. adpell. sit.* Ad munus NOMINATI: *l. 2. C. quo quisqu. ord. conuen. Lib. XI.* NOMINARE potiorem: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 28. §. 1.* NOMINATVS ad scribatum: *l. 4. C. de adpellat.* Si successorem sibi NOMINAVIT: *l. 2. D. ad municipal.* Qui successorem suo periculo NOMINAVIT: *l. 15. §. 1. D. eod. tit.* NOMINATI successoris periculum fideiussorem NOMINATIS non tenet. *l. 17. §. 14. D. eod. tit.* NOMINARE tutores dicuntur magistratus municipales, qui nomina electa praesidi dant, et mittunt, vt loquitur *l. 1. §. 2. D. de magistr. conuen.* Non debuisse se dari in tutela collegam ei, quem ipse, quum magistratus esset, NOMINASSET suo periculo: *l. 28. D. de tut. et curat. dat.* NOMINARE tutorem videtur, et qui per alium hoc idem facit: *l. 2. D. de fideiuss. tut.* Dare tutores, et NOMINARE, separantur. Si magistratus a tutoribus, seu curatoribus, quos tibi dederint, vel NOMINAVERINT, stipulati sunt: *l. 1. C. de magistr. conuen.* NOMINARI tutor a magistratibus. *l. 14. C. de excusat. tut.* ¶ 3. NOMINARI etiam dicuntur, qui vt conscii, et participes facinoris a reis adprehensis indicantur et deferuntur. Hirtius *de bell. Alexandr. Cap. LV. Cassius eos, qui NOMINATI erant, conscii caedis, iubet comprehendi.* NOMINATVS in homicidio et incendio: *l. 6. §. vlt. D. de interd. et relegat.* Sueton. *in Caligula Cap. XXVI. Quaestorem suum, in conIuratione NOMINATVM flagellauit, veste detracta.* A latronibus NOMINARI: *l. 2. D. de bon. eor.* Dum metuunt, ne forte latrones adprehensi eos NOMINENT; *l. 1. §. 26. D. de quaest.* In quaestionibus NOMINATOS capitalium criminum. *l. 17. §. 12. D. ad municipal.*

NOMINATIM, expresso nomine, diserte. Si NOMINATIM seruum accedere dixisset: *l. 5. D de euict.* Id non venire in iudicium, de quo NOMINATIM actum est, ne veniret: *l. 6. D. de iudic.* Quoties is, qui mittit, addit NOMINATIM, ignominiae caussa se mittere: *l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam.* NOMINATIM adiicere; *l. 7. D. de donat. l. 43. §. 1. D. de legat. II. l. 19. D. iudic solu.* Ad eas partes stipulationis, de quibus NOMINATIM cauetur: *l. 119. D. de verb. obl.* NOMINATIM conuenit: *l. 1. §. 2. D. de pignor.* Nisi aliud NOMINATIM inter contrahentes conuenit: *l. 1. C. de euiction.* Etiamsi nihil NOMINATIM conuenerit *l. 4. D. de pact.* Nisi NOMINATIM id a principe datum sit: *l. 10. D. ad municipal.* NOMINATIM, vt maior pecunia solueretur, delegauit: *l. 57. §. vlt. D. de condict. indeb.* NOMINATIM Cassius edicebat: *l. 26. §. 7. D. ex quib. causs. maior.* His, quos postea NOMINATIM

enumerauit: *l. 87. §. 2. D. de legat. II.* NOMINATIM enumerati, dare qui damnati sunt: *l. 124. D. de legat. I.* NOMINATIM exceptum: *l. 13. D. commun. diuid.* NOMINATIM a patre exheredari filiusfamilias debet, aut heres scribi: *l. 26. D. de liber. et postum.* Qui filium in potestate habet, curare debet, vt eum heredem instituat, vel exheredem eum NOMINATIM faciat. Sed non ita de filiabus vel aliis per virilem sexum descendentibus liberis vtriusque sexus antiquitati fuerat obseruatum. Nec enim NOMINATIM eas personas exheredare parentibus, necesse erat, sed licebat inter ceteros hoc facere: *pr. Inst. de exhered. lib.* id est, vt ibi Theophilus explicat, ἀορίστως, ἐν τῷ λέγειν· οἱ λοιποὶ ἔστωσαν ἀπόκληροι *indefinite, dicendo; reliqui exheredes sunto.* NOMINATIM et go exheredare, et *inter ceteros* opponontur, non illuc modo, sed et apud Vlpian. *tit. XXII. Regul. §. 20. Filius*, inquit, *qui in potestate est, si non instituatur heres, NOMINATIM exheredari debet: reliqui sui heredes vtriusque sexus, aut NOMINATIM, aut inter ceteros. Postumus filius NOMINATIM exheredandus est: filia postuma, ceteraeque postumae vel NOMINATIM, vel inter ceteros. Nepotes et pronepotes ceterique masculi postumi, praeter filium, vel NOMINATIM, vel inter ceteros.* Postumi per virilem sexum descendentes ad similitudinem filiorum NOMINATIM exheredandi sunt: *l. 3. D. de iniust. rupt. irrit.* NOMINATIM autem exheredari filius intelligitur, si nomen, praenomen, et cognomen dicatur, vel vnum ex his: *l. 1. D. de lib. et postum.* NOMINATIM exheredatus filius et ita videtur: filius exheres esto, si nec nomen eius expressum sit, si modo vnicus sit: *l. 2. D. eod. tit.* Quod et Seruius ad illa Virgilii *Lib. IV. Aen. v. 674.* verba;

Et morientem NOMINE *clamat.*

notat. NOMINATIM quis exheredari videtur, siue ita exheredetur: *Titius, filius meus exheres esto*, siue ita: *filius meus exheres esto*, non adiecto proprio nomine, scilicet, si alios filius non exstet: *§. 1. Inst. de exhered. lib.* NOMINATIM exheredas postumus videtur, siue ita dixerit: *Quicumque mihi nascitur*, siue ita: *ex Seia*, siue ita: *Venter exheres esto.* Sed et, si dixerit: *Postumus exheres esto. l. 3. §. 5. D. de iniust. rupt. irrit.* Atque ita accipe NOMINATIM filium exheredare: *l. 21. D. de lib. et postum. l. 1. D. de heredib. instit. l. 2. C. de lib. praeterit.* NOMINATIM exheredatus. *l. 20. § 1. D. de bon possess. contr. tab. l. vlt. C. eod. tit.* NOMINATIM expressum *l. 14. §. 2. D. quand. dies legat. vel fid. ced. l. 52. D. de condit. et demonstrat.* Si expresserit NOMINATIM, vt id in castrensi peculio habeat: *l. 8. D. de castr. pecul.* NOMINATIM ipsa Falcidia lege expressum est: *l. 81. D. ad leg. Falcid.* Atque si id NOMINATIM in stipulatione esset expressum: *l. 40. D. de reb. credit.* Quod alicuius heredis NOMINATIM fidei committitur: *l. 29 §. vlt. D. de legat. II.* NOMINATIM ab heredibus legatum intelligitur, quum non sub adpellatione heredum, sed propriis nominibus expressis relinquitur: vt loquitur *l. 24. D. ad SC. Trebell.* Proinde si quis velit non omnes heredes legatorum praestatione onerare, sed aliquos ex his, NOMINATIM damnare debet; non ita: *heres meus data*, vel, *quisquis mihi heres erit. l. 98. D. de legat.*

legat. III. Nisi NOMINATIM id priuilegium eis indultum sit: l. 17. §. 2. D. de excus. Nisi fuerit ei NOMINATIM iniuncta: l. 25. §. 8. D. de Aedil. edict. In stipulatione NOMINATIM eius rei facta interrogatio l. 7. D. de negot. gest. Siue a certis personis NOMINATIM legatum esset, siue ab omnibus, excepto aliquo: l. 17. D. de duob. reis. Pars eius, a quo NUMINATIM legatum est. l. 29. §. vlt. D. de legat. II. Vxori suae NOMINATIM legauit vestem, mundum muliebrem: l. 32. §. 6. D. de aur. arg. legat. NOMINATIM legatum accipiendum est, quod, a quu legatum sit, intelligitur, licet nomen pronunciatum nun sit: l. 90. D. de legat. III. Lege Fusia Caninia cauebatur, vt, libertates seruis testamento NOMINATIM darentur. Vlpian. tit. 1. Regul. §. 25. NOMINATIM videntur liberi esse iussi, qui vel ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo euidenter denotati sunt, veluti: dispensator meus, cellarius meus, coquus meus, Pamphili, serui mei filius: l. 24. D. de manumiss. testam. NOMINATIM codicillis manumissus videtur seruus, cuius nomen testamento continetur l. 37. D. eod. tit. Atque hic est verbi NOMINATIM sensus in l. 59. D. de manumiss testam. et §. 25. Inst. de legat. Nisi constet, ei a tutore mandatum NOMINATIM: l. 39 §. vlt. D. de procurat. Si id ipsum NOMINATIM mandatum sit: l. 17. §. vlt. D. de iureiur. NOMINATIM serui testamento manumitti, secundum legem Fusiam possunt. NOMINATIM autem manumittere intelligitur hoc modo: Stichus liber estu. Quum autem obsonatorem, vel qui ex ancilla ista nascitur, liberum esse volo: ex Orphitiano SCo perinde libertas competit, ac si NOMINATIM data sit. Officiorum enim et artium adpellatiu nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui eo officiu designantur: tunc enim nomen adiungendum est, vt eluceat, de quo testator sensisse videatur: Paull. Lib. IV. Sent. tit. 14. §. 1. Nisi NOMINATIM praecepit: l. 47. D. de procurat. Qui plures heredes instituit testamento, a quibusdam NOMINATIM reliquit legata: l. 33. §. vlt. D. de legat. II. Vt ad alium nepotem, eumdemque coheredem deuoluatur portio, a quo tibi NOMINATIM non fuerat fideicommissum relictum: l. 4. C. ad SC. Trebell. NOMINATIM alteri vel alicui ex dominis stipulari communis seruus dicitur, quum vni ex his proprio eius nomine adiectu stipulatur: l. 23. §. vlt. D. de adquir. rer. dom. l. 5. l. 7. §. 1. l. 30. D. de stipul. seru. vel vbi nomen vnius in stipulatione positum est, vti l. 31. D. eod. tit. Seruus hereditarius futuro heredi NOMINATIM dari stipulatus: l. 16. D. eod. tit. Quum seruus, in quo vsumfructum habemus, proprietatis domino NOMINATIM stipuletur: l. 39. D. eod. tit. Tametsi NOMINATIM actores ad filiam pertinere voluit. l. 91. D. de legat. III.

NOMINATIO, id est, creatio, vt rubr. et l. 1. C. si propt. inimic. creat. facta fuer. NOMINATIONES libellis, vel edictis factae: l. 27. C. de adpellat. NOMINATIO ad munera: l. 2. D. ad municipal. l. 2. l. 5. C. de decurion. Lib. X. l. vlt. C. qui aetate se excus. Lib. X.

NOMINATOR, qui aliquem ad magistratum, tutelam aliudue munus publicum nominauit: l. 2. C. de decurion. Lib. X. l. 1. C. de sumt. recuperat. Lib. X. l. vlt. C. quo quisque ordin. Lib. XI. quique et CREATOR dicitur l. 1. §. 7. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin. NOMINATORES exactorum: l. 3. C. de conuen. fisc. debit. Lib. X. NOMINATORES magistratuum: l. 1. D. de magistr. conuen. l. 2. C. quo quisque ordin. NOMINATORES susceptorum, et eorum, qui ad praeposituram horreorum et pagorum creantur: l. 2. C. de suscept. praepos. Lib. X. NOMINATOR tutoris vel curatoris: l. 4 C. de magistr. conuen. Magistratus municipales, tutorum NOMINATORES l. 5. D. eod. tit. hoc est, qui nomina dederint, ex quibus tutores constituerentur, vt loquitur l. 2. C. qui pet. tutor. Et ita NOMINATORES accipe l. 4 C in quib. causs. pign. rubr. D. de fideiuss. et nominator. tut. et rubr. C. de periculo nominator. Lib. X.

NOMISMA, vel NVMISMA, numus. l. 27. §. 4 D. de aur. arg. legat. NOMISMATA adulterina: l. 1. C. Theod. de fals. monet. NOMISMATA aurea, vel argentea, quibus pro gemmis vti solent: l. 28. D. de vsufruct. Si tibi decem NOMISMATA sint legata: l. 9. §. 4 D. ad exhibend. id est, numi, vt ibidem. Verus NOMISMA. rubr. C. de vet. nomism. potest.

NON.

NON, pro NON solum, vel NON tantum. l. 11. §. 2. D. de recept. arbitr. l. 9. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 4 l. 96. in fine D. de verb. signif. l. 38. D. ad SC. Trebell. l. 5. D. de pignor. l. 5. D. de seruit. vrban. praed. l. 1 pr. D. de aqu. quotid. l. 5. §. 2. D. de iniur. l. vn §. 4. D. furti adu. naut. caupon. stabul. l. 31. §. 12. et l. vlt. §. 2. D. de Aedilit. edict. l. 2. D. si ventr. nom. mul. in poss. l. 12. §. 27. D. de instr. vel instrum. leg. [l. 14. D. ad leg. Corn. de sicar.] Notauit huius significationis exempla quaedam Ant. Augustin. Lib. II. Emend. Cap. 1. p. 1466. Tom. IV. Thesaur. Iur. Sic et Cicero, cum alias saepe, tum Lib. IV. ad Attic. Epist. vlt. loquutus est ¶ 2. NON, pro non tam. l. 12 D. de offic. praesid. l. 20. in fine D. de adquir. vel amitt. possess. ¶ 3. [NON, pro non plane, non omnino, non simpliciter, l. 20. D. de quaest. iuncta l 9. C. de test. l 4. C. de edendo. l. 37. D. famil. ercisc.] ¶ 4. [NON, pro non facile. l. 24. l. 34. §. vlt. D. de administr. et peric. tut.] ¶ 5. [NON, pro non autem, vel nec. l. 4. D de sepulcr. viol.] ¶ 6. [NON, pro nondum. l. 1. C. de pact. l. 16. D de lib. et postum. l. 2. D. si pars hered. l. 19. §. 5. D. de aur. arg. leg. l. 12. D. de nouat. l. 16. pr. D. de legat. I.] ¶ 7. [NON vtique, pro non tantum. l. 9. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 41. l. 96. §. 1. D. de verb. signif. l. 31. §. 12. D. de aedilit. edict. Vide infra in VTIQVE] ¶ 8. [NON nihil, pro nihil NON: l. 23. §. 3. D. de Aedil. edict. quemadmodum NON noxae dederit, pro noxae NON dederit. l. 22. §. 3. D. de noxal. act.] ¶ 9. [NON nihil commoditatis, pro plurimum. l. 2. pr. C. de primicer. et secundocer. Lib. XII. tit. 7.] ¶ 10. [NON MINVS; inuersa loquendi ratione,

ne, de eo, qood tamen minus est. *l. 3. §. 4. D. de bon. possess. contra tab.* NON minus ex dolo, quam ex culpa qoisque hac lege tenetur: pro NON minus ex culpa, quam ex dolo. *§. 4. Inst. de leg. Aquill.* Similis ὑστερολογία occurrit in *l. 3. §. 2. D. de incend. ruin naufr. l. 7. §. 8. D. de pact. l. 22. C. Theod. de suscept. Lib. XII. tit. 6. l. 85. D. de solut.*] ¶. 11. [NON iubere, pro iohibere, vetare, prohibere. *l. 5. C. Theod. quib. equor. us. Lib. IX. tit. 30. l. 14. C. Theod. de operib. publ. Lib. XVI. tit. 1.* Ael. Spartian. *in Aelio Vero Cap. IV. Aelius, accepta potione, qua se existimaret iuuari, Kalendis ipsis Ianuariis periit, iussusque ab Hadriano, quia vota interueniebant,* NON *lugeri.* Simili modo NON *permittere*, dixit Iul. Capitolin. *in Maximin. Cap. XII.* NON *tacere*, pro dicere vel scribere. Spartianus *in Aelio Vero Cap. vlt.* Trebell Pollio *in Claud. Cap. XI.* Vopisc. *in Tacito Cap. 12.* Vid. Iac. Gothofred. *in Not. ad d. l. 5. C. Theod. quib. equor. usus Lib. IX. tit. 30.*] ¶. 12 NON nolle, significat pati, et permittere *l. 3. D. de reg. iur. l. 1 §. 3. D. de tribut act.* Cicero *Lib. II. ad famil. Epist. 16. Quod tamen fortasse* NON *nollem, si possem ad octum.* ¶. 13. NON nullus. [NON nullam vicem instrumentorum obtinere. *l. 29. D. de probat. iuncta l. 26. §. vlt. D. depos.*]

¶. 14. His verbis, *si reus* NON *soluerit, fide tua esse iubes?* verosimile est id actum, vt, quum adpellatus reus non soluisset, vel, antequam adpellaretur, decessisset, fideiussor teneretur: *l. 16. §. vlt. D. de fideiuss.* Sed et in testamentis verba haec: *Si fundum* NON *dederit, centum dato,* eodem modo accipiuntur, si heres interpellatus, non dederit: *l. 24. D. quand. dies legat.* Ceterum de hac stipulatione: *Si fundum* NON *dederis, centum dare spondes?* vide *l. 44. §. vlt. D. de obl. et act. l. 115. §. vlt. D. de verb. oblig.* Item de huiusmodi legato: *Si penum non dederis, centum dato,* vide *l. 1. §. 8. D. ad leg. Falcid.*

NONIANVS, A, VM, NONIANVM SC. de collusione detegenda. Sic enim legendum esse in *l. vlt. C. de collus. deteg.* adiuuantibus libris scriptis, existimo, praesertim quum Domitiani temporibus factum eiusmodi SC constet, ex *l. 1. D. eod. tit.* cuius principatu Nonium Asprenatem Consulatum gessisse inuenio, a quo probabile est, nomen ei SCo esse impositum.

NOS.

[NOSOCOMVM, νοσοκομεῖον, locus, in quo aegri curantur. *l. 19. C. de sacros. eccles.*]

NOSTER, A, VM. Saepe est dominii, vel alterius cuiuscumque participationis vel vinculi oota. NOSTRA aetate: *l. 7. D. de reb. dub.* Plautus:

NOSTRA *aetas haud multum fidei gerit.*

NOSTRI ciues: *l. 18. C. ad leg. Iul. de adult.* NOSTRA ciuitas; *l. 11. D. de iustit. et iur.* NOSTER conductor: *l. 5. C. vbi causs. fiscal.* Fiscus NOSTER, aiunt Imperatores, *l. 4. C. quando fisc.* Non ideo minus recte quid NOSTRVM esse vindicabimus, quod abire a nobis dominium speratur, si

conditio legati vel libertatis exstiterit: *l. 66. D. de rei vind.* Recte dicimus eum fundum totum NOSTRVM esse, etiam quum vsusfructus alienus est: *l. 25. D. de verb. signific. l. 2. D. de condit. instit.* Ius NOSTRVM, id est, proprium populi Romani, quod ciuile vocatur. Ius enim quo populus Romanus vtitur, ius ciuile Romanorum adpellamus, et ius Quiritium. Sed quoties non addimus nomen, cuius sit ciuitatis, NOSTRVM ius significamus: *§. 2. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.* Hoc ius NOSTRVM constat aut scripto, aut sine scripto: *§. 3. Inst. eod. tit. l. 6. D. de iustit. et iur.* Ius NOSTRVM non patitur eumdem in paganis testato et intestato decessisse: *l. 7. D. de reg. iur.* Non facile, quod ad ius NOSTRVM attinet, quum de naturali cognatione quaeritur, septimum gradum quis excedit: *l. 4. D. de grad. et adfin.* Iure NOSTRO tutela communium liberorum matri testamento patris frustra mandatur: *l. 26. D. de testam. tutel.* Iure NOSTRO est potestas creditori, relicto reo, eligendi fideiussores: *l. 5. C. de fideiuss.* Ex nudo pacto perspicis actionem iure NOSTRO nasci non posse: *l. 27. C. de locat.* Cicero *pro Cornel. Balbo Cap. XXVIII. Iure nostro neque mutare ciuitatem quisquam inuitus potest.* Et paullo post: *Duarum ciuitatum ciuis esse* NOSTRO *iure ciuili nemo potest.* Traianus apud Plin. *Lib. X. Epist. 59. Quum solum peregrinae conditionis non sit capax dedicationis, quae fit* NOSTRO *iure.* Paternos libertos recte videmur dicere NOSTROS libertos. Liberorum libertos non recte NOSTROS dicimus: *l. 58. §. vlt. D. de verb. signif.* NOSTRI praeceptores: *l. 32. D. de damn. infect.* Procurator NOSTER: *l. 7. C. de seruitut. l. 5. C. de bon. proscript.* NOSTRI procuratores: *l. 3. C. de fideiuss. l. 1. C. de pedan. iud. l. 1. C. de iurisdict. l. 2. C. vbi causs. stat. l. 1. l. 2. C. vbi causs. fiscal. l. 10. C. de inoffic. testam.* Rationalis NOSTER. *l. 1. C. ne rustican. l. 3. C. de conuen. fisci debit. l. 4. C. de fid. instrum. l. 2. C. ne vx. pro marit.* ¶. 2. Saepe NOSTRI adiungitur Imperatoribus. Et tunc verba Imperatorea NOSTRI aliquando latius accipi debent, et ad omnes, qui rerum potiti sunt porrigi: veluti apud Pomponium *l. 239. §. 1. D. de verb. signif.* Aliquando iurisconsulti eos Caesares imperatoresque intelligunt, quorum sub principatu valebant: vti Lepidus apud Tacit. *Annal. Libro III. Cap. 50. Saepe audiui Principem NOSTRVM conquerentem.* Sic: Caesar NOSTER ait Celsus, *l. 13. D. de probat.* id est, Hadrianus; Saepe audiui Caesarem NOSTRVM dicentem, ait Iulianus, *l. 8. D. de offic. praesid.* id est, Hadrianum; Sacratissimi principis NOSTRI oratione, ait Caius *l. 9. D. ad SC. Tertull.* id est Hadriani: Rescripto Imperatoris NOSTRI significatur, ait idem Caius *l. 73. §. vlt. D. de legat. I.* id est, Hadriani. Antoninus Augustus, Pius, NOSTER, ait Marcianus: *l. 42. D. de fideic. libert.* Imperator NOSTER diuus Marcus: Scaeuola *l. 39 D. de legat. III.* NOSTER Seuerus; Papinianus, *l. 6. D. de vsur.* Optimus maximusque princeps NOSTER Seuerus: Idem *l. 78. §. 1. D. de legat. II. l. 8. D. de vacat. et excus. mun.* Optimus NOSTER Imperator Seuerus: Idem *l. 67. §. 9. D. de legat. II.* Post optimi NOSTRI Seueri Augusti litteras: Idem *l. 7. D. de vacat. et excus. mun.* Imperator NOSTER, Seuerus Augustus, ait Callistratus, *l. 38.*

D. de

NOS.

D. de legib. l. 14. §. 4. D. de mun. et honor. a principe NOSTRO, id est Seuero, Tryphoninus *l. vlt. D. de postul.* Optimi principes NOSTRI rescripserunt; ait Papinianus, *l. vlt. D. de accusat.* id est, Seuerus et Antoninus Caracalla. Optimi maximiqoe principes NOSTRI iudicauerunt: Idem *l. 16. §. 1. D. de his quae vt indign.* Principes NOSTRI consulti rescripserunt: Callistratus *l. 11. D. de decurion.* Vtrumqoe Imperatorem saepe iungi videmus ita, vt filius patri praemittatur. Constitutione Imperatoris NOSTRI et diui Seueri: Vlpianus *l. 3. D. de quaest.* Secundum constitutionem Imperatoris NOSTRI et D. patris eius: Idem *l. 3. D. de reb. eorum, qui sub tut.* Remedium monstrauit Imperator NOSTER cum patre suo: Idem *l. 6. §. 5. D. de donat. int. vir. et vx.* Imperator NOSTER cum patre rescripsit: Idem *l. 7. D. eod. tit. l. 26. D. de pign. act. l. 47. D. de legat. I. l. 4. D. de offic. procons. l. 45. D. de vsur. l. vlt. §. vlt. D. de diuort. l. 15. §. 1. D. de re iudic. l. 29. §. vlt. D. de iur. fisc.* Imperator NOSTER cum diuo patre suo: *l. 7. §. 10. D. de interd. et releg. l. 6. §. 2. D. de mun. et honor. l. 1. §. 10. D. de quaest. l. 1. §. vlt. D. de pollicit.* Imperator NOSTER et diuus Seuerus rescripserunt: *l. 41. §. 3. §. 5. D. de legat. I. l. 13. §. vlt. D. de test. milit.* Rescriptum ab Imperatore NOSTRO Antonino Augusto et diuo patre eius: *l. 2. §. vlt. D. ad SC. Tertull. l. 1. §. 12. D. de extr. cognit.* Ab Imperatore NOSTRO cum patre rescriptum: *l. 1. §. 7. D. si is qui testam. lib.* Rescriptum Imperatoris NOSTRI et diui patris eius: *l. 1. §. 3. D. ad SC. Tertull. l. 6. §. 4. D. de pecul. leg. l. 1. §. 10. D. de extr. cognit. l. 6. §. 2. D. de pollicit. l. 37. D. de legat. I.* Eademque loquendi figura Tryphoninus vtitur; *l. 44. D. de excusat.* nec non Paullus, *l. 7. D. qui sine manumission.* denique Hermogenianus: *l 14. §. 4. D. ad SC. Trebell.* A NOSTRIS Imperatoribus rescriptum est: Tryphoninus *l 39. D. de poen.* Pactumeia Magna supplicauit Imperatores NOSTROS. Paullus *l. vlt. D. de hered. instit.* Imperator NOSTER Antoninus, (Caracalla:) ait Paullus, *in l. vlt. D. de censib.* Imperator NOSTER: Idem *l. 47. §. vlt: D. ad SC. Trebell.* Ex indulgentia Imperatoris NOSTRI: ait Arrius Menander, *l. 5. §. 4. D. de re milit.* id est, Antonini Caracallae. Imperator NOSTER Antoninus Augustus, ait Vlpianus, *l. 32. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 4. §. 5. D. de offic. procons. l. 5. D. de adpell. recipiend. l. 6. §. 1. D. de pollicitat. l. 1. §. 1. D. de suis et legit.* Oratione Imperatoris NOSTRI Antonini Augusti: *l. 3. D. de donat. int. vir. et vx.* Proinde quotiescumque apud eumdem Vlpianum legimus: *Imperator* NOSTER *rescripsit: Imperatoris* NOSTRI *constitutio; rescriptum: ab Imperatore* NOSTRO *constitutum, rescriptumue est:* toties nobis Antoninus Caracalla in mentem venire debet, vt *l. 33. D. de fideic. libert. l. 33. §. 2. D. de procurat. l. 1. §. 3. D. de calumniat. l. 7. §. 10. D. de minor. l. 11. §. 6. D. de pign. act. l. 1. § vlt. D. de legat. III. l. 14. §. 7. D. de religios. et sumt. fun. l. 12. D. de iniust. rupt. irrit. l. 6. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 11. §. 19. D. de legat. III. l. 14. D. de alim. et cibar. legat. l. 3. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 1. D. de suis et legit. l. 3. D. de censib. l. 24. §. 9. D. de fideic. libert. l. 4. §. 9. D. de re milit. l. 43. D. de iure fisci.* et apud Auctorem *Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. XVI.*

NOS. NOT.

§. 9. At apud Paullum in *l. 87. §. vlt. de legat. II.* verba haec: *Post litteras Imperatoris* NOSTRI, item: *Imperator* NOSTER, non ad Antoninum Caracallam, sed ad Alexandrum Seuerum Augustum pertinent, vt adparet ex eadem *l. 87. §. 3. eod. libro.* ¶. 3. NOSTER etiam plerumque non de dominii, aut sanguinis, sed professionis societate dicitur. Nam et de his, qui non erant eorumdem temporum aequales, vsurpatur. Sic Caius NOSTER, ait Pomponius, *l. 39. D. de stipul. seru.* Iustinianus etiam Caium, quod ex eius potissimum commentariis Institutiones compositae essent, NOSTRVM adpellat, *§. 6. prooem. Inst.* et *§. 5. Inst. de publ. iudic.* Idem elogium Caii nomini addit Imperator in *Constit. omnem reipublicae §. 1. ad Antecessores.* Caussa vero a Brissonio nostro reddita multo est probabilior, quam illa Ant. Vaccae, ipsiusque Franc. Hotomani, qui ex hoc elogio, Caius NOSTER, eum Christianum fuisse, perperam colligunt. Quamvis hic nobis vbique Triboniani potius, quam Iustiniani stilum adgnoscere videamur. HEIN. Celso et Iuliano NOSTRO placuit, ait Maecianus in *l. 30. §. 7. D. ad leg. Falcid.* Iulianus NOSTER ait idem *l. 86. D. de condit. et demonstr. l. 65. §. 1. D. ad SC. Trebell.* Hoc ita interpretari Iulianus NOSTER videtur: inquit Terent. Clemens *l. 6. D. de vulg. et pupill. subst.* Scaeuola NOSTER, ait Paullus, *l. 24. §. 4. D. de minor. l. 6. in fine D. de reb. auctorit. iud. possid. l. 19. §. 1. D. de negot. gest. l. 56. §. vlt. D. de iure dot. l. 38. §. vlt. de vulg. et pupill. subst.* Idque et Scaeuolae NOSTRO placuit, vt idem Paullus, *l. 33. pr. D. de excusat.* Similique modo Scaeuola NOSTER, ait Tryphoninus in *l. 12. §. vlt. D. de distract. pign.* Vindius NOSTER, ait Maecianus in *l. 32. §. vlt. D. ad leg. Falcid.*

NOT.

NOTA. NOTAE saepe sunt *σημεῖα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξευρεθέντα, signa litterarum, celeritatis caussa inuenta*, quorum intentionem alii Tullio Tironi; alii, in quibus est Dio, Mecaenati tribuunt, eorumque numerum a Seneca auctum fuisse censent. Festus: NOTA *nunc significat signum, vt in pecoribus: nunc litteras singulas aut binas.* Sic: eos qui NOTIS scribunt acta praesidum: *l 33. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* NOTIS scriptae tabulae non continentur edicto, quia NOTAS litteras non esse, Pedius scribit *l 6. §. vlt. D. de bonor. possess.* Vnde a *litteris* NOTAE separantur, *l. 1. §. 6. D. de extraord. cognit.* vbi Vlpianus: *Ceterarum*, inquit, *artium, quae sunt extra* LITTERAS *vel* NOTAS *positae.* Miles Notario suo testamentum, scribendum NOTIS dictauit, et antequam litteris perscriberetur, vita defunctus est: *l. 40. D. de testam. milit.* Si quis pro centum ducenta per NOTAM scripsisset: *l. 9. §. 1. D. de hered. instit.* Si NOTAM adiecerit legato, vel sua voce, vel litteris. *l. 21. §. 1. D. qui testam. facer.* Ac plane districte Iustinianus quidquam in libris suis NOTIS scribi vetuit. *l. 2. §. pen. C. de vet. iur. enucl.* Seneca *Epist. XCI. Quid verborum* NOTAS, *quibus quamuis citata excipitur oratio, et celeritatem linguae manus sequitur.* Sueton. *in Tito Cap. III. Pluribus comperi,* NOTIS *quoque*

excipere velocissime solitum. Vnde quod est apud eumdem *in Galba Cap. V. Quia notata, non praescripta erat summa,* sic interpretor, quia NOTARVM compendio adstricta erat summa. NOTAS vtique Plutarchus *in Cicerone σημεῖα* vocat, ipseque Cicero *Lib. XIII. ad Attic. Epist. 32. Quod ad te de decem legatis scripsi, parum intellexti: credo, quia διὰ σημείων scripseram.* Galenus *Lib. I. περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας Cap. IX. p. 534. Tomo VI. Op.* βλέπω γάρ σε ἐδὲ πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων δαπανῆσαι τολμῶντα, μηδ' εἰς βιβλίων ὠνὴν, καὶ κατασκευὴν, καὶ τῶν γραφόντων ἄσκησιν ἤτοι γε εἰς τάχος διὰ σημείων, ἢ εἰς καλῶν ἀκρίβειαν, ὥσπερ ἐδὲ τῶν ἀναγινωσκόντων ὀρθῶς. *Video enim, te ne in bonasta quidem rerum studia quidquam impendere audere, nihil in librorum emtionem et adparatum, item scribentium exercitationem, siue* NOTIS *ad celeritatem, siue figurit ad pulcritudinem, quemadmodum nec in eos, qui recte legunt.* NOTAS autem hasce inde dictas, *quod verba vel syllabas praefixis characteribus notent, et ad legentium notitiam reuocent,* Isidorus *Lib. I. Origin. Cap. 21.* tradit, additque *Capite 22. quasdam litteras in libris iuris verborum suorum* NOTAS *fuisse, quo scriptura celeris breuior fieret.* Cuius generis aliquot exempla profert, subiicitque, *has iuris* NOTAS *nouitii Imperatores a codicibus legum abolendas, sanxerunt, quia multos per has callido ingenio ignorantes decipiebant, atque ita iusserunt scribendas in legibus litteras, vt nullos errores, nullas ambages adferant, sed sequenda et vitanda aperta demonstrent.* Quo ipsu Isidorum *l. 2. §. pen. C. de vet. iur. enucl.* ante oculos habuisse, nemo non animaduertit. Plura de his NOTIS, totaque illa per NOTAS scribendi ratione attulit Io. Brodaeus *Miscell. Lib. IV. Cap. 9.* HEIN. ¶. 2. NOTAE, in *l. 2. D. de fugitiu.* signa, stigmata, puncta, seruis scripta atque inusta significant. Sic Cicero *Lib. II. Offic. Cap. 7. Thracem compunctum* NOTIS *Threiciis,* dixit Plin. *in Panegyr. Cap. XXXV. Exsanguem et ferreum frontem nec quidquam conuulnerandum praebeant punctis, et* NOTAS *suas rideant.* Valer. Maxim. *Lib. VI. Cap. 8. Seruus ab eo vinculorum poena coercitus, inexpiabilique litterarum* NOTA, *per summam oris contumeliam, inustas.* Graeco *stigmatum* verbo vtuntur Imperatores in *l. 3. C. de fabricens. Lib XI. Stigmatum* quoque NOTAS dixit Suetonius *in Calig. Cap. XXXII.* Quinctilian. *Lib. VII. Cap. 4. Si quis fugitiuo stigma scripserit.* Vnde *στιζόμενοι stigmatici serui,* apud Pollucem *Lib. III. Onomast. segm. 78.* id est, NOTIS *compuncti, quos* Plautus *in Casin. Act. II. scen. 6 v. 49.* LITTERATOS vocat. ¶. 3. NOTA *μεταφορικῶς* pro labe et macula existimationis, pudoris, famae ponitur, seu pro *ignominia,* vt Festus interpretatur. Sic: NOTA adspersa patroni filio: *l. 17. §. vlt. D. de iur. patron.* Qui confidit accusationi, calumniae NOTAM timere non debet. *l. 6. C. ad leg. Iul. de adult.* Multi non NOTAE caussa exheredant filios, nec vt eis obsint, sed vt eis consulant: *l. 18. D. de lib. et postum.* Remoueri a tutela cum NOTA: *l. 2. C. de tutor. vel. curat. qui satis non ded.* Remouendum tutorem, qui NOTA dignus videbitur: *l. vlt. D. vbi pupill. educ.* NOTA eius, quae in adulterio deprehensa est: *l. 43. §. 12. D. de rit. nupt.* NOTAM non euadunt, qui in arena passi sunt, se honorari, etiamsi cum bestiis virtutis ostendendae caussa sine mercede depugnassent: *l. 1. §. 6. D. de postul.* Exheredationis quoque NOTA dicitur. e. g. Filio non nocet NOTA exheredationis, quantum ad ius patronatus: *l. 1. §. 5. D. de adsign. libert.* Si liberi NOTAM exheredationis non meruerunt: *l. 1. D. de coniungend. cum emanc. lib.* Si pater miles filiae, quam in vtero haberi ignorabat, vel, quam in rebus humanis non esse, falso rumore perlato, putabat, nullam in testamento fecerit mentionem, silentium huiusmodi exheredationis NOTAM non infligit: *l. 10. C. de testam. milit.* [Ne testamentum per omnia irritum ad NOTAM exheredationis solam profecisse videatur: *l. 20. pr. D. de bon. poss. contr. tab.*] Seruus NOTAE extremae: *l. 15. §. 44. D. de iniur.* [NOTA Iudaica foedare, id est, circumcidere: *l. 22. C. Theod. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.*] Exheredationem nepotis, quae non NOTAE gratia, sed alio consilio, adiecta est, nocere ei non oportere: *l. 47. D. de bon. libert.* Si huius NOTAE homo adoptauerit: *l. 44. §. 5. de rit. nupt.* id est, qui artem hodiernam fecerit: in parentes et patronos, quamuis per procuratorem iudicium accipiant, actio de dolo, aut iniuriarum, non datur. Licet enim verbis edicti non habeantur infames ita (puta per procuratorem,) condemnati: re tamen ipsa, et opinione hominum non effugiunt infamiae NOTAM: *l. 2. D. de obsequ. parent. et patr.* [NOTAM infamiae sustinere, aut deformi vocabulo pollui: *l. 11. C. Theod. de infirm. his, quae sub tyrann. Lib. XV. tit. 14.* NOTAE inustae detestabilis turpitudinis: *l. 1. C. Theod. de inoffic. testam. Lib. II. tit. 20.* Probrosis inusta NOTIS: *l. 1. C. Theod. de secund. nupt. Lib. III. tit. 8.*] Ignominiae caussa ab imperatore missum, hac NOTA laborare: *l. 2. D. de his qui not. infam.* Nepotem ex NOTA patris excludi a bonis liberti: *l. 17. D. de iure patronat.* Alii propter NOTAM et infamiam vitae suae admittendi non sunt ad testimoniorum fidem: *l. 3. §. 5. D. de testib.* ¶. 4. NOTAE alias deprehensionem sententiae seu opinionis alicuius alienis scriptis adiectam significant. Sic: ex NOTA Marcelli constat: *l. 10. D. de castr. pecul.* Vnde NOTAE adpellantur alienis scriptis, corrigendi ampliandiue caussa insertae a iureconsultis opiniones et sententiae. Sic NOTAE Paulli atque Vlpiani in corpus Papiniani factae: *l. vn. C. Theod. de respons. prudent.* Quae in NOTIS Aemilii Papiniani ex Vlpiano et Paullo, nec non Marciano adscriptae sunt. *l. 1. §. 6. C. de vet. iur. enucl.* Remotis Vlpiani atque Paulli NOTIS. *l. vlt. C. de sentent. pass.*

NOTABILIS, E. [in prauum plerumque sensum pro infami accipitur. Iubemus eos NOTABILES esse sine venia: *l. 5. §. 2. C. ad leg. Iul. maiest.* Non modo NOTABILIS verum etiam sacrilegus iudicetur, qui a sanctae religionis instituto rituue deflexerit: *l. 3. C. Theod. de exsequut. et exact. Lib. VIII. tit. 8.*] Personae in turpitudine NOTABILES. *l. 1. §. 5. D. de postul.*

NOTABILITER, aduerbium eiusdem notionis. Quae NOTABILITER fiunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta. *l. 15. §. 26. D. de iniur.*

NOTA-

NOTARE, obseruare, indicare, docere. [Herennius Modestinus et NOTANDO et disputando, bene et optima ratione decreuit: *l. 18. §. 26. D. de mun. et hon.* NOTANDVM est: *l. 27. §. 16. D. ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. 5. D. de ventr. inspic.* NOTANDVM erit: *l. 21. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* Vt in eo munificentia eius, qui legauit, inscriptione NOTETVR; *l. 4. in fine D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* NOTAVIMVS supra. *l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam.* ¶. 2. NOTARE in libris nostris iurisconsulti dicuntur, qui alterius scriptis opiuiones suas adsuunt et attexunt, vel improbandi reprehendendique caussa, vel addendi de suo. Quod vtpore probabile, non NOTANT: *l. 17. §. vlt. D. de hered. inst.* id est, non reprehendunt: Quae sententia vera non est, et a multis NOTATA est. *l. 16. D. de iudic.* Sic Iuliani libro vndecimo Digestorum Marcellus NOTAT: *l. 14. D. de in rem vers.* Libro XXX. Digestorum Iuliani Marcellus notat; *l. 39. D. de hered. inst.* Marcellus Libro XLII. Digestorum Iuliani NOTAT: *l. 34. D. ad leg. Falcid.* Marcellus apud Iulianum Lib. XXVII. Digestorum NOTAT: *l. 20. D. de condit. et dem.* Apud Iulianum Lib. XXXII. Digestorum Marcellus NOTAT: *l. 80. D. de legat. I.* Marcellus Lib. XXXIX. Digestorum apud Iulianum NOTAT: *l. 1. D. de penu legat.* Marcellus apud Iulianum NOTAT; *l. 11. §. 45. D. de minor. l. 4. §. 5. D. si seru. vindic. l. 2. §. 7. D. de eo quod cert. loc. l. 7. D. de pecul. l. 9. D. de verb. signif.* Marcellus NOTAT: *l. 13. l. 15. D. de mort. causs. donat. l. 12. D. de auctorit. et cons. tut. l. 23. D. de act. emt. vend. l. 3. D. quib. ex causs. in possess.* et aliis aliquot locis. Non immerito Iulianus a Marcello NOTATVS est: *l. 9. §. vlt. D. quod met. causs.* Quae sententia Iuliani recte a Marcello NOTATA est: *l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered.* Paullus Libro IV. Iuliani Digestorum NOTAT: *l. 11. D. quod met. causs.* Libro VIII. Digestorum Iuliani Paullus NOTAT: *l. 4. D. de rescind. vendit.* Paullus NOTAT apud Iulianum; *l. 5. §. 1. D. de collat. bonor. l. 15. D. de mort. causs. donat. l. 4. §. vlt. D. de manumiss. vind.* Scaeuola apud Iulianum Lib. XXII. Digestorum NOTAT: *l. 54. D. de pact.* In Libro VII. Digestorum Iuliani Scaeuola NOTAT: *l. 10. D. de peric. et commod. rei vend.* Proculus apud Labeonem NOTAT: *l. 10. §. 1. D. de negot. gest. l. 69. D. de cond. et demonstrat.* Quintus apud Labeonem NOTAT: *l. 7. §. 7. D. de dol. mal.* Scaeuola apud Marcellum NOTAT: *l. 11. §. 6. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 56. D. ad leg. Falcid. l. 24. D. de legat. II.* Vlpianus NOTAT ad Marcellum: *l. 9. D. de iur. codicill. l. 28. §. vlt. D. de administr. et peric. tutor. l. 27. D. de pignor.* Apud Marcellum NOTAVI: ait Vlpianus *l. 41. D. ad leg. Aquill.* Paullus Libro III. Quaestionum Papiniani NOTAT: *l. 18. D. deferuit.* Papiniani Libro X. Quaestionum Paullus NOTAT: *l. 16. D. de Publician. in rem act.* Alias quoque apud Papinianum Paullus NOTAT: *l. 1. D. de offic. eius cui mand. iurisd. l. 72. D. de contrah. emt. l. 1. § vlt. D. de vsur. l. vlt. D. de his, quae in testam. del. l. 9. D. de ann. legat. l. 42. D. de bon. libert. l. 116. D. de verb. oblig. l. 8. D. de praetor. stipulat.* Vlpianus NOTAT, ad Papinianum. *l. 31. §. 2. D. de negot. gest.* Apud Pomponium Marcellus NOTAT: *l. 16. D. qui testam. fac. poss.* Libro singulari regularum Pomponii Marcellus NOTAT: *l. 63. D. de adquir. vel omitt. hered.* Apud Scaeuolam libris Digestorum Claudius NOTAT; *l. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 36. D. de legat. III.* Paullus NOTAT apud Scaeuolam; *l. 13. D. de inoffic. testam.* ¶. 3. NOTARE, etiam est infamiae ignominiaeque NOTAM inurere. *l. 1. §. 6. D. de postul. l. 43. §. 12. D. de rit. nupt.* Dolo malo adiecto calliditatem NOTAT praetor eius, qui persuasit: *l. 3. D. de seru. corrupt.* Calumnia NOTATIS ius accusandi ademtum est: *l. 4. D. de accusat.* NOTATVS ex caussa desertionis: *l. 15. D. de re milit.* Factum lex NOTAT; *l. 43. §. 12. D. de rit. nupt.* NOTARI ignominia: *l. 6. §. 3. D. de decurion. l. 5. C. ex quibus causs. infam.* Omnes qui edicto praetoris vt infames NOTANTVR: *l. 1. §. 8. D. de postul.* NOTARI infamia: *l. 42. D. de iniur. l. 1. l. 2. D. de his, qui not. infam. l. 2. C. ad SC. Turpill.* Qui iudicii quaestionem citra veniam abolitionis deseruerunt Turpilliano SCo NOTANTVR infamia: *l. 6. §. 3. D. de decurion.* NOTARI lege: *l. 43. §. 4. D. de rit. nupt.* Ignominiae poena NOTABITVR: *l. vlt. C. vt lit. pendent.* Necquidquam iudicum calumnia NOTABIT tutorem. *l. 22. D. de his, quae vt indign.*

NOTARIVS a notis, quibus aliorum verba ac sermonem excipiebat, nomen traxit. D. Augustinus *Lib. II. de doctrina Christ. Ex eo genere sunt etiam notae, quas qui didicerunt, proprie iam* NOTARII *adpellantur.* Quae postrema verba credibile est, Isidorum ex eo descripsisse et in *Lib. I. Orig. Cap. 21.* transtulisse. Moschopulus περὶ σχεδῶν. NOTAI παρὰ Ῥωμαίοις τὰ γράμματα, ἀφ' ȣ̃ NOTAPIOΣ. NOTAE *Romanis sunt litterae. A quo* NOTARIVS. NOTARII ergo in *l. 41. D. de milit. test. l. 41. §. 3. D. de fideic. libert. l. 1. §. 6. D. de extraord. cogn. l. vlt. C. de comm. seru. manumitt. l. 26. C. de pignor. l. pen. C. qui pot. in pignor.* et apud Quinctilian. *Lib. VII. Cap. 1.* et Lamprid. *in Diadum. Cap. IX.* sunt, qui notis loquentium verba celerirer excipiebant, *οἱ γράφοντες εἰς τάχος διὰ σημείων. qui notis ad celeritatem scribunt.* Ita enim NOTARIOS reddit Galenus in libro I. *περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστȣ ψυχῇ ἰδίων παθῶν· de cognoscendis curandisque propriis cuiusque animi adfectibus Cap. IX. p. 534. Tomo VI. Oper.* Eleganter autem NOTARIORVM genituram Manilius *Lib. IV. Astronomic. v. 197. seq.* expressit his verbis:

Hic et scriptor erit felix, cui littera verbum est:
Quique notis linguam superet, cursumque loquentis;
Excipiens longas noua per compendia voces.

[vbi Ios. Scaliger *in Notis p. 287.* ex vetusto codice Gemblacensi pro *felix* rescribir *velox.*] NOTARIOS quoque scite Basilius Magnus, *Epistola, quae* τῷ Νοταρίῳ inscribitur, Latinum nomen retinens describit his verbis: Ὁι λόγοι τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχȣσι, διὰ τȣ̃το σημείων χρήζȣσιν, ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων· σὺ ȣ̃ν, ὦ παῖ, τὰ χαράγματα τέλεια ποίει, καὶ τȣ̀ς τόπȣς ἀκολȣ́θως κατάστιζε· ἐν γὰρ μικρῷ πλάνῃ πολὺς ἡμάρτηται λόγος· τῇ δὲ ἐπιμελείᾳ τȣ̃ γράφοντος κατορθȣ̃ται τὸ λεγόμενον. *Verba naturam*

volatilem habent. Hinc NOTIS *vtuntur, vt scriptor illa praeteruolantia velocissime excipiat. Fac ergo, o puer, characteres perfectos, et Notas punctis accurate distingue. Paruo enim errore prolixus vitiatur sermo: scribentis vero diligentia id, quod dictum est, accurate sistitur.* Cassiodor. *in Psalm. XLIV.* NOTARIVM interpretatur, *qui velociter verba suscipit, et citius audita transscribit.* Vnde belle Martialis *Lib. X. Epigr. 62.* NOTARIVM *velocem* nominat. Ait enim:

> *Currant verba licet, manus est velocior illis:*
> *Nondum lingua suum; dextra peregit opus.*

Et ita γραμματέα ὀξύγραφον *scribam celeriter scribentem* dicunt septuaginta interpretes *Psalm. XLV, v. 1.* Vnde et de NOTARIO velocissime excipiente venustum Ausonii *Epigramma CXXXVI.* Seneca in ἀποκολοκυνθώσει. *Multa dixit, quae* NOTARIVS *persequi non potuit.* D. Hieronymus *in praefat. Chron. Eusebii. Praesertim quum* NOTARIO, *vt scitis, velocissime dictauerim.* Et in ipso *Chronico Num. MMCCCLXXXVIII. Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per* NOTARIOS *commentatur.* Idem *in Epistola de vitando suspecto contubernio: Extemporalis est dictatio, tanta velocitate profusa, vt* NOTARIORVM *manus lingua praecurreret.* Id vnum hic addere licebit, hos NOTARIOS saeculo quarto dici consueuisse EXCEPTORES, iisque in primis vsos esse Praesides ad conficienda acta, ceu ex instituto docuerunt Valesius *ad Ammian. Marcell. Lib. XVII. p. 129.* et Io. Columbus *ad Lactant. de mortibus persequut. Cap. XLVI.* HEIN.

NOTHVS, in *Nouella LXXIV. et LXXXIX.* pro filio naturali accipitur, vt supra sub articulo NATVRALIS docui, vbi de NOTHO Quinctiliani testimonium protuli. Festus Pompeius: NOTHVM *Graeci natum ex vxore non legitima vocant: qui apud nos spurio patre natus dicitur, quod Ser. Tullius qui Romae regnauit, natus est ex concubina, spurius Tullii, tribuitis.* Seneca *Controu. Lib. VI. Quidam, quum haberet legitimum filium, alium ex ancilla sustulit, et decessit. Maior frater sic diuisit, vt totum patrimonium ex vna parte poneret, ex altera matrem.*

NOTIO, NIS. Eam *accipere possumus et cognitionem et iurisdictionem. l. 99. D. de verb. signif.* Proinde Vlpianus ad Edictum praetoris de re iudicata, in quo ait praetor: CVIVS DE EA RE IVRISDICTIO EST: *Melius*, inquit, *scripsisset, cuius ea de re* NOTIO *est. Etenim* NOTIONIS *nomen etiam ad eos pertinere, qui iurisdictionem non habent, sed habent de quauis alia caussa* NOTIONEM. *l. 5. D. de re iudicat.* Verba ergo, IS, CVIVS EA DE RE NOTIO EST, et in magistratus, et in alios quoscumque, qui super aliqua re cognoscunt, cadunt. Et huc pertinent sequentia: Ex personis caussisque eum, cuius NOTIO est, aestimaturum, an actio danda sit: *l. vlt. §. vlt. D. de obligat. et act.* Si ab eo, qui innocens fuit, pecuniam acceptam, is cuius de re NOTIO est, edoctus fuerit: *l. 8. D. de calumniat.* Is, cuius de ea re NOTIO est aestimabit: *l. 2. C. de in lit. dand. tut.* Eum cuius NOTIO est, aestimaturum: *l. 14. D. de dot. praelegat. l. 28. §. 3. D. de liberat. leg.* id est, ex qualitate disceptationis iudicem aestimaturum, vt *l. 28. §. 9. D. de liberat. legat.* Ad NOTIONEM eius, qui ea de re cogniturus est, pertinet: *l. 69. D. de legat. III.* Si quis in eius temporis computatione ab eo, cuius de ea re NOTIO fuerit, iniuriam passus: *l. 6. C. de excusat. tutor.* Apud eum cuius de ea re NOTIO est: *l. vlt. C. ne vxor. pro marit. l. 5. C. pro socio, l. 2. C. si mancip.* Adito eo, cuius super ea re NOTIO est: *l. 7. C. qui pet. tutor.* Post sex menses, quum aditi pro tribunali fuerint hi, quorum de ea re NOTIO est: *l. 5. §. 16. D. vt in possess. legat. vel fideic.* Sine NOTIONE iudicis coactus est dare: *l. vlt. §. vlt. D. quod met. causs.* [Altioris iudicis NOTIO: *l. 6. C. de iurisdict.* NOTIO iudicum: *l. 3. C. quando prouoc. non est necess.* quae *ibidem* cognitio apud amplissimos iudices dicitur.] Praefecti vrbi NOTIO: *l. 1. §. 4. D. de offic. praef. vrb.* NOTIONE praesidiali poteris experiri: *l. vlt. C. de vi bonor. rapt.* NOTIO est praesidis: *l. 2. C. si aduers. fisc. l. 1. §. 12. D. ad SC. Turpillian.* Legis Fabiae disceptatio ad praesidis prouinciae pertinet NOTIONEM: *l. 4. C. ad leg. Fab. de plagiar.* Suam tibi NOTIONEM praeses prouinciae commodabit: *l. 3. C. de noxal. action.* Praeses repetitus NOTIONEM suam exhibebit: *l. 6. C. quomod. et quand. iud.* [In NOTIONE praesidis: *l. 9. C. de rei vindicat.* Praeses negotium alterius iudicis NOTIONI terminandum commisit: *l. 9. C. quomod. et quand. iud. sentent.*] Vt in re integra de caussa NOTIO praestabitur: *l. 59. §. vlt. D. de re iudic.* Praetoris NOTIO est, ob transactionem, siue habitatio, siue vestiarium, siue de praediis alimentum legabitur: *l. 8. §. 1. D. de transact.* NOTIO praetoris, vt apud eum disceptetur, vtrum quis in potestate sit, an non: *l. 3. §. 3. D. de lib. exhib.* An admittenda sit separatio, nec ne, praetoris erit vel praesidis NOTIO, nullius alterius: *l. 1. §. 14. D. de separationib.* Pluribus summis condemnatus, quarum singulae NOTIONEM principis non faciunt: *l. 10. §. 1. D. de adpellat.* [NOTIO propria: *l. 2. C. de iurisdict.* NOTIO publica: *l. 9. C. Theodos. de abolit. Lib. IX. tit. 37.*] Rector prouinciae aditus, suam vobis adcommodabit NOTIONEM: *l. vlt. C. de lib. exhib.* [NOTIONE et sollicitudine Marcellini gesta. *l. 55. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.*]

NOTITIA, cognitio, peritia, scientia. NOTITIA castrensis: *l. 8. D. de castr. pecul.* NOTITIAE caussa liberti tutores dantur: *l. 1. C. de peric. tutor.* [Qui NOTITIAE gratia datus est, ad instruendos contutores datur: *l. 14. §. 6. D. de solution.*] Quum in NOTITIAM meam prolatum sit: *l. 1. D. de testam. mil.* Neque in NOTITIAM peruenit edictum: *l. 1. §. 1. D. quae sent. sine adpell. rescind.* [NOTITIA a testibus postulatur: *l. 11. C. de testib.*] Sunt quidam tutores, qui rei NOTITIAE gratia dantur: *l. 14. §. 1. D. de solut.* id est, quia rerum pupillarium NOTITIAM habent, seu, quia illis pupilli negotia nota sunt, cuiusmodi erant liberti, qui patronorum filiis idcirco tutores dabantur, quod notas haberent pupillorum facultates, viresque et onera patrimonii tenerent.

nerent. Si ex inquisitione propter rei NOTITIAM libertus fuerit datus tutor: *l. 1. §. 6. D. de tutel. et rat. distrah.* Tutores pubere pupillo constituto, litem adpellationis inchoatam iussu consulum ob NOTITIAM rei perfecerunt: *l. 39. §. 12. D. de administr. et peric. tut.* NOTITIA diuinarum atque humanarum rerum: *l. 10. D. de iustit. et iur.* Propter rerum NOTITIAM datus tutor: *l. 32. §. 1. de testam. tut.* Libertos aliquos fideles, vel quem alium, qui NOTITIAM rerum pupillarium habet: *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui sub tutel.*

¶ 2. NOTITIA, ab Imperatoribus recentioribus vocatur breuis seu libellus, in quo descriptio officialium administrationisque cuiusque continetur: *l. 1. C. de offic. praef. praet. Afric. l. vn. C. de excus. artific. Lib. X. l. 3. l. 5. C. de aduoc. diuers. indic. l. pen. et vlt. C. de diuers. offic. Lib. XII.* [*l. vn. C. Theod. de quadrimestr. breuib. Lib. XI. tit. 25.*] Hinc, qui de statu imperii tractat, liber NOTITIA *imperii Romani* inscribitur. Vtitur hoc vocabulo D. Gregorius *Lib. VII. Epist. 23. Lib. VI. Epist. 23. Lib. X. Epist. 47.*

NOTORIA, pro elogiis, et indiciis, quibus crimina ad magistratus deferuntur. *l. 6. §. 3. D. ad SC. Turpill. l. 7. C. de accusat. l. 31. C. Theod. de episc. et cler.* [vbi male notarios substituit Iac. Gutherius *Lib. III. de offic. Dom. Aug. Cap. 9. p. 589.* notatus eapropter a Iac. Gothofredo *in Not. ad d. l. 31. C. Th. de Episc.*] NOTORIAM eodem sensu non modo B Augustinus, sed et Apuleius *Lib. VII. de asino aur. n. 189.* vsurpat. *Sed ille*, ait, *qui commodum falsam de me* NOTORIAM *pertulerat.* Trebell. Pollio in *Claud. Cap. XVII. Nihil me grauius accepit, quam quod* NOTORIA *tua intimasti, Clodium parentem amicumque nostrum, insinuatis sibi falsis plerisque, grauiter irasci.* Vocabulum hoc non esse optimae Latinitatis, facile vnusquisque intelligit. Vid. Carol. du Fresne *Glossar. med. et inf. Latin. hac voce.* De re ipsa legi debent Cuiac. *Lib. 7, Obs. Cap. 33.* Turneb. *Lib. XV. Aduers. Cap. 20.* Casaubon. *ad Trebell. Poll. Claud. Cap. XVII.* Salmas. *Not. ad Vopisc. Aurelian. Cap. XXXVI.* Ducker *de Latin vet. iurisc. p. 424.* Non differre NOTORIAS ab iis, quae Tertullianus *ad Nation. Lib. I. Cap. 2.* ELOGIA adpellat, recte obseruauit Iac. Gothofredus *in Notis ad hunc locum p. 70.* Euoluenda ergo erunt, quae supra *Lib. V.* sub articulo ELOGIVM obseruata sunt. HEIN.

NOTORIVS, A, VM. Nunciatores, qui per NOTORIA indicia produnt, notoriis suis adsistere iubentur. *l. 6. §. 3. D. ad SC. Turpill.* HEIN.

NOTVS, A, VM, id est, cognitum. Si quis alius non ex castris NOTVS filiofamilias donauerit quid, vel legauerit: *l. 8. D. de castr. pecul.* NOTVM est: *l. 17. §. 4. D. de excusat.* Illud NOTISSIMVM est: *l. 10 §. vlt. D. de inoffic. test.* NOTA esse peccata nocentium: *l. 18. D. de iniur.* Hac epistola, manu mea scripta NOTVM tibi facio: *l. 35. l. vlt. §. vlt. D. mand. l. 22. D. de donat.* NOTVM facere debitori: *l. 4. C. de distr. pignor.* Ex quo die decretum praetoris, aut testamentum parentis NOTVM factum fuerit: *l. 6. C. de excusat. tut.* NOTVM facere dispensatori; *l. vlt. §. 4. D. de verb. oblig.* Vt NOTVM his a magistratibus fiat: *l. vlt. D. de tut. et curat. dat.* NOTVM facere mulieri: *l. 1. §. 3. D. de agnosc. et alend. lib.* viro: *l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam.* Ea NOTA habere venditor potuit; *l. 1. §. 2 D. de Aedilit. edict.* An nomina seruorum dominus NOTA habuisset: *l. 28. D. de reb. dub.* NOTAM habere rem possit. *l. 9. §. 2. D. de iur. et fact. ignor.* NOTISSIMI iuris est; *l. 4. C. si reus vel accusat. mort. fuer. l. 4. C. de reuoc. his, quae in fraud. cred.* Seruus male NOTVS: *l. 15. §. 44. D. de iniur.* NOTAE nequitiae homo: *l. 3. §. 4. D. de lib. exhib.* NOTAE personae; *l. 39. D. de condit. et demonstr.*

NOV.

NOVALIS, E. NOVALIS, interprete Paullo, est terra praecisa, quae anno cessauit, quam Graeci νέαλιν vocant. *l. 30. §. 2. D. de verb. signif.* vt et definitur in *cap. 21. X. de verb. signif.* Ἔθος γάρ ἐστιν, vt Suidae verbis vtar, τοῖς γεωργοῖς παρ' ἐνιαυτὸν ἀργὴν καταλείπειν τὴν γῆν, ὅπως ἀκεραίως ἐκτρέφῃ τοὺς καρπούς, ὡς μὴ καθ' ἔτος τοῖς σπέρμασι πονοῖτο. *Mos enim est agricolis, vacuum relinquere agrum per annum, vt tanto fidelius nutriat fructus, si non singulis annis conseratur.* Varro *de lingua Lat. Lib. IV. Ager restibilis, qui restituitur, ac reseritur quotquot annis: contra qui intermittitur, a nouando* NOVALIS. Festus: NOVALIS *ager, nouae relictus sementi.* Isidor. *Lib. XV. Orig. Cap. 13.* NOVALIS *ager est primum proscissus, siue qui alternis annis vacat, nouandarum sibi virium caussa.* ¶. 2. NOVALIA etiam dicuntur agri noui, caesis siluis ad culturam redacti. Qui ex silua NOVALE faciunt. *l. vlt. D. de termin. mot.* Seruius in *Virgil. eclog. I. v. 71.* ad verba: *Haec tam culta* NOVALIA: NOVALIA, inquit, *noua rura, quae per singulos annos renouantur per semina: vel etiam* NOVALIA *dicuntur, vnde silua tollitur.* Idem Seruius *in I. Georg. v. 71.* ad verba:

Tonsas cessare NOVALES.

Dicimus, ait, *et has* NOVALES, *et haec* NOVALIA. *Proprie* NOVALES *sunt arua, primum proscissa, et primum segetem ferentia.* [Adde Car. du Fresne *Glossar. med. et inf. Latin. hac voce.*]

NOVARE, proprie est innouare, renouare, iterare, vt *l. 1. D. nihil innou. adpellat.* [et *l. vn. C. Theod. de oblat. equ. Lib. VII. tit. 22.*] ¶. 2. At iurisconsultis propria est illa vocabuli notio, qua NOVARE est prius debitum in aliam nouam obligationem transferre et transfundere. *l. 27. D. de pact. l. 8. §. 1. l. 14. l. 20. l. 21. D. de nouat.* et apud Paull. *Lib. V. Sent. tit. 8. §. 1.* NOVARE actionem: *l. 13. D. de nouat.* Iudicatum solui stipulatione actionem iudicati non NOVARI: *l. 8. §. 3. D. eod tit.* Si post pubertatem tutelae actio NOVETVR: *l. 29. D. eod. tit.* Si NOVANDI animo hoc fiat: *l. 26. D. de nouat.* NOVANDI animo promisisse: *l. 60. D. de condict. indeb.* Si non NOVANDI animo hoc interuenit: *l. 8. §. vlt. D. eod. tit.* Si non promissa dos NOVANDI animo patri fuisset:

l. 66. §. 2. D. solut. matrimon. Qui si non NOVANDI animo ab herede stipulati sunt: *l. 1. §. 10. D. de separat.* Si non NOVANDI animo secunda stipulatio facta est: *l. 28. D. de nouat.* Si non NOVANDI caussa id factum est: *l. 4. §. 4. D. de re iudic.* NOVANDI caussa promitti: *l. 14. D. de nouat.* NOVANDI caussa stipulari: *l. 32. D. de stipulat.* Ratam stipulationem non habuerit NOVANDI caussa: *l. 9. D. eod. tit.* Si caussam iudicati non NOVASTI: *l. 2. C. de exsequ. rei iudicat.* NOVANDI peculiaria debita ius habet filius seruusue, cui administratio peculii permissa est: *l. 34. D. de nouat.* Alter ex duobus reis stipulandi ius NOVANDI habet: *l. 31. §. 1. D. de nouat.* itemque adgnatus furiosi, aut prodigi curator: *l. vlt. §. 1. D. eod. tit.* NOVARE obligationem: *l. 22. D. eod. tit.* peculiarem: *l. 16. D. eod. tit.* priorem: *l. 25. D. eod. tit.* suam: *l. 3. D. eod. tit.* veterem: *l. 25. D. eod. tit.* Adiicit potius obligationem, quam pristinam NOVAT. *l. 16. D. eod. tit.* Aquilliana stipulatio omnimodo omnes praecedentes obligationes NOVAT: *l. 4. D. de transact.* Seruus NOVANDAE obligationis ius habuit, si peculii administrationem habuit. *l. 21. D. de iniur.* NOVARI autem dicitur pristina obligatio, quae in secundam posterioremue deducitur: *l. 72. §. 1. D. de solut. l. 4. i. 5. l. 7. D. de nouat.* Vna stipulatione plures obligationes NOVARI: *l. vlt. §. vlt. D. eod. tit.* NOVATA debiti obligatio pignus peremit: *l. 11. D. de pignorat. act.* Qualiscumque obligatio NOVARI verbis potest: *l. 1. §. vlt. D. de nouat.* Quodcumque siue verbis contractum est, siue non verbis, NOVARI potest: *l. 2. D. de nouation.* NOVARE possumus aut ipsi, si sui iuris sumus, aut per alios: pupillus sine tutoris auctoritate NOVARE non potest: tutor et procurator omnium bonorum potest: *l. 20. D. eod. tit.* NOVARE non potest, qui obligationi solutionis gratia adiicitur. *l. 27. D. de pact. l. 10. D. de nouat.*

[NOVATIANI haeretici, quorum fit mentio *l. 2. l. 59. l. 65. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5. l. 6. C. Theod. ne sanct. baptism. Lib. XVI. tit. 7. l. 5. C. Iustin. de haeret. et Manich.*]

NOVATIO est prioris debiti in aliam obligationem, vel ciuilem, vel naturalem, transfusio atque translatio: hoc est, quum ex praecedente caussa ita noua constituitur, vt prior perimatur. NOVATIO enim *a nouo* nomen accepit, et a noua obligatione. *l. 1. D. de nouation.* Vetus Glossarium Graecum: NOVATIO, *καινισμὸς, καὶ μετάθεσις τοῦ παλαιοῦ χρέους εἰς ἑτέραν ἐνοχὴν; ἀφ' οὗ τὴν πρώτην ἀναιρεθῆναι.* NOVATIO *δὲ λέγεται ἀπὸ τῆς καινῆς, ἤτοι τῆς νέας ἐνοχῆς.* NOVATIO *est innouatio et transmutatio veteris debiti in aliam obligationem, per quam prior obligatio tollitur. Dicitur autem NOVATIO, a noua illa obligatione.* Et alibi: NOVATIO *ἀνακαίνωσις τοῦ παλαιοῦ χρέους εἰς νέον.* NOVATIO *est noua mutatio veteris debiti in nouum.* Si NOVATIONIS caussa hoc fiat; *l. 8. §. vlt. D. de nouat.* Cessit NOVATIO: *l. 28. D. eod. tit.* NOVATIO contingit, vel non contingit: *l. 5.* *l. 24. D. eod. tit.* Si nullam ex consensu NOVATIONEM factam, et in curatorem vel tutorem obligationem esse translatam constabit: *l. 5. D. quand. ex fact. tut.* NOVATIO facta: *l. 15. l. 18. D. de nouat. l. vlt. §. vlt. D. de liberat. leg.* Ad NOVATIONEM faciendam cogere debitores: *l. 57. D. de administr. et peric. tut.* Si nauem fieri stipulatus sum, et, si non feceris, centum, duae stipulationes sunt, pura et conditionalis, et exsistens sequentis conditio tollit priorem, transfertque in se, et quasi NOVATIO prioris fit: *l. 44. §. vlt. D. de oblig. et act.* NOVATIO fit: *l. 8. §. 1. l. 14. l. 31. D. de nouat.* Si NOVATIO intercessit: *l. 4. §. 4. D. de re iudic.* NOVATIONE iure tollitur obligatio; *§. 3. Inst. quib. mod. toll. obligat.* Vt NOVATIONI locus sit: *l. 31. D. de nouat.* NOVATIONE sequuta: *l. 27. D. eod. tit.* Omnes res in NOVATIONEM transire possunt: *l. 2. D. eod. tit.* NOVATIO voluntaria. *l. 39. D. de nouat.*

NOVELLETVM. Si NOVELLETVM in fundo factum sit: *l. 6. D. de impens. in res dotal. fact.* Eodem vocabulo et Caius vsus est *l. 39. pr. D. de hered. petit.* Vtroque loco impensis vtilibus accensentur, quae in NOVELLETVM factae sunt, adeoque NOVELLETVM dicitur locus, arboribus nouellis vel viribus consitus, eadem forma, qua *oliuetum, quercetum, palmetum.* Sane NOVELLARE est nouas vineas plantare, apud Columell. *Libro de arbor. Cap. VI.* HEIN.

NOVELLVM, eodem sensu. Alphenus, *l. 8. D. de fund. dot.* NOVELLVM *succiderat: hoc vt* NOVELLVM *restitueret.* Vere est adiectiuum, adeoque pro re subintelligendum substantiuum aliquod, veluti arboretum, vel oliuetum, vti et Alberic. Gentilis *ad l. 30. D. de verb. signif.* exponit. HEIN.

NOVELLVS, A, VM, id est, nouum. NOVELLA constitutio Leonis: *l. 25. C. de testam.* Secundum NOVELLAE nostrae constitutionis diuisionem: *pr. Inst. per quas pers. cuiqu. adquirit.* NOVELLA constitutio diui Zenonis *l. 29. C. de inoffic. testam.* Κατ ἐξοχὴν NOVELLAE adpellatae sunt nouae Iustiniani constitutiones, vt quae codicis editionem sequutae sunt. Quod et Paullus Warnefridus in *Iustiniano, et Lib. I. Histor. Langob. Cap. 25.* notat. Exstant et legum NOVELLARVM Theodosii, Valentiniani, Marciani libri, Constantinus Harmenopul. *Lib. I. Cap. 1.* *Εἰσὶ δὲ νεαραὶ, αἱ παρὰ τῶν κατὰ νόμους βασιλέων νέαι διατάξεις, πρὸς τὰς ἀνακυπτούσας ὑποθέσεις γινόμεναι. Sunt vero NOVELLAE, nouae constitutiones quae ab Imperatoribus post leges latas de speciebus nouis obuenientibus factae sunt.* NOVELLA lex: *l. 160. C. Theod. de decurion. l. 9. C. Theod. de profess. et medic.* NOVELLAM matriculam, et recentem, pro eadem dicunt Imperatores in *l. vlt. C. Theod. de agent. in reb.* NOVELLVM opus, pro nouo opere: *l. 16. C. Theod. de oper. publ.* NOVELLA professio: *l. 15. C. Theod. de iur. fisc.* NOVELLA *religio*: Arnob. *Lib. II. aduers. gent. p. 53.* qui et alibi NOVELLAM *rem*, NOVELLVM *nomen*, NOVELLAI *aetates*,

et

NOV.

et NOVELLA *tempora* dixit. NOVELLAE atque inauditae sectae: *Collat. leg. Mosaic. et Rom. tit. XV. §. 3.* NOVELLVM statutum: *l. 9. C. Theod. de metall.* NOVELLA superstitio: *l. 3. C. Theod. de his, qui sup. relig.* NOVELLVM vinum: *l. 25. C. de erogat. milit. annon. Lib. XI.*

[NOVEMBER, mensis, nauigationi subtractus: *l. 3. C. Theod. de naufrag. Lib. XIII. tit. 9.* NOVEMBRI mense nouellum vinum militi praebendum: *l. 25. C. Theod. de erogat. milit. ann.* vbi Codex Iustinianeus habet: Iubemus militibus a NOVEMBRI mense de nouello vino annonam dari; *l. 10. C. eod. tit. Lib. XII. tit. 38.*]

NOVERCA dicitur vxor, liberis ex alia vxore natis: *l. 4. §. 6. D. de grad. et adfin.* Si adhuc NOVERCA est, id est, si adhuc patri tuo nupta est: *§. 7. test. de nupt.* Plane Paullus quaerens, quomodo NOVERCA intelligatur, vt sciamos, quas non liceret vxores ducere: Quidam, ait, NOVERCAM per se patris vxorem intelligunt. Sed quod ad hanc caussam verum est, nec aui vxorem, nec proaui duci posse: *l. 14. §. 4. D. de rit. nupt.* Festus: NOVERCA *dicitur, quam quis, sublatis liberis, nouam vxorem ducit, arcendae familiae gratia, id est, coercendae*: vel vt alii legunt, *adcrescendae.* Sponsa patris mei NOVERCA non proprie dicitur: *l. 12. D. de rit. nupt.* NOVERCAE locum habet patris adoptiui vxor: *l. 14. D. eod. tit.* NOVERCAM prohibitum est ducere, quia matris loco est. *§. 7. Inst. de nupt.*

NOVERCALIS, E. NOVERCALIBVS delinimentis instigationibusue corrupti parentes plerumque maligne circa sanguinem suum inferunt iudicium: *l. 4. D. de inoffic. testam.* Seneca *Lib. IV. Controu. 6. Hic tuus est, quid alterum* NOVERCALIBVS *oculis intueris?* Sic et NOVERCALIA *odia* dixit Tacitus *Lib. I. Annal. Cap. 6.* [Et *malitiae* NOVERCALIS *exemplar,* Apulei. *Lib. X. Metamorphos. p. 240.*]

NOVISSIME, id est, postremo, seu vltimo loco. Si NOVISSIME testamento fuerit adscriptum: *l. 1. §. 1. D. de his, quae in test. del.* NOVISSIME ait diuus Pius: *l. 6. D. de magistr. conuen.* NOVISSIME praetor ait: *l. 1. §. vlt. D. de publican. l. 7. D. quod fals. tut. auct.* Potius hoc procedere videtur, quod NOVISSIME factum est: *l. 10. D. de adquir. vel amitt. possess.* NOVISSIME inspiciemus: *l. 1. D. de dol. except.* NOVISSIME Pomponius scribit: *l. 13. §. 6. D. quand. dies legat. ced.* Ex eo tempore quoque aestimatur, quod NOVISSIME solui poterit: *l. 11. D. de re iudic.* Si merces tuae cum ea naue perierunt, in qua NOVISSIME vectae sunt: *l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod.* id est, in quam translatae sunt ex ea, in quam prius illatae fuerant: NOVISSIME videndum: *l. 3. §. vlt. D. naut. caupon. stabular.*

NOVIT. NOVISSE. In teste, qui Latine non NOVERAT. *l. 20. §. vlt. D. qui test. fac. poss.*

NOV.

[NOVITAS decurionum, pro nouis decurionibus: *l. 23. C. de decurion. l. 54. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. I.* Huiusmodi interpretationis NOVITATE supposita. *l. 4. C. Theod. ne collat. transl. postul. Lib. XI. tit. 22.*]

NOVITIVS, A, VM. NOVITIVM, inquit Venoleius, non tirocinio animi, sed conditione seruitutis intelligimus. Nam quicumque ex venalitio NOVITIORVM emtus, alicui ministerio praepositus sit, statim is veteratorum numero est. *l. vlt. §. vlt. D. de Aedil. edict.* Et ita NOVITIVS seruus: *l. 17. D. eod. tit. et l. 21. D. negot. gest.* Nam, vt Alfenus apud Gellium *Lib. VI. Cap. 5.* scribit, NOVVM NOVITIVM, *et proprium propitium dicimus, augere atque intendere volentes noui et proprii significationem.* Quod mirum sibi videri, ibidem Gellius ait, *quum sit* NOVITIVM, *non quod magis nouum sit, sed quod a nouo ductum inclinatumque sit.* Quinctilian. *Declam. CCCLXXVI.* NOVITIIS *etiam seruulis ignoscitur.* Varro *Libro VII. de lingu. Lat. Etiam* NOVITII *serui emti in magna familia cito omnium conseruorum nomina, recto casu accepto, in obliquos declinant.* Plane in professionibus, quae apud Publicanos fiunt, eos NOVITIOS intelligimus, qui nondum anno seruierunt. *l. vlt. §. 3. D. de public. et vectigal.*

NOVVS, A, VM. NOVA actio *l. 98. D. de solut.* NOVAE aedes: *l. 9. D. quib. mod. vsusfruct.* NOVVM aes alienum: *l. 11. D. si quis caution.* NOVVS alueus fluminis, *naturali* et *priori* opponitur: *l. 7. §. 4. D. de adquir. rer. dom.* Si NOVVM beneficium cum alterius iniuria postularetur: *l. 12. D. ad SC. Trebell.* NOVVM canalem in riuo collocare: *l. 3. §. 8. D. de riu.* Si solutis legatia NOVA et inopinata caussa hereditatem abstulit: *l. 3. D. de condict. indeb.* NOVA charta: *l. 4. D. de bon. possess. sec. tabul.* NOVA clausula edicti: *l. 3. D. de coniung. cum emancip. lib.* NOVVS consensus: *l. 37. D. pro socio. l. 13. §. 11. D. locat. cond.* NOVVS contractus: *l. 27. §. 3. D. de pact.* NOVA hominum conuersatio: *§. vlt. Inst. de noxal.* NOVVS creditor: *l. 38. D. de legat. III.* Nouatione facta, quasi nouus debitor ampliatae summae: *l. vlt. §. vlt. D. de liber. leg.* NOVVM dominium: *l. 1. C. de praescript. long. temp.* NOVVM edictum: *l. 1. §. 13. D. de ventr. in possess. mitt.* NOVO *exemplo*: Sueton. in *Claud. Cap. XXII.* NOVAE hereditates, vel ex lege, vel ex SCis delatae, veteribus, quae lege XII. Tabularum deferuntur, opponuntur. *l. 1. §. 8. D. ad SC. Tertull.* NOVVS illi nunc primum heres adgnascitur: *l. 33. §. vlt. D. de testam. milit.* NOVVS videtur esse homo seruus, inter viuos manumissus, si rursus in seruitutem reciderit: *l. 27. D. de adimendis legat.* id est, alius homo, vt *l. 98. §. 8. D. de solut.* NOVA instrumenta: *l. 27. D. de exc. rei iud.* Iudici NOVO rem rursum iudicandam committere: *l. 13. §. vlt. D. de vacat. et excus. mun.* NOVO iudicio agere: *l. 14. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* NOVVM ius, *antiquo* et *veteri*, velut quod ex legibus XII. Tabularum proficiscitur, opponitur. *l. 1. D. de heredit. petit. l. 91. D. de reg. iur.*

Taci.

Tacitus Lib. II. Annal. Cap. 30. Callidus, et NOVI iuris repertor, de Tiberio, SCum vetus eludente. Vbi NOVVM ius est iniquum, aeque ac in l. 1. §. 1. D. quod quisqu. iur. in alter. stat. iuncta l. 3. D eod. tit. veluti, si quis impetrauerit, ne debitor aduersus eum exceptione vtatur. l. 3. §. 3. D. eod. tit. Quae ex NOVIS legibus veniunt hereditates: l. 11. D. de suis et legit. hered. Ex NOVIS legibus et hereditates, et tutelae sic plerumque deferuntur, vt: l. 7. §. 1. D. de cap. minut. NOVAE autem leges illic intelliguntur, quae post leges XII. Tabularum latae sunt: eoque nomine Iuliae et Papiae leges significantur. l. vlt. D. de reg. Caton. Sed et ad quascumque recens latas leges ea adpellatio pertinet. l. vn. D. de condict. ex lege. Ex NOVO parentium matrimonio: l. 34. §. 2. D. de rit. nupt. NOVO more: l. 6. C. de accusat. Si NOVVM negotium, quod non sit solitus absens facere, tu nomine eius geras: l. 11. D. de negot. gest. NOVA obligatio; l. 1. D. de nouat. §. 3. Inst. quib. mod. toll. oblig. Opus NOVVM, et vetus, opponuntur l. 1. §. 13. D. de nou. oper. nunciat. l. 5. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin. Opos NOVVM facere videtur, qui aut aedificando, aut detrahendo aliquid, pristinam faciem operis mutat: l. 1. §. 11. D. de nou. op. nunc. Qui autem vetus aedificium fulcit, NOVVM opus non facit, sed veteri sustinendo remedium adhibet. d. l. 1. §. 13. D. eod. tit. Opus NOVVM nunciare: l. 3. §. 3. D. de alien. iudic. mut. causs. l. 3. §. 8. D. de riu. Pecunia, quae in opera NOVA legata est: l. vlt. D. de oper. public. Decurio, qui relegatus ad tempus est, impleto tempore velut NOVVS inordinem venit: l. 2. §. 1. D. de decurion. Nulla circa eum NOVO facto ordine; l. 27. §. 1. D. de liber. et postum. NOVVM pactum: l. 27. §. 3. D. de pact. NOVA petitio: l. 11. §. 4. D. de except. rei iudic. Si pontem quis NOVVM velit facere: l. 3 §. vlt. D. de itin. actuq. priuat. NOVVM priuilegium: l. 12. D. si quis caut. Qui NOVAS et vsu incognitas relegiones inducunt: Paull. Lib. V. Sent. tit. 21. §. 2. NOVAM rem desiderare: l. 1. D. de ventr. inspic. Vtrum rem coeptam perficit, an NOVAM inchoauit: l. 42. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered. NOVA restitutio: l. 43. D. ad SC. Trebellian. Si vno latere perruperit flumen, et alia parte NOVO riuo fluere coeperit: l. 7. §. 4. D. de adquir. rer. domin. NOVAE tabulae adpellantur, quibus publice propositis aes alienum obaeratis remittebatur. Earum fit mentio apud Ciceron. Lib. II. de offic. Cap. 23. in Catilin. II. Cap. 8. et Lib. V. ad Attic. Epist. vlt. Caes. Lib. III. de bell. ciuil. Cap. 1. Senec. Lib. I. de benef. Cap. 4. Quinctilian. Declam. CCCXXXVI. Sueton. in Iul. Cap. XLII. NOVA constituta villa: l. 7. D. de instruct. vel instrum. legat. NOVA vindemia: l. 2. D. de peric. et comm. rei vend. NOVVM vinum, veteri aduersatur: l. 4. D. de reb. credit. quod et nouellum vocatur: l. 10. C. de erogat. milit. annon. Lib. XI. Vetus vinom, quod non est NOVVM: l. 11. D. de tritic. vin. oleo. NOVA voluntas testatoris: l. 15. D. de adim. legat. NOVAE vsurae. l. 65. D. de rei vindic.

¶. 2. Frequentes etiam in iure nostro formulae: Non NOVVM: l. 19. §. 1. D. de aedilit. edict. NOVVM non est: l. 47. D. de manum. testam. l. 9. D. de verb. oblig. l. 2. C. de adpellat. Non est NOVVM: l. 3. §. vlt. D. de vsufr. adcresc. l. 46. D. de adquir. rer. domin. l. 5. l. 21. §. 1 D. de fideiuss. l. 26. D. de legib. l. 4. C. de edend. [l. 85. §. 1. D. de reg. iur. l. 8. §. 14. D. de bon. poss. contr. tab.] Nec NOVVM: l. 5. D. de condict. indebit. Neque enim NOVVM aut incognituum est. l. 48. D. de manumiss. testam.

¶. 3. [NOVVM aliquando non opponitur ei, quod antiquum, sed quod frequens et vsitatum est. Ita poena parricidarum dicitur NOVA: §. 6. Inst. de iudic. publ. quae tamen antiquissima, et more maiorum instituta: l. 9. pr. D. ad leg. Pompei. de parricid. Cuiac. in Recitat. ad tit. C. de his, qui parent. vel lib. occid. Sic NOVA ratione: l. 32. §. 18. D. de donat. int. vir. et vxor. NOVA humanitatis ratione: §. 3. Inst. quib. ex causs. manum. non lic. Eodemque sensu articulus do, vt des, dicitur NOVVS in l. 22. D. de praescript. verb.]

¶. 4 NOVISSIMVM, extremum, vltimum, postremum significat. Varro de lingu. Lat. Lib. V. A quo etiam extremum quoque dici NOVISSIMVM coeptum vulgo: quod mea memoria, vt Aelius Gallus, sic senes aliquot, nimium nouum verbum quod esset, vitabant: cuius origo, vt a vetere vetustius ac veterrimum, sic a nouo declinatum NOVIVS et NOVISSIMVM. Quae verba ex eo citat Gell. Lib. X. Cap. 21. atque Ciceronem eo verbo vti noluisse, quod non probaret. Verum fallitur Gellius. Apud Ciceronem enim pro Roscio Comoedo Cap. XI. legimus: Qui ne in NOVISSIMIS quidem erat histrionibus. Vsus et aliis locis eo vocabulo est Cicero. Vsi et alii boni auctores, ceu ex instituto ostenderunt Muret. Comm. in Catull. p. 22. Andr. Schott. Lib. III. nodor. Cic. Cap. 17. Franc. Flurid. Sabin. Lect. subcesiu. Lib. I. Cap. 2. et Radulph. Forner. Lib. III. Rer. quotid. Cap. 24. HEIN. Sic NOVISSIMA ademtio: l. 12. §. vlt. D. de legat. I. NOVISSIMA clausula stipulationis iudicatum solui: l. 19. D. iudic. solu. NOVISSIMI codicilli: l. 88. §. D. de legat. III. NOVISSIMA conditio: l. 51. D. de condit. et demonstr. NOVISSIMVS creditor: Paull. Lib. II. Sent. tit. 13. §. 8. NOVISSIMVS curator: l. 19. D. de tutel. et rat. Ad NOVISSIMVM fundus pertineat, et post cuius NOVISSIMI decessum: l. 34. D. de vsu et vsufr. legat. Nisi NOVISSIMVS totus dies compleatur: l. 6. D. de obl. et act. NOVISSIMO eius temporis die: l. 49. D. de condit. et demonst. Diuisio bonorum, quae NOVISSIMA a patre facta est: l. 30. §. 3. D. de adim. leg. NOVISSIMVS dominus bonorum: l. 2. §. vlt. D. de bon. possess. sec. tab. a NOVISSIMO herede petere: l. 18. §. 1. D. de alim. et cibar. legat. NOVISSIMI iudicii ordinatio: l. 2. C. de codicill. Quod ad caussam NOVISSIMI iudicii pertinet: l. 3. C. quemadm. testam. aper. NOVISSIMVM iudicium patris: l. 9. C. de collat. id est, supremum. Singulis liberis, vel qui eorum NOVISSIMVS morietur: l. 37. D. de vulg. et pupill. substit. id est, extremus, vt loquitur l. 83. §. vlt. D. de legat. III. siue, qui supremus moritur, vt l. 9. D. de reb. dub. NOVISSIMO loco: l. 20. D. de hered. instit. l. 36. D. de vulg. et pupill. subst. Ei, qui NOVISSIMVS mortuus fuerit: l. 25. D. eod. tit. Eius, qui NOVISSIMVS ex filiis mortuus est: l. 34. D. ad SC. Trebell. id est, qui extremo mortuus est, vt l. 84. §. vlt. D. de legat. III. Si

non

non ostenderit, quis NOVISSIMVS obiisset: *l. 34. D. ad SC. Trebell.* Fdia, quae NOVISSIMA diem suum obiisset: *l. 41. §. 7. D. de vulg. et pupill. subst.* Quod fere NOVISSIMA parte pactorum ita solet inseri: *l. 7. §. 12. D. de pact.* NOVISSIMA parte testamenti ita cauit: *l. vlt. D. de fideic. libert.* Eam praestationem sequendam, quae NOVISSIMA fuit: *l. 14. §. 1. D. de alim. vel cibar. legat.* NOVISSIMVS puer, ratione eius, qui ante mortuus est: *l. 42. D. de vulg. et pupill. subst.* In legato NOVISSIMA scriptura erit spectanda: *l. 16. D. eod. tit.* In legatis NOVISSIMAE scripturae valent; *l. 12. §. vlt. D. de legat. III.* Rationes reddere eius temporis, quod erit post NOVISSIMAM meam subscriptionem: *l. 12. D. de liberat. leg.* Ei, qui NOVISSIMVS superuixerit: *l. 11. D. de reb. dub.* Si NOVISSIMO tempore impleri potest conditio: *l. 5. D. de hered. instit.* id est, vltimo vitae tempore, vt *ibidem.* NOVISSIMA voluntas seruatur. *l. 6. D. de adimend. legat.*

NOX.

NOX. More Romano dies a media NOCTE incipit, et sequentis NOCTIS media parte finitur: *l. 8. D. de fer.* Dimidiatis NOCTIBVS: *ibidem.* Post sextam horam NOCTIS: *l. 5. D. qui test. fac. poss.* Posse et NOCTE signari testamentum: *l. 22. §. vlt. D. eod. tit.* [NOX geminat custodiam: *l. 1. C. Iust. et Theod. de custod. reor.* id est, nocte geminatur custodia.]

NOXA. [Id vocabulum tria significare, tradit Salmas. *de mod. vsurar. p. 888.* primum damnum, vt quum seruus dicatur NOXAM *dedisse*: deinde peccatum, seu delictum, vt quum eum NOXAM *commisisse* dicimus: denique poenam, seu supplicium, vt quum NOXAE dari vel dedi fertur.] NOXA, ait Iustinianus, est corpus, quod nocuit, id est, seruus: NOXIA ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, iniuria. *§. 1. Inst. de noxal. action.* Quae verba, vti a Theophilo in Graecum sermonem conuersa sunt, ita in vetere Glossario describuntur hunc in modum: NOXA, *αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ βλάψαν.* NOXIA, *αὐτὸ τὸ κατέγκλημα. οἷον κλοπή, ζημία, ἁρπαγή, ὕβρις.* NOXIA, *ipsum corpus, quod nocuit*: NOXIA *ipsum maleficium, vt furtum, damnum, rapina, iniuria.* Festus: NOXA *ponitur pro peccato, aut pro peccati poena, quum lex iubet* NOXAE *dedere pro peccato.* NOXIA, *apud antiquos damnum significat, sed a poetis ponitur pro culpa.* Seru. *in Lib. I. Aen. v. 41.* ad versum:

Vnius ob NOXAM, *et furias Aiacis Oilei.*

NOXAM, inquit, *pro noxia. Et hoc interest inter NOXAM et NOXIAM, quod NOXIA culpa est, id est, peccatum, NOXA autem poena.* Cornel. Fronto *de differ. voc. p. 2196.* NOXA *poena est;* NOXIA *culpa.* Vlpianus vero: NOXIA, ait, *est ipsum delictum. l. 1. D. si quadrup. pauper. fec. dic.* Caius etiam in Comment. XII. Tabul. NOXIAE adpellatione omne delictum continetur: *l. 238. §. vlt. D. de verb. signif.* Verum haec verborum proprietas saepe confunditur. Promiscue enim NOXAM et NOXIAM iurisconsulti dicunt, vt adparet ex *l. 63. D. ad leg. Falcid.* coniuncta *l. 4. D. de noxal. act.* NOXAS item priuatas, et NOXIAS indifferenter ponit Vlpianus *l. 17. §. 17. D. de Aedilit. edict.* Item NOXIS solutum, et NOXIIS, vt inueniet, quisquis comparabit *l. 30. D. de euict.* cum *l. 45. D. de legat. I.* De his vocabulis, NOXA et NOXIA, (quod posterius vsquam apud veteres ac meliores auctores exstare, nonnulli negant,) quaedam non protrita obseruauit Nic. Loens. *Miscell. Epiphyll. Lib. VI. Cap. 11.* Gronou. *ad Senecae Troad. v. 403.* Sanct. *in Mineru. Libro IV. Cap. de ellipsi voce culpa*, et ibi Iac. Perizon. *in Notis* Nimirum ex quo Laur. Valla *Lib. VI. de eleg. Lat. lingu. Cap. 36.* acriter perstrinxerat verba Iustiniani, vbi NOXAM *esse ipsum corpus quod nocuit*, ait, simulque adiecerat, de brutis improprie dici, ea dedi NOXAE, NOXIAMque nusquam pro culpa reperiri: ad hoc classicum scriter inter se contendere coeperunt viri docti Andr. Alciatus, Franc. Floridus, et anonymus veterum iurisconsultorum defensor, quorum disputationes habes apud Carol. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iurisc p. 8. et sequ. vsque ad p. 22.* Sed quum hi omnes plus adfectui, quam veritati dedisse videantur, merito hic sequendi quos supra laudauimus, viri eruditissimi, qui et naturam horum vocabulorum, eorumque vsum apud auctores veteres, multo adcuratius, quam Valla, eiusque hyperaspistes et aduersarii, exposuerunt. HEIN. ¶. 2. Ceterum in iure nostro passim obuiae sunt phrases: Ei, qui NOXAE accepit: *l. 17. §. 2. D. de vsufr.* Is, qui NOXAM commisit: *l. 18. §. 1. D. de iudic. l. 17. §. 17. D. de Aedilit. edict.* Si NOXAM commisisse dicatur: *l. 32. D. de noxal. act.* Animal, quod NOXIAM commisit: *l. 1. D. si quadrup. paup. fec.* Si liber homo NOXIAM commiserit: *§. 5. Instit. de noxal. action.* Si hominem NOXAE dedisti: *l. 69. D. de solut.* Si NOXAE dedisti seruum, in quo vsusfructus alienus est: *l. 4. §. vlt. D. de re iudic.* Si seruum mihi NOXAE dederis; *l. 28. D. de noxal. act.* Si seruum pignoratum NOXAE mihi dederis per iudicem: *l. 9. §. 4. D. de dol. mal.* Si tantum NOXAE dedisset: *l. 7. §. 1. D. quod vi aut clam.* Vt impensam praestet, sut NOXAM det: *ibid.* NOXAE dedere quadrupedes: *l. 1. §. 15. D. si quadrup. pauper. fec.* In NOXAM dedere animal: *l. 1. §. 11. D. eod. tit.* NOXAE autem dedere, est animal tradere viuum: *Ibid.* §. 14. NOXAE dedere seruum: *l. 2. l. 17. l. 22 §. 3. D. de noxal. action. l. 16. D. de pecul. legat. l. 27. §. 11. D. ad leg. Aquill. l. 6. § vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 40. § vlt. D. de hered. petit. l. 6. §. 1. D. de re iudic. l. 17. §. 2. D. de vsufruct.* Columella *Lib. I. Cap. 1. Velut* NOXAE *dedimus.* Seruus, qui furtum fecerit, damnumue dederit, nisi id pro sui quantitate dominus sarcire sit paratus, NOXAE dedi potest: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 31. §. 7.* NOXAE dedi seruum in solidum oportere: *l. 27. §. 2. D. ad legem Aquill.* Liu. *Lib. XXI. Cap. 30. Velut ob* NOXAM *sibi dedi postularet populus Romanus.* NOXAE dedendus erit: *l. 24. §. 3. D. de minor. l. 19. D. de noxal. act.* NOXAE dedendo: *l. 11. D. eod. tit. l. 1. §. 15. D. de vi et vi armat.* Facultas NOXAE dedendae: *l. 6. §. 1. D. de re iudic.* NOXAE dedendae facultatem amiserat: *l. 1. §. 16. D. si quadr. paup.* NOXAE deditus homo: *l. 17. l. 19. D. de noxal. act.*

 fer-

NOX.

nus; *l. 61. §. vlt. D. de furt. l. 1. §. vlt l. 2. D. si ex noxal. causs. l. 4. §. 30. D. de dol. except.* Ouid. *Lib. I. Fastor. v. 359.*

NOXAE *tibi deditus hostis*

Spargitur effuso cornua, Bacche, mero.

Quinctilian. *Declam. IX. Alebat deuotum corpus grauior omni fame sagina, et inter* NOXAE *dedita mancipia contemtissimus gladiator.* Inter caussas adquirendi eius, quod nostrum non sit ponitur titulus *pro* NOXAE dedito, id est, deditio ipsius corporis, quod deliquit, vt loquitur Caius *l. 1. de noxal. act.* Aut pro NOXAE deditione hominem relinquere; *l. 61. §. 1. D. de furt.* NOXAE deditio non totius familiae, sed eorum tantum, vel eius, qui dolo fecisse comperietur, fieri debet: *l. 2. §. 16. D. vi bon. rapt.* Si NOXAE deditio sit sequuta: *l. 7. §. 6. D. de dol. mal.* NOXAE deditio in solutione est, quae e lege tribuitur: *l. 6. §. vlt. D. de re iudic.* Commissum seruorum, si domino videtur, NOXAE deditione sarcitur: Paull. *in Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XII. §. 3.* Post NOXAE deditionem: *l. 10. D. de noxal. act.* NOXAE deditione liberari: *l. 27. §. vlt. D. eod. tit.* NOXAE deditione perimitur actio: *l. 1. D. si ex noxali causs.* Agendo cum NOXAE deditione: vel detracta NOXAE deditione actum: *l. 4. §. vlt. D. de noxal. action.* Detracta NOXAE actione experiri: *l. 21. §. vlt. D. eod. tit.* tenebitur: *l. 5. D. eod. tit.* Sine NOXAE deditione iudicium dabo; *l. 12. D. de publ. et vectigal.* Tunc iudicium sine NOXAE deditione suscipiet: *l. 1. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc.* Vt sine NOXAE deditione conueniatur: *l. 26. §. 5. D. de noxal. act.* Non oportet esse NOXIAE fideiussori: *l. 48. D. mandat.* id est, fraudi vel damno. Is cuius nomine NOXAE iudicium acceptum est: *l. 14. D. de interrog. in iur. fac.* Si seruus inuito Domino NOXIAM noceat: *l. 4. D. de noxal. act.* Ob id; quod NOXIAM nocuit seruus: *l. 45. §. 1. D. de legat. I.* Qui ex pluribus NOXIS diuersis temporibus experietur, ex vna NOXIA serui dominium nactus: *l. 20. D. de noxal. act.* NOXA caput sequitur: *l. 41. D. de furt. l. 17. §. 1. D. de iniur. l. 1. §. 18. D. depos. l. 4. D. si ex noxal. causs. l. 21. D. commod. l. 1. §. vlt. D. de priuat. delict. l. 1. C. de noxal. action.* et apud Paull. *Lib. II. sent. tit. 31. §. 8. et 9.* Serui, quorum NOXA caput sequitur: *l. vlt. D. de noxal. act.* Qui seruum nondum NOXA solutum dedit: *l. 72. §. 5. D. de solut.* Furtis NOXISque solutus praestandus: *l. vlt. D. de rer. permutat.* Heres generaliter dare damnatus furtis et NOXIIS solutum promittere debet: *l. 45. §. 1. D. de legat. I.* Si furto NOXAque solutum esse, promisit: *l. 3. D. si famil. furt. fec.* Qui stipulatus sit furtis NOXISque solutum esse: *l. 30. D. de euict.* Porro qui furtis NOXAque solutum hominem promittit, nemini esse furti obligatum promittit: *l. 147. D. de verb. signif.* Ex his verbis stipulationis duplae vel simplae, quum hominem, quo de agitur, NOXA esse solutum, vtiliter conueniri non potest, propter eas NOXAS, quae publice coerceri solent: *l. 11. §. vlt. D. de euiction.* Haec stipolatio: NOXIS SOLVTVM PRAESTARI, non existimatur ad eas NOXAS pertinere, quae publicam exercitionem et coercitionem habent: *l. 200. D de verb. signif.* Quod aiunt Aediles: NOXA solutus non sit, sic intelligendum est, vt non hoc debeat pronunciari, nullam eum NOXAM commisisse, sed illud, NOXA solutum esse, hoc est, NOXALI iudicio subiectum non esse. Ergo si NOXAM commisit, nec permanet, NOXA solutus videtur. NOXAS accipere debemus priuatas, hoc est, eas, quaecumque committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudiciis noxalibus: *l. 17. §. 17. D. de aedilit. edict.* Tenebantur pupillus et furiosus ad NOXAM. *l. 11. §. 6. D. quod vi aut clam.* ¶. 3. [NOXIA, vel NOXA aliquando rixam vel iurgium notat: vt apud Ausonium *in Technopaegn. v. 32.*

Saepe in coniugiis fit NOXIA, si nimia est dos.

Vide Cuiac. *in Lib. IV. Respons. Papiniani in l. 26. §. vlt. D. de pact. dotal.* Galli vocant *une noise* Similis locus est apud Claudian. *Lib. I. de laud. Stilich.* et apud Manil. *Lib. II. Astron. v. 280.*

Diligerent alia, et NOXAS *bellumque mouerent.*)

NOXALIS, E. NOXALES actiones, quales sunt, quae non ex contractu, sed ex noxa, atque maleficio seruorum aduersus nos instituuntur, quarum actionum vis et potestas haec est, vt si damnati fuerimus, liceat nobis deditione eius corporis, quod deliquerit, euitare litis aestimationem: *l. 1. D. de noxal. act.* Ex maleficio seruorum NOXALES actiones, proditae sunt: *pr. 1. Inst. eod. tit.* Vetus Glossarium: NOXALIS *actio*, ἀγωγὴ ἡ ἔκδοσιν ζητοῦσα τὸν ὑφορώμενον, *actio qua deditionem petimus corporis nocentis.* Si seruus sua voluntate id admiserit, competere NOXALE, vt in ceteris maleficiis: *l. 7. §. 5. D. arb. furt. caes.* Si quis missum in possessionem, quum esset in aliena potestate non admiserit: NOXALEM actionem eo nomine competere: *l. 17. D. de damn. infect.* Ac plane NOXALES actiones olim filiorum familias nomine in patres dabantur, vt Iustinianus testatur *in §. 7. Inst. de noxal. act.* cuius verba apertius explicans Theophilus *ibidem*: Ταύτας δὲ τὰς NOΞΟΚΙΑΣ ἀγωγὰς οἱ παλαιοὶ καὶ ἐπὶ τῶν υἱῶν τῶν ὑπεξουσίων καὶ ἐπὶ θυγατέρων προσεδέχοντο. *Has autem* NOXALES *actiones veteres et in filiis filiabusque familias admittebant.* Id quod confirmatur *l. 5. §. 5. D. de oblig. et act.* Argumento etiam est, quod Paullus *Lib. II. sent. tit. 31. §. 9. Filiusfamilias si furtum fecerit, deinde emancipetur, furti actio in eum datur, quia in omnibus NOXA caput sequitur.* Sed hoc Iustiniano merito displicuit, *d. §. vlt. Inst. de noxal. act.* Per se autem nullae sunt NOXALES actiones. Neque enim hoc proprium est et speciale certae alicuius actionis nomen, sed qualitas quaedam, accedens actionibus, quae ex admissis seruorum aduersus dominos instituuntur, veluti NOXALIS Aquilliae actio: *l. 19. D. de noxal. act.* de dolo NOXALIS; *l. 16. D. ad exhib.* furti NOXALIS; *l. 22. D. commod. l. 22. C. de furt.* NOXALIS vi bonorum raptorum: *l. 2. §. 19. D. vi bon. rapt.* NOXALES actiones constitutae sunt aut legibus, aut edicto praetoris. Legibus, veluti furti lege XII. Tabularum; damni iniuriae, lege Aquillia: edicto praetoris, veluti iniuriarum, et vi bonorum raptorum. *§. 4. Inst. de noxal. act.* NOXALIS actio, et *directa* opponuntur: *§. 5. Inst. eod. tit.* Eum, de quo NOXALIS actio est: *l. 1. D. si ex noxal. causs.* Actio NO-

XALIS

NOX. NVB.

XALIS caput sequitur: l. 20. D. de noxal. act. l. 61. D. de furt. §. 3. Inst. de nox. act. NOXALI actione agere: l. 22. §. vlt. D. eod. tit. conueniri: l. 2. C. eod. tit. obligari: l. 39. §. 1. D. eod. tit. Ad NOXALEM caussam transire: l. 4. §. vlt. D. eod. tit. Ex NOXALI caussa agere; rubric. D. si ex noxali causs. l. 12. D. de noxal. act. Si seruum ex NOXALI caussa patiatur duci: l. 36. D. de procur. Eodem modo NOXALIA interdicta ob delictum seruorum, quos in potestate habemus, aduersus nos competunt, puta, si quem vi deiecerunt, vel vi aut clam opus fecerunt: l. vlt. D. de interdict. Seruus, cuius nomine NOXALE iudicium dominus acceperit: l. 14. D. de his, qui not. infam. l. 42. §. 1. D. de noxal. act. Is, cuius nomine NOXALE iudicium acceptum est: l. 42. D. eod. tit. Ante NOXALE iudicium acceptum: l. 8. D. eod. tit. NOXALI iudicio agere: l. 21. l. 27. D. eod. tit. conuenire: l. 3. l. 4. C. eod. tit. l. 3. D. de publican. l. 42. §. vlt. D. de noxal. act. §. 1. Inst. eod. tit. NOXALE iudicium dabitur: l. 5. D. eod. tit. Seruus dominum NOXALI iudicio defendit: l. 16. D. de pecul. legat. Si vnus ex coheredibus NOXALI iudicio seruum hereditarium defenderit: l. 26. §. 5. D. de noxal. act. Statuliberum heres NOXALI iudicio defenderat: l. 61. §. vlt. D. de furt. NOXALI iudicio experiri: l. 3. §. 9. D. ad exhibend. NOXALE iudicium recusare: l. 29. D. de noxal. act. Serui nomine NOXALE iudicium reddendum: l. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc. NOXALI iudicio teneri: l. 8. l. 27. §. vlt. D. de noxal. act. NOXALIS quoque adpellatur actio, quae ob pauperiem datur. l. 1. §. 12. et §. 14. D. si quadr. pauper. fec. et pr. Inst. eod. tit.

¶. 2 Interdum absolute NOXALI agere, et agi dicunt, id est, NOXALI iudicio. Si seruo suo non praeceperit dominus, sic ipse sua voluntate id admiserit, competere NOXALE, vt in ceteris maleficiis: l. 7. §. 5. D. arb. furt. caes. Si alieni serui nomine NOXALI tecum egerim: l. 28. D. de noxal. act. Si cum vno ex dominis NOXALI agetur: l. 4. D. si ex noxal. causs. NOXALI condemnatus: l. 4. §. vlt. D. de re iudic. NOXALI experiri. l. 21. §. vlt. D. de noxal. act.

NOXIVS, A, VM, qui noxae alicuius reus est. l. 7. D. de noxal. act. Si quis quem eorum seruum seruamue, qui eius facinoris NOXIVS erit: l. 3. §. 12. D. de SC. Silan. [NOXII Manichaei: l. 35. C. Theodos. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.] Vt NOXIVM seruum adgnoscat: l. 3. §. 7. D. ad exhib. [NOXIVM seruum dicere: l. 1. pr. D. si famil. furt. fec. l. 4. D. de act. emt. vend.] Si NOXIOS seruos habuit. l. 27. §. 11. D. ad leg. Aquill.

NVB.

NVBERE dicitur mulier viro, quae in matrimonium conuenit, quaeque vxor ducitur. l. 23. D. de condit. inst. l. 17. D. de ann. legat. Mulierem absenti per litteras eius, vel per nuncium, posse NVBERE, placet: l. 5. D. de rit. nupt. Femina absens NVBERE non potest: Paull. Lib. II. Sentent. tit. 19. §. 8. NVBERE pupilla suo arbitrio potest; l. 20. D. de rit. nupt. Interest reip. mulieres dotes saluas habere, propter quas NVBERE possunt: l. 2. D. de iur. dot. Ceteris omnibus NVBERE prohibetur, et Titio, cui inhoneste NVPTVRA sit, quum NVBERE iubetur: l. 63. in fine D. de condit. et demonstr. Quum alii cuique satis commode possit NVBERE: ibid. Dummodo filia tali NVBAT, cuius conditionem certum sit patrem non repudiaturum: l. 11. D. de rit. nupt. Si ita legatum esset: QVVM NVPSERIT, SI NVPTA fuerit, et hoc testator scisset, alterum matrimonium erit exspectandum: l. 68. D. de condit. et demonstr. Quum vir vxori, si a liberis ne NVPSERIT, vel si a liberis impuberibus ne NVPSERIT, legat: l. 26. § vlt. D. eod. tit. Quum in familia NVPSERIT: l. 21. D. de option. vel elect. legat. NVBERE parata mulier: l. 31. D. de condit. et demonstr. Debitori suo NVPTVRA: l. 77. D. de iur. dot. NVPTVRA filiofamilias: l. 57. D. de iur. dot. Quae postea testatori ciuiliter NVPTA est: l. 28. §. 3. D. de liber. et postum. Quum desierit NVPTA esse: l. 14. D. de oper. libert. Non potest videri NVPTA, quae virum pati non potest: l. 30. D. quand. dies legat.

¶. 2. Vnde Supinum NVPTVM, ex quo formatae loquutiones: NVPTVM collocare; l. 41. §. 7. D. de legat III. Ne tutor pupillam vel filio suo, vel sibi NVPTVM collocet: l. 59. D. de rit. nupt. Cui NVPTVM filia communis collocaretur: l. 62. D. eod. tit. NVPTVM dare. l. 11. § vlt. D. quod fals. tut. auct.

¶. 3 Pessima significatione vir NVBERE dicitur, l. 31. C. ad leg. Iul. de adult. l. 3. C. Theod. eod. tit. qui alteri viro succumbit. Sic et Tacitus Lib. XV. Annal. Cap. 37. Neronem vni ex contaminatorum grege, cui nomen Pythagorae fuerit, in modum sollemnium coniugiorum denupsisse, narrat, inditumque esse Imperatori flammeum, auspices quoque interuenisse, et genialem torum et faces nuptiales, cuncta denique spectata, quae etiam in femina nox aperit. Suetonius quoque in Nerone Cap. XXIX. sicut ipsi Sporum, ita ipsum Doriphoro liberto denupsisse, memorat. Vnde Iuuenalis Sat. II. v. 1.

Quid quaeris? NVBIT amicus.

¶. 4. [Est tamen, vbi et in bonam partem verbum hoc accipitur de viro, vxorem ducente, quemadmodum et ducere de femina: l. 3. C. solut. matr. Nonius Marcell. Cap. II. num 575. NVBERE veteres, non solum mulieres, sed et viros, dicebant, ita, vt nunc Itali dicunt. Pomponius in Pannuceatis apud eumdem: Sed meus frater maior, postquam vidit me inde eiectum domo, NVPSIT posterius dotatae vetulae, varicosae, Afrae. Addi potest Barth. Lib VI. Aduers. Cap. 14. Frequens in primis hic verbi vsus est in Capitularibus: Si quis viduam vxorem duxerit, et postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu duabus sororibus NVPSERIT: Capitul. V. §. 168. Vt hi, qui vxores dimittunt, non NVBANT: Capitular. Lib. VI. §. 63. Adde Lib. VI. Capit. §. 55. et 91. vnde desumtus est canon. 13. tit. XI. Isaaci Lingon. Episc. vbi NVBERE cum muliere, idem est, ac congredi vel coire cum ea.] Attamen boni auctores sensu honestiore NVBERE viros, non dicunt, nisi per iocum, de viris vxoriis, quos immodicus amor mulierum suarum sub iugum misit. Et eo sensu Martialis Lib. VIII. Epigr. 12.

Vxori NVBERE nolo meae.

HEIN.

actione coniunctam non parit, sed exceptionem. *l. 7. §. 4. D. de pact.* Alioqui dicendum, ex omni contractu NVDA pactione pecuniam creditam fieri posse; *l. 34. pr. D. mandat.* NVDVM pactum, quod vetus Glossarium ψιλὸν vertit, intelligitur merum et solum placitum, quod absque aliquo negotio gesto, aut caussa aliqua subsisteute, interuenit. Ex NVDO pacto iure nostro actionem nasci non posse: *l. 27. C. de locat.* Quod dici solet, ex pacto actionem non nasci, tunc locum habet, quum pactum NVDVM est: alioquin quum pecunia datur, et aliquid de reddenda ea conuenit, vtilis condictio est: *l. 10. C. de pact.* Nec videri NVDVM pactum interuenisse, quoniam certa lege dari probaretur: *l. 8. D. de praescr. verb.* NVDO pacto interueniente, minime donatorem de euictione teneri: *l. 2. C. de euiction.* Interdum recte NVDO pacto fiet compromissum, vt puta, si ambo debitores fuerunt, et pacti sunt, ne petat, quod sibi debetur, qui sententiae arbitri non paruerit: *l. 11. §. 3. D. de recept. arbitr.* Si pactum NVDVM de praestandis vsuris interpositum sit, nullius est momenti. Ex NVDO enim pacto inter ciues Romanos actio non nascitur. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 14. §. 1.* Etiam ex NVDO pacto debentur ciuitatibus vsorae creditarum ab iis pecuniarum: *l. 30. D. de vsur.* Traditionibus dominia rerum, non NVDIS pactis transferuntur: *l. 20. C. de pact.* id est, solis conuentionibus, nulla sequuta seu intercedente traditione. Constant. Harmenopul. *Lib. I. tit. 9. §. 11.* Ψιλὸν *σύμφωνόν ἐςιν ἡνίκα μὴ προηγήσηται δόσις, ἀλλὰ μόνον συςῇ ἐπιδόσει.* NVDVM *pactum est, quum non praecesserit datio, sed solum de dando conuentum fuerit.* Vetus Glossarium: NVDVM pactum est, quod ab omnibus sollemnibus destitutum est. Ex NVDA pollicitatione nulla actio nascitur: Paull. *Lib. V. Sent. tit. XII. §. 9.* Alias NVDA pollicitatione est verbo, absque scriptura, e. g. in illo: Siue chirographum eo nomine dederit, siue NVDA pollicitatione repromiserit: *l. 10. pr. D. de his, quae vt indign.* NVDA possessio, quae non habet mixtam proprietatis caussam. Seruiana etiamsi in rem actio est, NVDAM tamen possessionem auocat. Ei, qui possessionem non sui fundi metu coactus tradidit, abest NVDA possessio: *l. 22. §. 1. D. quod met. caussa.* Si quis forte non de proprietate, sed de possessione NVDA controuersiam fecerat: *l. 8. D. de vsu et vsufr. legat.* NVDVM praeceptum testatoris; *l. 38. §. 4. l. 93. D. de legat. III.* NVDVM autem praeceptum reliquisse videntur, qui testamento vetant quid alienari, nec caussam exprimunt, propter quam id fieri velint: *l. 114. § 14. D. de legat. I.* NVDA promissio cautioni aduersatur: *l. 63. §. 4. D. pro socio.* Alibi NVDA promissio, siue pollicitatio, stipulationi opponitur. Promissum potest referri et ad NVDAM promissionem, siue pollicitationem, et ad sponsum: *l. 19. §. 2. D. de Aedilit. edict.* NVDA proprietas, a qua vsusfructus abest: *l. 33. D. de rei vindic. l. 18. §. 1. D. de pign. act. l. 29. l. 36. l. 72. D. de vsufr. l. 4. l. 78. §. 3. D. de iur. dot. l. 8. D. de vsu et vsufr. leg. l. 27. §. 11. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 2. D. quib. mod. vsusfr.* id est, proprietas sine vsufructu, vel detracto vsufructu, vt loquitur *l. 56. §. 6. l. 126. §. 1. D. de verb. oblig. l. 36. §. 1. D. de vsufruct.* Nulla vtilitas erit NVDAE proprietatis abscedente vsufructu: *l. 8. D. de vsu et vsufr. legat.* NVDAE proprietatis dominus: *l. 33. D. de rei vindic.* id est, qui solam proprietatem habet, vt loquitur *l. 15. D. qui satisd. cog.* NVDA ratio, vbi aliquid quasi debitum in rationes refertur, quum tamen nulla debiti caussa praecesserit. Si dominus in rationes suas referat, se debere seruo suo, quum omnino nequo mutuum acceperit, neque vlla caussa praecesserat debendi, NVDA ratio non facit eum debitorem: *l. 49. §. vlt. D. de pecul.* NVDA ratio non facit aliquem debitorem, vt puta quod donare libero homini volumus, licet referamus in rationes nostras, debere nos. *l. 26. D. de donat.* NVDA repromissio satisdationi opponitur: *l. 1. §. 5. D. de stipul. praetor.* Non debet satisdare, qui duplam promittit, sed sufficit NVDA repromissio: *l. 56. D. de euiction.* NVDA res, absque accessionibus, veluti fructibus, partu, et omni caussa: *l. 1. §. 24. D. depos.* Dictum accipimus, quod verbotenus pronunciatum est, NVDOque sermone finitur: *l. 19. §. 2. D. de Aedilit. edict.* Nec vllam rationem NVDA dumtaxat debiti solutione incipere: *l. 6. §. 3. D. de edend.* NVDA traditio, quae iusta, et ad dominium transferendum habili et idonea caussa non nititur. Numquam NVDA traditio transfert dominium, sed ita, si venditio, aut aliqua iusta caussa praecesserit, propter quam traditio sequeretur: *l. 31. D. de adquir. rer. domin.* Quum NVDAM muneris vacationem acceperint: *l. 13. D. de vacat. et excus. mun.* NVDA et imaginaria venditio pro non facta est: *l. 55. D. de contrah. emt.* Mandari potest procuratori praesenti et NVDIS verbis: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 3. §. 1.* hoc est, communibus et vulgaribus verbis, non certis et conceptis: NVDA voluntate legata et fideicommissa adimi possunt: *l. 3. §. vlt. D. de adim. vel transf. legat.* Sufficit ad bonorum militis diuisionem faciendam NVDA voluntas testatoris: *l. 1. D. de testam. milit.* id est, sola, vt loquitur *l. 127. D. de legat. I.* Sicut hereditatem miles NVDA voluntate dare potest, ita et adimere potest: *l. 15. §. 1. D. de testam. milit.* Adimere adsignationem etiam NVDA voluntate poterit: *l. 1. §. 4. D. de adsign. libert.* Non solum legata, sed et fideicommissa, adimi possunt, et quidem NVDA voluntate: *l. 3. §. vlt. D. de adim. et transf. legat.* NVDA voluntate potest dominus seruo remittere, quod ei debet; *l. 6. §. 1. D. de pecul. legat.* Quod principio beneficii ac NVDAE voluntatis fuerat, conuerti in mutuas praestationes: *l. 17. D. commod.* Emtio et venditio NVDA contrahentium voluntate contrahitur: *l. 1. D. de rer. permut.* Post traditionem interpositam NVDA voluntas non resoluit emtionem: *l. 1. C. quand. lic. ab emt. disced.* NVDA voluntate resoluitur obligatio: *l. 3. D. de rescind. vendit.* id est, NVDA conuentione, vt *l. 5. §. vlt. D. eod. tit.* Quomodo quum semel coeperit actio, NVDA voluntate tolletur: *l. 9. D. de negot. gest.* Seneca *Lib. VI. de benef. Cap. 10. Beneficium enim NVDA voluntas non efficit.* Interdum etiam sine traditione NVDA voluntas domini sufficit ad rem transferendam: *l. 9. §. 5. D. de adquir. rer. domin. §. 44. Inst. de diuis. rer.* NVDAE voluntatis mendacio: *l. 1. C. de collus. deteg.* NVDVS vsus, id est, sine fructu. *l. 1. D. de vsu et habit. l. 3. §. vlt. D. de vsufruct.*

NVG. NVL. NVM.

NVG.

NVGATORIVS, A, VM.

In res NVGATORIAS temporibus consumtis: *l. 17. §. 14. D. de Aedilit. edict.*

NVL.

NVLLVS, A, VM.

SI NVLLVS sit, id est, si non sit in rerum natura: *l. 1. D. de hered. vel act. vend.* Ita prope et veteres loquuntur. Plaut. Bacchid. *Act. II scen. 2. Anima est amica amanti: si abest, NVLLVS est*, id est, mortuus. NVLLVS enim hic idem, ac NON: ac proinde NVLLVS est, idem est, ac non est. Quo et formula pertinet notissima: NVLLVS sum, id est, perii. Terent. *Andr. Act. II. scen. 4. v. 20.* Plaut. *Casin. Act. III. scen. 5. v. 1.* et apud vtrumque comicum passim alibi. HEIN. ¶. 2. NVLLVM esse iure ciuili dicitur, quod nullius momenti est, quod non valet, neque consistit. Exempla cuiuis obuia consulto praetermitto, ne opera et otio abuti videar. Sic sane NVLLA actio, etiam quae exceptione repellitur: *l. 7. §. 8. D. de dol. mal.* NVLLAM actionem videtur habere, quae propter inopiam aduersarii inanis est: *l. 6. D. eod. tit.* NVLLA aditio est: *l. 5. §. 14. D. de reb. eor. qui sub tutel.* NVLLVM fideicommissum erit: *l. 41. §. 2. D. de vulg. et pupill. substit.* NVLLVM legatum erit: *l. 75. §. 1. D. de legat. I.* Quum, lite mortua NVLLA res sit: *l. 2. D. iudic. solu.* NVLLA venditio. *l. 5. §. 14. D. de reb. eor.* ¶. 3. NVLLIVS esse res dicuntur, quae in nullius priuatim bonis sunt, sed iure gentium omnibus vocant, et occupanti conceduntur: *l. 51. D. de contrah. emt. §. 5. §. 12. Inst. de diuis. rer.* Alias NVLLIVS esse dicuntur, quae in patrimonio commercioque hominum non sunt, veluti res sacrae, sanctae, religiosae: *§. 7. Inst. eod. tit.*

NVM.

NVM,

id est, an. *l. 7. §. vlt. D. commun. diuid. l. 5. §. 11. D. de adgnosc. et al. liber. l. 57. D. de euiction.* NVM alienum est: *l. 4. D. de grad. et adfin.* NVM forte: *l. 16. D. de minor.* NVM non, id est, an non. *l. 25. §. 15. D. de hered. petit.*

[NVMA Pompilius, Rex Romanorum, secundus, memoratur in *l. vn. D. de offic. quaest.*]

NVMARIVS, A, VM,

id est, pecuniarius. Iudices NVMARIOS esse prohibemus: *l. vn. C. publ. laetit. nunc. Lib. XII.* In hac lege iudices non vocantur *numarii*: sed verba ita se habent: *Hoc fine immodico pretio nunciari excipique sancimus: actum esse castissimum, indigentibus, non NVMERARIIS esse praebendum, iudices statuimus esse sollicitos.* Seu sequutus est Brissonius Cuiacium, qui *in Comment. ad Lib. XII. Cod. p. 1014. Tomo II. Operum* textum fide Codicis Theodosiani et MSSC. ita restituit: *Gerulum iubemus esse castissimum, iudices NVMARIOS esse prohibemus.* At ne sic quidem hic locus quidquam facit ad *iudices*, sed ad INDICES NVMARIOS, id est, qui pro indicio tei nouae et laetae numos poscunt: HEIN. At NVMARII *iudices* apud Ciceron. *pro A. Cluent. Cap. XXVII.* sunt, qui de re pecuniaria cognoscunt. Contra ea apud Sueton. *in Domitian. Cap. VIII.* ita vocantur, qui venales sententias habent, qui per sordes ius dicunt, qui pecuniam ob rem iudicandam capiunt. Quo sensu idem Cicero *in Verr. III. Cap. 57.* NVMARIVM *iudicium* vocat, quod acceptis pecuniis exercetur: quomodo etiam NVMARIVM *tribunal* apud Senecam *Lib. I. de benef. Cap. 3.* et NVMARII sacerdotes apud B. Hieronym. *Epist. ad Onasium.* NVMARIA poena: *l. 10. §. 2. D. de recept. arbitr.* [NVMARIA pretia: *l. 29. C. Theod. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.* NVMARIO pretio non est dehonestanda ciuilis sapientia. *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.*] NVMARIA quaestio: *l. 2. §. 1. D. de iur. fisc. l. vlt. D. ne de statu defunct.* NVMARIA res: *l. 2. D. de iur. fisc.*

NVMEN,

ait Festus, *quasi nutus Dei, ac potestas dicitur.* Sic: Perquam timidi metu diuini NVMINIS, vsque ad superstitionem: *l. 8. §. 11. D. de condit. instit.* Respectu diuini NVMINIS iurat: *l. 33. D. de iureiur.* ¶. 2. At NVMINIS nomen passim etiam sibi adrogant Imperatores in rescriptis suis, [veluti *l. 34. C. de adpell. et consult. l. 2. C. de tempor. et reparat. adpell. l. vlt. pr. C. de bon. quae lib. l. 5. §. 1. C. de necess. seru. hered. inst. l. 11. C. de sacros. eccles.* Quo loquendi genere saepe Imperatoribus blanditur Symmachus, veluti *Lib. X. Epist. 12. Olim me, vt rei indicat cogitationes NVMINIS vestri secundo fauore respiciunt.* Et *Epist. XXIII. eiusdem libri: Mihi summus est fructus felicitatis, vt coram vestrum* NVMEN *adnumerer.* Item *Epist. XXXV. et XLI. Sacrum NVMINIS vestri oraculum.* Denique *Epist. XL. vestri NVMINIS veneror sanctiones.* Similia his exempla exstant eiusdem *Libri X. Epist. 27. 30. 52. 53. 55. 57. et 58.* Quod Prosper Aquit. ridet, *libro de promiss. et praediction. Cap. VII.* immo ipsi Imperatores *l. 1. C. Theod. de imagin. imperial. Lib. XV. tit. 4.* Vid. supra *Lib. IV. Articulum* DIVVS.]

NVMERARE

interdum est adnumerare, connumerare, computare. Vtrum annus ex die datae pecuniae NVMERARI debeat, an potius ex quo cognouit; *l. 6. D. de calumniatorib.* id est, computari, vt loquitur *l. 21. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Annus ex quo tempore esset NVMERANDVS, vtrum ex die stipulationis factae, an ex die nuptiarum: *l. 48. D. de iur. dot.* Eum annum, quem quis ingressus esset, pro impleto NVMERARI: *l. 47. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Ex persona rei etiam defensor NVMERABITVR: *l. 11. §. 7. D. de except. rei iudic.* Sexaginta dies a diuortio NVMERANTVR: *l. 30. D. ad leg. Iul. de adult.* Dies bonorum possessionis vtiles esse, sed non sessionum NVMERABVNTVR: *l. 2. §. 1. D. quis ord. in possess.* Ex furtiuis equis nati in fructu NVMERANTVR: at partus ancillae non NVMERATVR in fructu: *l. 48. §. 6. D. de furt.* Prima origo a matre, eoque die, quo ex ea editus est, NVMERARI debet: *l. 9. D. ad municipal.* Etiamsi suam personam NVMERET in partibus faciendis: *l. 1. §. vlt. D. de Collat. bon.* Plures rei stipulandi, vel argentarii vnius loco NVMERABVNTVR: *l. 9. D. de*

de pact. Vltra quinquennium, post aditionem NVMERANDVM: *l. 1. §. 13. D. de separat.* id est, computandum, vt loquitur *l. 16. D. de excusat.* NVMERARI *quinquennium*, apud Senec. *Lib. II. Controu. 5.* Quoad incipiat inter seniores NVMERARI: *l. 63. §. vlt. D. de legat. III.* Emancipatae filiae tutelam NVMERARI inter onera: *l. 15. §. 16. D. de excusat.* ¶. 2. NVMERARE, etiam est soluere, dare. Dotem ex caussa promissionis NVMERAVIT: *l. 41. D. solut. matrim.* Vsuras NVMERATAE dotis: *l. 42. §. 2. D. eod. tit.* In NVMERATO habere aureos: *l. 96. D. de legat. I.* pecuniam: *l. 5. §. 9. D. de reb. eor. qui sub tutel.* In NVMERATO vero, et *in nominibus* habere, separantur: vt *l. vlt. D. de donat.* Quum indebitum impuberis nomine tutor NVMERAVIT: *l. 57. D. de condict. indeb.* In duas caussas eum videri NVMERASSE, in debitum suum, et conditionis gratia: *l. 44. D. de solut.* NVMERARE pecuniam. id est, soluere: *l. 20. D. de fideiussor.* Qui mortis caussa pecuniam donat, NVMERAT pecuniam: *l. 19. D. de reb. credit.* NVMERATVR pecunia: *l. 32. D. de solut. l. 19. D. de manumission.* Pecuniam ex pretio redactam ei NVMERARI, cui legata sit: *l. 26. D. famil. ercisc.* Solutam pecuniam intelligimus vtique naturaliter, si numerata sit creditori: *l. 49. D. de solut.* Donationis caussa pecunia NVMERATA: *l. 33. §. 1. D. de donat.* Pecuniae nomine non solum NVMERATA pecunia, sed omnis res continetur: *l. 222. D. de verb. signif.* Attamen haec SC. Macedoniani verba: MVTVAM PECVNIAM DEDISSET, ad NVMERATAM pecuniam referri, ait Vlpianus, *l. 7. §. 3. D. de SC. Macedon.* Si in hereditate sit vinum, oleum, frumentum, NVMERATA pecunia: *l. 6. D. de iur. delib.* In pecuniam NVMERATAM condemnatur: *l. 13. §. vlt. D. de re iudic.* Colonus, qui ad pecuniam NVMERATAM conduxit: *l. 25. §. 6. D. locat.* Cui certum pondus argenti dare heres iussus sit, ei pecuniam NVMERATAM dando, iure ipso liberabitur: *l. 1. §. 1. D. de aur. arg. legat.* Si nihil, praeter NVMERATAM pecuniam, legatum sit: *l. vlt. D. de adim. legat.* In his rebus, quas praeter NVMERATAM pecuniam, doti vir habet: *l. 66. D. solut. matrimon.* Qui certam pecuniam NVMERATAM petit: *l. 1. D. de condict. triticiar.* Si dumtaxat pecuniam NVMERATAM praestari voluisset: *l. 59. D. de legat. III.* Si vsusfructus pecuniae NVMERATAE legatus fuerit: *l. 44. D. de solution.* Non NVMERATAE pecuniae exceptio: *l. vlt. C. de dot. caut. non num. l. 3. l. 7. l. 8. l. 11. l. 12. C. de non num. pecun. §. 1. Inst. de except.* De pecunia minime NVMERATA exceptionem opponere: *§. vn. Inst. de litter. obl.* Ceterum non NVMERATAE pecuniae exceptio, quam Theophilus *ibid.* τὴν τῆς ἀναργυρίας παραγραφὴν vertit; ibi locum habet, vbi quasi credita pecunia petitur: Quum autem ex praecedente caussa debiti in chirographum quantitas redigitur, non requiritur, an tunc, quum cauebatur, NVMERATA sit, sed an iusta caussa debiti praecesserit: *l. 5. C. de non num. pecun.* NVMERARE pretium: *l. 25. §. 1. D. de vsufr.* Si maritus non totum pretium NVMERAVIT: *l. 7. §. 4. D de donat. int. vir. et vxor.* Quod NVMERATVR venditori vt pretium: *l. 27. D. de Aedil. edict.* Placito pretio non NVMERATO: *l. 9. C. de contrab. emt.*

NVMERARIVS. NVMERARII dicebantur, qui in officio praefectorum praetorio, consularium, praesidum, ducum, magistri officiorum, nec non in scholis, numeros agebant, rationes et chartas administrabant tractabantque, vt loquitur *l. 6. C. Theod. de numerar.* NVMERARIOS praetorianae sedis, penes quos publicarum rationum notitia consistit: *Nouella Theodos. de offic. et numerar. praefect.* Eos chartarum notitiam habuisse, ait *l. 7. C. Theod. de numerar.* Isidor. *Lib. IX. Orig. Cap. 3.* NVMERARIOS vocatos scribit eos, *qui publicum numerum aerariis inferunt.* Hinc NVMERARII adparitionis magistri equitum, apud Ammian. Marcellin. *Lib. XIX. Cap. 5.* Comitum, illustrium virorum: *l. 4. C. Theod. de exsequut. et exact.* NVMERARIORVM corpus: *l. 1. C. Theod. de primicer. et notar.* NVMERARIORVM fastus, vel rapaces quaestus: *l. 3. C. de priuil. eor. qui in sacr. pal. mil. Lib. XII.* NVMERARII et magistri eorum: *l. 8. C. Theod. de numer. actuar. et scrin.* NVMERARIVS officii amplissimae sedis praetorianae: *l. vlt. C. de fabricens. Lib. X.* praefecturae, vel vicariae potestatis: *l. omnis C. Th. de iis, qui administr. lib. vel offic. publ.* scholae: *l. vlt. C. de priuil. scholar. Lib. XII.* Et ita NVMERARIOS accipe *l. vlt. C. de priuil. scholar. Lib. XII. l. vlt. C. de numerar. Lib. XII. l. vlt. C. de fabric. Lib. XI. l. 1. C. de apoch. publ. Lib. X. l. vlt. C. de exsequutor. et exact. l. 173. C. Theod. de decurion.* Inuenitur hoc verbum et apud Sidon. Apollin. *Lib. I. Epist. 11.* et apud Gregor. *Epist. XXVI. et XXVII.* et *in libro de miraculis Stephani protomartyris*, qui sermonibus D. Augustini inseritur. ¶. 2. Valentinianus autem et Valens tandem constituerunt, vt, qui NVMERARII adpellari consueuerant Consularium ac praesidum duntaxat, hi *tabularii* in posterum vocarentur. *l. 2. C. de numerar.* Eaque de caussa Tribonianus *l. 4. C. eod. tit.* ad haec verba: *In prouinciis singulis duo NVMERARII collocentur*, de suo addidit, *qui et tabularii*, vt adparet ex *l. 12. C. Theod. eod. tit.* Similiterque in *l. 13. C. de suscept. praepos.* his verbis: *Duos tabularios*, adiecisse eum: *seu* NVMERARIOS, liquet ex *l. 30. C. Theod. eod. tit.*

NVMERATIO, solutio. Dotem NVMERATIO, non scriptura facit: *l. 1. C. de dot. caut.* In NVMERATIONIBVS aliquando euenit, vt vna NVMERATIONE duae obligationes tollantur vno momento: *l. 44. D. de solut.* NVMERATIONEM facere: *l. 9. C. de donat. int. vir. et vxor.* NVMERATIONE XX. millium passuum facta: *l. 2. §. 2. D. quis ordo in possess.* id est, dinumeratione, vt *l. 1. D. qui satisd. cog. §. 15. Inst. de excus.* Saepe ad hoc commodantur pecuniae, vt dicis gratia NVMERATIONIS loco intercedant: *l. 4. D. commodat.* Non omnis NVMERATIO eum, qui accepit, obligat: *l. 19. D. de reb. credit.* NVMERATIO pecuniae: *l. 7. D. de reb. cred.* pretii: *l. 25. §. 1. D. de vsufr. l. 2. D. de contrab. emt.* Seneca *Epist. XVIII. Delegabo tibi Epicurum; ab illo fiet* NVMERATIO. Idem *Epist. XXVI. Putas, me non dicere, vnde sumturus sim mutuum. Scis cuius*

arca

NVM.

arca vtar: exspecta pupillum, et de domo fiet NVMERATIO.

☞ NVMERIVS NIGIDIVS, sollemne nomen in formulis actionum et stipulationum, vti Aulus Agerius, Caius, Seius, Titius, Maevius. *l. 16. D. de excus. tut. l. 33. §. 2. D. de vsu et vsufr. legat.. l. 18. §. 1. D. de acceptilat. §. 2. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 28. §. 1. D. ad SC. Vellei.* NVMERIVS praenomen est, quod vnica littera N. exprimi solebat. NVMERIVS autem, teste Varrone apud Non. Marcell. *Cap. IV. §. 319.* dicebatur, qui cito nascebatur. Nam *numero* idem erat veteribus, ac cito, vel celeriter Festus *in Numerius* auctor est, NVMERII praenomen neminem patriciorum tulisse, ante Fabium illum, qui vnus ex clade familiae post Etruscum bellum superfuerit, quique Otacilii Maleuentani filiam ob ingentes diuitias ea lege duxerit, vt qui ex ea primus natus esset, NVMERIVS adpellaretur. NIGIDIVS quoque notum satis gentis Romanae nomen est, ex qua in primis enituit P. Nigidius Figulus, vir doctus, et Ciceroni amicus, de quo Macrob. *Lib. II. Saturn. Cap. 12.* Ceterum elegans est obseruatio Petri Pithoei *ad auctorem Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. 11. §. 6.* iurisconsultos veteres plerumque ficto Auli Agerii nomine in actionibus, NVMERII NIGIDII in exceptionum formulis vsurpasse. HEIN.

[NVMEROSVS, A, VM, multus. Sic caussae NVMEROSAE: *l. 8. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.* NVMEROSA iussio: *l. 5. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Manus NVMEROSA incolarum: *l. 25. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.* Vt NVMEROSISSIMA pube crescat exercitus: *l. 10. C. Theod. de re milit.* Soboles NVMEROSAE. *l. 74. C. Theodos. de decurion.*]

NVMEROSITAS, multitudo. NVMEROSITAS curialium. *l. 3. C. Theod. quemadm. muner. ciuil. Nouell. vnic. Theod. et Valentin. de success. curial.*

NVMERVS, notae significationis vocabulum. Sic Certus NVMERVS amphorarum: *l. 4. D. de trit. vin. ol.* NVMERVS annorum: *l. 3. C. si minor. se maior. l. 5. §. 1. D. de iur. immunit.* Qui furti agit, signati argenti NVMERVM debet complecti, veluti aureos tot plu- resue: *l. 19. D. de furt.* Si NVMERVM non auget; *l. 10. §. 13. D. de grad. et adfin.* NVMERO constare, consistere, contineriue dicuntur ea corpora, quae adnumerantur, vt pecunia. *l. 28. D. de iudic. l. 2. §. 1. D. de reb. cred. l. 35. §. 5. D. de contrah. emt. l. 115. D. de verb. oblig. l. 30. §. 2. D. ad leg. Falcid.* et apud Vlpian. *tit. XXIV. Regul. §. 7.* Quae NVMERO constant, veluti pecunia numerata: *l. 1. §. 1. D. de obl. et act. pr. Inst. quib. mod. re contr. obl.* Pro NVMERO corporum: *l. 35. §. 5. D. de contrah. emt.* NVMERVS plurium creditorum praeferendus est: in NVMERO autem pari creditorum; *l. 8. D. de pact.* NVMERVS digitorum: *l. 10. §. 2. D. de Aedil. edict.*

NVM.

Testes non dispari NVMERO: *l. 24. D. de manumiss.* Quod in NVMERO consistit, in nummis, oleo, ac frumento, et similibus, quae communi specie continentur: adparet hoc actum, vt NVMERO diuidatur obligatio: *l. 29. D. de solut.* Si plures heredes exsistant patrono, qui operas stipulatus est, verum est, obligationem operarum NVMERO diuidi: *l. 15. §. vlt. D. de oper. libert.* Si centum heredes, quos ego heresue meus elegisset, stipulatus, antequam eligerem, duos heredes reliquero, NVMERO diuiditur stipulatio: *l. 17. D. de verb. oblig.* Operarum stipulationis diuisio non in partes operarum, sed in NVMERVM cedit: *l. 54. §. vlt. D. eod. tit.* Quod in NVMERO est: *l. 78. §. 4. D. de iur. dot.* NVMERVS filiorum: *l. vlt. §. 3. D. de bon. eor.* NVMERVS gregis: *l. vlt. D. quib. mod. vsusfr.* Aucto vel minuto NVMERO gregis: *l. 21. §. 1. D. de except. rei iudic.* Medicorum intra NVMERVM praefinitum constituendorum arbitrium: *l. 1. D. de decret. ab ord. faciend.* Eorum, qui reip. caussa absunt, comites, qui sunt intra statutum NVMERVM: *l. 41. §. 1. D. de excusat.* NVMERVS liberorum: *l. 2. §. 1. D. de vacat. et excus. mun. l. 1. §. 2. D. quae sentent. sine adpell. l. 57. §. 1. D. de rit. nupt. l. 43. D. de legat. III. l. 5. C. de minor.* NVMERVM liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse: *l. 5. §. 2. D. de iur. immunit.* NVMERO liberorum excusari; *l. 8. D. de vacat. et excus. mun. rubric. C. qui num liberor. Lib. X.* NVMERVS quinque liberorum: *l. 3. C. de his, qui numero lib.* Dum ad eos plenus NVMERVS mancipiorum perueniat: *l. 21. D. de opt. vel elect. leg.* Si in rem aliquis agat, signatae materiae NVMERVM dici oportet: *l. 6. D. de rei vindic.* NVMERVS meorum: *l. 40. D. de reb. credit.* Si NVMERVS nummorum legatus sit? *l. 30. §. vlt. D. de legat. I.* NVMERVS ordinis decurionum: *l. 2. D. de decur.* NVMERVS pecoris: *l. 1. §. 18. D. de aqu. quotid. et aestiu.* Pro NVMERO personarum: *l. 8. D. de pact.* Si quis inter tres tutelas emancipati filii sui tutelam administret, an ei haec in NVMERVM procedat: *l. 15. §. 16. D. de excusat.* id est, an in tribus tutelis numeretur, *vt ibidem*: NVMERVS pupillorum: *l. 31. D. de excusat.* Quae ex his mancipiis supra NVMERVM: *l. 21. D. de option. vel elect. legat.* Pro NVMERO temporis; *l. 3. §. 2. D. de re milit.* Sollemnis NVMERVS testium: *l. 21. D. qui testam. fac. poss.* NVMERVS trium tutelarum. *l. 60. pr. §. 1. D. de rit. nupt.* ¶ 2. In NVMERO esse et haberi dicuntur tam personae quam res, et quaelibet corpora: id est, loco esse, vel locum obtinere. Personae, vt, qui in NVMERO familiarum sunt, publicani: *l. 1. §. 5. D. de publican.* Qui malo consilio et proditoris animo patriam reliquit, hostium NVMERO habendus est: *l. 19. §. 4. D. de capt. et postl.* Quando NVMERO liberorum esse debeat is, cui legatum datum est. *l. 24. D. de legat. praest.* Personae quae in NVMERO parentium liberorumue sunt: *l. 53. D. de rit. nupt.* Non esse seruorum vrbanorum NVMERO: *l. 166. D. de verb. signific.* An testium NVMERO habendus sit: *l. 27. D. qui testam. fac. poss.* An vitiorum NVMERO esset filius, ignorabatur: *l. 29. D. de manumiss. testam.* Insularius vrbanorum NVMERO est: *l. 166. D. de verb. signif.* In NVMERO

NVM.

RO vrbanorum seruorum haberi: *l. 60. §. 1. D. de legat. III.* Sed et res, et corpora, in NVMERO esse, computari et haberi dicuntur: vt: non facile quisquam argenti NVMERO numos computat: *l. 27. §. 1. D. de aur. arg. legat.*. Argenti NVMERO scaphia non habentur: *d. l. 27. §. 5. D. eod. tit.* Si supellex argentea NVMERO argenti habita non est: *l. 19. §. 8. D. eod. tit.* Quod testator auri NVMERO habuisset: *l. 32. §. 1. D. eod. tit.* Aurata et inclusa vasa auri NVMERO non habenda: *ibid.* In eo NVMERO esse, et *in ea caussa esse*, idem valent: *l. 206. D. de verb. signif.* Eodem NVMERO est pecunia: *l. 31. §. 2. D. de mort. causs. donat.* id est, eodem loco, seu eiusdem iuris. Aestimatio rerum, quae mercis NVMERO habentur: *l. 42. de fideiuss.* Bestiae in pecudum NVMERO non sunt: *l. 2. D. ad leg. Aquill.* Quadrupedes, quae pecudum NVMERO sunt: *ibid.* Quo ex NVMERO etiam haec sunt: *l. 25. §. 10. D. de auro arg. legat.* Quo in NVMERO haberi non oportet: *l. 39. D. de recept. arbitr.* Potius habenda esse vestis NVMERO, quam ornamentorum: *l. 26. D. de aur. arg. legat.* Acetum, quod vini NVMERO fuit: *l. 3. D. de tritic. vin. ol.* Quod paterfamilias vini NVMERO habuit, vel non habuit: *l. 1. D. eod. tit. l. 2. D. de option. vel elect. leg.* id est, vini loco, vt *l. 3. §. 4. D. de penu legat.*

¶. 3. NVMERVS etiam catalogum militum, seu breuiculum, quo militum nomina continentur, significat: recentiores Imperatores *matriculam* vocant. Si quis militum ex alio NVMERO translatus sit in alium: *l. 1. §. vlt. D. de bonor. possess. ex test. milit.* Ratiocinii gratia eius NVMERI, in quo militauit: *l. vlt. C. de ratioc. publ.* [Qui nec stipendiorum NVMERO, nec contraria corporis valetudine quiete perfrui debent: *l. 4. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1*] Miles, qui communem caussam omnis sui NVMERI persequitur: *l. 8. §. 2. D. de procurat.* Lamprid. *in Opilio Macrino Cap. V. Quod si vnius* NVMERI *consensus* accessisset. ¶. 4. Crebrius autem NVMEROS militares multitudinis numero iurisconsulti, atque Imperatores, aliique auctores vsurpant. Sic [Qui de aliis NVMERIS vel legionibus sunt: *l. 17. C. Theod. de re milit.* Plures de diuersis NVMERIS, ante impleta stipendia, ad indebitos honores suffragiorum ambitione perueniunt: *l. 7 C. Theodos. eod.*] Miles, postquam desiit in NVMERIS esse: *l. 38. §. 1. D. de testam. milit.* Milites NVMERIS suis et signis iugiter inhaerentes: *l. 31. §. vlt. C. de locat.* Surdum et mutum, in NVMERIS manentem: *l. 4. D. de test. milit.* Exercitum non vnam cohortem, neque vnam alam dicimus, sed NVMEROS multos militum: *l. 2. §. 1. D. de his, qui not. infam.* [Milites per provincias, relictis propriis NVMERIS, passim vagantes: *l. 16. C. Theod. de re milit*] Ex eo tempore quis iure militari incipit posse testari, ex quo in NVMEROS relatus est: *l. 42. D. de testam. milit.* Plerumque voluntario milite NVMERI supplentur. *l. 4. §. 9. D. de re milit.* Tribunatus NVMERORVM. *l. vlt C. de inoffic. test.* Plin. *Lib X. Epist. 38.* de duobus seruis, inter tirones repertis: *Quod, ut iam dixerant, sacramento militari nondum distributi in* NVMEROS *erant.* Idem *Lib III. Epist. 8.* de quodam, qui tribunatum impetrauerat, agens: *Neque enim*, inquit, *adhuc nomen in* NVMEROS *relatum est.* Sueton. in Vespas. *Cap. VI. Reuocatis ad officium* NVMERIS. [Vopisc. *in Probo Cap. XIV. Accepit praeterea sedecim millia tironum, quos per diuersas prouincias sparsit, ita, vt* NVMERIS, *vel limitaneis militibus quinquagenos et sexagenos intersereret*] Sic et hoc verbum accipe apud Egesipp. *Lib. IV. Cap 13 et 26.* et *Lib. V. Cap. 3.* ¶. 5. NVMERI quoque chartas et rationes publicas significant *l. vlt. C. de primicer. et secundocer. Lib. XII. tit. 7.*

NVMIDIA, olim regnum, quod Iuba victo a Caesare in prouinciam redactum, Dio *Lib. XLIII. p. 217.* auctor est: ac tum eam Libyae partem, quae circa Carthaginem sita, a Romanis Africa dicebatur, veterem prouinciam adpellatam, quod iam olim subacta esset: Numidiae vero, vt recens subactae nouae prouinciae nomen inditum. NVMIDIAE legatus. *l. 7. D. de legat. praest.*

NVMISMA. Vid. supra NOMISMA.

NVMMARIVS. Vide supra NVMARIVS.

NVMMVS, NVMMVLARIVS. Vide paullo post in NVMVS, et NVMVLARIVS.

[NVMQVID, id est, vtrumne. *l. 2. D. quis ord. in possess. l. 8. §. 10. D. de inoffic. testam.* ¶. 2. NVMQVID, pro cur non. *l. 8. §. 9. D. eod. tit.*] Sed in hac *l. 8. §. 9.* verba: *et* NVMQVID *minuant?* in melioribus editionibus vncinolis inclusa videas, tamquam suspecta et superflua. Adeoque ex eo loco probari non potest haec particulae notio, quam nec eius natura, nec vsus admittere videtur. HEIN.

NVMVLARIVS, *l. 39. D. de solut.* est mensularius, trapezita, seu, qui mensam exercet. Vetus Lexicon Graeco Latinum: NVMVLARIVS, *κολλυβιστής, τραπεζίτης, collybista, trapezita.* Curare debet praefectus vrbi, vt NVMVLARII probe se agant circa negotium suum, et temperent his, quae sunt prohibita: *l. 1. §. 9. D. de offic. praef. vrb.* Qualem autem olim operam, quale ministerium exhiberent NVMVLARII, Paullus docet his verbis: NVMVLARII, sicut argentarii, rationes conficiunt, quia et accipiunt pecuniam, et erogant per partes, quarum probatio scriptura codicibusque eorum maxime continetur, et frequentissime ad fidem eorum decurritur. *l. 9. §. 2. D. de edend.* Apud eos quoque, vt et apud argentarios fide publica deponi pecunias consueuisse, ostendit Vlpianus: Quoties, inquiens, foro cedunt NVMVLARII, solet primo loco ratio haberi depositariorum, non qui foenore apud NVMVLARIOS, vel cum NVMVLARIIS, vel per ipsos exercebant. *l. 7. §. 2. D. deposit.* Eniniuero, qui eo loci NVMVLARII, hi *mensularii* vocantur, in *l. 24. §. 2. D. de reb. auct. iudic. possid.* Si soluturus pecuniam tibi, iussu tuo, signatam eam apud NVMVLARIVM, quoad probaretur, deposuerim; *l. 39. D. de solut.* In

NVMVLARIIS ceterisque hoius vrbis corporibus: *l. 15. C. Theod. de his, qui sup. relig. contend.* Ammianus Marcellin. *Lib. XXX. Cap 9. Scrupulosus in deferendis potestatibus celsis: nec, imperante eo proninciam* NVMVLARIVS *rexit.* Ceterum vti argentarii, qui publice eam negotiationem in foro exercebant, a signis tabernarum suarum solebant denominari, e. g. Q. Aufidius, MENSARIVS TABERNAE ARGENTARIAE AO SCVTVM CIMBRICVM apud Reiuef. *Class. IV. Inscr. 4.* ita NVMVLARIOS a vicis, in quibus habitabant, vel regionibus vrbis nomen tulisse animaduerto. Sic NVMVLARII DE BASILICA IVLIA mentio fit apud Gruter. *Inscript. p. CCXL, 1.* NVMVLARII DE CIRCO FLAMINIO, apud Vignol. *de column. Antonini p. 341.* HEIN.

NVMVS, *a Numa Rege, qui numos primum apud Latinos imaginibus notauit, et titulo nominis sui praescripsit*, vocatum tradit Isidorus *Lib. XVI. Orig. Cap. 17.* Certa est NVMORVM aestimatio: *l. 3. D. de in lit. iur.* Qui argenteos NVMOS adulterinos flauerit, falsi crimine tenetur: *l. 9. D. de leg. Corn. de fals.* Asperum NVMVM apud Persium *Sat. III. v. 69.* et Sueton. *in Nerone Cap. XLIV.* interpretor recens percussum et signatum, quod forma publica in eo signata expressaque adhuc emineat, ac necdum leuigata sit, aliter, atque in numis, qui adsiduo vsu triti sunt, et per populi manus diu ambulauerunt. Nam *asperum* leui opponitur apud Iuuenal. *Sat. XIV.* hoc *versu 62.*

Hic laeue argentum, vasa aspera tergeat alter.

Vnde lucem obscurus Senecae locus accipiet. Sic enim ille *Epistola XIX. Nec voles, quod debeo, in aspero et probo accipere*, id est, in NVMO recenti, licet probo. Sensusque est, tu Mecaenatis sententiam in solutum vel debitum tibi nouo ac recenti NVMO exsolui aequi bonique non consules: immo veteribus numis tibi satisfieri optabis. Ideoque ad Epicorum recurrit, a quo versuram sibi faciendam, mutuamque sentensiam sumendam ait. [Eodem modo hanc vocem interpretatur Cuiac. *Lib. X. Obs. 14.* vbi simul notat, *asperaturam* inde vocari, quod pro permutatione numorum, maxime eorum, qui recens percussi sunt, datur. Add. Iac. Guther. *Lib. III. de offic. dom. Aug. Cap. 19. p. 716*] Sed tu adde, quae supra scripsimus articulo ASPER. NVMI aurei: *l. 159. D. de verb. signific.* Quicumque NVMOS aureos partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit, summo supplicio adfici debet: *l. 8. D. de leg. Corn. de fals.* Legatum certorum NVMORVM et *numeratae pecuniae* differt: *l. 51. princ. D. de legat. I.* NVMIS colere dicitur colonus, qui ad pecuniam numeratam conduxit: *l. 16. D. de furt.* coniuncta *l. 25. §. 6. D. locat.* Non facile quisquam argenti numero NVMOS computat: *l. 27. §. 1. D. de aur. arg. legat.* NVMOS consumere: *l 13. D. de reb. credit.* Si NVMI exstant: Quod si sine dulo malo consumsisti; *l. 11. §. vlt. D. eod. tit.* Si fuerint consumti a creditore NVMI: *l. 14. D. eod. tit.* NVMORVM corpus: *l. 34. §. 4. D. de legat. I.* Seruis vxoris vir NVMOS in vestiarium dederat: *l. 46. §. 1. D. solut. matrim.* NVMVS decargyrus: *l. vlt. C. Theod. si quis pecun. conflau.* In cuius domo figuratus clam NVMVS cuderetur: *l. 4. C. Theod. de fals. monet.* Si quis NVMOS falsa effusione

formauerit: *l. 2. C. de fals. monet.* NVMIS indistincte legatis, hoc receptum est, vt exiguiores legati videantur: *l. 75. D. de legat. I.* NVMI peculiares: *l. 20. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 2. §. 4. l. 31. §. vlt. D. de reb. cred. l. 3. §. 8. D. de condict. causs. dat.* NVMI pereunt: cui opponitur: NVMI salui sunt. *l. 15. D. de solut.* Vide infra *Lib. XIV.* NVMI probi: *l. 24. D. de pecun. constit.* et apud Plaut. *in Persa Act. III. scen. 3. in Bacchidib. Act. IV. scen. 8.* NVMORVM qualitas: *l. 21. §. 1. D. qui testam. fac. poss.* NVMI reprobi: *l. 24. §. 1. D. de pignor. act.* quales sunt stannei, plumbei, et alias adulterini. *l. 9. §. 1. D. de leg. Cornel. de fals.* NVMORVM species: *l. 78. D. de hered. instit. l. 21. §. 1. D. qui test. fac. poss.* Ne quis NVMOS stagneos, plumbeos, emere vel vendere dolo malo vellet: *l. 9. §. 1. D. de leg. Corn. de fals.* Qui suis NVMIS emitur: *l. 4. D. de manumission.* Qui non suis NVMIS comparauit: *l. 49. §. 1. D. de rit. nupt.* Suis NVMIS redemtus seruus; *l. 4. l. 19. D. de manumiss.* Si quis conduxerit NVMO vno, conductio nulla est: *l. 46. D. locat.* Vt vel locet hunc vsumfructum mulieri maritus, vel vendat NVMO vno. *l. 66. D. de iur. dot.*

NVN.

NVNC, non est hoc momento temporis, sed laxius accipitur pro hodie, siue hoc tempore. *l. 1. §. vlt. D. de Aedil. edict. l. vlt. D. de iniur. l. 23. D. de vsu et vsufr. legat.* Sic apod Vlpianum *tit. VIII. §. 5.* NVNC *pupilli adrogari possunt, ex constitutione diui Antonini*: id est, hodie, eo iure, quo vtimur. [Adde Io. Fridr. Gronou. *Lib. IV. Obs. Cap. 18. p. 290.*] NVNC primum: *l. 33. §. vlt. D. de testam. milit.* [NVNC vsque, id est, hoc vsque. *l. 45. C. Theod. de episcop. Lib. XVI. tit. 2. l. 6. C. Iustin. de sacros. eccles. l. 54. C. Theodos. de haeret. Lib. XVI. tit. 5. l. 2. C. Iustin. et Theodos. de frument. Alex.*]

NVNCIARE opus nouum, est denunciare, ne quid operis noui fiat. *l. 3. §. vlt. D. de alien. iudic. l. 3. D. de mort. infer. l. 3. §. 8. D. de riuis. l. 45. D. de procurat. l. 6. §. 9. D. commun. diuid.* Vetus Glossarium: NVNCIARE *nouum opus, est prohibere testatione, ne nouum opus fiat.* Ius habet nouum opus NVNCIANDI, qui aut dominium, aut seruitutem habet. *l. 1. §. 1. D. de remission.* ‖. 3. Alias NVMERARE, est fisco deferre. *l. 38. D. de iur. fisc. l. 18. D. de vsucap. l. 43. D. de iur. fisc.* Sic: NVNCIARE bona: *l. 22. D. de SC. Silanian.* NVNCIATVM tacitum fideicommissum: *l. 13. §. 7. D. de iur. fisc.* Caussam pecuniae fisco NVNCIASSE: *l. 39. §. vlt. D. eod. tit. l. 22. §. vlt. eod. tit.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 13. §. 1.* id est, renunciare, vt est in *l. 22. §. vlt. D. de iur. fisc.* Fisco NVNCIARE caussas: *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* NVNCIARE quid ad fiscum: *l. 44. D. eod. tit.* Quum quis se NVNCIAT capere non posse. *l. 13. §. 7. D. eod. tit.*

NVNCIATIO ad fiscum fieri dicitur, quoties bona vacantia, vel caduca, vel ex aliis caussis in fiscum cadentia, deferuntur. *l. 13. §. 7. l. 38. l. 43. D. de iur. fisc.* Ex variis causis NVNCIATIO ad fiscum fieri solet: *l. 1. D. de iur. fisc.* Vacan-

NVN.

cantium bonorum NVNCIATIO. *d. l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 2. NVNCIATIO noui operis, id est, denunciatio, vt loquitur *l. 5. §. 10. D. de nou. op. nunciat.* Ea in re nostra aedificantem, vel aduersus seruitutem nobis debitam quid molientem prohibemus. Idque vel per praetorem fit, vel manu, vel lapilli iactu. *l. 5. §. 10. D. eod. tit. l. 8. §. 1. D. si seruit. vindic.* Vnde haec NVNCIATIO *fieri, locum habere, procedere, tenere*, et contra *cessare, extingui, missa fieri, remitti*, dicitur. Edictum de operis NVNCIATIONE ea sola opera complectitur, quae solo coniuncta sunt, quorum aedificatio vel demolitio videtur opus nouum continere: *d. l. 1. §. 12. D. de op. nou. nunc.* Edictum remediumque operis noui NVNCIATIONIS aduersus futura opera inductum est, hoc est, aduersus ea, quae nondum facta sunt, ne fiant: *l. 1. §. 1. D. eod. tit.* Per NVNCIATIONEM inhibetur opus nouum fieri: *l. 1. D. eod. tit.* NVNCIATIO ibi demum tenet, vbi ius est NVNCIANTI prohibere, ne se inuito fiat. *l. 1. D. de remission.*

NVNCIATOR, qui nouum opus nunciat. *l. 20. §. 13. D. de nou. op. nunc. l. 5. §. 6. D. eod. tit.* ¶. 2. NVNCIATORES, etiam sunt delatores. Si non es NVNCIATOR: *l. 3. C. de iniur.* id est, denunciator, vel delator. NVNCIATORES, qui per notoria indicia produnt: *l. 6. §. 3. C. ad SC. Turpillian.* ¶. 3. In primis NVNCIATOR dicitur, qui fisco nunciat. Caussae, quae a priore NVNCIATORE proditae dicantur. *l. 1. §. vlt. de iur. fisc.*

NVNCIVS, ait Festus, *et res ipsa, et persona dicitur.* Seru. *in Lib. XI. Aen. v. 869. Vt supra etiam diximus*, NVNCIVS *est, tam quod nunciatur, quam qui nunciat.* NVNCIVM, *quod nunciatur.* Quod ait: *supra se dixisse*, id pertinet *ad Lib. VI. Aen. v. 45 6.* quo loco inquit: *Sane qui nunciat, genere tantum masculino: quod autem nunciatur, licet neutro dicatur, apud Catullum tamen inuenitur etiam masculino.* Isidor. *Lib. X. p. 1081. Orig.* NVNCIVS, *qui nunciat, et quod nunciatur, id est ἄγγελος, καὶ ἀγγελία. Sed* NVNCIVS *ipse homo genere masculino, id vero, quod nunciatur, genere neutro, vt hoc* NVNCIVM *et haec* NVNCIA. Et quidem NVNCIVS rem significat in his exemplis: NVNCIVM perferendum suscipere: *l. 1. D. de procurat.* Quasi certiore NVNCIO adlato: *l. 2. D. quis ord. in poss.* NVNCIORVM faustorum gaudia: *l. 3. C. Theod. ne quid publ. laetit.* NVNCIORVM gerulus. *l. 1. C. eod. tit. Lib. XII.* In persona vero NVNCIVS est, qui specialiter certi negotii gratia ad aliquem destinatur, et absenti ministerium praebet. Societatem coire et per NVNCIVM posse nos, dubium non est: *l. 4. D. pro soc.* Precaria possessio inter absentes per NVNCIVM constitui potest: *l. 9. D. de precar.* Constituere absentes per NVNCIVM possumus: *l. 14. D. de pecun. constit.* Quae consensu fiunt, obligationes inter absentes quoque per NVNCIVM contrahuntur: *l. 2. D. de oblig. et act.* Emtio inter absentes contrahi potest et per NVNCIVM: *l. 1. §. vlt. D. de contr. emt.* Conuenire posse per NVNCIVM: *l. 2. D. de pact.* Arbiter adesse litigatores per NVNCIVM iussit: *l. 49. §. 1. D. de recept. arbitr.* Per NVNCIVM mandatum suscipi potest: *l. 1. D. mandat.* Mandari potest procuratio per NVNCIVM: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 3. §. 1.* Mulierem absenti per NVNCIVM eius nubere placet: at ex NVNCIO suo duci ab marito non potest: *l. 5. D. de rit. nupt.* Si per NVNCIVM quis restituat hereditatem, audietur: *l. 37. D. ad SC. Trebell.* Absentes per NVNCIVM significare possunt: *l. 65. §. 3. D. eod. tit.* Si pater vetuisset per NVNCIVM. *l. 4. D. de manumiss. vind.* Per NVNCIVM autem illis omnibus locis idem est, ac *per internuncium*, *vt l. vlt. D. de sponsal. et l. 25. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered.*

¶. 2. NVNCIVM etiam pro repudio vsurpant. *l. 3. C. de repud.* Et ita NVNCIVM mittere, est repudiare, et repudium mittere, vt loquitur *l. 4. l. 8. D. de diuort.* seu libellum diuortii tradendum mittere, eoque modo matrimonium dissoluere: vt *l. 7. D. eod. tit.* NVNCIVM ergo mittere et remittere coniuges dicuntur. *l. 2. C. de repud.* Eam personam, quae furore detenta est, quia sensum non habet, NVNCIVM mittere non posse: *l. 22. §. 7. D. solut. matrim.* Sequutis nuptiis, misso deinde NVNCIO et remisso: item ante NVNCIVM remissum: *l. 7. §. vlt. D. de iur. dot.* Cic. *Topic. Cap. IV. Si mulier, quum fuisset nupta cum eo, quicum connubii ius non esset,* NVNCIVM *remisit.* Idem *Lib. I. ad Attic. Epist. 13. Deinde ex SC. Consules rogationem promulgasse: vxori Caesarem* NVNCIVM *remisisse.* Apulei. *Lib. IX. de asin. aur. p. 230. Nec secius pistor ille* NVNCIVM *remisit vxori, eamque protinus de sua proturbauit domo.* Sed nec vxor tantum, verum etiam pater NVNCIVM mittere ac remittere dicitur. *l. 5. §. vlt. D. de iur. dot. l. 8. D. de diuort.* Si socer nurui NVNCIVM remiserit: *l. 32. §. 19. D. de donat. int. vir. et vx.* Neque nuptiae modo, sed et sponsalia, NVNCIO misso, dirimi dicuntur, sponsamque, necdum vxorem NVNCIVM mittere legimus. Inuito patrono NVNCIVM sponsa liberta misit: *l. 45. §. 4. D. de rit. nupt.* Si pupillae tutores ad finienda sponsalia NVNCIVM miserunt, non putarem sufficcturum, ad dissoluendam nuptiarum spem, hunc NVNCIVM: *l. 6. D. de sponsal.* In potestate manente filia pater sponso NVNCIVM remittere potest, et sponsalia dissoluere: enimuero si emancipata sit, non potest NVNCIVM remittere: *l. 10. D. eod. tit.* Et ita, antequam nuptiae fuerint sequutae, NVNCIVS remitti dicitur. *l. 7. §. 3. l. 21. D. de iur. dot.* Μεταφορικῶς NVNCIVM mittere, est valere iubere, vel deserere quid. Cicero *Lib. XV. ad famil. Ep. 16. Quare si iam biennium, aut triennium est, quum virtuti* NVNCIVM *remisisti, delinitus illecebris voluptatis.*

NVNCVPARE, decemuirale verbum, vt adparet ex his XII. Tabularum verbis: QVVM NEXVM FACIET MANCIPIVMQVE, VTI LINGVA NVNCVPASSIT, ITA IVS ESTO: hoc est, vt Festus interpretatur, ita vti nominabit, loquutus erit, ita ius esto. Varro *Lib. V. de Lingu. Lat.* NVNCVPARE, *nominare valere, adparet in legibus, vbi* NVNCVPATA *pecuniae sunt scriptae.* Festus: NVNCVPATA *pecu-*

 nia

nia est, vt ait Cincius libro secundo de officio iurisconsulti, Nomina certa, nominibus propriis pronunciata. Vetus Glossarium: NVNCVPARE, *est palam nominare et confirmare.* Ita NVNCVPARE heredem, est pronunciare, et verbis exprimere et nominare, vt loquitur *l. 12. D. de iur. patron.* NVNCVPARE vero heredes, et *scribere*, opponuntur. *l. 21. pr. D. qui testam. fac. poss. l. 8. §. vlt. D. de bon. poss. sec. tab.* Institutum heredem eum quoque dicimus, qui scriptus non est, sed solummodo NVNCVPATVS: *l. 1. §. 1. D. de hered. inst.* Si palam heres NVNCVPATVS sit: *l. vlt. D. de iur. codicill.* Heredibus primis NVNCVPATIS, priusquam secundos exprimeret heredes? *l. 25. D. qui testam. fac. poss.* Sueton. *in Calig. Cap. XXXVIII. Quo metu iniecto, quum iam et ab ignotis inter familiares et a parentibus inter liberos palam heres* NVNCVPARETVR, *decisores vocabat, quod post nuncupationem viuere perseuerassent.* Idem *in Claud. Cap. III. Ac ne heredem quidem, nisi inter tertios ac penitus extraneos ex parte sexta* NVNCVPAVIT. Plinius *Lib. XIV. Hist. Nat. Cap. 22. Nam etsi non voce* NVNCVPATVS *heres, iudicio tamen electus esse videbatur.* Quod quis obscurius in testamento vel NVNCVPAT vel scribit: *l. 21. §. 1. D. qui testam. fac. poss.* [Plus NVNCVPATVM, minus scriptum: *l. 1. §. 5. l. 9. §. 2. D. de hered. instit.* ¶ 2. NVNCVPARI testamentum dicebatur, quoties testaturus per aes et libram, peracto mancipationis ritu, tabulas testamenti tenens, ita dicit: HAEC VT IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO, ITA LEGO, ITA TESTOR, ITAQVE VOS, QVIRITES, TESTIMONIVM PRAEBITOTE. Quae nuncupatio et testatio vocatur ab Vlpiano, *tit. XX. Regul. §. 8.* et, qui ex eo repetit, Isidoro *Lib. V. Etymolog. Cap. 42.*

NVNCVPATIO, *scripturae* opponitur. Si pater sibi per *scripturam*; filio per NVNCVPATIONEM, vel contra fecerit testamentum: *l. 20. §. vlt. D. de vulg. et pupill. substit.* Quidam filio impuberi per NVNCVPATIONEM substituit: *l. 8. §. vlt. D. de bon. poss. secund. tab.* Vnde per NVNCVPATIONEM testamenta, id est, *sine scriptura*, vt interpretatur Theodosius, *l. 21. C. de testam.* et *l. 8. C. qui testam. fac. poss.* Ceterum vt testamento per scripturam facto bonorum possessio secundum tabulas; ita per NVNCVPATIONEM facto, bonorum possessio secundum NVNCVPATIONEM defertur. *l. vlt. C. de bon. possess. sec. tab.*

NVNDINAE. Eas, teste Festo, *feriarum diem esse voluerunt antiqui, vt rustici conuenirent, mercandi vendendique caussa, eumque nefastum, ne si liceret cum populo agi, interpellarentur nundinatores.* Earum originem Dionysii Halicarnass. *Lib. II. p. 98.* ad Romulum refert, his verbis: Ἐπὶ τοῖς κατ' ἀγρὸν ἔργοις ἐθίζων ἅπαντας μένειν, πλὴν εἴ ποτε δεηθεῖεν ἀγορᾶς· τότε δ' εἰς ἄστυ συνιόντας ἀγοράζειν ἐνάτην ὁρίζων ἡμέραν ταῖς ἀγοραῖς. *Omnes adsuefaciens, vt ruri manentes incumberent operi rustico, nisi si quando opus esset mercatu, tum enim in vrbem iri posse ac emi necessaria nona quaque die* NVNDINIS *adsignata.* Apertius vero, quid essent NVNDINAE, idem Halicarnasseus *Lib. VII. p. 463.* Αἱ δὲ ἀγοραὶ Ῥωμαίοις ἐγίνοντο, ὡς καὶ μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων, δι' ἡμέρας ἐνάτης· Ἐν δὲ ταύταις συνιόντες ἐκ τῶν ἀγρῶν οἱ δημοτικοὶ εἰς τὴν πόλιν τάς τε ἀμείψεις ἐποιοῦντο τῶν ὠνίων, καὶ τὰς δίκας παρ' ἀλλήλων ἐλάμβανον. NVNDINAE *autem apud Romanos nono quoque die celebrabantur, vt nunc etiam. Iis* NVNDINIS *plebs agrestis in vrbem confluebat, venaliaque permutabat, et iure inter se agebat.* NVNDINAS etiam significat Dio Cass. *Lib. XL. p. 142.* Καὶ τοῦτο οὔτε τι ἄλλο χρηστὸν συνέβη, καὶ ἡ ἀγορὰ, ἡ διὰ τῶν ἐννέα ἀεὶ ἡμερῶν ἀγομένη ἐν αὐτῇ τε τῇ Ἰανουαρίᾳ νουμηνίᾳ ἤχθη. *Ea res cum aliis malis ansam praebuit, tum vt* NVNDINAE, *quae nono quoque die celebrabantur, ipsis Kelendis Ianuariis agerentur, effecit.* Idemque *Lib. XLVIII. p. 377.* NVNDINAS τὴν ἀγορὰν, τὴν διὰ τῶν ἐννέα ἡμερῶν ἀγομένην, *mercatum nono quoque die haberi solitum, vocat.* Omnis se turpibus NVNDINIS, id est, nundinationibus, administrator abstineat: *l. 5. C. Theod. de iis quae administr. vel offic. Lib. VIII. tit. 14.* NVNDINARVM diebus dari stipuletur: *l. 138. D. de verb. oblig.* Die NVNDINARVM quas ibi posui: *l. 20. §. 1. D. de ann. legat.* NVNDINIS impetratis a principe: *l. 1. D. de nundin.* Qui NVNDINARVM licentiam veterum indulto, vel nostra auctoritate meruerunt: *l. 1. C. de nundin. et mercat.* In eum, qui quid NVNDINARVM nomine aduersus communem vtilitatem acceperit, omni tempore ius dicitur: *l. 3. §. vlt. D. de fer.* NVNDINAE certae ciuitatibus et territoriis ordinentur *Nouell. Theodos. et Valentin. vnica tit. 51.* Quum conueniret, vt vnus reliquis NVNDINAS, id est, epulas praestaret. *l. 69. D. pro soc.* Vid. quae de hoc loco supra dicta *Lib. V.* sub articulo EPVLAE.

NVNDINARI. NVNDINANDI copia: *l. 2. C. de exhib. et transmitt. reis l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 2.* NVNDINARI vero nihil aliud est, quam emolumentum et commodum aliquod et ferme furtiuum, vt vocatur *lez. C. Theod. de liberal. causs.* quaerere. Quo sensu pariter haec vox accipienda in *l. 10. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.*] At in *l. 2. C. de exhib. et transm. reis* agitur de reis exhibendis et transmittendis eisque indulgentur triginta non minus dies, ad disponendas res suas componendosque moestos penates: *nulla remanente apud eum, qui ad exhibendum missus est, copia* NVNDINANDI. Quale vero emolumentum et commodum furtiuum nundinando quaereret reus, qui feralem quotidie exspectat sententiam? Potius ergo NVNDINARI eo loco est *corrumpere*, sensusque est, reo exhibito nullam relinquendam esse facultatem vel commentariensem, vel accusatorem, vel ipsos iudices pecunia corrumpendi. HEIN.

[NVNDINATIO, *l. vlt. C. Theod. de his, qui cum dispens. contrax. Lib. X. tit. 24.*] itidem pro corruptione ponitur: idque vocabulum et iis, qui corrumpunt, et qui corrumpi se patiuntur, tribuitur, sicuti apud Sueton. *in Tito Cap. VII. Constabat, in cognitionibus patris* NVNDINARI *prae-*

praemiarique ſolitum. Sic et NVNDINATIONEM *iuris* dixit Cicero *agraria I. Cap. 3.* HEIN. ¶. 2. [NVNDINATIO tamen aliquando et in bonam partem accipitur, veluti in *l. 32. C. Theod. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.* vbi aeſtimationem ſeu pretium denotat.]

NVP.

NVPER, ait Feſtus, *quaſi nouiter.* NVPER conſtitutum eſt a principe: *l. 85. D. de legat. III.* NVPER ex indulgentia principis Antonini recepta eſt alia cauſſa donationis: *l. 42. D. de donat. int. vir. et vxor.* Et hoc NVPER Imperator Antoninus ad libellum reſcripſit. *l. 23. D. de vſu et vſufr. legat.*

NVPTALITIVS, A, VM. Munus NVPTALITIVM: *l. 194. D. de verb. ſignif.*

NVPTIAE, vt ait, Modeſtinus, coniunctio ſunt maris et feminae, et conſortium omnis vitae, diuini et humani iuris communicatio. *l. 1. D. de rit. nupt.* Iuſtiniano NVPTIAE, ſiue matrimonium, viri et mulieris coniunctio, indiuiduam vitae conſuetudinem continens. *§. 1. Inſt. de patr. poteſt.* Cuius vocis varias notationes Feſtus adfert. Probabilior vero eſt illa, quam Aelio Gallo et Cincio placuiſſe, tradit, *quia flammeo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere vocarint.* Ac plane Varro NVPTIAS ab *nuptu*, id eſt, opertione, dictas *Lib. III. de lingu. Lat.* ſcribit. Vnde et NVPTIARVM nomen proprie ad mulieres pertinere, quidam exiſtimant, eaque gratia ſecundum perſonas vtriusque ſexus NVPTIAS et *matrimonium* in aliquot locis diſtingui, veluti *l. 10. l. 11. D. de rit. nupt. §. pen. Inſt. de nupt. §. 2. Inſt. de heredit. quae ab inteſt. defer. § 1. Inſt. de patr.* ☞ *poteſt.* Verum eſt, in iure noſtro tantum non vbique diſcerni NVPTIAS, vel *connubium*, quod eiusdem originis eſt, et *matrimonium*: ſed eos quam maxime fugit ratio, qui in eo hoc diſcrimen ponunt, quod NVPTIAE tantum ad feminas; *matrimonium* ad vtrumque coniugem pertineant. Nam et viri, veluti mutus, ſurdus, caecus, NVPTIAS contrahere poſſe dicuntur, *l. 73. pr. D. de iur. dot.* itemque liberi vtriusque ſexus; *l. 10. D. de rit. nupt.* filius vel filia: *l. 11. D. eod. tit.* Potius ergo in eo conſiſtit differentia, quod NVPTIAE et *connubium* ſint vocabula iuris ciuilis, ac proinde NVPTIAE inter ſolos ciues Romanos Romanasque conſiſterent: *pr. Inſt. de nupt.* peregrini contra non habere dicerentur *ius connubii.* Vlpian. *tit. V. §. 4. et 8.* quum contra *matrimonium* eſſet vocabulum iuris gentium, idque omnes ingenui, etiam inter quos non erat ius connubii, recte contraherent. Hinc in iure noſtro matrimonium dicitur etiam de eo, qui vxorem iniuſtam habet: *l. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Et quamuis maximam mediamue capitis deminutionem paſſi paſſaeue in connubio, et nuptae eſſe, deſinant; *l. 56. D. ſolut. matrimon.* manebat tamen inter eos vitae conſuetudo et matrimonium, *l. 13. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* id eſt, *matrimonium ſine connubio*, vti eleganter loquitur Papinianus apud auctorem *Col-*

lat. Leg. Moſaic. et Romanar. tit. IV. §. 5. HEIN. ¶. 2. Hinc pertinent loquutiones; quarumdam NVPTIIS abſtinendum; *§. 6. Inſt. de nupt.* [NVPTIAS celebrare: *l. 21. C. de oper. publ.*] NVPTIIS conſentire: *l. 48. D. de oper. libert.* NVPTIAE conſiſtunt: *l. 2. D. de rit. nupt.* NVPTIAS contrahere: *l. 73. D. de iur. dot. l. 10. l. 50. l. 3. l. 11 l. 12. §. 1. l. 34. §. 2. et l. 60. §. 5. D. de rit. nupt.* NVPTIAS non concubitus, ſed conſenſus facit: *l. 15. D. de condit. et demonſtr. l. 31. D. de diuerſ. reg. iuris.* NVPTIAE factae: *l. 17. D. de pact. dotal. l. 19. D. de ſtat. homin.* Niſi ipſa NVPTIARVM acceſſerit feſtiuitas: *l. 24. C. de nupt.* NVPTIAE contrahentium conſenſu fiunt: *l. 11. D. de ſponſal.* NVPTIAE honeſtae; *l. 44. §. 6 D. de rit. nupt.* NVPTIAE impediuntur: *l. 60 §. 4. D. eod. tit.* NVPTIAE inceſtae: vid ſupra *Lib IX.* Si ei coniuncta ſit, cuius NVPTIIS ei interdictum ſit: *l. 10. D. de condit. et demonſtr.* NVPTIAE legitimae: *l. 19. D de ſtat. hom. l. 10. D. de rit. nupt.* NVPTIAE primae; *l. 77. §. 9. D. de legat. II.* NVPTIAE prohibitae: *l. vlt. D. de legat. I.* NVPTIAE ſecundae; *l. 77. §. 9. D. de legat III.* Sollicitatores alienarum NVPTIARVM: *l. 1. pr. D. de extraord. crim.* NVPTIAE fiunt, licet teſtatio ſine ſcriptis habita ſit: *l. 4. D. de fid. inſtr.* NVPTIAE non ſunt ſi ſenatoris filia libertino, contra SC. vel prouincialis mulier ei, qui ibi meret, contra mandata nupſit: *l. 3. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.*

NVPTIALIS, E. NVPTIALIA inſtrumenta: *l. 10. l. 11. C. de natural. lib.* id eſt, dotalia inſtrumenta, vt vocat Iuſtinianus *§. vlt. Inſt. de nupt. et §. 2. Inſt. de hered. quae ab inteſt. def.* NVPTIALE iugum: *l. 10. D. de condit. et demonſtr.* NVPTIALE munus: *l. 13. D. de adminiſtr. et peric. tut. l. 1. §. 4. D. de tutel. et rat. diſtr.*

NVR.

NVRVS adpellatur filii vxor. *l. 4. §. 5. D. de grad. et adfin. l. 14. §. 4 D. de rit. nupt. l. 5. D. de vſu et habitat. l. 7. D. de dot. praeleg.* ἡ τῦ ὑιῦ γαμετὴ ait Theophil. *§. 6. Inſt. de nupt.* Sponſa filii NVRVS non proprie dicitur: *l. 12. §. 1. D. de rit. nupt.* NVRVS tamen adpellatione eam contineri, ait Vlpianus, *l. 6. §. vlt. D. de grad. et adfin.* et Seruius Sulpicius recte dicebat, NVRVS adpellationem etiam ex ſponſalibus adquiri. *l. 8. D. eod. tit.* Immo NVRVS adpellatio etiam ad pronurum et vltra porrigenda eſt. *l. 50. D. de verb. ſignific.* Proinde quod ad cauſſam prohibitarum nuptiarum attinet, NVRVS adpellatione non tantum filii vxor, ſed et nepotis et pronepotis continetur. *l. 14. §. 4. D. de rit. nupt.* Edicto quoque, *qui ſatisdare cogantur*, NVRVM etiam pronurum, et deinceps, accipere debemus. *l. 2. §. 2. et §. 3. D. qui ſatisd. cog.* Similiterque in edicto *de poſtulando*, cuius verba referuntur *l. 1. §. vlt. D. de poſtul.* NVRVS adpellatione etiam vlteriores, quibus PRO praepoſitio ſolet accedere, continentur. *l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* Denique in Edicto *de legatis praeſtandis*, NVRVS adpellatione et pronurum, ceteraſque contineri, nulla dubitatio eſt.

 l. 8.

l. 8. §. 4. D. de legat. praest. Si adhuc NVRVS tua est, id est, si adhuc nupta est filio tuo: *§. 6. Inst. de nupt.* NVRVS loco est vxor filii adoptiui. *l. 14. D. de rit. nupt.*

NVS.

NVSQVAM est, id est, non est. *l. 38. §. vlt. de furt.* NVSQVAM fecit mentionem: *l. 1. §. 10. D. de ventr. in possess. mitt.* Aliquando pro eo ponitur NEC VSQVAM. e. g. Quod nec vsquam relatum est, nec vmquam receptum. *l. 1. D. de senator.*

NVT.

[NVTARE dicitur census magistratuum Antiochenorum: *l. 169. C. Theodos. de decurion. Lib. XII. tit. I.* NVTARE neglecta opera. *l. 29. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*]

NVTRICIVS, A, VM. NVTRICIA, mercedes, quae nutricibus ob alimoniam infantium debentur. Ad nutrices officium praesidis vel praetoris deuenit: Sed NVTRICIA eo vsque producemus, quoad infantes vberibus aluntur. *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* Sunt, quibus et hoc vocabulum barbarum videtur. Sed est vere adiectiuum, subintelligiturque pretia; quemadmodum Seneca *consol. ad Helu. Cap. XVII.* subintellexit officium, pro eoque absolute posuit NVTRICIVM. Vid. Car. Andr. Ducker *de Latinit. iurisc. p. 413.* HEIN.

NVTRIRE, alere. Si iudex NVTRIRI, vel ali oportere, pronunciauerit; *l. 10. D. de his, qui sui vel alien. iur.* Alumnum, in quo NVTRIENDO propensiorem animum fecerint; *l. 14. D. de de manumiss. vind.* NVTRIENDVS in villam missus. *l. 210. de verb. signif.* ¶. 2. Μεταφορικῶς NVTRIRE est augere. Ipsis commodum cumulum debiti minime NVTRIRI, id est, augeri: *l. 2. C. de debit. ciuit.* [NVTRITA licentia: *l. 32. C. Theod. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.* NVTRIRE inueteratum malum longa ac diuturna meditatione. *l. 41. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

NVTRITOR. Praedia NVTRITORI suo legauit. *l. 27. D. de instruct. vel instr. leg.*

NVTRIX. *l. vlt. D. pro derelict. l. 13. D. de manumiss. vindict.* NVTRICES ob alimoniam infantium apud praesidem, quod sibi debetur, petunt. *l. 1. §. 12. D. de extraord. cogn.* [NVTRICVM fabulis et panis persuasionibus parentum custodiae saepe deluduntur: *l. 1. C. Theod. de rapt. virgin. vel viduar. Lib. XI. tit. 24.*]

NVTVS, gestus, quo animi sententiam significamus. Adsignare quis libertum potest vel NVTV: *l. 1. §. 3. D. de adsign. lib.* NVTV solo pleraque consistunt: *l. 52. §. vlt. D. de obl. et act.* NVTV, vbi fari non potest: *l. 17. D. de nouat.* NVTV etiam relinquitur fideicommissum: *l. 21. D. de legat. III.* Muti, si auditus capaces sunt,

vel interrogati NVTV possint significare: *l. 65. §. 3. D. de SC. Trebell.* ¶. 2. NVTVS, pro voluntate. [Quae digna NVTV vel indulgentia nostrae clementiae probabuntur; *l. 14. C. Theod. de legat. et decret. Lib. XII. tit. 12.*] Fideicommissa libertas potest valere ex NVTV heredis: *l. 46. D. de fideic. libert.* [NVTV nostro. *l. 9. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.* NVTV nostri numinis: *l. 13. C. Theod. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.* Quae NVTVM desiderant principalem: *l. 22. C. Theod. de diuers. offic. Lib. VIII. tit. 7.* NVTV serenitatis. *l. 8. in fine C. Theod. de agent. in reb.*]

NVX.

NVX. Eius fit mentio *l. 205. D. de verb. signif.* vbi NVCES adpellatione pomi contineri, traditur. Macrobius vtique *Lib. III. Saturnal. Cap. 19.* NVCES ex quorumdam sententia dici *omne pomum, quod foris duro tegatur, et intus habeat, quod esui est*, scribit: et a *malo* distingui docet. NVCVM etiam varia genera idem *eiusdem libri Cap. XVIII.* enumerat.

NY.

ΝΥΚΤΑΛΩΨ, Vlpiano est, qui neque matutino tempore videt, neque vespertino. *l. 10. §. 3. D. de Aedil. edict.* Paullus Aegineta *Lib. III. Cap. 22.* ΝΥΚΤΑΛΩΠΑ λέγουσιν, ὅταν συμβῇ τὴν μὲν ἡμέραν βλέπειν δυομένου δὲ ἡλίου ἀμαυρότερον ὁρᾶν· νυκτὸς δε γενόμενης οὐδαμῶς ὁρᾶν. NYCTALOPEM *vocant eum, cui id accidit, vt interdiu quidem videat, occidente sole videat obscurius: noctu vero plane non videat.* Quibus verbis etiam *Aetius Lib. VII.* νυκτάλωπα definit. Alexander Trallian. *Lib. II.* πρὸς δὲ τοὺς κατοψὲ μὴ βλέποντας, οὓς νυκτάλωπας ὀνομάζουσιν. *Quod ad eos attinet, qui vesperi minus vident, quos* NYCTALOPES *vocant.* Actuarius *Lib. II.* περὶ διαγνώσ. παθημ. *Cap. VII.* ΝΥΚΤΑΛΩΠΑΣ δὲ φασιν, οἱ περὶ γῆν μὲν ὄντος φωτὸς βλέπουσι· δυομένου δὲ, ἀμβλυώττουσι, νυκτὸς δὲ ἤδη καταλαβούσης οὐδὲν ὁρῶσι. NYCTALOPES *aiunt esse, qui sole super terras lucente vident, occidente eodem, caecutiunt, aduentante nocte nihil omnino videt.* Plinius quoque cui belle cum medicis conuenit, *Lib. XXVIII. Cap. II.* νυκτάλωπας a Graecis dictos tradit, quos Latini *lusciosos* vocant. Idem *Lib. VIII. Cap. 50.* de capris agens: *Tradunt et noctu non minus cernere, quam interdiu. Ideo si caprinum iecur vescantur, restitui vespertinam aciem his, quos* NYCTALOPAS *vocant.* Cuiusmodi oculorum vitium Oribasius *Lib. IV. Cap. 17.* ita definit: ΝΥΚΤΑΛΩΠΙΑΣΙΣ ἐστὶν, ὅταν τὴν ἡμέραν ἀμέμπτως βλέπωσι· τῆς δὲ νυκτὸς προσαγούσης χεῖρον. NYCTALOPIASIS *est, quando quidam interdiu recte vident, adpropinquante vero nocte deterius.*

[ΝΥΚΤΟΣΤΡΑΤΗΓΟΣ, *l. vlt. §. 12. D. de muner. et honor.* vbi Dionys. Gothofred. *in not. o.*] Vid. supra NICOSTRATEGVS. Ita enim in vulgata et Haloandrina perperam legitur: cum manifesto NYCTOSTRATEGI intelligantur, id est, cohortes vigilum. HEIN.

NYM.

NYMPHAEVM, non est, vt quidam sibi falso persuadent, lauacrum publicum muliebre. Nam a thermis, a quibus re et nomine distant, separantur non modo in *l. 5. et l. 6. de aquaeduct. Lib. XI.* verum etiam in descriptionibus Romae vtriusque. Sane Zonaras cum Cedreno hoc nomine adpellatus scribit aedes publicas, quae nuptiarum festiuitati nuptialibusque epulis ac choreis deseruiebant: cuiusmodi aedes olim aeque publice praebebantur, quo solent hodie aulae, multitudinis capaces, nuptiis celebrandis conduci. Atque huic vsui inseruiisse NYMPHAEVM illud, quod Leonis magni temporibus incendio absumtum fuit. Zonar. *Annal. Tomo III. p. 41.* Καὶ τὸ καλούμενον νυμφαῖον οἶκον ἕτερον ἀντικρὺ κείμενον τοῦ προῤῥηθέντος οἴκου, ἐκ τοῦ τοὺς γάμους γίνεσθαι ἐν αὐτῷ χρηματίζοντα, τῶν μὴ κεκτημένων οἴκους, χωροῦντας πλῆθος ἐν ἑαυτοῖς. *Et aliam domum, e regione huic sitam, NYMPHAEVM, nomine ex eo indito, quod ibi nuptias celebrarent, qui carebant propriis aedibus, capacibus multitudinis.* Similiter et Cedrenus *p. 286.* inter ea opera, quae incendio illo conflagrarunt, numerat etiam ΝΥΜΦΑΙΟΝ, ἐν ᾧπερ οἱ γάμοι ἐγίνοντο τῶν οὐκ ἐχόντων οἴκους, *in quo fiebant nuptiae eorum, qui domibus carebant.* ¶. 2. Quae vocis huius interpretatio etsi duorum idoneorum et locupletium testium fide nitatur: inficiari tamen non possumus, alio quoque sensu NYMPHAEA vsurpata. Nam vt Graecis νύμφη, tam πηγὴν, *fontem*, quam νεόγαμον *sponsam* significat, Suida teste: ita praeter ista nuptialia NYMPHAEA fuisse, quae aquae copiam populo praebebant, non dubium est. Etenim in NYMPHAEIS non minus, quam in thermis, ex aquaeductu fistulis aquam ductam, docet *l. 6. C. de aquaeduct. Lib. XI.* Nec tamen in NYMPHAEA cadunt haec Suidae: *Tom I. p. 693.* ΝΙΜΦΙΚΑ λουτρὰ, τὰ μήλια λουτρὰ ἢν ἀπὸ κρήνης ἀποδεδειγμένης, quae ita repone: Νυμφικὰ λουτρὰ, γαμήλια λουτρά. Νυμφικὰ *vocabantur nuptialia lauacra, quae ex fonte, qui erat in foro, sumebantur.* Moris enim erat apud Athenienses, vt illi, qui nuptias faciebant, lauacra ipso nuptiarum die sibi adferenda curarent, misso ad id puero mare, qui genere proximus erat. Et hic dicebatur λουτροφορεῖν, ipse vero λουτροφόρος, vt docent idem Suidas *in his vocibus Tom. II. p. 460.* Harpocration, et, qui hunc ritum pluribus descripsit, Io. Meurs *in Ceramico gemino Cap. XIV.* Talia ergo lauacra, quibus nuptias facientes perfundebantur, dici solebant νυμφικὰ λοῦτρα, *lauacra nuptialia.* HEIN. Ac plane νυμφαῖον interdum ὑδρεῖον significasse Cedrenus, Socrati comparatus, testatur. Vt enim eius aquae gratia, quam Valens post Procopium bello superatum in vrbem Constantinopolitanam induxit, a praefecto vrbi νυμφαῖον aedificatum ille memorat: ita hic eamdem rem ὑδρεῖον constructum, narrat. Illius verba *p. 255.* sunt haec: ὡς δὲ μετὰ τὴν νίκην Προκοπίου. ἐπανῆλθεν Οὐάλης, φιλοτιμεῖται τὴν πόλιν ὑδάτων πλήθει, κατασκευασάμενος ὁλκὸν, ὃν Οὐάλεντα ὠνόμασε, καὶ ὁ τότε τῆς πόλεως ἔπαρχος τὴν ἐκ τοῦ γεγονότος τῇ πόλει χαρὰν ἐπιδεικνὺς, νυμφαῖον κατασκευασάμενος ἐν τῷ Ταύρῳ, τῷ μεγέθει τῆς πόλεως ἄξιον, ἱερομηνίαν ἐπετέλεσεν. *Victo Procopio, Valens reuersus, magnifico vrbem aquaeductu exornauit, quem Valentem adpellauit, vnde magna aquae copia vrbi fuit. Ac tum praefectus vrbi, gaudium, eius beneficii caussa obortum, vt ostenderet,* NYMPHAEVM *condidit in Tauro, magnitudine vrbis dignum, diemque festum egit.* Socratis vero *Libro IV. Hist. eccles. Cap. 8.* verba ita habent: Συνέβη, τὸν ὁλκὸν τοῦ ὕδατος ὑπὸ Οὐάλεντος κατασκευασθέντα δαψιλὲς παρασχεῖν τῇ Κωνσταντινουπόλει τὸ ὕδωρ - - τοῦ ὑδραγωγοῦ γὰρ εἰσαχθέντος εἰς τὴν πόλιν, Κλέαρχος, ἔπαρχος (sic enim emenda,) ὢν τῆς πόλεως, ὑδρεῖον μέγιστον κατεσκεύασεν, ἐν τῇ νῦν Θεοδοσίου ἀγορᾷ καλουμένῃ, ὃ ἐφημίσθη δαψιλὲς ὕδωρ. *Postea autem contigit, vt aquaeductus, a Valente aedificatus, maximam aquae copiam vrbi Constantinopolitanae praeberet. - - Quumque aquaeductus ille in vrbem perductus esset, Clearchus praefectus vrbi, in foro, quod nunc Theodosii dicitur, ingens lauacrum aedificauit, quod* δαψιλὲς ὕδωρ, *id est, copiosa aqua adpellatum fuit.* Praeterea quod Iosephus *Lib. I. de bell. Iud. Cap. 16.* Herodis opera recensens ait: κατασκευάσας - - λαοδικεῦσι δὲ τοῖς παραλίοις ὑδάτων εἰσαγωγὴν, Ἀσκαλωνίταις δὲ βαλανεῖα, καὶ κρήνας πολυτελεῖς. hoc Ruffinus ita vertit: *Maritimis autem Laodicensibus aquaeductvm condidit, apud Ascalona vero* NYMPHAEA, *siue lacus ornatissimos et balneas.* [Iul. Capitolinus *in Gordiano III. Cap. XXXII. Opera Gordiano Romae nulla exstant, praeter quaedam NYMPHAEA et balneas.* Vbi Salmasius attulit veterem inscriptionem, itemque aliam Surrentinam, quam truncatam antea ita restituit felicissima manus Reines. *Class. I. Inscr. 200.*

TECTO NYMPHAEO CVM PLVMBO

SVRRENTINORVM DECVRIONVM *Decreto.*

Ad quam ita scribit vir clarissimus: *Erant autem* NYMPHAEA *aedificia publica ambitiosi operis, in quibus aquae corriuatae non lauantium vsibus, sed spectantium delectationi seruabantur, vel etiam salientes exhibebantur, plerumque diuersi generis statuis, alioque cultu exornatae.* A quibus non abludunt, quae ad illum Capitolini locum notauit Salmasius: NYMPHAEA *sunt, quae Graeci vocant* ὑδρεῖα, *Latini aquaria etiam et aquargia dixerunt.* Et rursum: NYMPHAEA *sunt salientes vel fontes, manu structi, aquam in publico eiaculantes.* Addatur Barth. *Lib. IV. Aduersar. Cap. 12.* et *Lib. VIII. Cap. 10.*] Immo iungi in primis meretur, qui solida quaedam de NYMPHAIS congessit Valesius in Notis ad Ammian. Marcell. *Lib. XV. Cap. 7. p. 68.* HEIN. Exstat et in foro Traiani inscriptio huiusmodi, a Grutero *p. CLXXXI, 5.* descripta FLAVIVS PHILIPPVS VIR CLARISSIMVS PRAE.

PRAEFECTVS VRBI NYMPHEVM SORDIVM SQVALORE, FOEDATVM ET MARMORVM NVDITATE DEFORME AD CVLTVM PRISTINVM REVOCAVIT. Ceterum NYMPHAEA Romae quindecim fuisse, Publius Victor tradit. Sane operis ambitiosi NYMPHAEVM in Septizonio Imperatorem Marcum condidisse, Ammianus Marcellinus *Lib. XV. Cap. 7.* memoriae prodidit. Capitolinus quoque *in Gordi ano iuniore Cap. XXXII.* quaedam NYMPHAEA et balnea ab eo condita, memorat. Auctor etiam descriptionis vrbis Constantinopolitanae in regione tertia, quinta et decima quarta, singula NYMPHAEA ponit, in regione vero decima NYMPHAEVM maius. Fuisse et Antiochiae NYMPHAEVM, Euagrius *Lib. II. Hist. eccles. Cap. 12.* narrat. ¶. 3. Sunt qui et fontibus superpositas aediculas Nymphis dicatas, aut Nympharum simulacris ornatas, NYMPHAEA Romae adpellata, censent, suaeque opinioni adstipulari credunt vetera epigrammata. In vno enim est:

Aediculam hanc Nymphis posui: quia saepius vsus
Hoc sum fonte senex tam bene, quam iuuenis.

In altero vero:

Huius Nympha loci, sacri custodia fontis
Dormio; dum blandae sentio murmur aquae.
Parce meum, quisquis tangis caua marmora, somnum
Rumpere: siue bibas, siue lauere, tace.

NYS.

[NYSSENVS Episcopus, Gregorius. *l. 3. C. Theod. de fid. Cathol. Lib. XVI. tit. 1. Nyssam* autem vrbem in Pontica dioecesi fuisse, eadem lex ostendit]

DE

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XIII.

[OASIS, insula. Mutere in Gypsum et OASIN. *l. vlt. §. 2. C. de poen.*] At non fuit insula, sed oppidum in Libyae tractu deserto et tristi, de quo infra sub articulo OVASIS erit dicendi locus. HEIN.

OB.

OB, praepositio, obseruante Festo, *alias ponitur pro circum, vt quum dicimus vrbem obsideri, obsignari, obuallari: alias ponitur in vicem praepositionis, quae est propter, vt* OB *merita*, OB *superatos hostes.* [Priore sensu accipitur in XII. Tabulis, in illis: *cui testimonium defuerit, is tertiis diebus* OB *portum obuagulatum ito.*] Habetur haec lex apud eumdem Festum, voce *portum*, vbi OB *portum*, idem est, ac ad domum, vel circa domum, vt idem docet in *vagulatum.* Eodem modo dici videtur a Marcello: *Si caussam adrogationis* OB *alia probabit*, id est, si circa alia iustam caussam, cur pupillum adrogare velit, adprobauerit. *l. 18. D. de adopt.* HEIN. ¶. 2. Plerumque vero OB idem est ac propter. Sic: OB accusandum, vel non accusandum: *l. 6. pr. §. vlt. et l. 7. D. ad leg. Iul. repetund.* OB has caussas: *l. 73. §. vlt. D. de iur. dot.* OB honorem sollicitatio facta vel promissum opus: *l. 3. D. de pollicitationib.* OB id: *l. 13. D. de condict. indeb.* OB inultam mortem: *l. 39. D. famil. ercisc.* id est, propter, vt *l. 9. D. de SC. Silan.* OB negligentiam: *l. 8. D. de custod. reor.* OB rem non defensam: *l. 3. §. 9. l. 13. D. iudic. solu. l. 14. §. 1. l. 16. D. eod. tit. l. 33. D. de fideiussor. l. 14. D. indic. solu.* Alia exempla pete ex *l. 47. §. 1. D. de pecul. l. 24. et l. 25. D. mandat.* [OB referendam vicem sponsione se constringere: *l. 1. pr. C. de suffrag.* id est, ad referendam vicem.]

OBC.

OBCANTARE, vide infra OCCANTARE.

OBCLAVDERE, vide OCCLVDERE.

OBD.

OBDORMIRE, vel OBDORMISCERE, in somnum incidere. OBDORMIRE ad fornacem: *l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.* et in *Collat. Leg. Mos. et Roman. tit. XII. §. 7.*

OBDVCERE. [OBDVCITVR

vmbra exquisitae defensionis, aut muniminis, id est, obtenditur. *l. 3. C. de apostat.*]

[OBDVRARE. In OBDVRATA malitia permanere. *l. 2. C. de exactor. tributor. Lib. X. tit. 19. l. 3. C. Theod. de exaction. Lib. XI. tit. 7.*]

OBE.

OBEDIRE, obtemperare, obsequi, et vt Festus ait, *obaudire*, id est, dicto audientem esse. Sic: Qui quum OBEDIRE deberent, non obsequuntur: *l. 53. §. vlt. D. de re iudicat.* OBEDIRE legibus patriae et prouinciae suae: *l. 3. §. 1. D. de muner. et honor.*

OBESSE, id est, obstare, officere, nocere. Si OBEST exceptio, vel non OBEST: *l. 11. l. 30. § vlt. D. de except. rei iudic.* id est, obstare, vel non. Non debere OBESSE seruo factum domini: *l. 5. §. 4. D. de his, quae vt indign.* Factum tuum filiis tuis OBESSE non debet: *l. 1. C. de liberal. causs.* Non OFFVISSE famae mulieris quaestum in seruitute factum: *l. 24. D. de his, quae vt indign.* Non OBEST hoc patrui filio: *l. 14. §. 3. D. de bon. libert.* Non OBESSE filio ademtam hereditatem: *l. 9. C. de testam. milit.* Nec eam rem OBESSE legatariis: *l. 16. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* Non vt OBSINT liberis, sed vt eis consulant: *l. 18. D. de lib. et postum.* Quae res OBESSE libertati non debet: *l. 26. §. 1. D. de fideic. libert.* Si prospectui OBSIT: *l. 5. D. de op. non. nunciat.* Si non est ei OBFVTVRVM SCtum, quo minus detrahat: *l. 43. §. 1. D. de legat. I.* id est futurum impedimento, vt *ibidem.* Nihil OBERIT in substitutione: *l. 11. D. de vulg. et pupill. substit.* In nullo haec suspicio OFFVIT. *l. 35. D. de adquir. vel omitt. hered.*

OBEX, μεταφορικῶς pro impedimento vel obstaculo. Sic OBICEM praescriptionis et praescriptionum, dicunt Imperatores, in *l. 33. C. ad leg. Iul. de adult.* et *l. 164. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. I.*

OBI.

OBIECTVS, VS. OBIECTV corporis: *l. 19. D. ad SC. Silanian.* OBIECTV cuiuslibet criminis: *l. vlt. v. nemo C. de accusat.* [Quos OBIECTVS debilitatis alienat: *l. 84. C. Theod.*

 de

de decurion. Lib. XII. tit. 1. Exceptionis annuae OBIECTV: l. vlt. C. quib. ex causs. maior. OBIECTVS sequestrationis. l. vn. C. Theod. si cert. pet. de chirogr. Lib. II. tit. 27.]

OBIICERE, id est, opponere, proiicere. OBIICI bestiis: l. 11. §. vlt. D. de poen. Paull. Lib. V. Sent. tit. 19. §. 1. tit. XXII. §. 1. tit. XXIII. §. 1. 15. 16. 17. Si corpus suum OBIECIT: l. 1. §. 34. D. de SC. Silan. OBIICERE feris. Cic. pro Sex. Rosc. Amer. Cap. XXVI. Spartian. in Caracalla Cap. I. Si quando feris OBIECTOS vidit. ¶. 2. OBIICERE etiam est exprobrare, vel per modum exceptionis obuertere. Si reo, vel reae adulterium, vel lenocinium OBIICITVR: l. 29. §. 5. D. ad leg. Iul. de adulter. OBIICITVR tutori cessatio: l. 6. D. vbi pupill. educ. vel mor. deb. OBIICERE compensationem: l. 7. l. 8. C. de compensat. Si homicidii conuicium OBIECISTI: l. 5. C. de iniur. OBIICERE crimen: l. 4. D. de expil. hered. l. 11. D. ad leg. Iul. de adult. l. 13. D. de Carbon. edict. l. 14. §. 8. D. de bon. libert. l. 34. D. de iur. fisc. l. 7. D. de excusat. l. 3. D. de stellionat. l. 1. D. de custod. et exhib. reor. l. 29. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult. OBIECTA criminis: l. vlt. C. de administrationib. Nec quidquam possunt OBIICERE criminis. l. 31. D. de reb. auct. iud. possid. OBIICITVR culpa: l. 7. §. 12. D. de adquir. rer. domin. dolus auctoris: l. 4. §. 27. D. de dol. except. OBIICERE exceptionem: l. 9. D. de rei vind. l. 19. §. 2. D. de probat. l. 1. §. 1. l. 7. §. 3. D. quod vi aut clam. aduersus actionem: l. 3. C. de donat. ant. nupt. OBIICITVR exceptio: l. 7. D. vsufruct. quemadm. cau. l. 5. D. de dol. mal. l. 14. D. de reb. cred. l. 7. D. de compens. l. 7. §. 3. D. quod vi aut clam. l. 1. §. 4. D. de lib. exhib. l. 2. §. 1. l. 4. §. 12. §. 24 et §. 31. D. de doli exc. l. 71. D. de furt. l. 17. §. 1. D. de iniur. Exceptionem OBIICIENDAM: l. 7. §. 3. D. de except. rei iud. An exceptio eo nomine in iudicium OBIICIENDA sit: l. 11. D. de dol. except. Si ex vtriusque persona, et auctoris, et emtoris, exceptiones OBIICIENTVR: l. 28. D. de euiction. Exceptiones ex persona emtoris OBIECTAE: d. l. 28. D. eod. tit. OBIICERE Falcidiam: l. 78. D. de legat. II. Qui falsum se OBIECTVRVM, minatus est: l. 5. D. ad SC. Turpill. OBIICIENS lenocinium: l. 2. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult. Naturales liberi OBIICIVNTVR patrono: l. 21. §. vlt. D. de iur. patron. Qui satisfecit, habet, quod OBIICIAT petitori: l. 45. D. de administr. et peric. tut. Praescriptionem OBIICERE: l. 15. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult. Praescriptionem omissam, priusquam sententia feratur, OBIICERE quandoque liceat: l. 8. C. de except. Marito, iure mariti accusanti illa praescriptio OBIICITVR: l. 2. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult. OBIICITVR praescriptio actioni: l. 5. C. quib. non obiicit. Praescriptiones OBIICIVNTVR, quae ante sunt OBIECTAE: l. 7. D. ad SC. Turpill. Praescriptiones quae OBIICI solent accusantibus adulterii. l. 15. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult. OBIICITVR replicatio. l. 2. §. 1. D. de except. ¶. 2. [OBIICI etiam dicuntur adpellationes: hoc est, interponi, vel interiici. l. 44. l. 58. l. 59. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.]

OBIRE, id est, fungi. Legationes, quae solo ministerio OBEVNTVR: l. 6. D. de legation. OBIRE munus. l. 2. D. eod. tit. l. 45. §. vlt. D. de excusat. ¶. 2. Qui se iudicio sistunt, vel alterius negotii caussa stato et condicto die adsunt, OBIRE dicuntur, vel iudicium: [vt l. 5. C. Theod. de reparat. adpell. Lib. XI. tit. 3] vel diem: OBIRE auctionis diem facile poterunt. Cic. Lib. XIII. ad famil. Epist. 14. vel vadimonium. Idem Lib. VIII. ad Attic. Epist. 18. An si ego litibus, tererer, obstrictum me esse crederem obeunti ad vadimonia mea? ¶. 3. Alias OBIRE diem, est mori; l. 2. C. de condit. insert. l. 4. §. vlt. C. ad SC. Tertull. itemque diem suum OBIRE: l. 6. §. 1. D. de bon. libert. l. 26. D. de leg. Corn. de fals. l. 19. D. ad leg. Iul. de adult. l. 34. l. 57. D. ad SC. Trebell. l. 101. D. de condit. et demonstr. l. 4. D. de SC. Silan. l. 7. §. vlt. D. de condict. furt. l. 2. D. de bon. poss. ex test. milit. l. 13. C. de donat. int. vir. et vxor. nec non vltimum diem OBIRE: l. 5. C. si reus vel accusat. Eodem modo dicimur OBIRE mortem: l. 14. D. de iur. codicill. l. 13. §. vlt. D. de testam. milit. l. vlt. D. de condit. institut. l. vlt. D. si quis cautionib. l. 7. D. si tab. testam. null. exst. l. 14. D. de his, quae vt indign. l. 2. C. de dote caut. Donatus in Andr. Act. I. scen. 3. ad haec verba, Is OBIIT mortem: Plene, inquit, dixit, quod nos OBIIT tantum: Virgilius: morte OBITA. Festus: MORTEM OBISSE ea consuetudine dicitur, qua dixerunt Romani, ob Romam legiones ductas et ob Troiam duxit exercitum, pro ad. Similiterque vadimonium OBIISSE, id est, ad vadimonium isse: et obuiam, ad viam. Sed et fatali sorte OBIRE, est in l. 4. C. ad SC. Tertull. Immo et OBIRE sine addito, est mori. l. 3. D. de condict. indeb. l. 1. §. 11. D. ad SC. Tertull.

OBITER liberari: id est, per consequentias. l. 1. D. de rescind. vendit.

OBITVS, VS. pro morte. Post OBITVM. l. 78. §. 7. D. ad SC. Trebell.

OBIVRGARE: castigare verbis. OBIVRGATVS, l. 2. §. 43. D. de orig. iur. Festus: OBIVRGATIO, post turpe factum castigatio.
¶. 2. Attamen et ii dicuntur obiurgare, qui poenam infligunt. Sic verberibus OBIVRGARE, dixit Seneca Lib. III. de ira Cap. 12. colaphis: Petron. in Satyr. Cap. XXXIV. Denique Pers. Sat. V. v. 169.

Solea, puer, OBIVRGABERE rubra.

Obseruauit hoc V. A. Corn. van Bynkershoek Lib. I. Obs. Cap. 21. p. 58. HEIN.

OBL.

OBLATIO. OBLATIONEM aestimationis debere fieri: l. vlt. D. de legat. II. OBLATIO cautionis: l. 15. §. 32. D. de damn. infect. OBLATIO debiti: l. 9. C. de solution. Si maritus ad OBLATIONEM Dei vxori donauerit. l. 5. §. 12. D. de donat. int. vir. et vxor. Si OBLA-

LATIO ei fiat eius, quod relictum est. *l. 8. §. 10. D. de inoffic. testam.* OBLATIO instrumentorum: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 17. §. 14.* OBLATIO legatarii, qui dare iussus est: *l. 8. §. 10. D. de inoffic. test.* Vt iustam vberioris pretii OBLATIONEM admittat: *l. 4. C. de fid. et iur. hast. Lib. X.* OBLATIO rei furtiuae. *l. vlt. C. de cond. furtiu.*

OBLATITIVS, A, VM. [OBLATITIVM aurum: cuius fit mentio *l. 5. l. 9. C. Theod. de senator. Lib. VI. tit. 2. l. 14. C. Th. eod. tit.* vbi et *oblatio amplissimi ordinis* vocatur. Ita vero dicebatur, Senatores Imperatoribus certo tempore, veluti sub principatus auspicia, quinquennalibus, decennalibus, quindecennalibus, vicennalibus vltro offerebant. Iac. Gothofred. *ad d. l. 5. C. Theod. de senator.* vbi diuersum id esse ab *auro glebali*, contra Cuiacium ostendit. *Oblationum* tamen *vniuersarum* nomine, in *l. 17. C. Theodos. de praetor. Lib. VI. tit. 4.* vtrumque comprehendi ait in *Paratitl. tit. de senat.*]

OBLIGARE, aliquo iuris vinculo obstringere. OBLIGAMVR autem aut *naturaliter*, aut *ciuiliter*, seu *ciuili iure*, aut *vtroque*. Hue pertinent illa: Non tantum *ciuiliter*, sed nec *naturaliter* OBLIGATVR, qui stipulanti sine verbis adnuit: *l. 1. §. 2. D. de verb. obl.* Pupillus sine tutoris auctoritate non OBLIGATVR *iure ciuili*: *l. 33. D. de obl. et act.* Receptum est, vt tutori suo pupillus sine tutoris auctoritate *ciuiliter* OBLIGETVR: *l. 1. D. de contrar. tutel.* Si tutor nullo contutore auctore mutuam pecuniam pupillo dederit, vel ab eo stipuletur, non erit OBLIGATVS tutori. *Naturaliter* tamen OBLIGABITVR, in quantum locupletior factus est: *l. 5. D. de auctor. et consf. tutor.* *Naturaliter* etiam seruos OBLIGATVR: *l. 13. D. de condict. indeb.* Serui ex contractibus *ciuiliter* quidem non OBLIGANTVR, sed *naturaliter* et OBLIGANTVR et OBLIGANT. *l. 14. D. de oblig. et act.* Si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti, quod non debueras promittere, palam est, iure ciuili te OBLIGATVM esse. *§. 1. Inst. de except.* ¶. 2. Praeterea OBLIGAMVR aut *re*, aut *verbis*, aut *simul vtroque*, aut *consensu*, aut *lege*, aut *iure honorario*, aut *ex peccato*: *l. 52. D. de oblig. et act.* Sic: qui iure honorario OBLIGATVS est: *l. 8. §. 1. D. de fideiuss.* ¶. 3. Hinc loquutiones: Vtraque actione OBLIGATVR: *l. 2. §. vlt. D. de tutel. et rat. distrah.* Si temporali actione sit OBLIGATVS tutor: *l. 9. §. 2. D. de administr. et peric. tut.* Hereditas OBLIGAT nos aeri alieno: *l. 8. D. de adquir. vel omitt. hered.* OBLIGARI aeri alieno: *l. 6. D. eod. tit.* aere alieno: *l. 17. §. 1. D. de testam. milit.* In omni aere alieno, quod aut patris aut filii fuit, etiam inuitus heres OBLIGATVR: *l. 28. D. de reb. auct. indic. possid.* OBLIGATVS ex caussa fideicommissi: *l. 8. C. ad leg. Falcid.* OBLIGARE se cautione: *l. 103. D. de legat. I.* chirographo: *d. l. 103. D. eod. tit.* damni infecti: *l. 5. §. 1. D. vt legat. vel fideic. cauß. cau.* Qui ex donatione se OBLIGAVIT: *l. 12. D. de donation.* Dotis nomine OBLIGANTVR: *l. 73. D. de iur. dot.* OBLIGARE fidem suam: *l. 54. D. de fideiussorib. l. 2. C. ad SC. Macedonian.* Forti OBLIGARIS: *l. 25. D. de donat.* OBLIGARI: *l. 4. D. de pign. act. l. 54. §. 1. D. de furt.* esse OBLIGATVM nemini: *l. 174. D. de verb. signif.* id est, *obstringi*, vt loquitur Sabinus apod Gell. *Lib. XI Cap. vlt.* Idem Gell. *Lib. VII. Cap. 15.* *Quod cui seruandum datum est, si id vsus est, siue quod vtendum acceperit, ad aliam rem, atque accepit, vsus est, furti se* OBLIGAVIT. Qui in aliena potestate est, non potest inuitum hereditati OBLIGARE eum, in cuius est potestate: *l. 6. D. de adqu. vel amitt hered.* Inuitus hereditati OBLIGATVR: *l. 12. D. qui test. fac. poss.* OBLIGARI hereditati: *l. 5. l. 50. D. de adquir. vel omitt. hered.* Non OBLIGARI hereditati. *l. 22. D. eod. tit.* Se contrario pignoratitio iudicio OBLIGAT: *l. 6. C. si alien. res.* Iudicio communi diuidundo OBLIGANTVR: *l. 46. D. de oblig. et action.* Vt ipso iure heres sit OBLIGATVS: *l. 34. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Incolatus iure te vltro muneribus OBLIGASTI: *l. 5. C. de incol. Lib. X.* Iureiurando OBLIGARI filium patri manumissori: *l. 10. D. de obsequ. parent.* Nihilominus substitutus legatis OBLIGABITVR: *l. 87. §. 7. D ad leg. Falcid.* Lege Cornelia OBLIGATVR: *l. 30. D. de lege Cornel. de fals.* id est, tenetur. In totis quinque libris heredem esse OBLIGATVM: *l. 34. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* Vt solo corporis ministerio OBLIGENTVR: *l. vlt. §. 11. D. de muner. et honor.* Negotiorum gestorum ei OBLIGATVR: *l. 6. l. 24. D. de obl. et act.* Singularis est loquutio: Pignoris OBLIGATIO etiam inter absentes recte ex contractu OBLIGATVR *l. 23. §. 1. D. de pignorib.* Sic et *agi actiones*, dixit Vlpianus *l. 5. §. 3. D. si vsufr. petat.* Vere haec loquutio est Attica. Quemadmodum enim Attici dicunt γελᾶν γέλωτας *risum ridere*. μαίνειν μανίας, *furere furorem*, πόνον πονεῖν, *laborare laborem*, χαρὰν χαίρειν, *gaudere gaudium*: ita et optimi scriptores Latini habent *iurare iusiurandum*: Cicero *Lib. V. Epist. 2. gaudium gaudere.* Coelius apod eumdem *Lib. I. Epist. 2. vitam viuere*: Propert. *Lib. I. eleg. 4.* Plura eius generis obseruarunt Scip. Gentil. *Lib. I. Parerg. Cap. 6.* Voss. *de construct. Cap. XXII. p. 400. Tom. II Op.* Salmas. *de lingu. Hellenist. p. 139.* HEIN. Operis OBLIGATVS: *l. 43. D. de oper. libert.* Tributo capitis OBLIGANTVR: *l. 3. D. de censib.* Si quis rem aliquam voverit, voto OBLIGATVR: *l. 2. D. de pollicitat.* ¶. 4. OBLIGARE etiam est pignori opponere, et hypothecam dare Sic: OBLIGATA bona: *l. vlt: D. de legat. II.* OBLIGATA domus: *l. 33. D. ad leg. Falcid.* OBLIGATVS fundus, id est, qui pignori oppositus est: *l. 45. § vlt. D. de legat. I.* Creditor fundum sibi OBLIGATVM vendidit: *l. 52. D. de act. emt.* Qui fundum alii OBLIGATVM habeat: *l. 41. D. de contrab. emt.* Fondum a testatore OBLIGATVM luere: *l. 78. §. 6. D. ad SC. Trebell.* Ob habitationem OBLIGATVM: *l. 6. D. in quib. causs. pign.* id est, pignori obligatum: Hominem noxae nomine vel alias OBLIGATVM: *l. 18. §. vlt. D. de mort. causs. don.* OBLIGATAE possessiones: *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui sub tutel.* OBLIGATA praedia: *l. 38. D. de legat. III. l. 3. C. credit. euict. non deb. l. 15. C. de donat. l. 6. C. de fideicomm. l. 19. C. de euict.* OBLIGATIS *praediis* Cicero *in Rull. II. Cap. II.* *Soluta* opponit, quae nullo scilicet pignoris nexu tenentur.

nentur. Si rem suam creditori eius OBLIGAVERIT: *l. 5. D. de oblig. et act.* Si non alius pro eo in priore conductione res OBLIGAVERAT: *l. 13. §. 11. D locat.* OBLIGATAE res: *l. 57. D. de legat. I.* Pignoratas res; vel in publicum OBLIGATAS: *l. 15. D. de dot. praelegat.*

¶. 4. Vt vero in superioribus locis OBLIGARE simpliciter; ita alibi addito substantiuo *pignus*, dicitur. Sic: Pignoris OBLIGATAE aedes: *l. 44. §. vlt. D. de damn. infect.* ancillam, quam pignori OBLIGAVERAT: *l. 26. §. 2. D. de fideic. libert.* Pignori OBLIGATA ancilla: *l. 9. C. de seru. pign. dat.* Fundum Seio pignori OBLIGAVIT: *l. vlt. §. 1. D. de donat.* pignoris iure OBLIGATAE res: *l. 49. D. de furt.* Si in hanc rem pignora sunt OBLIGATA: *l. 8. C. mandat.* OBLIGATA habere pignora: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 26. §. 4.* Vt praedia essent pignori OBLIGATA venditori: *l. 1. §. 4. D. de reb. eor. qui sub tut.* Praedia his pignoris iure testator OBLIGARE voluit: *l. 12. D. de aliment. et cibar. legat.* Rem alienam inuito domino pignori OBLIGARI non posse: *l. 6. C. si aliena res.* Si vxor tua res proprias OBLIGAVIT pignori: *l. 12. C. de pignor.* ¶ 5. Praeterea OBLIGARE est obnectere, vt in illo Paulli *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 15.* *Qui sacra impia nocturnaue, vt quem obcantarent, defigerent,* OBLIGARENT, *fecerint.* Festus: *Obnectere,* OBLIGARE, *maxime in nuptiis frequens est.* OBLIGATI dicuntur, qui veneficiis, ceu vinculis ligati sunt, et illecebris quibusdam veluti defixi tenentur, vt non nisi vnam ament. Turneb. *Aduers. Lib. II. Cap. 30.* *O praeligatum pectus!* Plaut. *Bacchid. Act. I. scen. 2. v. 28.* Vid. supra DEFIGERE Glossa: *Defixiones, νεκρομαντεῖαι, κατάδεσμος, maleficium, obligatio.* Taubmann. *ad illum Plauti locum p. 458.* HEIN.

OBLIGATIO, est. iuris vinculum, quo necessitate adstringimur alicuius soluendae rei secundum nostrae ciuitatis iura. *pr. Inst. de oblig.* Eius hae sunt species, *naturalis*, *ciuilis*, *honoraria*: *l. 1. §. vlt. D. de nouation. l. 21. §. 2. D. de fideiussor.* Quo pertinent illa: *Ciuilis et naturalis* OBLIGATIO: *l. 8. §. 3. D. de fideiuss.* Filio familias mortuo, nulla OBLIGATIO aut *naturalis*, aut *ciuilis* superest: *l. 18. D. de SC. Macedon.* *Naturalis* OBLIGATIO pupilli, cui sine tutoris auctoritate pecunia credita est: *l. 64. D. ad SC. Trebell.* *Naturalis* OBLIGATIO, vt pecuniae numeratione, ita in iusto pacto vel iureiurando ipso iure tollitur: *l. 95. §. 4. D. de solut.* *Naturales* OBLIGATIONES: *l. 40. D. ad SC. Trebell.* Honoraria OBLIGATIO: *l. 1. §. 24. D. de exerc. act. l. 8. §. vlt. D. de acceptilat.* ¶. 2. Deinde omnium OBLIGATIONVM summa diuisio in duo genera deducitur. Namque aut *ciuiles* sunt, aut *praetoriae*. *Ciuiles* sunt, quae aut legibus constitutae, aut certe iure ciuili comprobatae sunt. *Praetoriae* sunt, quas praetor ex sua iurisdictione constituit, quae etiam *honorariae* vocantur. *§. 1. Inst. de oblig.* ¶. 3. Sequens OBLIGATIONVM diuisio in quatuor species deducitur. Aut enim ex *contractu* sunt, aut *quasi ex contractu*, aut ex *maleficio*, aut *quasi ex maleficio*. Earum, quae ex contractu sunt, quatuor sunt species. Aut enim *re* contrahuntur, aut *verbis*, aut *litteris*, aut *consensu*. *§. 2. Inst. eod. tit.* OBLIGATIONES aut *ex contractu* nascuntur, aut *ex maleficio*, aut proprio quodam iure, *ex variis caussarum figuris*. OBLIGATIONES ex contractu aut *re* contrahuntur, aut *verbis*, aut *consensu*. *l. 1. D. de oblig. et act.* Sic: Fideiussor adhiberi omni obligationi potest, siue *re*, siue *verbis*, siue *consensu*. *l. 8. §. 1. D. de fideiuss.* ¶ 4. Et ad varias has OBLIGATIONVM species pertinent sequentes loquutiones: Ex parte OBLIGATIONEM comprobare, ex parte, vt de iniqua queri: *l. 39. §. vlt. D. de oper. libert.* Constitui OBLIGATIO, et *tolli*, pugnant: *l. 8. §. 1. D. de acceptil.* Quum mixtum sit negotium cum donatione, OBLIGATIONEM non contrahi eo casu, quo donatio est: *l. 18. D. de donat.* Magis distrahendae OBLIGATIONIS animo, quam contrahendae dare videtur: *l. 5. §. 3. D. de obl. et act.* OBLIGATIO doni, muneris, operarum: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 32. §. 1.* In omnibus faciendis OBLIGATIONIBVS: *l. 13. §. vlt. de re iudic.* OBLIGATIO fideiussoria, hereditaria, maior, minor: *l. 21. §. 2. l. 50. D. de fideiuss* Noluit praetor OBLIGATIONES ex OBLIGATIONIBVS fieri: *l. 4. § 3. D. de re iudic.* Quantum ad ipsam iuris OBLIGATIONEM pertinet: *l. 40. § vlt. D de aur. argent legat.* OBLIGATIO legati: *l. 82. D. de legat. I.* OBLIGATIONE heredes liberare: *l. 22. D. de adim. legat.* OBLIGATIO locationis: *l. 44 §. 1. D. ad SC. Trebell.* mandati: *l. 1. D mand.* OBLIGATIONIS onus: *l. 67. D. de procurat.* operarum: *l. 37. D. de op. libert.* OBLIGATIO pariet actionem: *l. 42. §. 2. D. de procurat.* Hinc *μητέρας τῶν ἀγωγῶν εἶναι τὰς ἐνοχάς, obligationes actionum matres esse*, eleganter ait Theophilus *pr. Inst. de obl.* Pars OBLIGATIONIS: *l. 7. D. de libert. legat. l. 37. §. 4. D. de legat. III.* OBLIGATIO pignoris: *l. 3. D. de reb. eor. qui sub tutel.* OBLIGATIO principalis: *l. 3. D. de separat.* pristina: *l. 24. D. de mort. caussa donat. l. 21. §. 3. D. de ann. legat.* Redire in OBLIGATIONEM: *l. 30. D. de obl. et act.* Non enim ex nouo pacto prior OBLIGATIO resuscitatur: *l. 27. §. 3. D. de pact.* In OBLIGATIONE retineri: *l. 44. D. de oper. libert.* OBLIGATIONE solui: *l. 23. D. de oper. libert.* solutus: Paull. *Lib. II. Sent. §. 32. §. 3.* spes OBLIGATIONIS conditionalis: *l. 73. §. 1. D. ad leg. Falcid.* OBLIGATIONVM substantia: *l. 5. D. de obl. et act.* OBLIGATIO ex vendito et debito: *l. 44. D. de solut.* Eodem modo vinculum OBLIGATIONIS soluitur, quo quaeri adsolet: *l. 46. D. de adquir. vel amitt. poss.* Et ita *naturale* et *ciuile* vinculum, dixit Papinianus *l. 59. D. de condict. indeb.* pro naturali et ciuili obligatione. OBLIGATIO voti, *l. 2. §. vlt. D. de pollicit.* ¶. 5. [OBLIGATIONEM aliquando pro pignore poni, docet Cuiac. *in recitat. ad l. 1. D. de adquir. vel amitt. possess.*]

¶. 6. Singularis est loquutio: *Si quis societatem coierit ad* OBLIGATIONEM *innocentium. l. 1. D. de leg. Cornel. de fals.* In hanc legem impetum fecerunt critici tantum non omnes. *Obloquutionem* rescripsit Heraldus *de auctorit. rer. iudic. Lib. I. Cap. 6. accusationem* P. Pith. *ad Pariat. Leg. Mos. et Rom. tit. 8. §. 6.* At V. A. Corn. van Byukersh. *Lib. III. Obs. Cap. 19. p. 203. sequ.* luculenter ostendit,

dit, accusatos dici a veteribus solere *litibus implicites, crimine nexos*, adeoque obligatos, ac proinde coire societatem in innocentium OBLIGATIONEM nihil aliud esse, quam in innocentium accusationem conspirare. HEIN.

OBLIGATORIVS, A, VM. Non est OBLIGATORIVM mandatum, quod contra bonos mores est, *§. 7. Inst. de mandat.*

OBLINERE. Si qois aliquem coeno, luto OBLINIERIT. *l. 1. D. de extraord. crim.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 13.* In *l. 1. de extr. crim.* OBLINVERIT legitur, apud Paullum OBLINIVERIT, quum grammaticis praeteritum formandum videatur OBLEVI. At non refragari analogiae hanc formam, iam alii obseruarunt. Vid. Ducker. *de Lat. vet. iurisc. p. 367. sequ.* HEIN.

OBLITERARE. Poena, quae legibus aut edicto irrogaretur, adoptionis remedio non OBLITERATVR: *l. 42. D. de bon. libert.* [OBLITERATA laboris exacti consideratione: *l. 11. C. Theod. de priuileg. eor. qui in sacr. palat. milit. Lib. VI. tit. 35.* Flagitium morum poenitentia non OBLITERABITVR. *l. 4. C. Theod. de apostat. Lib. XVI. tit. 7. l. 3. C. Iustin. eod. tit.*]

OBLIVIO. Omisit non per OBLIVIONEM. *l. 3. D. quae res pign. vel hypoth.*

OBLIVISCI passiue vsurpari obseruant in verbis *l. 60. §. 6. D. de rit. nupt.* *Credendum est, de adoptiuis emancipatis, Senatum non sensisse, quia post emancipationem in totum adoptiuae familiae* OBLIVISCVNTVR. Iam ab illa passiua notione non abhorrent auctores veteres, ex quorum numero Virgil. *Eclog. IX. v. 53.*

Nunc OBLITA *mihi tot carmina.*

Et Priscianus *Lib. VII. p. 791. sequ.* verbum OBLIVISCOR refert inter *verba communia*, quae et actiue, et passiue accipiantur. Attamen in *lege 60. §. 6. D. de rit. nupt.* nihil impedit, quo minus verba *adoptiuae familiae* accipiantur in casu genitiuo, et *ἀπὸ κοινοῦ* repetamus adoptiui emancipati, vt sensus sit: *quia adoptiui emancipati post emancipationem in totum adoptiuae familiae* OBLIVISCVNTVR. HEIN.

OBLOQVI. Nec huic OBLOQVITVR, id est, refragatur, aduersatur. *l. 10. C. de non numerat. pecun.*

OBM.

OBMVTESCERE, mutum fieri. Si is, qui testamentum faceret, priusquam secundos exprimeret heredes, OBMVTVISSET. *l. 25. D. qui testam. fac. poss.*

OBN.

OBNOXIVS, A, VM. Ita dicitur, qui crimine vel poena tenetur, et, qui vinculo aliquo obligationis, siue ex contractu, siue ex delicto vel maleficio obstringitur. [Quod adeo verum est, vt et OBNOXIVS, absolute, pro reo vsurpetur.

l. 3. C. de leg. Aquill.] Tunc vero varie construitur: modo cum casu tertio, quod freqoentissimum, modo cum secundo, modo cum quarto cum praepositione, modo cum sexto. Ceu docent exempla sequentia: OBNOXIVS accusationi: *l. 15. C. ad leg. Cornel. de fals.* OBNOXIVS crimine: *l. 1. D. de leg. Fab.* criminum: *l. 11. C. de religios.* debitoribus: *l. 3. C. quand. fisc.* filio: *l. 47. §. vlt. D. de fideiuss.* id est, obligatus. [OBNOXII fisco: *l. 2. C. Theod. de fisci debitor. Lib. X. tit. 16.* qui et OBNOXII simpliciter: *l. 16. C. Theod. de exact. Lib. XI. tit. 7. l. 7. C. Iustin. eod. tit. l. 1. C. Theod. de equor. conlat. Lib. XI. tit. 17.*] OBNOXIVS lege Aquillia: *l. 1. §. 7. D. de seru. corrupt.* legibos: *l. 11. C. de accusat.* moneribus suae ciuitatis: *l. 4. §. vlt. D. de muner. et bonor.* Placitae poenae OBNOXIVS: *l. 2. C. de recept. arbitr.* Poenae obnoxius seruus: *l. 8. D. de SC. Silan.* Festus: OBNOXIVS *poenae, obligatus ob delictum.* An OBNOXIVS sit ad praestationem frumenti: *l. vlt. D. de contrah. emt.* Cassiodor. *Lib. XII. Var. Cap. 10.* *Reatus quidam est, esse sub debito, nec liber potest veraciter dici, qui probatur* OBNOXIVS *reperiri.* OBNOXIVS sententiae; *l. 57. §. vlt. D. de administr. et peric. tut.* ¶. 2. Sed et res dicuntur esse OBNOXIAE. OBNOXIA facere bona: *l. 6. C. quae res pign.* ¶. 3. OBNOXIA absolute dicuntur pignori obligata. *l. 1. C. de precar.*

OBO.

[**OBOLVS,** in *l. 2. C. Theod. de aquaed.* est mensura, seu modulus certus aquarum.]

OBP.

OBPIGNORE. Vide infra OPPIGNORARE.

OBPVGNARE. Vide infra OPPVGNARE.

OBR.

OBREPERE dicitur, qui taciturnitate et reticentia veri aliquem circumuenit, quique id celat, et reticet, quo expresso noo fuisset postulata impetraturus. Sic: Si quis aduersus hanc legem profectus aerario OBREPSERIT: *l. 1. §. 9. C. de lege Cornel. de fals.* Ne forte creditor OBREPAT, et ignorantiam eius circumueniat: *l. 29. §. 2. D. mandat.* Si quum esset pubes, quasi impubes OBREPSERIT, bonorumque possessiones necepit: *l. 3. §. 3. D. de Carbon. edict.* Si OBREPSERIT libertus: *l. 1. D. si a par. quis manumiss.* id est, si celans conditionem suam, adrogandum se dederit, vt *l. 10. §. 2. D. de in ius vocat.* Si quis OBREPSERIT praesidi prouinciae, tam per acta, quam per libelli oblationem: *l. 29. D. de leg. Cornel. de fals.* Si libertas non deberetur, OBREPTVM tamen est praetori de libertate: *l. 26. §. 7. D. de fideic. libert.* Licet OBREPTVM fuerit praetori, qui decreto eum dedit: *l. 55. §. vlt. D. de administr. et peric. tut.* Si potuerit probari, OBREPTVM esse praetori. *l. 1. l. 5. §. 15. D. de reb. eor. qui sub tutel.*

OBR.

OBREPTIO, est reticentia veri, qua quis alicuius ignorantiam circumuenit. Si praeses prouinciae per OBREPTIONEM aditus, sententiam protulit: *l. 5. C. quomod. et quand. iud.* Si libertus adrogatur per OBREPTIONEM, id est, celando conditionem suam: *l. 10. §. 2. D. de in ius voc.* Liberto per OBREPTIONEM adrogato: *l. 49. D. de bon. libert.* Si fundum tuum, vel ciuitatis per OBREPTIONEM petiero: *l. 8. §. 1. D. de negot. gest.* OBREPTIO precum: *l. 1. C. si nupt. ex rescr. pet.* OBREPTIONES rescriptorum. Ambros. *Lib. V. Epist. 24.*

OBREPTITIVS, A, VM. OBREPTITIA cognitio. *l. vlt. C. qui legit. person.*

[**OBREPTIVE**, aut clanculo supplicare. *l. 4. in fine C. Theod. de fide Cathol. Lib. XVI. tit. 1.*]

☞ **OBROGARE**, mutare aliquid ex priore lege. Vlpian. *tit. 1. Regul. §. 3.* vel, vt Festus mauult, *legis prioris infirmandae caussa, legem aliam ferre.* Vt adeo non omnibus eadem fuisse videatur verbi notio. Prior tamen, tanquam a iurisconsulto profecta, sola videtur genuina esse, quam suo suffragio firmat Sueton. *in Claud. Cap. 23*, dum scribit, Claudium, Imperatorem, *capiti Papiae legis, a Tiberio Caesare, quasi sexagenarii generare non possint, addito*, OBROGASSE. Sed vide supra *Lib. I.* Articulum ABROGARE. HEIN.

[**OBRVERE.** Si nauis alteram contra se venientem OBRVISSET. *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill.*]

OBRYZA, in *l. 13. C. Theod. de suscept. praepos. l. 2. l. 3. C. Theod. de ponderat. l. 4. C. de aur. coronar.* est aurum, plenissime coctum, et flammae edacis examine purgatum ac probatum, et ad summam puritatem redactum. Alias et OBRVSA et OBRYSA vocatur. Vsurpatur et adiectiue, vt OBRYZVM aurum, Plin. *Lib. XXXIII Cap. 3. Aurique experimento ignis est, vt simili colore rubeat, quo ignis: atque ipsum* OBRYZVM *vocant.* In eius verbi notatione B. Hieronymus et Isidorus dissentiunt. Ille enim *in Hieremiam*: OBRYSVM, quasi *Ophirisium*, adpellatum tradit, *quoniam ex Ophir insula laudatissimum aurum aduceberetur.* Hic vero *Lib. XVI. Etymol. Cap. 17.* ab eo dictum censet, *quod* OBRADIET *splen-* ☞ *dore. Est enim*, addit ille, *coloris optimi.* At neuter rem acu tetigit. Quamuis enim Hieronymus praceuntem habeat Chaldaeum interpretem, qui *Psalm. XLV, 10.* aurum *Ophir* vertit דהב אופיר אובריזין, OBRYZVM, *quod est ex Ophir*; certissimum tamen est; vocem esse Graecam. Aurum enim ὄυρυζον, vel ὄβρυζον, quod saepius despumauit, et excoctum est. Graecis enim βρύειν, βρύζειν, ὀβρύζειν, de illis rebus dicuntur, quae efferuescendo spumam eiiciunt, vnde et OBRVSSA Latinis est auri experimentum, quod igne sumitur, ceu ostenderunt Claud. Salmas. *Exerc. Plini-*

OBR. OBS.

an. p. 1080. Sam. Bochart. *in Phaleg. Lib. II. Cap. 27. p. 139. Tom. I. Oper.* HEIN. Huc pertinent illa: Solidi, in massam OBRYZAE soliditatemque redintegrantur; *l. 12. C. Theod de suscept. praepos.* OBRYZAE materies, *ibid.* Sueton. *in Nerone Cap. XLIV. Exegitque ingenti fastidio et acerbitate aurum ad* OBRVSAM. Καταβαλλομένε, τῦ τῆς συνωνῆς χρυσῖε ἐν ἐυσάθμοις νομίσμασι, καὶ ΟΒΡΥΖΟΙΣ· *Aurum primum soluatur in nummis debiti ponderis et* OBRYZIS. *l. 2. v. Excipimus C. vt nem. liceat in emt. specier. Lib. X. tit. 27.*

¶. 2. Hanc vocem μεταφορικῶς Seneca *Epist. XIII.* vsurpat, his verbis: *Sic verus ille animus, et in alterius non venturus arbitrium, probatur. Haec eius* OBRVSA *est.*

OBRYZATVS, A, VM. OBRYZATI solidi. *l. vlt C. de vet. numism. potest. Lib. XI.*

OBRYZIACVS, A, VM. OBRYZIACI solidi. *l. 1. C. de oblat. votor. Lib. XII. tit. 48.* [*l. 1. C. Theod. eod. Lib. VII. tit. 24.*]

OBS.

OBSCENITAS, impudicitia. Si servi OBSCENITATEM, in qua eos domini compulerint, vel compellant, apud praefectum vrbi exponant: *l. 1. §. 8. D. de offic. praef. vrb.* id est, impudicitiam turpemque violationem, ad quam eos compellant, vt *l. 2. D. de his, qui sui vel alien. iur.*

OBSCENVS, A, VM. Conuicium contra bonos mores fieri videtur, si OBSCENO nomine aliquis infectatus sit. Paull. *Lib. V. sentent. tit. 4. §. 21.* quamuis haec verba suspecta videantur Cuiacio. HEIN. OBSCENOS etiam pro impudicis dixit M. Seneca *in Controu. Lib. IV. praefat.* OBSCENVM autem, id est, turpe, vnde dictum sit, vide Varron. *Lib. VI. de lingu. Lat.* HEIN. ☜

OBSCVRARE, obscurius reddere, modo proprie, modo μεταφορικῶς accipitur. Sic OBSCVRARI aedes dicuntur, quarum luminibus officitur. Habitari potest, etiam OBSCVRATIS aedibus: quod vsque adeo temperandum est, vt non in totum aedes OBSCVRENTVR, sed modicum lumen, quod habitantibus sufficit, habeant: *l. 30. D. de vsufr.* Habitare potest et aedibus OBSCVRATIS: *l. 10. D. de seruit. vrb. praed.* OBSCVRARE lumina suis luminibus, est lumina obscuriora facere et minuere, vt loquitur *l. 15. D. de seruit. vrban. praed.* vel luminibus officere, vt *l. 17. D. eod. tit.* Altius tollendo OBSCVRARE lumina legatarum aedium: *l. 10. D. eod. tit.* Aedes altius tollendo OBSCVRARE luminibus: *l. 30. D. de vsufr.* Si vicino aedificante OBSCVRENTVR lumina coenaculi: *l. 25. §. 2. D. locat.* Altius tollere non posse, quamuis lumina non OBSCVRENTVR: *l. 13. §. 7. D. de vsufr.* OBSCVRATA proscriptione: *l. 11. §. 3. D. de instit. act.* OBSCVRANDARVM quaestionum finalium caussa. *l. vlt. D. de termin. mot.*

OBSE-

OBSCVRE, ambigue. OBSCVRE dicere *l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam.* Quod quis OBSCVRIVS in testamento vel nuncupat, vel scribit. *l. 21. §. 1. D. qui testam. fac.*

OBSCVRITAS, ambiguitas, perplexitas. OBSCVRITATEM pacti nocere potius debere venditori, qui id dixerit, quam emtori, quia potuit, re integra apertius dicere: *l. 21. D. de contrah. emtion.* Amouendae veteris OBSCVRITATIS gratia. *l. 2. §. 1. D. fin. regund.*

OBSCVRVS, A, VM. Ita dicitur, quod est dubium et ambiguum. Ne dubium et OBSCVRVM esset: *l. 22. §. vlt D. de fideic. libert.* [OBSCVRA impetratio: *l. 10. C. Theod. de oper. publ.* id est obreptitia, vt ibi legit interpretaturque Iac. Gothofredus,] In OBSCVRIS: *l. 9. l. 114. D. de reg. iur.* id est, in ambiguis, vt *l. 85. D. eod. tit.* seu in re dubia et obscura. Si *euidens* voluntas sit, et si in OBSCVRO sit, opponuntur: *l. 10. §. vlt. D. de manumiss. testam.* Quod factum est, quum in OBSCVRO sit: *l. 164. §. vlt. D. de reg. iur.* Si in OBSCVRO sit, qua mente: *l. 50. D. de manum. test.* In OBSCVRO libertatem praeualere: *ibid.* Tametsi in OBSCVRO esset: *l. 16. §. vlt. D. de euict.* Pactionem OBSCVRAM vel ambiguam venditori, et qui locauit nocere, in quorum potestate fuit, legem apertius scribere: *l. 39. D. de pact.* Scriptura difficilior fit, et OBSCVRA portio: *l. vlt. D. de adim. legat.* In re OBSCVRA: *l. 41. §. vlt. D. de reg iur.* id est, in re dubia: vt *l. 192. §. vlt. D. eod. tit.* In OBSCVRA voluntate. *l. 74. D. de legat. I. l. 179. D. de regul. iur.*

[OBSECVNDARE, obedire. OBSECVNDARE functionibus municipalibus: *l. 172. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. l. vlt. C. Theod. de patrocin. vicor. Lib. XI. tit. 24. l. 13. C. Theod. de palatin. Lib. VI. tit. 30. l. 14. C. Theod. de extraord. seu sord. muner. Lib. XI. tit. 16. l. 11. C. Iust. de excus. mun. Lib. X. tit. 47.* Officium, quod sub imitatis tuae iussionibus OBSECVNDAT: *l. 13. C. Theod. de palatin. sacr. larg.*

OBSECVNDATIO, obsequium. *l. 92. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*

OBSECVNDATOR sacrorum scriniorum: *l. 3. C. Theod. de proxim. comit. disposit. Lib. VI. tit. 26.* [qui in scriniis operam nauat, vti explicat Iac. Gothofredus *in Commentariis.*]

OBSEPIRE copiam ad iudicia veniendi: *l. 7. C. Theod. de reparat. adpell. Lib. XI. tit. 31*]

[OBSEQVELA, id est, obsequium. OBSEQVELAM praebere: *l. 49. C. Theod. de iure fisc.*]

OBSEQVI, obedire, obtemperare. Qui OBSEQVITVR imperiu patris vel domini: *l. 4. D. de regul. iur.* Non OBSEQVENTEM libertum emendare: *l. 9. §. 3. D. de offic. procons.* id est, non praestantem exhibentemque obsequium, patrono debitum. Qui quum obedire deberent, non OBSEQVVNTVR, id est, qui ad iurisdictionem eius, cui negant OBSEQVI pertinent: *l. 53. §. vlt. D. de re iud.* OBSEQVI verecundiae tenetur: *l. 41. D. de oper. libert.* OBSEQVVTVS voluntati. *l. 70. D. de condit. et demonstr.*

OBSEQVIVM, obedientiam significat, et vt Imperatores loquuntur, *patientiam.* Donatus *in Andriam Terent. Act. 1. scen. 1. Falsum est*, inquit, *quod Cicero ait*, OBSEQVIVM *primum dixisse Terentium: quum et Plautus, et Naeuius, ante dixerint.* Qui de proximo OBSEQVIVM reipublicae videntur exhibuisse: *l. 3. C. de legation.* Titio, viro bono, cuius OBSEQVIO gratias ago: *l. 13. D. de ann. legat.* Fictum OBSEQVIVM defuncti precibus praebere: *l. 45. D. ad SC. Trebell.* Plenum OBSEQVIVM praestare testatoris iudicio. *l. 15. D. de legat. praest.* ¶. 2. OBSEQVIVM alias speciatim ministerium, et officium, quod filii parentibus, serui Dominis, liberti patronis exhibent, significat. *rubr. D. de obsequ. par. et patr.* Iustin. *Nouell. LXXVIII. Cap. 2. princ.* Φυλαττέτωσαν γε μὴν καὶ μετὰ ταύτην ἡμῶν τὴν θείαν διάταξιν. τοῖς εἰς τοιαύτην αὐτοὺς ἄγουσι τιμὴν πᾶσαν αἰδῶ, καὶ τόγε καλούμενον ὀψέκιον, καὶ τὴν ἐκ τῶν νόμων ὀρθῶς εἰσενηνεγμένην τιμήν· *Seruent etiam post hanc nostram constitutionem eis, qui ad talem eos perduxerunt honorem, omnem reuerentiam, et hoc, quod vocatur* OBSEQVIVM, *et reuerentiam recte legibus introductam:* vbi et reuerentiam paullo post adpellat. Siue operae petantur, siue OBSEQVIVM desideretur: *l. vlt. D. si ingenuus.* Liberti in OBSEQVIO fuerunt: *l. 84. D. de condit. et demonstrat.* OBSEQVIVM parentibus et patronis, liberisque patronorum exhiberi iubeat: *l. 9. §. 3. D. de offic. procons.* OBSEQVIVM patri debitum: *l. 16. §. 12. D. ad SC. Trebell.* Ingratus libertus est, qui patrono OBSEQVIVM non praestet: *l. 19. D. de iur. patron.* Nisi OBSEQVIVM patrono praestaret libertus: *l. 1. D. de bon. libert.* OBSEQVIVM non solum patronis, verum etiam liberis eorum debere praestari: *l. 5. §. 2. D. de adgnosc et al. lib.* OBSEQVII non praestiti velamento data libertas rescindi potest: *l. 30 C. de lib. causs.* OBSEQVII necessitas seruorum: *l. vlt. C. qui non poss. ad libert.* Seruitutis OBSEQVIVM: *l. 2. C. de ingen. manum.* Qui OBSEQVIIS suis liberalitatem patronorum prouocauerunt: *l. 1. C. de reuoc. don.* Non idcirco, quod secundum defuncti voluntatem, vel contra, de filiabus vni praestas OBSEQVIVM. *l. 23. C. de liber. causs.*
¶. 3. OBSEQVIIS etiam onera et munera ciuilia significant. Ita vt a ciuilium OBSEQVIO munerum filius non excusetur: *l. 17. C. de postlim. reuers.* Ciues, qui OBSEQVIIS ciuilibus fungi possunt: *l. 3. C. quemadm. ciuil. mun. Lib. X.* Corpori indicta OBSEQVIA: *l. 4. §. 1. D. de mun. et hon.* Quod ad collationem viarum muniendarum, vel quodlibet aliud necessarium OBSEQVIVM, creditorem praestitisse constiterit: *l. 6. C de pignorib.* Necessitatis publicae OBSEQVIVM: *l. 2. C. quib. non obiic.* de eo dicitur, qui ob medendi curam a comitatu principis discedere non possit.

OBSE-

OBSEQVIVM pristini: *l. 15. l. 18. C. Theod. de extraord. siue sordid. mun.*

OBSERVANTIA, obseruatio. [Venerabilis cultus catholicae OBSERVANTIAE: *l. 12. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Ad OBSERVANTIAM catholicam mentem propositumque conuertere: *l. 44. §. 3. D. eod. tit.* OBSERVANTIA legum. *l. 1. D. de testam. milit.* id est, obseruatio.

OBSERVARE, id est, custodire. [OBSERVARE, (an *obserare?*) seditionis aditus: *l. 37. C. Theod. de Episc. Lib. XVI. tit. 2.*] Non esse OBSERVANDAM adpellationem: *l. vlt. D. de adpellat.* Nam si aliter OBSERVETVR: *l. 1. §. 5. D. de Carbon. edict.* Si aliud OBSERVABIMVS: *l. 47. D. de euiction.* [OBSERVATA per plurimos annos: *l. 35. D. de legib.* An commoda repraesentationis in hoc legato sic OBSERVENTVR, atque: *l. 1. §. 12. D. de dot. praeleg.* Quod ius multo magis OBSERVANDVM est: *l. 3. §. vlt. D. de offic. praetor.* Quod maxime inter parentes et liberos OBSERVANDVM est: *l. 30. D. de re iudic.* OBSERVANDVM est: *l. 49. D. de rit. nupt.* OBSERVANDVM est, ne iudex detur, quem altera pars nominatim petat: *l. 47. D. de iudic.* Praecipue OBSERVANDVM est: *l. 22. §. vlt. D. de oper. libert.* Nec aliud in vxore pridem OBSERVATVM est: *l. 77. §. 17. D. de legat. II.* [In extraneis hoc OBSERVATVR, id est, requiritur: *§. 4. Inst. de hered. qual. et diff.*] Ita OBSERVABITVR, vti *l. 3. D. de collat.* OBSERVARE iudicium: *l. 23. C. de adpellat. honor.* OBSERVATVR ius: *l. 14. C. de test. milit.* Quod ius multo magis OBSERVANDVM est: *l. 3. §. vlt. D. de offic. praet.* OBSERVARE ordinem: *l. 5. §. 3. D. vt in possess. legat. seu fideic. l. 4. §. 5. D. de legation.* Pacta, quae turpem caussam continent, non sunt OBSERVANDA: *l. 27. §. 4. D. de pactis.* Quod maxime inter parentes et liberos OBSERVANDVM est; *l. 30. D. de re iudic.* Omnia perinde OBSERVABVNTVR, ac si: *l. 10. D. de oper. libert.* Perinde OBSERVABIMVS, atque *l. 6. §. 1. D. quemadm. seru. amitt.* Eadem in personam eius OBSERVARI conueniet, quae circa emtiones custodiri solent: *l. 20. D. de fideic. libert.* Praescriptio viginti annorum, quae circa requirendorum adnotatorum bona OBSERVATVR: *l. 1. §. vlt. D. de iur. fisc.* OBSERVARE praetorem oportebit: *l. 6. D. de curat. furios.* OBSERVARE proconsulem oportet: *l. 4. l. 9. §. 4. D. de offic. procons.* Illud a quibusdam OBSERVARI solet: *l. 11. §. vlt. D. de custod. et exhib. reor.* Hoc quinquennium OBSERVARI legislator voluit: *l. 29. §. 6. D. ad leg. Iul. de adult.* Quod tempus ex aequo et bono praetorem OBSERVARE oportet: *l. 71. §. 2. D. de legat. I.* Non semper mortis tempus OBSERVARI: *l. 56. D. ad leg. Falcid. l. 19. D. de condit. et demonstr.* Quum satis sit OBSERVARI id tempus, quo nascitur: *l. 29. §. 11. D. de lib. et postum.* Tempora quae in excusationibus OBSERVANDA, Diuus Marcus statuit: *l. 16. D. de excusat.* Idem et in paganorum testamentis OBSERVATVR: *l. 52. D. de manumiss. testam.* OBSERVARI ventrem et partus: *l. 1. §. vlt. D. de inspic. ventr.* Vt ad ventrem inspiciendum OBSERVANDVMque custodes mittant: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 24. §. 5.* Solet hoc in vsu OBSERVARI. *l. 1. §. 23. D. de SC. Silanian.* ¶. 2. OBSERVARE, colere, diligere, obedire. [Si eum aliter, quam vt filium OBSERVASSET: *l. 132. pr. D. de verb. oblig.* Vide Petr. Fabr. *Lib. I. Semestr. Cap. 20.* OBSERVARE comiter alicuius maiestatem: Vide supra *Lib. III. artic.* COMITER. Pars OBSERVANS, id est, obediens. *l. 3. C. fin. regund.*

OBSERVATIO, custodia, obsequium. [Animos, diuina OBSERVATIONE deuinctos non decet patrimoniorum desideriis occupari: *l. 104. et l. 112. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.*] OBSERVATIO fidei: *l. 1. C. quib. ex caus.* [Sub hoc OBSERVATIONE concedimus: *l. 5. pr. C. de metat.*] OBSERVATIO iuris: *l. 3. C. de suis et legit.* Si sola iuris nostri OBSERVATIO interuenit: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Codicilli OBSERVATIONEM et legem iuris a testamento traditam seruant: *l. 14. D. de iure codicillor.* Sine OBSERVATIONE legum facere testamentum: *l. 19. §. 2. D. de castr. pecul.* Qui creditorem rei seruandae caussa mittit in possessionem, non custodiam rerum, sed OBSERVATIONEM concedit: *l. 3. §. vlt. D. de adquir. possess.* [OBSERVATIONIS simulatae ingenia et fraudes depellere: *l. 6. C. Theodos. de curios. Lib. VI. tit. 29.* OBSERVATIO temporis, pro praescriptione: *l. vlt. C. Theod. fin. reg.*] OBSERVATIO vsurarum. *l. 1. C. de naut. foen.*

OBSERVATOR, modo sunt ii, qui quid seruant, [vt OBSERVATORES legis catholicae, pro orthodoxis. *l. 1. C. Theodos. de haeret.*] modo ¶. 2. Qui aliorum actiones inspiciunt: vt de honorariis tutoribus dicitur, eos dari quasi OBSERVATORES actus eius, qui gerit, et custodes. *l. 3. §. 1. D. de administr. et peric. tut.*

OBSES, IDIS. Festus OBSIDES *dici ait, pro OBFIDES, qui ob fidem patriae praestandam dantur.* Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. Exquiliis, vicus Africus, quod ibi* OBSIDES *ex Africa bello Punico dicuntur custoditi,* Tacit. *Annal. Lib. II. Cap. 1.* OBSES *Augusto datus a Phraate.* OBSIDVM bona, sicut captiuorum, in fiscum cogenda, nisi accepto vsu togae Romanae, vt ciues Romani semper egerint: *l. 31. l. 32. D. de iur. fisc.* Quo magis OBSIDES hostibus populi Romani dentur aduersus rempublicam. *l. 4. D. ad leg. Iul. maiest.* OBSIDES testari non possunt, nisi id eis permittatur. *l. 11. D. qui test. fac.*

OBSIANVS, lapillis adnumeratur, *l. 19. §. 17. D. de aur. arg. legat.* OBSIDIANVM vtique lapidem Plinius *Lib. XXXVI. Cap. 26.* memorat, et in Aethiopia ab Obsidio, (vnde et nomen traxisse credibile est,) inuentum, *nigerrimi coloris, aliquando et translucidi, crassiore visu, atque in speculis parietum, pro imagine vmbras reddentem,* ex quo multos gemmas fecisse, scribit. Idem *Lib.* *XXXIV.*

XXXIV. Cap. 10. *De* OBSIDIANO *lapide diximus superiore libro. Inueniuntur et gemmae eodem nomine ac colore, non solum in Aethiopia Indiaque, sed etiam in Sammio, vt aliqui putant, et in litteribus Hispaniensis oceani*: quae verba, vt et superiora, ex eo descripsit Isidor. *Lib. XVI. Orig. Cap.* 15. apud quem non OBSIDIANVS, sed OBSIANVS hic lapis adpellatur, vt et Ὀψιανὸς λίθος ab Arriano *in Peripl. mar. Erythr. p.* 145. *edit. Blancardi.*

[OBSIDERE inhonestis factis atque indecentibus machinationibus filium: *l.* 28. *C. de inoffic. testam.* OBSIDERE itinere frequentata insidiis adgressionis: *l.* 1. *C. quand. lic. vnicuiqu. sine iud. se vindic.* et *l.* 2. *C. Theod. ad leg. Corn. de sicar. Lib. IX. tit.* 14] OBSESSVS a latrunculis. *l.* 1. *D. de legat. III.*

OBSIDIO, NIS. In OBSIDIONE parentibus abrepti filii. *l.* 18. *D. de excusat.*

OBSIGNARE, est anulo signum inprimere, et vt Apoleius *Lib. X. Metam p.* 243. loquitur, *anulo praenotare.* σφραγῖδι σημαίνεσθαι, ait Lucianus *de Dea Syr. p.* 667. *Tomo II.* Sic: OBSIGNARE aurum: *l.* 20. *D de furt.* OBSIGNARI bona: *l. vlt. D. de requir. reis.* Epistola non OBSIGNATA: *l. vlt. D. de legat. II.* OBSIGNARE pecuniam: *l.* 41. *§.* 1. *D. de vsur.* OBSIGNARI autem dicebatur pecunia, quae creditori oblata, eo recusante accipere, in sacculum condebatur, qui signatorum sigillis impressis signabatur: quo facto solebat publice, seu in publico deponi, vt adparet ex *l.* 19. *C. de vsur. l.* 11. *C. de compensat.* Qui pecuniam in iure obtulit, et propter aetatem eius, qoi petebat, OBSIGNAVIT, ac publice deposuit: *l.* 56. *§.* 1. *D. mandati.* Debitor pecuniam obtulit, et eam quum accipere noluisset, OBSIGNAVIT, ac deposuit: *l.* 7. *D. de vsur.* Si pecuniam obtulerit, eamque OBSIGNATAM deposuerit: *l.* 1. *§. vlt. D. eod. tit.* Si creditrici pecuniam debitam obtulisti, eaque non accipiente, OBSIGNATAM eam deposuisti: *l.* 6. *C. eod. tit.* Quamuis pecuniam OBSIGNATAM in depositi caussam habueris: *l.* 2. *C. eod. tit.* Quum pecuniam obtulisset, creditorque accipere noluisset, eam OBSIGNAVIT et deposuit. *l.* 1. *C. qui potior. in pign.* OBSIGNATA *pecunia*, apud Ciceron. *pro Cluent. Cap. XXIV.* OBSIGNARE res hereditarias: *l.* 1. *§.* 24. *D. de ventr. in possess.* Emtor sacculum cum pecunia signatorum signis OBSIGNAVIT: *l. vlt. D. de leg. commissor.* OBSIGNANTVR tabulae. *l* 7. *D. testam. quemadm. aper. l.* 2. *C. eod. tit.* Cicero *Lib. I. de Orat. Cap. XXXVIII. Quum* OBSIGNES *tabellas clientis tui.* Plaut. *Curcul. Act. II scen.* 3. *Qui anulo meo tabellas* OBSIGNATAS *attulisset.* Idem *Amphytr. Act. I. scen.* 1. *Cistula Amphytruoni* OBSIGNATA *signo est.* Sueton *in Tiber. Cap. vlt. Testamentum* OBSIGNAVERAT, *etiam humillimorum signis.* Sic et OBSIGNARI *testamenta* legimus apud Caesar. *Lib. I. de bell. Gall. Cap. XXXIX.* et Ciceron. *pro Cluent. Cap. XIII. et XIV.*

OBSIGNATIO, consignationem pecuniae significat, in *l.* 9. *C. de solut. l.* 7. *C. de pact. int. emt. et vend.* OBSIGNATIO autem sic fiebat, vt sacculus lino traiiceretur, signisque cerae impressis obsignaretur. OBSIGNATIO etiam *tabularum* est, apud Gell. *Lib. XIV. Cap.* 2.

OBSONATOR seruus, *l* 65. *D. de legat. III.* et apud Paull. *Lib. IV. Sent tit.* 14. *§.* 1. qui obsonia coemit. Seneca *Epist. XLVII.* Adde OBSONATORES, quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt, cuius rei sapor illum excitet. Athen. *Lib. IV. Cap. XXI. p.* 170. Ἐκάλουν δὲ ἀγοραστὴν τὸν τὰ ὄψα ὠνούμενον, νῦν δὲ ΟΨΟΝΑΤΟΡΑ. *Vocant autem* ἀγοραστὴν, *qui obsonia coemit, nunc* OBSONATOREM. Martial. *Lib. XIV. Epigr.* 217. de OBSONATORE:

Dic, quotus es, quanti cupias coenare, nec vnum
Addideris verbum: coena parata tibi est.

[Risu ergo omnino digna est interpretatio Accursii, qui OBSONATORES esse, ait, qui custodiunt dominum, operam somno dantem, seu qui sonant, et cantant domino in mensa. Alciat. *Lib. X. Parerg. Cap.* 14. et Thom. Reines. *Class IX. Inscr.* 42. *p.* 566. Meminit eiusmodi OBSONATORVM, seu ἀγοραστῶν, praeter Plautum, Spartianus *in Hadriano Cap. XVII* qui, eum Imperatorem *ad deprehendendas* OBSONATORVM *fraudes fercula de aliis mensis, etiam vltimis quibuscumque adponi iussisse*, memorat. Quam fallax enim fuerit, quibusqoe fraudibus deditum id hominum genus, suo exemplo Terentianus Gnatho testatur, cuius ingenua haec exstat confessio *in Eunuch. Act. II. scen.* 2. *v.* 24. *sequ.*

Dum haec loquimur, interea loci ad macellum vbi aduenimus:
Concurrunt laeti mi obuiam cupedinarii omnes,
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores,
Quibus et re salua, et perdita, profueram, et prosum saepe.

At hic locus nihil quidem ad OBSONATORVM fraudes intelligendas facit, sed id modo indicat, gratum id Gnathorum genus fuisse cupedinariis, cetariis, laniis, fartoribus, piscatoribus, quod sui ventris studiosi non obsonarent parce, sed largiter sumtus ex aliena crumena facerent. HEIN.

OBSTACVLVM, impedimentum in OBSTACVLVM exceptionis. *l.* 20. *C. de negot. gest.*

OBSTARE, est obesse, nocere, impedimento esse. Si obstet aedificium vsui publico: *l.* 2. *§.* 17. *D. ne quid in loc. publ.* Capitis deminutio per edictum nulli OBSTAT: *l.* 5. *D. si tab. test. null. ext.* OBSTAT vel non OBSTAT exceptio: *l.* 3. *l.* 7. *l.* 19. *l.* 21. *§.* 1. *l.* 25. *§. vlt. l.* 30. *l. vlt. D. de except. rei iudic. l.* 1. *§. vlt. l. vlt. §. vlt. D. quar. rer. act. non dat. l.* 10. *D de legit. tut. l.* 13. *§. vlt. D. de reb. eor. qui sub tutel. l.* 1. *l.* 21. *l. vlt. D. de doli mal. et met. except. l.* 13. *l.* 18. *D. de except. l.* 2. *C. eod. tit. l.* 13. *D. de vsur. l.* 28. *D. de iudic. l.* 29. *D. de condict. causs. dat. l.* 8. *§. vlt. D. quib. mod. pign. l.* 31. *D. de vsufruct. l.* 7. *§.* 1. *D. de iurisdict. l.* 3. *D. de dot. collat.* Si exceptio OBSTITERIT:

 l. 27.

l. 27. D. de euict. Si peteret rursus hereditatem, OBSTATVRAM exceptionem: *l. 11. pr. D. de except. rei iudic.* Et *mox*: Rursus petenti mihi OBSTATVRAM exceptionem. OBSTATVRAM exceptionem: *l. 21. §. 1. D. eod. tit.* exceptionem doli mali: *l. 48. D. de fideic. libert. l. 6. D. de seru. export. l. 26. D. de liberat. legat. l. vlt. §. 1. D. de dol. mal. et met. except.* pacti conuenti in totum OBSTATVRAM: *l. 27. §. 6. D. de pact.* Nec OBSTATVRAM ei exceptionem. *l. 20. D. de except. rei iudic.* Nisi lex OBSTARET: *l. 33. D. de vsurpat.* Nec OBSTAT: *l. 13. §. vlt. D. commod.* Nec OBSTARE: *l. 5. D. pro derelict.* [OBSTAT necessitas: *l. 4. C. Theod. de collat. donat. Lib. XI. tit. 20.* Nihil OBSTABIT, quo minus: *l. 18. §. 12. D. de damn. infect.* id est, nihil vetabit, vel prohibebit. Iudicatae rei praescriptio coheredi, qui non litigauit, OBSTARE non potest: *l. 29. D. de except. rei iudic.* Non OBSTABIT rei iudicatae praescriptio: *l. 42. D. de lib. causs. l. 3. C. de petit. hered.* Nihil ei seruiturem OBSTETISSE: *l. 3. D. de offic. praetor.* OBSTAT triplicatio: *l. 7. §. 2. D. de curat. furios.* ¶. 2. OBSTARE etiam dicitur, qui alium in hereditate vel successione antecedens, ei impedimento est, quique, vt propior, remotiorem excludit. Neque OBSTAT alii: *l. 1. §. 8. D. vnd. cogn.* Fratribus suis non OBSTABIT: *l. 3. §. 9. D. de bon. libert.* Qui non OBSTAT iure intestati, iure testati videtur OBSTITISSE: *l. 7. D. si tab. testam.* Suos OBSTARE legitimis: *l. 2. D. vnde legit.* Patronus OBSTAT liberis suis: *l. 4. §. 2. D. de bon. libert.* Nepos naturalis matri OBSTAT: *l. 2. §. 6. D. ad SC. Tertull.* Liberi defuncti sui quidem OBSTABVNT matri eius: *ibidem.* Suprascripta persona ei non OBSTAT: *l. 6. §. 2. D. de iniust. rupt. irrit.* Neque pater videbitur OBSTITISSE: *l. 7. D. si tab. testam.* Si quis proximior cognatus nasci speretur, OBSTARE eum sequentibus. *l. 1. §. 8. D. vnde cogn.* Solent quidam formam OBSTATVRAM, tamquam parum Latinam notare, quum potius scribendum fuisse dicant OBSTITVRAM. Sed nec analogiam huic formae refragari, nec auctorum praestantissimorum ei deesse auctoritatem, ex instituto ostendit Ger. Io. Voss. *Lib. III. de Analog. Cap. 20.* HEIN.

OBSTETRIX, ait Donatus *in Andr. Act. 1. Scen. vlt.* dicitur, *quae opem tulerit parturienti.* Idem *in eiusdem comoed. Act. III. scen. 1.* ad verba: *Fer opem*: *Inde*, inquit, OBSTETRIX, *quod opem tulerit.* Sic; Finge, OBSTETRICES dicere praegnantem esse. *l. 30. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* Venter inspicitur per quinque OBSTETRICES, et, quod maxima pars earum denunciauerit, pro vero habetur. OBSTETRICEM, quae partum alienum attulit, vt supponi possit, supplicio adfici placuit. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 24. §. 8. 9.* In manibus OBSTETRICVM deesse: *l. 3. C. de postum. hered.* OBSTETRIX, supponens lege Aquillia tenetur: *l. 9. §. 1. D. ad leg. Aquill.* OBSTETRICES et medicinam faciebant, maximeque curabant eas partes adfectas, quas viris medicis spectandas contrectandasque dare verecundia prohibebat. Et hae sunt *feminae medicae*, quarum fit mentio *l. 1. §. 5. C. de commun. seru. manumitt.* apud Gruter. *Inscr. p. CCLV. XII, 4. DCXXXV, 9. DCXXXVI, 1.* et interpretem Paulli ad *Lib. II. Sent. tit. 24. §. 8.* qui interpretaturus locum, paullo ante exscriptum: *Quinque* OBSTETRICES, *id est, medicae, ventrem iubentur inspicere.* Vnde de OBSTETRICVM, sicuti de medicorum, mercede extra ordinem ius dicebatur. Vid. Iac. Cuiac. *Lib. XVII. Obs. Cap. 27.* et Merill. *Lib. V. Obs. Cap. 21.* HEIN.

OBSTINACITAS, pro obstinatione scripsisse dicitur Vlpianus apud *Pariatorem legum Mosaic. et Rom. tit. XV. §. 2. Interdicta est mathematicorum callida impostura, et* OBSTINACITATE *persuasio.* Enimuero quum haec verba ne commodum quidem sensum fundant: nemo dubitauerit, quin ea in mendo cubent, legendumque sit: OBSTINATA *persuasio.* HEIN.

[OBSTINATIO, pertinacia. Consuetudo OBSTINATIONIS pertinax. *l. 7. C. Theod. de summ. Trinit*]

[OBSTINATVS, A, VM, pertinax. Nulla ad exercendam OBSTINATIORIS animi dementiam haereticis pateat occasio: *l. 2. pr. C. Iust et l. 6. C. Theod. d summ. trinit.* OBSTINATI et pertinaces spiritus haereticorum. *l. 25. pr. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

OBSTRINGERE, obligare, et aliquo vinculo adstringere. OBSTRINGITVR mandati actione: *l. 8. D. de reg. iur.* Quamuis ipse domino mandati vel negotiorum gestorum actione sit OBSTRICTVS: *l. 51. §. 1. D. de Aedil. edict.* Obligationum substantia in eo consistit, vt alium nobis OBSTRINGAT ad dandum aliquid, vel faciendum, vel praestandum: *l. 3. D. de oblig. et act.* Haec, de quibus quis ex caussa donationis OBSTRICTVS est; *l. 12. D. de donat.* Quasi ex caussa fideiussionis OBSTRICTVS; *l. 15. C. de fideiuss.* Eo quod ex caussa OBSTRICTVS esse coeperit: *l. 19. §. vlt. D. de pecun. constit.* Condictione ex furtiua caussa OBSTRINGITVR: *l. 16. D. de condict. furtiu.* Nec alicuius sceleris conscientia OBSTRICTVS: *l. 2. C. qui testam. fac. poss.* Heres ipsius hereditario nomine decima OBSTRICTVS est: *l. 2. §. vlt. D. de pollicitat.* Fideicommisso OBSTRINGI, id est, fideicommisso teneri, vt loquitur *l. 41. §. 3. D. de vulg. et pupill. subst.* Si quum alius rogatus sit, alius fideicommisso OBSTRINGATVR: *l. 108. §. 13. D. de legat. I.* Quatenus cepisset, fideicommisso OBSTRICTAM: *l. 78. §. 11. D. ad SC. Trebell.* Quum fisco etiam OBSTRICTVM, postea tutorem esse factum dicas: *l. 1. C. ne tut. vel curat. vectigal.* OBSTRINGI, *furti*: Gell. *Lib. XI. Cap. vlt.* Non OBSTRICTVM esse heredem ad habitationem praestandam; *l. 38. D. de vsu et vsufr.* Animus solus eum OBSTRINGET hereditati; *l. 21. §. 1. D. de adquir. vel omitt. hered.* Vt quis pro herede gerendo se OBSTRINGAT hereditati, necesse est: *l. 22. D. eod. tit.* Interdicto, vnde vi, colonum locatori OBSTRICTVM fore: *l. 12. D. de vi et vi armat.* Heres iudiciis, quibus conuentus est, aut stipulationibus, quibus necesse habuit promittere, OBSTRICTVS manebit: *l. 36. D. ad.*

OBS. OBT.

ad SC. Trebell. OBSTRICTA muneribus municipalibus corpora vel collegia: l. 17. §. 2. D. de excusat. Necessitate OBSTRICTVS filius fundum relinquendi: l. 34. D. ad leg. Falcid. Contra sexus conditionem ex obligatione OBSTRICTA es: l. 1. C. si mat. indemnit. promis. Mater ex obligatione OBSTRICTA: l. vlt. C. eod. tit. Nullo onere heredes OBSTRINXIT: l. 1. D. de oper. publ. Oneribus hereditatis OBSTRICTVS est: l. 2. §. vlt. D. de pollicitat. Oneribus hereditatis OBSTRICTVS relinquatur: l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell. In partem fore OBSTRICTVM: l. 8. D. de duob. reis. Pater et dominus, de peculio OBSTRICTI: l. 1. §. vlt. D. de pecun. constit. Vt vousquisque earum periculo soliditatis videatur OBSTRICTVS: l. 2. C. quo quisqu. ord. Lib. XI. OBSTRICTVM pignus in sortem, vel in vsuras: l. 11. §. 3. D. de pignorat. act. OBSTRINGERE res veluti proprias; l. 2. C. de crim. stell. id est, pignore obligare. OBSTRICTVS emtori ob venditionem. l. 20. §. 20. D. de hered. petit.

¶. 2. [OBSTRICTI itineris aditus; l. 8. pr. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4. id est, prohibiti, interdicti itineris: nisi forte leui mutatione OBSTRVCTI legendum: de qua tamen lectione dubitat Iac. Gothofredus in Notis]

OBSTRVERE, l. 13. §. 7. D. de vsufr. Si aqua flueos iter suum stercore OBSTRVXERIT: l. 2. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. Si fenestras meas persixas habuero, vel OBSTRVXERO: l. 6. D. de seru. praed. vrban. OBSTRVERE luminibus, id est, officere, dixit Cicero in Bruto Cap. XVII. Quum SCi auctoritas alienandi viam OBSTRVXERIT: l. 11. C. de praed. minor.

OBT.

OBTEMPERARE, id est, obsequi, obedire, parere. Si satisdare iussus, decreto praetoris non OBTEMPERAVERIT: l. 31. D. de reb. auct. iud. Si dum decreto praetoris non OBTEMPERAT, iurisdictionem ei denegauerit; l. 26. §. 6. D. ex quib. causs. maior. Non exaudito decreto praetoris, quasi non OBTEMPERASSET, poena, vt contumax plecteretur: l. 1. §. 3. D. de postul. Seruus domino iubenti OBTEMPERAVIT: l. 2. §. 1. D. de nox. act. Quasi voluerit lex, seruos dominis suis in hac re non OBTEMPERARE: ibid. Ignoscitur seruis, si vel dominis, vel iis, qui vice dominorum sunt, OBTEMPERAVERINT: l. 11. §. 6. D. quod vi aut clam. Datae formae OBTEMPERARI: l. 5. C. de sentent. et interloquut. Praesidem prouinciae formae statutorum priocipalium OBTEMPERARI, pro sua grauitate iussurum: l. 16. C. de excusat. tut. Si pater tuus, vel tutor, vel curator ius dicenti non OBTEMPERAVERIT: l. vn. §. vlt. D. si quis ius dic. non obtemp. Contumacia eorum, qui ius dicenti non OBTEMPERAVERVNT: l. 53. D. de re iudic. Is videtur ius dicenti non OBTEMPERASSE, qui quod extremum in iurisdictione est non fecit: l. 1. §. 1. D. si quis ius dic. non obtemp. Eo, quod legi illa OBTEMPERARE noluerit: l. 1. C. de donat. quae sub modo. Quum donationis legi non esset OBTEMPERATVM: l. 8. D. qui sine manumiss. Quum OBTEMPERANTES legibus, aliquid secundum praeceptum legum facimus: l. 52. §. 5. D. de oblig. et act. Non debent OBTEMPERARE litigatores, si arbiter aliquid non honestum iusserit: l. 21. §. 6. D. de recept. arbitr. Qoia mandato non est OBTEMPERATVM: l. 8. §. 4. D. mandat. Postliminio regressi, patriae muneribus OBTEMPERARE coguntur; l. 17. §. 6. D. ad municipal. Tunc dehinc omnibus placitis OBTEMPERETVR: l. 3. C. ad SC. Turpill. Quo res exterae nationis populo Romano minus OBTEMPERET: l. 4. D. ad leg. Iul. maiest. Sanctio legum poenam irrogat iis, qui praeceptis legis non OBTEMPERAVERINT: l. 41. D. de poen. Si cui respublica necessitatem imposuerit statuarum principi ponendarum, qui non promisit, non ei esse necesse OBTEMPERARE: l. 6. §. vlt. D. de pollicitat. Quum sua sponte scripturae testamenti non OBTEMPERAVERIT: l. 3. C. de condition. insert. Arbitrorum ex compromisso sententiae non OBTEMPERANS: l. 3. C. de recept. arbitr. Nec est, quod mulieribus imputetur, quae, qualiter potuerunt, statutis OBTEMPERARVNT: l. 135. D. de verb. signif. Si tutor iudicatum sisti promiserit, et stipulationi non OBTEMPERAVERIT: l. vlt. D. si quis caut. in iud. sist. causs. fact. Si forte non OBTEMPERENT testes, coerceri eos a praetore; l. 3. §. 9. D. de tabul. exhib. Si mulier non OBTEMPERET voluntati: l. 7. §. 8. D. de donat. int. vir. Si fato quis fecerit, non videtur OBTEMPERASSE voluntati: l. 2 D. de condit. et demonstr. Quia patris sui voluntati non OBTEMPERATVR: l. 2. C. de condit. insert. OBTEMPERANDVM voluntati testatoris: l. 113. D. de legat. I. Voluntati testatoris, salua legis Falcidiae auctoritate, OBTEMPERANDVM esse, manifestum est. l. 10. C. famil. ercisc.

OBTENTVS, VS. OBTENTV, casu sexto, idem, ac specie, praetextu, colore. Sub OBTENTV copulandae adoptionis: l. 2. C. de adopt. OBTENTV aeris alieni: l. 5. §. 9 D. de reb. eor. qui sub tutel. OBTENTV consilii: l. 77. §. 24. D. de legat. II. [OBTENTV debilitatis bellico operi inconueniens iudicatur: l. 83. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.] Qoi, sub OBTENTV et monitu deorum, quaedam renunciant, vel iactant: Vlpianus in Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. XV. §. 2. OBTENTV maioris percepti emolumenti: l. 17. D. de vsur. OBTENTV expilatae hereditatis: l. 5. D. de crim. expil. hered. OBTENTV non datorum instrumentorum: l. 15. C. de rei vindic. OBTENTV nouorum instrumentorum: l. 35. D de re iudic. id est, sub specie, vti l. 4. C. eod. tit. vel sub praetextu, vt l. 19. l. 29. C. de transact. Sub OBTENTV iudicii de inofficioso: l. 7. §. 1. D. de heredit. petit. Sub OBTENTV legis Falcidiae: l. 2. C. de vsur. et fructib. [OBTENTV liberalitatis: l. 12. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10] Persequendae litis OBTENTV: l. 2. C. de procurat. OBTENTV militiae: l. 8. D. de rei vindic. Adscitae mortis OBTENTV: l. 2. C. qui test. fac. poss. [OBTENTV ciuilium munerum vel onerum municipalium: l. 3. C. ne vx. pro marit. OBTENTV nominis primipili: l. 2. C. de primip. Lib. XII. tit. 63.] OBTENTV obligatio-

nia;

nis: *l. 10. C. ad SC. Vell.* paupertatis: *l. 43. §. 5. D. de rit. nupt.* id est, sub praetextu paupertatis, vt *ibid. § 9.* Sub OBTENTV paupertatis: *l. 10. §. 3. D. de vacat. et excus. mun.* Sub OBTENTV poenitentiae: *l. 4. C. de reuoc. donat.* OBTENTV priuilegiorum: *l. 1. C. de bon. vacant.* Sub OBTENTV quantitatis, quam reipublicae debes: *l. 1. C. ne fisc. vel reep.* OBTENTV recuperatae valetudinis. *l. 6. C. de re milit.*

OBTERERE, est opprimere. [OBTERERE innocentem: *l. 14. C. Inst. l. 21. C. Theod. de Iudaeis et caelic.*] Si mulae alienum hominem OBTRIVERINT: *l. 8. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Vehiculo OBTRITVS: *l. 5. §. vlt. D. de condict. causs. dat.*

OBTINERE, vel, vt in pandectis Florentinis scribitur, OPTINERE, interdum est habere, possidere, nancisci, consequi. Namque plures in vno fundo dominium iuris intellectu, non diuisione corporis OBTINENT: *l. 66. §. 1. D. de legat. II.* OBTINERE hereditatem: *l. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. de iniust. rupt. irrit. l. 23. D. de inofficios. testam. l. 5. §. 1. D de his, quae vt indign. l. 7. §. 1. D. de Carbon edict. l. 15. D. de legat. praest. l. 11. C de probat. l. vlt. C. si min. se maior.* totam hereditatem; *l. 22. C. de probat. l. 22. D. de inoffic. testam.* bonorum omnium hereditatem: *l. 1. §. vlt. D. de vulg. et pupill. subst.* ex substitutione: *l. 41. D. de adquir. vel omitt. hered.* Tutelam patroni filius, hereditatem patrona OBTINEBIT: *l. 1. §. 1. D. de legit. tut.* Quo minus id, quod tibi relictum est, OBTINEAS: *l. 1. C. de his, quae sub mod.* OBTINERE praedium vniuersum: *l. 1. C. commun. diuid.* Quadrantem integrum OBTINERE: *l. 41. §. 6. D. de vulg. et pupill. subst.* Rem, quam OBTINEBIT: *l. 12. D. de iniust. rupt. irrit.* OBTINERE successionem. *l. 1. C. de collat.* ¶ 2 OBTINERE, etiam est tenere et occupare. Caussam OBTINERE, est iudicio vincere et superare, quod et absolutione, si de reo agatur, vel condemnatione, si de actore sermo fiat, contingit. Si mater impuberis, subiecti partus rea postulata caussam OBTINEBIT: *l. 3. §. 6. D. de Carbon. edict.* Idemque genus Cicero *in Verr. II. Cap. 7.* et *in Oratore Cap. XXI.* et alibi passim vsurpat. OBTINERE priorem gradum: *l. 4. C. de postlim. reuers.* Instar rei iudicatae OBTINERE: *l. 2. C. de iur. fisci Lib. X.* OBTINERE ius: *l. 5. D. de lib. causs.* Cicero *Lib. XIII. ad famil. Epist. 4. Praecipuam caussam haberent ad ius suum* OBTINENDVM. Hereditas dominae locum OBTINET: *l. 13. §. 5. D. quod vi aut clam.* item defuncti locum: *l. 13. §. vlt. de hered. instit.* In conditionibus primum locum voluntas defuncti OBTINET: *l. 19. D. de condit. et demonstr.* Proximum locum OBTINENS: *l. 1. §. 7. D. vnde cognati.* Qui sui heredis locum nunquam OBTINVERVNT: *l. 5. D. si tab. test. null. exst.* Reuersus decurio locum quidem suum non OBTINEBIT; *l. 2. D. decurion.* [Seruitutis locum OBTINET: *§. 9. Inst. de legat.*] Ratio OBTINENDAE possessionis: *l. 6. D. de adquir. vel amitt. possess.* OBTENTA possessio: *l. 2. C. de long. temp. praescript.* Potestatem conditionis OBTINET: *l. 39. D. de reb. credit.* Siue proconsulatum OBTINEAT prouinciae: *l. 1. D. de tut. et curat. dat.* OBTINERE vtique prouincias cum imperio dicebantur, qui iis praeerant. Gell. *Noct. Attic. Lib. V. Cap. 14. Quum prouinciam Africam proconsulari imperio dominus meus* OBTINERET: Idem *Lib. XII. Cap. 7. Ad Cn. Dolabellam, proconsulari imperio prouinciam Asiam* OBTINENTEM: Plin. *Lib. VII. Cap. 13. M. Silianum, qui quum Asiam* OBTINERET *post consulatum.* Vsurae vicem fructuum OBTINENT: *l. 34. D. de vsur.* Ex iis, quae legis vicem OBTINENT: *§. 7. Inst. de except.* Vicem legitimae subolis OBTINERE: *l. 4. D. de adoption.* Vim rei iudicatae OBTINERE: *l. 6. C. de exsequ. rei iudic.* Contractus imaginarii iuris vinculum non OBTINENT: *l. 54. D. de oblig. et action.* Vices suas OBTINERE: *l. vlt. C. qui non poss. ad libert. proclam.* ¶ 3. OBTINERE, absolute, iurisconsultis plerumque est iudicio vincere, vel caussam OBTINERE. Proinde OBTINERE, et *vinci* aduersantur. *l. 5. §. 6. D. iudic. solu.* Si filius patroni exheredatus in partem OBTINVERIT, in partem *victus* sit: *l 12. §. 4. D. de bon. libert.* Si noluit OBTINERE, et si in lite *vinci* voluit, idem valeat; *l. 1. §. 7. D. si quid in fraud. patr.* Sic: egit posterius pignoratitia, et OBTINVIT *l. 19. D. de except. rei iudic.* Duobus separatim agentibus, alter OBTINVIT: *l. 29. D. de except. rei iudic.* Si creditor ius suum persequutus est, et OBTINVIT: *l. 30. §. 1. D. eod. tit.* De inofficioso egit et OBTINVIT: *l. 19. de inoffic testam.* Filio, qui de inofficioso testamento contra fratrem egit, et OBTINVIT: *l. 16 D. eod. tit.* Haec de inofficioso egit, et OBTINVIT: *l. 19. D. eod tit.* Quum et de matris testamento agant, et OBTINERE adsidue soleant. *l. 5. D. eod. tit.* Si, adpellatione intercedente, heres scriptus OBTINVIT: *l. 5. §. 12. D. de his, quae vt indign.* Qui me potior est, quum ego te superatutus sim, multo magis aduersus te OBTINERE debet: *l. 14. D. de diuers. temp. praescript.* OBTINVIT tutor, secundum quem nimirum sententia dicta est: *l. 6. D. quand. ex fact. tut.* Portionem hereditatis petebat, et apud praesidem OBTINVERAT: *l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Fideicommissum petierat, et OBTINVERAT apud proconsulem Achaiae; *l. vlt. D. ad SC. Trebell.* Postea heres scriptus OBTINVERAT fiscum: *l. 27. §. vlt. D. de legat. III.* Animus litigantis, et OBTINENDI votum: *l. 11. §. 3. D. ad leg. Falcid.* Quum OBTINERE spem non habeant: *l. 1. D. de inoffic. testam.* Atque vt OBTINERE dicitur, qui superior a lite discedit; ita non OBTINERE, qui iudicio vincitur, et superatur. Filia quae non egit, aut non OBTINVIT: *l. 16. D. de inoffic testam.* Qui non iure factum contendit, nec OBTINVIT: *l. 5. §. 1. D de his quae vt indign.* Qui falsos codicillos esse dixit, nec OBTINVIT: *l. 15. D. eod. tit.* Qui de falso egit, nec OBTINVIT: *l. 27. D. de excusat.* Qui falsum testamentum dixit, si non OBTINVERIT: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* Fiscus in quaestione falsi testamenti non OBTINVIT: *l. 38. D. de iure fisc.* Ab vno ex institutis dimidiam partem hereditatis petit, nec OBTINVIT:

l. 3.

OBT.

l. 3. D. de except. rei iudic. Si litem peregero nomine filii, nec OBTINVERO: *l. 21. D. de inoffic. testam.* Ego apud fideicommissarium praetorem petebam, nec OBTINVI: *l. 78. §. 6. D. de legat. III.* Idem et in iudiciis publicis dicitur. Postquam Q. Ligarium accusauit, nec OBTINVIT apud C. Caesarem: *l. 2. §. 46. D. de orig. iur.* Quum in falsi testamenti accusatione non OBTINVERIT: *l. 47. D. de heredit. petit.* Si non OBTINVISSET in accusando. *l. 22. D. de inoffic. testam.* ⁋. 4. OBTINERE, tum absolute positum, tum aliis additum nominibus, interdum praeualere significat. OBTINVIT: *l. 3. D. de condit. et dem.* Fuit quaestionis, et OBTINVIT; *l. 24. D. de adquir. vel omitt. hered.* Post magnas varietates OBTINVIT: *l. 32. D. de obl. et act. l. vlt. D. pro legat.* Hodieque OBTINVIT: *l. 1. §. vlt. D. de offic. quaestor.* Quod et honestius est, et merito OBTINVIT: *l. 4. §. 2. D. de in ius voc.* OBTINENDVM est enim: *l. 34. D. de iure fisc.* Quod et hic humanitatis gratia OBTINENDVM est: *l. 86. D. de adquir. vel omitt. hered.* Quod non solum in persona eorum, sed in heredibus et in persona liberorum quoque OBTINENDVM est: *l. 13. D. de dol. mal. et met. exc.* Vt haec forma in agris seruetur, quae viuo testatore OBTINVERIT: *l. 15. §. vlt. D. de vsu et vsufr. leg.* Quod et in iudiciis publicis OBTINERE debet. *l. 38. D. de re iudic.* OBTINVIT sententia Bruti: *l. 68. D. de vsufr.* Galli: *l. 27. D. de legat. I.* Et adeo contra sententiam Q. Mucii OBTINVIT. *§. 2. Inst. de societ.* Sabini et Cassii: *l. 10. D. de vsurp. §. 8. Inst. de mandat.* id est, praeualuit, vt loquitur Iustinianus *§. 2. Inst. de emt. vendit. §. 2. Inst. de societ.* Et si dissentirent, plurium sententia OBTINERET *l. 36. de re iudic.* Quamuis sententia diuersa OBTINVERIT: *l. 40. in fine D. de reb. credit.* Pro libertate statutum OBTINET: *l. 38. D. de re iudic.* Vix est, vt id OBTINEAT. *l. 7. §. 5. D. de adquir. rer. domin.* ⁋. 5. [OBTINERE, etiam pro exiistimare vel iudicare dixerunt veteres. Sallust. *Orat. 1. de rep. ordin. Populus Romanus antea OBTINEBAT, regna atque imperia, fortunam dono dare.* Apulei. *Apolog. princ. Certus equidem eram, proque vero* OBTINEBAM: vbi vid. Scip. Gentil. *Not. p. 2.*]

OBTINGERE, vel, vt in pandectis Florentinis constanter scribitur OBTINGERE, est obuenire, accidere, contingere. Quae dantur, ita dantur, vt tu aliquid facias, aut, vt aliquid OBTINGAT: *l. 35. §. 1. D. de mort. causs. donat.* Is cui OBTIGERIT exercitio iudicii: *l. 1. D. de offic. ei. cui mand. est iurisd.* Vt quid fiat, vt quid OBTINGAT: et retro: Ne fiat, ne OBTINGAT: *l. 60. D. de condit. et demonstrat.* ⁋. 2. OBTINGERE etiam ea dicuntur, quae aliquo euentu nobis quaeruntur. Et si per hereditatem OBTIGIT haec actio: *l. 20. D. de sepulcr. viol.* Cum his omnibus agris, qui ad coniunctionem cuiusque fundorum emtione, vel quolibet alio casu OBTIGERINT; *l. 92. D. de legat. III.* Honores, qui filio decurionis post mortem patris OBTIGERVNT: *l. 15. D. de mun. et honor.* OBTINGIT libertas: *l. 47. D. de manum. testam. l. 47. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 49. D. de condit. et demonstr.*

OBT. OBV.

⁋. 3. OBTINGERE porro res dicitur per diuisionem. Nomina, quae per diuisionem OBTIGERVNT, inter coheredes interpositis delegationibus: *l. 77. §. 18. D. de legat. II.* Profana loca eius sunt, cui illa, quorum partes esse visa sunt, ex diuisione OBTIGERVNT: *l. 4. C. de religios. et sumt. fun.* Si arbiter fundum certis regionibus diuisisset, eius partis, quae tibi OBTIGERIT. *l. 31. D. de vsu et vsufr.*

OBTVRARE, (vel Florentiae OPTVRARE, idem valet, ac obstruere. Si tu foramen, vnde exemtum est tignum OBTVRAVERIS. *l. 6. D. de seruit. urban. praedior.*

OBTVTVS, VS, quod Graeci proprie πρόσωπον, hoc est, stultum dicunt. Seru. *ad Virgil. Aeneid. Lib. XII. v. 665.*

Obstupuit varia confusus imagine rerum,
Turnus, et OBTVTV *tacitus stetit.*

Plerumque, inquit, OBTVTVS *de eo vsurpatur, qui alium, seu rem aliquam defixis in eam oculis intuetur.* Vnde idem Virgil. *Lib. I. Aen. v. 498. sequ.*

Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur:
Dum stupet, OBTVTV*que haeret defixus in vno.*

Sic OBTVTVS intuentium polluere dicuntur statuae Eutropii. *l. 17. Cod. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.*]

OBV.

[OBVAGVLARE, et OBVAGVLATIO, vocabula legum XII. Tabularum. Ait enim illa lex: *Cui testimonium defuerit, is tertiis diebus ob portum* OBVAGVLATVM *ito.* Vti Raeuardus *ad leges XII. Tabular. Cap. XI.* ob portum OBVAGVLARE interpretatur, aduersario iustum, adhibitis testibus conuicium facere; quod *stipulo differre ante aedes*, Plauto dicitur *Aulul. Act. III. scen. 2. v. 32.* Add. Cuiac. *Lib. VII. Obseru. Cap. 15.*]

OBVENIRE, id est, obtingere, deferri. Et ita OBVENIRE dicitur tum ipsa hereditas, tum res hereditariae. Iusta hereditas vtrum ea, quae iure legitimo OBVENIT, an etiam ea, quae testamento? *l. 3. §. 2. D. pro soc.* Lege OBVENIRE hereditatem non improprie quis dixerit etiam eam, quae ex testamento defertur: *l. 130. D. de verb. signif.* Si legitima hereditas filiis OBVENIT: *l. 14. D. de adquir. vel omitt. hered.* Postea filio hereditas OBVENIT: *l. 28. D. de reb. auct. iud.* Intestatae sororis hereditas OBVENIT duobus fratribus: *l. vlt. D. pro emtor.* Filiifamilias militis puto peti posse hereditatem ex testamento nobis OBVENIENTEM: *l. 34. D. de heredit. petit.* Plerumque vel a parente, vel a liberto, quasi debitum nobis hereditas OBVENIT: *l. 10. D. pro soc.* Arma, quae hereditate OBVENERINT: *l. 2. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Varro *Lib. I. de re rust. Cap. 12. Si huiusmodi fundus hereditate* OBVENERIT. Plin. *Lib. VIII. Epist. 6. Ex hereditate, quae mihi* OBVENIT. ⁋. 2. Nec hereditates modo, sed et legata, OBVENIRE dicuntur, et quidquid aliis capiendi figuris accedit. Hereditas, vel legatum, vel donationis mortis caussa vel non mortis caussa, fortassis haec ideo,

 quia

OBV.

qnia non fine caussa OBVENIVNT, sed ob meritum aliquod accedunt: *l. 9. D. pro soc.* Si hereditas vel caossa nobis communiter OAVENIT: *l. 31. D. eod. tit.* Heres de eo, quod hereditati OAVENIT, recte agit: *l. 50. D. de rei vind.* In casum a quolibet OBVENIENTIS hereditatis: *l. 22. D. de condit. inst.* Quod impuberi legatorum nomine a patre OBVENIT: *l. 60. D. ad leg. Falcid.* Mortis caussa capitur, quom propter mortem alicuius capiendi occasio OBVENIT: *l. 31. D. de mort. causs. donat.* Castrense peculium, quum nihil de eo decernit filios, non nunc OAVENISSE patri: *l. 9. D. de castr. pecul.* Ad substitutos pupillares pertinent, quae postea pupillis OAVENERINT: *l. 10. §. 5. D. de vulg. et pupill. subst.* Sacerdotio OBVENIENTE: *l. 32. §. 4. D. de recept. arbitr.*

OBVENTIO, generaliter accessionem significat, quae vel ex ipsa industria hominis proficiscitur, veluti mercedes, pensionesqoe ex locationibus praediorum vrbanorum debita, vecturas iumentorum, naula nauium: *l. 1. §. 15. D. de exercit. act. l. 34. D. de vsur.* Quicumque reditus, quaeque OAVENTIONES sont: *l. 7. pr. D de vsufr.* Au pecuniam pupillus habeat in redituom spe atque OBVENTIONVM. *l. 5. §. 9. D. de reb. eor. qui sub tutel.*

OBVIARE, proptie est obuiam venire, occurrere, vt ea imploral, aduersus qoae OBVIAM ire non potest: *l. 4. in fine C. de recept. arbitr.* μεταφορικῶς contrauenite, impedire, obicem ponere. [OBVIARE ambientibus: *l. 2. C. Theod. ad leg. Iul. de ambit.*] OBVIARE suae confessioni: *l. 20. D. de donat.* [cupiditatibus: *l. 161. C. Theod de decurion. Lib. XII. tit. 1.* fraudibus: *l. 161. C. Theod. eod. tit. l. 2. C. Theod. den. non excus. Lib. XIII. tit. 7.* Vicos poblicis muneribus constiterit OBVIARE: *l. 3. C. Theod. de patroc. vicor. Lib. XI. tit. 24.* Nullus parcat militi, aui OBVIARE ielo oporteat, vt latroni: *l. 1. C. quando liceat vnicuiqu. se vind.* quae est *l. 2. C. Theod. ad leg. Corn. de sicar. Lib. IX. tit. 14.* Cullatis viribus OBVIARE. *l. 11. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.*]
☞ Barbarum hoc verbum cum aliis videtur, tum auctori anonymo de Latinitate veterum iurisconsultorum. Haud paullo modestior V. C. Christ. Cellar. *cur. posterior Cap. VI.* illud cadenti Latinitati adscribit, euque Macrobium, Vegetium et Orosium, vsos esse obseruat. At meliore etiam aetate ita loquutos esse Varronem *de re rust. Lib. I. Cap. 35. et Lib. IV. Cap. 10.* et Quinctilianum *Declam CCCVII.* ostendit Ducker. *de Latinit. vet. iuric. p. 393.* HEIN.

[OBVIVS, A, VM. pro eo, qood obstat alicui, vel impedimento est. Si cogendis OBVIVM debitis pruuocationis suffugium fuerit obiectum: *l. 39. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* Sic OBVIAS *manus* dixit Symmach. *Lib. V. Epist. 5.* et OBVIAM *vrbem* Virgil. *Lib. V. Aen. v. 499.*

Effigiem Xanthi Troiamque videtis,
Quam vestrae fecere manus: melioribus, opto,
Auspiciis, et quae fuerit minus OBVIA *Graiis.*]

OBV. OCC.

[OBVMBRARE, vmbram soffundere, vt aliquid non conspicuum sit. Iac. Gothofred. *Not. ad Tertull. ad nation. Lib. II. Cap. 9. p. 159.* OBVMBRATI latebris. *l. 33. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

OCC.

OCCANTARE, vel, vetustiore ☞ scribendi ratione OBCANTARE, pro incantare. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 15. Qui sacra impia, nocturnaue, vt quem OBCANTARENT, defigerent, obligarent, fecerint, faciendaue curauerint, aut cruci suffiguntur, aut bestiis obiiciuntur.* Ita OCCENTARE vsus est Ammian. Marcell. *Lib. XXX. Cap. 21. Bubo,* OCCENTANS *funebria:* et sensu paullo alio Plaot. *Mercat. Act. II. scen. 3. v. 73.* OCCENTARE ostium, id est, conuicium ante ostium dicere. HEIN.

OCCASIO, ait Festus, *oportunitas temporis, casu prouenient, est.* Verum et quaelibet alia, quouis euentu contingens oportunitas hoc nomine continetur. Qui OCCASIONE adquirendi non vtitur: *l. 28. §. 1. D. de verb. signif.* Qoum propter mortem alicuius capiendi OCCASIO obuenit: *l. 31. D. de mort. causs. donat.* Id domino magis ex OCCASIONE, quam ex iure contingere: *l. 2. D de riu.* Fugae nactus OCCASIONEM: *l. 17. §. 4. D. de Aedil. edict.* Si habeamus OCCASIONEM: *l. 47. D. de oblig. et act.* Nec OCCASIONE hereditatis eam partem habuit: *l. 59. §. vlt. D ad SC. Trebell.* Si quid lucri OCCASIONE hereditatis venditor senserit: *l. 2. §. 7. D de hered. vel act. vend.* OCCASIONE omissae hereditatis: *l. 20. §. 1. D. de bon possess. contr. tab.* Crimen maiestatis a iudicibus non in OCCASIONEM habendum est, sed in veritate: *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiestat. In* OCCASIONEM ☞ *habere,* idem hoc loco est, ac obtentui habere: quemadmodum *per* OCCASIONEM idem aliquando, ac sub specie, vel obtentur. Sic: per OCCASIONEM iuris ciuilis: *l. 1. §. 1. D. de dol. mal. Sub* OCCASIONE titulorum ad se pertinentium: *Nouell. Theodos. et Valentiniani II. Per* huiusmodi OCCASIONEM: *l. vn. §. 1. C. si secund nups. mul.* Obseruauit singularem hanc vocabuli notionem Ios. Nerius *Analect. Lib. I. Cap. 10.* HEIN. [OCCASIO litigandi: *l. 3. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.*] Quum calcis ictu mortis OCCASIO praebita videatur: *l. 5. C. ad leg. Corn. de sicar.* Rapienda OCCASIO est, quae praebet benignius responsum: *l. 168. D. de reg. iur.* [Elegans haec loquutio, qua vsus etiam Horat. *Epod. XIII.*

Rapiamus, amici, OCCASIONEM *de die:*
Dumque virent genua, et decet,
Obducta soluatur fronte senectus.]

Qui OCCASIONEM vsucapiunis praestitisset: *l. 33. D. de mort. causs. donat.*

OCCASVS, participium, quo vsi decemuiri in XII. Tabulis, teste Gellio *Lib. XVII. Cap. 2.* et Censorin. *de die nat. Cap. vlt. Sol* OCCASVS, pro *solis occasu.* Itaque apud. Macrob. *Lib. I. Cap. 3.* vbi vulgo est, SOLIS OCCASVS *suprema*

prema tempestas esto, emendandum est: *Sol* OCCASVS.

OCCIDERE, est interimere, necare. OCCIDISSE dicitur vulgo quidem, qui mortis caussam quolibet modo praebuit: *l. 51. D. ad leg. Aquill.* Quod et in lege Cornelia de sicariis obtinet, in qua nihil interest, OCCIDAT quis, an caussam mortis praebeat: *l. 15. D. ad leg. Corn. de sicar.* Nam vt Cicero *Philipp. IX. Cap. 16.* *Is profecto mortem attulit, qui caussa mortis fuit.* Quod et confirmat Quinctilianus *Declam. CCLXX.* Sed lege Aquillia is demum teneri visus est, qui adhibita vi, et quasi manu caussam praebuisset, tracta videlicet interpretatione vocis a caede. *l. 51. D. ad leg. Aquill.* OCCISVM itaque, quod ad legem Aquilliam attinet, accipere debemus, siue gladio, siue etiam fuste, vel alio telo, vel manibus, si forte strangulauit eum, vel calce petiit, vel capite, vel qualiter qualiter. *l. 7. §. 1. D. eod. tit.* In SC. Silaniano OCCISORVM adpellatione hi continentur, qui per vim, aut caedem sunt interfecti, vt puta, iugulati, strangulati, praecipitati, vel saxo, fuste, lapide percussi, vel quo alio telo necati, non etiam si veneno, vel quo alio, quod clam necare soleat, sint interemti. *l. 1. §. 18. D. de SC. Silan.* At Paull. *Lib. III. Sent. tit. 5. §. 2.* OCCISVS *videtur non tantum, qui per vim, aut per caedem interfectus est, vel iugulatus, aut praecipitatus, sed et is, qui veneno necatus dicitur.* Vbi tamen ob textus miro consensu aliud inculcantes, veluti *l. 1. §. 18. l. 20. l. 21. pr. D. de SC. Silan. l. 9. C. de his, quib. vt indign. hered. auf.* Auiaui manum sensum turbasse, tum hoc §. 2. tum §. 10. non sine ratione suspicatur Scholting. *Iurispr. vet. anteiustin. p. 351.* HEIN. Festus: OCCISVM *a necato, distinguit quidam, quod alterum a caedendo atque ictu fieri dicunt, alterum sine ictu. Itaque in Numae Pompilii, Regis legibus scriptum esse:* SI HOMINEM FVLMINIBVS OCCISIT, *et alibi:* HOMO SI FVLMINE OCCISVS EST. Quinctilian. *Declam. CCCL. Caedes videtur significare sanguinem et ferrum. Si quo alio genere homo fuerit* OCCISVS, *ad illam legem reuertemur: Si inciderit in latrones, aut in aquas praecipitatus, si in aliquam immensam latitudinem deiectus fuerit, eadem lege vindicabitur, qua ille, qui ferro percussus est.* Qui hominem OCCIDIT, si non OCCIDENDI animo hoc admisit: *l. 1. §. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Boue OCCISO: *l. 14. §. 1. D. de condict. furt.* Qui hominis OCCIDENDI caussa cum telo ambulauerit: *l. 1. D. eod. tit.* Qui telum tutandae salutis suae caussa gerunt, non videntur hominis OCCIDENDI caussa portare: *l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Ius OCCIDENDI conceditur: *l. 22. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* datur: *l. 20. D. eod. tit* habere: *l. 24. §. vlt. D. eod tit.* Vno ictu, et vno impetu vtrumque OCCIDERE. *l. 22. §. vlt. D. eod. tit.*

[OCCIDERE, antepenultima correpta, dicuntur stellae, quae horizontem subeunt. Μεταφορικῶς idem est, ac exstingui, vel finiri. Sic: OCCIDENT cum personis delicta; *l. 1. C. Theod. de liber. causs. Lib. IV. tit. 8.* Nec alia notione spes OCCIDERE, vel OCCIDISSE, passim dicitur.]

OCCISIO, caedes. OCCISIO Stichi. *l. 23. §. 2. D. ad leg. Aquill.*

[OCCLVDERE, vel, vt in Codice Theodosiano scriptum reperitur, OBCLAVDERE, idem, ac claudere. OBCLAVDERE aditum implendae deuotionis. *l. 1. C. Theod. de patrocin. vicor. Lib. XI. tit. 24.*]

OCCVLTARE, celare, abscondere. Eos qui secum alieni criminis reos OCCVLTANDO: *l. 1. C. de iis, qui latron. et al. crim. reos occult.* Si circa columnas, aut stationes se OCCVLTAT: *l. 7. §. 23. D. quib. ex causs. in possess. eat.* Furiosus non se OCCVLTAT, qui suus non est. *d. l. 7. §. 9. D. eod. tit.* Occultationis seu latitationis post columnas frequenter mentionem faciunt veteres. Ambros. *de Tobia Cap. VII. Ille gressus debitoris singulos numerat, aucupatur deflexus: iste continuo post columnas caput obumbrat.* Sidon. Apollin. *Lib. I. Epist. 11. Alii, ne salutarent, fugere post statuas,* OCCVLTARI *post columnas.* Ex quo loco, quia statuas ibi columnis iungit Sidonius, *l. 7. §. 13. D. quib. ex causs. in poss.* emendandam putat Cuiacius *Lib. I. Obs. Cap. 13.* et pro *circa stationes* rescribi iubet: *circa statuas* Lucianus *in Anacharsi. p. 92. Tomo II.* Ἀλλὰ περὶ τοὺς ἀνδριάντας ἂν περιεστάμενοι καὶ περὶ τοὺς κίονας καταπεπτηχότες γέλωτα ἄν μοι παρέχοιεν, δακρύοντες οἱ πολλοί, καὶ τρέμοντες. *Sed circum statuas stantes, et circum columnas latitantes risum mihi mouerent lacrymantes et trementes permulti.* Basil *in Psalm. XXIV.* Ὁ δανεισάμενος τοῦ χρεώστου τὰς συντυχίας ὑποφεύγει πρὸς κίονας καὶ τοίχους, ἀποσκιάζων τὴν κεφαλήν. *Debitor foeneratoris occursum deuitat, seque post columnas aut parietes abdit, caputque obuelat.* Et erant sane circa fora veterum porticus, intercolumnia, statuarumque ingens multitudo, intra quas labyrinthos facile erat hominibus, sese foeneratorum oculis subducere. HEIN.

OCCVLTATIO sui. *l. 7. §. 4. D. quib. ex causs. in possess.*

OCCVLTVS, A, VM. OCCVLTVM compendium. *l. vlt. C. de crim. stellionat.* [OCCVLTAE delationes: *l. 4. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.*] Si hoc in OCCVLTO sit. *l. 4. D. de peric. et commod. rei vend.* id est, in obscuris, vt *l. 9. l. 114. D. de reg. iur.*

OCCVPARE, interdum est adprehendere, et inuadere. Si ager ab hostibus OCCVPATVS sit: *l. 26. D. quib. mod. vsusfr.* OCCVPARE bona, fiscus dicitur, in quae manum inicit, quaeque vt sibi quaesita vel adquisita vel obligata adprehendit. Si per viginti annos fiscus non OCCVPAVERIT: *l. 2. D. de requir. vel abs.* Si bona vacantia fiscus OCCVPAVERIT: *l. 1. C. de donat. int. vir. et uxor.* Quum proponas, ea, quae nauis continebat, fiscum OCCVPASSE: *l. 3. C. de naut. foen.* Bona fiscus, vt obligata sibi, OCCVPAVERAT: *l. 68. §. 1. D. de fideiuss.* Quoties sine auctoritate iudicati officiales alicuius bona OCCVPANT: Pauli. *Lib. V. Sent. tit. 12. §. 6.* Quum

omnia

omnia bona mulieris OCCVPARENTVR: *l. 48. §. 1. D. de iure fisc.* Eius bona, qui se Imperatorem factum heredem esse iactauerat, a fisco OCCVPARI non possunt: *l. vlt. D. qui test. fac poss.* Bona, si ob reliqua administrationis primipilariae a fisco OCCVPATA sunt: *l. 1. C. de priuil. fisc.* Cuius bona merito a fisco OCCVPATA sunt; *l. 2. C. de sent. pass.* Intestatorum bona, a ciuitatibus OCCVPATA: *l. 1. C. de bon. vacant.* Si quasi libertini sui, quum ingenuus esset, bona OCCVPAVIT: *l. 21. D. de adquir. vel. omitt. hered.* Si non sit inde OCCVPATA bonorum possessio: *l. 2. D. de bon. poss. secund. tab.* Quod nullius est, id ratione naturali OCCVPANTI conceditur: *l. 3. D. de adquir. rer. dom.* Et ita OCCVPATIONE *sua fecisse eos, qui primi in vacua venerunt*, Cicero *Lib. I. de Offic. Cap.* 7. scribit. Si quis nunciet domum a latrunibus OCCVPATAM: *l. 3. §. 8. D. de adquir. possess.* An OCCVPANTIS esset pars: *l. 94. D. de legat. III.* OCCVPANTIS fieri dicuntur ea, quae in medio posita nullius priuatim in bonis sunt. Insula quae in mari nascitur, OCCVPANTIS fit; nullius enim esse creditur: *l. 7. §. 3. D. de adquir. rer. domin.* Si res pro derelicto habita sit, statim nostra esse desinit, et OCCVPANTIS statim fit: *l. 1. D. pro derelict.* Flumen OCCVPARE dicitur eum locum, quem per inundationem aqua operit. Si flumen inundatione hortum OCCVPAVIT: *l. 24. D. quib. mod. vsusfr.* Desinere possidere eum locum, quem flumen OCCVPAVERIT: *l. 3. §. 17. D. de adquir. possess.* Si totus ager post emtionem flumine OCCVPATVS sit: *l. 7. D. de peric. et commod. rei vend.* Si ager inundatione fluminis OCCVPATVS esset: *l. 30. §. 3. D. de adquir. rer. domin.* Si locus impetu fluminis OCCVPATVS esset: *l. 14. D. quemadm. seru. amitt.* Consobrinus, qui sequentem gradum OCCVPAT: *l. 6. C. commun. de success.* id est, obtinet. Si conditio, quae prior exstiterit, OCCVPAVERIT institutionem: *l. 17. D. de condit. institut.* OCCVPATA *igni insula*: Gell. *Noct. Lib. XV. Cap. 1.* Quod quis legatorum nomine, non ex voluntate heredis, OCCVPAVIT: *l. 1. D. quod legator.* Locus, quem mare OCCVPAVERIT: *l. 3. §. 17. D. de adquir. possess.* Quod mari aut flumine OCCVPATVM sit: *l. 30. §. 3. D. eod. tit.* Quod mari OCCVPATVM sit, fieri publicum: *l. 10. D. de diuis. rer.* Si patronus contra tabulas bonorum possessione accepta, debitam partem OCCVPET: *l. 19. §. 2. D. de condit. et demonstr.* Si partem filii sui OCCVPET: *l. 18. D. de legat. praest.* Non solius substituti partem OCCVPARE: *l. 16. §. vlt. D. de bon. libertor.* Priusquam eiusdem fundi pignus OCCVPAVERIT: *l. 2. C. qui pot. in pign.* OCCVPARE vacantem portionem: *l. 19 D. de hered. instit.* Si aliquis OCCVPAVERIT possessionem: *l. 6. §. vlt. D. de adquir. possess.* Si OCCVPAVERIS vacuam possessionem: *l. 4. §. 28. D. de vsurp. et vsucap.* Si creditor sine auctoritate iudicis res debitoris OCCVPET: *l. vlt. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* Qui res hereditarias OCCVPAVERINT: *l. 49. D. de hered. petit.* Numis datis, tutelam OCCVPASSE: *l. 1. §. 7. D. de offic. praef. vig.* Vt non possit OCCVPARE totius domus vsum. *l. 22. §. 1. D. de vsu et habitat.* ¶. 2. OCCVPARE, interdum est praeuenire. Liuius *Lib. I. Cap. 4.* OCCVPANT *bellum facere.* Et *Cap.* *XXX.* OCCVPAT *Tullius in agrum Sabinum transire.* Et *Lib. II. Cap. 48.* OCCVPARENT *patres ipsi suum munus facere.* Sic et OCCVPARE *insidias* Iustinus *Lib. XXXIV. Cap. 4.* dixit. Vnde ex pluribus, qui ad agendum accusandumque admittuntur, qui prior actionem accusationemue instituit, OCCVPARE dicitur. *l. 4. D. ad leg. Iul. de adulter.* Vnus, qui OCCVPAT agendo, totum consequitur: *l. 11. §. 51. D. de legat. III.* Vtrum omnibus domus actionem, an ei, qui OCCVPAVIT? *l. 3. §. 9. D. de sepulcr. viol.* Si a pluribus conueniatur, si quidem vnus OCCVPAVIT: *l. 14. D. de noxal. act.* Inter eos, quibus ex eadem caussa debetur: OCCVPANTIS melior conditio est: *l. 19. D. de re iudic.* Pluribus procuratoribus in solidum simul datis, OCCVPANTIS melior conditio erit: *l. 32. D. de procurat.* id est, eius, qui prior egerit, et rem in iudicium deduxerit. OCCVPANTIS fore actionem, *l. 9. D. de verb. obligat.* id est, qui prior litem contestatus sit. OCCVPARE autem intelligitur, qui prior litem contestatus est, vt in superioribus exemplis. Alias, qui prior ad sententiam peruenit. In actione sane de peculio OCCVPANTIS melior est conditio; OCCVPARE autem videtur, non qui prior litem contestatus est, sed qui prior ad sententiam peruenit: *l. 10. D. de pecul.* Tributoria, non sicut de peculio actio, OCCVPANTIS meliorem caussam facit: sed aequalem conditionem quandoque agentium. *l. 6. D. de tributor. act.* Et ita OCCVPANTIS meliorem esse conditionem, accipe *l. 3. D. de in rem vers. l. 1. D. quod cum eo, qui in alien. potest.* ¶. 3. OCCVPARI, interdum est detineri, distringi. [OCCVPARE domum secundis nuptiis: *l. 10. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.*] Legatus non multum officio OCCVPATVR: *l. 30. D. ad SC. Trebell.* [OCCVPAT accusatorem poena, id est, tenet: *l. vlt C. Theod. ad leg. Corn. de fals. Lib. IX. tit. 19*] Quum praeses aliis rebus, aut militaribus, aut custudiis, aut cognitionibus, fuerit OCCVPATVS: *l. 2. § 2. D. quis ord. in bon. poss.* OCCVPATI circa rem rusticam in forum compellendi non sunt: *l. 1. D. de fer.* Tempora, quibus reipublicae caussa OCCVPARIS: *l. 3. C. de dol. mal.* OCCVPATVS somno aut morbo: *l. 1. §. vlt. D. de auctor. et cons. tut.* [OCCVPATI originalibus vinculis ad munera subeunda, id est, noxi, constricti. *l. 82. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] ¶. 4. OCCVPARE, et pecuniam collocare significat, Nonio interprete. Et ita Cicero pro Flacco Cap. XXI. et alibi loquitur. Ausonius *in Epistola ad Symmachum Grypho praemissa*: *Vt auidus foenerator, improbum numum malui* OCCVPARE, *quam condere.* Quemadmodum pecuniam vocamus *ociosam*, quae nullas parit vsuras, [vide infra hoc ipso *libro* OTIOSA pecunia;] nec non *vacuam* pecuniam: *l. 28. D. deposit.* ita OCCVPARE eam dicitur, qui eam foenori collocat, eadem loquendi forma, qua *sterilem terram vineis* OCCVPARE, apud Pallad. *Lib. I. de re rustic. Cap. 6.* et aream OCCVPARE fundamentis, apud Liu. *Lib. I. Cap. 38.*

OCCVPATIO. Maioris caussae OCCVPATIO: *l. 53. §. 1. D. de re iudic.* OCCVPATIONES militares: *l. 3. C. de negot. gest.* OCCVPA-

OCC OCT.

CVPATIO negotiorum propriorum: *l. 15. D. de recept. arbitr.* OCCVPATIONES publicae. *l. 21. C. ad leg. Iul. de adult.*

OCCVRRERE, proprie est obuiam ire, et proficisci. Dum ne tardius a loco se profectum probet, quam vt OCCVRRERE posset intra commeatum: *l. 14. D. de re milit.* [Plin. *Lib. VI. Epist. 34. Vellem Africanae, quas coemeras plurimas, ad praefinitum diem* OCCVRRISSENT. Ad examen OCCVRRERE: *l. 27. C. Theod. de petition.* ad iudicium OCCVRRERE: *l 1. §. 2. D. si quis caut. in iud. sistend. causs. fact.*] Vt intra diem ad prohibendum OCCVRRERE non possit: *l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam.* Ne publice vel priuatim proconsuli OCCVRRANT: *l. 4 §. 3. D. de offic. proconsul.* Interdum idem primus, postremusque, qui solus OCCVRRIT. *l. 2. §. 4. D. de suis et legit.* Si ad testimonium desideratus, ad iudicium OCCVRRERE non potuit: *l. 2. §. 1. D. si quis caution.* Sueton. *in Caligul. Cap. XXXIX. Litigatorum plerique, quod* OCCVRRERE *absentes ad vadimonium non possent.* ◀‖ 2. OCCVRRERE, μεταφορικῶς significat obsistere, obstare, impedimento esse. Praetor eorum calliditati OCCVRRIT, qui omissa caussa testamenti ab intestato hereditatem partemue eius possident: *l. 1. D. si quis omiss. causs.* Rectissime praetor calliditati eorum, quum se liberos scirent, dolo malo passi sunt, se pro seruis venumdari, OCCVRRIT: *l 14. D. de liberal. causs.* Per interdictum quod vi aut clam, OCCVRSVM est calliditati eorum, qui vi aut clam quaedam moliuntur: *l. 1. D. quod vi aut clam.* Citra metum SCi, quod detrahentibus negotiationis caussa OCCVRRIT: *l. 45. D. de donat. int. vir. et vxor.* Existimo, te huic fraudi recte OCCVRSVRVM: *l. 15. §. vlt. D. de excusat.* Quum lex venditionibus OCCVRRERE voluerit: *l. 46. D. de fideiuss.* Contra fidem testatoris venienti ei merito OCCVRRITVR: *l. 20. D. de donat.* Vt ea via iuris OCCVRRATVR, qua creditorum fraudes rescindi solent: *l. 32. D. quae in fraud. credit.* Per doli exceptionem OCCVRRETVR contra placitum seruitotem vindicant: *l. 4. D. de seruitut.* ◀‖. 3. OCCVRRERE dicuntur, quae accidunt, vel eueniunt. OCCVRRIT aequitas; *l. 6. D. de collat. bon.* Comparatio nulla legatorum OCCVRRIT: *l. 20. §. vlt. D. de legat. praest.* OCCVRRVNT tempora. *l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict.*

OCCVRSVS, VS, quando quis alteri obuius est. Si OCCVRSVS creditoris euitetur. *l. 7. §. 13. D. quib. ex causs. in possess.* [OCCVRSVS iudicis. *l. 1. C. Theod. de iudic. Lib. II. tit. 18.* vbi Iac. Gothofredus *in Notis:* OCCVRSVS, inquit, iudicis est, quum iudex litiganti silentium imponit, et metas comprimit, vti laudata lex loquitur.]

OCT.

OCTAVA, vectigalis species, cuius fit mentio *l. vlt. C. de eunuch.* Cuiusmodi vectigal iam inde, ab Alexandri Seueri temporibus exerceri solitum, testimonio est eiusdem Imperatoris rescriptum, *l. 7. C. de locat.* in quo est: *Si quum Hermes vectigal* OCTAVARVM *in quinquennium continuum conduceret, fidem tuam obligasti:* cet. OCTAVAS more solito constitutas omne hominum genus dependat. *l. 7. C. de vectigal.* Duo in primis memorantur huiusmodi vectigalis genera: alterum *ex diurnis gerulorum quaestibus*, quam OCTAVAM instituerat Caius Caligula, teste Suetonio *in vita Cap. XL.* de qua Burmann. *de vectigal. pop. Rom. Cap. XII. p. 207.* alterum, quod pro mercibus exigebatur, et *more constitutum* esse dicitur *d. l. 7. C. de locat. cond.* De eo idem Burmannus *Cap. V. p. 67*, quamuis nec iste, quae enormis huius vectigalis origo sit, potuerit expedire. HEIN.

OCTAVARIVS, publicanus, qui octauae vectigal exigebat. *l. 8. C. de vectigal.* Iis adiunctus fuisse milites stationarios et vrbanos, qui OCTAVARIIS aduersus vim et fraudem mercatorum adessent, ex Dionis Cass. *Lib. XLVIII.* et *l. 5. C. de vectig.* collegit laudatus Burmannus *de vectig. pop. Rom. Cap. IX. p. 145.* HEIN.

OCTAVENVS, non leuis iuris auctor, citatur ab Alburno Valente: *l. 67. D. ad SC. Trebell. l. vlt. D. de act. emt. l. 9. D. de legat. I. l. 13. D. de manumiss. testam. l. 20. D. de fideic. libert.* Item ab Vlpiano aliquoties, vt *l. 16. l. 18. D. de hered. petit. l. 12 §. vlt. D. de vsu et habitat. l. 27. §. 24. D. ad leg. Aquill. l. 43 D. de rit. nupt. l. 8. §. 1. D. de acceptilat. l. 9. §. 2. D. de statulib.* Saepius vero a Paullo, vt *l. 9 D. de iurisdict. l. 32. §. 8. de recept. arbitr. l. 6. D. de rei vindic. l. 2. D. quemadm. seruit. amitt. l. 26. §. 5. D. de noxal. act. l. 8. D. de peric. et commod. rei vend. l. 44. §. 1. D. de rit. nupt. l. 66. §. 1. D. de furt.* Porro a Terentio Clemente: *l. vlt. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* Denique a Martiano, *l. 1. D. quae res pign.* Quibus ex locis, eum Cassio, Proculo et Aristone posteriorem fuisse, adparet. Meminit huius etiam *vetus auctor fragmenti veteris iurisconsulti*, §. *XII.* apud Schulting. *vet iurispr. anteiust. p. 806.* vbi tamen perperam vocatur *Octauianus*. Floruit omnino sub Vespasianis, ceu recte suspicatus est Guil. Grut. *in vit. iurisc. Lib. II. Cap. 5.* vbi, eum quaedam AD EDICTVM, immo et AD LEGEM IVLIAM ET PAPIAM, scripsisse, suspicatur. Enimuero: quamuis posterius ex *l. 31. D. qui, et a quib. man.* colligat; eum tamen locum rem non conficere, ostendimus in *Commentar. ad leg. Iul. et Pap. Popp. Lib. I. Cap. I. §. 4. p. 14.* HEIN.

OCV.

OCVLATVS, A, VM. OCVLATA fide *§. vlt. Inst. de grad. cognat.*

OCVLVS, organon visus. Aequitatem ante OCVLOS habere debet iudex, qui actioni de eo, quod certo loco addictus est: *l. 4. §. vlt. D. de eo, quod cert. loc.* Ante OCVLOS habere Praetor debet in decernendo: *l. 3. §. 1. D. vbi pupill. educ.* (Ante OCVLOS collocare: *l. 4. C. Theod. de collat. donat. Lib. XI. tit. 20.* OCVLIS conniuentibus credendum est: *l. 4. §. 1. D. de manum.*] Inaequalitas OCVLORVM: *l. 12. D. de Aedil.*

dil. edict. [OCVLOS hominum infaustis incestare adspectibus: *l. 5. C. Theod. de sepulcr. viol.* Publicos OCVLOA incestare: *l. 13. C. Theod. de re milit.* et *l. 12. C. eod. tit.*] Alterum OCVLVM maiorem babet: *l. 12. D. de Aedil. edict.* [Iudicum OBVLIS communis hostem salutis ostendere. *l. 9. C. de malefic. et mathem. l. 11. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 16.*]

ODI.

ODIOSVS, A, VM. [ODIOSAE artes, id est, magicae, quae singulare omnium odium merentur. *§. 5. Inst. de publ. iudic.*]

ODIVM commune debitorum: *l. vlt. C. Theod. de rapt. virg. Lib. IX. tit. 24.* OOIO eorum, puta delatorum, ducti, decernendum esse censuimus: *l. 13. C. Theod. eod. tit.* Professio OOII, quo vniuersas delationes exsecramur. *l. 12. in fine C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.*]

ODO.

ODO, NIS, vel VDO vsum calceamenti praestat. *l. 25. §. 1. D. de aur. arg. legat.* Apud Martial. *Lib. XIV. Epigr. 140.* VOONES Cilicii celebrantur hoc disticho:

Non hos lana dedit, sed olentis barba mariti:
Cinyphio poterit planta latere sinu.

In *canone 14. dist. XCVI.* scriptum est: *Et sicut noster senatus calceamentis vtitur cum* VOONIBVA, *id est, candido, linteamine illustratis.* Quae verba sic a Graecis exprimuntur: Καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων. *Et sicuti senatores nostri induuntur soleis vel sandaliis candidis ex* OOOONIBVS. Ex loco Martialis certissimum est, ODONES, vel VOONES ex caprinis pilis fuisse textos. His vero pilis vtebantur veteres, ad corpus ab humoribus tuendum. Sane eo consilio cilicia, ex iisdem pilis facta militibus in castris dabantur. Ascon. Paedian. *in Verr. III.* Ceterum tum de ipso hoc calceamentorum genere, tum de origine vocis, disputant Claud. Salmas. *ad Script. hist. Aug. p. 221.* Isaac. Voss. *Epist. ad Graevium in Addend. ad Hesiod. p. 69. v. 17.* sed ita, vt parum extricent. Vid. A. V. Corn. van Bynkersh. *Lib. III. Obs. Cap. 17.* HEIN.

ODOR in sensu proprio. Si ODORE solo locus pestilentiosus fit. *l. 2. §. 29. D. ne quid in loc. publ.* ¶. 2. At aliquando OOORES sunt res, fragrantioris odoris, et plerumque vnguentis iunguntur. ODORES penore legato continentur: *l. 3. §. 10. D. de pen. legat.* Si OOORES et vnguenta seruus emerit, et ad funus erogauerit: *l. 7. §. 3. D. de in rem vers.* Vtrobique autem ab *vnguentis* ODORES separantur. Sane coctis OOORIBVA vnguenta fieri, ait Pomponius, *l. 27. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* Seneca *Epist. XCI.* *Hinc textorum, hinc fabrorum officinae, hinc* OOORES *coquentium.* Vid. Isidorus *Lib. IV. Orig. Cap. 2.* Ouidius *Lib. IV. Metamorph. v. 758.*

Largis satiantur OOORIBVA *ignes.*

Vnde OOORATI *ignes*, apud eumdem *Libro I. Fastor. v. 75.*

OEC.

OECONOMVS. Ita adpellabatur, cui res ecclesiasticae gubernandae mandabantur. *l. 14. C. de sacros. eccles.* *Dispensatorem pauperum* Leo et Anthemius definiunt *l. 33. §. 4. C. de episc. et cler.* Alias OECONOMI definiuntur, qui ecclesiasticas tractant rationes. *l. 3. C. Theod. de his, qui ad ecclesiam confug. Lib. IX. tit. 45.* [OECONOMIS inferre molestiam. *l. vn. C. Theod. de bon. cleric. Lib. V. tit. 3.*]

OECVMENICVS Patriarcha, Constantinopolitanus dicitur. *l. 7. C. de summ. trinit.* Quantae lites super eo titulo agitatae sint inter Gregorium M. Papam et patriarchas Constantinopolitanos, ex historia ecclesiastica eorum temporum satis notum est. HEIN.

OEN.

OENOMELI, dulcissimum vinum: *l. 9. D. de trit. vin. ol.* quod vini adpellatione contineri, *ibidem* traditur. Isidor *Lib. XX. Orig. Cap. 3.* OENOMELI *est melle admixtum, vehementer agitatum atque commixtum.* Οἰνόμελι etiam esse - - ἐκ τοῦ οἴνου καὶ μέλιτος γινόμενον, *ex vino et melle factum*, Dioscorides *Lib. V. Cap. 16.* docet, eiusque conficiendi et parandi rationem tradit, vt et Constantinus *Lib. VIII. Geopon. Cap. 26.* ex quibus auctoribus colligimus, οἰνόμελι interdum ἐκ τοῦ παλαιοῦ οἴνου, *ex vetusto vino*, interdum ἀπὸ γλεύκους, *ex musto*, fieri consueuisse. Et sane quod οἰνόμελι a Graecis; hoc *mulsum* a Latinis adpellari, ex his, quae supra *Lib. XI.* de *mulso* diximus, liquet. Nugas ergo ait Isidorus, qui *Libro XX. Orig. Cap. 3.* *mulsum* ait esse *potionem ex aqua et melle, quod Graeci μελίκρατον vocent.* Haec enim interpretatio non *mulso*, sed *mulsae aquae* conuenit, quae ex melle et aqua fit, et μελικράτου nomen obtinet; cuius speciem quamdam ὑδρόμελι facit Dioscor. *Lib. V. Cap. 16.* At enim τὸ σκευαστὸν καὶ ἀπόθετον μελίκρατον, *praeparatum repositumque melicratum*, proprie a quibusdam ὑδρόμελι vocari. Vnde OENOMELI quidem vini numero habet Vlpianus; *hydromeli* vero vini adpellatione contineri negat, in *l. 9. D. de trit. vin. ol.* Sane τὸ νῦν μελίκρατον, *quod hodie melicratum*, a priscis οἰνόμελι adpellatum Iul. Pollux *Lib. VI. Cap. 2. segm. 17.* testis est.

OENOPHORVM, Paullus *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 90.* inter ea numerat, *quae ad poculorum speciem comparata sunt.* Codices ibi habent OENOPHORIVM. Attamen et OENOPHORVM dixerunt Iuuenal. *Sat. VI. v. 425.* et Martial. *Lib. IV. Epigr. 89.* HEIN.

OFF.

OFFENDERE, est aliquem dicto factoue laedere, et eo modo eius iracundiam prouocare. Vnde OFFENOERE, et *promerere* opponuntur: *l. 77. §. 25. D. de legat. II.* itemque OFFENOERE et *merere. l. 11. §. 8. D. de legat. III.* Si nemo seruorum OFFENOERIT: *l. 51. D. de manumiss. testam.* Seruus missus in villam, quia dominum OFFENOERAT: *l. 35. §. 3. D. de hered. instit.* Mater iure contra filium OFFENSA: *l. 31. §. 1. D. de donat.* Si manumittere nolit dominus seruum, propter fugam OFFENSVS: *l. 5. §. 3. D. de condict. causs.*

cauſſ. dat. id eſt, iratus, exacerbatus, ſiue ad odium incitatus, vt loquitur *l. 19. C. de inoffic. teſt.* Quis vnum heredem OFFENSVM habebat: *l. 2. D. de his, quae in teſt. del.* OFFENSVM atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapſum eſſe: *l. 18. C. de inoffic. teſtam.* Ad pietatis rationem OFFENSAM: *l. 35. D. de Aedilit. edict.* Si te non OFFENDERIT. *l. 11. §. 8. D. de legat. III.* ¶ 2. OFFENDERE etiam edictum, legem, SC. dicuntur, qui aduerſus ea quid faciunt committuntue. Non OFFENDIT edictum: *l. 5. §. 1. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* Iudex, ſi quid aduerſus legis praeceptum in iudicando, dolo malo, praetermiſerit, legem OFFENDIT: *l. 40. §. vlt. D. de iudic.* Ita tamen, vt legi non OFFENDAT: *l. 1. D. de vſur.* [Eam conſtructionem non ferre Latinas aures, ſcribit Bechmannus *ad d. l. 1* ineptiſſime, non intelligens ſcilicet figuram, in his libris frequentiſſimam, enallagen caſuum, vel antiptoſin.] At hoc modo facile quemuis ſoloeciſmum defenderis. Potius vſu et auctoritate veterum haec ſiue enallage, ſiue antiptoſis erat defendenda. Ea vero conſtructione non modo Vlpianus vſus eſt, *l. 15. D. de ſeruit. praed. vrb.* vbi *ſeruitutis, ne proſpectui* OFFENDATVR, meminit, verum etiam Horat. *Lib. II. Serm. ſat. 1. v. 77. 78.*

Fragili quaerens illidere dentem
OFFENDET *ſolido.*

Vid. Corn. van Bynkersh. *Lib. VI. Obſ. Cap. 25. p. 269.* vbi monet, in *l. 14. C. de legit. hered.* quosdam libros veteres habere *naturae* OFFENDERE HEIN. In SC. OFFENDIT, qui: *l. 3. §. 1. D. de ſenatusc. Maced.* Manifeſtam SCi ſententiam OFFENDIT. *l. 17. C. de excuſ. tut.*

OFFENSA, eſt animo haerens indignatio, ex alicuius malo merito concepta. Sic legis OFFENSA *grauiſſimis inimicitiis* opponitur: *l. 3. §. vlt. D. de adim. leg.* OFFENSAM aegrae mulieris maritali ſermone placauerat: *l. vlt. D ſi quis aliqu. teſt. prob.* Iuſtam cauſſam OFFENSAE matri praeſtitiſſe dicuntur filii, qui teſtamenti factionem per teſtationem matri interdixerunt: *l. 23. C. de inoffic. teſtam.* Filia cum marito, cui matre volente nupſit, colens concordiam, iuſtas OFFENSIONIS poſt eiusdem matris poenitentiam cauſſas non praeſtat: *l. 20. C. eod. tit.* Neque iuſtas OFFENSAE cauſſas praeſtitiſſe: *l. 22. C. eod. tit.* OFFENSA domini, irati in ſeruos: *l. 5. C. famil. erciſc.* Quibusdam ſeruis per OFFENSAM excluſis: *l. 51. D. de manum. teſt.* Filius quum OFFENSAM patris vereretur: *l. 46. D. de hered. inſt.* Si iterum in amicitiam redierunt, et poenitvit teſtatorem prioris OFFENSAE: *l. 4. D. de adim. leg.* Serui, qui ſine OFFENSA fuerant. *l. 51. §. vlt. D. de manum. teſt.* qui non offenderunt. ¶ 2. OFFENSA, violatio, vel, vt vulgo loquuntur, contrauentio. Sine OFFENSA edicti. *l. 6. D. de poſtul.*

OFFERRE, dicitur debitor creditori pecuniam debitam: quod vel in iure, vel extra ius fieri poteſt. Sed et aliae res omnes alicui poſſunt OFFERRI, immo et perſonae ſe OFFERRE alicui negotio. Si adpellationem OBLATAM iudex non ſuſceperit: *l. 31. C. de adpell.* Si victus OBLATAM, nec receptam, a iudice, adpellationem adfirmet. *l. 19. C. eod. tit.* OFFERRE aeſtimationem: *l. 54. §. vlt. D. de verb. oblig. l. 76. in fine pr. D. de legat. II.* litis aeſtimationem: *l. 1. D. pro emtor. l. 1. D. ſi fam furt. fec. dic. l. 29. D. famil. erciſc. l. 14. l. 28. D. de noxalib. l. 12. §. vlt. D. de liber. cauſſ.* Litis aeſtimatio OBLATA vel non OBLATA: *l. 3. §. 2. D de reb. eor. qui ſub tut. l. 5. §. 1. D. de dol. except.* Vid. ſupra LITIS aeſtimatio. OFFERRE cautionem: *l. 52. D. de manum. teſtam. l. 10. D. de fideiuſſ.* Tametſi indemnitatis cautio OFFERATVR: *l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* OBLATA cautione: *l. 8. D. de collat. bonor. l. 80 D. de cond. et demonſtr. l. 11. §. 1. D. de iureiur. l. 80. D. de condit. et dem.* cautione de rato: *l. 11. §. 1. D. de iureiur.* Si is, a quo petitur, OFFERAT conditionem: *l. 3. D. vt. in poſſeſſ. legat.* Sic meliorem alius conditionem OBTVLERIT: *l. 1. C. commun. diuid.* Niſi melior conditio OFFERATVR: *l. 2. D. de in diem addict* Poſt meliorem conditionem OBLATAM· *l. vlt. D. eod. tit.* Pecuniam conditionis OFFERRE: *l. 35. D. de ſtatutib.* Debitor vſurarius creditori pecuniam OBTVLIT: *l. 7. D. de vſur.* Acceptam mutuo ſortem cum vſuris licitis credentibus OFFERAS: *l. 19. D. eod. tit.* Si creditrici pecuniam debitam cum vſuris, teſtibus praeſentibus, OBTVLISTI: *l. 6 C. eod. tit.* OBLATO omnibus debito: *l. 1. C. de crim. ſtellion.* OBLATA defenſione: *l. 5. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ.* OFFERRE ſe defenſioni dicitur, qui defenſionis loco iudicium pro aliquo accipit. Is, qui ſe OBTVLIT defenſioni ſine cauſſa: *l. 25. D. de rei vindicat.* Si actor ab vtroque interpellat, nec quisquam defenſioni OFFERAT: *l. 22. D. ex quib. cauſſ. maior.* Qui alienum ſeruum ſuum eſſe fatetur, ſi pro eo conueniatur, ſatisdatione onerandus non eſt. Non enim OFFERT ſe defenſioni alieni ſerui. *l. 39. §. 1. D. de noxal.* Exigendi a filio tuo mandati, qui ſe defenſioni tuae OFFEREBAT, neceſſitas non fuit: *l. 12. C. eod. tit.* Si quis ſe depoſito OBTVLIT: *l. 1. §. 35. D. depoſit.* OFFERENDAE pecuniae facultas: *l. 2. D. de diſtract. pign.* Quum deportata facultas OBLATA eſſet a principe, bona quoque ſua recipienda: *l. 2. D. de ſent. paſſ.* Qui contra legem fidem ſuam OBTVLIT: *l. 3. C. ad leg. Falcid.* Qui hominem dare promiſit, et vulneratum a ſe OFFERT: *l. 33. §. vlt. D. de ſolut.* Fideiuſſor, qui pecuniam in iure OBTVLIT: *l. 56. §. 1. D. mandat.* Non OBLATAM ſibi iure pecuniam: *l. 11. D. de vſur.* OFFERENDAE pecuniae ius: *l. 3. D. de diſtract. pign.* OBLATVS libellus: *l. 7. D. de diuort.* OFFERRE ſe procurator dicitur, qui ſe liti OFFERAT, id eſt, qui ſine mandato litem pro alio excipit. *l. 6. D. de procuratorib.* OBTVLISSE ſe liti videtur non is, qui in rem ſuam procurator datus eſt. Tutor et curator in ea conditione ſunt, vt non videantur videri ſe liti OBTVLISSE: *l. 4. princ. et §. 1. D. de re iudic.* Si non ſe liti OBTVLIT tutor: *l. 2. D. de adminiſtr. et peric. tut.* OFFERRE ſe liti et petitioni dicitur etiam is, qui, quum non poſſideat, iudicium nihilominus, quaſi poſſeſſor, accipit. Si quum a Titio petere vellem, aliquis dixerit, ſe poſſidere, et ideo liti ſeſe OBTVLIT: *l. 27. D. de rei vindic.* Qui ſe liti OBTVLIT, quum non poſſideret, condemnatur: *l. 45. D. de hered. pet. l. 10. D. de vſufr. adcreſc.*

OFF.

Non videtur liti se OBTVLISSE, qui discessit: *l. 25. D. de rei vind.* Si defensoris loco cum satisdatione se litio OBTVLERIT: *l. 61. §. vlt. D. de procurat.* OFFERRE se negotiis alienis dicitur, qui vltro mandato ad aliena negotia accedit. Voluntarios procurator, qui se alienis negotiis OFFERT: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 3.* §. 3. Qui alienis negotiis gerendis se OBTVLIT: *l. 53. §. 3. D. de furt.* Senator, si negotiis alicuius se OBTVLERIT in prouincia: *l. 36. §. vlt. D. de iudic.* Si quis OFFERENTI se negotiis alienis bona fide soluerit: *l. 58. D. de solut.* Si te negotiis meis OBTVLERIS: *l. 25. §. vlt. D. de except. rei iud.* Si adfectione coactus, ne bona mea distraherentur, negotiis te meis OBTVLERIS: *l. 3. §. 9. D. de negot. gest.* Si is, qui OBTVLISSET se negotiis gerendis: *l. 5. D. de oblig. et act.* Si pecuniam OBTVLERIS: *l. 1. §. vlt. D. de vsur.* Qui minor viginti quinque annis pecuniam OBTVLIT: *l. 64. D. de fideiuss.* Si non possidens, OBTVLERIT tamen se, petitioni: *l. 13. §. 13. D. de hered. petit. et ibidem*, dolo facere eum, qui se offert petitioni, et quasi possidentem teneri, Vlpianus tradit. Si pretium venditori non OBTVLERIT: *l. 2. C. de vsur.* Pretium partis suae domino OFFERENS: *l. 18. de vulg. et pupill. subst.* Emtore non dignum pretium OFFERENTE: *l. 2. C. si in caussa iudic.* OFFERRI pretium ab emtore debet, quum ex emto agitur; et ideo etsi pretii partem OFFERAT, nondum est ex emto actio: *l. 13. §. 5. D. de a ct. emt.* Qui, praesente domino non OBTVLIT pecuniam: *l. 73. D. de procurat.* OBTVLIT eam quantitatem, quae refundi debuit: *l. 34. §. vlt. D. de statu lib.* Eius pecuniae reum, numerare paratum, idoneum OBTVLIT: *ibid.* OFFERRE satisdationem: *l. vlt. D. quod legat.* OBLATA satisdatione: *l. 1. §. vlt. D. ne vis fiat. l. 2. D. de instit. act. l. 1. C. quod legat.* OFFERRE debet satis nunciatori: *l. 21. §. 1. D. de nou. op. nunciat.* Is quoque, qui satisdederit, vel nunc OFFERAT: *l. 5. D. de suspect. tut.* Non tamen satisdatio debet OFFERRI legatario: *l. 1. §. 1. D. vt in possess. legat.* Si OFFERAT satisfactionem: *l. 21. §. vlt. D. de pecun. constit.* OFFERTVR seruus: *l. 17. D. de condict. furtin.* Solidum creditoribus OFFERATVR: *l. 4. §. 19. D. de fideic. libert.* ¶. 2. OFFERRE, etiam est copiam facere, vel sistere. [OFFERANTVR iudicibus: *l. 14. C. Theod. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8. l. 4. l. 5. C. Theod. ne sanct. bapt. Lib. XVI. tit. 6. l. 8. C. Theod. de curs. public. Lib. VIII. tit. 5.*] OBLATI iudicibus: *l. 8. C. Theod. de desert. Lib. VI. tit. 18.* OFFERRE iudicibus latrones: *l. 1. C. de iis, qui latron.* Qui comprehensum transmittendumue ad praesidem, magistratibus OBTVLERIT: *Collat. Legum Mos. et Rom. tit. VII. §. 2.* Miles, qui post quinquennium desertionis se OBTVLIT: *l. 13. §. vlt. D. de re milit.* OFFERRI praesidi et proconsuli filius a patre dicitur castigandi caussa: *l. 3. C. de patr. potest.* De plano proconsul potest comminari, et terrere filium, a patre OBLATVM: *l. 9. §. 3. D. de offic procons.* Si pietatem, patri debitam, filius non adgnoscit, castigare iure patriae potestatis non prohiberis, acriore remedio vsurus, si in pari contumacia perseuerauerit, eumque praesidi prouinciae OBLATVRVS, dicturo sententiam, quam tu quoque dici volueris: *l. 3. C. de patr. potest.* Desertorem, qui a patre suo fuerat OBLATVS, in deteriorem militiam diuus Pius dari iussit, ne videatur pater ad iudicium OBTVLISSE: *l. 13. §. 6. D. de re milit.* Rectius fecerit, si se praesidi prouinciae OBTVLERIT: *l. 1. C. ad leg. Corn. de sicar.* [OBLATI rei: *l. 7. C. de defens. ciuit. l. 5. C. Theod. de exhib et transm. reis Lib. IX. tit. 2.*] OFFERENDVS etiam praesidi dicitur seruus, qui atrocem iniuriam fecerit, si dominus adfuerit, vt eum flagris rumpat: *l. 9. § 3 D. de iniur.* Seruos, nec si a domino ad tormenta OFFERATVR, interrogandus est *l. 18. §. 7. D. de quaest.* ¶. 3. OBLATVM furtum dicitur, quum res furtiua ab aliquo tibi OBLATA sit, vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quam apud eum, qui dedit, conciperetur. §. 4. *Inst. de obl. quae ex delict.* Caius *Lib. II. Inst. tit. 10. §. 2. OBLATVM furtum dicitur, quum res furtiua alicui ita a fure datur, vt apud ipsum furem inueniri non possit.* Paull. *Lib. II. Sent tit 31. §. 3.* et apud Auctor. *Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. VII. §. 5. OBLATI actione is tenetur, qui rem furtiuam alii* OBTVLIT: OBLATI is agere potest, penes quem res concepta inuenta est *ibid* Vetus Glossarium: *OBLATVM furtum dicitur, quum quis alicui rem furtiuam OBTVLIT, vt potius penes eum, quam penes se inueniatur.* Aliud Glossarium Graecum: OBLATVM furtum, τὸ ὑπό τινος εἰσενεχθέν μοι κλοπιμαῖον πρᾶγμα. *res furtiua ab aliquo mihi oblata.*

OFFICERE, et aliquando passiuum, OFFICI est obesse, nocere, praeiudicare Alterum aedificium alteri OFFICIT *l 39. l. 40. D. de seruit. vrban. praed.* Domum suam reficere licet, dum non OFFICIAT alteri: *l. 61. D. de reg. iur.* OFFICERE cui arbor dicitur, quae ex vicini aedibus in aedes eius impendet: *l. 1. § 1. D. de arb. caed.* Ne quid ei OFFICIATVR ad gratiorem conspectum et liberum: *l. 15. D de seruit. vrb. praed.* Nonnumquam contingit, vt quaedam nominatim expressa OFFICIANT, id est, noceant: *l. 52. D. de condit. et demonstr.* OFFICERE iuri suo: *l. 4. C. in quib. causs. l. 3. C. de tutor. vel curat. qui satisd.* Libertati pignus non OFFICIT: *l. 6. D. in quib. causs. pign.* OFFICERE luminibus, est obscurare lumina, siue obscuriora ea facere, veluti altius aedes tollendo: *l. 10. in fine l. 11. l. 13. D. de seruit. praed. vrban.* Si iuxta aedificia mea habeas aedificia, eaque iure tuo altius tollas, quamuis luminibus OFFICIAS; *l. 26. D. de damn infect.* Si arborem ponat, vt lumini OFFICIAT: *l. 17. D. de seruit. praed. vrban.* id est, noceat, vt *l. 15. D. eod. tit.* Etiam eum accipere damnum, cuius aedium luminibus OFFICIATVR: *l. 25. D. de damn. infect.* Si luminibus eius OFFICIATVR: *l. 25. D. de op. nou. nunc.* Si aream in commune emerunt, ne luminibus fuis OFFICERETVR: *l. 52. §. 13. D. pro soc* Si ita sit cautum, ne luminibus OFFICIATVR: *l. 23. D. de seru. praed. vrb.* Quum autem seruitus imponitur, ne luminibus OFFICIATVR, hoc maxime adepti videmur, ne ius sit vicino, inuitis nobis altius aedificare atque ita minuere lumina nostrorum aedificiorum: *l. 4. D. eod. titul.* Seruitute, ne luminibus OFFICIA-

TVR

TVR, constituta, hoc continetur, ne cuiusquam obscuriora fiant. Quodcumque ergo faciat ad luminis impedimentum, prohiberi potest, si seruitus debeatur: *l. 15. D. de seruit. vrb. praed.* Inter vrbanorum praediorum iura Caius numerat altius tollendi et OFFICIENDI luminibus vicini: *l. 2. D. de seruit. vrb. praed.* Non debet hoc magistratui OFFICERE: *l. 2. D. quod quisqu. iur. in al.* Rusticorum quoque praediorum seruitutes sunt, licere altius tollere, et OFFICFRE praetorio vicini: *l. 2. D. de seru. praed. rust.* Est et haec seruitus, ne prospectui OFFICIATVR: *l. 3. D. de seru. vrb. praed.* Ignorantia mariti statui eorum OFFICERE non debet: *l. 21. D. de captiu.* id est, eorum statum laedere, vt *l. 8. D. de stat. hom.* OFFICERE veritati. *l. 1. C. arbitr. tutel.*

OFFICIALIS, E, Substantiue OFFICIALIS vocatur, qui alicui magistratui iudiciue praesto est, ministeriumque vel officium exhibet. Sic: Quoties sine auctoritate iudicati OFFICIALES alicuius bona occupant vel describunt, vel sub obseruatione esse faciunt. Paull. *Lib. V. tit. 12. §. 6.* Missus in possessionem, si non admittatur, per OFFICIALEM praefecti introducendus est in possessionem: *l. 5. §. 27. D. vt in possess. legat.* Praesidis prouinciae OFFICIALES perpetui sunt: *l. 34. D. de reb. credit.* OFFICIALES proconsulis: *l. 6. §. 1. D. de poen.* Nominationem ad certa munera per OFFICIALEM publicum magistratus perferri curent: *l. 2. C. de decurion. Lib. X.* Chartiaticum quibusdam OFFICIALIBVS subscribere praesides debent. *l. 6. in fine D. de bon. damnat.* Vsurpat hoc verbum et Tertull. *de idololatr. Cap. XVII. adu. Praxeam Cap. III.* Apulei. *Lib. I. Metamorph. p. 113.* ¶. 2. Adiectiue OFFICIALES operae, quae videlicet in officii et obsequii praestatione consistunt, et a *fabrilibus* separantur, *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb. l. 6. l. 9. D. de oper libert.*

OFFICINA pro parte balnei: *l. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam.* Si quis OFFICINAM certo loco conductam habuit: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* vbi *a taberna* et *pergula* separatur. In magna ciuitate OFFICINAE: *l. vlt. D. de proxenet.* ¶. 2. [OFFICINAE etiam variae et innumerae Manichaeorum sectae vocantur in *l. 9. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.*]

OFFICIOSE agere. *l. 21. D. de his, quae vt indign.*

OFFICIVM, vt ait Donat. *in Adelph. Act. I. scen. 1.* est quasi *efficium, ab efficiendo, quod vnicuique personae congruit.* L. Seneca *Lib. III. de Benefic. Cap. 18. quosdam* OFFICIVM a beneficio et ministerio ita ait separasse, vt BENEFICIVM *esse dicerent, quod alienus det, qui potuerit sine reprehensione cessare: OFFICIVM filii, vxores, et aliarum personarum, quas necessitudo suscitet, et ferre opem iubeat:* MINISTERIVM *serui, quem conditio sua eo loco posuerit, vt nihil eorum, quae praestet, imputet superiori.* M. Seneca *Lib. II. Controu. 5. Non est beneficium, sed* OFFICIVM, *facere quod debeas, vt si filius patri dicat, se beneficium dare.* Nos de priuatis OFFICIIS primum dispiciemus tum postea de publicis. ¶. 2. Ad priuata pertinent sequentia: Ad successores curatoris administrationis OFFICIVM non transire: *l. 17. C. de negot. gest.* Pro OFFICIO administrationis tutoris, vel curatoris bona, si debitores exsistant, tamquam pignoris titulo obligata, minores sibimet vindicare minime prohibentur: *l. 20. D. de administr. et peric. tut.* OFFICIVM arbitri tale esse debet: *l. 109. §. vlt. D. de legat. I.* Ad OFFICIVM arbitri ea sola pertinent: *l. 3. C. communi diuid.* Arbitri OFFICIO continetur, et quemadmodum detur vacua possessio: *l. 32. §. 20. D. de recept. arbitr.* Conuenire OFFICIO arbitri iubere, tantum tibi dari, quantum reuera debeatur: *l. 4. §. 3. D. de dol. mal. et met. except.* Quia arbiter OFFICIO in sententia functus non est: *l. 25. D. de recept. arbitr.* OFFICIVM aui circa neptem ex OFFICIO patris erga filiam pendet: *l. 6. D. de collat. bon.* Ad OFFICIVM curatoris non pertinere, nubat pupilla, an non, quia OFFICIVM in administratione negotiorum constat *l. 20. D. de rit. nupt.* Curatores adolescentis quum officio deposito soluendo sint: *l. 39. §. 5. D. de administr. et peric. tut.* Iniquum est, damnosum cuique esse OFFICIVM suum: *l. 7. D. testam. quemadm. aperiant.* Heredibus, qui non defunctorie debitum OFFICIVM impleuerant: *l. 21. §. vlt. D. ad SC. Silan.* Post depositum OFFICIVM: *l. 5. D. quand. ex fact. tut. l. 38. D. de rit. nupt.* Si tutor ex OFFICIO necesse habuit, aliquo excurrere, vel proficisci: *l. 1. §. 9. D. de tutel. et rat. distr.* An tutor ex OFFICIO sumtus fecerit: *l. 3. D. de contrar. tutel. act.* Tutores et curatores, ceterique, qui ex OFFICIO pro aliis interueniunt: *l. 31. §. 14. D. de Aedil. edict.* Tutores vel curatores, qui ex OFFICIO periculo suo res pupillorum vel adolescentium administrant: *l. 2. C. de his, qui accus. non poss.* Si negotium impuberis aliquis ex OFFICIO amicitiaue gesserit: *l. 23. D. de reb. auct. iud.* Pubertate pupilli, tam tutorum, quam curatorum adiunctorum OFFICIVM finiri, manifestissimum est: *l. 1. C. quand. tut. vel curat. esse des.* Si OFFICIVM tutoris pubertate pupilli finitum non est: *l. 1. C. de suspect. tut.* Tutores curatoresue finito OFFICIO non esse conueniendos, ex administratione pupillorum vel adolescentium: *l. 1. C. quand. ex fact. tut.* Post tutelae translationem administrationis OFFICIO finito: *l. vlt. C. de peric. tutor.* Finito OFFICIO, contraria tutelae competit; *l. 1. §. 3. D. de contr. tutel. act.* Debuit confestim tutor OFFICIO suo fungi: *l. 7. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* Curatoris OFFICIO functus: *l. 1. §. 7. D. de eo, qui pro tut. l. 9. C. de praed. minor.* Curatoribus bonorum indiuiduum OFFICIVM curae a magistratibus iniunctum: *l. 46. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* Quum id institoris OFFICIO ad fidem mensae praestandam scripsisset: *l. vlt. D. de institor. act.* Intercessuris OFFICIO functus: *l. 3. §. 6. D. de pecul.* OFFICIVM intercessionis, in quo non sola opera, nudumque ministerium versatur, sed et periculum rei familiaris; *l. 1. D. ad SC. Vellcian.* OFFICIVM magistri: *l. 27. D. de donation.* Vtrum negotium vxoris gerens, an OFFICIO mariti ducens, in rem

eius

eius impenderit: *l. 47. D. de donat. int. vir.* Paternum est OFFICIVM dotem, vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie: *l. vlt. C. de dot. promiss.* Plerumque non est permittendum OFFICIVM, quod sequester semel suscepit, contra legem depositionis deponere: *l. 5. §. vlt. D. depos.* Non ex OFFICIO pietatis testamentum fecisse parentes dicuntur, quum salso instimolati liberos suos vel exheredarunt, vel praeterierunt: *l. 2. l. 3. D. de inoffic. test.* Intelligis matrem non OFFICIVM pietatis in petendo tutorem deseruisse: *l. 9. C. qui pet. tut. vel curat.* Quom pleoum OFFICIVM a matre desideremus: *l. 2. §. 42. D. ad SC. Trebell.* Pro OFFICIO suo, qoi aliena negoria gerunt hoc faciunt: *l. vlt. C. de alim. pupill.* Quum ad OFFICIVM procuratoris pertinuerit; *l. 56. §. 2. D. mandat.* OFFICIVM mercede remuneratum: *l. 27. D. de donat.* Iosto testimonii OFFICIO ei interdicitur: *l. 14 D. de testib.* OFFICII tuendi caussa interdicta competunt, veluti de libero homine exhibendo: *l. 2. §. D. de interdict.* Sic et Quinctil. *Lib. VI. Cap. 8. caussas abdicationis, dementiae, malae tractationis, orbarum nuptias interdicentium, quosdam* OFFICIORVM *caussas vocasse*, scribit. Mandatum tutelae OFFICIVM detrectare: *l. 39. §. 6. D. de administr. et peric. tut.* OFFICIO tutelae manente: *l. 39. §. 10. D. eod. tit.* [Tam OFFICIVM tutelae, quam sanguinis proximitas arguit: *l. 7. C. de in integr. rest. min.*] Tutor, qui pro tutelari OFFICIO noo cauerat: *l. 3. C. de tut. vel curat. qui satis non ded.* Tutoris praecipuum est OFFICIVM, ne indefensum pupillum relinquat: *l. 30. D. de admin. et peric. tut.* OFFICIVM tutorum, curatoribus constitutis finem accipit: *l. 33. §. 1. D. eod. tit.* OFFICIO tutoris incumbit, etiam rationes actus sui conficere, et pupillo reddere: *l. 1. §. 3. D. de tutel. et rat. distrab.* Si paterfamilias eum, pro quo fideiussit, tutorem dederit filio suo: OFFICIO tutoris coouenit, vt, quum dies pecuniae praeterierit, creditori debitum soluat: *l. 9. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* Tutores ad OFFICIVM suum reuocare debent: *l. 39. §. 7. D. de administr. et peric. tut.* Quod dolo vel culpa tutoris in OFFICIO pupillae contractum est: *l. 18. D. de tutel. et rat. distrab.* Tutores, qui post finem tutelae per errorem OFFICII durantes: *l. 39. D. de administr. et peric. tut.* Quod alterius OFFICII, quam tutelae, querelam habet. *l. 39. §. 15. D. eod. tit.*

¶. 3. Praecipue OFFICIVM vocatur obsequium priuatum, et ministerium, ac operae, quae a libertis, seruisque exigebantur. Nam et seruile ministerium familiae, quae circa patremfamilias est, OFFICIVM adpellatur, distinguiturque ab *artificio*, quod ipsi persooae domini non deseruit, sed in opere aliquo faciendo arteque exercenda versatur: *l. 24. D. de manumiss. testam.* Si ex OFFICIO quis ad *artificium* transierit *l. 65. §. 1. D. de legat. III.* et *mox*: OFFICIVM *artificio* motatur. Non idem e contratio, quum lecticarius coquus postea factus est: *l. 65. §. 1. D. de legat. III.* seruis deferendis obseruandom est, vt OFFICIA et *artificia* specialiter deferantur: *l. 4. §. 5. D. de censib.* OFFICIORVM et artium adpellatio nihil de significatione nominum mutat, nisi forte plures sint, qui ex OFFICIO designentur: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 14. §. 1.* OFFICIVM vtique erat seruorum, quos vsus sui caussa paterfamilias habebat, qui ad eius corpus tuendum atque ipsius cultum praepositi destinatique erant. Quo in genere erant iunctores, cubicularii, coqui, ministratores, atque alii, qui ad eiosmodi usum parati erant: *l. 203. D. de verb. signific.* Quales etiam erant ostiarii, tonsores, obsonatores, pistores: *l. 61. l. 65. D. de legat. III.* Artificium vero erat e. g. lecticariorum, textorum, fullonum. *l. 28. D. de reb. dub.* Et sic intelligendi sunt sequentes loci: Operae suot diornum OFFICIVM: *l. 1. D. de oper. libert.* Nec par operae per horas solui potest, quia id est OFFICII diurni: *l. 3. D. eod. tit.* Actores, qui aliquod OFFICIVM gerunt: *l. 46. §. 7. D. de iur. fisc.* Si quum OFFICIVM a liberto desideraretur, cum patrono decidit pecunia: *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.* Liberta enim, cuius matrimonio patronus consensit, in OFFICIO mariti esse debet: *l. 48. D. de oper. libert.* Libertae, quae voluntare patroni nuptae sunt, non coguntur officium patronis suis praestare; *l. 2. C. de obsequ. patron.* Quum operarum editio nihil aliud sit, quam OFFICII praestatio, absurdum est credere, alio die deberi OFFICIVM, quam quo is, qui vellet, cui praestandum est: *l. 22. D de oper. libert.* Quum quaedam mancipia ex his OFFICIIS rusticis ad tempus peregrinationis abducta sunt. *l. 27. §. 1. D. de instruct. vel instrum. legat.*

¶. 4. OFFICIA etiam varia sunt publica, quae cui publica aoctoritate imponuntur. OFFICIVM aduocationis: *l. 54. D. de rei vindic.* Quamdiu OFFICIO alicui praeest: *l. 3. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* OFFICIVM in aliqua prouincia administrare: *l. 3. D. de rit. nupt. l. 46. D. de contrab. emt. l. 21. §. 1. D. ad municipal.* OFFICIVM argentarii: *l. 12. D. de edend.* Vt OFFICIO censitoris congruat: *l. 4. §. 1. D. de censib.* Feminae ab omnibus OFFICIIS ciuilibus vel publicis remotae sunt. *l. 2. D. de reg. iur.* Moribus ciuilia OFFICIA ademta sunt feminis: *l. 1. D. ad SC. Velleian.* Iuuenal. *Sat. VII. v. 106: Dic igitur, quid caussidicis ciuilia praestent Munera.* Sueton. *Aug. Cap. XXXVI. Quoque plures partem administraudae reipublicae caperent, noua OFFICIA excogitauit.* Idem *in Claud. Cap. XXVI.* OFFICIORVM *codicillis.* OFFICIO cognoscentis conueniet. *l. 6. D. de fideiuss. tut.* OFFICIVM cohortale; *l. 33. C. de adpell.* In ea prouincia, ex qua quis originem ducit, OFFICIVM fiscale administrare prohibetur; Paull. *Lib. V. Sent. tit. 12 §. 5.* OFFICIVM gerere: *l. 2. D. bis quae vt indign.* Caecus iudicandi OFFICIO fungitur: *l. 6. D. de iudic.* Ad OFFICIVM iudicantium pertinet, eius quoque testimonii fidem, quod integrae frontis homo dixerit, perpendere: *l. 13. D. de testib.* OFFICIO de dote iudicantis continebitur: *l. 7. D. de feud. dot.* Iudicis statim, atque iudex factus est, omnium rerum OFFICIVM incumbit, quaecumque in iudicio versantur: *l. 25. §. 8. D. de Aedil. edict.* Tantumdem in bonae fidei iudicis OFFICIVM iudicis valet, quantum in stipularione nominatim eius rei facta interrogatio: *l. 7. D. de negot. gest.* OFFICIVM iudicis aquae pluuiae arcendae inter duos accepti, quale esse debeat: *l. 11. §. 3. D.*

de

OFF.

de aqu. et aqu. pluu. arc. OFFICIVM iudicis in hac actione hoc erit, vt iudex inspiciat: *l. 9. D. de rei vindic.* Ouid. *Lib. I. Trist. eleg. I.*

Iudicis OFFICIVM *est, vt res, ita tempora rerum, Quaerere.*

Ad OFFICIVM iudicis pertinet: *l. 45. D. de fideiussor. l. 95. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* OFFICIO iudicis continetur: *l. vlt. D. de interd. l. 38. D. de hered. petit.* Eius, qni de libertate cognoscet OFFICIO continetut: *l. 34. §. vlt. D. de statu lib.* OFFICIO iudicis, super hoc cognoscentis: *l. 13. D. de rit nupt.* OFFICIO iudicis portiones aestimandae erunt: *l. 16. D. de iniur.* Etiamsi OFFICIO iudicis sustinenda esset praestatio: *l. vlt. D. de. act. emt.* Quid pertinet ad OFFICIVM iudicis post condemnationem futuri temporis tractatus? *l. 1. §. 1. D. de vsur.* Quum ad OFFICIVM iudicis nihil amplius pertineat, quam vt restitui iubeat: *l. 7. D. si pars hered. pet.* OFFICIO iudicis eos esse compellendos testatricis iussioni parere: *l. 44. §. vlt. D. de manumiss. testam.* OFFICIO iudicis, qui tutelae cognoscit, congruit reputationes tutoris non improbas admittere: *l. 2. pr. D. vbi pupill. educ.* OFFICIO iudicis super hoc cognoscentis, nuptiae prohiberi non debent: *l. 13. D. de rit. nupt.* Eius, qui de libertate cognoscit, OFFICIO continebitur de mora considerare: *l. 34. §. vlt. D. de statul.* OFFICIO iudicis, qui de proprietate cognoscit, continetur, vt non aliter iubeat: *l. 9. D. de furt.* Siue post iudicium acceptum, siue ante dolo factum sit, continetur OFFICIO iudicis: *l. 21. §. vlt. D. de pecul.* OFFICIO iudicis, qui iudicat, quemadmodum vtatur, quid continetur: *l. 22. §. vlt. D. de vsu et habit.* [OFFICIO iudicis restitutio in integrum facienda: *l. 9. §. 7. D. quod met. causs.* OFFICIO iudicis aestimatio praestatur: *l. 71. §. 3. D. de legat. III.* OFFICIO iudicis continetur, iubere: *l. 76. D. de rei vindic.* vt reddito mancipio pretium recipiatur: *l. 43. §. 6. D. de Aedil. edict.* ne ab eo coheredes exigant: *l. 42. D. famil. ercisc.* vt voluntas defuncti non intercidat: *l. 18. §. 2. D. eod. tit.* vt dominum absoluat: *l. vlt. D. de interdict.* vt cauere adversarium iuberet: *l. 25. D. de oper. nou. nunciat.* vt de futuro quoque opere caueri iubeat: *l. 22. D. si seru. vindic.* Vti caueatur, non fieri: *l. 2. §. 17. D. ne quid in loc. public.* OFFICIO iudicis cautio necessaria est: *l. 71. §. 1. D. de legat. I.* Cautio interponi debet: *l. 25. §. 10. D. fam. ercisc.* vt cautio interponatur: *l. 69. §. vlt. D. de legat. I.* cautiones esse interponendas: *l. 35. §. 1. D. de hered. inst.* OFFICIO iudicis conuenit, iubere: *l. 26. D. famil. ercisc.* habere rationem: *l. 19. §. 3. D. locat.* vt satisdatione interposita absoluat maritum: *l. 24. §. 2. D. solut. matr.* Et hoc OFFICIO iudicis conuenire placuit: *l. 1. §. 3. D. de tutel. et rat. distrab.* Aequissimum est, aestimari OFFICIO iudicis damnum hereditatis: *l. 11. D. ad exhib.* OFFICIO iudicis portiones aestimandae sunt: *l. 16. D. de iniur.* Vt OFFICIO iudicis indemnitati victoris consulatur: *l. 29. D. de except. rei iudicat.* Haec deberi ei, OFFICIO iudicis familiae etciscundae, manifestum est: *l. 17. §. vlt. D. de legat. I.* OFFICIO iudicis rescidit praeceptiones istas: *l. 35. §. 1. D. de hered. instit.* obligationes, quae ex propriis viribus non consistunt, OFFICIO iudicis non confirmantur: *l. 27. D. de obl. et act.* Haec omnia OFFICIO iudicis celebrari oportet: *l. 7. §. 3. D. quod vi aut clam.* Hoc omne OFFICIO iudicis dirimendum est: *l. 73. D. de procurat.* Quod OFFICIO iudicis expedietur: *l. 14. §. 8. D. de seru. corr.* Stipulationes, quae a mero iudicis OFFICIO proficiscuntur, veluti de dolo cautio: *l. 5. D. de verb. oblig.* Vsurae, quae in obligatione, vel in OFFICIO iudicis fuerunt: *l. 58. D. ad SC. Trebell.* Iudex, qui semel vel pluris vel minoris condemnauit, amplius corrigere sententiam suam non potest: Semel enim, male seu bene, OFFICIO functus est: *l. 58. D. de iudic.* Ius dicentis OFFICIVM latissimum est: *l. 1. D. de iurisdict.* Mandata iurisdictione, OFFICIVM totum iuris dicundi ad legatum proconsulis transit: *l. 1. §. 4. D. de susp. tut.* OFFICIVM legationis: *l. 1. C. quib. ex causs. maior.* Qui legationis OFFICIO fungitur: *l. 11. D. de legation.* Legatus, antequam OFFICIO legationia functus sit: *l. 10. D. eod. tit.* id est, munere, vt *ead. l. 10. §. vlt.* OFFICIO magistratus vrgente, tutores pupillis nominare: *l. 11. C. de compensat.* OFFICIA *militaria* apud Tertull. *libro de fuga in persequ. sub fin.* OFFICII *publici necessitas:* Seneca *lib. de consolat. ad Helu. Cap. VI.* Aduocatum fisci, qui intentionem delatoris exsequitur in omnibus OFFICII necessitas excusat: *l. 5. §. 13. D. de his, quae vt indign.* OFFICII necessitas, er tutoris fides excusata esse debet: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* Quum inter voluntariam accusationem, et OFFICII necessitatem heredis multum intersit: *l. 2. C. de calumn.* [Ad OFFICIA fisco obnoxia suffragio ambitionis accedere. *l. 1. C. Theod. de numerar. Lib. VIII. tit. 1.*] Non multum OFFICIO occupatur legatus: *l. 30. D. ad SC. Trebell.* Iudex datus in eodem OFFICIO permanet, licet furere coeperit: *l. 46. D. de iudic.* [Nullus ad singula OFFICIA administrauda ambitione perueniat: *l. 1. C. Theod. de numerar. Lib. VIII. tit. 1.*] Quamdiu OFFICIO alicui praeest: *l. 3. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* Ne corpora, aut ossa mortuorum detinerentur, praesidis prouinciae OFFICIVM est: *l. 38. D. de religios. et sumt. fun.* Praetoris id officium est, vt cogat signatores conuenire et sigilla sua tecognoscere: *l. 4. D. test. quemadm. aper.* OFFICIVM praetoris est, introducere vtilem actionem: *l. 45. D. ex quibus causs. maior.* OFFICIVM praetoris tale esse debet, vt: *l. 109. §. vlt. D. de legat. I.* Traditio et patientia seruientium inducet OFFICIVM praetoris, *l. 1. §. vlt. D. de seruit. praed. rust.* Praetoris OFFICIVM est, vt missua possessionem etiam eam per longi temporis spacium in dominium suum capere possit: *l. 5. D. de damn. infect.* Ad OFFICIVM praetoris pertinet, litea deminuere: *l. 21. D. de reb. credit.* Conditionea, quae non sunt in potestate heredis, ad OFFICIVM praetoris non pertinent: *l. 31. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Praetoria OFFICIO continetur, vt virum bonum eligat: *l. 47. §. 2. D. de fideic. libert.* OFFICIO praetoris continetur, ex huiusmodi obligationibus, quae turpem caussam habent, actionem denegare: *l. 27. D. de verb. obl.* Praetoris OFFICIO conuenire existimo: *l. 109. §. 1. D.*

D de legat. I. Sicubi ex OFFICIO iurisdictionis suae praetores subuenerunt: *l. 1. §. 10. D. de postul.* Praetoriae stipulationes, quae a mero praetoris OFFICIO proficiscuntur, veluti damni infecti: *l. 5. §. 1. D. de verb. oblig.* Praetor triplici OFFICIO fungi non potest: *l. 13. §. 4. D. ad SC. Trebell.* Procuratori meo, ad cuius OFFICIVM desiderium tuum pertinet: *l. 1. C. de fide et iur. hast. Lib. X.* Si quid ad vxores eorum, qui ad OFFICIA proficiscuntur, deliquerint: *l. 4. §. 1. D. de offic. proconf.* Qui OFFICIVM in aliqua prouincia administrat; *l. 3. l. 38. D. de rit. nupt.* Qui in prouincia OFFICIVM aliquod gerit: *l. 57. D. eod. tit.* Ne cui OFFICIVM publicum vel damno, vel compendio sit: *l. 29. D. ex quib. causs. maior.* [OFFICIIS publicis, atque muneribus expertes; *l. 6. C. Theod. de honorar. codic.*] OFFICIA, quae publica sunt in eo: *l. 6. D. de cap. minut.* Militum medici, quoniam OFFICIVM, quod gerunt publice prodest: *l. 33. §. vlt. D. ex quib. causs. maior.* OFFICIVM regentis exercitum non tantum in danda, sed et in obseruanda disciplina consistit: *l. 12. D. de re milit.* OFFICIVM tribunorum est, vel eorum, qui exercitui praesunt, milites in castris continere. *d. l. 12. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 5. OFFICIVM pro officialibus, ministris, et adparitoribus magistratuum ponitur. *l. 1. C. de bon. vacant. Lib. X. l. 1. C. ne fisc. rem vend.* Actorum ex OFFICIO recitatio iure poscetur: *l. 45. §. 8. D. de iur. fisc.* Qui pro alio a fisco conuentus debitum exsoluit, non inique postulat persequutionem bonorum eius, pro quo soluit, in quo etiam adiuuari per OFFICIVM solet: *l. 45. §. 9. D. eod. tit.* Sub praetextu aduentus OFFICIORVM vel militum: *l. 6. §. 5. D. de offic. praesid.* Missus ex OFFICIO annonae centurio: *l. vlt. D. de pign. act.* Qui apud acta exhibiturum se esse quem promisit, etsi OFFICIO non caueat, ad exhibendum tamen cogitur: *l. 17. D. de in ius voc.* OFFICIVM censuale: *l. 18. C. de testament.* et apud Symmach. *Lib. I. Epist. 46.* OFFICIVM comitianum: *l. 2. C. de offic. milit. iud.* Vt obnoxii debitoribus fisci ad solutionem per OFFICIVM procuratoris compellantur: *l. 3. C. quand. fisc. vel priuat.* Eo qui accusatur sub custodia OFFICII facta: *l. 1. C. ad SC. Turpill.* Si satisdatum pro re mobili et persona suspecta sit, ex qua satisdatum desideratur, apud OFFICIVM deponi debebit: *l. 7. §. vlt. D. qui satisd. cogant.* Si apud OFFICIVM fuerit depositus seruus exhibendus: *l. 11. D. ad exhib.* Apostolorum postulatio et acceptio intra quintum diem ex OFFICIO facienda est: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 34. §. 1.* OFFICIVM iudicum rectorumque prouinciarum: *l. 33. C. de decurion.* Sacrarum vel priuatarum largitionum palatina OFFICIA: *l. 2. C. de canon. largit. tit. Lib. X.* Mulierem per OFFICIVM militare exhiberi apud tribunal oportet: *l. 2. C. si mancip. ita ven. ne prostit.* OFFICIVM moderatoris prouinciae: *l. 54. D. de decurion.* OFFICIVM pignora in caussam iudicati distrahit: *l. 74. D. de euict.* id est, per adparitores praetores, extra ordinem sententias sequentes: vt *l. 50. D. eod. tit.* Praetermissa hastarum sollemnitate possessiones tuas ex OFFICIO distractas, suggeris: *l. 2. C. de fid. et iur. hast.* Vt vili pretio ab OFFICIO praesidiali praedia tua distraherentur: *l. 1. C. de praescr. trig. vel quadrag. ann.*

Quum sententiam praesidis irritam esse dicis, quod non publice, sed in secreto loco, OFFICIO eius non praesente, sententiam suam dixit: *l. 6. C. de sent. et interloqu.* Magistratus municipales ad OFFICIVM praesidis prouinciae, vel proconsulis, comprehensos fugitiuos recte transmittunt: *l. 4. §. vlt. D. de fugitiu.* Plin. *Lib. I. Epist. 5. Paucos post dies ipse me Regulus conuenit in Praetoris* OFFICIO. Quo modo et Asconius Paedianus *in Verrin. II.* loquutus est. Tertullianus *de anima Cap. XI. Grauior inuidia est in praesidem, quum OFFICIA pulsantur. Plus caeditur, qui iubet, quando nec, qui obsequitur, excusatur.* OFFICIVM rectoris prouinciae: *l. 2. C. de can. largit. tit. Lib. X.* OFFICIVM amplissimae sedis: *l. vn. in fine C. de collat. donat. Lib. X.* Magistratus municipales ad OFFICIVM praesidis prouinciae vel proconsulis comprehensos fugitiuos recte transmittunt; *l. 4. §. vlt. D. de fugitiu.* Quum in caussa iudicati aliqua res pignori capitur, per OFFICIVM eius, qui ita decreuit, venumdari solet. *l. 2. C. si in causs. pign.*

¶. 6. OFFICIVM alias gratuitam operam significat, quum quis, mera voluntate et amicitia ductus, praestat. [Hinc OFFICIVM, et *iuris regulas* opponit Seneca *Lib. II. de ira Cap. 27. Quis est iste, qui se profitetur omnibus legibus innocentem? Vt hoc ita sit, quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse? Quanto latius OFFICIVM patet, quam iuris regulae? Quam multa pietas, humanitas, liberalitas, iustitia, fides exigunt, quae omnia extra publicas tabulas sunt?*] Voluntatis et officii magis, quam necessitatis est commodare: *l. 17. §. 3. D. commod.* Iniquum est, OFFICIVM suum cuique damnosum esse: *l. 7. D. quemadm. testam. aper.* In his, quae OFFICIVM fieri per liberas scilicet personas desiderant: *l. 175. D. de reg. iur.* Mandatum originem ex OFFICIO atque amicitia trahit: *l. 1. §. vlt. D. mandat.* Contrarium est OFFICII merces: *ibid.* Si pacti sumus, vt tu a meo debitore Carthagine exigas, ego a tuo Romae, vel vt tu in meo, et ego in tuo solo aedificem, mutuum OFFICIVM praestamus: *l. 5. §. 4. D. de praescr. verb.* OFFICII praestatio: *l. 22. D. de oper. libert.* Qui mandatum suscepit, si potest id explere, deserere promissum OFFICIVM non debet: *l. 27. §. 1. D. mandat.* ¶. 7. OFFICIVM etiam dicebatur, interesse sponsalibus amicorum, ad signandum aduocatos adesse, et alia id genus. Iuuenal. *Sat. II. v. 134.*

Quae caussa OFFICII? *quid? quaeris? nubit amicus.*

Plin. *Lib. VI. Epist. 15. Interest OFFICIIS, adhibetur consiliis.* Tertullian. *de Idololatr. Cap. XVI. Circa* OFFICIA *vero priuatorum, et communium sollemnitatum, vt togae purae, vt sponsalium, vt nominalium.* [Apulei. *Lib. IV. Metam. p. 154. Speciosus adolescens - - votisque nuptialibus pacto iugali pridem destinatus, consensu parentum tabulis etiam maritus appellatus ad nuptias,* OFFICIO *frequenti cognatorum et adfinium stipatus templis et aedibus publicis victimas immolabat.*] ¶. 8. Sed et in obscenis vsurpatum esse OFFICII verbum, M. Seneca *in prooem. Lib. IV. Controu.* indicat, de Haterio loquens in hunc modum: *Memini illum quum libertinum reum defenderet, cui obiiciebatur, quod patroni concubinus fuisset, dixisse:*

Im-

OFF. OFI. OLE.

Impudicitia in ingenuo crimen est, in servo necessitas, in liberto OFFICIVM. *Res in iocos abiit.*

¶. 9. [OFFICIVM publicum etiam est sollemnitas initi magistratus, veluti consulatus, praeturae, quaesturaeque, ad quam et amicos suos aduocabant, muneraque et dona iisdem mittitabant, magistratum auspicantes. Mentio horum OFFICIORVM sic *l. 1. C. Theod. de expens. ludor. Lib. XV. tit. 9. l. 7. pr. l. 8. C. Theod. de honorar. codicill.*]

OFI.

OFILIVS, (Aulus) iurisconsultus, de quo supra *Lib. I.* sub AVLVS. [OFILIVS ad *Atticum* citatur in *l. 234. D. de verb. signif.* Quis autem fuerit ille Atticus, hoc quidem loco exponere alienum est. Vid. Scipionis Gentilis hac de re coniecturas apud Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XLIII*] Coniectura Scip. Gentilis, cuius hic fit mentio, occurrit in libro *de Aliment. Cap. 11. p. 7.* existimatque ibi vir doctus, pro *ad Atticum* rescribendum esse: *ad Appium*, intelligendumque Appii Claudii librum de actionibus, de quo Pomponius *l. 2. §. 36. D. de orig. iur.* Nam et OFILII librum de actionibus exstitisse, intelligi ex *l. 3. §. 5. et §. 8. D. de penu legat.* Sed minus necessaria est haec diuinatio. Cur enim A. OFILIVS librum suum non inscribere potuerit viro συγχρόνῳ, T. Pomponio Attico, aut cur ille liber non aeque nomen ferat OFILII *ad Atticum*, quam ille *Ciceronis ad Trebatium*? HEIN.

OLE.

OLEA, modo pro arbore, modo pro fructu, id est, ipsa oliua, accipitur. OLEA vel excutitur, vel per se decidit: *l. 13. D. quib. mod. vsusfr.* OLEAE fructum vredo corrupit: *l. 15. §. 2. D. locat.* OLEAM immaturam plus habere reditus, quam si matura legatur, tradit Iauolenus, *l. 42. D. de vsu et vsufr. leg.* OLEA in aheno calida aqua lauatur: *l. 19. §. 2. D. locat.* Ad premendam OLEAM fiscis vtimur: *ibid.* regulis OLEA premitur, *ibid.*

OLEAGINEVS, A, VM. OLEAGINEA pocula. *l. 30. D. de legat. III.*

OLEARIVS, A, VM. [OLEARIAE mensae, de quibus singularis titulus *C. Theodosiani*, puta *vicesimus quartus Libri XIV.*] OLEARIAE mercatores: *l. 4. §. vlt. D. de mun. et honor.* OLEARIAE merci praepositus: *l. 13. D. de institor. act.* id est, ad vendendum emendumque oleum: *l. 5. §. 14. D. eod. tit.* OLEARIA merx: *l. 13. D. de instit. act.* OLEARIA vasa. *l. 19. §. 2. D. locat.*

OLERE os alicui dicitur, cui anima foetet, quod ex illuuie oris accidere solere, vel corporis vitio, veluti quod iecur, quod pulmo, aut aliquid similiter OLET. *l. 12. §. vlt. D. de Aedil. edict.* Ouid. *Lib. I. de art. amandi v. 521.*

Nec male odoratus sit tristis anhelitus oris.

Idem *Lib. III. v. 227.*

Cui grauis oris odor, numquam ieiuna loquatur.

OLE. OLF. OLI. OLV. OMI.

OLEVM, ex oliuis expressa pinguedo. Si quis a me OLEVM, quod emisset, adhibitis iniquis ponderibus accepisset, vt in modo me falleret: *l. 33. D. de act. emt. vend.* Nec enim tantidem Romae et in Hispania OLEVM aestimabitur: *l. 63. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* OLEVM ex oliuis alienis facere: *l. 12. §. 3. D. ad exhib.* [Si OLEI certa ponderatione fructus anni locasti: *l. 21. C. de locat*] OLEI pondus, qualitas, genus: *l. 4. D. de tritic. vin. ol. leg.* Quum certum pondus OLEI, non adiecta qualitate legatur; non solet quaeri, cuius generis OLEO vti solitus sit testator, aut cuius generis OLEVM istius regionis homines in vsu habeant: *l. 4. D. eod. tit.* Si OLEVM vir pro vxore in aede sacra posuerit: *l. 5. §. 12. D. de donat. int. vir. et vxor.* OLEVM ad oliuare reuerti non potest: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin.* [Si pecunia numerata OLEVM susceptum instrumento sit collatum, ex OLEI accepti scriptura nihil deberi. *l. 5. C. si cert. pet.*]

OLF.

OLFACERE, odore percipere. Mulam equus OLFECIT. *l. vlt. D. si quadr. pauper. fec.*

OLI.

OLITORIVS, A, VM, ab olere. OLITORII horti. *l. 13. §. 4. D. de vsufr. l. 198. D. de verb. signific.*

OLIVA, fructus oleae. OLIVARVM nuclei. *l. 55. D. de legat. III. l. 167. D. de verb. signif.*

OLIVARE. Oleum ad OLIVARE reuerti non potest. *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin.*

OLIVARIVS, A, VM. OLIVARIAE molae. *l. 21. D. de instr. vel instrum. leg.* Eaedem OLEARIAE *molae.* Varroni *de lingu. Lat. Lib. IV.*

OLIVETVM, *l. 58. D. de contrah. emt. l. 7. C. de bon. proscript. l. 1. C. de mancip. et colon. Lib. XI. tit. 62. l. 13. §. 3. D. de vsufr.* Ligna, quae ex OLIVETO excisa essent: *l. 8. D. de fund. dotal.* [*l. 7. §. 12. D. solut. matrim*] Si vineta aut OLIVETA fecerit: Vlpian. *tit. VI. §. 16.* Qui in OLIVETO oliuarum furtum facit: *§. 3. Inst. de oblig. quae ex delict.* OLIVETI iugera: *l. 4. §. vlt. D. de act. emt. vend.* OLIVETVM quot iugera, et quot arbores habeat. *l. 4. D. de censib.* Vir in fundo dotali vxoris rogata OLIVETVM succiderat, vt hoc nouellum reponeret; *l. 8. D de fund. dot.*

OLV.

OLVS, herbae, quibus et homines vescimur, vt OLVS *agreste*, apud Petron. *in Satyr. Cap. VI.* OLVS in villa: *l. 12. §. 1. D. de vsu et habit.* OLERIBVS ad vsum quotidianum vti. *pr. Instit. de vsu et habitat.*

OMI.

OMITTERE hereditatem, proprie est

est praetermittere, vti veteres loquuntur *l. 19. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 44. D. de hered. instit. l. 8. D. de mort. causs. donat. l. 2. l. 3. D. si quis omiss. causs. test. l. 14. §. 1. D. de fund. dotal.* Vnde OMITTERE et *adquirere* hereditatem, pugnant: *l. 54. D. solut. matr. et rubr. tit. D. de adquir. vel omitt. hered.* itemque OMITTERE et *adire. l. 50. §. vlt. D. de hered. inst. et l. 34. §. 1. D. de vulg. et pupill. substit.* Interdum tamen et OMITTERE et *repudiare* separantur: veluti in his: Si quis iuuenili leuitate ductus OMISERIT, vel repudiauerit hereditatem: *l. 24. §. 2. D. de minorib.* Si certum sit *repudiatam*, vel OMISSAM hereditatem: *l. 1. §. vlt. D. vt in possess. legator.* Non tantum enim, qui repodiat, sed et qui tempore excludi se patitur, OMITTERE dicitur. Nec extraneus tantum homo, heres institutus, verum etiam suus, patris hereditatem OMITTIT. Quum filius hereditatem liberti patris OMISERIT: *l. 20. §. 5. D. de bon. libert.* An quia sub conditione instituta filia esset, si OMITTERET hereditatem: *l. vlt. §. vlt. D. de dol. mal et met. except.* Si id egisset, vt OMITTATVR hereditas: *l. 4. §. 2. D. si quis omiss. causs. testam.* Et sic OMITTERE hereditatem reperimus *l. 7. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 4. D. vnde legit. l. 23. D. de condit. et demonstr. l. 53. D. de legat. II. l. 14. D. de lib. et postum. l. 27. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. de legat. praest. l. 6. §. 1. D. de iniust. rupt. irrit. l. 60. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 23. D. de bon. libert. l. vlt. §. vlt. D. de dol. et met. except. l. 19. D. de inoff. test. l. 82. §. 1. D. de legat. II. l. 14. §. vlt. D. de fund. dotal. l. 14. D. de lib. et postum. l. 10. §. vlt. D. de iniust. rupt. irr. l. 34. D. de vulg. et pupill. subst. l. 1. C. de fideic. libert.* Qui occasione adqoirendi non vtitur, veluti qui OMITTIT hereditatem: *l. 28. §. 1. D. de verb. signif.* Qui pretium OMITTENDAE hereditatis caussa capit: *l. 24. D. de adquir. vel omitt. hered.* Occasione OMISSAE hereditatis a scripto herede: *l. 20. §. 1. D. de bon. possess. contr. tabul.* Hereditate OMISSA: *l. 89. D. de legat. I.* Patronus, ex debita parte institutus, si OMISERIT iostitutionem: *l. 28. D. de legat. II. l. 6. §. 8. D. si quis omiss. causs.* OMISSA parte hereditatis, in testamento adscripta: *l. 30. §. 1. D. de adim. legat.* Marcius partem hereditatis, ex qua scriptus erat, OMISIT. *l. 32. D. de legat. III.*

¶. 2. Sed et alia, quae nobis ex vltima voluntate obueniunt, OMITTERE dicimur. Et quidem aliquando absolute hoc verbo vtuntur iurisconsulti, aliquando adiuncto alio vel verbo, vel nomine. Absolute, vt: Siue OMISERINT instituti, sioe non OMISERINT: *l. 12. D. de legat. praest.* OMITTENTE filio: *l. 2. D. exc. rei iudic.* Cum verbo, e. g. Si ex pluribus heredibus quidam OMISERINT adire hereditatem: *l. 9. D. de suis et legit.* Denique cum nomine, veloti OMITTERE aditionem vel aditionem hereditatis: *l. 76. §. vlt. D. de adqu. vel omitt. hered. l. 4. D. si quis omiss. causs. test. l. 14. D. de lib. et postum. l. 18. pr. D. ad leg. Falcid. l. 22. §. 1. D. eod. tit.* OMITTERE bonorum possessionem: *l. 2. §. 8. D. de bon. poss. secundum tab. l. 14. l. 15. pr. D. de legat. praest. l. 1. §. 5. D. si quid in fraud. patr. l. 1. §. 2. D. de collat. bon. l. 3. §. 9. D. de bon. libert. l. 15. D. de obl. et act.* quae laudatur ab Vlpiano in *l. 2. D. de exc. rei iud.* Quod idem est ac nolle accipere, ac proinde OMITTERE bonorum possessionem, et *accipere* pugnant. *l. 14. pr. D. de legat. praest.* OMISISSE ergo bonorum possessionem intelligitur, qui vel tempore exclusus non petiit, vel repudiauit, vt loquitur Iulianus *l. 20. §. 4. D. de bon. libert.* OMITTENDI fideicommissi caussa: *l. 34. §. 2. D. de legat. II.* Si testamenti caussam pater OMISIT: *l. 17. §. 1. D. de castr. pecul.* OMISSA caussa testamenti: *l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 23. D. de manum. test. rubr. D. si quis omiss. causs. test. l. 2. §. 1. D. de vulg. et pupill. subst* id est, praetermissa institutione, vt loquitur Neratius: *l. 13. D. vt legator.* OMITTERE legatum: *l. 31. D. de test. milit. l. 14. §. vlt. D. de fund. dot.* OMITTERE partem hereditatis: *l. 12. C. de legat.* partem suam: *l. 76. D. de adquir. vel omitt. hered.* vnam partem: *l. 80. D. eod. tit.* portionem suam: *l. 1. §. 12. D. de coniung. cum emanc. lib. eius.* Heres instituta si successionem ex testamento OMISISTI: *l. 3. C. de impub. et al. substit.*

¶. 3. OMITTERE etiam est silentio praeterire, et neque instituere, neque exheredare. Si quis filium quem in potestate habuit, instituerit heredem, vel exheredauerit, et ex eo nepotem OMISERIT: *l. 4. §. 1. D. de bonor. possess. contr. tab.* Si filius heres institutus sit, OMISSO postumo: *l. 16. D. de lib. et postum.*

¶. 4. OMITTERE et generatim est, praetermittere, deserere, vel negligere aliquid eorum, quae agi, fieri, exerceri, interinterponi, obiici, allegariue potuerunt. Sic: OMITTERE actiones: *l. 25. §. 4. D. locat. conduct.* OMISSAM allegationem repetere: *l. 36. D. de minorib.* Qui auxilium adpellationis OMISERVNT: *l. 8. §. 8. D. mandat.* Matre OMITTENTE SCi beneficium: *l. 2. §. 20. D. ad SC. Tertull.* Legis Falcidiae beneficio OMISSO: *l. 27. D. ad leg. Falcid.* Inter caussas OMITTENDI, id est, desereodi: *l. 26. D. mandati.* Si magistratus tanta fuit negligentia vt cautionem OMITTERET: *l. 6. D. de magistr. conuen.* OMITTENOO conditionem: *l. 8. D. de condit. inst.* id est, non patendo conditioni: OMISSA conditione filiae: *l. 20. §. 4. D. de bon. libert.* Si testamento liberatum debitorem heres OMITTAT, fideiussorem eius conueniat: *l. 49. D. de fideiuss.* Qui fideiusserunt, defensiooem OMISERVNT: *l. 5. §. 3. iud. solu.* Quos, verosimile est, defensionem popilli, pupillae, non OMISSVROS: *l. 5. §. 1. D. ex quib. causs. in possess.* OMISSA defensione: *l. 34. D. de iur. fisc.* Minores, si quod adquirere emolumentum potuerunt, OMISERINT: *l. 44. D. de minor.* Pro derelicto rem a domino habitam desinere OMITTENTIS esse: *l. 2. D. pro derelict.* Si fideiussor ex sua persona OMISERIT exceptionem: *l. 10. §. 12. D. mandat.* hoc est, praetermiserit, vt *l. 29. D. eod. tit.* Si fideiussor exceptionem praetoriam OMISERIT: *l. 29. §. 4. D. eod. tit.* Si heres OMISERIT doli exceptionem: *l. 39. D. fam. ercisc.* [Aliod est, si quid OMITTATVR per imprudentiam, aliud si id actum, vt OMITTERETVR: *l. 22. §. 7. D. rat. rem hab.*] OMISSA caussae inquisitione: *l. 34. D. de iure fisc.* Semel OMIS-

SVM

SVM iniuriarum iudicium: *l. 33. D. de minorib.* Si is, ad quem bonorum possessio pertinere posset, ius suum OMISERIT: Vlpian. *Lib. XXVIII. Reg. §. 6.* Ius OMISSVM: *l. 37. D. de minor.* Heredes, quos necem testatoria inultam OMISISSE constiterit: *l. 1. C. de iis, quib. vt indign.* Melius esse, OMITTI operis noui nunciationem: *l. 5. §. 12. D. de op. nou. nunc.* OMISSA verborum obligatio: *l. 6. D. de transact.* Qui debitum officium pietatis scientes OMISERVNT: *l. 1. C. D. de iis, quib. vt indign.* Si modo, quum contutores suspectos facere deberent, id officium OMISERVNT: *l. 1. C. si tut. vel curat. non gess.* Si antiquior creditor de pignore vendendo cum debitore pactum interposuit, posterior autem creditor de distrahendo OMISIT: *l. 5. D. quae res pign.* Persequutione pignoris OMISSA: *l. 24. C. de pignor.* OMISSA, interpositi persona: *l. 57. D. ad leg. Falcid.* Si quis in fraudem creditorum pignus OMISERIT: *l. 18. D. quae in fraud. credit.* OMISSO pignore: *l. 51. §. 3. D. de fideiuss.* OMITTERE possessionem: *l. 4. §. 1. D. de alienat. iudic. mut. l. 119. D. de reg. iur.* Qui pro donato possidens manumisit, OMISISSE videtur possessionem: *l. 5. D. pro donat.* OMISSAM praescriptionem obiicere: *l. 6. D. de except.* Simul OMISSA querela: *l. 6. C. de transact.* OMISSA ratione Falcidiae: *l. 19. D. quae in fraud. credit.* OMISSO reo promittendi: *l. 56. D. mandat.* id est, non adpellato eo, neque excusso: Qui retentiones, quas solas habent, OMITTVNT: *l. 21. D. ad SC. Trebell.* OMISSA retentione, quae per legem Falcidiam competebat. *l. 14. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Si quis, OMISSA retentione totam hereditatem restituerit: *l. 62. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Si OMISERIT stipulationem: *l. 1. §. 17. D. vt legat. seu fideic. cauff.* OMISSA stipulatione: *l. 1. §. 9. D. eod. tit.* Si praestari consuetum vectigal indiligentia publicani OMISERIT: *l. 9. §. 6. D. de publican. et vectig.* Si OMISSA fideicommissi verba sunt. *l. 67. §. 9. D. de legat. II.*

OMN

OMNIFARIAM, id est, omnibus modis. *l. vlt. C. de his, quae sub mod. l. 4. §. 1. C. de recept. arb. l. 14. C. de contrah. et committ. stipul.* [*l. 2. C. Theod. famil. ercisc. Lib. II. tit. 24. l. 20. C. de Episc. quae est l. 1. C. Theod. de bon. cler. Lib. V. tit. 3. l. 21. C. Theod. de bon. proscript. Lib. IX. tit. 24.*] Omnes quidem hae leges, in quibus illud OMNIFARIAM legitur, ex eo aeuo sunt, quo iam pridem labem contraxerat Latinitas: at vocabulo tamen non solum analogia adsistit, quum recte dicatur bifariam, trifariam, multifariam, sed et vetustioris scriptoris, puta Gellii auctoritas, qui *Lib. XII. Cap. 13.* *Oceanus*, inquit, *terras* OMNIFARIAM *et vndique circumfluit.* Addimus locum Apuleii *Lib. II. Metam. p. 123.* *Et nescio qui simile passus, ore vndique* OMNIFARIAM *deformato, truncatus est.* Praetermittimus iam auctoritatem Tertull. *Lib. II. aduersus Marcion. Cap. 19.* et *in Scorpiac. Cap. II.* Priscianus *Lib. XVIII. p. 1197.* quamuis nullius adducta auctoritate: *Nos*, inquit, OMNIFARIAM *quidem pro, per omnes, ponimus, vbique autem, in loco, vndique, de loco, et quoque ad locum.* HEIN.

OMN.

[OMNIMODIS, id est, omnibus modis. Intelligat sibi OMNIMODIS non vsurpandum: *l. 17. pr. C. Theod. de bonor. codicill. Lib. VI. tit. 22.* Gell. *Lib. II. Noct. Cap. 18.* *Non omnes* OMNIMODIS *Diis exosos esse, qui in hac vita cum aerumnarum varietate luctantur.*]

OMNIMODO. Vox haec interdum necessitatem imponit, cui quis, velit, nolit, subiicitur, idemque valet, quod districte, et, vt vulgo loquimur, praecise. Sic: Natum OMNIMODO cogitur alere: *l. 1. §. vlt. D. de adgnosc. et al. lib.* Actor a tutore datus OMNIMODO cauet: *l. 9. D. rat. rem habit.* OMNIMODO patris auctoritas erit necessaria: *l. 9. D. de vsur.* Aestimatio ab herede OMNIMODO praestanda est: *l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* OMNIMODO debuit relinquere: *l. 10. §. 6. D. de vulg. et pupill. substitut.* Et persequatur, et OMNIMODO restituat: *l. 14. §. 11. D. quod met. cauff.* OMNIMODO restituendum id esse: *l. 11. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu.* OMNIMODO satisdare: *l. 5. §. vlt. D. ex quib. cauff. maior.* OMNIMODO sententiam ferre debet. *l. 32. §. 4. D. de recept. arbitr.*

¶. 2. Alias OMNIMODO idem valet, quod indistincte, et absolute, nulla adhibita distinctione. Exempla require ex *l. 38. D. de hered. petit. l. 29. D. de fideic. libert. l. 24. §. 2. D. de minorib. l. 8. D. qui sin. manumiss.* Iniquum erat, OMNIMODO caueri: *l. 4 D si cui plus, quam per leg. Falc.* Nam ita demum cautio praestatur, si iusta caussa esse videbitur. *l. pen. D. qui sine manumiss. l. 29 D. qui testam fac. l. 39 §. 3. D. de damn. infect.* Raptor OMNIMODO furtum facit: *l. 80. §. 3. D. de furt.* OMNIMODO periculum ad patrem pertinebit: *l. 49. D. de iur. dot.* OMNIMODO permittit praetor: *l. 5. §. 1. D. vt legat. seu fideic. cauff. cau.* In bonae fidei iudiciis fructus OMNIMODO praestantur: *l. 38. §. 15. D. de vsur.* Hoc edicto OMNIMODO, qui recipit, tenetur: *l. 3. §. 1. D. naut. caupon. stabul.* OMNINO quod ita possessum esset, vsucaptum esse: *l. 4. D. pro suo.* id est, indistincte.

¶. 3. OMNIMODO, id est, in omnem casum. *l. 18. D. de reb. credit. l. 65. D. ad SC. Trebell. l. 36. D. de stipul. seru. l. 33. D. de vulg. et pupill. subst. l. 18. D. de adim legat. l. 1. §. 1. D. de ventr. in possess. mitt.* OMNIMODO defendendum est: *l. 8. D. de SC. Silan.* OMNIMODO praestari vsurae: *l. 87. D. de legat. II.* OMNIMODO rumpi testamentum: *l. 33. D. de testam. milit.* OMNIMODO subueniendum: *l. 14. D. eod. tit.* OMNIMODO valere: *l. 29. D. qui test. fac.* OMNIMODO valere legatum: *l. 10. D. de aur. argent. leg. l. 61. D. de furt.*

¶. 4. OMNIMODO, id est, omnino. *l. 35. D. de hered. petit. l. 38. D. ad leg. Aquill. l. 26. D. de iureiur. l. 24. D. de minor. l. 38. §. 1. D. de vsur. l. 9. D. de rit. nupt. l. 1. §. 1. D. de adgnosc. et alend. lib. l. 45. D. de administr. et peric. tut. l. 84. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 61. §. 3. D. de furt. l. 18. D. de adim. legat. §. 26. et §. 27. Inst. de act. l. 89. D. de legat. III. l. 18. D. quod met. cauff. l. 1. §. 1. D. si quid in fraud. patron. l. 8. C. de non num. pecun. l. 11. D. de legat. I. l. 59. D. de legat. II. l. 25. §. 2. D. solut. matrimon.*] Non dubitamus, quin OMNIMODO cum eo agi non possit; *l. 12. D quae*

in fraud. credit. OMNI enim MODO debet custodiri iusiurandum; *l. 26. D. de iureiur.* Non OMNIMODO praetorem debere eum excusare, sed caussa cognita; *l. 9. §. vlt. D. de recept. arbitr.* Non OMNIMODO mulieres pro parte socii videri intercessisse: *l. 17. §. vlt. D. ad SC. Velleian.* OMNIMODO, etiam mora non interueniente: *l. 1. §. 1. D. de vsur.* Et ita accipe, quod ait Paullus, constiturum esse, vt minoribus viginti quinque annis vsurae OMNIMODO praestentur. *l. 87. §. 1. D. de legat. II.* ¶. 5. [OMNIMODO, id est, re vera. *l. 1. §. 1. D. de ventr. in possess. mitt.*

OMNINO, Id est, in totum, vel in vniuersum. Vnde OMNINO, vel *omnimodo non* idem, ac neutiquam: *l. 137. §. 6. D. de verb. oblig.* Qui OMNINO non exaudit: *l. 1. §. vlt. D. de obl. et action.* id est, in totum, vt *l. 7. §. 1. D. de decurion.* [Si OMNINO non debeatur: *l. 26. §. 3. D. de condict. indeb.*] OMNINO non obligari, id est, nullatenus: *l. 8. §. 7. D. de fideiussor.* Immo longe aliter in d. lege accipitur haec particula.] Nimirum NON OMNINO ibi est, non in totum, nec in duriorem caussam, sed pro parte, puta in summam debitam obligari fideiussorem. HEIN. [OMNINO esse paternum officium: *l. 7. C. de dot. promiss.*] Omnes OMNINO: *l. 1. §. 1. D. de bon. poss. ex testam. milit.* Alienationem omnem OMNINO accipere debemus; *l. 14. §. vlt. D. qui et a quib. manumiss.* ¶. 2. [OMNINO interdum idem, ac generatim. Sed quum OMNINO de testamentis et de heredibus, qui in testamento instituuntur, loquuti sumus. *pr. Inst. de legat.*]

OMNIS, E, vniuersalitatem denotat. Hinc Tertullianus *de virgin. veland. Cap. VIII.* OMNEM ait intelligi *omnis ordinis, omnis conditionis, omnis dignitatis, omnis aetatis,* additque, *si quidem* OMNE *totum est, et integrum, et nulla sui parte defectum.* Ante OMNIA animaduertendum est: *l. 27. § 5. D. de pact.* Ante OMNIA disquiri debet: *l. 8. C. de petit. hered.* inspiciendum: *l. 2. D. de alim. et cibar. legat.* probandum est: *l. 23. D. de probat.* Quinctilian. *Declam. CCCXXXVIII. Ante* OMNIA *intelligitis, iudices.* Quae verba vsurpat etiam Lactant. *Lib. IV. diuin. inst. Cap. 5.* et *Cap. 30.* nec non *Lib. V. Cap. 2.* OMNES fore consentiunt: *l. 14. D. de op. libert.* [OMNIS contractus: *l. 59. §. 1. D. mandat.*] OMNIBVS diebus: *l. 1. §. 4. D. de oper. nou. nunc.* OMNIS diligentia, pro omnibus diligentiae speciebus; *l. 24. C. de vsur.* OMNES homines, gentes, populi: *l. 9. D. de iustit. et iur.* OMNE ius: *l. 1. D. de stat. homin. l. 40. D. de legib.* id est, totum, vt *l. vlt. D. eod. tit. l. 80. D. de reg. iur.* OMNIA iudicii: *l. 27. pr. D. de procurat.* Per OMNIA, id est, in omnibus, seu in totum; *l. 1. D. de legat. I. l. 1. §. 1. D. de SC. Silan. l. 25. D. de liberat. leg. l. 20. D. de bon. poss. contr. tab. l. 42. D. de fideic. libert. §. 1. Inst. de donat.* Per OMNIA, et in omnibus: *l. 2. §. 1. D. de iur. codicill. l. 16. D. de reb. cred.* Non per OMNIA verum est: *l. 52. §. 7. D. de legat. III.* Licet per OMNIA haec vsumfructum non imitentur: *l. 5. §. vlt. D. vsufr. quemadm. cau.* Haec distinctio ab OMNIBVS fere probata est: *l. 35. D. locat.* OMNIS sermo; *l. 2. §. vlt. D. de*

verb. oblig. OMNI tempore: *l. 3. §. vlt. D. de fer.* OMNI tempore anni: *l. 6. D. de aqua quotid.* ¶. 2. [OMNES, pro singulis: *l. 22. D. de vsu et vsufr. legat. l. 16. D. mandat. l. 11. D. de reb. dub. l. 3. §. vlt. D. de oper. nou. nunciat. l. 5. D. si famil. furt. fec.* Cicero *Lib. II. de finib. Cap. 31.* OMNIBVS *mensibus vicesimo die lunae.* Add. Cuiac. *Lib. XXVI. Obs. Cap. 13.*]

OMO.

[ΟΜΟΟΥΣΙΑ, eiusdem substantiae. Incorruptae trinitatis indiuisa substantia, quae Graeco verbo ΟΜΟΟΥΣΙΑ recte credentibus dicitur: *l. 2. §. 1. C. de summ. Trinit.* quae est *l. 6. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* vbi tamen pro *ὁμουσία* vocabulum *ὀυσίας* habetur, de quo infra sub finem *huius libri.*]

ONE.

ONERARE, est aliquid oneris imponere, siue hominibus, siue iumentis, siue rebus. Sic ONERATA dicitur nauis, cui merces vehendae imponuntur: *l. 6. §. vlt. D. locat.* Si de naui ONERATA quis sextarium frumenti tulerit: *l. 21. §. 5. D. de furt.* Si alter parietem presserat, vel ONERAVERAT: *l. 40. §. 1. D. de damn. infect.* Si plus iusto se ONERAVERIT: *l. 7. §. 2. D. de leg. Aquill.* Fuit enim in ipsius arbitrio ita se non ONERARE, *ibid.* Si quis plus iusto ONERATVS deiecerit omne: *ibid.* Si mulum plus iusto ONERAVERIT: *l. 27. §. 23. D. de leg. Aquill.* Plus iusto ONERATA quadrupes. *l. 1 §. 1. D. si quadrup. pauper. fec.* ¶. 2. ONERARE, etiam praegrauare, ONERARI, praegrauari est, vt loquitur *l. 21. D. de his, qui not. infam.* Ne solus heres OMNIBVS hereditariis actionibus ONERETVR: Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 2. §. 1.* ONERANT annonam etiam staterae adulterinae, *l. 6. §. vlt. D. de extraord. crim.* Iniquum esse superuacua cautione ONERARI heredem: *l. 14. §. vlt. D. vt legat. seu fideicomm.* Si quidam ex tutoribus idonei non sint; ONERABVNTVR ceteri: *l. 34. D. de administr. et peric. tut.* Heres suus creditores ONERAVIT, dum adiit hereditatem, quae soluendo non est: *l. 1. §. 1. D. de separat.* Non debet duplici damno ONERARI: *l. 4. §. 2. D. de leg. Rhod. de iact.* Ne alieno facto ONERERIS: *l. 27. D. de procurat.* Ea actio fideiussorem ONERARE non poterit: *l. 54. D. de fideiuss.* Ne vltra pretii quantitatem auctoris heredem pupillum tuum ONERES: *l. 2. C. de in lit. iur.* ONERANDAE libertatis caussa facta definiuntur, quae ita imponuntur, vt, si patronum libertus offenderit, petantur ab eo, semperque sit metu exactionis ei subiectus, propter quem metum quoduis sustineat patrono praecipiente: *l. 1. §. 5. D. quar. rer. act. non det.* Si mendaciis apud principem ONERAVERIT eum, quem deportandum laborabat: *l. 1. D. quand. adpell.* Apud bonos et prauos opinionem eius ONERANT: *l. 13. C. ex quib. causs. infam.* id est, existimationem laedunt. Obseruare proconsulem oportet, ne in hospitiis praebendis ONERET prouinciam: *l. 4. D. de offic. proconsul.* ONERABITVR patronus satisdatione fideicommissi; *l. 44. D. de bon. libert.* Confirmatum a praeside, vel datum ex inquisitione non ONERARI satisdatione:

tione: *l. 4. C. de tut. vel curat. qui satis non ded.* Qui alienum seruum suum esse fatetur, si pro eo conueniatur, satisdatione ONERANDVS non est: *l. 39. §. 1. D. de noxal. act.* ONERARI sumtibus: *l. 32. §. 5. D. de administr. et peric. tut.* ONERARI tutela; *l. 32. §. vlt. D. de testam. tutel.* ONERATVS tribus tutelis: *l. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull.* Potius verecundiam ONERARE, quam illam existimationis maculam adspergere; *l. 17. C. ex quib. causs. infam.* ONERARE se vsuris: *l. 9. §. 4. D. de administr. et peric. tut.* ¶. 3. ONERANT nos et ea, quae dispendio sunt, non vlli fructui. Nec fideicommisso ONERARI adsignatio liberti potest: *l. 7. D. de adsign. libert.* Animalia quae noxam commiserunt, non vltra nos solent ONERARE, quam vt ea noxae dedamus: *l. 7. §. 1. D. de damn. infect.* Qui fortuito, non iudicio testatoris consequitur hereditatem, vel lagatum, non debet ONERARI: *l. 6. §. vlt. D. de legat. III.* Ne dupliciter fideicommissarius ONERETVR: *l. 16. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Non est verosimile, patrem duplici praestatione dotis filium suum ONERARE voluisse: *l. 34. §. 5. D. de legat. II.* ONERARE testator dicitur heredes, a quibus quid legat vel fideicommittit, reliquit, seu dare praestare facereue quid iubet. *l. 36. §. vlt. D. de vsu et vsufr. legat. l. 76. D. de legat. I. l. 3. §. 4. D. de alim. legat.* Si quis velit non omnes heredes legatorum praestatione ONERARE: *l. 98. D. de legat. III.* Eam testantis fuisse voluntatem, vt ONERARE heredes duplici praestatione dotis vellet: *l. 16. D. de dot. praeleg.* Placuit eidem saepe legatum corpus non ONERARE heredem: *l. 66. pr. D. de legat. II.* Si ONERARI heredem a testatore legatarius ostenderit; *l. 40. D. de manum. test.* An heredem ad supplendam quantitatem ONERARI non debeant: *l. 12. D. de alim. vel cibar. legat.* An heres testatoris ONERATVS videatur in praestando legato: *l. 41. §. 1. D. de legat. III.* Heredis heredem propter sequens fideicommissum ONERATVM intelligi: *l. 67. §. 5. D. de legat. II.* Qui ab vno ex heredibus, qui solus ONERATVS fuerat litis aestimationem legatae rei abstulit: *l. 86. §. 5. D. de legat. II.* Aut ONERANDVS sit heres in infinito: *l. 1. §. 11. D. vt legat. seu fideic.* Sunt enim magis in legandis suis rebus, quam in alienis comparandis et ONERANDIS heredibus faciliores voluntates: *l. 67. §. 8. D. de legat. II.* Res, quae ONERABANT magis hereditatem, quam fructui erant: *l. 20. §. 12. D. de hered. petit.* Vitium impensarum nomine ONERARI mulierem ignorantem, vel inuitam non oportet; *l. 79. D. de verb. signific.* Res, quae patrimonia ONERARE magis impendio, quam augere fructibus consueuerunt: *l. 1. §. 20. D. de ventr. in possess. mitt.* Si filio suo duos substituerit, et alterius personam ONERAVERIT: *l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid.* Si legatis ONERATA sit portio tam liberorum, parentumue: *l. 5. §. vlt. D. de legat. praestand.* ONERATA substitutio legatis vel fideicommissis. *l. 6. §. 5. D. ad SC. Trebell.*

ONERARIVS, A, VM, oneribus ferendis aptum. ONERARIAE naues: *l. 1. §. 12. D. de exercit. act. l. 2. D. de capt. et postlim.* ONERARIAS autem *naues, de oneribus tardas*, Non. Marcellus interpretatur.

ONEROSVS, A, VM, graue. Vt beneficium patris dominiue ipsis ONEROSVM sit: *l. 7. D. vt legat. seu fideic.* ONEROSVS creditor, id est, durus et acerbus: *l. 25. D. de pignorat. act.* ONEROSVM est, id est, durum, graue, molestum: *l. 7. D. testam. quemadm. aper.* ONEROSA hereditas, id est, damnosa, seu quam adire non expedit: *l. 71. D. ad SC. Trebell.* ONEROSVS seruus, qui sumtui magis est, quam vsui, cuius nullae sunt operae. *l. 8. §. 4. D. mandat.*

ONESIPHORVS, serui nomen, in *l. 59. §. vlt. D. de manumiss. testam.* [idem, ac vtilitatem adferens, ὠφέλειαν φέρων. De quibus similibusque nominibus vid. Aegid. Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXI. p. 181. sequ.*]

ONV.

ONVS, ERIS, vulgo sarcinam significat, vel hominibus vel animalibus impositam: quamquam Cornel. Fronto *de differ. voc. p. 2198.* ONVS *vehiculorum, et maius esse, sarcinam hominum*, tradit. Si plus iusto ONERATA quadrupes in aliquem ONVS euerterit: *l. 1. §. 4. D. si quadr. paup.* Si quis ONERE pressus, rem in viam abiecerit: *l. 8. D. de leg. Rhod.* Si mulae retinere ONVS nequissent: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* Vt mulae plaustrum retinere non possent, atque ONERE ipso retraherentur: *d. l. 52. §. 2. D. eod. tit.* Et mox: Hi quo conuersum fuisset ONVS, sustinere nequissent. Si amplius ONERIS, quam licuerit, vexerit: *l. 11. D. quemadm. seru. amitt.* ¶. 2. ONVS vocant merces naui impositas. *l. 61. §. vlt. D. locat.* ONVS auertere, phrasis nautica, qua vsus est Tertullian. *Lib. V. adu. Marcion. Cap. 1.* dum ait: *Quamobrem, Pontice nauclere, si numquam furtiuas merces, vel illicitas in scatas tuas recepisti, si nullum* ONVS AVERTISTI *vel adulterasti.* Hinc ONERIS auersi actio: *l. 31. D. locat. cond.* Eam ab actione furti ita discrepasse censet V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. VIII. Obs. Cap. 3.* quod haec daretur si nauta dolo malo et lucri faciendi caussa aliquid e rebus, naui impositis, auerterit et subtraxerit: illa, si onus auerterit culpa, non dolo, vel dolo quidem, sed damni dandi, vel alterius cuiusque rei, quam lucri faciendi caussa: Quo loco vir doctissimus simul Cuiacii *Lib. VIII. Obs. Cap. 39.* et in *Comment. ad l. 5. C. de nauicul.* Franc. Connani *Comment. Lib. VII. Cap. 11.* Charondae *Lib. III. Verosim. Cap. 5.* Guidi Panciroli *Lib. II. Var. lect. Cap. 43.* de hac actione oneris auarsi sententias erudite expendit. HEIN. Si propter necessitatem aduersae tempestatis expositum ONVS fuerit: *l. vlt. §. 8. D. de publican.* Ad ONERA inhabiles naues: *l. 1. §. 12. D. de exercit. act.* Cicero *pro lege Manil. Cap. XVIII. Delos, insula, quo omnes vndique cum mercibus et* ONERIBVS *commeabant.* ONVS suum integrum nauis pertulit. *l. 5. D. de leg. Rhod. de iact.* ¶. 3. ONVS vel ONERA dicuntur etiam aedificia, quibus parietes premuntur. Columna, quae ONERA vicinarum aedium ferebat: *l. 33. D. de seru. praed. vrb.* An paries satis aptus esset ONERIBVS ferendis: *l. 35. D. de damn. infect.* Num inferior ONERI ferendo in superioris tabernae loco contine-

ONV.

tineretur. *l. 1. D. de seruit. leg.* De seruitute, quae ONERIS ferendi caussa imposita erit: *l. 6. §. 2. D. si seru. vindic.* id est, vt vicinus ONERA vicini sustineat, vti *§. 1. Inst. de seruitut.* Si aequaliter vtriusque ONERIBVS pressus paries decidit: *l. 40. §. 1. D. de damn. infect.* quia nimirum ambo ONERA imposuerunt; vt *ibid.* ONERVM releuandorum gratia: *l. 28. D. de damn. infect.* Vtrarumque aedium ONERA, quae modo iure imponantur, communis paries sustinere possit: *l. 36. D. eod. tit.* Si vicini semipedes inter se contulerunt, vt ibi cratitium parietem inter se aedificarent ad ONERA vtriusque sustinenda; *l. 52. §. 13. D. pro soc.* Aedium, quae ONERA vicini sustinere debeant: *l. 1. §. vlt. D. de seruit. praed. vrb.* Ius sibi esse, cogere aduersarium, reficere parietem ad ONERA sua sustinenda: *l. 6. §. 2. D. si seru. vindic.* Si communes aedes essent, quae ONERA vicini sustinerent: eadem *l. 6. §. 4. D. eod. tit.* ONERA aedium eius vicinus sustineret. *ibid. §. 6.* Ab hoc ONERIS ferendi seruitute, quae vrbanorum praediorum seruitutibus adnumeratur, aliquor loquendi figuras eleganter alii auctores vsurpant. Liu. *Lib. II. Cap. 9. Vt diuites conferrent, qui ONERI ferendo essent.* Ouid. *Lib. XV. Metam. v. 403.*

Quum dedit huic aetas vires, ONERIque
ferendo est.

Seneca *Lib. VII. de benefic. Cap. 9. Video vniones, non singulos singulis auribus comparatos; iam enim exercitatae aures* ONERI *ferundo sunt.* Idem *Epist. LXXV. Nouit vires suas, scit sese ONERI ferundo.* ‖. 4. Transfertur et ad res incorporales ONERIS adpellatio. ONERA actionis: *l. 3. D. fam. ercisc.* actionum: *l. 3. §. 1. D. de iureiur.* aeris alieni: *l. 34. §. 2. D. de legat. III. l. 53. D. de legat. II. l. 38. §. 1. D. de hered. instit. l. 2. D. famil. ercisc. l. 18. §. 1. D. de his, quae vt indign.* ONVS aeris alieni sustinere: *l. 53. D. de legat. II. l. 1. §. 1. D. ad leg. Falcid.* ONVS alimentorum adgnoscere; *l. 15. princ. D. de alim. et cibar. legat.* Calefactionis et praebitionis ONVS: *l. 35. §. vlt. D. de legat. III.* Vt ei hereditas abiudicetur, et ONERIBVS careret: *l. 50. §. 2. D. de legat. I.* ONVS cautionis: *l. 12. D. vt legator.* Pars fideiussoris ad ceterorum ONVS respicit: *l. 16. D. de fideiuss.* ONVS collationis: *l. 2. §. 2. D. de collat. bon. l. 77. §. 1. D. de legat. II.* Vt non solum oneretur is, qui dignitatem meruit, sed commune sit omnium heredum ONVS hoc debitum: *l. 1. §. 16. D. de collat.* Cum ONERE fideicommissum id apud heredem remanet: *l. vlt. D. de his, quae pro non script.* Fundum cum suo ONERE obligare fisco: *l. 2. C. rem alien. ger. non interd. rer. suar. alienat.* Cum eodem ONERE perferendae seruitutis transire ad emtores eadem praedia posse; *l. 3. C. de seruit. et aqu.* Hereditas caduca cum suis ONERIBVS fit: *l. 2. D. si quis aliqu. test. prohib.* ONVS deductionis: *l. 5. D. de legat. II.* Quod deductis ONERIBVS ad aliquem peruenit; *l. 16. D. ad SC. Trebell.* ONERA eius, qui in adoptionem datus est: *l. 45. D. de adopt.* Quum fideiussores, actione diuisa, quidam post litem contestatam soluendo esse desierunt, ea res ad ONVS eius, qui soluendo est, non pertinet: *l. 51. §. 4. D. de fideiussorib.* Aes alienum, hereditate nomine fisci vendita, ad ONVS emtoris bonorum pertinere: *l. 1. C. de hered. vel act. vend.* ONVS fideicommissi: *l. 15. D. de aur. arg. leg. l. 14. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 2. §. vlt. D. de suis et legit.* Videri fideicommissi onere liberatos; *l. 77. D. ad SC. Trebell.* Quod ONVS fideiussorum susceptum videretur; *l. 7. D. de fideiussor. et nominat.* Refectio aedium ad fructuarii ONVS non pertinet: *l. 20. D. de damn. infect.* ONERA fructuum, quae ex fructibus conferuntur et praestantur, veluti stipendia et tributa. ONVS enim fructuum haec impendia sunt, ait Paullus, *l. 14. D. de impens. in res dot.* Similiterque Vlpianus cloacarium, et quod ob formam aquaeductus, quae per agrum transit, penditur, item, quod ob collationem viae, item quod ob transitum exercitus, ex fructibus conferebatur: ONERA adpellat: *l. 27. §. 3. D. de vsufr.* Pro hereditatis partibus heredes ONERA hereditaria adgnoscere: *l. 2. C. de hered. action.* Hereditaria ONERA ad scriptos heredes pro hereditariis portionibus pertinent: *l. 1. C. si cert. pet.* Non posse accusare, quo minus tota ONERA hereditaria subeat: *l. 38. D. de adquir. vel omitt. hered.* Maluisset integra ONERA hereditaria subiisse: *l. 98. D. de adquir. vel omitt. hered.* Ab ONERIBVS se emerserit hereditariis: *l. 20. §. 1. D. eod. tit.* Ius dicendi propositum est, liberos ONERIBVS hereditariis non sponte susceptis liberare; *l. 12. D. de vulg. et pupill. subst.* Pupillos, quos placuit ONERIBVS hereditariis esse liberandos; *l. 77. §. vlt. de D. adqu. vel omitt. hered.* Id aes alienum cum ceteris hereditariis ONERIBVS ad eum transit: *l. 21. §. 1. D. de neg. gest.* Post quod SC. ipse heres ONERA hereditaria sustinebat: *§. 5. Inst. de fideic. heredit.* Vt omne ONVS eiusdem hereditatis tam in praeteritum, quam in futurum adgnoscatis; *l. 88. §. 2. D. de legat. II.* Si coheres filii totius hereditatis ONVS susceperit. *l. 20. §. vlt. D. de bon. libert.* ONERA hereditatis: *l. 30. D. de transact. l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Sempronius ea demum ONERA suscipiet, quae Maeuianae hereditatis fuerunt; *l. 76. §. 1. D. de legat. II.* Sumtus, qui propter ONERA totius hereditatis iusti fiunt: *l. 6. §. vlt. D. si pars hered.* ONERIBVS hereditatis obstrictus relinquatur: *l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Legata, ceteraque ONERA hereditatis; *l. 1. §. 9. D. si ventr. nom. mul. in possess.* Illum commoda hereditatis habere, alium ONERA sustinere in praestando legato. *l. 15. §. vlt. D. de praest. legat.* Qui scit, se ONERIBVS fore implicitum: *l. 34. D. de adquir. vel omitt. hered.* ONERA indictionum; *l. 28. D. de vsu et vsufr. leg.* ONVS legatorum: *l. 18. D. de legat. praest.* Ex necessitate redundabit ONVS legatorum ad heredem: *l. 50. §. 2. D. de legat. I.* A filio petit, vt omne ONVS legatorum in se sustineret: *l. 34. §. 6. D. de legat. II.* Voluisse testatorem cum ONERE legatorum fideicommissum restitui: *l. 2. D. ad SC. Trebell.* Si vnum ex legatis ONVS habet; *l. 5. D. de legat. II.* Quamquam liberandorum praediorum ONVS pater ad heredes suos pertinere noluerit: *l. 57. D. de legat. I.* Ad ONVS nostrum pertinent liberi: *l. 8. D. de adgnosc. et al. lib.* ONERA liberorum: [*l. 5. §. 12. D. de adgnosc. et al. lib.*] et apud Tertull. *Lib. I. ad vxor. Cap. 5.* ONERA matrimonii: *l. 46. D. fam.*

ONE.

fam. ercisc. l. 11. D. de pact. dotal. l. 20. l. 75. l. 76. D. de iur. dot. l. 22. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 8. l. 16. pr. D. de castr. pecul. [Ibi dos esse debet, vbi ONERA matrimonii sunt. Post mortem patris statim ONERA matrimonii filium sequuntur, sicut liberi, sicut vxor: l. 56. §. 1. et 2. D. de iur. dot.] Alimentorum praebendorum necessitas ONERIBVS menstruis atque annuis adstringitur: l. 8. D. de alim. vel cibar. leg. An alter ONVS obligationis integrum excipere debeat: l. 48. D. de fideiuss. Obligationis ONERE non liberabitur: l. 67. D. de procurat. ONERA patrimoniorum: l. 2. D. de veteran. l. 3. l. 6. C. de muner. patrimon. Substitutum etiam patris ONERA subiturum: l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered. ONVS peculii: l. 38. §. vlt. D. de pecul. ONVS petitoris: l. 1. §. 3. D. vti possid. l. 24. D. de rei vind. quae alias actoris partes vocantur: l. 18. l. 19. D. de probat. ONERA petitoris sustinere, et *commodo possessoris fungi*, opponuntur: l. 62. D. de iudic. l. 1. C. vti possid. ONVS autem hic in eo est, quod petitori incumbit probatio, vel, quod praestare eum et implere probationes oportet. Successio pro ONERIBVS portionis suae respondet: l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. Praediis a fisco distractis, praeteriti temporis tributum eorumdem praediorum ONVS emtorem spectare placuit: l. 36. D. de iur. fisc. ONVS probandi: l. 22. D. de legat. II. ONVS probationis: l. 15. C. de probat. l. 10. C. de non num. pec. l. 5. C. de liber. causs. Quinctil. Declam. CCCXXXVIII. *Intelligitis, iudices, nullum* ONVS *probationis ad me pertinere.* Videri recepisse ea ONERA, quae adscripta erant summae: l. 13. D. de alim. et cibar. legat. ONVS reliquorum: l. 41. §. 7. D. de fideic. libert. ONVS satisdationis: l. 18. D. de interrogat. in iur. fac. l. 6. D. si cui plus, quam per leg. Falcid. An trecentorum ONVS fideicommissarius subeat: l. 1. §. 17. D. ad SC. Trebell. Legatarium cogendum redimere seruum, et se ONERI subiecisse: l. 6. D. de fideic. libert. ONVS vsurarum: l. 54. D. locat. ¶. 5. ONVS, pro munere. ONERA ciuilia: l. 6. D. de curat. furios. l. 3. C. qui bon. ced. ONVS decurionatus: l. 21. §. 3. D. ad municipal. l. 1. C. quad cum eo, qui in al. pot. ONERA dignitatis: l. 1. §. 16. de collat. bonor. Fugiendi ONERIS municipalis gratia: l. 4. D. de muner. Ciuilium munerum, vel ONERVM municipalium obtentu: l. 3. C. ne vxor pro marit. [ONERA nauicularia: l. 2. C. Theod. de nauicul. Lib. XIII. tit. 5. Nauicularii ONERIS munera adgnoscunt: l. 12. C. Theod. eod. tit. ONVS nauiculariorum: l. 149. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.] Si propter ONVS primipili pecuniam soluistis. l. 11. C. de compensat. ONVS tutelae: l. vlt. C. de in lit. iur. Necessario subeundum est ONVS quoque tutelae: l. 31. D. de excusat. Tria ONERA tutelae dant excusationem. l. 3. D. eod. tit.

¶. 6. Ceterum passim obuiae sunt loquutiones: ONERIBVS *adstringi, implicari, se mergere, obstringi, se subiicere.* Quibus aduersantur ONVS *detrectare*, ONERE *leuari* vel *liberari*, de quibus singulis suis locis.

ONVSTVS, A, VM, onere grauatum. ONVSTA nauis: l. 4. D. de leg. Rhod. de iact. ONVSTA plaustra. l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.

ONY. OPE.

ONY.

ONYX Arabicus: l. vlt. §. 7. D. de publican. ad differentitm Indici, a quo colore distat. Nam Indicus igniculos habet, albis cingentibus zonis. Inde autem nomen habet, quod habeat permixtum candorem in similitudinem vnguis humanae: vt Isidor. Lib. XVI. Cap. 8. tradit. Meminit et ONYCHVM, in solis Arabiae montibus nascentium Plin. Lib. XXXVI. Cap. 7.

OPE.

OPERA, et frequentius pluratiuum, OPERAE, officii vel ministerii, a seruo, libertoue debiti praestationem, immo et ipsos aliquando, qui operas praestant, significat. Sic: OPERARVM actio: l. 7. §. 5. D. de oper. libert. OPERA in actu consistit: l. 1. D. de oper. seru. Qui insulam fieri spopondit, non vtique, plurimis OPERIS adhibitis festinare debet: l. 173. §. 3. D. de verb. obligat. Eius artificii, quod post manumissionem didicerit, OPERAS libertus debebit praestare: l. 16. D. de op. libert. OPERAE quas patronus a liberto postulat, confestim non cedunt, quia id agi inter eos videtur, ne ante cederent, quam indictae fuissent: l. 24. D. de oper. libert. Dum languet libertus, patrono OPERAE, quae iam cedere coeperunt, pereunt. l. 34. D. eod. tit. Stichus, si Titio centum OPERAS dederit, liber esto: l. 4. §. 4. D. de statulib. OPERAE enim numero definiri et circumscribi solebant, ceu paullo post exemplis pluribus ostendemus, adeoque vnam, vel plures, puta decem, centum, quingenss, mille, locari, imponi promittiue moris erat. Indicere OPERAS custodiae domus; l. 49. D. de oper. libert. OPERAS dare: l. 24. l. 26. l. 28. D. de oper. libert. l. vlt. §. vlt. D. de liber. causs. OPERAS mihi dare spondes? l. 10. D. de oper. libert. Si libertus tales OPERAS extraneo dederit, quales patrono praestando libersretur: l. 13. pr. D. eod. tit. Si quando duobus patronis iurauerit libertus, OPERAS se daturum: l. 8. D. eod. tit. Quum libertus promiserit, patrono OPERAS se daturum: l. 22. §. 1. D. eod. tit. OPERAE, quae Lucio Titio dantur: l. 12. D. eod. tit. [Ne quis OPERAS dare, facere, praestare debeto: l. 37. pr. D. eod. tit.] Si decem dierum OPERAS non dederis: l. 39. pr. D. eod. tit.] Si OPERAS liberti dare nollent; l. 26. D. eod. tit. In potestate liberti est OPERAS dare: l. 6. §. 1. D. de iur. patronat. OPERAE per singulos dies dantur: l. 20. §. 5. D. de statulib. Quia non per libertum, sed per patronos statet quo minus OPERAE dentur l. 23. §. vlt. D. de oper. libert. Tales patrono OPERAE dantur, quales ex aetate, dignitate, valetudine, necessitate, proposito, ceterisque eius generis, in vtraque persona aestimari debent: l. 16. §. 1. D. eod. tit. Natura OPERAS patrono libertus debet: l. 26. §. 12. D. de condict. indeb. Si OPERAS a liberto quis stipulatus sit, non ante dies earum cedit, quam indictae fuerint: l. 73. pr. D. de verb. obligat. Diem OPERARVM cedere: l. 23. §. 1. D. de op. libert. Si decem dierum OPERAS non dederis: l. 39. pr. D. eod. tit. Diurnas OPERAS Stichi dare damnatus: l. 2. D. de ann. legat. OPERAE sunt diurnum

OPE.

num officium: *l. 1. D. de oper. libert.* dare OPERAS: *l. 19. l. 24. l. 50. § vlt. D. eod. tit.* Duorum libertas fingulis diuerfas OPERAS vno tempore in folidum edere: *l. 49. D. eod. tit.* Ex commodo patroni libertus OPERAS edere debet; *l. 24. D. eod.* OPERAE oeceffario fingulae edendae funt: *l. 20. §. 5. D. de ftatulib.* Hae enim OPERAE, iubeote patrono, et alii edeodae funt: *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.* Seneca *Epift. XXIX. Hoc enim ad edendas OPERAS tempus acceperat.* Quinctil. *declam. CCCXXXIII. Velut editis neceffitate* OPERIS. OPERARVM editio nihil aliud eft, quam officii praeftatio: *l. 22. D. de oper. libert.* OPERARVM editio: *l. 50. D. eod. tit.* Si minor annis quinque, vel debilis feruus fit, vel quis alius, cuius nulla OPERA effe apod dominum potuit: *l. vlt. D. de oper. feru.* OPERARVM exactio: *l. 48. D. de oper. libert.* Quorum OPERA nauem, aut caoponam, aut ftabulum exerceret: *l. 5. §. vlt. D. de obl. et act.* Exercere turpes OPERAS. *l. 16. pr. D. de oper. libert.* Siue feruus alienus, fiue liber homo eft, iure OPERAS ei exhibere debet, cui bona fide feruit, et OPERAE quodammodo ex re eios, qui feruit, habentur: *l. 23. D. de adquir. rer. domin.* Si OPERAS patrono libertus exhibuit, noo officiales, fed fabriles, veluti pictorias, vel alias: *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb.* Exigere OPERAS a libertis: *l. 13. §. 3. l. 26. l. 48. D. de op. libert.* Ita exigendae funt ab eo OPERAE: *l. 19. D. eod. tit.* Fabriles OPERAE, ceteraeque, quae quafi io pecuniae praeftatione confiftunt, ad heredem transeunt: *l. 6. D. eod. tit.* Operarum enim, quos liberti patronis debent, duo funt geoera. Aut enim in officio confiftunt, et OFFICIALES adpellantur, aut in ARTIFICIO, veluti fabriles, pictoriae, hiftrionicae, et aliae id genus. OFFICIALES operae noo alii cuiquam deberi poffunt, quam patrono, quum proprietas earum et in edentis perfona et in eius, cui eduntur, confiftunt. FABRILES autem aliaeue eius generis funt, vt a quocumque cuicumque foloi poffint. *l. 9. D. de op. libert.* Futurae OPERAE: *l. 2. §. 20. D. de adquir. vel omitt hered. l. 37. §. 5. D. de oper. libert.* OPERAE hiftrionicae, pictoriae: *l. 73. §. 3. D. de legat. III.* OPERAE hominis: *l. 2. D. de vfu et vfufr. leg.* hominis liberi: *l. 3. D. eod. tit.* OPERAE imponi dicuntur liberto a patrono, qui manumiffum a fe OPERARVM praeftatione onerat, adftringit, obligat. *l. 32. l. 33. l. 37. §. 1. l. 47. D. de oper. libert.* Patronus, qui OPERAS non impofuiffet: *l. 22. §. 1. D. eod. tit.* Non debere praetorem pati OPERAS imponi, qui ex fideicommiffi cauffa manumittitur: *l. 47. D. eod. tit.* Nec OPERAE imponi ei, qui teftameoto manumittitur, poffunt, oec impofitae exiguntur: *l. 95. D. de legat. I.* OPERAE liberto impofitae: *l. 13. l. 38. D. de oper. libert.* OPERIS non impofitis manumiffus: *l. 31. D. eod. tit.* OPERAE qualescumque, quae modo probae iure licito impoountur: *l. 7. D. de oper. libert.* Impuberis aliquae OPERAE effe poffunt: *l. 31. D. de rei vind.* Poteft et impubes OPERAS dare, veluti fi nomenculator fit, vel hiftrio: *l. vlt. §. vlt. D. de lib. cauff.* Dabitur et in impuberem, quum adoleoerit, OPERARVM actio, fed interdum et quamdio impubes eft. Nam et huius quoque eft minifterium, fi forte vel librarius, vel nomenculator, vel calculator, vel hiftrio, vel alterius voluptatis artifex: *l. 7. §. 5. D. de oper libert.* Si patrono plures liberto fimul OPERAS indixerint: *l 23. §. vlt. D. eod. tit.* Quum aegrotanti liberto OPERAE indicuntur: *l. 23. §. vlt. D. eod. tit.* Indictae OPERAE: *l. 24. D. eod. tit.* Simul OPERIS indictis: *l. 23. §. vlt. D. eod. tit.* Qui poft indictionem valetudine impeditur, quo minus praeftet OPERAS: *l. 15. D. eod. tit.* OPERAE nullae infantis: *l. 12. §. 3. D. de vfufr.* Iudicium OPERARVM: *l. 2. D. de oper. libert.* Si OPERARVM iudicio actum fuerit: *l. 29. D. eod. tit.* IVDICIVM de operis: *l. 13. §. 1. D. eod. tit.* OPERARVM ius: *l. 27. D. eod. tit.* OPERARVM legatum non per omnia fructum imitatur: *l. 5. §. vlt. D. vfufr. quemadm. cau.* OPERIS ferui legatis, neque vfus, neque vfusfructus, in eo legato effe videtur: *l. 1. §. 9. D. ad leg. Falcid.* OPERIS ferui legatis, vfus datus intelligitur: *l 5. D. de oper. feru.* OPERAE liberales: *l. 26. D. de oper. libert.* OPERARVM liberatio: *l. 37. §. 4. D. eod tit.* Patronus, qui OPERAS liberti fui locat: *l. 25 D eod. tit.* Si quis feruos haboit proprios, fed quorum OPERAS locabat, vel piftorias, vel hiftrionicas, vel alias feruiles: *l. 73. §. 1. D. de legat. III.* Etiam OPERAS eius legatarius locare poterit, quas fi prohibeat heres capi, tenebitur: *l. 2. D. de vfu et vfufr.* Si OPERAS fuas feruus locauerit: *l. 26. D. de vfufr.* Qui OPERAS fuas, vt cum beftiis pugnaret, locauerit: *l. 37. D. de oper. feru. Collat. Leg. Mofaic. et Rom. tit. IV. §. 3.* Mulier, quae OPERAS fuas in fcenam locauit: *l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* Quum quidam exceptor OPERAS fuas locaffet: *l. 19. §. vlt. D. locat.* Locat artifex OPERAM fuam, id eft, faciendi neceffitatem: *l. 22. D. de praefcr. verb.* Si in annum OPERAS ferui locatae fint: *l. 7. §. 10. D. folut. matrim.* OPERAE mancipiorum: *l. vlt. C. de pact. pign.* OPERIS mercedem percipere: *l. 2. D. de vfu et vfufr.* Si communis libertus patronis duobus OPERAS mille daturum fe iurauerit, quingenas potius deberi, quam fingularum OPERARVM dimidias: *l. 15. §. vlt. D. de oper. libert.* OPERARVM obligatio vel obligationes: *l. 34. l. 37. l. 41. D. eod. tit.* [OPERARVM obligatione liberari: *l. 37. pr. D. eod. tit.* OPERIS obligatur: *l. 43. D. eod. tit.* OPERAE officiales: *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb. l. 9. D. de op. libert.* Qualium OPERARVM haec exftant in libris ooftris exempla: vt cum patrono moretur, peregre proficifcuntur, negotiom eius exerceat: *l. 38. D. eod. tit.* Si duorum libertus alii paterno librorum fcribendorum OPERAS edat, alter vero peregre cum fois proficifcens OPERAS cuftodiae domus ei indixerit: *l. 49. D. de oper. libert.* In eo, quod dicitur, faruos, in quibus vfumfructum habemus, item alienos liberosue homines, qui bona fide nobis feruiunt, quod ex OPERIS fuis parant, nobis adquirere, qualem intellectum habeat, vide *l. 19. D. de adquir. rer. dom. l. 25. §. 3. D. de vfufr. §. 4. Inft. per quas perf. cuiqu. adquir.* et apud Cai. *Lib. II. Inft. tit. 1. §. 7.* Seruos OPERAE, aliiue rei paratos: *l. 20. §. 2. D. de inftruct. vel inftrum. legat.* Nec pars OPERAE per horas folui poteft, quia id officii diurni: *l. 3. D. de oper. libert.* OPERARVM pars, et oumerus: *l. 54. §. vlt. D. de verb. obl.*

OPE.

obl. OPERARVM persequutio: *l. 7. §. 4. D. eod. tit.* A liberto parentis OPERAS petit: *l. 10. §. 2. D. de adquir. vel omitt. hered.* OPERARVM petitio: *ead. l. 10. §. 2. D. eod. tit. l. 7. §. vlt. l. 46. l. 47. et l. vlt. D. de oper. libert.* OPERAS pictorias centum dare spondes: *l. 24. D. eod. tit.* Poscere OPERAS: *l. 17. l. 22. pr. D. eod. tit.* OPERAE, quas patronus postulat a liberto: *l. 24. D. eod. tit.* Amicorum ludis gratuitam OPERAM praebere: *l. 27. D. eod. tit.* Si libertus faber aut pictor fuerit, quamdiu id artificium exercebit, has OPERAS patrono praestare cogitur: *l. 23. D. de op. libert.* OPERAE, quae quandoque honeste, et sine periculo vitae praestantur: *l. 16. §. 38. D. eod. tit.* OPERAS praestare: *l. 16. pr. l. 18. l. 31. l. 34. l. 35. l. 38. D. eod. tit.* Qui post indictionem valetudine impeditur, quo minus praestet OPERAS: *l. 15. D. eod. tit.* Si impedierit eum, quo minus OPERAS praestet: *l. 57. D. de condit. et demonstr.* Si quis pro eo, qui libertus non esset, et OPERAS praestaturum iurasset, fideiussor erit: *l. 56. D. de fideiuss.* OPERARVM praestatio: *l. 20. pr. D. eod. tit.* Praeterire non possunt OPERAE, antequam incipiant cedere: et incipiunt, posteaquam fuerint indictae: *l. 13. §. 2. D. de oper. libert.* OPERARVM, quae post venditionem praeterierunt: *l. 40. D. de oper. libert.* OPERAE praeteritae: *l. 7. §. vlt. l. 4. l. 24. l. 30. §. vlt. l. 37. §. 5. l. 40. D. eod. tit.* Praeteritarum ante nuptias OPERARVM actio: *l. 30. §. vlt. D. de oper. lib.* Neque promitti, neque solui, nec deberi, nec peti pro parte poterit OPERA: *l. 15. §. 1. D. de oper. lib.* OPERAE, quas libertus promisit, multum distant a fabrilibus, vel pictoriis OPERIS: *l. 73. §. 3. D. de legat. III.* Si iussus fuerit seruus quinque OPERAS extraneo dare: *l. 37. D. de condit. et demonstr.* Quinque OPERARVM aestimatio: *l. 23. §. vlt. D. de oper. libert.* OPERAE, quas vel aetas recusat, vel infirmitas corporis non patitur, vel quibus institutum, vel propositum vitae minuitur. *l. 17. D. eod. tit.* Romam venire ad reddendas OPERAS: *l. 20. §. vlt. D. eod. tit.* Cicero *Lib. XVI. ad famil. Epist. 10. Tu Musis nostris, para, vt operas reddas.* OPERAE testamento relictae: *l. 7. D. de vsu et vsufr. legat.* Si OPERAE hominis, vel alicuius alterius animalis relictae sint: *l. 5. §. vlt. D. vsufruct. quemadm. cau.* OPERAE serui: *l. 56. §. 3. D. ad leg. Falcid.* OPERAE serui artificis vel mediastini: *l. vlt. D. de oper. seru.* OPERA seruorum: *l. 40. D. de adquir. rer. domin. l. 39. §. 1. D. de legat. I.* In OPERIS vtique serui hereditas non est: *l. 47. D. de adqu. rer. domin.* In OPERA seruili non est aditio hereditatis: *l. 45. D. de adquir. vel omitt. hered.* Quoties certa species OPERARVM in stipulationem deducitur, veluti pictoriae fabriles: *l. 24. D. de oper. libert.* OPERAM vel gratis vel mercede data et constituta suscipi: *l. 22. D. de praescr. verb.* Turpes OPERAE: *l. 16. D. de oper. libert.* Si non vna, sed plures OPERAE sint: *l. 15. §. 1. D. eod. tit.* Is ad quem serui vsus pertinet, ipse tantummodo OPERIS atque ministerio eius vti potest. *§. 3. Inst. de vsu et habitat.* OPERIS vti: *l. 25. §. 1. l. 27. D. de oper. libert.* OPERIS serui extraneus non vtitur: *l. 57. D. de condit. et demonstr.* Figulorum OPERA ad OPVS rusticum vtebatur: *l. 25. §. vlt. D. de instr. vel instrum. legat.* Titia cum negotiis suis OPERA Callimachi semper vteretur: *l. 37. §. 6. D. de legat. III.* Si qualibet in re mea OPERA vsus fuerit: *l. 19. §. 1. D. de donat.* Vt si vellet, alterius OPERA vtatur: *l. 27. §. 2. D. mandat.* Si nollent OPERA eius vti: *l. 11. D. de instit. act.* Aliquatenus culpae reus est, quod OPERA malorum hominum vteretur. *l. 11. D. de obl. et act.*

¶ 2. Nec hominis modo, sed cuiussis alterius animalis, OPERAE dicuntur. *l. 5. §. vlt. D. vsufr. quemadm. cau.*

¶ 3. OPERA pro quouis officio et ministerio vsurpatur. Huc pertinent illa. Nihil amplius quam OPERAM suam adcommodare: *l. 3. D. de obsequ. par.* Quum suo nomine nacti fuerint possessionem, non cum ea mente, vt OPERAM suam dumtaxat adcommodarent nobis *l. 1. §. 20. D de adqu. vel amitt. possess.* Quasi dedita OPERA. Terent. *Eunuch. Act. V. Scen. II* Vel in cogendis fructibus insumsit OPERAM: *l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Nulla OPERA intercedit: *ibid.* OPERAM praebere dicuntur litigatores, qui compromiserunt, quum arbitri praecepto parent. Sic: OPERA non praebita: *l. 21. §. 11. D. de recept. arbitr.* Ex his, quae ad solutionem pecuniae, aut OPERAM praebendam pertinent: *l. 39. D. eod. tit.* Argentarii OPERA virilis. *l. 12. D. de edendo.*

¶ 4. At frequentissima omnino est phrasis: OPERAM dare, quae primo generatim curare, satagere, studium adhibere, significat. OPERAM dat, nec ea res ei fraudi sit: *l. 1. D. si quid in fraud. patr.* Dare OPERAM praetorem oportere: *l. 41. D. de adquir. rer. domin.* Colonus curaret, et daret OPERAM, ne quis caederet: *l. 29. D. locat.* Si OPERAM non dedisset, vt instrumenti facultate subducta, debitor caperetur: *l. vlt. D. de pignorat. act.* OPERAM praestare heres debet, vt eam rem requirat et praestet: *l. 39. D. de legat. I.* Cicero *Lib. IX. ad famil. Epist. 22. Libens dare* OPERAM *honeste dicitur. Etiam patres rogant filios. Eius* OPERAE, *non audent dicere.* Hinc DATA OPERA, est de industria, consulto, studiose, ex proposito. *l. 1. D. de alienat. iud. mut. causs. l. 1. D. de eo, quod cert. loc.* Quae data OPERA abegit: *l. 4. D. de extraord. cognit.* Si non data OPERA tardius adiecit, sed dum de adeunda hereditate deliberat: *l. 55. D. de fideicomm. libert.* Qui data OPERA hoc adfectauerit: *l. 5. D. ex quib. causs. mai.* Si in lite vinci voluit, si quidem condemnatus est, data OPERA: *l. 1. §. 7. D. si quid in fraud. patron* Si data OPERA sui potestatem non faciunt: *l. 36 D. de fideic. libert.* Si mercem vilioris, data OPERA, distraxit: *l. 7. §. 3. D. de tributor. act.* Nisi data OPERA effodisset oculum: *l. 52. § 1. D. ad leg. Aquill.* Qui data OPERA in eum iaculatus est: *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Si forte data OPERA ad iudicium non adsuit: *l. 3. §. 1. D. quae in fraud. credit.* Si non data OPERA voluerint se ita includi, ne opem ferre possent: *l. 3. §. 6. D. de SC. Silan.* Si magistratus municipales data OPERA distulerint in successores suos: *l. 1. §. 7. D. de magist. conuen.*

OPE.

commun. Data OPERA partis aduersae, res vestras, incendio exarsas esse adseuerantes; *l. 11. C. de his, qui accus. non poss.* Non data ad hoc OPERA, sed fortuito euenerit: *§. 39. Inst. de diuis. rer.* Per lasciuiam, et non data OPERA, furtum committeretur. §. *11. D. de oblig. quae ex delict.* Donatus *in Terent. Hecyr. Act. II. scen. 1.* OPERA *est, si scientes laeserimus; culpa si nescientes.*

¶. 5. OPERAM dare dicitur iudex, qui notioni caussae vacat, laboremque impendit. Si longius spacium intercessurum erit, quo minus iudex datus OPERAM possit dare: *l. 18. D. de iudic.* Et mox: si forte occupatio aliqua iudicem non patiatur OPERAM iudicio dare: *ibid.* Quoscumque intelligit OPERAM dare non posse ad iudicandum; *l. 14. D. de vacat. et excus. mun.* Cicero *Lib. VIII. ad famil. Epist. 24. Dixitque iudicem sibi OPERAM dare constituisse eo ipso die, quo P. Sextio in consilium ire necesse erat.* Quae eadem verba habentur etiam *Lib. VIII. ad Attic. Epist. 49.* Terent. *Heautontim. Act. III. scen. 1. v. 92. Vicini hic ambigunt de finibus, me cepere arbitrum; ibo ac dicam, vt dixeram, OPERAM daturum me, hodie non posse.* De hac loquutione operae pretium erit legere, quae disseruit Iac Cuiac. *Lib. V. Obseru. Cap. 37.* et Perrenon. *Lib. II. animadu. Cap. 20.* HEIN.

¶. 6. OPERA etiam aduocaturum dicitur, vt apud Ciceron. *Lib. I. ad famil. Epist. vit. Hominem occidat oportet, qui tua OPERA vti vult.* Et *Lib. II. Epist. 14. Noui ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra OPERA vti velit.* Plautus *Asinar. Act. V. scen. 1. Senatui OPERAM dare, aut clientibus.* Idem *Trinum. Act. III. scen. 2. In foro OPERAM amicis da.* Idem *Aulular. Act. I. scen. 4. Da mihi OPERAM parumper.* Et *in Poen. Act. III. scen. penult. et vlt.* aduocati rogantur OPERAM *dare.* OPELLAM *forensem* vocat Horat. *Lib. I. Epist. 7. v. 8.* Terent. *Adelph. Act. IV. scen. 1. Quam vellem etiam noctu amicis OPERAM mos esset dari.* Sed et in *l. 1. §. 11. D. de extraord. cognit. Aduocatos accipere debemus omnes omnino, qui caussis agendis quoque studio OPERANTVR,* id est, OPERAM dant. HEIN.

¶. 7. OPERAM etiam dare dicitur auditor magistro, quo vtitur Sic *Tubero* OPILIO *operam dedit. l. 2. §. 46. D. de orig. iur.* ¶. 8. Porro et qui vel magistratum gerebant, vel stipendia faciebant, dabant OPERAM. Qui castris OPERAM per militiam dant: *l. 3. § 1. D. de mun. et honor.* Si, quum militaribus laboribus OPERAM dares: *l. 6. C. de vestis. in integr.* Quae fuit cum marito, qui militiae OPERAM dabat: *l. vlt. C. de vxor. milit.* Per id tempus, quo quis reipublicae OPERAM dabat: *l. 1. D. ex quib. causs. maior. viginti quinqu. ann.* Qui Romae reipublicae caussa OPERAM dant: *l. 5. D. eod. tit.*

¶. 9. OPERAS quoque dare dicebantur, qui vectigali exigendo inseruiebant. Qui OPERAS in publico, quod vectigalium caussa locatum est, dat: *l. 34. D. ex quib. causs. maior.* Cicero *in Verr. II. Cap. 70. Canuleius vero, qui in portu Syracusis OPERAS dabat, furta quoque istius permulta nominatim ad socios perscripserat.* Et paullo post *Cap. LXXII.* litteras ad socios misisse, ait, *L. Canuleium, qui in portu OPERAS daret.* Idem *Lib. XIII. Epist. 65. Familiae qui OPERAS in*

OPE. OPH.

scriptura pro magistro dat. Et *Lib. XI. ad Attic. Epist. 10. P. Terentius meus necessarius, OPERAS in portu et scriptura Asiae pro magistro dedit.* Cuiusmodi homines, *esse in OPERIS societatis Lib. XIII. ad famil. Epist. 9.* dicuntur. Atque ita accipiendum, quod ait *Paradox. VI. Cap. 2. Nam qui honeste rem quaerunt, mercaturis faciendis, OPERIS dandis.* Donat. in Terent. *Phorm. Act. I. scen. 2.* ad verba: *Et ad portitores esse delatum: More veterum,* ait, *magistri tributorum, id est, qui publicanis OPERAM in portu dabant, inferendarum rerum et efferendarum vectigal exigentes.* Vlpianus de his, qui publicanis seruiunt: Plerumque, inquit, vagi serui et fugitiui in publicanorum OPERIS, etiam a scientibus habentur. *l. 12. D. de publican. et vectig.*

OPERARI, id est, opus quodlibet facere. *l. 3. §. 7. D. de statulib. l. 23. §. vlt. D. de vsufr.* Serui, qui OPERARI in agro consueuerunt: *l. 35. §. 3. D. de hered. instit.* Qui se liberare potest, decem diebus OPERANDO: *l. 23. §. vlt. D. de oper. libert.* Opificibus, qui eo loci OPERANTVR: *l. 5. §. 3. D. de op. nou. nunc.* Si tibi seruum commodaui, vt in machina OPERARETVR. *l. 5. §. 7. D. commod.* ¶. 2 OPERARI, id est, operam dare. Absentem, dum reipublicae OPERATVR. *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* ¶. 3. OPERARI, vires et effectum habere. Pactum non debet ad sui dispendium OPERARI: *l. 7. C. de iur. dot.* Sed nec hodie ad praescriptionem OPERATVR. *l. 5. §. 2. C. de liberal. causs.*

OPERARIVS. Si rusticis eius fundi OPERARIIS moleretur. *l. 18. §. 5. D. de instruct. vel instrum. legat.*

OPERCVLVM. OPERCVLA puteorum. *l. 17. §. 8. D. de act. emt. vend.*

OPERIRE, tegere, obturare. Puteal, quo puteum OPERIRETVR: *l. 13. §. vlt. D. et l. 14. D. de act. emt. vend.* OPERIRE apertum riuum: *l. 1. §. vlt. D. de riu.* Vt sulcos aquarios OPERIRET. *l. 24. D. de aqu. et aqu. pluu.*

OPERVLA, deminutiuum ab opera. OPERVLA ista defuncti sunt. *l. vlt. D. de praxenetic.*

OPH.

OPHITAE, haereticorum genus, de quibus in *l. 5. l. 10. l. pen. C. de haeret.* et Manich. *Philastr. in Catal. haer. Cap. I.* OPHITAS seu *serpentinos* ab eo dictos tradit, *quod colubrum colant, adserentes, initium scientiae boni et mali nobis eum primitus attulisse.* Idem et Isidorus *Lib. VIII. Orig. Cap. 5.* de hoc hominum portento refert. D. Augustin. *de haeresibus: OPHITAE a colubro nominati sunt. Coluber enim Graece ὄφις dicitur. Hunc autem colubrum Christum arbitrantur. Sed habent etiam verum colubrum, adsuetum panes eorum lambere, atque ita eis velut eucharistiam sanctificare. Quidam dicunt, istos* OPHI-

PHITAS e Nicolaitis, siue Gnosticis exstitisse, et per eorum fabulosa figmenta ad colubrem colendum fuisse peruentum. Ita vetus codex habet. Si vera sunt, qoae de OPHITIS scribunt Epiphan. *haeres. XXXVII. Cap. 5.* et *Scholiast.* Βασιλικῶν *ad Lib. XXI. p. 581.* eos vere serpentem coluisse, cistae inclusum: procul dubio hi non haeretici fuerunt, sed pagani, qui quaedam sacrae scripturae testimonia ad se mira audacia rapiebant. Illo enim cultu, serpentum cistarumque vsu nihil fuit apud paganos notius. Et quis Christianos dixerit homines, qoos a Ieso doctrina plane alienos, Iesum omnino abnegare scribit Origen. *aduers. Cels. Libro III. p. 119.* et *Lib. VII. p. 358.* immo quos idem *Lib. VI. p. 294.* neminem in caetum suum admisisse testatur, ἐὰν μὴ ἀρὰς θῆται κατὰ τοῦ Ἰησοῦ; Vide V. C. Io. Alb. Fabric. *in Not. ad Philastr. p. 7. sequ.* HEIN.

OPI.

OPIFEX, qui opus facit. Ceterarum artium OPIFICIBVS, sioe artificibus. *l. 1. §. 7. D. de extraord. cognit.*

[**OPIMVS, A, VM.** OPIMI fondi, et electi: *l. 1. C. Theod. sine cens et reliqu. Lib. XI. tit. 3.* In Iustiniano enim codice haec verba omissa esse, animaduertimus. Iidem fundi *opulentae centuriae* vocantur: *l. 10. C. Theod. de annon. Lib. XI. tit. 1.* et munifica praedia: *l. 31. C. Theod. eod. tit.* Fundos OPIMOS et fertiles occupare: *l. 8. C. Theod. de censitor. Lib. XIII. tit. 11. l. 10. C. Iustin. de omni agro desert. Lib. XI. tit. 58.* *Syriam* quoque OPIMAM *et fertilem*, dixit Cicero *pro domo Cap. IX.* et OPIMA *arua* Virgil. *Lib. II. Aeneid. v. 781. sequ.*]

OPINARI, id est, putare, existimare: quo verbo suas de iuris quaestionibus sententias iurisconsulti concipiunt. *l. 1. §. 7. D. de contrar. tutel.* OPINAMVR igitur: *l. 4. §. vlt. D. de hered. instit.* Sabinus et Cassius OPINATI sunt: *l. 68. D. de vsufr.* Proculus et Pegasus OPINANTVR: *l. 7. §. 1. D. de senator.* Nonnullos OPINARI: *l. 3. D. de his, quae in test. del.* Vt vulgus OPINATVR: *l. 56. D. de euict.* Donat. *in Andr. Act. II. scen. 2. Quoniam argumenta sunt, et coniecturae,* OPINOR *dixit. Nam contra opinionem certa res est. Quae autem* OPINAMVR, *quae putamus, incerta sunt.* ¶. 2. OPINARI, aliquando est credere, siue vera siue falsa existimatione: Eum, qui facere testamentum OPINATVS est: *l. 1. D. de iur. codicill.* Nec sufficit OPINARI, sed et donatum esse oportet: *l. 1. pr. D. pro donat.*

OPINATOR, exactor militaris annonae, ipso interprete Triboniano in *l. 11. C. de erogat. milit. annon. Lib. XII.* Hanc enim interpretationem eo loco Tribonianum de suo dedisse, planom fit ex *l. 16. C. Theod. de exaction.* Sic cum eo hoc verbum accipiemus in *l. 7. C. de exaction. tribut. Lib. X. l. 1. C. de exact. et transl. milit. annon. Lib. XII. l. 34. C. Theod. de annon. et tribut.* B. Augustin. *Epist. XIII. Faustus ait, cum debito decem et septem solidorum ab* OPINATORIBVS *vrgeretur, ut redderet, quod ad praesens, vnde explicaret se, non inueniebat, ne corporalem pateretur iniuriam, ad auxilium sanctae ecclesiae conuolauit.* Eosdem mox *exactores* adpellat. ¶. 2. Praeterea OPINATORES auxilia foederatorum significant in *l. vlt. C. de locat. Nouell. CXVI. Cap. 1.* et *Nou. CXVII.* Glossa vetus apud Salmas. *in Hist. Aug. p. 300.* OPINATOR, ὁ τῆς στρατιωτικῆς ἀννώνης ἀπαιτητής *militaris annonae exactor.* Alia apud eumdem: OPINATOR, *aestimator, vel qui conducit aliquid, trutinat, vel adpendit.* Quae verba, in qoo constiterit OPINATORVM officium, et vnde id nomen acceperint, satis planum facere videntur. Nec improbabilem tamen etiam dixeris interpretationem V. A Corn. van Bynkersh. *Lib. VI. Obs. Cap. 22.* qui quum in Glossa vetere apud eumdem Salmasium ad Trebell. Pollion. *de triginta tyrann. in Victorin Cap. V.* obseruasset, OPINIONEM significare σύνοψιν, OPINATORES inde dictos censet, quod militarem annonam secundum certam OPINIONEM, id est, σύνοψιν, vel formam praescriptam exigerent. HEIN.

OPINIO, quod quisqoe credit, existimat, arbitratur. Sic aliquando amplius est in OPINIONE, quam in veritate: *l. 15. D. de adquir. vel omitt. heredit.* Falsa OPINIONE ductus: *l. 4. C. de hered. inst.* Mutauit OPINIONEM, et coepit potare: *l. 11. §. 5. D. de except. rei iudic.* ¶. 2. OPINIO, pro fama, et existimatione, itemque pudore accipitur. [Cuius OPINIONIS persona sit: *l. 8. §. 11. D. de transact.*] OPINIONEM eius onerant: *l. 13. C. ex quib. caus. infam.* id est, verecundiam, vt *l. 17. C. eod. tit.* [Curator optimae, atque integrae OPINIONIS nominetur: *l. 7. §. 6. C. de curat. furios.*] Optimae OPINIONIS viri: *l. 7. D. quemadm. test. aper.* id est, existimationis. [OPINIONE personae: *l. 28. C. de episcop.* ¶. 3. OPINIO, sententia aliqua doctoris. Mea fert OPINIO: *l. 7. §. 3. D. de reb. cor.* Cicero *Lib. XIII. ad famil. Epist. 66.* In qua OPINIONE ego sum: *l. 24. D. de Aedilit. edict.* Proculum in hac OPINIONE fuisse: *l. 17. D. de iur. patronat.* Post varias prudentum OPINIONES. *l. 4. C. de collat.* OPINIONES autem a sententiis differre, docet Theophilus *ad §. 8. Inst. de iur. nat gent. et ciu.* SENTENTIA ἡ αὐτοτελὴς καὶ ἀναμφίβολος ἀπόκρισις, οἷον ἔξεστι τόδε ποιεῖν· OPINIO autem ἡ ὑπεσταλμένη, καὶ μετὰ ἐνδοιασμοῦ προσφερομένη ἀπόκρισις, οἷον νομίζω ὅτι ἔξεστι τόδε ποιεῖν, νομίζω, ὅτι οὐκ ἔξεστι τόδε ποιεῖν. SENTENTIA *est perfecta et indubia responsio: veluti hoc facere licet, hoc facere non licet.* OPINIO *vero est suspensa et timida ac cum dubitatione elata responsio: vt existimo hoc fieri licere, existimo hoc fieri non licere.* Et vetus Glossarium: OPINIO, ἡ ὑποσταλμένη καὶ μετὰ ἐνδοιασμοῦ ἀπόκρισις. *Suspensa et cum dubitatione elata responsio.* Sic OPINIONVM *libros VI.* scripserat Vlpianus, vt ex indice Florentino et inscriptione *l. 61 D. de regul. iuris* intelligere licet. ¶. 4. OPINIO, pro relatione iudicis: *l. 5. C. Theod. de relation. l. 7. l. 8. l. 9. l. 14. l. 16. C. Theod. de adpellat.* OPINIONIS exemplum: *l. 18. l. 19. C. de adpell.* OPINIONES iudicum: *l. 6. §. 3. C. eod. tit.* ¶ 5. OPINIONEM, pro censu, et professione censuali, (vel potius, vt sub voce OPINATOR ostendimus,

pro συνόψει, et forma praeſcripta exigendarum cenſuum, annonarum et ſpecierum. HEIN.) vſurpant Imperatores. *l. vlt. C. de praed. et omn. reb. nauicul. Lib. X. l. vlt. C. de collat. fund. fiſcal. vel rei priuat. Lib. XI. tit. 73.*

OPIS, OPEM, OPE. Saepe in libris noſtris iunguntur OPE *conſilio*, quae ſine articulo enunciari ſolent. Attamen et copula interpoſita OPE *tua conſilioque* legimus. *l. 52. §. 21. D. de furt.* Haec autem verba ſeparatim accipienda, Paullus admonet, quia aliud factum eius eſt, qui OPE, aliud eius, qui *conſilio* furtum facit, et nemo OPE videtur furtum feciſſe, niſi et conſilium malignum habuerit, nec *conſilium* habuiſſe nocet, niſi et furtum ſequutum fuerit. *l. 53. §. vlt. D. de verb. ſignif. Conſilium* vtique dare videtur, qui perſuadet, atque inſtruit conſilio ad furtum faciendum. OPEM fert, qui miniſterium atque adiutorium ad ſurripiendas res praebet. *l. 50. §. 1. D. de furt.* OPE conſilio eius quoque furtum admitti videtur, qui ſcalas forte feneſtris ſupponit, aut ipſas feneſtras vel oſtium effringit, vt alius furtum faceret: quiue ferramenta ad effringendum, aut ſcalas, vt feneſtris ſupponerentur, commodauerit, ſciens, cuius gratia commodauerit. *§. 11. Inſt. de oblig. quae quaſi ex del. naſc.* Sic: ſi quis vxori, res mariti ſubtrahenti, OPEM conſiliumue accommodauerit: *l. 52. pr. D. de furt.* Si tibi per furtum nec manifeſtum ancillam ſeruus OPE conſilioque domini cum aliis rebus ſubtraxerit: *l. vlt. C. de noxal. act.* Is, cuius OPE conſilio, dolo malo factum eſt, vt vir feminaue in adulterio deprehenſa, pecunia, aliaue qua pactione ſe redimerent: *l. 14 D. ad leg. Iul. de adult.* Si vxor OPEM furi tulit: *l. 20. D de act. rer. amot.* OPE conſilio cuius furtum factum: *l. 27. §. 21. D. ad leg. Aquill. l. 36. l. 50. §. 1. D. de furt. l. 1. D. furt. adu. naut. caupon. ſtab. l. 6. D. de condict. furt. §. 11. Inſt. de oblig. quae ex delict. naſc.* et apud Ciceron. *Lib. III. de nat. Deor. Cap. 32.* Nec, OPE impuberis furto facto, teneri eum: *l. 23. D. de furt.* Cuius OPE conſilio, dolo malo prouincia vel ciuitas hoſtibus prodita eſt: *l. 10. D. ad leg. Iul. maieſt.* OPE conſilio ſollicitatoris videntur res abeſſe: *l. 11. §. 2. D. de ſeru. corrupt.* ¶. 2. OPEM ferre, remedio aliquo ſubuenire et ſuccurrere ſignificat. Prouidentia ampliſſimi ordinis laudata, quia OPEM tulit mulieribus: *l. 2. §. 1. D. ad SC. Velleian.* Non OPORTERE ei praetorem OPEM ferre. *l. 12. §. 1. D. quod met. cauſſ.*

OPISTHOGRAPHVS, charta, in tergo ſcripta. Si in OPISTHOGRAPHO quis teſtatus ſit: *l. 4. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tab.* OPISTHOGRAPHOS commentarios dixit Plin. *Lib. III. Epiſt. 5.* [Add. Cuiac. *Lib. VIII. Obſ. Cap. 15.* et *Comment. ad l. 1. D. de bon. poſſeſſ. ſec. tabul.* Guid. Panciroll. *Lib. II. Var. Cap. 108.*]

OPO.

OPORTET, neceſſe eſt. OPORTET enim neceſſitatem importat: *l. 3. §. 13. D. de mun. et honor. l. 39. §. vlt. D. de procur. l. 3. §. 5. D. de ſepulcr. viol.* In formula OPORTET, OPORTEBITVE, prius verbum praeſens tempus demonſtrat. Et ideo quum ſtipulamur: Quidquid te facere OPORTET, non amplius in ſtipulationem deducitur, quam quod praeſenti die debetur. Et ideo, vt futura obligatio deducatur, adiici debet: OPORTEBITVE: *l. 76. §. 1. l. 89. et l. 125. D. de verb. obligat.* vt in Aquilliana ſtipulatione: Quidquid te mihi ex quacumque cauſſa dare facere OPORTET OPORTEBIT. *l. 18. §. 1. D. de acceptilat.* Simili modo, ſi quis legauerit, quidquid mihi L. Titium dare facere OPORTET ea pecunia legato non comprehenditur, cuius dies, moriente teſtatore nondum venerat: *l. 46. D. de legat. II.* His autem verbis: DARE FACERE OPORTET, concipi ſolitam eſſe eorum intentionem, qui in perſonam agebant, docui *Lib. V. Formul. §. XII. p. 350.* Porro verbum OPORTERE non ad facultatem iudicis pertinet, qui poteſt vel pluris, vel minoris, condemnare, ſed ad veritatem refertur. *l. 37. D. de verb. ſignif.* Sic adpellari OPORTERE, et poſſe: *l. 1. §. 6. D. quand. adpell.* Dici OPORTEBIT: *l. 1. §. 22. D. de collat. bon.* Quod tempus ex aequo et bono Praetorem obſeruare OPORTEBIT: *l. 71. §. 2. D. de legat. I.* [Soluere eum non OPORTET, id eſt, non neceſſe habet. *l. 29. §. 7. D. mand.*] ¶. 2. OPORTET, etiam de his, quae aequa, et iuri ac rationi conſentanea ſunt, iuriſconſulti dicunt: *l. 13. §. 1. D. commod.* Et contra NON OPORTET, vſurpant de his, quae vel a iure, vel ab aequo et bono abhorrent. *l. 79. D. de verb. ſignific. l. 21. D. de his, qui not. infam. l. 9. §. vlt. D. de offic. proconſ. l. 14. §. 1. D. de religioſ. et ſumt. fun. l. 2. D. de excuſ. tutor. l. 5. C. de his, quib. vt indign.* et apud Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 2. §. 1.* [Nec ea quidem poena damnari quem OPORTET, vt verberibus necetur: *l. 8. §. 3. D. de poen.*] Non OPORTERE fruſtrationem impunitam eſſe, reſponderi OPORTET: *l. 39 §. vlt. D. de vſur.* Iniquum eſt, nec OPORTET: *l. 39. §. vlt. D. de operis libert.* ¶. 3 [OPORTET, aliquando non abſolutam neceſſitatem, ſed aliquando idem, quod opus, vel commodum eſt, ſignificat, vt in *l. 14. §. 7. §. 8. de religioſ. l. 27. in fine D. de oper. libert. rubr. C. vbi fideic. peti oport.*] ¶. 4. [OPORTET cum datiuo ſeu tertio caſu. Conſtantinus Imp. Inter aequitatem iusque interpoſitam interpretationem nobis ſolis et OPORTET et licet inſpicere. *l. 1. C. de legib. et conſt. princ.*] Franc. Sanct. *in Minerua Lib. II. Cap. 4. p. 123.* ſimile adferre ſibi viſus eſt exemplum ex Plauti *Amphitruone: Homini ſerua ſuos domitos habere* OPORTET *oculos et manus.* Enimuero nec in Amphitruone hic locus occurrit, ſed in *Milit. glorioſ. Act. II. ſcen. 6. v. 80. 81.* et *ibidem* haec ſententia ita legitur: *Hominem ſeruum ſuos domitos habere* OPORTET *oculos, et manus, orationemque.* Sane nec variantem lectionem ibi notari video, adeoque miror nihil ad illum Sanctii locum adnotaſſe V. C. Iac. Perizonium. Ceterum analogia facile defenditur haec loquutio, quum veteres frequentiſſime dixerint *decet mihi*: ceu idem notauit Sanct. *ibid.* HEIN.

OPORTVNE. Quum non eſſet, tam OPORTVNE, vbi ſepeliretur. *l. 17. D. de vſufr.* Quum alium in locum inferri mortuus tam OPORTVNE non poſſet. *l. 2. §. 7. D. de religioſ. et ſumt. fun.*

OPOR-

OPORTVNITAS. Ita adpellari a Latinis εὐκαιρίαν, Cicero *Lib. III. de fin. Cap.* 14. testatur. Possessio, in quam habet patronus adfectionem vel OPORTVNITATIS, vel vicinitatis, vel caeli: *l.* 1. *§.* 15. *D. si quid in fraud. patr.* Posteaquam possessor OPORTVNITATEM emtoris, cui venumdari potuit, peremit, destitit: *l.* 33. *D. de dolo* OPORTVNITAS loci: *l.* 12. *D. de religios. et sumt. fun.* Cic. *de Offic. Lib. I. Cap.* 40. Caesar. *Lib. III. de bell. ciuil. Cap.* 19. OPORTVNITAS naturalis: *l.* 26. *§.* 12. *D. de condict. indeb.* [OPORTVNITAS negotii: *l.* 27. *C de donat. l.* 5. *C. Theod. eod. tit. Lib. VIII. tit.* 12.]

OPORTVNVS, A, VM. Id adiectiuum tum locis, tum temporibus, tribuitur. Sic interpellatus OPORTVNO loco non soluerit: *l.* 32. *D. de vsur.* Si quo loco OPORTVNO statua et imago ponatur: *l.* 41. *D. de vsufr.* Ne filia OPORTVNVM nubendi tempus amittat: *l.* 2. *C. de repud.* Si tempore OPORTVNO nauigasset. *l.* 2. *§.* 8. *D. si quis caution.*

OPPIDANEVS, A, VM. [OPPIDANEA commoda: *l.* 43. *C. Theod. de decur. Lib. XII. tit.* 1. munera: *l.* 46. *C. Theod. eod. tit.* munia: *l.* 45. *C. Th. eod. tit.* necessitas: *l.* 46. *C. Theod. eod. tit.* obsequia: *l.* 38. *l.* 168. *C. Theod. eod. tit.* onera, *l.* 40. *eod. tit.* OPPIDANEI ordines: *l.* 47. *eod tit.*]

☞ **OPPIDVM**, ab ope dictum ait iurisconsultus, quod eius rei caussa moenia sint constituta. *l.* 239. *§.* 7. *D. de verbor. signif.* Attamen vsu inualuit, vt Roma non temere OPPIDVM vocetur, sed *vrbs* κατ' ἐξοχὴν, Vid. Sauaro *ad Sidon. Lib I. Epist.* 11. sicut Athenae olim κατ' ἐξοχὴν ἄστυ dicebantur. Aliquando tamen et pro ipsa vrbe Roma vsurpatur, ceu docet Scalig. *in Adpend. Coniectan.* immo potius pro vetere oppido Palatino, qood Romam quadratam vocauit Festus *in Quadrata.* HEIN.

[**OPPIGNORARE** liberos suos: *l.* 2. *C. Theod. de alim. quae inop. parent. Lib. XI. tit.* 27.]

OPPONERE, est obiicere. Si ab aduersario OPPOSITA fuerit defensionis adlegatio: *l.* 1. *§.* 2. *C. de satisd.* OPPOSITO nobis alio aduersario: *l.* 1. *D. de alien. iudic. mut. causs.* OPPONERE compensationem: *l.* 42. *§.* 2. *D. solut. matrim. l.* 46. *§.* 4. *D. de iur. fisc.* Nulla exceptione OPPONENDA: *l.* 27. §. 6. *D. de pact.* OPPONERE exceptionem: *l.* 57. *D. de procurat. l.* 23. *§.* 3. *D. de condict. indeb. l.* 9. *§.* 5. *l.* 28. *§.* 4. *D. de iureiurand. l.* 45. *D. de vsurp. l.* 14. *C. de praed. minor. l.* 2. *C. de euiction. l.* 3. *D. de popular. act. l.* 2. *l.* 13. *D. de dol. mal. except. l.* 7. *§.* 1. *D. de curat. furios. l.* 19. *D. de nouat. l.* 24. *D. de legat. III. l.* 116. *§. vlt. D. de legat. I.* petenti: *l.* 1. *§.* 14. *D. vt legat. nom. l.* 9. *§. vlt. D. de exc. rei iud.* Si exceptio sit OPPOSITA: *l.* 28. *D. de euiction.* Nulla exceptione ei OPPONENDA: *l.* 27. §. 6. *D. de pact.* OPPONI exceptiones actionibus: *l.* 12. *D. de interrog. in iur. faciend. l.* 5. *§. vlt. D. de oper. nou. nunc.* Quinctilian. *Declam. CCCXXXVI. Si nulla* OPPONI *huic tuae voci possit exceptio.* Agenti ex testamento tibi OPPONETVR doli mali exceptio: *l.* 29. §. 3. *D. de legat. III.* Doli non inutiliter OPPONITVR exceptio: *l.* 13. *§. vlt. D. de reb. eor. qui sub tutel. l.* 42. *D. de mort. causs. donat.* OPPOSITA exceptione doli mali: *l.* 3. *§. vlt. l.* 15. *D. de adim. legat. l.* 1. *C. de re iudic. l* 3. *C. de non numer. pecun. l.* 7. *D. de dot. praeleg. l.* 61. *D. locat. l.* 29. *D. de iur. dot. l.* 47. *D. ad leg. Aquill. l.* 14. *D. de dol. except.* Exceptio ei ex facto ipsius OPPOSITA: *l.* 27. *D. d. euiction.* Exceptione in factum OPPOSITA. *l.* 14 *§.* 13. *D. quod met. causs.* De metu OPPONERE exceptionem: *l.* 4. *§.* 33. *D. de dol. mal. et met. except.* Exceptionem pacti non inutiliter OPPONI: *l.* 96. *§.* 2. *D. de solut.* Stichum petendo pacti exceptio mihi OPPONITVR: *l.* 27. *§.* 6. *D. de pact.* Peremtorias exceptiones OPPONI posse: *l.* 2. *C. sentent. resc. non poss.* Agenti exceptio OPPONITVR redhibitionis: *l.* 5. §. 4 *D. de dol. mal. et met. except.* Si OPPOSVERIT exceptionem rei sibi ante pignoratae: *l.* 19. *D. de except. rei iudic.* Nec OPPONET fortunam suam, et casus tristiores: *l.* 3. *§.* 2. *D de muner. et honor.* Et non OPPONETVR infamia: Papinianus apud auctor. *Collat. leg. Mosaic. et Roman. tit. IV. §.* 5. Non enim voto matris OPPONI tam ominosa non interponendae cautionis interpretatio debuit: *l.* 72. *D. de condit. et demonstr.* Legatariis heres legem Falcidiam OPPONIT: *l.* 95. *§. vlt. D. ad leg. Falcid.* OPPONERE manum: *l.* 20. *D. quod vi aut clam.* OPPONITVR praescriptio: *l.* 11. *D. de except. l.* 4. *C. ad SC. Turpill. l.* 2. *C. quib. non obiicit.* OPPOSITAE praescriptionis velamento: *l.* 2. *C. sent. resc. non poss.* Creditoribus decem annorum praescriptionem OPPONI posse: *l. vlt. C. si aduers. credit.* Praescriptiones fori in principio litis OPPONENDAS. *l. vlt. C. de except.* Compensationis ratio OPPONITVR: *l.* 7. *C. de compens.* Replicatio doli OPPOSITA: *l.* 3. *C. de except. sent. praes.* Sepes, quae ad incile OPPONVNTVR. *l.* 1. *§.* 4. *D. de riu.* ¶. 2. OPPONERE, etiam pignori dare significat. Terent. *Phorm. Act. IV. scen.* 3. *Ager* OPPOSITVS *est pignori ob decem minas.* Seneca *Lib. VII. de benef. Cap.* 14. *Puta quum captus esses, rebus meis in securitatem creditori* OPPOSITIS. [Plaut. *Pseudol. Act.* 1. *scen.* 1. *v.* 89. *Si me* OPPONAM *pignori.* Quae verbi significatio dedit occasionem lepido ioco apud Catullum *Epigr. XXVI.*

Furi, villula nostra non ad Austri
Flatus OPPOSITA *est, nec ad Fauoni,*
Nec saeui boreae, aut Apeliotae,
Verum ad millia quindecim et ducentos.
O ventum horribilem atque pestilentem!]

OPPRIMERE, proprie obterere. [OPPRIMERE desertores: *l.* 11. *l.* 13. *C. Theod. de desert. Lib. VII. tit.* 18. *l.* 2. *C. Iust. quand. lic. vnicuiqu.*] Si plures trabem deiecerint, et hominem OPPRESSERINT: *l.* 11. *§.* 4. *D. ad leg. Aquill.* Ruina simul OPPRESSI: *l.* 8. *D. de hered. instit.* Seruus

nus ruina in stabulo OPPRESSVS. *l. 5. §. vlt. D. de condict. causs. dat.* ¶. 2. OPPRIMI, alias est grauari, laedi, molestia adfici. Tenuiores, qui saepe importunis potentiorum intercessionibus OPPRIMVNTVR: *l. 1. §. 1. C. ne lic. potent.* OPPRIMI aliquem per aduersarii sui potentiam non oportet: *l. 9. §. vlt. D. de offic. procons.* ¶. 3. OPPRIMI dicitur, qui conuincitur. Reus euidentioribus argumentis OPPRESSVS: *l. 18. §. 1. D. de quaestion.* [Plerumque accidit, vt fortuna iudicii argumenta conglutinet, quorum similitudine OPPRIMATVR reus, qui non possit vera ratione conuinci: *l. 7. C. Theod. quor. adpell. non recip. Lib. XI. tit. 36.*] Si tibi probauerit, conspiratione aduersariorum, et testibus pecunia corruptis, OPPRESSVM se: *l. 33. D. de re iudic.* Ne hi, qui defendendi sont, subitis accusatorum criminibus OPPRIMANTVR. *l. 1. §. 1. C. ne lic. potent.*

OPPROBRIVM. *Probrum*, et OPPROBRIVM idem est, inquit Vlpianus *l. 42. D. de verb. signif.* Eam obseruationem suo more acriter insectantur Laur. Valla *Lib. VI. de eleg. Lat. lingu. Cap. 44.* eiusque hyperaspistes, Franc. Floridus Sabinus. Sed nihil est illa Vlpiani obseruatione verius, quam ab ipso Cicerone habet, qui apud Augustinum *Lib. II. de ciuit. Dei Cap. IX.* vsurpatum a Decemuiris in legibus XII. Tabularum vocabulum *conuicium*, interpretatur *id, quod probrum et* OPPROBRIVM *est*, non, quod alteruter ignorarit, *probrum* et OPPROBRIVM differre, vti caussam et effectum, sed quod *probrum* semper sit OPPROBRIO, et neutrum sine altero intelligatur. Vid. V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 110. sequ.* HEIN.

OPPVGNARE, id est, impugnare. Replicatio OPPVGNAT exceptionem: *l. 2. §. 1. D. de except.* Qui vsque ad finem litis OPPVGNAVERINT testamentum: *l. 13. §. 9. D. de iur. fisc.* Conditionem hanc, quasi vtilitati publicae OPPVGNANTEM, remittendam. *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.* Rarior haec constructio cum casu tertio, nec analogia tamen destituta. Eadem enim ratione ac fotma dici: *Impedire alicui*, et *offendere alicui*, suis locis vidimus. HEIN.

OPS.

OPSONATOR. Vide supra OBSONATOR.

OPT.

OPTABILIS, E. OPTABILIS conditio. *l. 17. C. de postlim. reuers.*

OPTIME, aduerbium. OPTIME merito: *l. 31. §. 4. D. de liberat. leg.* OPTIME nouit proconsul. *l. 2. D. de testam. milit.*

OPTIMVS, A, VM, praestantissimus. Si OPTIMO consilio vsus sit: *l. 67. §. vlt. D. de rit. nupt.* OPTIMVM est: *l. 13. D. quod met. causs. l. 20. §. 6. D. de hered. petit. l. 7. D. de pact. dotal. l. 18. D. de instruct. vel instrum. leg. l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* OPTIMVM erit: *l. 35. D. de bon. libert.* OPTIMVM factum est: *l. 9. D. de susp. tutor.* Quum fundus, vti OPTIMVS maximus est, emtus: *l. 48. D. de euict.* Fundo legato, vti OPTIMVS maximusque est: *l. 22. D. de instr. vel instrum. legat.* Verba haec, vti OPTIMVS maximus est, in fundi traditione adiecta, liberum esse significant: *l. 126. D. de verb. signific.* Si fundus ita legatus sit, vti OPTIMVS maximusque, liber praestandus est. *l. 69. §. 3. D. de legat. I.* Si vt OPTIMVS maximusque esset, traditus fuerit fundus, liberum ab omni societate praestandum: *l. 75. D. de euiction.* Vera est Q. Mucii sententia, vt, qui OPTIMVM maximum fundum tradidit, liberum praestet, non etiam deberi ei alias seruitutes: *ibidem.* Itaque parum cohaeret, quod Siculus Flacc. *de condit. agr. p. 9.* scribit: *Quidam etiam conueniunt precario, vt seruitutem praestent his agris, ad quos necesse habent transmittere peruium. Nam et id his verbis comprehenditur:* VTI OPTIMVS MAXIMVSQVE SIT. Ad haec verba Guil. Goesius *p. 130. in Notis: Eius clausulae haec vis est, vt quod ita venditum, stipulatum, traditum est, liberum praestetur, non item, vt seruitutes ei debeantur, secundum l. 169. D. de verb. signif. At hic contrarium statuitur, fundo nempe vendito deberi seruitutem, vel precario constitutam, deficientibus viis vicinalibus, per quas ad fundum aditus patent. Adeo vt haec regulae vulgaris sit exceptio. Deficiente quippe aditu, fundus* OPTIMVS *maximus existimari neutiquam potest. Et si aditus semper sequitur vsumfructum, vt definitur l. 1. §. 1. D. si vsufr. petatur. certe et proprietatem sequi debet, maxime vbi fundus venditus erit vt OPTIMVS maximus. Quod non, vt oportet, considerasse videtur Rad. Forner. ad illam l. 169.* Haec Goesius, quae et Brissonium nostrum, contradictionem Flacco Siculo exprobrantem, rem non, vt oportet, considerasse, ostendunt. HEIN. Plerumque haec verba: Fundus vti OPTIMVS maximus est, etiam ad instrumentum vel instructum praedii referuntur. *l. 92. l. 93. §. pen. D. de leg. l. 3. l. 22. D. de instruct. vel instrum.* Paull *Lib III. Sent. tit. 6. §. 45.* OPTIMO iure admissi codicilli: *princ. Inst. de codicill.* id est, habere coeperunt *νόμιμον σύστασιν*, *legitimam subsistentiam*, vt Theophilus vertit OPTIMO iure debentur vsurae, quae interrogatione praecedente promissae sunt: *l. 1. C. de vsur.* OPTIMVM ius legati per damnationem est: Vlpian. *tit. XXIV. Reg. §. 11.* OPTIMO iure libertatem consequuti dicuntur in *l. 31. D. de minor.* qui ex fideicommisso recte manumissi sont. OPTIMO iure quarta bonorum curialium defunctorum, quibus alieni ab eorum consortio heredes exstiterunt, a curia petitur: *l. 1. C. quand. et quib. quart. pars. Lib. X.* OPTIMO iure possessa domus: *l. 26. §. 1. D. de pignor.* id est, nulli obligata, nulloque nexu pignoris obstricta, ab hypotheca libera. Cic. *de leg. agrar. Cap. II. OPTIMO enim iure ea sunt praedia, quae optima conditione sunt: libera, meliore iure sunt, quam serua.* Idem *de harasp. resp. Cap. VII. Multae sunt domus in hac vrbe, patres conscripti, atque haud scio, an paene cunctae, iure* OPTIMO, *sed tamen iure priuato, iure hereditario.* Idem *Philipp. IX. Cap. VII. extr.* OPTIMO iure sepulcrum datum: *Philipp. XI. Cap. 12.* OPTIMO

iure

OPT.

iure prouinciam obtiuere, dixit, vti OPTIMO iure censor creatus apud Liu Lib. IX. Cap. 34. OPTIMA lex, vt Festus Lib. XIII. scribit, quum nominabatur in dictatore facienda, quam plenissimum posset esse, ius significabatur. OPTIMA lege capta Vestalis apud Gell. Lib. I. Cap. 12. OPTImus locus: l. 19. §. vlt. D. de Aedil. edict. id est perfectus, vt l. 19. §. 4. D. eod. OPTIMAE opinionis viri: l. 7. D. testam. quemadm. aperiant. OPTIMA ratione defenditur: l. 22. D. de his, quae vt indign. OPTIMA ratione placuit: l. vlt. C. si mancip. OPTIMVM vinum frumentumue quum quis stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas principalem gradum bonitatis habet. l. 75. D. de verb. oblig. ¶. 2. OPTIMVS a senatu adpellatus C. Scipio Nasica: l. 2. §. 37. D. de orig. iur. ¶. 3. Ex principibus OPTIMI cognomen Traiano impositum esse, Plin. in Panegyr. Cap. LXXXVIII. tradit. Et ita quoque OPTIMVM principem accipe apud eumdem, in Epistolis passim. Eodem cognomine et Iustinianus ornatur §. 1. Inst. quib. non est perm. Sed et Claudio OPTIMI elogium tribuitur in eo SC. quod a Plinio Lib. VIII. Epist. 6. refertur. Quin et ante hunc Caligulam inter cetera cognomina, quae adsumserat, OPTIMVM MAXIMVMque vocatum, Suetonius in Calig. Cap. XXII. refert. OPTIMVS princeps Hadrianus: l. 2. §. 47. D. de orig. iur. Idemque OPTIMVS MAXIMVS princeps adpellatur in SCo, de petitione hereditatis: l. 20. §. 6. D. de petit. hered. In hoc vero SC. non vocatur OPTIMVS MAXIMVS princeps, sed AVGVSTVS IMP. MAXIMVSQVE PRINCEPS. Immo et hoc elogium quum insolitum sit, pro eo AVG. IMP. PONT. MAXIMVS P. P. legendum censet Petr. Pithoeus Lib. II. Aduers. Cap. 15. Alioquin in marmoribus OPTIMI MAXIMIQVE saepissime vocantur Hadrianus, apud Gruter. p. CCXLIX. 2. Reines. Class. III. Inscr. 13. et 15. Antoninus pius apud eumdem Reines. Class. III. Inscr. 23. Quin et Seuerus et Antoninus Caracalla, apud Cuiac. Obs. Lib. II. Cap. 33. Idem Hadrianus et ἀσυνδέτως OPTIMVS MAXIMVS cognominatur in lapide, quem ex Capacii Hist. Neapol. Lib. II. Cap. 12. descripsit Reines. Class. III. Inscr. 13. Vnde parum solida est laudatissimi viri obseruatio, quam p. 331. Comment. ad Inscr. reperimus, Iouem solum OPTIMVM MAXIMVM ἀσυνδέτως, principes cum copula OPTIMOS MAXIMOSQVE esse cognominatos. HEIN. OPTIMVS quoque Imperator noster, Seuerus, ait Papinianus: l. 67. §. 9. D. de legat. II. Post OPTIMI Seueri nostri litteras: l. 7. D. de vacat. et excus. mun. OPTIMVS maximusque princeps Seuerus Augustus: l. 78. §. 1. D. de legat. II. l. 8. D. de vacat. et excus. mun. OPTIMI maximique principes nostri: l. 30. D. de excusat. l. 16. §. 1. D. de his, quae vt indign. Ab OPTIMIS Imperatoribus nostris, ait Tryphoninus, l. 39. D. de poen.

OPTIO, id est, electio. l. 2. §. 3. D. de eo, quod cert. loc. Ab electione tamen separatur OPTIO: l. 2. et rubr. D. de opt. vel elect. leg. l. 3. D. qui et a quib. manum. Sane OPTIO sollemni aliquo actu, et certis verbis, ac plerumque, interueniente praetore, fiebat. Nam et ad exhibendum agere poterat is, cui serui OPTIO data erat, vt ex mancipiis exhibitis optare vel vindicare posset: quemadmodum indicat l. 3. §. 6. D. ad exhib. l. 80. §. 1. D. de furt. Vnde et serui OPTIO inter actus legitimos numeratur. l. 77. D. de reg. iur. Data OPTIONE: l. 2. D. de opt. vel elect. leg. Et seruo eius OPTIO data: l. 99. D. de legat. I. OPTIONEM, intra certum tempus datam non amplectitur: l. 28. §. 1. D. de verb. signif. OPTIO deferenda est fideicommissario: l. 79. D. ad SC. Trebell. Vnius hominis mihi et tibi OPTIO data est: l. 8. §. 2. D. de opt. vel elect. leg. Si OPTIO hominis data sit: l. 3. D. qui et a quib. manumiss. OPTIONE legata: l. 16. D. de opt. vel elect. legat. OPTIONE legati per vindicationem data: Vlpian. tit. XXIV. Reg. §. 14. OPTIONIS legatum, id est, vbi testator ex seruis suis, vel aliis rebus optare legatarium iusserat: §. 23. Inst. de legat. Si in OPTIONIS legato minor captus sit, dum elegit deteriorem: l. 7. §. 7. D. de minor. Si seruus sit generaliter per OPTIONEM legatus: l. 18. D. famil. ercisc. Seruum, vel quam aliam rem, cuius OPTIO mihi relicta: l. 3. §. 6. D. ad exhib. Vascula non separaturum, licet ei OPTIO sit relicta: l. 19. D. de aur. arg. leg. OPTIO serui: l. 2. l. 9. §. vlt. l. 11. l. 13. l. 14. D. de opt. vel elect. legat. seruorum: l. 9. §. vlt. D. eod. tit. OPTIONEM seruorum Maeuio dedi: l. 15. D. eod. tit. Quoties serui OPTIO datur: l. 2. D. eod. tit. OPTIONE seruorum data: l. 9. §. vlt. D. eod. tit. Is cui serui OPTIO legata sit: l. 13. §. vlt. D. eod. tit. l 25. D. de liber. causs. Si seruus sit generaliter per OPTIONEM legatus: l. 18. D. famil. ercisc.

¶. 2. OPTIO, in re militari subiectiue dicitur, qui antecedente aegritudine praepedito, tamquam adoptatur, et vicarius eius vniuersa curat, vt Veget. Lib. II. de re milit. Cap. 7. et Non. Marcellus exponunt. Quo in significatu accipi OPTIO potest, in l. vlt. D. de iur. immunit. ¶. 3. At, latius prolato huius vocabuli vsu, OPTIONES vocantur omnes alii, qui aliorum vices gerunt. Sic OPTIONES commentariensibus adiunguntur: l. 6 D. de bon. damn. foederatis item: l. vlt. C. de locat. et conduct. et Nouell. CXVI. [Nou. CXVII. et CXXX, vbi Cuiacius.] ¶. 4. OPTIONES etiam pro adparitoribus ponuntur, in l pen. C. de iur. fisci Lib. X. l. vlt. C. Theod. eod. tit. l. penult. C. Theod. de apoch. publ. Hinc qui in Actibus Apostol. Cap. XVI. v. 27.] δεσμοφύλαξ dicitur, id est, carceris custos, vel commentariensis, is a B. Ambrosio in Comment. in Epist. ad Ephes. Cap. IV. carceris OPTIO vocatur. ¶. 5. OPTIONES etiam a Iustiniano adpellantur militaris annonae erogatores Nouell. CXXX. Cap. 2. Illic enim ita est: Καὶ τοὺς μὲν ἑκάστου τάγματος ΟΠΤΙΟΝΑΣ ἀποδέχεσθαι τὰ εἴδη δίχα τινὸς διαστροφῆς, καὶ ἐρογεύειν τοῖς ἐξάρχοις καὶ τοῖς Στρατιώταις τὰς ἐν εἴδει χορηγουμένας ἀννόνας. Vniuscuiusque numeri OPTIONES suscipere species, sine qualibet tergiuersatione, et erogare magistris militum et militibus specie praebitas annonas. Eos Iustinianus iubet recautas facere, id est, apochas, de his, quae collationibus in transitum militum expenduntur. Latissime patuit hoc vocabulum, ceu ex marmoribus in primis patet. Sic; OPTIO et exactor auri, argenti, aeris; Gruter. Inscr. p. XXXVI. 8. p. LXXIV.

LXXIV, 1. p. MLXVI, 5. p. MLXX, 1. OPTIO carceris, vel KARCERIS: Grut. *p. LXXX, 5.* centurionis: Reinef. *Infcr. p. II.* cohortis: Reinef. *ibid.* OPTIO fabricae: *l. vlt. D. de re milit.* Frumentarii legionis OPTIO: Gruter. *Infcr. p. XII, 1.* lanciariorum, legionis, magiftri equitum, figniferi, OPTIO. Reinef. *p. II. fequ.* Tefferarius OPTIO: Cuiac. *Lib. VI. Obferu. Cap. 33.* OPTIO tribuni, item turmae: Reinef. *ad Infcr. ibid.* OPTIO valetudinarius: Gruter. *p. XII, 1. l. vlt. C. de iur. immunit.* Immo et AVBOPTIO, id eft, OPTIONIA OPTIO, occurrit apud Gruter. *p. DXXIX, 8.* HEIN.

OPTARE, vouere, in votis habere. OPTO, des, fideicommiffi verbum. *l. 115. D. de legat. I.* ¶. 2. OPTARE interdum, vt et Non. Marcell. notat, idem, ac eligere, vt *l. 28. D. de condit. et demonftr.* Donat. *in Terent. Andr. Act. IV. fcen. 6.* OPTARE, *eft vnum de duobus eligere.* Quemadmodum vero OPTIO et *electio*, ita et OPTARE et *eligere* non numquam feparantur. Si Stichum OPTAVERO vel *elegero*: *l. 9. §. vlt. D. de opt. vel elect. leg.* Hominem OPTATO, *eligito.* Vlpian. *tit. XXIV. Regul. §. 14.* Porro OPTARE modo abfolute ponitur, vt *l. 2. l. 7. l. 10. l. 11. l. 13. §. vlt. l. 14. D. de opt. vel elect. legat. l. 15. D. de legat. I. l. 10. D. de legat. I.* modo cum accufatiuo, e. g. Si OPTARE velim feruum, vel quam aliam rem, cuius optio mihi relicta eft; *l. 3. §. 6. D. ad exhib.* OPTATVRVS feruum: *l. 80. §. 1. D. de furt.* OPTARE feruum; *l. 2. §. vlt. l. 15. D. de opt. vel elect. leg. l. 99. D. de legat. I. l. 9. §. 1. D. de dol. mal.* Atque me haec verbi huius fignificatio admonet, vt turpe mendum, quod Nonio infidet, corrigam. Nam vt probet, OPTARE effe eligere, adducit haec Varronis verba: *Diogenes, qui amicos, qui ab Alexandro Rege, iuffus OPTARE, quid vellet, fe facturum. At hoc: qui amicos, qui, eft corruptum, emendandumque* κυνικός.

OPV.

OPVLENTVS, A, VM. OPVLENTA hereditas: *l. 1. D. de offic. procur. Caefar.*

OPVS, in locatione conductione eft id opus, quod Graeci ἀποτέλεσμα vocant, non ἔργον, id eft, ex opere facto corpus aliquod perfectum. *l. 5. §. vlt. D. de verb. fignific.* Edictum vero de operis noui nunciatione non omnia OPERA complectitur, fed ea fola, quae folo coniuncta funt. Vnde fi quis meffem faciat, arborem fuccidat, vineam putet, quamquam OPVS faciat, ad illud edictum non pertinet, quia id ad corpora, quae in folo fiunt, pertinet. *l. 1. §. 12. D. de oper. nou. nunciat.* Contra interdicto quod vi aut clam teneri et eum, placet, qui arbores fuccidit, quamquam ad ea quoque opera, quae in folo fiunt, id interdictum pertineat. *l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam.* OPVS in edicto de noui OPERIS nunciatione accipimus, non fi vnum aut alterum caementum fuerit impofitum, fed fi proponatur inftar quoddam OPERIS, et quafi facies quaedam facti OPERIS. *l. 21. §. 3. D. de op. nou. nunc.* Huc pertinent loquutiones; OPVS adprobari: *l. 24. l. 36. D. locat.* Bonitas OPERIS: *l. 51. §. 1. D. locat.* OPVS efficitur: *l. 113. D. de verb. oblig.* Si OPVS effectum non fit; *ibid.* et *l. 44. D. de fideiuffor.* OPERA fabrilia: *l. 12. D. de re milit.* OPVS facere; *l. 44. D. de fideiuff.* Si vinctum OPVS facere cogam: *l. 1. §. 47. D. de vi et vi arm.* Si emtor OPVS fecerit: *l. 3. §. 3. D. de alien. iudic. mut. cauff. fact.* OPVS quoque facere medici liberti dicuntur: *l. 26. D. de oper. libert.* Bouem commodare, vt OPVS faceret: *l. 17. §. 3. D. de praefcr. verb.* Factum OPVS, et *imperfectum*, opponuntur; *l. 30. §. 3. D. locat. cond.* OPVS fieri: *l. 49. §. vlt. D. de legat. II. l. 44. D. de fideiuff.* Metiri OPVS: *l. 30. §. 3. D. locat. cond.* OPVS priuatum: *l. 21. §. 1. de re milit.* OPVS publicum: *rubr. et tot. tit. de oper. publ.* OPERIS quantitas: *l. 21. §. vlt. D. de oper. nou. nunciat.* OPVS rufticum: *l. 25. §. vlt. D. de inftruct. vel inftrum. legat.* Mancipia in praediis morata, OPERIS ruftici cauffa: *l. 78. §. 2. l. 93. §. 2. D. de legat. III.* Serui, qui OPVS rufticum faciunt: Paull. *Lib. III. tit. 6. §. 35.* Serui, licet in praediis rufticis fint, fi tamen OPVS rufticum non faciant: *l. 99. D. de legat. III.* Terent. *Heaut. Act. I. fcen. 1. Ancillas, feruos, nifi eos, qui* OPERE *ruftico faciendo facile victum exercent fuum.* Et *in Phorm. Act. I. fcen. 5. v. 20.* OPVS *ruri faciundum.* ¶. 2. OPVS, aliquando pro opera. OPERIBVS ferui vti: *l. 36. D. de ftipul. feru.* Quod OPERIBVS fuis feruus adquirit: Vlpian. *tit. XIX. Reg. §. 21.* Quod ex OPERIBVS fuis ferui adquirunt. *§. 4. Inft. per quas perf. nob. adqu.* (vbi tamen in plerisque editionibus non OPERIBVS, fed *operis*, legi animaduerto.

¶. 3. OPVS, indeclinabile, pro eo, quo carere non poffumus. OPVS eft, vt de hoc primum referendum fit. *l. 1. D. de adquir. rer. domin.*

¶. 4. OPVS publicum, fpecies poenae, quando rei vincti opus facere cogebantur. In OPVS publicum damnatur: *l. 10. D. de poen.* damnatus: *l. 8. §. 7. D. eod. tit. l. 6. C. ex quib. cauff. maior.* Artemidor. *Lib. I. Oneirocr. Cap. 22.* Καὶ ἀκριθήσεται εἰς ἔργον δημόσιον κατὰ δίκην. *Damnabitur ad* OPVS *publicum per iudicium.* Ad OPVS publicum dari *l. 6. D. de extraord. crim.* item in OPVS publicum: *l. 5. D. eod. tit. l. 17. D. de poen. l. 3. C. eod. tit.* in OPVS publicum, vel perpetuum, vel temporarium dari; *l. 1. §. 1. D. de effractor.* Seruus in OPVS publicum perpetuum et multo magis temporarium non datur: *l. 34. D. de poen.* In OPVS publicum datus: *l. 18. D. de iur. fifc.* perpetuo: *l. 17. D. de poen.* In OPVS metalli dati: *l. 17. D. de poen. l. 9. C. eod. tit.* OPVS metallicum: *l. 28. §. 6. D. eod. tit.* In metallum damnati, fi inutiles OPERA faciundo deprehendantur: *l. 22. D. eod. tit.* In OPVS, etiam abfolute, dicunt. *Vt* in OPVS perpetuum vel temporarium damnati, vel dati: *l. vlt. D. de effract. l. 1. C. de poen.* Plin. *Lib. X. Epift. 40.* In plerisque ciuitatibus, *maxime Nicomediae, et Niceae, quidam vel in OPVS damnati, vel in ludum* OPERIS publici poena: *l. 5. l. 14. C. de poen.* In poena eorum OPERIS publici temporarii modum non egrediendum: *l. 1. D. de fur. balnear.* Mulier in OPVS falinarium ob maleficium data: *l. 6. D. de capt. et poftlimin.* In OPVS publicum et quidem perpetuum, tradi iubetur. *l. 10. D. de poen.*

ORA.

ORA, regio, tractus. Quum Africae ORAM teneret. *l. 2. §. 46. D. de orig. iur.*

ORACVLVM, Id M. Seneca *in praefat. Lib. I. Controu.* definit *voluntatem diuinam, hominis ore denunciatam.* Cic. *in Top. Cap. XX. Oracula enim ex ipso adpellata sunt, quod inest his Deorum oratio.* Ac plane ORACVLVM ab *oro* ductum esse, Priscianus notat. ¶. 2. At Imperatores, qui sibi diuina omnia adrogabant, ita sacros adfatus suos, seu sacra rescripta vocabant. *l. pen. C. de diuers rescript. l. 10. C. de sacros. eccles.* Quo genere loquendi vtitur Symmach. *Lib. XV. Epist. 13.* Vetus Glossarium: SACRVM ORACVLVM *est rescriptum, quod Imperator precibus et supplicationi respondens, rescribit, vel et fieri, vel non fieri debere, quod postulat.* Et dicitur ita, quod ORANDO indeptum. [Sic et: Adoptio, quae sacro ORACVLO fit: *§. 11. Inst. de adopt.* Sacro ORACVLO excusati: *l. 2. C. quib. mun. vel praest. nem. lic. se excus. Lib. X. tit. 48.* Nostro indigentes ORACVLO: *l. 21. C. de haeret. et Manich.* ORACVLO penitus remoto: *l. 51. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* ORACVLI nostri sanctio: *l. 17. C. Theod. eod. tit.* Temeratores sacri nostri ORACVLI. *l. vlt. C. de defens. ciuit.*]

ORARE caussas, idem est ac caussas agere, apud Terent. *Phorm. Act. I. scen. 2. v. 62.* et apud Virgil. *Lib. VI. Aen. v. 850.* Tacit. *Lib. VI. Annal. Cap. 29. Lib. XI. Cap. 5. Lib. XIII. Cap. 5.* Festus *Lib. XIII. p. CXLI. ORARE, antiquos dixisse pro agere, testimonio sunt, quod et oratores, et ii, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod reipublicae mandatas partes agebant.* Seruius in haec verba *Virgil. Aen. IV. v. 205.*

Multa Iouem manibus supplex ORASSE *supinis.*

ORASSE, inquit, *est dixisse. Hinc et ORATORES dicimus.* Sic de Seruio Sulpicio Pomponius *l. 2. §. 43. D. de orig. iur. Seruius quum in caussis ORANDIS primum locum, aut pro certo post M. Tullium obtineret.* Et mox: *Turpe esse patricio, et nobili, et caussas* ORANTI. Caussam ORARE apud iudices: Gell. *Lib. V. Cap. 10. Lib. X. Cap. 15.* [Huiusmodi conditionis hominibus, caussas ORARE fas non est: *l. 1. C. Theod. vnde vi Lib. IV. tit. 22.* vbi pro ORARE caussas *perorare* substituit Tribonianus in *l. 1. C. si per vim vel al. mod. absent. perturb. sit poss.*]

ORATIO, pro quolibet scripto. [ORATIONIS paginae. *l. 16. C. Theod. de naucul.* vbi ponitur pro precibus et querela nauiculariorum Imperatori exhibitis.] ¶. 2. ORATIONES principum vt in libris nostris accipere debeamus, exposui *Lib. I. Select. antiqu. Cap. 16.* Eiusmodi est ORATIO diui Hadriani, qua effectum, adpellari a senatu principem non posse: *l. 1. D. a quibus adpell.* Sacratissimi principis nostri ORATIONE, ait Caius, cauetur, vt matris intestatae hereditas ad liberos, tametsi in aliena potestate erunt,

pertineat: *l. 9. D. ad SC. Tertull.* ORATIONE diui Pii liberalium studiorum professores, non etiam calculatores continentur. *l. 4. C. de professor. Lib. X.* D. Marcus oratione in senatu recitata effecit, ne aliter alimentorum transactio rata esset, quam si auctore praetore facta: *l. 8. D. de transact.* ORATIONE Diui Marci exprimitur, ne quis messium vindemiarumque tempore aduersarium cogat ad iudicium venire: *l. 1. D. de fer.* Eadem ORATIONE diuus Marcus in senatu recitata effecit, de aliis speciebus praetorem adiri etiam diebus feriaticis: *l. 2. D. eod. tit.* ORATIONE diui Marci cauetur, vt si quis ingenuus pronunciatus fuerit, ingenuitatis sententiam retractans, cet. *l. 1. D. ne de statu defunct.* Eiusdem diui Marci ORATIO de confessis; *l. 6. §. 1. D. de confess. l. 56. D. de re iudic.* ORATIO, sub diuo Marco habita: *l. 17. C. de excusat.* Silanianum SC. nec non diui Marci ORATIO, quae circa id facta est: *l. 11. C. de iis, quib. vt indign.* Alia etiam diui Marci ORATIO memoratur: *l. vlt. C. de manumiss. testam.* ORATIONE diui Marci cauetur, vt si Senatoris filia libertino nupsisset, nec nuptiae essent: *l. 16. D. de rit. nupt.* ORATIO Marci et Commodi, qua prohibentur tutores et filii eorum pupillas suas ducere: *l. 60. l. 67. §. 3. D. de rit. nupt.* ad quam ORATIONEM librum singularem Paullum scripsisse nouimus. ORATIO Imperatorum Antonini et Commodi, quae quasdam nuptias in personam senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil loquuta est: *l. 16. D. de sponsal.* Imperatorum Antonini et Commodi ORATIONE, in senatu recitata, id actum est, vt sine in manum conuentione matrum legitimae hereditates ad filios pertineant, exclusis consanguineis, et reliquis adgnatis. Vlpian. *tit. XXVI. Reg. §. 7.* Diui Pertinacis ORATIONE cautum, ne alias tabulae priores, iure factae, irritae fiant, nisi sequentes iure ordinatae et perfectae fuerint: §. 7. *Inst. quib. mod. test. infirm.* Imperatoris Seueri ORATIONE prohibiti sunt tutores et curatores praedia rustica, vel suburbana distrahere. Quae ORATIO in senatu recitata est, Tertullo et Clemente Coss. *l. 1. D. de reb. eor. qui sub tutel.* ORATIONIS diui Seueri beneficium, quo possessiones rusticas pupillorum seu adolescentium sine decreto praesidis distrahi vel obligari prohibitum est: *l. 2. C. de curat. furios.* Eaque est diui Seueri ORATIO, cuius fit mentio *l. 9. C. de praed. minor.* quam etiam singulari libro Paullus interpretatus erat, vt ex aliquot capitum inscriptionibus; et indice Pisano adparet. Imperator noster Antoninus Augustus, ante excessum diui Seueri, patris sui, ORATIONE in senatu habita, auctor fuit senatui censendi, Fuluio Aemiliano et Numio Albino Coss. vt aliquid laxaret ex iuris rigore: *l. 32. D. de donat. int. vir. et vxor.* Eaque ORATIO *de confirmandis donationibus* vocatur *ibid.* ORATIO, quae prohibet apud consules aut praesides prouinciarum post quinquennium a die manumissionis in ingenuitate proclamare. *l. 4. D. si ingen. esse dic.*

ORATOR. Ita olim dictus legatus. Virgil. *Lib. XI. Aen. v. 100.*

Iamque ORATORES *aderant.*

Ad quae verba Seruius: ORATORES, ait, *legati, a perorando pro republica, nominati.* ORATOREM

etiam Plutarchus *in quaest. Rom. CIII.* dici ait, προτρεπτικόν τινα καὶ παρορμητικόν. [Quod ad legatos, ORATORES comitesve attinebit. *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi public.*] ¶. 2. ORATORES alibi ipsos aduocatos notant, vt *l. 33. §. 1. C. de Episc. et cler.* Sic et *disertissimos legum* ORATORES, et ORATORES *maximos*, id est, iurisconsultos et caussarum patronos egregios, reperimus in *Const. omnem reip. §. 2. et §. 6. ad Antecess.* item ῥήτορας in *Constit. Graeca de pand. conf. §. 9.* HEIN. ¶. 3. [ORATORES, pro grammaticis *l. 2. D. de vsurp. et vsucapion.*]

[ORATORIVM. ORATORIA sacrosancta: *l. pen. §. 5. C. de reb. credit.* ORATORIVM templi. *l. 3. pr. C. de his, qui ad eccles. confug. l. 4. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 45.*

ORB.

ORBARE, priuare. ORBATVS vtrisque luminibus. *l. 1. §. 5. D. de postulando.* Lactant. *Lib. II. Diuinar. Instit. Cap. 8. Appius Claudius, Censor, quum aduersus responsum ad seruos publicos sacra Herculis transtulisset, luminibus* ORBATVS *est.*

ORBIS aliquando totum globum terraqueum denotat. *Terrarum* ORBIS *vniuersus in tres diuiditur partes, Europam, Asiam, Africam.* Plin. *prooem. Lib. III. Hist. nat.* Si vagari per ORBEM terrarum velit: *l. 20. §. vlt. D. de op. libert.* In omni ORBE terrarum, qui Romano imperio suppositus est. *l. 2. C. de iureiur. propt. calumn.*

¶. 2. Saepe ORBIS terrarum est imperium Romanum, [vt *l. vn. C. de vsuc. transform.* vbi omnis ORBIS terrarum, in quo antiqui vsucapionem extendebant, quod per *terram, quae nostro imperio gubernatur* exponitur. *pr. Inst. de vsucap.*] Plerumque tamen tunc veteres vtuntur verbis: ORBIS *Romanus.* In ORBE Romano qui sunt: *l. 17. D. de stat. hom.* id est ἅπαντες ἐν κοινῷ οἱ ὑπήκοοι. *omnes qui in communi imperio habitant*, vt loquitur Iustinianus *Nouell. LXXVIII. Cap. 5.* Si quis in ORBE Romano eunuchos fecerit: *l. 1. C. de eunuch.* id est, δήποτε τόπῳ τῆς ἡμετέρας πολιτείας, *in quocumque loco nostri imperii, vel nostrae reipublicae*, vt idem Iustinianus *Nouell. CXLII. Cap. 1.* Quod genus loquendi vsurpat et D. Hieronymus *Lib. VIII. Epist. ad Demetriad.* ORBEM *terrarum circumiuit, et multa aedificauit.* Cassiodor. *Lib. III. Var. Cap. 52. Variis Augusti siquidem temporibus* ORBIS *Romanus agris diuisus, censuque descriptus est.* Idem *Lib. X, Cap. 8.* ad Iustinianum Aug. *Decet enim, vt et iste* ORBIS *iuuamine vestro splendeat.* [Apuleius *in Florid. p. 344.* de Alexandro Macedone: *Edixit vniuerso* ORBI *suo, ne quis effigiem regis temere adsimularet aere, colore, caelamine.*]

ORBITAS, parentis conditio, qui liberis caret. Filia in ORBITATE patris relicta: *l. 20. C. de inoffic. test.* [*tit. tot. C. de infirm. poen. caelib. et orbit. Lib. VIII. tit. 58. et in Cod. Theod. Lib. VIII. tit. 15.*] Curt. *Lib. VI. Cap. 9.* ORBITAS quoque mea, quod sine liberis sum, spernitur. Cicero *Lib. V. de finib. Cap. 28. Bonum liberi, misera* ORBITAS. Lactant. *Lib. III. diuin. instit. Cap. 17. Habenti malos liberos* ORBITAS *praedicatur.*

ORBVS, A, VM. ORBVS, ait vetus Glossarium, est *qui liberos non habet.* Vlpianus *in Inscript. Reg. tit. XIII. de caelibe*, ORBO, *et solitario patre.* Isidorus *Lib. X. Orig.* ORBVS, *quod liberos non habeat, quasi oculis amissis.* Iustin. *Lib. XXVI. Hist. Cap. 1. Hellanicus senex, et liberis* ORBVS. ORBOS autem Romae summa obseruantia coli consueuisse ab his, qui eorum testamenta captabant, Ammianus Marcell. testis erit locuples, qui *Lib. XIV. Cap. 19.* de corruptis Romanorum moribus agens: *Nunc vero*, inquit, *inanes flatus quorundam, vile esse, quidquid extra vrbis pomoerium nascitur, aestimant, praeter* ORBOS *et caelibes: nec credi potest, qua obsequiorum diuersitate coluntur homines sine liberis Romae.* Quod iam inde a Ciceronis temporibus inualuisse, indicio est, quod ille *Paradox. V, Cap. 2.* ait: *Quis nutum senis* ORBI *locupletis non obseruat?* Atque hinc Seneca *in Consolat. ad Marc. Cap. XIX. In ciuitate*, inquit, *nostra plus gratiae* ORBITAS *confert, quam eripit.* Haec ORBORVM commoda ORBITATIS *praemia* vocat Plin. *Lib. IV. Epist. 15:* ORBITATIS *pretia*, Tacit. *de morib. Germ. Cap. XX.* quae idem auctor grauissimus *Lib. XV. Annal. Cap. 19.* in eo constitisse ait, quod *multa securitate, nullis oneribus, gratiam, honores, illa cuncta promta et obnia haberent.* At nescio an quisquam illa ORBITATIS praemia elegantius exposuerit Periplectomene Plautino *in Milit. gloriof. Act. III. scen. 1. v. 111. sequ.*

Quando habeo multos cognatos, quid opus mihi sit liberis?
Nunc bene viuo, et fortunate, atque vt volo atque animo vt lubet.
Mea bona morte cognatis dicam: inter eos partiar.
Illi apud me edunt: me curant: visunt, quid agam? ecquid velim?
Priusquam lucet, adsunt: rogitant, noctu vt somnum ceperim?
Eos pro liberis habeo. Quin mihi mittunt munera:
Sacrificant: dant inde partem maiorem mihi, quam sibi:
Adducunt ad exta: me ad se ad prandium, ad coenam vocant:
Ille miserrimum se retur, minimum qui misit mihi.
Illi inter se certant donis: ego hoc mussito mecum:
Bona mea inhiant, certatim mittunt dona et munera.

Plura ea de re dixi in *Comment. ad leg. Iul. et Pap. Popp. Lib. I. Cap. 2. §. 6. p. 25. et p. 37. sequ.* HEIN.

ORC.

ORCINVS, A, VM, adiectiuum ab *orco.* ORCINVS vero libertus adpellatur, qui testamento manumissus, id est, liber esse iussus est, seu qui testamento directam libertatem accepit, quasi testatoris, ORCO demissi libertus, seu vt Apuleius loquitur, *qui iam in peculio Proserpinae*

ORC. ORD.

pinae et in Orci familia numeratae, *libertus. l. 22. D. de pecul. legat. l. 8. de hered. instit. l. 1. §. 10. D. de dot. praelegat. l. 8. C. de iur. et fact. ignor. l. vn. §. 7. C. de Lat. libert. toll.* Is, qui directo liber esse iussus est, ORCINVS fit libertus. Is autem cui per fideicommissum data est libertas, non testatoris, sed manumissoris fit libertus. Vlpian. *tit. II. Regul. §. 8.* Qui testamento liber esse directo iubetur, ipsius testatoris fit libertus, et ORCINVS adpellatur: *l. 2. Inst. de sing. reb. per fideic. relict.* In Glossis Paluemonis ORCINVS definitur, *mortuo manumissus.* Vetus Glossarium Graecum: ἀπελεύθεροι τοῦ τεθνεῶτος, οὓς χαρωνικοὺς λέγουσιν ἀπελευθέρους. *Liberti eius, qui mortuus est, quos vocant libertos Charonianos seu* ORCINOS. Inde est, vt Vlpianus ait, statuliberum ea conditione esse, siue alienetur, siue vsucapiatur, siue manumittatur, non perdat spem ORCINI liberti: *l. 2. D. de statulib.* Obtingente enim eius conditione vel die, in quam statutam et destinatam libertatem habet, in libertatem eripitur, et tamquam testamento manumissus testatoris libertus efficitur. Praeterea, qui ob necem detectam domini praemium libertatis consequitur, fie ORCINVS libertus: *l. 5. D. qui sine manumiss.* Sed et qui ex SC. Rubriano ad libertatem peruenit, ORCINVS libertus efficitur: *l. 3. D. de legit. tut.* Quin etiam si is, cui seruus legatus est, rogatus manumittere, latitet, ORCINVS fiet libertus: *l. 49. D. de fideicomm. libert.* Hoc amplius si minor viginti quinque annis adierit hereditatem eius: qui libertatem fideicommissam debebat, et in integrum sit restitutus, abstinendi caussa, ex successione seruo libertas perinde competit, atque si ex testamento libertatem consequutus esset. Erit igitur libertus ORCINVS, non eius, qui fideicommissam libertatem debebat. *l. 30. §. 11. sequ. D. de fideic. libert.* ORCINORVM vtique libertorum testator patronus habetur, vt colligitur ex *l. 23. D. de pecul. legat.* Hi ORCINI liberti testatoris funus pileati sequebantur, et ad eos pertinent, quae scribit Dionys. Halicarn. *Lib. IV. p. 228. sequ.*

ORD.

ORDINARE, instituere, conficere, componere. ORDINATA liberali caussa: *l. 24. D. de liber. caus.* caussa criminis ORDINATA, id est, inscriptionibus depositis, et fideiussore, de exercenda lite praestito: *l. 1. C. ad SC. Turpill.* Duos codicillos ORDINASSE: *l. 3. C. de codicill.* Curator ORDINATVS: *l. 12. C. qui dar. tut. vel curat. poss.* Qui suprema iudicia suo quoque modo ORDINASSENT: *l. 1. D. de bon. possess. ex test. milit.* Quintil. *Lib. VI. Cap. 4. Et primipilaris ei testamento suaderet*, ORDINARE *suprema iudicia.* Idem *Decl. CCCXXXII. Ita supremas tabulas* ORDINAVIT, *vt aduersus me dicere vellet.* postremis iudiciis ORDINANDIS: *l. 15. C. de testam.* Si suum sollemniter ORDINAVit iudicium: *l. 4. C. qui testam. fac. poss.* Post ORDINATVM liberale iudicium: *l. 25. §. 1. D. de liber. caus.* ORDINATO liberali iodicio: *l. 24. §. 1. D. eod.* Festus in verbo *contestari*: ORDINATO *iudicio.* Quintilian. *Declam. XXV. Illa enim forte duo iudicia* ORDINATA *sunt.* Si libelli inscriptionum legitime ORDINATI non fuerint: *l. 3. §. 1. D. de accusat.* id est, concepti, compositi. An lis ORDINATA sit: *l. 24. D. de liber. caus.* Propter litem inofficiosi testamenti ORDINANDAM: *l. 26. §. vlt. D. de test. tut.* Litis ORDINANDAE gratia: *l. 8. §. 1. D. de inoffic. testam.* Lite ORDINATA: *l. 12. D. de re iudic.* In lite ORDINANDA: Cic. *Lib. II. de Orat.* [ORDINARE opus nouum, id est, condere, incipere, inchoare: *l. 3. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*] Post rem inofficiosi ORDINATAM: *l. 8. §. 1. D. de inoff. testam.* Titius quum suprema sua ORDINARET: *l. 25. §. 1. D. de lib. et postum. l. 39. D. de pignorat. act.* In supremis ORDINANDIS: *l. 36. §. 2. D. de re milit.* ORDINARE testamentum, id est, facere, vel condere. Quum testamentum inique ORDINARET: *l. 5. D. de inoffic. testam.* Quum ipsa die: qua Titius ORDINARET testamentum in ciuitate: *l. 25. §. vlt. D. de lib. et postum.* Quando testamentum ORDINAVIT: *l. 2. C. qui testam. fac. poss.* Inter cetera, quae, ad ORDINANDA testamenta necessaria desiderantur: *l. 30. D. de lib. et postum.* In ORDINANDIS testamentis: *pr. Inst. de milit. test. §. vlt. Inst. per quas pers. cuiqu. adquir. rubr. Inst. de testam. ordin.* Decedens, testamento ORDINATO: *l. 12. D. de iur. patron.* Seneca *Lib. IV. de benef. Cap. 11. Quid quum in ipso vitae fine constituti sumus, quum testamentum* ORDINAMVS? Tertull. *Lib. V. adu. Marcion. Cap. 4. Testamentum hominis nemo spernit, aut* SVPERORDINAT. Tutores vel curatores ORDINATI: *l. 24. C. de administr. tut. vel curat.* Tutores ORDINARI: *l. 6. C. Theod. ad SC. Tertull. l. 6. C. in quib. caus. pign. vel hypoth.*

ORDINARIVS, A, VM, quod ordine fit, vel ex ordine est: vt *l. 33. §. 2. D. de procurat.* ORDINARIA actio: *l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr.* ORDINARIA actione experiri: *l. 155. §. 2. D. de reg. iur.* ORDINARIA bonorum possessio: *l. 5. §. 3. D. de legat. praest. l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict.* vbi ORDINARIA opponitur Carbonianae, quae extraordinaria est. ORDINARIVS consul, ad differentiam suffecti. Lamprid. *in Alex. Cap. VI. Consules, quoscumque vel* ORDINARIOS, *vel suffectos, creauit, ex senatus sententia nominauit.* *ORDINARIVM* etiam *consulatum* dixit Sueton. *in Galba Cap. VI.* et *in Domitian. Cap. II.* [ORDINARIVM est: *l. 19. C. ad leg. Corn. de fals.*] Extraordinariae persequutiones, vt puta fideicommissorum, et si qua alia sunt, quae non habent iuris ORDINARIAM exsequutionem: *l. 178. §. 2. D. de verb. signific.* ORDINARIVS iudex, Iustinianus *Nouell. CXII. Cap. III.* κελεύομεν γὰρ, τοὺς ὀρδιναρίους δικαστὰς, ἤγουν τοὺς ἐμβάθμους, μὴ μόνον τῶν κηρύκων φωναῖς. κ. τ. λ. *Iubemus enim* ORDINARIOS *iudices*, (qui et *embathmi*,) *non solum praeconum vocibus*, cet. Ac plane Constant. Harmenop. *Lib. I. Cap. 4.* iudices ORDINARIOS ἐμβάθμους δικαστὰς, eorumque iurisdictionem ἔμβαθμον ἀρχὴν adpellat. Iustinianus *Nouell. XX. Cap. 3.* Ἡνίκα μόνον τὸ τῆς ἀρχῆς τῆς καλουμένης ΟΡΔΙΝΑΡΙΑΣ εἶχε σχῆμα. *Dum solum administrationis* ORDINARIAE *haberet schema.* [Et sic ORDINARII iudices in *l. 6. C. Theod. de offic. Rect. prouinc. Lib. I. tit. 7. l. 5. C. Theod. de proxim.*

ORD.

iudicauerint: *l. 19. C. de adpell.* Prolatam a praetore sententiam contra solitum iudiciorum ORDINEM: *l. 4. C. de sentent. et interloqu.* Vt caussa agatur secundum ORDINEM iuris: *l. 1. C. de lib. causs.* Valer. Max. *Lib. III. Cap. 2.* *Quoniam censul, dum iuris ORDINEM sequitur, id agit, vt imperium Romanum coronet.* Si ciuile ius et legum ORDINEM intuemur: *l. 31. D. deposit.* [Secundum legum ORDINEM ad successionem aliquis vocari: *l. 3. C. de incest. et inutil. nupt. l. 6. C. Theodos. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] Turbato ORDINE mortalitatis: *l. 15. D. de inoffic. test.* Nullo circa eum nouo facto, sed ORDINE quodam naturali nactus est potestatem: *l. 28. §. 1. D. de lib. et posthum.* Ex ORDINE occurrit actio: *l. 1. D. de fideic. hered. petit.* Restitutae possessionis ORDO aut Interdicto expeditur, aut per actionem: *l. 1. §. 4. D. vti possid.* Vt sit ORDO aliquis postulationum: *l. 9. §. D. de offic. proconf.* [Ex ORDINE postulari: *l. 10. §. 1. C. de fideiussor.*] ORDO exercendorum publicorum capitalium: *l. 8. D. de public. iudic.* ORDO rei gestae: *l. 3. C. de exsequ. rei iudic.* Eum rei gestae ORDINEM futurum: *l. 3. §. vlt. D. de don. inter vir. et vxor.* Secundum ORDINEM rei gestae: *l. 27. D. de pact. dotal.* ORDO scripturae. *l. 24 §. 17. D. de fideic. libert. l. 1. l. 6. D. de solution. l. 77. §. 10. D. de legat. II. l. 2. §. 4. D. de vulg. et pupill. substit.* ORDO dicendarum sententiarum · *l. 2. D. de decurion.* Is ORDO erit sequendus, quem Iulianus ostendit: *l. 1. §. 1. D. si quis omiss.* Praetor eum ORDINEM sequutus, quem et XII. Tabulae sequutae sunt: *l. 1. D. si tab. test. null. exstab.* Quis ORDO in possessionibus seruetur *rubric. D. quis ord. in poss. seru.* In disponenda quaestione hic ORDO seruatur: Paull. *Lib. III tit. 5. §. 11.* Seruato ORDINE: *l. 1. C. de exsequut. rei iudic.* ORDINE suo legationem suscipere: *l. 13. D. de legation.* Lite suo ORDINE apud iudicem peragenda: *l. 30. D. de recept. arbitr.* Suo ORDINE: *l. 1. §. 11. D. de success. edict.* Qui ORDINE vocantur: *l. 4. §. 5. D. de legation.* id est, suo loco, vel ordinatim, vt loquitur Seru. Sulpicius apud Ciceron. *Lib. IV. ad famil. Epist. 5.*

¶. 2. ORDO etiam gradum dignitatis significat. Amplissimum ORDINEM senatum dici, supra *Lib. I.* docui. Vt ORDINVM dignitas familiarumque salua fit: *l. 1. §. 13. D. de ventr. inspic.* Massurius Sabinus in equestri ORDINE fuit: *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* ORDO inferior et superior: *l. 4. D. de senatorib.* [ORDO inferior: *l. 10. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.* id est, militaris.] Qui ius anulorum impetrauit, in ORDINEM ingenuorum transit: *l. 44. D. de excusat.* [ORDINES locorum: *l. 1. C. Theod. fin. regund. Lib. II. tit. 26.*] Mancipiorum quoque ORDO dicitur. Sufficienter alere, et vestire debet, secundum ORDINEM et dignitatem mancipiorum: *l. 15. §. 2. D. de vsufruct.* id est, secundum conditionem et qualitatem ministerii, quod in familia exhibuit. [ORDO et gradus presbyterorum: *l. 10. C. Theod. de fid. test. Lib. XI. tit. 39*] Caecus ORDINEM senatorium retinet: *l. 1. §. 5. D. de postul.* Si quis in senatorio ORDINE agens: *l. 27. D. de rit. nupt.* ORDO senatorius: *l. 23. D. ad municipal.* Vtriusque ORDINIS viri. *l. 1. C. de sent. pass. et restitut.*

¶. 3. [ORDO, absolute positus, ordinem decurionum notat. *l. 9. C. de episc. audient. l. 6. l. 14. l. 37. l. 42. l. 47. l. 66. et passim C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* ORDINES ciuitatum: *l. 29. l. 50. l. 65. l. 110. l. 133. l. 158. l. 168. l. 175. C. Theod. eod. tit.* ORDINES curiarum: *l. 66. l. 249. C. Theod. eod. tit.* ORDINES curiales: *l. 80. l. 121. C. Theod. eod. tit.* ORDINES decuriarum: *l. 1. C. Theod. de lucr. officior. Lib. VIII. tit. 9.* ORDINES municipales: *l. 180. C. Theod. de decurion. l. 2. C. Theod. de quaestion. Lib. IX. tit. 35.* oppidanei: *l. 47. C. Theod. de decurion.* ORDINES patriae: *l. 79. C. Theod. eod. tit.* ORDINIS viri, id est curiales: *l. 46. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* ORDINES vrbium. *l. 2. C. Theod. quod prob. deb. ad quamc. milit. ven. Lib. VII. tit. 2.*]

ORI.

ORIENS, modo pro parte orbis, cui proprius praefectus praetorio attributus erat, modo pro dioecesi, quae prouincias quindecim continebat, *Palaestinam* nimirum, *Phoenicen*, *Syriam*, *Cyprum*, *Ciliciam*, *Palaestinam secundam*, *Palaestinam salutarem*, *Phoenicen Libani*, *Euphratensem*, *Syriam salutarem*, *Osroenam*, *Mesopotamiam*, *Ciliciam secundam*, *Isauriam*, *Arabiam*. Quamquam Guill. Tyrius ORIENTEM, ex veterum auctoritate *Antiochiam dioecesin* adpellare se scribat *Libro III. de bello sacro Cap. 18.* Supra dictae autem prouinciae omnes sub dispositione viri spectabilis, Comitis ORIENTIS erant, vt ex *Notitia Imp.* patet. Cuius Comitis curae *Seleucena classis* mandata vulgo legitur, *l. vn. C. de classic. Lib. X.* Quo in loco mendum esse, me scripti Codicis Iustinianei libri, et impressus Theodosii Codex docuerunt, in quibus longe rectius scriptum est: *ad auxilium purgandi orontis.*

ORIGINALIS, E. [ORIGINALIS dicitur, qui ipsa natiuitate, seu origine sua conditioni alicui adstrictus est. Sic: conditio ORIGINALIS: *l. 14. C. Theod. de priuil. eor. qui in sacr. palat. milit. Lib. VI. tit. 35.* ORIGINALES coloni: *l. 14. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1. l. vn. C. Theod. de inquilin. Lib. V. tit. 10. l. 4. C. de agric. et mancip. domin. Lib. XI. tit. 67.* de quibus Iac. Gothofredus *Paratitl. ad tit. C. Theod. de fugit. colon. Lib. V. tit. 9.* ORIGINALES curiales: *l. 13. l. 96. C. Theod. de decur. Lib. XII. tit. 1.* ORIGINALIS leuamentarius: *l. 1. C. Theod. de nauicul. Lib. XIII. tit. 5.* qui parentes habuit leuamentarios. Consanguinei et ORIGINALES suariorum: *l. 5. C. Theod. de suar. pecuar. Lib. XIV. tit. 4.* id est, filii atque posteri, qui sanguinis et originis iure suariae functioni tenentur, seu, vt *l. 7. C. Theod. eod. tit.* loquitur, quos successio generis ad eam functionem adstringit. ORIGINALIA vincula. *l. 82. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

ORIGINARIVS, A, VM. Sic: ORIGINARIA: *l. 7. C. de murileg. et gynaeciar. Lib. XI. tit. 7.* Quae lex ex *l. 10. C. Theod. eod. tit.* sumta est, truncatis tamen a Triboniano verbis, quibus SC. Claudiani mentio fiebat, quod

honorum dignitatumque insignia, sine re, conferuntur. Qualia erant ORNAMENTA *consularia, triumphalia, duumuiralia, quatuoruiralia.* Quin et *principalia* ORNAMENTA ab Imperatoribus data legimus, apud Lamprid. *in Elegab. Cap. VI.* Dabantur porro illa non modo viris, sed et feminis. Vlpianus: *Speciosas personas accipere debemus clarissimas vtriusque sexus, item eorum, qui* ORNAMENTIS *senatoriis vtuntur. l. 100. D. de verb. signif.* Quin et personis vilissimis concessa esse talia ORNAMENTA ab Elagabalo, obseruant Lamprid. *ibid.* et Dio Cass. *in Excerpt. Peiresc. p. 766.* Quumque alias feminae, nuptae prius viris consularibus, et postea in inferioris conditionis virorum toros concedentes, prioris matrimonii dignitate exciderent; *l. 8. D. de senator.* aliquando tamen impetrabant a Principe, vt manerent in consulari dignitate, velut Antoninum Caracallam id Iuliae Mammaeae, consobrinae suae indulsisse, testatur Vlpianus. *l. 12. D. eod. tit.* Lucilliam quoque, L. Veri viduam, amisso viro principe, Pomponio, priuato, nuptam, sellam Imperatoriam, aliosque honores, Commodi Imperatoris indulgentia retinuisse, testis est Herodianus *Lib. I. Histor. Cap. 20.* HEIN.

ORNARE, ornatius ac speciosius reddere. Sic: ORNARE *capillos*, dixit Ouid. *Lib. I. Amor. eleg. 14.* et *caput* EXORNARE. *Lib. II. Amor. eleg. 7.* Quae ORNANDI corporis caussa parantur: *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. legat.* ORNATA iumenta: *l. 38. D. de Aedilit. edict.* id est, instrata, et fraenis ephippiisque instructa, vt ORNATI *asini* et *clitellarii* sunt apud Caton. *de re rustic. Cap. X.* ORNANDI municipii caussa positae statuae: *l. 29. D. de reb. auct. iud. poss.* Si qua sepulcri ORNANDI caussa composita sont: *l. 11. §. 2. D. quod vi aut clam.* Voluptariae impensae speciem dumtaxat ORNANT. *l. 79. D. de verb. signif.*

ORNATRIX. Ita vocabatur ancilla, quae matronis comendis deseruiebat, eisque ministerium in capillis disponendis, digerendis, crispandis, ac torquendis exhibebat. *l. 65. §. 3. D. de legat. III.* Id obsequium officiumque ita describit Ouid. *Lib. II. Amor. Eleg. 7.*

Ecce tuum sollers caput exornare Cypassis.

Et mox:

Adde, quod ornandis operosa est illa capillis,
Et tibi per doctas grata ministra manus.

Rursusque *Eleg. VIII.*

Ponendis in mille modos perfecta capillis,
Comere sed solas digna Cypassi deas.

Praeter hanc Cypassidem aliam quoque ORNATRICEM, Napen, memorat idem Ouid. *Lib. I. Amor. Eleg. II.* his versibus:

Colligere incertos, et in ordine ponere crines
Docta, neque ancillas inter habenda Nape.

Ibidem *Lib. I. Amor. eleg. 14.* de capillis amicae suae agens:

Non acus abrupit, non vallum pectinis illos,
ORNATRIX tuto corpore semper erat.

Et mox:

Ante meos oculos saepe est ORNATA.

Sueton. *in Claud. Cap. XL. Inducta teste in senatu: Haec, inquit, matris meae liberta et* ORNATRIX *fuit.* Macrob. *Lib. II. Saturn. Cap. 5. Eadem Iulia mature habere coeperat canos, quos legere secreto solebat. Subitus interuentus patris aliquando oppressit* ORNATRICES. Exstat in lapide quodam Romae inscriptio huiusmodi: CINERIBVS CAMILLAE ALPIONILLAE QVIRITAE ORNATRICI. Ad has ORNATRICES pertinent etiam haec Clementis Alex. *Lib. III. Paedag. Cap. 4. p. 229.* verba: Κομμῶται δὲ καὶ κομμώτριαι περὶ τὰς γυναῖκας ἀμφιπολεύουσιν· αἱ μὲν τὰ κάτοπτρα· αἱ δὲ τοὺς κεκρυφάλους· ἄλλαι τοὺς κτένας. ORNATORES *autem et* ORNATRICES *mulieribus ornandis deseruiunt, et hae quidem speculis, illae autem vittis, aliae vero praesunt pectinibus.* [De ORNATRICIBVS plura Io. a Wouweren ad illud Petronii: *Dic, Chrysis, numquid indecens sum? numquid incomta? in Not. p. 472 seq.* Taubmann. *in Plauti Mostellar. Act. I. scen. 3. v. 97.*] Sed magis operae pretium fuerit, legisse, quae de ORNATRICIBVS et cosmetis plena manu ferunt Laur. Pignor. *de seru. et eor. apud veteres condit. p. 191. sequ.* edit. Patauinae, et Thom. Reines. *Comm. ad Inscript. p. 214. et seq.* HEIN.

ORNATVS, VS. Ad ORNATVM ciuitatis pertinet, quod ad instruendum forum, theatrum, stadium, legatum fuerit: *l. 122. D. de legat. I.* Colores, picturas, marmora, sigilla, et si quid ad domus ORNATVM: *l. 3. §. 7. D. de vsufr.* Imagines, quae in aliquo ORNATV villae fuerunt. *l. 12. §. 36. D. de instruct. vel instr. legat.*

ORO.

ORONTES. *l. vn. C. Theod. de class.* Syriae amnis, qui inter Libanum et Antilibanum iuxta Heliopolin nascitur, teste Plinio *Lib. II. Hist. nat. Cap. 103.* et *Lib. V. Cap. 21. 22.* De quo flumine Strabo *Lib. VI. p. 422. edit. nouiss.* Καθάπερ Ὀρόντης ἐν τῇ Συρίᾳ, καταδὺς εἰς τὸ μεταξὺ χάσμα Ἀπαμείας καὶ Ἀντιοχείας, ὃ καλοῦσι χάρυβδιν, ἀνατέλλει πάλιν ἐν μ σταδίοις· τὰ δὲ παραπλήσια καὶ ὁ Τίγρις ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ καὶ ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ, μικρὸν πρὸ τῶν πηγῶν· τὸ δὲ περὶ Στύμφαλον ὕδωρ ἐπὶ σ. σταδίους ὑπὸ γῆς ἐνεχθὲν ἐν τῇ Ἀργείᾳ τὸν Ἐρασῖνον ἐκδίδωσι ποταμόν. *Quemadmodum* ORONTES *in Syria hiatu, qui est inter Apameam et Antiochiam, ac dicitur Charybdis, absorptus, post quadraginta stadia rursum emergit. Idem Tygri in Mesopotamia; et in Africa Nilo non procul a fontibus accidit, et aqua apud Stymphalum in Agro Archiuo, infra terram ad ducenta stadia labens, Erasinum edit amnem.* Idem rursus *Lib. XVI. Geograph. p. 1090.* Ῥεῖ δὲ τῆς πόλεως πλησίον Ὀρόντης ποταμός. Οὗτος δ' ἐκ τῆς κοίλης Συρίας τὰς ἀρχὰς ἔχων, εἶθ' ὑπὸ γῆν ἐνεχθεὶς, ἀναδίδωσι πάλιν τὸ ῥεῦμα, καὶ διὰ τῆς Ἀπαμέων εἰς τὴν Ἀντιόχειαν προελθὼν πλησιάσας τῇ πόλει, πρὸς τὴν θάλατταν καταφέρεται τὴν κατὰ Σελεύκειαν· τὸ δ' ὄνομα ἀπὸ τοῦ γεφυρώσαντος αὐτὸν Ὀρόντου μετέλαβε, καλούμενος πρότερον Τυφῶν. *Prope urbem Oron-*

tes

tet labitur, qui in Colesyria ortus, postea sub ter-
ram demersus, iterum emergit, et per Axamiensem
agrum, et ad Antiochiam procedens, in mare, Se-
leuciae proximum exit. Is, quum prius Typhon
diceretur, mutato nomine, ab illo, qui in eo pon-
tem fecit, Orantes est adpellatus. Eous ORONTEI
adpellatur a Statio Papinio *Lib. IV. Silu. 7. v. 46.*
Guill. Tyrius *Lib. IV. de bello sacro Cap. 8. p. 685.*
Fluuius, inquit, *cui pons superimpositus est prae-*
dictus, ORONTEI *adpellatur, verbo vulgari Fer*
dictus, qui ab eo loca secus Antiochiam defluens,
inde ad mare descendit. Meminit huius fluuii idem
auctor *Lib. IV. Cap. 10.* et *Cap. 12.* Quae quum re-
cta sit huius amnis adpellatio: magna inscitia et in
ipso nomine, et in nominis notatione erratum quan-
doque legimus. Magna in hoc verbo Hegesippi in-
scitia arguitur, qui ORIENTEM hunc fluuium ad-
pellari, adseuerare non dubitat. Sic enim ille *Li-*
bro III. Cap. 5. de Antiochia loquens: *Fluuius*, ait,
eam medius intersecat, qui a solis ortu oriens, non
longe ab vrbe in mare conditur, quem de originis
suae tractu ORIENTEM *veteres adpellauere, vt*
vulgo putetur nomen locis dedisse, quum inde acce-
perit. Cuius fluentis ipso impetu frigidioribus et
Zephyris adsidue per ea locorum spirantibus tota ci-
uitas momentis prope omnibus refrigeratur, vt
ORIENTIS *in partibus* ORIENTEM *abscon-*
dit. Intus dulces aquae, foris finitimum nemus,
intextum cupressis crebris, fontes aquis vberet,
Daphnen vocant, quod numquam deponat virdita-
tem. Frequens et laetior populus, vt plerique O-
rientis, facetiorque prope omnibus sed propior la-
sciuiae.

ORP.

ORPHANOTROPHIVM, *l. 16. l. pen. pr. C. de sacros. eccles. et in l. 34. C. de*
episc. et cleric. Significar locum, in quo filii orbi
et parentibus orbati aluntur.

ORPHANOTROPHVS, qui
proponitur orphanis nutriendis, tamquam tutor,
seu curator minorum, secundum Imperatorem, in
l. 30. l. 34. C. de Episc. et Cler. Vetus Glossarium:
ORPHANOTROPHVS *est orphanorum et pu-*
pillorum tutor, et adolescentium curator, qui eos
parentibus et facultatibus destitutos suscipit edu-
candos.

ORPHITIANVM Senatusconsul-
tum, Orphito et Ruffo Coss. factum diui Marci tem-
poribus, vt testis est Iustinianus, *pr. Inst. de SC.*
Orphitian. Eius SC. auctorem fuisse D. Marcum,
oratione in senatu recitata, indicat Caius, *l. 9. D.*
ad SC. Trebell. Sacratissimi, inquiens, *Impera-*
toris nostri oratione cauetur, vt matris intestatae
hereditas ad liberos, tametsi in aliena potestate erunt,
pertineat. Vlpianus vero *tit. XXVI. §. 7.* D.
Marco socium adhibet Commodum filium. Ait
enim: *Sed postea Imperatorum Antonini et Com-*
modi oratione, in Senatu recitata, id actum est, vt
sine in manum conuentione matrum legitimae heredi-
tates ad filios pertineant, exclusis consanguineis et
reliquis adgnatis. Hoc autem SC. effectum, vt
liberi ad bona matrum intestatarum admitterentur,

ait Iustinianus *pr. Inst. de SC. Orphitiano*, idemque
ex *toto tit. C. de SC. Orphit.* adparet. Huc et illa
pertinent: Siue ingenua, siue libertina mater est,
admitti possunt liberi ad hereditatem eius ex SC.
ORPHITIANO: *l. 1. D. ad SC. Tertullian.* Qui
ex ORPHITIANO ad legitimam hereditatem ad-
mittantur: *l. 2. §. vlt. D. vnde legitim.* Si legitima
hereditas filio delata sit ex SC. ORPHITIANO: *l.*
6. D. de adquir. vel omitt. hered. Vtero quoque
exsecto editum matris suae bonorum possessionem
SC. Orphitiani beneficio ex capite, vnde legitimi,
accipere posse, ait Vlpianus, *l. 1. §. 9. D. vnde co-*
gnat. ¶. 2. Aliud SC. ORPHITIANI
caput prodit Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 14. §. 1.* his
verbis: *Quum autem* ita manumiserit: *obsonatorem,*
vel qui ex ancilla illa nascitur, liberum esse volo:
ex ORPICIANO *SCo perinde libertas competit, ac*
si nominatim data sit. At probabilius est, diuer-
sum hoc fuisse SCum ab illo priore, quod cum ma-
numissionibus nihil videtur commune habuisse. Ita
sane contra Guill. Ranchinum *de succession. ab intest.*
§. V. n. 2. censet Ant. Schulting. *iurispr. vet. ante-*
iustin. p. 427. HEIN.

ORT.

ORTHODOXVS, ait Isidorus
Lib. VIII. Orig. Cap. vlt. est recte credens. Ὀρθῶς
enim Graece recte dicitur: δόξα *gloria: hoc est, vir*
rectae gloriae, quo nomine non potest vocari, qui
aliter viuit, quam credit. ORTHODOXA eccle-
sia: *l. 14. C. de sacros. eccles.* ORTHODOXA re-
ligio. *l. 12. l. 15. C. eod. tit.*

[ORTVS, VS, Primordium, origo.
ORTVS imperii: *l. 7. in fine l. vlt. C.* de feriis. *l. 21.*
C. Theod. de episc. et cler. Lib. XVI. tit. 2.]

OS.

OS, ORIS: Non in homines modo,
sed et in bruta animalia, vox haec cadit. Sic: Ex
eo, quod auibus ex ORE cecidisset: *l. 40. §. 3. D.*
de contr. emt. In plerisque libris non est *ex* ORE,
sed *ex aere.* At constructio verbi *cecidisset* magis
priorem, quam posteriorem lectionem exigere
videtur. Quid enim hoc est; *Aut ex eo, quod*
auibus ex aere cecidisset nisi mera stribiligo? Contra
rectissime dicitur: *Quod auribus ex* ORE *excidisset.*
HEIN. OS alicui olere, ex illuuie ORIS accide-
re solet: *l. 12. §. vlt. D. de Aedilit. edict.* OS ali-
cui percussum. *l. 7. §. vlt. D. de iniur.*

OS, OSSIS. OSSA hominis condi-
ta: *l. 2. §. 5. D. de religios.* OSSA quae ab alio
illata sunt. *l. 8. D. eod tit.*

OSC.

OSCVLVM. [OSCVLO interue-
niente, vel non interueniente in sponsalibus. *l. 16.*
C. de donat. ante nupt. l. 5. C. Theod. eod. tit. Lib.
III. tit. 5. ¶. 2. OSCVLVM etiam in
salutationibus magistratuum adhibebatur. *l. 109. C.*
Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. de quo OSCV-
LI honore agit etiam *l. 4. C. Theod. de domest. et*
protect. Lib. VI. tit. 24. l. 1. C. Iust. eod tit. Lib. XII.

tit. 17. et Iac. Gothofred. *ad d. l.* 4. *de domest.*

OSI.

ΟΣΙΑ. Ὀσίας χάριν apud Modestinum, in l. 2. *D. qui pet. tut.* idem est, ac defunctorie, vt loquitur *l.* 2. *§.* 32. *D. ad SC. Tertull.* quod vulgo dicimus *par maniere d'acquit.* At apud Dionem *Lib.* XXXVII. ὁσίας ἕνεκα, est *seruandae consuetudinis caussa*, seu, vt loquitur Gellius *Lib. IV. Cap.* 18. *veteris moris vsurpandi gratia.*

OSP.

OSPRATVRA, apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur. *l. vlt. §.* 19. *D. de mun. et hon.* OSPRATVRAM autem quidam non male *minutarum frugum et leguminum coemtionem* interpretantur. Enimuero quum hoc vocabulum nec alibi occurrat, nec analogiae conueniat: nescio, an magis probanda sit diuinatio Io. Brodaei *Miscell. Lib. X. Cap.* 20. pro OSPRATVRA legentis OSPRIONIA. OSPRATVRA, inquit, *in pandectis Pisanis excusum offendi, a quibus recedere, quum res ita poscit., piaculum non est.* Est autem OSPRIONIA ἀπὸ τῶ ὀσπρίε, *a legumine* et verbo ὠνεῖσθαι, *coemere*, adeoque *leguminum coemtionem* significat. HEIN.

OSR.

OSRHOENA, prouincia Orientis, cuius fit mentio *l.* 10. *C. de aedif. priuat. l.* 5. *C. de cohortal. Lib. XII. et in l.* 8. *C. de fund. patrim. Lib. XI.* Quibus omnibus in locis huius verbi scriptura mendo non caret. Regebatur vero per ducem, vt ex *Notitia Imperii Romani* patet.

OSS.

OSSVRIA, AE, pro loculo, in quo hominis ossa condita sunt. *l.* 2. *D. de sepulcr. viol.* OSSVARIA probum est, quamuis in marmoribus frequentius OSSARIVM, genere neutro, et omissa littera V. Reinef. Inscript. *Class. XIX.* 24. Spon *Miscell. p.* 290. OSSVARIVS enim, et OSSARIVS sunt adiectiua, et sic apud Vlpianum *d. l.* 2. *D. de sepulcr. viol* subaudiendum est substantiuum OLLA. Ita enim OLLA OSSVARIA est apud Gruter. *Inscript. p. DCXVI.* OSSVA pro OSSA reperias in lapide apud Vignol. *de columna Antonini p.* 225. Adde de hac voce pluribus disserentes Cuiac. *Lib. X. Obs. Cap.* 37. et Ducker. *de Latinit. vet. iuritc. p.* 423. HEIN.

OST.

OSTENDERE, monstrare, demonstrare et declarare est. Sic OSTENDIMVS: *l.* 4. *§. vlt. D. de hered. inst. l.* 4. *D. de fideiuss. tut.* Constitutionibus, quibus ostenditur; *l.* 33. *D. de oblig. et action.* Cuius species, vel quantitas aut nomine suo; aut ea demonstratione, quae nominis vice fungitur, qualis quantaque sit OSTENDITVR: *l.* 6. *D. de reb. credit.* Nihil refert, proprio nomine res adpelletur, an digito OSTENDATVR: *ibid.* Multa exempla OSTENDVNT: *l.* 29. *D. de nouation.* Ordo, quem Iulianus OSTENDIT: *l.* 6. *§.* 1. *D. si quis omiss. causs. testam.* Hac demonstratione MEVM, praesens, non futurum tempus OSTENOIT: *l.* 7. *D. de aur. arg. legat.* Verba OSTENDVNT: *l.* 3. *§.* 1. *D. de sepulcr. viol.* ¶. 2. OSTENDERE etiam est docere et probare: *l.* 3. *§.* 1. *D. ad exhib. l.* 2. *§.* 1. *D. de dol. mal. et met. except. l.* 16. *§. vlt. D. de manumiss. vindict. l.* 24. *§. vlt. D. de fideic. libert.* Vt in his argumentis, quae relata essent, OSTENDITVR: *l.* 95. *D. de legat. III.* Apud quos crimen contractum OSTENDITVR; *l. vlt. D. de accusat.* Si legatarius OSTENDERIT: *l.* 40. *D. de manum. test.* Si apud praesidem prouinciae euidentibus probationibus OSTENDERITIS: *l.* 6. *C. solut. matr.* Euidentissimis probationibus OSTENDERE: *l.* 25. *§. vlt. D. de probat.* Nisi si euidentissimis probationibus possit OSTENDERE: *l.* 45. *D. de heredit. petit. l.* 6. *D. de condit. causs. dat.* Si euidentissimis probationibus OSTENOATVR: *l.* 34. *§.* 3. *D. de legat. I.* Vt hoc ita subsequutum esse, legitimis probationibus OSTENDATVR: *l.* 40 *D. de testam. milit.* In eam quantitatem, quam manifestis probationibus creditor sibi adhuc deberi, OSTENDERIT: *l.* 24. *D. de probat.* Nisi OSTENDATVR, testatorem respexisse: *l.* 18. *D. de ann. legat.* Personae, per quas veritatem possit OSTENDERE; *l.* 6. *§.* 2. *C. de adpell.* Nisi si quam maiorem vtilitatem suam aduersarius OSTENDAT. *l.* 1. *§. vlt. D. de riu.*

[OSTENTARE. Ex quo eos splendor indepti proximatus OSTENTAT: *l.* 4. *C. Theod. de proxim. comit. dispos. Lib. VI. tit.* 26. pro quo *ostendat* habet *l.* 1. *C. Iust. de prax. sacr. scrin. Lib. XII. tit.* 19.]

[OSTENTATIO. Dolor in funeribus, non pompa exsequiarum, nec OSTENTATIO esse debet. *l.* 5. *in fine C. Theod. de sepulcr. viol. Lib. IX. tit.* 17.]

OSTENTVM, Labeo definit, omne contra naturam cuiusque rei genitum factumque. *l.* 38. *D. de verb. signif.* ibidemque duo esse genera OSTENTORVM Vlpianus tradit. Origo huius vocis a Cicerone *Lib. II. de Nat. Deor. Cap.* 3. his verbis demonstratur: *Praedictiones vero et persuasiones rerum futurarum, quid aliud declarant, nisi hominibus ea, quae sint, ostendi, monstrari, portendi, praedici?* Ex quo illa OSTENTA, monstra, portenta, prodigia dicuntur. Festus *Lib. XIII.* OSTENTVM, *quo nunc vtimur prodigii vice.* Idque ab ostendendo dictum esse, idem *Libro XI.* in voce *monstrum*, scribit. Noo Marcellus: *Monstra et* OSTENTA *similiter intelliguntur, quod imminentia monstrent, et ostendant.* Porro, quid inter *monstrum*, OSTENTVM, *portentum* et *prodigium* intersit, vide Fest. *Lib. XIV.* in verbo portentum, Nonium Marcell. in verbo monstrum, et Isidor. *Lib. II. different.*

[OSTIARIVS, *l.* 24. *C. Theod. et l.* 6. *C. Iust. de episc. et cler.* Erant hi ecclesiae ministri, ὑπηρέται, quorum in eo consistebat officium, vt fores ecclesiarum custodirent, ne forte pagani simul intrarent, et ex Christianorum synaxibus occasionem calumniandi adriperent. Eorum iam fit mentio in *Concil. Laodic. Can. XXI. et XXIV.* Vide Ziegler.

Ziegler. *de diacon. et diaconiss. Cap. I. §. 6. sequ.* HEIN. ¶. 2. OSTIARII etiam serui, forium custodes, quorum fit mentio *l. 61. D. de legat. III. l. 12. §. 9. et §. 42. D. de instruct. et instrum. legat.* Hi plerumque in cellula prope fores etiam canati, perinde ac canes excubabant. Sueton. *de clar. rhetor. Cap. III. L. Ottacilius Pelitus seruiisse dicitur, atque etiam* OSTIARIVS *veteri more in catena fuisse.* Ouid. *Lib. I. Amor. Eleg. 6.*

Ianitor, indigne dura religate catena.

Addi de iis possunt Petr. Faber *Lib. II. Semestr. Cap. 12.* Brodaeus *Lib. III. Miscell. Cap. 3.* Sagittar. *de ian. vet. Cap. XVI.* Laur. Pignor. *de seru. p. 216.* HEIN.

OSTIVM, introitus aedium. Τὰς θύρας Aristophanis Scholiastes in Plut. Latine OSTIA dici tradit, *παρὰ τὸ ἔξωθεν ἐπερχομένων.* Si OSTIVM auellat, vel effringat: *l. 11. §. 2. D. quod vi aut clam.* Habitator in aliena aedificia OSTIA imposuit. *l. 59. D. de rei vindic.*

¶. 2. OSTIVM fluminis, vbi nimirum illud se in aliud flumen, vel in mare praecipitat. *l. 13. §. 1. D. locat.*

OTI.

OTIOSVS, A, VM, notae significationis vocabulum. At iurisconsultis OTIOSVM dicitur, quidquid vel locrum non fert, vel vnde ad publicum nihil redit. [OTIOSIS aedium cultibus prouincialium patrimonia fortunaeque lacerantur: *l. 15. C. Theod. de cursu publ. Lib. VIII. tit. 5.* OTIOSI mancipatus functioni addicendi: *l. vn. C. Theod. de mancip. Lib. XII. tit. 16.* vbi *otiosi* iidem, qui in *l. 3. C. Theod. de tabular. Lib. VIII. tit. 2.* vocantur *vacantes* et *vacui officio publico l. 3. C. Theod. de naufrag. Lib. XIII. tit. 9.* OTIOSVM et immune patrimonium: *l. 2. C. Theod. de praed. et omn. reb. nauicul. Lib. XI. tit. 2. l. 7. C. Theod. eod. tit. Lib. XIII. tit. 6*] OTIOSA pecunia, quae alias et *vacua*, dicitur ea, quae non occupatur, id est, non exercetur, neque in nomina, vel in emtionem praediorum collocatur. *l. 13. §. vlt. D. de vsur.* Vocatur etiam *sterilis, l. 3. §. 4. D. de contr. tut. et vtil. act.* Plin. *Lib. X. Epist. 62. Pecuniae publicae et exactae sunt, et exiguntur, quae vereor ne* OTIOSAE *iaceant. Nam et praediorum comparandorum aut nulla, aut rarissima occasio est, nec inueniuntur, qui velint debere reipublicae.* Quinctilian. *Declam. CCCXLV. Pecuniam dedi, et ex* OTIOSA *iacente patrimonii parte aliquid numeraui.* Eodem sensu et Graeci ἀργὰ χρήματα vsurpant. Demosthen. contra *Aphob. I. p. 896.* Δεῖ καὶ καθ' ἕκαστον ὑμᾶς ἀκοῦσαι τά τε ἐνεργὰ αὐτῶν, καὶ ὅσα ἦν ἀργά. *Sigillatim autem explicandum nobis est, quae fructuosa vel occupata fuerint, quaequae non fuerint.* Contra OCCVPARI dicitur pecunia, quae exercetur, nominibusque collocatur. Cicero *pro Flacco Cap. XXI. Pecuniam adolescentulo grandi foenore, fiducia tamen accepta occupauisti.* Et paullo post *Cap. XXV. At tum quidem Tralliani quum ipsi graui foenore istam pecuniam multos annos occupauissent;* Idem *in Verr. III. Cap. 72. Praeterea pecunias occupauerat apud populum, syngraphas fecerat.* Columella *Lib. XI. de re rustic. Cap. I. Pecuniam domini neque in pecore, neque in aliis rebus promercalibus occupet.* Auson. *in Gryphi praefat. Atque, vt auidus foenerator, improbum nummum occupare malui, quam condere.* Plaut. *in Epidic. Act. II. scen. 2. v. 113. Occupatum tibi erit argentum.* Donatus hoc verbum etiam ad debitorem, qui foenori accipit, refert. Sic enim in Phorm. *Act. V. scen. 2. v. 15. Dicitur etiam versuram facere, quum minore foenore acceptam pecuniam maiore occupat.*

[OTIVM ciuile, et domestica quies: *l. vn. C. de gladiat. penit. toll. Lib. XI. tit. 43.* pro pacis tempore. OTIVM iam consequutos recipiunt curiae: *l. 45. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* OTIVM diuturnum: *l. 4. C. Theod. fin. regund.* OTIVM ignobile adamare: *l. 5. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.* OTIO mancipari *l. 4. C. Theod. eod. tit.*]

OVA.

OVASIS. Est quoddam genus quasi in insulam relegatio in prouincia Aegypto, in OVASIN relegare. *l. 7. §. 5. D. de interd. et releg.* Stephan. *de vrbib. p. 195.* Ἄυασις πόλις Ἀιγύπτου. Ταύτην δὲ καὶ Ὄασιν καλοῦσιν, ἐοικυῖαν παρδάλει· κατάστικτος γάρ ἐστιν ἀνύδρῳ γῇ καὶ ἐρήμῳ τὰς οἰκήσεις ἔχουσα· τὰς τοιαύτας Ἀυάσεις Αἰγύπτιοι φασιν. AVASIS, *vrbs Aegypti. Hanc etiam* OASIN *nominant, pardali similem. Est enim habitationibus interpuncta, quas habet in terra aquae inopi et deserta. Huiusmodi habitationes ab Aegyptiis Auases adpellantur.* Ac plane Strabo *Lib. II. p. 193. et Lib. XVII. p. 1140.* quasdam οἰκήσεις περιεχομένας ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ, *habitationes, quae circumdantur terra deserta et sicca*, ab Aegyptiis Αὐάσεις vocari, tradit. Zosimus *Libro V. Hist. Cap. 9.* Τιμάσιος δὲ τῇ Ὀάσεως οἰκήσει παραδοθεὶς, ἀπηλαύνετο, φυλακῆς αὐτὸν δημοσίας παραπεμπούσης· τόπος δ' ἦν οὗτος λυπρότατος, καὶ οὐδενὶ τῶν αὐτῷ παραδιδομένων ἀναχωρεῖν, ἐνδιδούς· ἥτε γὰρ ἐν μέσῳ γῆ ψαμμώδης οὖσα, καὶ παντάπασιν ἔρημος, καὶ ἀοίκητος, ἀφαιρεῖται τῆς γνώσεως τοὺς ἐπὶ τὴν Ὄυασιν ἀπιόντας, τῶν ἀνέμων τοῖς ἴχνεσι τὴν ψάμμον ἐπιφερόντων· καὶ τῷ μήτε φυτὸν, μήτε οἴκησιν εἶναι, γνώρισμα εἰς εἰκασίαν τι καταλιπεῖν τοῖς ὁδοιποροῦσι δυνάμενα. *Timasius autem ad inhabitandam* OASIM *damnatus, expellitur, cum deducente satellitio publico. Is erat locus insigniter sterilis, e quo nemo posset euadere, qui eo deportaretur. Nam quod aliunde huc euntibus solum occurrit, arenosum, vastum prorsus et inhabitatum, notitiam pergentibus in* OASIM *omnem adimit, tum quod venti vestigiis arenam ingerant, tum quod nec arbor vlla, nec domicilium sit, quae indicium aliquod iter facientibus ad coniecturam relinquere possint.* Ptolemaeus *Lib. IV. Geograph.* duplicem ἐν τοῖς Ὀυασίταις constituit OVASIN, *magnam et paruam.* Gregor. Nazianz. *in Orat. ad Heron. philos. p. 161. edit. Heruag.* quam Hieronymus *in Catal. Cap. CXVIII.* in Maximum scriptam dicit? Ὄασις σοι τὸ φυγαδευτήριον ἡ ἀπάνθρωπος ἐρημία. OASIS, *vacua ab hominibus regio, tibi exsilium fuit.* Huius loci etiam meminit Ioseph. *Lib. II. contra Apion. Cap. 4.* eumque βαθύτατον τοῦ Αἰγύπτου, inti-

intimum Aegypti vocat. Zonaras *Tomo III. Annal. p. 35.* de Nestorio: *καὶ ἀπηνέχθη ὁ δείλαιος,* εἰς Ὄασιν, χώραν οὖσαν τῆς Ἀραβίας λυπρὰν, *καὶ ὑπ' ἀνέμων καταπνεομένην φθοροποιῶν. Itaque miser in* OASIN *Arabiae regionem sterilem, et ventis pestilentibus infestam transfertur.* Quod et Nicephorus *Lib. XIV. Cap. 35. et 36.* confirmat. Atque adeo Nestorius ipsemet eo loco se Imperatoris iussu relegatum profitetur in Epistola, quae ab Euagrio *Lib. I. Hist. eccl. Cap. 7.* refertur in verba haec: Ὄασιν *τὴν καὶ* Ἶβιν *ἐκ θεσπίσματος βασιλικοῦ κατοικοῦμεν. Imperatoris iussu* OASIN, *quae et Ibis adpellatur, incolimus:* Hinc OASENA deportatio in *l. 1. C. Theodos. de Nili agger.*

OVI.

OVILE, stabulum, ouium caussa comparatum. *l. 25. §. vlt. D. de instr. vel instrum. leg.*

OVILIO, pastor ouium, alias opilio. *l. 25. §. vlt. D. de instruct. vel instr. leg.*

OVILIS, E. [OVILIS grex. *l. 12. §. 2. D. de vsu et habitation*]

OVIS. [OVES lanigerae: *l. 2. C. Theod. quib. equor. vsus Lib. IX. tit. 30.* Virgil. *Lib. III. Aeneid. v. 666.*

Lanigerae comitantur oues, ea sola voluptas
Solamenque mali.

OVIBVS legatis, agni non continentur: *l. 65. §. vlt. D. de legat. III.* OVIBVS legatis neque agnos, neque arietes contineri, quidam recte existimant. OVIVM vero grege legato, et arietes et agnos deberi, nemo dubitat. *l. 81. §. vlt. D. de legat. III.* OVIBVS legatis agni non continentur, nisi annuales sint. Grege autem OVIVM legato, arietes etiam continentur: Paull *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 74. et 75.* OVES, quae stercorandi fundi caussa parantur; *l. 60. §. vlt. D. de legat. III.* Si quum mille OVES fundus sustinere potuisset, duo millia OVIVM in eo fundo fuerint. *l. 25. pr. D. de instr. vel instrum. legat.*

OTΣ.

[OTΣIA, essentia vel substantia. Incorruptae Trinitatis indiuisa substantia, quae Graecis adsertione verbi οὐσία recte credentibus dicitur. *l. 6. C. Theodos. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Ad quem locum ita Iac. Gothofredus: OTΣIA *apud patres Graecos aliter, atque apud philosophum, Aristotelem, significat generale et commune quid inter plures personas, sicut ὑπόστασις indiuiduum singulare.* In Iustiniano Codice ὁμουσία dicitur. *l. 2. C. de summa Trinit. et fid. catholic.*]

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XIV.

PAB. PAC.

PABVLVM, *l. 93. §. 3. D. de legat. III.* et PABVLA, in *l. 9. C. de iur. fisc. Lib. X.* et *l. 60. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 7.* alimenta pecorum vocantur, in *l. 2. C. de curs. publ.* et cibaria iumentorum. *l. 3. §. 7. D. de pen. legat. l. 31. §. vlt. D. de donat. inter vir. et vxor.* Si aliqua parte anni PABVLA pecoribus conducentur *l. 12. §. 8. D. de instruct. vel instrum. legat*

PAC.

[PACARE. Curet Praeses, vt PACATA sit prouincia: *l. 13. D. de offic. praesid.* PACATIS rebus. *l. 17. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13.*]

ΠΑΧΥΜΕΡΕΣΤΕΡΟΝ, in *l. 7. D. de peculat.* et apod Gell. *Lib. XIV. Cap. 1.* est pinguius, vt loquitur *l. 14. D. de except. rei iud.* et *l. 49. D. de re iudicat.*

PACISCI, et *transigere* differunt. *l. 18. C. de transact.* Paoll. *Lib. I. Sent. tit. 1. §. 1.* Nam, qui *transigit*, quasi de re dubia, et lite incerta, neque finita transigit: Qui vero PACISCITVR, donationis caossa rem certam et indubitatam liberaliter remittit, *l. 1. D. de transact.* In edicto tamen praetoris de his, qoi notantur infamia, et slibi passim PACISCI idem est, ac transigere. *Qui furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum de dolo malo,* PACTVS *erit, infamia notatur*: *l. 1. D. de his, qui not. infam.* PACTVS sic accipimus, si pretio quantocumque pactus est. Ceterum si precibus impetrauit, ne secum ageretur, non erit notatus: *l. 6. §. 3. D. eod. tit.* Et ita verbum PACTOS accipe *l. 4. D. de iur. fisc.* et *l. 18. C. ex quib. causs. infam. irrogat.* Sic: PACISCI de crimine: *l. 10. C. ad leg. Iul. de adult.* Quum seruus pecuniam pro libertate PACTVS est: *l. 104. D. de verb. obl.* de libertate PACTVS est: *l. 6. D. de pecul. legat.* Si de lite PACTVS est: *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* Si seruus cum domino de libertate PACTVS est: *l. 8. §. 5. D. de pecul. legat.* Seruus pecuniam ob libertatem PACTVS erat: *l. 6. D. de manumission.* Quoties ioter se duces belli quaedam PACISCVNTVR; *l. 5. D. de pact.* Liuios *Lib. V. Cap. 48.* *Tum senatus habitus est, tribunisque militum negotium datum, vt* PACISCERENTVR. ¶. 2. Verbum autem

PAC.

hoc PACISCOR, qoemadmodum Seruius *in Lib. XI. Aen. v. 133.* et *Lib. VIII. v. 144.* tradit, geminum habet praeteritum, *Facit enim et* PEPIGI *et* PACTVS *sum, sicuti* PLACEO *et* PLACVI, *et* PLACITVS SVM. PANGO *quippe, ait ille, vnde multi volunt venire* PEPIGI, *nusquam lectum est.* Immo vero, quod bona tua pace ac venia dictum sit, Serui, verbum hoc in XII. Tabulis inueniri, testis est Quinctilianus *Lib. I. Cap. 10.* cuius verba, vt coeptas grammaticorum partes agamos, subiecimus. *Memoria repeto, conuictos a me, qui reprehenderant, quod hoc verbo vsus essem* PEPIGI. *Nam id quidem dixisse summos auctores, confitabantur, rationem tamen negabant permittere, quia prima positio* PACISCOR, *quum haberet naturam patiendi, faceret tempore praeterito* PACTVS *sum. Nos praeter auctoritatem oratorum atque historicorum analogia quoque hoc dictum tuebamur. Nam quum in XII. Tabulis legeremus*: NI ITA PAGVNT, *inueniebamus simile huic* CADVNT. *Inde prima positio, etiamsi vetustate exoleuerat, adparebat* PAGO, VT CADO. *Vnde non erat dubium, sic* PEPIGI *nos dicere, vt* CECIDI. A decemuiris qooque vsurpatum hoc verbum Terentianos Maurus, (vel potius Terentius Scaurus,) docet *de Orthogr. p. 2253. Item XII. Tabulae, vbi est*: NI PAGVNT, *per hanc formam: quod male quidam per C. enunciant. Est enim praepositum eius pepigi, a pango, vt tango tetigi, non paxi, vt a dico dixi.* Si PEPIGERIM vt decem petam: *l. 27. §. 5. D. de pact.* Si qoum dotem daret pater, vel extraneus pro muliere in vnum casum PEPIGIT; *l. 22. D. solut. matrim.* Filia quum pro eo dotem promitteret, PEPIGIT, vt: *l. 26. §. 4. D. de pact. dot.* Si quis cum debitore suo PEPIGERIT: *l. 39. D. de iureiur.* Si hoc PEPIGISSET patroous, vt nisi obsequium praestaret libertus, in societatem admitteretur patronus: *l. 1. §. 1. D. de bon. libert.* Si quid ipsi sine dolo malo inter se PEPIGERVNT; *l. 3. D. comm. diuid.* De rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras PEPIGISSET, interdictum. *§. 3. Inst. de interdict.*

PACTIO est duorum plorimue in idem placitum consensus: *l. 1. D. de pact.* Qoo nomine pactum a pollicitatione differt, qoae solius offerentis promissionem habet. *l. 3. D. de pollicitat.* Et ita PACTIO pro quolibet pacto et conuentione accipitur. *l. 7. §. 14. D. de pact. l. 28. §. 2. l. 30. l. 50.*

l. 50. D. eod. tit. Sic: PACTIONE data: *l. 3. C. de obsequ. patron.* PACTIO dotis: *l. 48. §. vlt. D. de minor.* Vt ea sola PACTIO irrita sit: *l. 32. §. 2. D. de donat. int. vir. et vxor.* PACTIO libertatis: *l. 2. §. 14. l. 9. D. pro emtor.* PACTIO pro libertate: *l. 7. §. 8. D. de dol. mal.* Qui ad linstruendam aduocationem, obligationem, PACTIONEM fecerunt: *l. 20. D. de leg. Corn. de fals.* Cicero *Lib. IV. ad Att. Epist. vlt.* PACTIO obscura et ambigua: *l. 39. D. de pact.* De vendendo pignore in rem PACTIO concipienda est, vt omnes contineantur: *l. 8. §. 4. D. de pignorat. act.* Priuatis PACTIONIBVS: *l. 3. D. de transact.* PACTIONES etiam publicani cum ciuitatibus facere dicebantur. Cicero *Lib. XIII. ad famil. Epist. 65.* de Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dabat: *Eius, ait, summa existimatio agitur in eo, vt PACTIONES cum ciuitatibus reliquis faciat.* Idem *Lib. V. ad Attic. Epist. 14. Deinde confectae PACTIONES publicanorum.* Idem *Epist. 1. ad Q. fratr. Possunt in PACTIONIBVS faciendis non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotii.* Huiusmodi PACTIONVM meminit Idem *Lib. VI. ad famil. Epist. 1.* PACTIO rata non est: *l. 17. D. commod.* Si cum reo ad certum tempus PACTIO facta sit; *l. 27. §. 1. D. de pact.* Tacita PACTIONE id actum videtur: *l. 27. §. 9. D. de pact.* Vrbs per PACTIONEM ab hostibus tradita. Liu. *Lib. VI. Cap. 3.*

PACTVM, a pactione dicitur. *l. 1. D. de pact.* Cicero *Lib. II. de inuent. Cap. 22. PACTVM est, quod inter aliquos conuenit, quod ita iustum putatur, vt iuri praestare dicatur.* Idem *Lib. II. ad Herenn. Cap. 13. PACTA sunt, quae legibus obseruanda sunt. Sunt item pacta, quae sine legibus obseruantur ex conuentu, quae iuri praestari dicuntur.* Idem in *Partit. orat. Cap. XXXVII. Scriptorum autem priuatum aliud est, publicum aliud. Publicum lex, senatusconsultum, foedus: priuatum tabulae, pactum conuentum, stipulatio.* ¶. 2. PACTORVM quaedam *in rem* sunt, quaedam *in personam*; *l. 7. §. 8. D. de pact.* Iu rem, vel in personam conceptum PACTVM: *l. 57. §. 1. D. de pact.* Si in rem PACTVM conuentum factum sit; *l. 27. §. vlt. D. de pact.* ¶. 3. Plerumque et fere semper iunctim, et absque copula dicitur PACTVM *conuentum. l. 27. §. 2. et §. 11. D. de pact. l. 12. D. de transact. l. 19. D. de pact. dotalib.* PACTI conuenti exceptio: *l. 30. §. 1. D. de pact.* In PACTO conuento societatis proscripserunt: *l. 71. D. pro soc.* Insula, quam tibi ex PACTO conuento licuit vendere: *l. vlt. D. de pignor.* Venditioni inseruit PACTVM conuentum: *l. vlt. D. de seru. export.* Vxor cum viro PACTVM conuentum fecerat: *l. vlt. D. de pact. dotal.* Inter virum et vxorem PACTVM conuentum ante nuptias factum: *l. 17. D. de pact. dotal.* PACTA conuenta, quae neque dolo malo, neque aduersus leges, plebiscita, SCa, edicta, decreta principum, neque quo fraus cui eorum fiat, facta erunt, seruabo: *l. 7. §. 7. D. de pact.* PACTA conuenta, quae postea facta, detrahunt aliquid emtioni: *l. 72. D. de contrah. emt.* id est, contra iuris ciuilis regulas. PACTA conuenta rata non habentur. *l. 28. D. de pact.* Interdum tamen copula inter haec verba interponitur, vt apud Paull. *Lib. I. Sent. tit 1.* cuius inscriptio est: *de PACTIS et conuentis* Cicero *pro A. Caecina Cap. XVIII. Quae aut PACTI et conuenti formula?* Idem *Lib. VI. ad Attic. Epist. 3. Pomtinus enim ex PACTO et conuento, nam ea lege exierat, iam a me discesserat.* Seneca *Lib. III. de benef. Cap. 15. Nec PACTA conuentaque impressis signis custodirentur.* ¶. 4. Si de lite PACTO transactum est: *l. 27. D. de inoffic. testam.* PACTVM de pecunia non petenda factum est. *l. 11. §. 1. D. de pign. act.*

PACTVMEIVS Clemens laudatur a Pomponio *l. 21. §. 1. D. de statulib.* Id nomen in pandectis saepenumero corruptum, scriptumque pro eo esse: *pactum eius*, ostendit, V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. III. Obs. Cap. 7.* HEIN.

PAE.

[PAEDAGOGIANVS puer, qui in palatio principis ministrabat. *l. 5. C. Theod. de diuers. offic. Lib. VIII. tit. 7.* Ammian. Marcellin. *Lib. XXVI. Cap. 6. p. 357.* et *Lib. XXIX. Cap. 3. p. 436.* Delectos autem ad hoc ministerium fuisse non nisi elegantes et eximia prae aliis forma praeditos, satis constat. Vid. Io. a Wouwern. *ad Petron. p. 411 sequ.* Iac. Gothofred. *ad d. l. 5.* Car. du Fresn. *Glossar. Lat. hac voce.* Reines. *ad Inscript. p. 562.* et Iac. Guther. *de Offic. dom. Aug. Cap. XXX. p. 814. sequ*]

PAEDAGOGIVM. Ea adpellatione seruilem familiam, non quidem vniuersam, verum iuniorum, qui circa patremfamilias occupati erant, accipere debemus, id est, seruos aetatis integrae, quos vsus sui caussa paterfamilias habet, qui ad ipsius corpus tuendum, atque ad ipsius cultum praepositi destinatique sunt: vt loquitur *l. 204. §. 1. D. de verb. signif.* PAEDAGOGIA quae in fundo habebat, vt, quum ibi venisset, praesto essent in triclinio: *l. 12. §. 32. D. de instruct. vel instrum. legat.* L. Seneca *de vita beat. Cap. XVII. Quare* PAEDAGOGIVM *pretiosa veste succingitur.* Idem *de tranquill. anim. Cap. I. Praestringit animum adparatus alicuius* PAEDAGOGII. Idem *Epist. CXXIII. Omnium* PAEDAGOGIA *obligata facie vehuntur, ne sol, ne frigus, teneram cutem laedat.* Et ita apud M. Senecam *Lib. II. Contr. 1.* PAEDAGOGIA interpretari licet *ministeria puerilia iuueniliaque ad eos vsus parata destinataque.* [Addatur Plin. *Lib. XXXIII. in prooem.*]
¶. 2. Sed et conclaue istud, et cubiculum, in quo pueri eiusmodi habitabant cubabantque, PAEDAGOGIVM adpellare videtur Plinius iunior *Lib. VII. Epist. 27. Puer* in PAEDAGOGIO, *mixtis pluribus dormiebat.*

PAEDAGOGVS, qui pueris praeest. Inter comites et PAEDAGOGI erunt: *l. 15. §. 16. D. de iniur.* Si minor viginti annis manumittit, inter ceteras manumissionis caussas et haec recipitur, si PAEDAGOGVM manumittat: *l. 13. D. de manumiss.* vin-

vindict. PAEDAGOGVS liberorum. *l. 35. D. de fideic. libert.* ¶. 2. PAEDAGOGI etiam, qui pueris paedagogianis in principis palatio praeficiebantur. TI. CLAVDIO AVG. L. EVTYCHO. PAEDAGOGO PVERORVM. Marmor apud Vignol. *de columna. Antonini p. 229.* HEIN.

PAGANICVS, A, VM. In PAGANICO habere bona: *l. 1. C. de testam. milit.* id est, in paganico solo.

[PAGANITAS, pro cultu Deorum profano. PAGANITATIS stolidae errore atque insania. *l. 5. C. Theod. de spectacul. Lib. XV. tit. 5.*]

PAGANVS, A, VM, quod ad pagum pertinet. PAGANA *lex*, apud Plin. *Lib. XXVIII. Cap. 2*, pro lege pagi cuiusdam. ¶ 2. PAGANI in iuris ciuilis libris etiam *militibus* aduersantur: *l. 1. §. 1. D. de fugitiu. l. 14. D. de poen. l. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 52. D. de manumiss. testam.* PAGANVS ergo, qui non militat. *l. 26. D. de lib. et postum.* Et miles quidem ab Appiano στρατιώτης, PAGANVS ἀπόλεμος vocatur, *Lib. I. de bell. ciu.* Vetus Glossarium Graecum: PAGANVS ὁ ἐκτὸς στρατιώτης. Ἀστράτευτοι, PAGANI: *l. 14. l. 38. D. de testam. milit. l. 7. D. de reg. iur. l. 7. C. de test. mil.* Sic: Qui PAGANVS facit testamentum, deinde militare coepit: *l. 48. §. vlt. D. de milit. testam.* PAGANI his, *qui habent castrense peculium vel quasi*, opponuntur. *l. 7. §. vlt. D. de donat.* Si ignorans quis militi, quasi PAGANO locauerit: *l. 50. D. locat.* Sic et *turbam* PAGANORVM accipe, apud Sueton. *in Aug. Cap. XXVII.* et *in Galba Cap. XIX.* ¶. 2. Proinde et peculium in PAGANVM et *castrense* dispescitur: *l. vlt. C. de inoffic. testam.* Et homines cultu PAGANO cunctis *armatis* diuersos facit Plin. *Lib. VII. Epist. 25.* ¶. 3. In constitutionibus Imperatorum Christianorum, quae in *Librum I. Codicis* sunt relatae, alieni a fide nostra PAGANI dicuntur. Cuius verbi ridiculas etymologias Philastrius Brixiensis, et Isidorus Hispalensis comminiscuntur. Philastr. *de haeret. Cap. CX. p. 225.* PAGANI, inquit, *post Iudaeos, siue a pago, id est, loco, siue prauincia vna, dicti sunt, siue a Pagano rege: quod verum esse, ait Hesiodus, Graecus poeta, manifestum est.* Eum PAGANVM, regem paullo post, *p. 227. Deucalionis et Pyrrhae* filium vocat: adeoque intelligit Hellenem, vnde Graeci dicti sint Hellenes, qui idem rex etiam dictus sit PAGANVS: satis ridicule si quid video, vt merito mireris, virum hunc auctorem tam monstrosae sententiae laudare potuisse Hesiodum. Paullo minus absurde Isidorus *Lib. VIII. Etymolog. Cap. 10. p. 1022.* PAGANI *ex pagis Atheniensium dicti, vbi exorti sunt. Ibi enim in locis agrestibus, et pagis gentiles lucos idolaque statuerunt, et tali initio vocabulum* PAGANORVM *sortiti sunt.* Sed referre ambas istas notiones, easdem refellere est. Plerique inde natum censent, quod templis ac delubris, per vrbes iussu Imperatorum Christianorum clausis homines illi superstitioni innutriti, in pagis et agris procul ab vrbibus clandestina sacra peragerent.

Vnde Prudent. *Peristeph. hymn. XIV. v. 296.*

Non erubescis stulte, pago dedite:
Te tanta semper perdidisse obsonia?

Et *Lib. I. contr. Symmachum v. 621.* Deorum cultores vocat PAGO *implicitos.* Ei sane sententiae huic suffragantur Baronius, Vossius, Weizius, aliique viri doctissimi, tantum non omnes. Nec tamen absonum etiam est suspicari, vti PAGANI vulgari linguae vsu saeculo quarto dicti sunt omnes ἀστράτευτοι, ita idem nomen tulisse, Deorum cultores, quippe Christo non militantes. HEIN.

[PAGINA, latus folii. ORATIONIS PAGINAE. *l. 16. C. Theod. de nauicular.*

PAGVS, pro villa, et quidem, vt Seruius *ad Lib. II. Georg. v. 382.* scribit, *ἀπὸ τῶν πηγῶν, a fontibus, circa quos villae condi consueuerint. Vnde et paganos, quasi ex vna fonte potantes.* Praedia diuersis PAGIS: *l. 12. D. de ann legat.* PAGANORVM praepositi: *l. 2. C. de suscept. Lib. X. l. 8. C. Theod. eod. tit. l. 7. C. quae res pign. dat.* Eos Iustinianus *Edicto XIII.* et in *Nouellis* aliquoties παγάρχας vocat, de quibus infra voce *praefectus pagi.*

PAL.

PALAM, est coram pluribus: *l. 33. D. de verb. signif.* Donat. *in Adelph. Act. III. scen. 2.* *Coram*, inquit, *ad certas personas refertur:* PALAM ad omnes. Hinc PALAM, et *aperte* coniunguntur: *l. 9. D. de his, quae vt indign. l. 54. D. de administr. et peric. tut.* quamuis Asconius *in diuinat.* et inter haec eam statuit differentiam, quod APERTE *ad verba non obscura pertineat:* PALAM *ad praesentium multitudinem, et qualitatem frequentis loci.* Contra opponuntur PALAM et clam: *l. vlt. D. de rit. nupt. §. 6. Inst. de publ. iudic.* PALAM, vel *publice*, et *secreto. l. 3. §. 20. D. de SC. Silan.* PALAM et *occulte*, apud Lactant. *Libro II. Inst. diu. Cap. 17.* denique in fideicommissorum quaestione PALAM et *tacite. l. 3. pr. §. 1. l. 13. §. 1. D. de iur. fisc.* Et sic intelligendae loquutiones insequentes. Et quae commendandi caussa in venditionibus dicuntur, si PALAM adpareant: *l. 43. D. de contrah. emt.* PALAM et bona fide comparare: *l. 5. C. eod. tit.* Si aduersarius PALAM dixisset, vtrum voluisset: *l. 22. D. de compensat.* PALAM non dat, qui ita scribit, rogo vos heredes meos, in eo, quod a vobis petii, fidem praestetis: *l. 40. D. de iur. fisc.* quamuis postremis verbis non esse legi fraudem factam, *in l. 3. D. ead. tit.* tradatur. PALAM est, id est, manifestum est: *l. 3. §. 5. D. de incend. ruin. naufr. l. 14. §. 13. D. de furt. l. 41. D. de verb. obl. l. 2. D. de expil. hered. l. 8. §. vlt. l. 11. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult. l. 4. D. de veteran. l. 1. §. vlt. D. vti possid. l. 1. §. 15. D. quod legator. l. 3. §. vlt. D. de contrar. tutel. et vtil. act. l. 1. §. 17. D. vt legator. l. vlt. §. 6. D. si quid in fraud. patr. l. 5. §. 6. l. 7. §. 2. §. 6. D. de adquir. rer. dom. l. 1. D. de collus. deteg. l. 2. C. quand. prouoc. non est necessar. l. 1. §. 1. D de loco publ. fruend. l. 5. D. depos. l. 3. D. vnde cognat. l. 73. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 196. §. 1. D. de verb. signif. l. 43. D. famil. ercisc. l. 51. §. vlt. D. de hered. instit. l. 21. D. de aliment. vel cibar. legat. §. 3. Inst.*

Inst. de pupill. subst. PALAM facere, id est, notum publice facere, et, vt loquimur, publicare. Cogniturum de criminibus praesidem oportet ante diem PALAM facere, custodias se auditurum: *l. 18. § vlt. D. de quaestion.* Si heres proscribat, aut etiam litteris missis PALAM faciat: *l. 34. §. vlt. D. de statulib.* In eo, quod dicitur, PALAM heredes esse nuncupandos, PALAM non vtique in publicum significat, sed, vt exaudiri possit, nec ab omnibus exaudiri, sed a testibus septem. *l. 21. D. qui test. fac. poss.* PALAM nuncupare heredem: *l. vlt. D. de iure codicill.* Sueton. *in Calig. Cap. XXXVIII.* *Quum iam ab ignotis inter familiares, et a parentibus inter liberos* PALAM *heres nuncuparetur.* Sic et in vetusta quadam Horatii vita: *Decessit V. Kal. Decembres C. Mario Censorino, et C. Asinio Gallo, Coss. post nonum et quinquagesimum annum, herede Augusto* PALAM *nuncupato, quum vrgente vi valetudinis non sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas.* Omnia PALAM recte pronuncianto: *l. 1. D. de Aedil. edil.* Proscribere PALAM sic accipimus, claris litteris, vnde de plano recte legi possit, ante tabernam scilicet, vel ante eum locum, in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed euidenti: *l. 11. §. 3. D. de institor. action.* In lege Iulia de maritandis ordinibus PALAM quaestum facere dicemus, non tantum eam, quae in lupanario se prostituit, verum etiam si qua, vt adsolet, in taberna cauponaria, vel qua alia pudori suo non parcit. PALAM autem sic accipimus, passim, hoc est, sine delectu, non si qua adulteris vel stupratoribus se committit, sed quae vicem prostitutae sustinet. *l. 43. D. de rit. nupt.* Quae eorumdem verborum interpretatio facienda etiam in eo capite legis Iuliae de vi, quod refertur *l. 3. §. 5. D. de testib.* PALAM relictum intelligitur, quod testamento, vel codicillis, quis rogatus est restituere, non domestica cautione, vel chirographo: *l. 3. D. de iur. fiscl.* Nec tamen ad excludendam taciti fideicommissi fraudem PALAM relictum videtur, quod ex testamento, quum recitatur, sciri non potest. *l. 40. D. de iur. fisc.* Num inofficiosi querelae vel PALAM, vel tacita dissimulatione sit renunciatum: *l. 1. C. de in integr. restit.* Vulgarem substitutionem PALAM facere: *§. 3. Inst. de pupill subst.* Ex eo, quod PALAM substitutum accepit. *ibid.*

PALARIS, E. adiectiuum a palo. PALARIS silua, ex qua pali sumuntur. *l. 9. §. vlt. D. de vsufruct.*

[PALATINVS, A, VM. PALATINI, absolute, sunt adparitores comitis sacrarum largitionum, seu comitis rerum priuatarum, vt ostendit Cuiac. *in Comment. ad tit. C. de rescind. vend. in fine.* Vocentur etiam PALATINI sacrarum largitionum et rerum priuatarum: *rubr. vtriusque Cod. de palatin. sacrar. largit.* PALATINI tam comitis largitionum, quam comitis priuatarum: *l. 14. pr. C. Theod. de priuileg. eor. qui in sacr. pal. milit. Lib. VI. tit. 35.* PALATINVS vtriusque officii: *l. 4. C. Theod. de exsequ. et exact. Lib. VIII. tit. 8. l. 3. C. de diuers. offic. Lib. XII. tit. 60.* id est largitionum sacrarum, et priuatarum. PALATINI, qui, sacrarum remunerationum rationem tractabant: *l. 20. C. Theod. de palat. sacr. largit.*] ¶. 2. [PALATINI numeri, qui praesentes principis ministerio deputati erant: *l. vlt. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1. l. 10. C. Theod. de numerar. Lib. VIII. tit. 1.* Iidem dicti PALATINAE vexillationes. *l. 22. C. Theod. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 4*]

[PALATIVM. Nequis in PALATIIS maneat. De hoc titulus exstat singularis in *Codice Theodos. Lib. VII. tit. 10.*]

[PALEA, in *l. 9. C. Theod. et l. 2. C. Iustin. de erogat. mil. annon.* idem quod *capitum* dicitur in *l. 7. C. Theod. eod. tit.* id est, pabulum iumentorum seu animalium, vt docet Iac. Gothofredus *in Commentario.*]

[PALLIVM. PALLIA serica: *l. 3. C. Theod. de vest. holouer. Lib X. tit. 21.*] Fuere PALLIA inter vestimenta muliebria, matrisfamilias caussa comparata, quibus vir non facile vti potetat, sine vituperatione. *l 23. §. 2. D. de aur. arg. legat.* Et tamen PALLIA paullo post sunt inter vestimenta communia, quibus sine reprehensione, vel vir, vel vxor vtatur. Quamuis vero ita legatur Florentiae, eamque lectionem tueatur Petrus Faber *Lib. I. Semestr. Cap. 15.* priore tamen loco scribendum esse PALLA, quae vestis mulieribus propria erat, docuit Octau. Ferrar. *de re vestiar. Part. I. Lib. III. Cap. 18.* HEIN.

[PALMA, nota arbor. Eadem et pro victoriae, vel laboris praemio accipitur. PALMA laboris emeriti. *l. 3. C. Theod. de princip. agent. Lib. VI. tit. 28.* PALMARVM numero gloriosi equi. *l. 6. C. Theod. de scenic. Lib. XV. tit. 7.*]

PALMARIVM. PALMARII nomine, id est, ob victoriam. *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* Cassiodor. *Lib. VI. Var. Cap. 19.* *Caussarum periti* PALMARES *habentur, quum magna negotia defenderint.* PALMARIVM proprie est facinus victoria et gloria dignum, vel, vt Glossae exponunt, ἀξιόνικον. Terent. *Eunuch. Act V. scen. 4. v. 8.* Hinc translatum ad honoraria aduocatorum, quae in casum victoriae promittuntur. Originem vocabuli Abramus *ad Cic. pro Cael. Cap. VII. et XIX.* inde arcessit, quod, parta ab oratoribus victoria forensi, palma eorum foribus adpenderetur. Quam coniecturam refellens V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latinitat. vet. iurisc. p. 423.* *Quasi vero*, inquit, *aetate Martialis, Iuuenalis, Luciani, et aliorum, qui huius ritus meminerunt, patroni caussarum pro his agendis honorarium non acceperint.* Sed acceperint tum honorarium: potuit tamen illis aliquid vltra illud dari in casum victoriae, idque ab illo ritu commodissime vocari PALMARIVM. HEIN.

[PALMATVS, A, VM. PALMATI equi. *l. vn. vtroqu. C. de greg. domin.* Vide supra *Lib. V.* articulum EQVVS.]

PAL. PAM.

[PALPARE. Si equum qois PALPATVS est. *l. 1. §. 4. D. si quadrup. pauper.*] Sic saepe auctores oon solum cadentis, sed et melioris Latinitatis forma passiua actioe vsi sunt. Varro *Adfectatus est regnum.* Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap 97. Peragratus omnes partes Germaniae.* Idem *Cap. CIX. Totumque ex male dissimulato agebat aemulum.* Ouid. *Lib. I. de art. am. v. 690.*

Veste virum longa dissimulatus erat.

Vide Gell. *Lib. XVIII. Cap. 12.* et Iac. Perizon *ad Sanct. Mineru. Lib. I. Cap. 15. n. 4.* HEIN.

PALVS, I. Ea adpellatio generalis, quamuis arborum sustentacula et pedamenta complectitur, ac proinde PALI non comburendi, sed fulciendi vel claudendi caussa parabantur. PALI compendium: *l. 59. §. vlt. D. de vsufr.* PALOS collocare, et eximere: *l. 17. §. vlt. D. de act. emt.* PALI quaerendo fructui deseruiunt: *l. 12. §. 11. D. de instr. vel instrum. legat.* PALOS noo lignorum, sed materiae numero haberi, constat: *l. 56. D. de legat III. l. 162. D. de vsrb. signific.* PALI inter ea, quae vineis necessaria sunt, numerantur: *l. 1. D. de tign. iunct.* PALI, qui vineae caussa parati sunt: *l. 17. §. vlt. D. de act. emt.* Tibull. *Lib. I. eleg. 7.*

Hic docuit teneram PALIS *adiungere vitem.*

Si sit ager, vnde PALO in fundum solebat paterfamilias vti. *l. 9. §. vlt. D. de vsufr.*

PAM.

PAMPHILVS, serui nomen. *l. 88. §. 11. D. de legat. II. l. 41. §. 1. l. 56. §. vlt. D. de fideicomm. libert.* Ita et PAMPHILA ancilla. *l. 41. §. 5. D. de fideic. libert.*

PAN.

[PANCRATIVM: *l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquill.*]

ΠΑΝΔΕΚΤΗ', masculino genere, et numero singulari in Digestorum inscriptione legendum qoidam existimant: quorum opinionem firmat Harmenopulus *Lib. I. tit. 1. §. 6.* Ὕστερον ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς τὰς πολλὰς ἐκθέσεις τῶν νόμων ἐν πεντήκοντα βιβλίοις διὰ σοφῶν ἀνθρώπων σπουδαίως συνήγαγε, ἃ καὶ Δίγεστα, ἤτοι πανδέκτην, ὡς πάντων δεκτικὰ τῶν νόμων ἐκάλεσεν. *Demum Imperator Iustinianus plurima paeneque immensa a veteribus illis iurisconsultis edita volumina in quinquaginta libros contulit, studio atque opera prudentum, atque in ea re exercitatissimorum hominum. Quae etiam Digesta aut* PANOECTEN, *quod omnis generis leges complecterentur, adpellauit.* [Theophilus *ad §. vlt. Inst. de public. iudic.* Ἐκ τῆς πλατυτέρας τῶν Διγέστων ἤτοι τοῦ πανδέκτου διδασκαλίας ἀναγινώσκουσι προσγενήσεται. *Ex latiore Digestorum, seu* PANOECTES *doctrina legentibus accedet.* Idem *§. 6. Instit. de except.* Ἐκ τῶν Διγέστων ἤτοι τοῦ πανδέκτου. *Ex Digestis vel* PANOECTE. Quae verba etiam exstant *in Paraphrasi §. 5. Inst. de action*] Immo ipse Iustinianus hoc volumen PANDECTEN vocat in *Constit. Graeca dedit nobis §. 1. de confirm. Digest.* ὅπερ

PAN.

βιβλίον Digesta, εἴτε ΠΑΝΔΕΚΤΗΝ προσηγορεύσαμεν, ἔκ τε τοῦ τῶν νόμων ἔχειν διαιρέσεις τε καὶ διατυπώσεις, ἔκ τε τοῦ πᾶν εἰς ἓν ἀθροισθὲν ὑποδέξασθαι ταύτην αὐτῷ θέμενοι τὴν προσηγορίαν. *Quem librum Digesta, seu* PANDECTEN *adpellauimus ex eo, quod legum habeant diuisiones et decisiones, itemque ex eo, quod omnes in vnum congregatum receperint, hanc eis adpellationem imponentes.* Plura veterum testimonia, qui omnes eo numero singulari et genere masculino vsi sunt, collegit Ant. Augustin *prooem. libri de nomin. propr. Pandect.* HEIN. Sunt tamen, qui Pandectas numero plurali magis probant. Quo titulo quosdam inscriptos a veteribus libros Plinius *in praefat. Natural. hist.* docet, dum scribit: *Iam Musae, πάνδεκται, ἐγχειρίδιον, λειμών, πινακίδιον, inscriptiones, propter quas vadimonium deseri possit. At, quum intraueris, dii deaeque, quam nihil in medio inuenies!* Gell. *Lib. XX. Cap. vlt. Namque alii Musarum inscripserunt, alii Syluarum, ille πέπλον, alius κέρας ἀμαλθείας, quidam lectionis suae ‥ Sunt etiam, qui* PANOECTAS *inscripserunt.* [Idem Gell. *Lib. XIII. Cap. 9. In his esse praecipui videntur, quos Graeca titulo* ΠΑΝΔΕΚΤΑΣ *inscripsit, tamquam omne rerum et doctrinarum genus continentes.* Vtrumque probum est, et singulare, ὁ πανδέκτης, et pluratiuum αἱ πάνδεκται, quia neutrum sua auctoritate destituitur, ceu pluribus ostendit Henr. Brenkmann. *Hist pand. Lib. III. Cap. 6.* Sed et iam pridem a Prisciano *Lib. VII p. 759.* Isaaco Casaub. in *Not. ad Strabon. p. 218.* et Euer. Ottone in *praefat. Tomi I. Thesauri iuris* obseruatum est, talia ex Graeco sumta ex masculinis in feminina transire, et A littera finiri, vt ὁ κοχλίας, *haec cochlea,* ὁ χάρτης, *haec charta,* ὁ γαυσάπης, *haec gausape.* Ceterum et rei culinariae esse hoc vocabulum, et ab Apicio *Lib. IV. de re culin. p. 103.* ita vocari repositorium, quo varia condimenta et bellaria coenis inferebantur, et Hebraeorum magistros, simili vsos schemate libros quosdam suos inscripsisse כלבו *Colbo*, id est, in quo omnia reperiantur, alibi obseruauimus. HEIN.

PANDERE, manifestare, seu palam proferre. Aditus supplicanti, (vel vt in codice Theodosiano legitur, *supplicandi*) PANDATVR: *l. 2. C. de precib. Imperat. offerend. l. 3. C. Theod. de diuers. rescript. Lib. I. tit. 2.* Agenti vel respondendi iurgantibus licentia PANOATVR: *l. 1. C. de consort. eiusd lit. l. vn. C. Theod. de domin. rei, quae posc. Lib. II. tit. 5.* Caussarum merita vel fata PANDERE: *l. 1. C. de offic. ciuil. iudic.* Negotiorum merita partium adsertione PANOVNTVR: *l. 5. C. Theod. vnde vi Lib. IV. tit. 22.* Ne secreta patrimooii, et suspectum aes alienum PANOATVR: *l. 2. C. de aliment. pupill. praest.* PANDERE sententias, id est, publicare: *l. 10. C. Theod. de legat. Lib. XII. tit. 12.* Sub gestorum testificatione PANOATVR: *l. 1. C. Theod. de frument. vrb. Constantinop. Lib XIV. tit. 16.* Iuris ac legum voluntates PANDERE dicuntur antecessores vel professores iuris, *l. vn. C. de stud. vrb. Rom. l. 9. C. Theod. eod. tit. Lib. XIV. tit. 9.* nisi quod hic pro *legum voluntates, legum formulas* habet: in cuius locum, ne nihil

nihil mutaret, illud substituit Tribonianus, nimis sollicite, ne dicam superstitiose.

[PANGERE, vide supra PACISCI.

[PANIFICIVM, *l. 4. l. 21. C. Theod. de pistorib. Lib. XIV. tit. 3.* PANIFICII necessitatem suscipere: *l. 3. C. Theod. eod. tit.*]

[PANIS, notissimi vsus alimentum. PANIS Ardinensis, seu sordidus: *l. 5. C. Theod. de annon. ciuic. Lib. XIV. tit. 17.* De hac differentia PANIS *mundi, arcti, sordidi, pessimi,* exstat erudita obseruatio Innoc. Cironii *Obseru. iur. canon. IV, 4.* HEIN. PANIS ciuilis: *l. 17. §. 1. C. de sacros. eccles. et l. 14. C. eod. tit.* PANIS excoctio: *l. 12. C. de excusat. mun. Lib. X. tit. 47. l. 15. C. Theod. de extraord. seu sord. mun. Lib. XI. tit. 16. l. 18. C. Theod. eod. tit.* PANIS gradilis: *l. 2. l. 3. l. 4. l. 6. C. Theod. de annon. ciuic. et pane gradili.* Qui quis fuerit, et vnde nomen acceperit, copiose explicat Iac. Gothofredus *ad d. l. 2.* Cuiac. *Obseru. Lib. XXVI. Cap. 17.* Guidus Pancirolus *Lib. II. Var. lect. Cap. 209.* Dictus est *gradilis* a gradibus palatii principum, ex quibus proiiciebatur egentibus. Prudent. aduers. Symmach. *Lib. I. v. 584.*

Et quem panis alit, gradibus dispensus ab altis.

Sed de gradili isto pane omnia peruulgata sunt. Cui non dictus Hylas? Addi tamen scriptoribus supralaudatis possunt Turneb. *Lib. XI. Aduersar. Cap. 6. Lib. XXVI. Cap. 34* et Lips. *Elect. Lib. I. Cap. 8.* et *de magnitud. Rom. II, 10.* HEIN. [PANIS *ostiensis et fiscalis. l. vn. C. Theod. de pret. pan. ostiens. Lib. XIV. tit. 19.* vid. supra Lib. VI. FISCALIS PANIS.

PANNICVLARIA, ORVM, quid sint, non quisquam melius aut dilucidius explicauerit, quam Vlpianus, vbi ait: *sunt ea, quae in custodiam receptus secum attulit, spolia, quibus indutus est, quum quis ad supplicium ducitur, vt et ipsa adpellatio ostendit, l. 6. D. de bon. damn.* [De cuius vocis etymo, erudita sunt, quae attulit Aegid. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX.* et Duker. *de Lat. Vet. iurisc. p. 425.*]

PANNVS, I. PANNO rubro fugatum pecus: *l. 50. §. vlt. D. de furt.*

PANTHER, IS, genus quoddam retis est, cuius meminit *l. 11. §. vlt. D. de act. emt.* Varro *Lib. IV. de Lingua Lat. Ferarum,* ait, *vocabula partim peregrina, vt Leo, Panthera, vtraque Graeca: a quo etiam rete quoddam PANTHER.*

PANTOMIMVS, I. Paridis PANTOMIMI nomen inuenitur in *l. 3. §. 5. D. de condict. cauß. dat.* Si quis PANTOMIMVM vel *archimimum* habeat: *l. 25. §. 1. D. de oper. libert.* Vid. quoque *l. 27. D. eod. tit. l. 43. D. de act. emt.* [*l. 4. C. de spectac. Lib. XI. tit. 40,* quae est *l. 12. Cod. Theod. de scenic. Lib. XV. tit. 17.*] Est autem Graecum verbum, et, ipso Luciano teste in libro *περὶ ὀρχήσεως Tom. I. p. 809.* saltatorem gesticulatoremque significat, cui a multifaria gesticulatione nomen hoc esse inditum Cassiodor. *Lib. IV. Var. Epist. vlt.* ita scribit: *Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen est, quum primum in scenam plausibus inuitatus aduenerit, adsistunt consoni chori diuersis organis eruditi: tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit, et per signa composita, quasi quibusdam litteris, edocet intuentis adspectum, in illaque leguntur apices rerum et non scribendo facit, quod scriptura declarauit. Idem corpus Herculem designat et Venerem, feminamque repraesentat et marem, regem facit et militem, senem reddit et iuuenem, et in vno credas esse multos tam varia imitatione discretos.* Idem *Lib. I. Variar. epist. 20.* De PANTOMIMO talia scribit: *Constituatur a vobis Prasini Pantomimus, quatenus sumtum, quem pro spectaculo ciuitatis impendimus, electis contulisse videamur. Hanc partem musicae disciplinae mutam nominauere maiores, scilicet, quae ore clauso manibus loquitur, et quibusdam gesticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut scripturae textura, possit agnosci.* Hinc Barbarus quidam, vbi vidisset *πέντε πρόσωπα τῷ ὀρχηστῇ παρεσκευασμένα· τοσούτων γὰρ μερῶν τὸ δρᾶμα ἦν, quinque personas saltatori paratas, nam tot partibus constabat fabula;* vnum modo conspiciens saltatorem, dixisse fertur, vt est apud Lucianum *de Saltatione Tom. I. p. 809. σῶμα μὲν τοῦτο ἕν, πολλὰς δὲ τὰς ψυχὰς ἔχον.* nesciebam, te *vnum quidem hoc corpus, sed plurimas animas* habere. Etenim ὀρχηστοῦ nomine in illo Luciani libello pantomimus exaudiendus est. Nam et Latini eum, qui pantomimi partes agit, saltare dicunt. Quinctil. *Lib. VI. Instit. Orator. cap. 2. Fruitione vsus Augustus de* PANTOMIMIS *duobus, qui alternis gestibus contendebant, quum eorum alterum saltatorem dixit, alterum interpellatorem.* Sueton. *Calig. Cap. LVII. Et* PANTOMIMVS *Mnester tragoediam saltauit, quam olim Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus est, egerat.* Idem *Ner. Cap. LIV. At nouissima die histrionem, saltaturumque Virgilii Turnum.* Et ita saltare accipe apud eumd. *in Calig. Cap. LIV.* et Plin. *Lib. VII. epist. 24.* Iuuenal. *Sat. VI. v. 63.*

Chironomon Laedam molli saltante Bathyllo.

Arnob. *adu. gentes Lib. VII. p. 241. Aut si Europa, si Laeda, si Ganymedes fuerit saltatus,* et mox: *oblitterabit offensam Venus, si Adonis in habitu gestum agere viderit saltatoriis in motibus* PANTOMIMVM. *Macrob. Lib. II. Saturn. Cap. 7. Saltabat Hydas Oedipodem, et Pylades hac voce securitatem saltantis castigauit, σὺ βλέπεις,* et ibid. *quum canticum quoddam saltaret Hylas,* ¶. 2. A plerisque ceterum PANTOMIMVS *histrio* adpellatur. Sic enim Mnesterem promiscue PANTOMIMVM et *histrionem* adpellari videmus a Seneca *in ludo de morte Claudii,* et a Sueton. *Calig. Cap. XXXVI.* et a Tacito *Lib. XI. Annal. Cap. 36.* Quem Vlpianus *l. 3. §. 5. D. de cond. cauß. dat.* cum Sueton. *Domit. Cap. X.* PANTOMIMVM, cum Tacito *Lib. XIII. Annal. cap. 25.* et Sueton. *Neron. Cap. XXIV.* histrionem vocant. Sed mollis et impudica PANTOMIMORVM saltatio, qua fracto corporis motu, indecentique gesticulatione, ita res gestae repraesentabantur, vt loqui manibus magis, quam agere viderentur. Lucianus *περὶ ὀρχήσεως Tom. I. p. 807.* ita Demetrium loquentem facit de histrione: *ἀκούω, ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς*

λαλεῖν. *Audio, quae facis, o homo, nec video tantum, sed manibus ipsis loqui mihi videris.* Cyprian. *Lib II. Epist. 2.* *Inprimunt* (*de histrione vel* PANTOMIMO loqoitur] *impudicam Venerem, adulterum Martem, Iouem illum summum non magis regno, quam vitiis principem, in terrenos amores ardentem, nunc in plumas oloris albescere, nunc aureo imbre defluere, nunc in puerorum pubescentium raptus ministris auibus prosilire.* ¶. 3. Enimuero Tiberii demom temporibus in lucem hoc artis ludicrae genus prodiisse, significare videtur Suidas in verbo Ἀθηνόδωρος *Tom. I p. 72.* quum ait, κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους, καὶ ἡ παντόμιμος ὄρχησις εἰσήχθη, οὔπω πρότερον οὖσα. *Circa illa vero tempora etiam saltatio pantomimica introducta est, antea non vsitata.* Repugnat tamen historiae fides. Nam Augusti principatu Pyladem et Bathyllom eam artem exercuisse constat, quod nec Suidam latuit, cuius in voce ὄρχησις verba vel ea potissimum gratia subieci, vt duas maculas eluam: Ὄρχησις πάντιμος, (repono παντόμιμος,) sequitur: αὐτὴν ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ ἐφεῦρε, Πυλάδου καὶ Βαχχυλίδου, (emenda Βαθύλλου) πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων. *Hanc temporibus Caesaris Augusti primum inuentam, exercuerunt Pylades et Bathyllus.* Vnde, ne a se ipse Suidas dissentiat, illa superioris loci verba: κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους, interpretor: circa Augusti tempora. (Meminit etiam PANTOMIMORVM Seneca *Lib. I. de ira cap. vlt.* *Sicut C. Caesar, qui iratus caelo, quod obstreperet Pantomimis, quos imitabatur studiosius, quam spectabat.* Meminerunt et alii, veluti Plinius et Petronius, vbi vide commentatores.]

PAP.

[PAPA sanctissimus vrbis Romae: *l. 7. C. de summa Trinit. Nouell. CXXXI. Cap. 2.* venerabilis: *l. 62. Cod. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.*]

PAPIA *Poppaea lex*, quae toties in inscriptionibus legum nostrarum occurrit, patrum praemia pro suscipiendis liberis cootinens, a Papio et Poppaeo, suffectis consulibus, ex Augusti tunc imperantis iusso lata, quemadmodum Dio *Lib. LVI. p. 578.* Isidorus *Lib. V. Etymol. Cap. 15.* scribunt. De hac lege, quod aliquando Deo volente copiosius me acturum spero, plura hic dicenda non putaui. Verum expedire illi omnino nomen non licuit, nisi qood quaedam ad hanc legem explicandam noster attulerit in doctissimo *de iure connubiorum* libello. Itaque nos operam dedimus, vt digna haec omni opera et industria lex aliarum legum exemplo singulari commentario illustraretur, qui prodiit *Amstelodami* CIↃ IↃCCXXVI. *in 4.* HEIN.

PAPIANVS, auctor Responsi ex Codice Theodosiano, eiusdemque Imperatoris et successorum Nouellis, quin et iurisconsultorum quorumdam libris compilati, et quidem Gundebaldi, Regis Burgundiooum iussu, vt prouincialibus loco corporis ioris Romani esset, ceu colligimus ex *praefat. Legis Burg.* Certe eiusdem Legis Burgundicae ordinem obseruasse Papianum, viderunt iam Lindenbrog. *in praef. Codicis Legum Alamann.* et Iac. Gothofredus *Manual. Iur. Cap. II. §. 11.* Edidit

hoc Responsum cum aliis antiqui iuris reliquiis V. C. Ant. Schulting. *in Iurispr. vet. Anteiust.* Papianum hunc cum Papiniano (quem et ipsum a Graecis fere Παπιανὸν vocari, ostendit V. C. Eu. Otto *in Papiniano Cap. II. §. 3. p. 17.*) confundi videmus ab Aniano in Breuiar. *C. Theod. ad l. 1. C. Theod. de resp. prud.* HEIN.

PAPINIANVS. vid. supra AEMILIVS.

[PAPIRIANVM ius: *l. 2. §. 7. D. de orig. iur.*]

PAPIRIVS FRONTO, iurisconsultus, cuius responsa laudat Callistratus, *l. 220. §. 1. D. de verb. signif. l. 4. in fine D. ad leg. Rhod. de iactu.* HEIN.

PAPIRIVS IVSTVS, Iurisconsultus, sub M. Antonino et Commodo vixisse videtur, cuius rescriptum ad Auidium Cassium, memorat *l. 60. D. de pact.* et ita quidem, vt Antoninum Imperatorem non vocet Diuum. Scripsit *libros Constitutionum XX.* ex quibus fragmenta in Pandectis nonnulla supersunt. HEIN.

PAPYRVS, I. vel neutro genere, PAPYRVM, ceu illod auctoritate Celsi et Plinii comprobant Voss. *in addend. ad Lib. I. de analog. Cap. 36.* et V. C. Car. Andr. Duckerus *de Lat. vet. ICt. p. 339.* HEIN. [PAPYRVM non continetur legatis chartis: *l. 52. §. 6. D. de legat. III.*]

PAR.

PAR, id est, similis, aequalis. Si duo PARES aetate sint: *l. 1. D. de reb. dub.* PAR similisque caussa: *l. 4. C. de tutor. vel cur. qui satisd.* PAR omnium caussa videtur: *l. 13. D. de iudic.* PAR vtriusqoe caussa est: *l. 25. D. quae in fraud. cred. l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.* Si PAR et dierum et contractuum caussa sit: *l. 8. D. de solut.* In PARI caussa: *l. 128. D. de reg. iur. l. 6. §. 5. D. de re milit.* In PARI caossa ceteris seruis habeodus est: *l. 29. D. de lib. causs.* In PARI caussa habendi: *l. 1. D. de receptat.* Et si maxime PAREM caussam suscipiunt: *l. 9. §. vlt. D. de duob. reis.* PAR conditio omnium creditorum facta: *l. 6. §. 7. D. quae in fraud. cred.* PAREM esse conditiooem eius: *l. 150. D. de reg. iur.* Quum PAR delictum est duorum: *l. 154. D. de reg. iur.* id est, simile, vt *l. 2. D. ne quis eum.* PARIA delicta mutua pensatione dissoluuntur: *l. 39. D. soluto matrim.* Qui PARI gradu sunt: *l. 3. §. 9. D. de suis et legit. hered.* Qui PARI proprioue, seu, vt alii legunt, *propiorcue* gradu sunt: *l. 3. D. ad leg. Pomp. de parric.* In successione PARI iure esse: *l. 1. C. de legit. hered.* PARI loco esse in litigando, et duriore, veluti loco vel persona mutata, opponuntur, *l. 1. D. si ex nox. caussa.* [PAR maiestas: *l. 1. pr. C. de summa Trinit. et fid. cath.* pro quo in *Cod. Theod.* est *parilis.*] PAR et minus opponuntur. In PARI vel minore crimine *l. 19. C. de his, qui accus. non poss.* PARI modo: *l. 8. §. 4. D. de lib. exhib.* ¶. 2.

PAR, quantitati etiam adiicitur. PAR numerus capitum gregis: *l. 2. D. de rei vind.* PAR numerus creditorum: *l. 8. D. de pact.* PARES numero iudices: *l. 3. D. de re iudic.* Heredes ex PARIBVS partibus; *l. vlt. D. de fideic. libert.* id est, ex aequis. PARI ratione: *l. 12. §. vlt. D. de rit. nupt. l. 7. §. vlt. D. de donation.* Caius in *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XVI. §. 2. §. 6. Instit. de hered. quae ab intest.* et apud Lactant. *Lib. II. Cap. 4.* PARES sententiae, id est, *aequae*, vt loquitur Seneca *Lib. III. Controu. 2.* seu *aequo numero*, vt Coelius *Lib. VIII. ad famil. epist. 8.* Si dissonantes PARES iudicum sententiae exsistant: *l. 24. D. de manumiss.* Inter PARES sententias clementior seueriori praefertur; Paoll. *Lib. IV. Sentent. tit. 12. §. 5.* Quinctil. *Declam. CCCLXV. Quid, si duo ignominiam pronunciarent, duo exsilium, duo mortem, vnus, vt plerumque euenit, faceres? sine dubio PARES essent sententiae.* Seneca *Lib. III. Controu. 2. Miraris in hac ciuitate misericordiam, in qua lex absolutionem dat PARIBVS tabulis.* ¶ 3. PAR est, *l. 13. Cod. de pact.* id est, rationi et aequitati conueniens. ¶. 4. PAR ratio appellatur, quum accepti et expensi summae congruunt, ac pares sunt. Sic: tutor ei PAREM rationem adscripsit: *l. 22. D. de manum. test.* Si cum heredibus tuis PAREM rationem feceris: *l. vlt. §. vlt. D. de doli except.* Senec. *Lib. IX. controu. 1. Exspectat me: vult mecum PARES rationes facere.* L. Senec. *Epist. XIX. Poteram tecum et hac Mecaenatis sententia PAREM facere rationem.* Idem *Lib. VI. de benefic. cap. 40.* quum ait: *Quare quasi cum acerbo foeneratore resignare rationem PAREM properas.* et Tacit. *Lib. XIII. Annal. Cap. 14. Sane pepigerat Pallas, ne cuius facti in praeteritum interrogaretur, PARESque rationes cum republica haberet.* ¶. 5. Eodemque sensu PARIA facere est, nulla rationibus redditis reliqua trahere. Si Dama seruus meus actus sui heredi meo rationes reddiderit, PARIAque fecerit; *l. 40. §. vlt D. de statulib.* Quae verba hoc significare ibidem Scaeuola ait: si omnem pecuniam ab omnibus exegerint, et heredi soluerint. Nisi si PARIA fisco fecisse dicantur: *l. 5. §. 10. D. de iure immun.* Columell. de re rust. *Lib. XI. Cap. 8. eiusd. lib. cap. 1. Haec enim res auocat villici curam, et eum negociatorem facit potius, quam agricolam, nec vnquam finit eum cum rationibus domini PARIA facere.* Senec. *Lib. II. de benef. Cap. 30. Eodem quidem momento, quo obligatus es, si bis cum quolibet PARIA fecisti.* Et *Lib. III. Cap. 9. Quum aliter beneficium detur, aliter reddatur, PARIA facere difficile est.* Idem *Epist. IX. Vt statim tibi soluam, quod debeo, et quantum ad hanc epistolam, PARIA faciamus.* Idem *Epist. CI. Quotidie cum vita PARIA faciamus.* Eodemque loquendi genere vtitur *Lib. III. de ira Cap. 25. et de tranquill. vit, cap. 6. et in praef. Lib. IV. Natural. quaest.* Plin. *Lib. XXXIV. Cap. 1. Satis piamenti in vno gemmae voluntario damno videretur, si cum fortunae volubilitate PARIA faceret.* Idem *Lib. II. Cap. 86. PARIA secum poscente natura.* Plin. *Secund. in Panegyr. Quod si aliquando cum influentibus negotiis PARIA fecisti.* Eodemque loquendi genere *PARES factas actiones dixit.* Quinctil. *Declam. CCCLV.* ¶. 6. [PARIA concludi, id est, solutionem integram fieri, in *l. 3. Cod. Theod. de conl. fund. Lib. XI. tit. 19*] ¶. 7. PARES, id est, sufficientes. Si ita quidem tenues et exhausti sunt, vt non modo publicis honoribus PARES non sint: *l. 6. D. de muner. et honor.* ¶ 8. Alias PAR de binis vsurpatur. PAR mularum: *l. 22. §. 1. D. ad leg. Aquil.* Plerumque circa mulas PARES accidere solet, vt neutri non nisi omnes habere expediat; *l. 34. D. de Aedil. edict.* Iumenta paria: *l. 38. §. 14. D. eod. tit.* PARIA duo poculorum, et bina PARIA: *l. 30. D. de legat. III.*

[PARABOLANI, qui ad curanda debilium aegra corpora deputantur. *l. 42. l. 43. C. Theod. de Episc. et Cler.* vnde desumta est *l. 18. C. Iust. eod. tit.* Duae huius vocis traduntur origines: vna, a *parabola* CHRISTI, *Luc. X.* de benigno Samaritano, de qua Turneb. *Lib. XIII. Aduers. Cap. 23.* altera verior Alciati *Lib. IV. Dispunct. Cap. 9.* qui vocabulum deducit a Graeco *παραβάλλειν*, quod PARABOLANI caritatis exercendae gratia in varia pericula se proiiciant. Salmasius *de modo vsurarum p. 197.* ait, *παραβάλλεσθαι* idem sonare, quod *παρακινδυνεύειν*. conf Casaubon. *Epist. CCCCXLI. Voss. Lib. IV. Inst Orat. Cap. 11.* Reines. *Class. I. Inscript. 3. p. 15.* et Fabrot. *ad Cuiac. paratitl. Cod. Tom. II. Oper. p. 27.*]

[PARACHARACTA, falsae monetae reus. Falsae monetae rei, quos vulgo PARACHARACTAS vocant: *l. 6. C. Theod. de fals. monet. Lib. IX. tit. 21.* vbi amplius eam vocem exponit Iac. Gothofredus, ostenditque, non eos tantum, qui falsae fusionis rei sunt, sed et omnes, quorum circa monetam male ambulat fides, veluti qui arrodunt, eiusque circulum circumcidunt, hac voce designari.]

[ΠΑΡΑΔΟΞΟΝ in *Nouell. I. Cap. III.* Iulianus vertit *mirabile* quid et nouum seu inopinatum. Cuiac. *in Lib. XIII. Respons. Papin. in l. 15. §. 2. D. ad legem Falcid.*] Gloss. Cyrill. *παράδοξον, mirabile.* Theophilus etiam *in Paraphr. pr. Inst. quib. alien. lic. vel non.* capita illa iuris, de quibus isto titulo agitur, vocat *παράδοξα θέματα.* HEIN.

PARAGAVDAE vel PARAGAVDIAE, quarum meminit *l. 1. et 2. Cod. Theod. de vestib. olob. Lib. X. tit. 21.* modo vestes sunt, modo lora aurata, vestibus praetexta, quibus illae constringebantur, neque in virilem vsum venerunt, nisi post tempora Gallieni. Alb. Ruben. *de re vestiar. Lib. I. Cap. 3.* Id ornamentum postea iis proprium fuisse, qui in ministerio principis erant, obseruat Salmas. *ad Script. Hist. August. p. 241.* PARAGAVDAS tamen et militibus primus dedit Aurelianus Imp. Vopisc. *in Aurel. Cap. XLVI.* Vid. et Turneb. *Lib. IX. Aduers. Cap. 11.* HEIN.

[PARAMONARII In *l. 46. C. de Episc. et cler.* sunt villici, seu actores possessionum, ex eorum genere, qui res ecclesiasticas administrant. Cuiac. *in Comment, ad d. l. 46.* et Dionys. Gothofr.

thofr. Adde et, quae de hac voce obseruauit Car. du Fresne *in Glossar.*]

[PARANGARIAE in *l. 2. C. de Episc. et cler. l. 2. C. de quib. mun. et praest. Lib. X. l. 13. C. de excus. mun. Lib. X. i. 2. C. de Praef. praet. Lib. XII. l. 3. C. de silentiar. l. 2. l. 21. C. de curs. publ. l. 2. C. de praepos. sacr. cubic. Lib. XII. et II. F. 56.* sunt praestationes agendi, ferendi, commeatuum, a principe impositae, quum non per viam cursumque publicum, sed aliouorsum iter suscipitur. Guilielmus Tyrensis Pontifex *Lib. V. belli sacri Cap. 19. Hos etiam,* ait, *tantis angariis adfligebant et parangariis, vt melius videretur esse his, quos ab vrbe depulerant, quam quibus pro summo beneficio vrbis indulserant habitationem. Nam et pecuniarias eis saepius mulctas infligebant, id quod habere videbantur, violenter extorquentes, et ad quaelibet sordida munera et onera ciuilia rapiebant inuitos. Nam si erigendae essent machinae, aut immensi ponderis transferendae trabes, statim id eis muneris iniungebatur. Hi lapides et caementa et quamcumque materiam ad opus aedificiorum necessariam circumferre compellebantur: hi iaculatoriis et machinis molares, qui extra mitterentur, tenebantur ministrare, et funibus, quibus extra contorquebantur, inseruire.* Eodemmodo et PARANGARIARVM onus idem auctor exponit *Lib. VIII. Cap. 8.* et *Lib. IX. Cap. 17*]

[ΠΑΡΑΦΕΡΝΑ, quae praeter dotem dantur, vel res vxoris extra dotem constitutae, vel res, quas vxor in domo mariti in vsu habet, neque in dotem dat, quas Galli *peculium* adpellant, *l. 10. §. 3. D. de iur. dot. l. pen. D. ad leg. Falcid. l. 31. §. 1. D. de donat. l. 8. et l. vlt. C. de pact. conuent.* Qood et ipsa adpellatio ostendit. Nam vt Iul. Pollux *Lib. III. Onomast. segm. 35.* scribit: λέγοις δ' ἂν προῖκα, καὶ φερνὴν τὴν παρὰ τῆς γυναικὸς δόσιν. *Dotem vero et* φερνὴν *vocabis hoc, quod cum sponsa datur.* Vnde quod praeter et vltra eam datur, παράφερνον vocatur. Constantin. Harmenop. *Lib. IV. tit. 9. §. 21.* ἐξώπροικα vocat.]

[PARAPETASIA, ORVM, sunt attenta et adpensa opera, quae aliis operibus cohaerent, et adfixa sunt, quae alias ἐξωσταὶ, id est, suggrundia et maeniana; in Basilicis παραπέτασια, quod est *adplicita*, seu *adplicata*, Gallis *Sailles* et *avances*, *apentis* vocantur. Sed alia a maenianis et suggrundiis esse PARAPETASIA, monet Car. du Fresne *in Glossar. hac voce.* Aedificia, quae vulgi more PARAPETASIA nuncupantur: *l. 14. C. Iust. et l. 39. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.*]

[PARAPSIS, IDIS. PARAPSIDA quadrangulum et quadrilaterum vas fuisse, id est, paribus apsidibus, scribit Isidor. *Lib. XX. Etymol. cap. 4. Male forsan*, inquit Cuiacius *Lib. X. Obseruat. cap. 17. quum apsis vas sit, in quo ponitur esca:* PARAPSIS, *quod illi accedit, acetabulum.* Sunt, qui *paropsidem* scribunt, et ἀπὸ τοῦ ὄψου, id est, obsonio deducunt. Ceterum PAROPSIDVM mentio fit *l. 21. D. de aur. arg. leg.* Sidon. Apollin. *Lib. II. epist. ad Domotium; quo insitum institutumque, multas epulas paucis PARAPSIDIBVS adponi.*]

PARARE, pro praeparare, instituere. Marito accusationem PARANTE, et probationibus instituente: *l. 2. §. vlt. D. ad L. Iul. de adult.* Propter insidias, quas tuae vitae PARATAS contendis: *l. 14. C. de his, qui accus. non poss.* id est, structas. Quae ad iniuriam eius vel damnum PARATA sunt: *l. 10. pr. D. de legation.* PARARI balnea: *l. 35. §. vlt. D. de leg. III.* ¶. 2. PARARE, interdum est adquirere. Ad actionem PARANOAM: *l. 27. §. 3. D. de pact.* id est, adquirendam. Hanc excusationem sibi non PARAVERVNT: *l. 1. §. 2. D. de vacat. et excusat. mun.* Quae serui peculiariter PARAVERVNT: *l. 3. §. 12. D. de adquir. possess.* Quod parsimonia sua quis PARAVIT: *l. 39. D. de pecul.* Ad PARATAM pecuniam laboribus substituti veniat: *l. 24. §. 2. D. de minor.* ¶. 3. PARARI etiam dicitur, quod alicui vsui destinatur. Aqoa ad bibendum, lauandamque familiam PARATVR: *l. 12. §. 10. D. de instr. vel instrum. leg.* Argentum, quod vsus sui caussa PARATVM esset: *l. 28. D. de aur. arg.* Familiae rusticae caussa, item ad vsum rusticum PARATI: *l. 12. §. 5. D. de instr. vel instrum. leg.* Fructuum seruandorum gratia PARATVS: *l. 12. §. 4. D. eod. tit.* Iumenta dominici vsus caussa PARATA: *l. 3. D. de pen. leg.* Quae ad nauigantium vsum PARANTVR: *l. 19. §. 7. D. locat.* Serui, qui ad eiusmodi vsum PARATI essent: *l. 204. D. de verb. signif.* ¶. 4 PARATVM et *emtum* differunt ita, vt illud generis, hoc speciei nomen sit. Inter *emtum* et PARATVM hoc interest, qood in *emto* PARATVM inest: in PARATO non continuo *emtum* continetur. Veluti, si quis quae prioria vxoris caussa *emisset*, posteriori vxori tradidisset: eas res eum posterioris vxoris caussa PARAVISSE, non *emisse* constat: *l. 47. §. 1. D. de legat. III.* Interest, vxoria caussa PARATAE sint, et legata, an ipsius caussa *emta*: PARATIS enim omnia continentur, quae ipsius vsibus fuerunt destinata: *l. 49. §. 1. D. de legat. III.* Et ita verba haec accipe *l. 46. D. eod. tit. Emtorum* PARATORVMque adpellatione non contineri ea, quae in dotem data essent: *l. 78. §. 6. D. de legat. III.* ¶. 5. PARARE alias est comparare, emere. Sic: PARARE hominem: *l. 31. §. 1. D. de reb. cred. l. 1. §. 1. D. de act. emt.* De peconia commodorum possessionem PARAVIT: *i. 23. D. de adim. legat.* Res alienas legari posse, si PARARI possint: *i. 39. §. vlt. D. de legat. I.* ¶. 6. PARATVS etiam dicitur, qui praesto ad aliquid sine vlla mora agendum, faciendum est. Sic: PARATVS accipere: *l. 23. §. 1. D. de recept. arbitr.* accusare: *l. 1. C. ad leg. Iul. maiest.* cauere: *l. 69. §. vlt. D. de legat. II. l. 6. §. vlt. D. de Carbon. edict.* Si PARATVS sit compromittere: *l. 21. §. 9. D. de recept. arbitr.* defendere: *l. 3. §. 7. D. ad exhib. l. 2. D. de custod. et exhib. reor.* se defendere: *l. 48. de in ius voc.* PARATVS seiod cio defendere: *l. 3. §. 5. D. quod vi aut clam.* Defensores PARATI in quina iudicii: *i. 38. D. de procurat.* Et si arbiter recipere arbitrium fuerit PARATVS: *l. 21. §. 9. D. de recept. arbitr.* Qui fideiussores dare PARATVS est: *l. 3. D. de custod. et exhib. reor.*

reor. PARATVS iudicium accipere vel suscipere: l. 24. et l. 47. D. de vsur. pati: l. 13. §. 14. D. de hered. pet. l. 3. §. 10. D. de adquir. possess. PARATI suscipere actiones: l. 37. D. de procurat. PARATVS recedere ab vsufructu: l. 48. D. de vsufr. Nec restituere sit PARATVS: l. 36. D. de pecul. Cum fructuarius PARATVS est vsumfructum derelinquere: l. 64. 65. D. de vsufr. PARATVS fructuario derelinquere: ibid. Aduersus singulos actio pro hereditariis portionibus creditori PARATA: l. 24. C. famil. ercisc. Cum aduersus petentem PARATA sit exceptio: l. 4. C. de fals. causs. adiect. Qui PARATVS est soluere: l. 6. § 1. D. quib. mod. pign. l. 26. D. de procur. l. 28. §. 5 D. fam. ercisc. l. 16. D. iud. solu. l. 19. D. de intur. Qui solidum soluere PARATVS est: l. 17. D. de fideiuss. PARATVMque decet soluere: l. 21. D. de indic. PARATO me soluere: l. 19. D. de solut. Si non soluere, sed alia ratione satisfacere PARATVS est: l. 10. D. de pignorat. act. l. 6. §. 1. D. quib. mod. pign. Si praeterita pensione satisfacere PARATVS fuit: l. 34. D. de damn. infect. [PARATVS pecuniam soluere: l. 37. D. de procur. omnia praestare PARATVS: l. 13. D. de dol. mal. et met. except. PARATVS vectigal exsoluere solidum: l. 9. D. de rescind. vend.] Si quis omnia iudicii ab eo transferre PARATVS est: l. 27. D. de procurat.

PARARII olim vocabantur, qui nominis faciendi caussa interueniebant: Senec Lib. II. de Benef. cap. 23. *Quidam volunt nomina secum fieri, nec interponi PARARIOS, nec signatores aduocari.* Idem Lib. III. cap. 15. *Adhibentur ab vtraque parte testes: ille per tabulas plurium nomina interpositis PARARIIS facit.*

PARATIO pro comparatione. Etiamsi difficilis rerum alienarum PARATIO sit: l. 39. §. 1. D. de legat. I.

[PARATITLA. Sufficiat per indices tantummodo et titulorum subtilitatem, quae παράτιτλα nuncupantur, quaedam admonitoria eius facere. Iustinian. Const. Deo auctore §. 12. de concept. Digest. quae est l. 1. C. de vet. iur. enucl. Si quid forsitan per titulorum subtilitatem adnotare maluerint, et ea, quae PARATITLA nuncupantur, componere: Const. Tanta §. 21. de confirm. Digest. quae est l. 2. §. 21. C. de vet. iure enucl. Quae autem sint PARATITLA, non quemuis intelligere, sed ipsum etiam Cuiacium, Wesenbecium, Maranum, Colombettum, ceterosque omnes, qui PARATITLA scripserunt, ignorasse, ait Menag. Amoenit. iur. ciu. Cap. XV. Quidquid autem de summis his viris sentiat Menagius, ea sane PARATITLORVM definitio, quam dudum dedit Haloander, non diuersa est ab ipsius sententia, certe eidem non aduersa. Ita enim ille: PARATITLA *nihil aliud sunt, quam breues quaedam notae eorum locorum, quae similitudinem aliquam, vel pugnantiam praeferre videntur: dicta quasi tituli cum titulo collatio.* Menagius vero cum Leunclauio, Iano a Costa et Fabroto ita: PARATITLA *sunt ἀναπληρώσεις, hoc est, accessiones et supplementa, seu repletiones titulorum ex aliis titulis: quasi adpendices titulorum, quibus ea, quae aliis in titulis ac locis ad quemuis titulum pertinentia exstant, adnotantur.* Fabrot. ad Cuiac. Paratitl. Cod. prooem. in fine.]

[PARATVS, VS, aliquando significat adparatum, praeparationem, παρασκευήν, cultum, omneque pompae genus, quo et aduentaturi, principes praesertim, sese parare, et aduentantes a subditis, aliisque, deuotionis suae cultusque testandi caussa, excipi solent, sicut cum aliis scriptoribus saepius hoc sensu vsurpata, tum Tacito Lib. VI. Annal. cap. 37. PARATVS *principis.* Lib. XI. Annal, cap. 12 *Aemulantium inter se regum* PARATVS. Lib. II. Histor. cap. 81 in fine. *Nauium, armorum, militum* PARATVS. Lib. II. Histor. cap. 84. et alibi. PARATVS *magnus, ingens, speciosus,* eademque prorsus notione sine dubio accipiendum est hoc vocabulum, in l. 1. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38. si modo ita constituenda eius lectio est, vt eam constituit Iac. Gothofredus in Comment.]

[PARAVEREDI, ORVM, in l. 2. et l. 21. C. de curs. publ. Lib. XII. l. 13. C. de excusat. mun. Lib. X. l. 2. C. de praepos. sacr. cubic. Lib. XII. l. 3. C. de Silentiar. Lib. XII. et apud Cassiodor. Lib. XI. Var. epist. 14. et Lib. V. epist. 39. PARAVEREDI, et *agminales* equi iunguntur in l. 6. C. Theod. de causs. publ. promiscue et pro iisdem vsurpantur in l. 3. eod. tit. Vsus eorum alias erat in cursu publico, non minus ac *veredorum,* nisi quod hi in viis publicis, PARAVEREDI vero tantum in transuersis et militaribus, [de quarum differentia plura adnotauit Brisonius Lib. XIX.] vsurpari consueuerant. Add. Iac. Gothofred. ad l. 3. C. Theod. de curs. publ. Mentio eorum praeterea occurrit in l. 7. 15. 16. 59. 63. 64. Cod. Theod. eod. tit. et l. 19. Cod. Iustin. eod. tit.]

PARCE, IVS, ISSIME, raro, perraro. PARCIVS et multo PARCIVS. l. 24. §. 2. et §. 4. D. de minor. PARCISSIME commeatum dare: l. 12. §. 1. D. de re mil. Vt de his PARCISSIME ius dicatur: l. 16. D. de offic. praesid.

PARCERE, ignoscere, indulgere, veniam dare. Impuberi vtrum in supplicio tantum PARCIMVS, an vero etiam in quaestione: l. 1. §. 33. D. de SC. Silan. Vt insanis illis PARCENDVM est: l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiest. Si furi nocturno PARCERE sine periculo non potuit: l. 9. D. ad leg. Corn. de fals. Nec propter plures actiones PARCENDVM erit in huiusmodi crimine reo: l. 6. D. ad leg. Iul. de adult. Si qua in taberna cauponia, vel qua alia, pudori suo non PARCIT: l. 43. D de rit. nupt. Si ipse PEPERCISSET pudori suo: l. 48. D. mandati. Filii pudori PARCITVR: l. 28. D. de reb. auct. iud. possid. Famae patroni PARCENDVM: §. 5. Instit. de susp. tut. [Si ita pronunciauit: non probasti, PEPERCIT ei: l. 1. §. 4. D. ad SC. Turpill.]

PARENS, TIS, non patrem tantum et matrem significat, sed haec vsque ad tritauum porrigitur

adpellatio. PARENTEM vsque ad tritauum adpellari quidam aiunt; superiores maiores dici: hoc veteres existimasse, Pomponius refert. Sed Caius Cassius omnes in infinitum PARENTES dicit, quod et honestius est, et merito obtinuit: *l. 4. §. vlt. D. de in ius voc.* Adpellatione PARENTIS non tantum pater, sed etiam auus et proauus et deinceps omnes superiores continentur: sed et mater et auia et proauia, *l. 51. D. de verb. signific.* PARENTES vsque ad tritauum apud Romanos proprio vocabulo nominantur: vlteriores, qui non habent speciale nomen, maiores vocantur: *l. 10. §. 1. D. de grad. et adfin.* Sed non PARENTIS solum adpellatio tam late patet, vt auum, ceterosque vsque ad tritauum complectatur, verum etiam *patris* nomine tam apud Latinos auctores, veluti Virgil. *VII. Aeneid. v. 571. X, v. 619.* Plin. *Lib. VII. Hist. nat. cap. 13.* et Pers. *Sat. VI. v. 57.* quemadmodum obseruat V. C. Car. Andr. Duker. *de Lat. vet. iurec. p. 220.* quam in sacris libris, auus et proauus significantur. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obs. Lib. V. cap. 5.* HEIN. Paullus ex Festo: *Parens vulgo pater aut mater adpellatur, sed iurisprudentes auos et proauos, auias et proauias PARENTVM nomine adpellari dicunt*, vt in edictis *de in ius vocando, qui satisdare cogantur, de postulando*, et *de legatis praestandis*, PARENTEM accipere debemus: *d. l. 4. D. de in ius voc. l. 1. D. in ius voc. vt eant. l. 2. §. 2. D. qui satisd. cog. l. 1. §. vlt. D. de postul. l. 1. §. 1. D. de legat. praest.* [item in *l. vlt. C. si min. ab hered. se abstin.* vbi, qui PARENTES, *in fine* legis, *in princ.* aui diserte vocantur.] Iisdemque omnibus locis PARENTIS adpellatio vtriusque sexus personas complectitur, veluti matrem, auiam, proauiam. Et in eo, quod dicitur, *pietas PARENTIBVS, etsi inaequalis est eorum potestas, aequa debebitur*, *l. 4. D. de curat. furios.* itemque in *l. 15. D. de inoffic. test.* et *l. 11. D. de his, qui not. inf. l. 9. D. ad Leg. Pomp. de parric.* [Atque ita, quod in *l. 9. D. de obsequ. par. et patron. praest.* dicitur, *personam patris sanctam filio videri debere*, etiam ad matrem pertinet.] Vetus Glossar. PARENTES *sunt omnes superiores, siue per paternam, siue per maternam cognationem coniuncti.* Filiam, quam ambo PARENTES dicuntur caram habuisse: *l. 1. §. 3. D. de quaestion.* PARENTIS locum socer obtinet: *l. 16. D. solut. matrim.* Amita et matertera PARENTVM loco habentur: *§. 5. Inst. de nupt.* Sororis proneptem non possum ducere vxorem, quoniam parentis loco ei sum: *l. 39. D. de rit. nupt.* Patris adoptiui PARENTES, filii adoptiui PARENTES non sunt: *l. 5. §. 1. D. de adgnosc. et alend. lib.* PARENS naturalis: *l. 8. D. de in ius voc.* PARENTES naturales: *l. 6. D. eod. tit.*

¶. 2. At quum Vlpianus ait, profectitiam dotem esse, quae a *patre* vel PARENTE profecta est, *l. 5. D. de iur. dot.* [et *l. 3 §. 1. D. de administr. et peric. tut.* PARENS vel *pater*, qui in potestate habet.] PARENTEM accipere debemus per virilem sexum cognatione iunctum, velut auum, proauumque paternum, quemadmodum idem Vlpianus docet *tit. VI. Regul. §. 3.* Similique modo PARENTIS nomen interpretari conuenit in definitione postumorum. Postumos dicimus eos duntaxat, qui post mortem PARENTIS nascuntur: *l. 3. §. 1. D. de iniust. rupt. irrit.* Et ita quoque PARENTEM accipe in *rubr. D. si a parente quis manum.* Patrem, auum paternum, proauumque, aui patrem, ceterosque virilis sexus PARENTES, item matrem, omnesque PARENTES, et per illum sexum contingentes: *l. 5. §. 1. D. de adgnosc. et alend. lib.*

¶. 3. Videtur et PARENTIS significatio latius patere in *l. 1. C. si per vim.* et *l. 4. C. Theod. vnde vi.* vt et apud Tertullian. *Lib. ad martyres Cap. II.* et *de carne Christi Cap. VII. p. 365.* Atque adeo iam inde a D. Hieronymi temporibus PARENTES militari vulgarique sermone cognatos et adfines nominatos, patet ex eius *Lib. II. ad Ruffin. non procul ab initio.* [Ex hoc quoque sensu PARENTVM voce vsum esse Iul. Capitolin. quando de M. Anton. Philosopho *Cap. V.* testatur: *adoptatum in aulicam domum, omnibus* PARENTIBVS *suis tantam reuerentiam eum exhibuisse, quantam priuatus*, maxime videtur verisimile]

¶. 4 Ceterum decessores suos, quamuis nulla cognatione iunctos, PARENTES adpellare solent Imperatores, quemadmodum abunde docui *Lib. III. de Formul. Cap. 61.* PARENTI nostro Antonino, ait Diocletianus *l. 4. C. ad SC. Trebell.* Quum D. Antonino, PARENTI nostro placuerit, aiunt Diocletianus et Maximianus *l. 4. C. eod. tit.* [qui et ipsi Aurelium Claudium PARENTEM suum adpellant in *l. 1. C. ne lic. potent.*] Edicto PARENTIS mei D. Marci, aiunt Diocletianus et Maxim. *l. 3. C. si adu. fisc.* adde *l. 1 C. quib. ad lib.* Auctore PARENTE meo Traiano, ait Diocletianus *l. 5. D. de magistr. conu.* PARENTES mei, ait Alexander *l. 6. C. de testam. mil.* Diui PARENTES nostri: *l. 1. C. de diuort.* Diuis PARENTIBVS meis, aiunt Valerianus et Gallienus *l. vlt. C. qui non poss.* PARENTIBVS meis placuit, ait Alexander *l. 2. C. si pend. adpell.* Constitutionibus Diuorum PARENTVM nostrorum, aiunt Dioclet. et Maximian. *l. 4. C. qui bon. ced.* Diuorum PARENTVM meorum rescriptis, ait Alexander *l. 2. C. ad L. Corn. de fals.* PARENTVM nostrorum statutis, ait Dioclet. *l. 11. C. de accusat.* Eleganter hanc obseruationem non modo ex legibus, verum etiam ex numis, nec non ex Euseb. *Hist. eccles. X, 9. et 10.* illustrat Ezech. Spanhem. *Orb. Rom. Exercit. II. Cap. XXV. p. 392. sequ.* HEIN.

¶. 5. [Nec solum antecessores suos, sed et praefectos praetorio, Patritiosue, itemque Praefectos vrbi, magistros officiorum, militumque, hoc honore Imperatores adfecisse, et in rescriptis suis PARENTVM nomine adpellasse, testantur *l. 4. C. de locato. l. 6. C. Theod. de annon. et trib. Lib. XI. tit. 1. l. 1. Cod. Theod. de episc. iud. Lib. XVI. tit. vlt.* aliique textus, magno numero citati a Brissonio *Lib. III. de Form. Cap. 62.*]

PARERE, secunda correpta, proprie est ex vtero partum foetumue in lucem edere. Venter, qui summum heredem, item, legitimum vel consanguineum PARITVRVS est: *l. 30. §. 1. D. de adqu. vel omitt. hered.* [PARERE mortuum: *l. 8. §. 1. D. de suis et legit. her.* Mulieris Alexandrinae, quae quinque simul PEPERIT, et incolumes omnes habuit, mentionem facit Iulianus *l. 36. in fine D. de solut.* et Paullus *l. 3. D. si. pars hered. pet.* Meminit eiusdem etiam Caius, in *l. 7. princ. D. de reb. dub.* qui nomen ei *Serapius*, et ad

D. Ha-

D. Hadrianum perductam fuisse, addit. Et de hac muliere accipienda puto illa Augustini *Cap. 115. quaest. ex vtroque testam. Legitur cautum in quodam iuris libello*, (an *l. 36. D. de solut.* an vero *l. 7. D. de reb. dub.* eo nomine intelligat Augustinus, non vacat inquirere, neque scire multum refert) *mulierem aliquando quinque PEPERISSE.* An et locus Iulii Capitolini *in Antonino Pio Cap. IX. Natus est et biceps puer, et vno partu mulieris quinque pueri editi sunt?* Ita censet, et commissum anachronismum, lapsumque memoria Capitolinum, suspicatur Casaubonus *in notis*, qui aliud in hoc genere magis mirandum ex Eustathio refert exemplum, vxoris viri cuiusdam illustris, quae nouem pueros vno partu edidit. Alia eiusmodi πολυτεκνίας exempla apud historicos passim occurrunt.] Quae tergeminos PEPERIT: *l. 137. D. de verb. signif.* Si tres PEPERERIT: *l. 15. D. de stat. hom.* ¶. 2. PARERE μεταφορικῶς est producere. Ea obligatio, quae inter dominum et procuratorem consistere solet, mandati actionem PARIT: *l. 42. §. 2. D. de procur.* Iuris gentium conuentiones quaedam actiones PARIVNT, quaedam exceptiones: *l. 7. princ. et §. 14. D. de pact.* Impensae PARIVNT marito actionem: *l. 7. §. vlt. D. solut. matrim.* Pignoris persequutio in rem PARIT actionem creditori: *l. 17. D. de pignor. et hypoth.* [In rem actionem possessio PARIT aduersario: *l. vn. C. de alien. iud. mut. causs. fact.* vbi tamen alii legunt, *in rem actioni possessio* PARIT *aduersarium*, alii: *in rem actori possessio parit aduersarium*] An litis aestimatio oblata alienationem PARIAT: *l. 3. §. 2. D. de reb. eor.* Perpetua exceptio PARIT condictionem: *l. 26. §. 7. D. de cond. indeb.* Confusionem PARERE: *l. 93. D. de solution.* Exactionem PARERE: *l. 11. princ. D. de impens. in res dot. fact.* Quum conditio etiam ex incertae personae facto PARERE obligationem possit: *l. 108. princ. D. de verb. oblig.* Vt altera stipulatio obligationem PARIAT: *l. 1. §. 3. D. de stipul. seru.* Haec scriptura: liberi mei ibi sunto, vbi eos sua mater esse volet, nullam obligationem PARIT: *l. 7. D. de annuis leg.* Haec res non PARIT petitionem nouam: *l. 11. §. 5. D. de except. rei iudic.* Sic et pecuniae vsuras PARERE, vel non PARERE ☞ dicuntur *l. 33. pr. D. de vsur.* Sed dispiciendum est, an in *d. l. 33.* pro *parere* et *non parere vsuras*, non sit legendum: *parere* et *non parere vsuris.* Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. VI. Obs. Cap. 4.* HEIN. ¶. 3. PARERE etiam adquirere significat. Actionem mihi PARIT: *l. 9. §. 6. D. de iureiur.* Iusiurandum domino PARERE exceptionem: *ibid.* PARERE exceptionem rei iudicatae: *l. 6. D. de except. rei iudic.* Exceptionem primae stipulationi obligatis PEPERISSE videtur: *l. 10. D. de stipul. praet.* Antequam in collegium adsumeretur, quod immunitatem PARIAT: *l. 5. §. 7. D. de iur. immun.* Liberationem ei PARERE: *l. 23. D. de vsufr.* id est, adquirere, vt *ibid.* et *l. 19. D. de pact.* Oblatio debiti liberationem PARIT: *l. 9. C. de solution.* Placuit rem, pro pecunia solutam, liberationem PARERE: *l. 26. §. 4. D. de condict. indeb.* Id acceptilatum liberationem PARIET: *l. 13. §. 4. D. de acceptil.* Tempus expeditionis praescriptionem non PARIT: *l. 1. C. quib. non obiic. long. temp.* ¶. 4. PARTA, id est, quaesita. Ex stipulatione PARTA actione: *l. 7. C. de sent. et interloqut.* PARTA ex coniunctione filia, id est, quaesita. *l. 77. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* PARTAM liberationem non potest reuocare: *l. 98. D. de solution.* PARTA obligatio: *l. 2. C. de contrab. et committ. stip.* Diuturnitate possessionis PARTAM securitatem maleficium alterius turbare non potest: *l. 7. C. de praescr. long. temp.*

PARERE, secunda producta, obtemperare est, vt adparet ex *l. 2. §. vlt. D. de noxal. action.* seu obedire, vt Festus exponit. Arbitrorum vnum genus eiusmodi, vt siue aequum siue iniquum sit, PARERE debeamus: *l. 76. §. vlt. D. pro soc.* PARERE domino debuit seruus: *l. 13. D. ad leg. Falcid.* Aquillia ignouit seruo, qui domino PARVIT, periturus, nisi id fecisset: *l. 2. §. vlt. D. de noxal. act.* Impune non PARERE iussit: *l. 21. §. 10. et l. 32. §. 16. D. de recept. arbitr.* Extra territorium ius dicenti impune non PARETVR: *l. vlt. D. de iurisd.* Ad fideicommissum inuitasse eos, qui iudicio PARVERVNT. *l. 77. §. 27. D. de legat. II.* Compellendos testatricis iussioni PARERE: *l. 44. D. de manum testam.* Necesse est, vt iuri manifesto PAREATVR: *l. 21. D. rem rat. hab.* Si intra hoc tempus praestando iuri PARITVM sit: *l. 9. C. de non numer. pec.* Si certam dixisti legem, nec huic illa, quum posset, PARVIT: *l. 8. C. de cond. ob causs. dator.* Si legi datae collationis non PAREANT: *l. 11. C. de collat.* Legi, quam donans tuis rebus dixisti, PARERI conuenit: *l. 3. C. de contrab. emt.* Si per emtorem factum sit, quo minus legi PARERETVR: *l. 6. D. de leg. commiss.* Eaque effecisset, ne PARERETVR legi venditionis: *l. 38. D. de minor.* Rebus certa lege traditis, si huic non PAREATVR: *l. 5. C. de rer. perm.* Si caelebs legi PARVERIT: Vlpian. *Tit. XVII. Regul. §. 1.* qui neutri legi PARVERIT: Vlp. *ibid.* Magistratibus PARERE: *l. 28 D. de muner. et honor.* Vt parentibus et patriae PAREAMVS: *l. 2. D. de instit. et iur.* Filii, qui patri PARVERVNT: *l. 4. C. ad leg. Iul. de adult.* Patri PARENDI necessitatem filius habet: *l. 10. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* PARERE placitis: *l. 5. C. de rer. perm.* Ad PARENDVM placitis eos bona fide vrget: *l. 14. C. mandat.* Ei, quod placuit, PARERE cogetur: *l. 9. C. de locato.* PARENDVM esse sententiae: *l. 3. C. de excus. tutor.* Qui sententiae non PARVERIT: *l. 1. C. de recept. arbitr.* Si vnus PARVERIT, alter non PARVERIT sententiae iudicis: *l. 5. §. vlt. D. de verb. oblig.* Ab ea sententia, cui PARERI rerum natura non potuit: *l. vlt. D. quae sent. sine adpell.* Qui sententiae arbitri non PARVIT: *l. 11. §. 3. D. de recept. arbitr.* Vt arbitri PAREATVR sententiae: *l. 23. §. penult. D. eod. tit.* ¶. 2. PARERE voluntati, idem quod simpliciter PARERE, siue obtemperare. Si non PARVERIT heres *voluntati*: *l. 69. §. 3. D. de legat. II.* Defuncti *voluntati* PARERE: *l. 94. D. ad leg. Falcid.* Si non PARVERIT *voluntati* defuncti: *l. 12. §. 4. D. de religios. et sumt. fun.* Non PARVISSE defuncti *voluntati* filium: *l. 114. §. 15. D. de legat. I.* Si *voluntati* defuncti tutores PAREANT: *l. 1. C. quando decret. opus non est.* Priusquam *voluntati* defuncti PARERETVR: *l. 3 C.*

de

PAR.

de instit. et subst. Rempublicam *voluntati* testatoris PARERE compellendam: *l. 21. §. 3. D. de ann. leg.* Si per te stat, quo minus *voluntati* testatoris PAREAS: *l. 1. C. de iis, quae sub mod.*

¶. 3. PARERE, alias est satisfacere. PARERE conditioni: *l. 63. §. 6. D. ad SC. Trebell. l. 5. D. quand. dies legat. l. 5. §. 1. C. de condit. et demonstr. l. 8. §. 12. D. de inoffic. testam. l. 26. D. de liber. legat. l. 1. D. de curat. bon. dand. l. 23. et l. 29. §. vlt. D. de statulib. l. 31. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 55. D. de manum. testam. l. 24. l. 44. §. 8. et l. 55. D. de condit. et demonstr. l. 161. et 174. D. de regul. iur. l. 1. C. de interloquut.* et apud Vlpian. *tit. III. regul. §. 2.* Contra: *non* PARERE: *l. 13. D. de legat. praest. l. 10. D. de condit. et demonstr. l. 6. C. de fideiuss.* Conditionibus PARERE: *l. 5. et l. 60. D. de condit. et demonstr.* Nisi omnibus conditionibus PARVERIT: *l. 45. D. de manumiss. testam.* Si vel per tutorem stet, quo minus conditioni PAREATVR: *l. 22. D. eod. tit.* Si PARITVM fuerit conditioni: *l. 12. D. eod. tit.* Conditioni PARITVM videtur: *l. 2. C. de condit. et demonstr.* Videri conditioni PARITVM: *l. 12. D. de dot. praeleg.* Si modus vsurarum PARENDVM aliim suadeat: *l. 5. §. 9. D. de reb. cor. qui sub tut.* Si colonus pensionibus PARVERIT: *l. 54. §. 1. D. locati.* Successores sollemnibus pensitationibus PARERE debent: *l. 27. C. de iur. dot.* Solutioni PARERE compellantur: *l. 8. C. de action. et oblig.* Intelligis, et sorti et vsuris te PARERE oportere: *l. 8. C. quod cum eo, qui in al. potest.* [Plura exempla conduxit Cuiac. *Lib. XXV. obseru. cap. 15.* et ad *l. 54. §. 1. D. locati.*]

¶. 4. PARERE, aliquando comparere et adparere significat. Si Stichus legatus culpa heredis non PAREAT: *l. 47. §. 1. D. de legat. I.* Copiamque sui faciat in publico, ibique PAREAT: *l. 7. §. 13. D. quib. ex causs. in possess.* Vt sine dedecore in publico PARERE non possint: *l. 12. D. ex quib. causs. maior.* Si non PAREAT, quid actum sit: *l. 34. D. de reg. iur.* id est, si ordo scripturae non PAREAT: *l. 24. §. 17. D. de fideic. libert.* Si quaedam ex signis non PARENT, sufficit septem testium signa comparere: *l. 7. D. de bonor. possess. sec. tab.* Ne proscriptum esset, vel non PARERET: *l. 11. §. 4. D. de instit. act.* * [Si depraedator fraudium PAREAT: *l. 32. C. Theod. de annon. et trib. Lib. XI. tit. 1.* nisi forte mutanda eius loci lectio, et cum Iac. Gothofredo legendum: *fraudium quid* PAREAT, de quo alii deliberent. Sic etiam Apulei. *Lib. V. metamorph. p. 160. Quamuis hominum nemo* PARERET: et *Lib. I. p. 108. Quid, inquam, de me fiet, vbi iste iugulatus mane* PARVERIT? Quo loco si PARERE accipias pro adparere, satis sibi constat lectio, neque mutatione opus est.]

PARET, quod erat in formulis, Festus explicat, *inuenitur.* Quanti eam rem esse PARET: *l. 179. D. de verb. oblig.* In quantum PARET, in illo aceruo suum cuiusque esse: *l. 5. D. de rei vindic.* Plura de hac formula inuenies *Lib. V. de Formul. X. et XI.*

[PARHIPPVS. PARHIPPVM eum videri et habendum esse, si quis vsurpato vno vel duobus veredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiumue extra ordinem commoueat, ait Iulianus Imp. *l. 14. C. Theod. de curs. publ. Lib. IV. tit. 5,* quae est *l. 4. Cod. Iustin. eod. tit. Lib. XII.* quo quidem loco strictius accipitur haec vox, quae alioquin in genere quemuis veredum, seu equum etiam, qui licite, praeter vehiculum et concessum veredorum numerum, exigi poterat, comprehendit. Adde l. 22. (vbi PARHIPPVS et *auertarius* παραλλήλως iunguntur,) *l. 27. l. 29. C. Theod. eod. tit.*]

PARIARE, est paria seu pares rationes facere. Si ei quos prorogauit emtor, quum ei PARIAVERIT, poterit ad libertatem peruenire: *l. 4. §. 5. D. de manumiss.* Vtitur hoc verbo Tertullianus *Lib. III. aduers. Marcion. cap. 29. de resurrect. carn. cap. 6. et cap. 53. et libro de verbo DEI cap. 6.*

PARIATIO, NIS, scriptura, ex qua quadrare rationes intelligitur. Pactum, quod in PARIATIONIBVS adscribi solet. *l. vlt. §. 3. D. de condict. indeb.*

PARIATOR, reliqua habenti opponitur, *l. 81. D. de condit. et demonstr.*

PARIENTIA, pro obsequio, vel obedientia. PARIENTIAM accommodare: *l. 2. C. qui pro sua iurisd.* vbi vulgo PATIENTIAM male legebatur. Nam et Gell. *Lib. I cap 13. Imparientiam* pro obsequii detrectatione vsurpauit. *Ne, si spes fefellisset, culpa* IMPARIENTIAE *et poena indeprecabilis subeunda esset.* Ibi disputat de re mandata, an faciendum sit, quod mandatum, an vbi mandatum est. [Vsus est PARIENTIAE voce etiam Cassiodor. *Lib. VII. Var. cap. 7.*] Ita quidem legendum videtur Cuiacio *Lib. I. Obseru. cap. 6.* in *l. vn. C. qui pro sua iurisd.* · *Nec praecepto cognitorem datum* PARIENTIAM *accommodare censemus*, vbi vulgo *patientiam*. Sed commode ibi legi *patientiam*, nec opus esse voce hac semibarbara, luculenter ostendit V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. V. Obs. cap. 13.* qui, aeque infelicem esse probat crisin similem Dion. Gothofredi, *parientiam* legi iubentis pro PARIENTIA, in not. ad *l. 23. D. de his, qui not. infam.* HEIN.

PARIES, TIS, Aelio Gallo finitore, siue murus, siue maceria est, *l. 157. D. de verb. signif.* Isidor. *Lib. XV. Orig. cap. 8.* PARIES *nuncupatus, quia semper duo sunt pares, vel a fronte, vel a latere. Siue enim tetragonum, siue sexagonum sit, qui se conspiciunt, ex pari erunt. Aliter enim structura facta deformis est.* Si inter binas aedes PARIES esset, qui ita ventrem faceret, ve in vicini domum semipedem aut amplius procumberet: *l. 17. D. si seruit. vind.* Medius PARIES, qui vtrasque aedes distinguat: *l. 4. D. de seruit. legat.* Si dominus PARIETEM, medio aedificato, vnam domum in duas diuiserit: *l. 6. §. 1. D. commun. praedior.* [PARIES non est pars domus: *l. 13. §. 2. D. de acceptil.*] PARIETIS haec sunt adiuncta: aptus, idoneus, nouus, vetus. PARIES aptus oneribus feren-

ferendis, aut non: *l. 35. D. de damn. infect.* Idoneus PARIES: *l. 37. et 39. D. eod. tit.* Niſi ſumtuoſe parum bonus nouus PARIES ſit reſtitutus: *l. 37. D. eod. tit.* PARIES proximus: Horat. *Lib. I. Epiſt. 18.* PARIETEM veterem demolire: *l. 35. §. 1. D. eod. tit.* Ceterum, PARIETEM aedificare, demolire, reficere, dicunt iuriſconſulti. PARIETIS demolitio: *l. 35 D. de damn. inf.* PARIETEM meliorem aut deteriorem facere: *l. 6. §. vlt. D. ſi ſeru. vind.* ¶. 2 PARIETVM autem aliquot genera hicrecenſere operae pretium fuerit. PARIES *communis*, vel *proprius*. *Parietem*, qui naturali ratione *communis* eſt, alterutri viciuorum domoliendi eum et reficiendi ius non eſt: *l. 8. D. de ſeru. praed. vrb.* Si PARIES *communis* opere abs te ſacto in aedes meas ſe inclinauerit: *l. 14. §. vlt. D. ſi ſeruit. vind.* Si vtrarumque aedium onera PARIES *communis* ſuſtinere poſſit: *l. 36. D. de damn infect.* Si PARIES aequaliter vtriusque ſocii oneribus preſſus decidit: *l. 40. §. 1. D. eod tit.* [Si PARIES *communis* ſit, et eum reficere vel demoliri, vel in eum quid immittere opus ſit: *l. 12. D. commun. diuid.*] *Communis* autem eſſe poteſt PARIES, vel ſi vicini aliquid vtrimque ex proprio ſolo contulerint, vt ibi PARIETEM inter ſe aedificarent, quique impenſa communi aedificatus ſit, veluti in ſpecie *l. 52. § 13. D. pro ſoc.* vel ſi PARIES duobus communiter legatus ſit, vt in ſpecie *l. 4. D. de ſeruit. legat.* ¶. 3. PARIES *craticius*, in *l. 52. §. 13. D. pro ſoc.* qui in cratis modum tignis contextis compoſitus eſt. De quo Vitruu. *Lib. II. Cap. 8. et Lib. VII. Cap. 3.* agit. Feſtus in verbo *Solea*: *Solea, vt ait Verrius, eſt non ſolum ea, quae ſolo pedis ſubiicitur, ſed etiam pro materia robuſta, ſuper quam* PARIES *craticius exſtruitur.*

¶. 4. *Intergerinus* PARIES, vt idem Feſtus *Lib. IX.* ait, *dicitur, qui inter confines ſtruitur, et quaſi intergeritur.* Idem in vet. Gloſſar. ſic definitur: τοῖχος, ὁ δύο κτήσεις διορίζων. PARIES, *duas poſſeſſiones diuidens.* De eo videndus eſt Plin *Lib. XXXV. Cap. 12.* ¶. 5. *Rudes* PARIETES, id eſt, tectorio nondum liti, *l. 44. D. de vſufruct.* ¶. 6. PARIES *ſolidus*, et *fornicatus* opponuntur apud Cicer. *Topic. Cap. IV.* vbi *ſolidum* PARIETEM accipio, qui a ſolo continuo ductu ad faſtigium exſurgit, ſic, vt nusquam ſuſpendatur; *fornicatum* vero, qui arcum habet. *In Africa etiam Hiſpaniaque ex terra* PARIETES *in vſu fuiſſe, quos adpellabant formaceos, quoniam in forma circumdatis vtrimque duabus tabulis infarciebantur verius, quam inſtruebantur*, auctor eſt Plinius *Lib. XXXV. Cap. 14.* quae verba ex eo transſcripſit Iſidor. *Lib. XV. Orig. Cap. 9.* ¶ 7. [PARIES συνεκδοχικῶς domum ſignificat Intra domeſticos PARIETES ſcelus admiſſum grauius punitur; *l. 3. C. de inceſt. et inut. nupt.*]

[PARILIS, E, aequalis. PARILIS maieſtas: *l. 12. C. Theod. de fid. Cathol. Lib. XVI. tit. 1.* Notitia: *l. vn. C. Th. de quadrimenſtr. breuib. Lib. XI. tit. 25.*]

PARITER, id eſt, ſimul, vna. Si PARITER alienauerint: *l. 77. §. 27. D. de legat. II.* Si PARITER pupillus, et, qui ei ſubſtitutus erat, deceſſerit: *l. 18. D. de reb. dub.* et *l. 16. eod. tit.* Si id eſt, ſimul. Si PARITER deceſſerunt: *l. 34. §. 6. D. de contrab. emt.* Quod de PARITER mortuis tractamus: *l. 17. D. de reb. dub.* quos Latini eommorientes, Graeci συναποθνήσκοντας vocant. Si duos quis ſeruos emerit PARITER vno pretio: *l. 44. D. de contrab. emt.* Eamdem rem apud duos PARITER depoſui: *l. 9. D. de duob. reis.* Eorum tantum, quibus PARITER legatum eſſet. *l. 94. D. de legat. III* Si plures ad colluſionem detegendam PARITER accedant: *l. vlt. D. de colluſ. deteg.* Si PARITER aduerſus eum, qui de libertate litigat, conſiſtant fructuarius et proprietarius: *l. 9. D. de liber. cauſſ.* Plures vindicta PARITER manumitti poſſunt: *l. 15. § 2. D. de manum. vind.* Patruo et materterae non PARITER inteſtati ſucceſſio defertur: *l. 7. C. de legit. hered.* Quum filius filiaue, et ex altero filio nepotes neptesue ex iisdem, PARITER ad hereditatem vocantur Caius apud *Pariat. Leg. Moſ. et Rom. Tit. XVI. §. 2. §. 6. Inſt. de hered. quae ab inteſt.* id eſt, ſimul, vti *eod. §.* Plures fratres, qui vnum gradum obtinent, PARITER ad tutelam vocantur: *§. vlt. Inſt. de capit. demin.* Si duo PARITER de hypotheca paciſcantur: *l. 16. §. 8. D. de pignor.* Nihil refert, ſingulae res, an PARITER vniuerſae in litem darentur: *l. 1. D. pro dote.* Si reus et fideiuſſor ſoluerint PARITER; *l. 20. D. de condict. indeb.* Per duas PARITER vias ire, agere: *l. 6. §. vlt. D. quemadm. ſeru. amitt.* [Filius et nepos ex alio pariter ſuccedunt: *l. 3. C. de ſuis et legit. hered.*]

PARRICIDA, ait Feſtus Pompeius, in voce *Parici*, *non vtique is, qui parentem occidiſſet, dicebatur, ſed qualemcumque hominem Id autem fuiſſe, indicat Lex Numae Pompilii, regis, his compoſita verbis:* SI QVIS HOMINEM LIBERVM DOLO SCIENS MORTI DVIT, PARRICIDA ESTO. Verum PARRICIDA proprie intelligitur, qui patrem, matrem, auum, auiam, occiderit; *l. 9. D. de leg. Pomp. de parric.* Quamquam enim ſine lex Pompeia de parricidiis non eos tantum adprehendebat, qui patrem, matrem, auum, auiam; ſed et, qui fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, patruum, auunculum, amitam, conſobrinum, conſobrinam, vxorem, virum, generum, ſocrum, vitricum, priuignum, priuignam, patronum, patronam, occidiſſet: *l. 1. D. eod. tit.* Vnde et B. Auguſtin. *Lib. vn.* de patientia, *in ipſis*, ait, PARRICIDIA, *quanto propinquiorem quisque peremerit, tanto iudicatur immanior.* Indeque et PARRICIDAM *fraternum* Cicero *pro Cluent. Cap. XI.* dixit. Verum hi demum PARRICIDII, id eſt, cullei poena adficiebantur, qui patrem, matrem, auum, auiam, occidiſſent; qui vero alias perſonas lege Pompeia comprehenſas occidiſſent, legis dumtaxat Corneliae de ſicariis poena tenebantur, *l. 1. et l. 9. D. de leg. Pomp. de parric.* Infanticidium quoque PARRICIDII loco habet Tertullian. *Apologet. Cap. IX.*

PARRICIDIVM, crimen proprie eorum eſt, qui *Parricidas* vocantur. At PARRICIDIVM quoque patriae ceu parentis Cicero *Lib. III.*

III. de offic. Cap. 21. et *Philipp. II. Cap.* 12. dixit. Quin etiam Sueton. *Iul. Cap. LXXXVIII. Curiam, in qua occisus est, obstrui, placuit, Idusque Martius PARRICIDIVM nominari.* Valer. Max. *Lib. I. Cap. 8. ex. 8. Iulii Caesaris, quasi patriae parentis*, (sic enim eum Idem *Lib. VI. Cap.* 4. et *Lib. VIII. Cap.* 11. vocat,) *eaedem*, PARRICIDIVM *quibusdam nominari placuit.* Idem *Lib. I. Cap. 8. ex. 8.* de C Cassio: *dignam manum, quae publica* PARRICIDIO *se non contaminaret.* Idem *Lib. III. Cap. 1. ex 3.* C. Cassius *numquam sine praefatione publici* PARRICIDII *nominandus.* Idem *Lib. I. Cap. 5. ex. 7. M. etiam Bruti dignus admissa PARRICIDIO euentus, omine designatus est.* Inde et percussores Caesaris idem ipse auctor non semel PARRICIDAS adpellat, veluti *Lib. VI. Cap. 4. ex. 5. M. Brutus suarum prius virtutum, quam patriae parentis PARRICIDA.* Et *Lib. IV. Cap. 5. ex. 6.* de Caesare: *compluribus enim PARRICIDARVM violatus mucronibus.*

¶. 2. PARRICIDIVM aliquando iudicia publica denotat, quibus praeerant quaestores. PARRICIDII quaestores: *l. 2. §. 23. D. de orig. iur.* Lex erat XII. Tab. *Quaestores PARRICIDII, qui de rebus capitalibus quaerant, a populo creantor.*

PARS, TIS. PARTIS adpellatione rem pro indiuiso significari Q. Mutius ait. Nam quod pro diuiso nostrum sit, id non PARTEM, sed totum esse: *l. 25. D. de verb. signif.* et ita Vlpianus ait: Si diuisit fundum regionibus, et sic PARTEM tradidit pro diuiso, potest alterutri seruitutem imponere, quia non est PARS fundi, sed fundus, *l. 6 §. 1. D. commun. praed.* Seruius tamen Sulpicius non ineleganter PARTIS adpellatione vtrumque significari aiebat, *d. l. 25. D. de verb. signif.* ¶. 2. Vnde PARS quaedam statuitur esse *pro indiuiso*, quaedam *pro diuiso*: *l. 43. D. de adquir. possess.* Vsusfructus et ab initio pro PARTE *indiuisa* vel *diuisa* constitui potest: *l. 5. D. de vsufr.* Si quis fundum petierit, deinde PARTEM petat, vel pro *diuiso*, vel pro indiuiso: *l. 7. D. de except. rei iud.* Quum *pro diuiso* PARS aliqua fundi euincitur, et mox: Si *pro indiuiso* quinta pars euicta esset: *l. 64. D. de euict.* ¶. 3. PARS pro *indiuiso*: *l. 1. D. de euiction.* PARS hereditatis *pro indiuiso*: *l. 7. D. si pars hered.* [Alias distinctio in PARTES *pro diuiso* et *indiuisa* in petitione hereditatis locum non habet, quum hereditas, formaliter accepta, numquam possideri *pro diuiso* possit, *l. 8. D. de rei vind.*] Totius corporis pro indiuiso pro parte dominium habere: *l. 5. §. vlt. D commod.* coniunctus *pro indiuisa* ex parte dimidia totius fundi vsusfructus: *l. 31. D. de vsu et vsufr. leg.* Si conuenit de PARTE *pro indiuiso* alienanda, et mox: Si quis, quum vnius rei PARTEM *pro indiuiso* dederit hypothecae: *l. 7. §. vlt. D. quib. mod. pign.* Si is, qui totum fundum emebat, *pro indiuiso* PARTEM aliquam alienam esse scit: *l. 4. §. vlt. D. pro emt.* Seruus communis sic omnium est, non quasi singulorum totus, sed pro PARTIBVS vtique *indiuisis*, vt intellectu magia PARTES habeant, quam corpore: *l. 5. D. de stip. seruor.* ¶. 4. PARTIS haec sunt adiuncta: certa, debita, legitima, reliqua, virilis: Aequae PARTES, pares, dispares, dominicae, hereditariae, multaque alia. Sic: Aliqua PARTE anni: *l. 12. §. 8. D. de instruct. vel instr. leg.* Maiore PARTE anni: vid. *Lib. XI.* Maior PARS diei: *l. 2. §. vlt. D de verb. signif.* Maior PARS creditorum, iudicum, vid. *Lib. XI.* Si parti ciuitatis alicui sit relictum: *l. 32. §. vlt. D. de legat. I.* Quum duae PARTES decurionum adessent, vel amplius, quam duae: *l. 3. et l. 4. D. quod cuiusc. vniu.* *Duabus PARTIBVS adhibitis: l. 3. D. de decret. ab ord. fac.* [Ex PARTE mariti; *l. 2. C. ne fideiuss. dot. dent.* vbi sic legit Cuiac. in Comm. A PARTE vxoris: *l. 34. § 3. D. de legat. II.* Per PARTES, κατὰ μέρος, *l. 9. §. 2. D. de edend.* Partis condemnationem facere: *l. 24. §. vlt. D. solut. matrim.* Aequalibus PARTIBVS in possessionem mitti: *l. 40. §. vlt. D. de damn. infect.* vbi PARTES aequales dominicis opponuntur.] ¶. 5. PARTEM *facere*, dicitur is, cuius persona in PARTIBVS faciendis numeratur, computaturque, *l. 67. §. 3. D. de legat. II. l. 14. in fin. D. de iur. codicill. l. 12. §. 4. D. de bonor. poss. sec. tab.* In superioribus partibus PARTEM fecisse intelligitur: *l. 77. §. 27. D. de legat. II.* Vt, quicumque confert, etiam suam personam numeret in PARTIBVS faciendis: *l. 1. §. vlt. D. de collat. bonor.* Qui in vtero est, PARTEM facit his, qui pari gradu sunt: *l. 3. §. 9. D. de suis et legit. hered.* Quando pustumus speratur, in ea caussa est, vt partem faciat: *l. 1. §. 5. D. de bon. poss. contra tab.* Vtrum postumus PARTEM faciat: *l. 7. D. de reb. dub.* PARTEM non facit hereditas eius, quae nondum est: *l. 18. D. de stipul. seru.* Qui repudiantis animo non venit ad accusationem inofficiosi testamenti, PARTEM non facit his, qui eamdem querelam mouere volunt: *l. 17. D. de inoffic. test.* PARTEM posterioribus non faciet: *l. 77. §. 27. D. de legat. II.* PARTEM quoque facere dicitur is, cuius persona in PARTIVM diuisione distributioneue numeratur, licet ad legatum vel hereditatem non admittatur: *l. 84. §. 8. D. legat. I. l. 1. §. vlt. D. de collat. bonor.* ¶. 6. Alias PARS clausulam siue caput edicti, legis, conuentionis, testamenti significat. Ex hac et ex illa PARTE edicti: *l. 20. §. 1. D. de bon. possess. contra tab. l. 2. D. de bon. libert.* Ex illa PARTE edicti, tum quem ei heredem esse oportet: *l. 227. D. de verb. signif.* Huic, in quem in hac PARTE edicti legatorum actio datur: *l. 18. §. vlt. D. si quis omiss. causs. test.* Illa PARTE edicti, qua continetur, loquitur &c. *l. 14. D. ex quib. causs. maior.* Bonorum possessio, quae ex hac PARTE edicti datur: *l. 1. §. 3. D. vnde cognat.* Ex illa PARTE, vnde proximi cognati vocantur; et mox: poterit ex sequenti PARTE succedere ipsi sibi: *l. 1. §. 11. D. de success. edict.* Ex prima PARTE edicti: *l. 2. D. de bon. libert.* Ex prima PARTE et ex sequenti bonorum possessionem petere: *l. 4. D. de Carbon. edict.* Quum filius liberti impubes, cui subiectus dicitur, ex prima PARTE possessionem accipiat: *l. 42. §. 2 D. de bon. libert.* Venter in possessionem ex omni PARTE edicti mittitur: *l. 1. § 4. D. ad SC. Tertull.* Ventrem Praetor ex omnibus edicti PARTIBVS mittit in possessionem bonorum: *l. vlt. D. de ventre in possess. mitt.* In multis PARTIBVS iuris: *l. 61. D. de adquir. rer.*

PAR

rer. domin. In omnibus PARTIBVS iuris: *l. 18. D. de captiu.* Ad legem Iuliam de vi publica pertinere, ex ea PARTE, qua de eo cauetur: *l. 8. D. de sepulcr. viol.* Quod fere nouissima PARTE pactorum ita solet inseri: *l. 7. §. 12. D. de pact.* PARS stipulationis: *l. 5. D. de acceptil.* Si accepto lata fuerit ob rem iudicatam clausula, ceteras PARTES stipulationis euanuisse: *l. 15. D. de acceptil.* PARS prima et posterior testamenti: *l. 13. D. de transact.* ¶. 7. PARTES etiam iurisconsulti vocant eos, qui inter se litigant. Sic: PARS aduersa, pro aduersario: *l. 6. C. de pact. int. emtor. l. 2. C. de his, qui accus. non poss.* [*l. 8. C. de rei vind. l. vn. C vt, quae desf. aduoc. part. iud. suppl.*] et apud Tertull. *Lib. III. aduers. Marcion.* PARTIS *aduersae patronus*, apud Quinctil. *Lib. IV. cap.* 1. et diuersa PARS, eodem sensu, vt probaui supra, *Lib. IV.* Vtraque PARS: *l. 6. C. depositi.* Vna PARTE absente: *l. 40. C. de lib caussa* Quae altera PARTE absente decernuntur: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 5.* Altera PARTE cessante: *l. 2. C de vsur. et fruct. legat.* PARTIVM allegationes: *l. 3 C. de inutil. stipul.* Si inter PARTES fuerit dubitatum: *l. 34 §. 5. D. de iureiur.* Imperator interrogauit PARTEM legatarii, et mox: a PARTE legatarii suggestum est: *l. 97. D. de legat. III.* Ex PARTE rei: *l. 25. D. de procur.* A neutra PARTE obligatio contrahitur: *l. 34. §. 3. D. de contrab. emt.* ¶ 8. Admonendi etiam sumus, *diuisa Centumuirorum tribunalia*, vt loquitur Papinianus, in *l. 76. D. de legat. III* seu *quatuor eorum consilia*, prout adpellat Plin. *Lib. VI. epist. 33.* PARTES vocari a Quinctiliano *Lib. VI. quadruplex iudicium* ab eodem Plin. *Lib. IV. Epist. 24* et *Lib. VI. epist. 33.* eoque pertinent haec Marcelli verba: *Si* PARS *iudicantium de inofficioso testamento contra testamentum,* PARS *secundum id sententiam dederit: l. 10. D. de inoffic. testam.* ¶. 9. In ciuilibus etiam bellis contraria ciuium inter se dissidentium studia et arma PARTES vocabantur. In ciuilibus dissensionibus, qui in alterutras PARTES discedent: *l. 21. §. vn. D. de captiu. et postlim. reuers.* Sic *Cinnanae Marianaeque* PARTES apud Vellei Paterc. *Lib. II. Hist. cap 24.* Plin. *Lib. II. Epist. 15.* *Qui fuerat in* PARTIBVS. *Medios et neutrius* PARTIS: Sueton. *Iul. cap. 75.* [Atque ita procul dubio etiam vox ista sumitur in *l. 2 § 11. v. per partes D. de Orig. iur.* tametsi Cuiac. ibid. per κατὰ μέρος interpretetur, quasi reipublicae mutatio sensim et lento progressu facta sit] ¶ 10, Non omittenda est et militaris huius verbi significatio, quam Vellei. Paterc. *Lib. II. Hist. cap. 52.* prodit his verbis: *Vt primum C. Caesar inclinatam vidit Pompeianorum aciem, neque prius, neque antiquius quidquam habuit, quam in omnes* PARTES (*vt militari verbo ex consuetudine vtar*) *dimitteret.*

¶. 11. Praeterea officium, quod arbitris, iudicibus, praesidibus aliisque incumbit, quodque ad eorum iurisdictionem, curam, sollicitudinemque pertinet, PARTES adpellamus. Sic: Has PARTES arbitri esse, vt si in computatione nihil inueniatur, possit absoluere: *l. 7. D. de confessis.* Si arbiter in mora non fuit, quo minus PARTIBVS suis non fungeretur: *l. 21. §. 5. D. de recept. arbitr.* An etiam is arbiter, qui familiae erciscundae datur, iisdem PARTIBVS fungi possit: *l. 30. D. famil. ercisc.* Quae PARTES iudicis sint: *l. 34. D. solut matrim.* Iudicis PARTES esse, vt: *l. 41. §. vlt. D. de obl. et action.* Iudicis eaedem PARTES esse debent: *l. 69 §. 4. D. de legat. I.* PARTES iudicis non alias futuras fuisse, quam vt cauere iuberet: *l. 15. D. de oper nou. nunciat.* Recepisse arbitrium videtur, qui iudicis PARTES suscepit: *l. 13. §. 2. D. de recept. arb.* Successores argentarii, quum in eiusdem locum succedant, PARTIBVS eius fungi debent: *l. 9. §. 1. D. de edendo.* Iubeat iudicem libertatis PARTIBVS suis fungi: *l. 7. §. 1. D. de hered. petit.* Iudex, qui de fideicommissis ius dicit, PARTIBVS suis fungetur: *l. 2. C. de vsur. et fruct. legat.* Vt iudex inter te et tutores datus, quamprimum PARTIBVS suis fungatur: *l. 1. C. de administr. tutor.* Non dubitabit is, apud quem res agetur, PARTIBVS suis fungi: *l 40. D de iur. dot.* Cessabunt PARTES iudicis, et iudicum: *l. 5. §. 19. D. de agnosc. et al. lib l 15. §. 6. D de re iudic.* Cessant PARTES eorum, qui solent cessantes cogere administrare: *l 5. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* Omne officium adsessoris, quo iuris studiosi PARTIBVS suis funguntur: *l. 1. D. de offic. Adsess.* Caesar *Lib. III de bello ciu. cap. 51.* *Aliae enim sunt legati* PARTES, *aliae imperatoris.* Quae sint PARTES praesidis: *l. 2. D. de his, qui sui vel al. iur.* Eum, qui prouinciae praeest, adire poteris, qui aestimabit, quid sit PARTIVM suarum: *l. 9. D. de offic praes.* Praeses prouinciae PARTES suas exhibebit: et mox: Quatenus iuxta formam constitutionum PARTES suas debeat moderari: *l. 4. C. de in lit. iur* Is, qui prouinciam regit, in impertienda cognitione, suas PARTES secundum leges exhibebit: *l. 2. C. si aduers. rem iudic.* Praeses prouinciae PARTES aequitatis non negabit: *l. 8. C. de rei vind.* Praeses prouinciae, ne in alimentorum praestatione mora fiat, PARTIBVS suis fungetur: *l. 8. C de alim. pupill.* Praetoris PARTES necessariae sunt: *l. 1. §. vlt. D. de pact.* Praet[illegible] hae PARTES sunt: *l. 20. D. de manum test.* Praetoris erunt PARTES, vt *l. 23. D. de hered instit* Praetor vel praeses prouinciae vel iudex familiae erciscundae, iudicio ad lictus, suas PARTES accommodare debet: *l. 7. C famil. ercisc.* Praetor PARTES suas interponere debet: *§. 1. Inst. de satisd. tutor.* Praetoris PARTES sunt, vel, erunt interponendae: *l. 3. §. vlt. D. de fideic. libert. l. 5. de liber. causs.* Nullae Praetoris PARTES sunt; *l. 13. §. vlt. D. de fideic. libert., l. 6. D. vt in possess. legat. l. 11. §. 2. D. de minor.* Nullas praetoris esse PARTES ad compellendum defendere: *l. 45. D. de procurat.* Cessare PARTES praetoris: *l. 16. D. de minor.* Quoties praetor PARTIBVS eius, cuius mandatu ius dicit, fungitur: *l. 3. D de off[illegible]. eius, cui mand. est iurisd.* Praetorem non recte suis PARTIBVS functum: *l. 7. §. 4. D. de reb. eor.* Aditus a te procurator meus suis PARTIBVS fungetur: *l. 3. C. si seru. export.* Si procurator Caesaris PARTIBVS Praesidis in prouincia fungatur: Vlpian in *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. Tit. XIV. §. 2.* Procurator Caesaris, qui PARTIBVS praesidis non fungebatur: *l. 21. §. 1. D. de adpellat.* Actor vniuersitatis procuratoris PARTIBVS fungitur: *l. 6. §. vlt. D. quod cuiusc. vniu. nom.* PARTIBVS quoque suis fungi tutor di-

LIII III 2 citur,

citur, qui suum officium facit: *l. 7. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* ¶. 12. PARTIBVS etiam *fungi* dicuntur, quae vicem repraesentant. Sic: donationes inter virum et vxorem factas, fideicommissi PARTIBVS fungi, ait *l. 2. C. ad Leg. Falcid.* ¶. 13. PARTES interdum onus significant. Et ita actoris, seu petitoris onera, prout ea adpellantur, *l. 74. D. de rei vind.* et *l. 1. §. 3. D. vti possidetis*, PARTES dicuntur. Ac proinde PARTES *actoris sustinere*, seu PARTIBVS *actoris fungi* dicitur is, cui probandi onus, seu necessitas incumbit, quemadmodum Alphenus explicat his verbis; Hactenus is, qui rem non defenderet, puniretur, vt iure suo probare necesse haberet. Id enim esse petitoris PARTES sustinere: *l. 15. D. de oper. nou nunciat.* Similique modo Vlpian. Si quis ex seruitute in libertatem proclamat, petitoris PARTES sustinet: si vero ex libertate in seruitutem petatur, is PARTES actoris sustinet, qui seruum suum, *l. 7. §. 5. D. de liber. causs.* et mox: Si forte adparuerit, eum, qui de libertate sua litigat, in libertate sine dolo malo fuisse, is, qui se dominum dicit, actoris PARTES sustinebit, et necesse habebit, seruum suum probare: *l. 7. §. vlt. D. eod. tit.* In praeiudiciis is actoris PARTES sustinet, qui habet intentiunem secundum id, quod intendit: *l. 12. D. de except.* Si quaeritur, quis possessoris, quis petitoris PARTES sustineat: *l. 8. §. 3. D si seruit. vind.* Actoris PARTIBVS semper, qui se patronum dicit, fungitur: *l. vlt. D. si ingen.* Ita fiet, vt is, qui victus est de possessione, petitoris PARTIBVS fungatur: *l. 35. D. de adquir. possess.* id est, petitoris onere, et non item commodo possessoris, vt loquitur *l. 1. §. 3. D. vti possid.* et *l. 62. D. de iudic.* An petitoris PARTIBVS fungi debeat: *l. 14. D. de Carbon. edict.* id est, an ei probatio incumbat, vt ibidem ait Scaeuola. Ex contrario rei PARTES sustinere dicitur is, a quo probatio non exigitur, quippe possessoris commodo fruitur. Actoris PARTES sustinere et rei PARTES sustinere: *l. 6 §. vlt. de Carbon. edict.* In familiae ercifcundae iudicio vnusquisque heredum et actoris et rei PARTES sustiner: *l. 2 §. 3. D famil. ercisc.* Sic et defensoris PARTES sustinere dicitur procurator, qui quum alieno nomine litiget, ratam rem dominum habiturum cauere non compellitur, sed tantum iudicatum solui satisdare: *l. 45. §. vlt. D. de procurat. l. 5. §. 19. et §. vlt. D. de oper. nou. nunc.* ¶. 14. [PARTES metonymice dicuntur pro caussis in PARTIBVS iuris comprehensis: *l. 1. §. vlt. D. de Publician. in rem act.* vt glossa quidem ibid. explicat. Cuiacius autem species alienationis interpretatur.] ¶. 15. PARS *est*, pro similis quodammodo est. Paullus *l. 4. D. de vsufr. Vsufructus in multis casibus PARS domini est.* Virgil. *Aeneid. VII. v. 266.*

PARS *mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni.* Add. Viger. *Idiotism. Graec. Lingu. III, 7.* Ger. Noodt *de vsufr. i. 2. p. 289.* HEIN. ¶. 16. Ceterum huc pertinent sequentes loquutiones. Ea quae in PARTES diuidi non possunt: *l. 192. D. de reg. iur.* Quaedam PARTVM praestationem recipiunt, veluti, quum decem dari stipulamur; quaedam non recipiunt, et in his, quae natura diuisionem non admittunt, et mox; quaedam PARTIS quidem praestationem natura recipiunt: *l. 2. D. de verb. oblig.* Si in PARTEM proprio nomine, in PARTEM pro alieno litigat: *l. 1. §. 12. D. quando adpelland.* Non potest ex vno iudicio res iudicata in PARTEM valere: *l. 27. D. famil. ercisc.* Ac si in PARTES dimidias tutores dati essent: *l. 46. §. 6. D. de admin. et peric. tut.* In PARTEM fieti nunciatiu, et in totum opus, opponuntur, *l. 5. §. 15. D. de oper. nou. nunc.* In solidum agere, et in PARTEM experiri, opponuntur, *l. 43. §. 2. D. de damn. infect.* In solidum et pro PARTE teneti, opponuntur, *l. 5. §. vlt. D. commod.* *Per* PARTES, id est, particulatim Aeres etiam *per* PARTES accipere cogendus est: *l. 4. §. 6. D. de statulib. l. 41. §. 1. D. de vsur.* Numularii accipiunt pecuniam et erogant *per* PARTES; *l. 9. §. 2. D. de edendo.* Si tantum in fundum dotalem impensum sit *per* PARTES, quanti fundus est: *l. 56. §. 3. D. de iur. dot.* Si *per* PARTES aedes reficiat; *l. 10. §. 1. D. quib. mod. vsufr.* Si nauem per PARTES totam refecerit: *l. 24. §. vlt. D. de legat. I.* Fundum, qui per PARTES venit: *l. 6. §. vlt. D. mandati.* Seruitus ab initio per PARTES adquiri non poterit: *l 8. D. de seruit.* Non posse per PARTES conditioni pareri: *l. 44. §. 8. D. de condit. et demonstr.* Per PARTES seruitus imponi non potest: *l. 6. §. 1. D commun. praed.* Per PARTES euenit, vt necesse esset reip. per vnum consuli: *l. 2. §. 30. D. de orig. iur.* Pro PARTE dominii seruitutem adquiri non posse: *l. 11. D. de seruit.* Pro PARTE liberabitur: *l. 25. D. de solut.* Subsequuta pro PARTE nnmeratione: *l. 1. D. qui potior. in pign.* Restitutio operis fieri pro PARTE non potest: *l. 21. §. vlt. D. de nou. op. nunc.* Bonorum PARTE legata: *l. 26. §. vlt. D. de legat. I.* Ademta vel amissa PARTE bonorum: *l. 38. §. 5. et 8. D. de poen.* Pro PARTE dimidia bonorum mulctatur: *l. 6. D. ad leg. Corn. de sicar.* PARTE dimidia bonorum ademta relegatus; *l. 11. §. 3. D. ad leg. Falcid.* De omnibus bonis, aut plurima PARTE eorum; *l. 21. D. de excusat.* Qui hereditatem, vel PARTEM hereditatis petit: *l. 1. princ. et §. 1. D. si pars hered. petat.* Qui hereditatem PARTEMVE eius possident: *l. 1. D. si quis omiss. causs.* Vt PARTEM hereditatis pro indiuiso mihi restitui iubeat: *l. 7. D. si pars hered.* PARTEM aliquam hereditatis, veluti dimidiam: *l. 40. D. fam. ercisc.* Ex PARTE heres institutus: *l. 39. D. fam. ercisc. l. 25. D. de solut. l. 40. §. 1. D. de hered. instit.* scriptus: *l. 28. D. de lib. et postum.* Ex PARTE dimidia heres, vel heredes: *l. 38. §. vlt. et l. 43. §. vlt.. D. de legat. III. i 142. D. de verb. signif.* Peculii maiorem PARTEM in praediis et mancipiis aut foenebri pecunia habere: *§. 5. Inst. quod cum eo, qui in al. potest.* Alter ex millesima PARTE, alter ex millesimis duabus PARTIBVS socius: *l. 8. D. pro soc.* PARS aedium: *l. 13. §. vlt. D. de act. emt.* Aliqua PARTE coenaculi: *l. 27. D. locati.* Aut PARS fundi, aut totus retineatur: *l. 56. §. 3. D. de iur. dot.* PARTES, quae emtioni fundi adiiciuntur: *l. 7. §. 1. D. pro emtor.* Duas PARTES pretii: *l. 7. §. 4. D. de donat. int. vir. et vxor.* PARS pro diuiso: *l. 6. §. 1. D. commun. praed.* Quin et *certa* PARS adpellatur, quod oculis cerni possit, quum PARS *pro indiuiso*, iuris tantum intellectu, non corporis diuisione consistat. Siue pro *certa* PARTE, siue *pro*

pro indiuiſo, fundum poſſideat: *l. 1. §. 7. D. vti poſſidet.* Ad certam PARTEM fundi ſeruitus tam remitti, quam conſtitui poteſt: *l. 6. D. de ſeruit.* Denique PARTI *pro indiuiſo certus locus* opponitur, *l. 1. D. de euict.* Si cui certam PARTEM hereditatis legauero: *l. 10. §. vlt. D. de legat. II.* PARTIS adpellatione, ſi non ſit portio aliqua ſpecialiter adiecta, dimidia intelligitur: *l. 164. D. de verb. ſignif.* Si PARTIS bonorum vſusfructus legatus ſit, nec ſit ſpecialiter facta PARTIS mentio, dimidia PARS bonorum continetur: *l. 41 D. de vſufr.* Proinde, ſi interrogatus quis in iure, heredem ſe eſſe ex PARTE reſponderit, ſi ex dimidia heres ſit, nihil ei nocet reſponſum, alioquin nocet: *l. 12. §. 6. D. de interrog. in iur. fac.* Quin etiam, ſi teſtator iuſſiſſet heredem cum alio hereditatem partiri, dimidia PARS bonorum legata videbatur: Vlp. *tit. XXIV. Regul. §. 25.* Si non fuerint PARTES ſocietati adiectae, aequas eas eſſe conſtat: *l. 29. D. pro ſoc.* PARTIS et pro PARTE ſtipulationes proprie dicuntur, quae de lucro et damno communicando ſolent interponi inter heredem et legatarium partiarium, id eſt, cum quo partitus eſt heres: Vlp. *tit. 25 Regul. §. 15.* Idem *ibid.* Ex Pegaſiano SC. reſtituta hereditate, commoda et incommoda hereditatis communicantur inter heredem, et eum, cui reliquae PARTES reſtitutae ſunt, interpoſitis ſtipulationibus ad exemplum PARTIS et pro PARTE ſtipulationum. Inter heredem et fideicommiſſarium, cui ex SC Pegaſiano hereditas reſtituitur, PARTIS et pro PARTE ſtipulatio interponitur, vt heredi inſtituto pro quarta, actiones: pro ceteris vero portionibus fideicommiſſario competant: Paull. *Lib. IV. ſent. tit. 4.* Poſt SC. Pegaſianum, qui ex fideicommiſſo recepit PARTEM hereditatis, legatarii partiarii loco erat. Vnde, quae ſolebant ſtipulationes inter heredem et partiarium legatarium interponi, eaedem interponebantur inter eum, qui ex fideicommiſſo recepit hereditatem, et heredem, id eſt, lucrum et damnum hereditarium pro rata PARTE inter eos commune eſſet: *§. 5. Inſt. de fideic. heredit.*

PARSIMONIA, AE, pro frugalitate et ſumtuum moderatione. Quod ſeruus PARSIMONIA parauit: *l. 39. D. de pecul.* puta *genium ſuum defraudans*, vt Geta Terentian. *Phorm. Act. I. ſcen. 1.*

PARTIARIVS *colonus* dicitur, qui lucri et damni cum domino particeps eſt, fructusque fundi cum eo quaſi ſocietatis cuiusdam iure partitur. *l. 25. §. 6. D. locati.* Qui loco PARTIARIO *colono is, qui ad pecuniam numeratam conduxit*, opponitur: quae duo diuerſa luquutionis genera Plin. *Lib. IX. epiſt. 37.* attigit his verbis: *Medendi vna ratio, ſi non numo, ſed PARTIBVS locem: ac deinde ex meis aliquos exactores operi, cuſtodes fructibus ponam.* Panormit. *in Cap. 3. de locato n. 14.* *Colonum* PARTIARIVM, mediarium dici ait. Quo fit, vt vernaculum noſtrum verbum *métayer* inde dictum putem. PARTIARII erroris, Tertullian. *adu. Marcion. Lib. III. Cap. 16.* et *de reſurrect. carn. Cap. 2.* Apulei. *Lib. IV. de Aſin. aur. p. 156.* *Quae cum mortali puella PARTIARIO maieſtatis honore tractor.* et *Lib. VIII. p. 213.* *Domi vero promiſcui operis PARTIARIOS agebant concubitus.* PARTIARIVS *legatarius* adpellabatur is, cui pars bonorum legabatur, *§. 5. Inſt. de fideic. heredit.* Vlpian. vero *Tit. XXV. Regul. §. 25.* PARTIARIVM *legatarium* interpretatur eum, cum quo partitus eſt heres. *Particulones* etiam auctore Nonio a veteribus coheredes inter ſe dicebantur, quod partes inuicem ſibi facerent. PARTIARIA pecora, ſeu, quae in commune paſcenda dantur, vt loquitur *l. 52. §. 2. D. pro ſoc.* *Si paſcenda pecora PARTIARIA*, id eſt, vt foetus eorum portionibus, quibus placuit, inter dominum et paſtorem diuidantur, *Apollinarem ſuſcepiſſe probabitur: l. 8. C. de pact.* PARTIARIVS redemtor, Cato *de re ruſt. Cap. CXXXVII.* Idem *Cap. XVI.* *Calcem PARTIARIO coquendam qui dant, calcarius perficit, et coquit.*

PARTICARII, *negotiatores, qui deuotioni principis inſeruiunt, et hinc ab omni munere immunes; l. 7. C. de excuſat muner.* erant venditores particarum, id eſt, pellium e Parthia adlatarum, de quibus *l. vlt. §. 7. D. de publ. et vectig.* forſan et coriorum Parthicorum, murice tinctorum, de quibus plura Reineſ. ad Inſcript. *Claſſ. X. Inſcr. 8.* et Iſaac. Voſſ. *ad Catullum p. 190.* HEIN.

PARTICEPS doli: *l. 1. §. vlt. D. ſi mul. ventr. nom. in poſſeſſ.* Vt a ceteris quid conſequatur doli PARTICIPIBVS: *l. 1. §. 14. D. de tutel. et rat. diſtrah.* PARTICEPS facinoris: *l. 2. D. de Carbon. edict.* fraudis: *l. 10. §. 2. et 3. D. quae in fraud. cred.* muneris: *l. 2. C. de vſur. pupill. l. 2. C. quo quisque ord. Lib. XI.* PARTICIPEM in munere habere debet: *l. 7. C. de excuſ. tut.* Ex duobus pluribusque eiusdem obligationis PARTICIPIBVS: *l. 16. D. de acceptil.* PARTICEPS officii: *l. 11. §. vlt. D. de legation.* ſceleris: *l. 1. §. 5. D. de SC. Silan. l. 1. §. 19. D. de quaeſtion.* ¶. 2. [PARTICEPS pro ſocio et collega: *l. 10. C. de profeſſ. et medic.* quemadmodum etiam videtur ſumi in *l. vn. C. ſi rect. prouinc.* vbi ipſe Tribonianus PARTICIPES interpretatur *conſiliarios*, ſeu adſeſſores adminiſtrantium, laudante Iac. Gothofred. *Comment. ad l. vn. C Th. eod. tit. Lib. III. tit. 6.* Add. *l. 5. C. Th. de iis, quae admin. Lib. VIII. tit. 15.* ibi: *adminiſtrantium ſocii atque PARTICIPES.* Inde etiam PARTICIPATVS et *conſilium* iunguntur, in *l. 3. C. Th. de inceſt. nupt.* vtut vocem PARTICIPATVS ſuſtulerit Tribonianus in *l. 6. C. Iuſtin. eod. tit.*]

PARTICIPARE, eſt participem eſſe, communicare. Aequum eſt, vt cuius PARTICIPAVIT lucrum, PARTICIPET et damnum: *l. 53. D. pro ſoc.* Siue fraudem aliquam adhibuerint, vel cum aliis PARTICIPAVERINT: *l. 1 C. de peric. tut.* Si fraudem eum PARTICIPASSE cum creditore docere potueris: *l. 4. C. ſi vend. pign.* Te conſcio et fraudem PARTICIPANTE: *l. 10. §. 2. D. quae in fraud. cred.* Fraudis conſilio cum heredibus ſcriptis PARTICIPATO. *l. 27. § vlt. D. ſi quid omiſſ. cauſſ. teſt.* PARTICIPATO fraudis conſilio: *l. vlt. C. de crim. ſtellion.* PARTICIPANTE conſilio emtoris: *l. 2. C de praed. min.* Omnes ſeruos dedere, qui PARTICIPAVERINT:

RINT furtum: *l. 1. D. si famil. furt. fec.* Qui cum amico suo Praetore gratis consilium suum PARTICIPAT. *l. 8. §. vlt. D. de legation.* Si mulier eam obligationem, quae in alterius persona constitit, PARTICIPAVIT: *l. 4. C. ad SC. Vellei.* [PARTICIPARE Amplissimi ordinis collegium: *l. 74. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* PARTICIPATI senatus antiquitas: ibid.] Nisi forte se venumdari passi sint, vt PARTICIPAVERINT pretium: *l. 7. D. de lib. causs.* Si PARTICIPANDI pretii caussa, consensum seruituti dedisse probetur: *l. 5 D. de lib. causs.* Quum liber homo maior viginti annis ad pretium PARTICIPANDVM sese venumdari passus est: *§. 4. Inst. de iure person.*

¶. 2 PARTICIPARI, eodem sensu. Si minor se in seruitutem venire patiatur, id est, si pretium PARTICIPATVS est: *l. 9. §. 4. D. de minor.* Qui pretium PARTICIPATVS est; *l. 1. C. quib. ad lib. procl.*

[PARTICIPIVM habere in re aliqua, *Nou. CXXXI. Cap. 11. et auth. licet C. de Episc. et cler.* est negotium habere cum aliqua re, et tractare aliquid. Abstinere omni PARTICIPIO alicuius rei: *l. vlt. §. 3. C. de episcop. aud.*]

PARTICVLA, idem quod *pars*, vel *minor pars*. Si quis fundum emerit, cuius PARTICVLAM sciebat esse alienam. *l. 43. pr. D. de adquir. possess.* Vna aliqua PARTICVLA legis proposita, *l. 24. D. de legib.* id est, vno articulo vel capite. Quos Epicurus atomus, PARTICVLAS minimas Alphenus vocat, in *l. 76. D. de iudic.* his verbis: *Propterea quod, vt Philosophi dicerent, ex quibus PARTICVLIS minimis constaremus, hae quotidie ex nostro corpore decederent.*

PARTICVLARIS publicatio, *l. vlt. C. si reus vel accus.*

PARTICVLATIM, id est, per partes. Si non hac lege mutua pecunia data est, vt liceret ei PARTICVLATIM, quod acceptum est, exsoluere: *l. 41 §. 1. D. de vsur.* id est, per partes, vt *l. 4. §. 6. D. de statulib.* Pecuniam mutuam dedit, et eamdem PARTICVLATIM recepit: *l. 90. D. de solut.* Quamuis fundus PARTICVLATIM venierit, omnes partes seruitus sequitur. *l. 23. §. vlt. D. de seruit. praed. rustic.*

PARTIM soluta pecunia, id est, per partes: *l. vlt. §. 2. D. de condict. indeb.* PARTIM datis materiis: *l. 47. D. de act. emt.* ¶. 2. PARTIM, ex parte: Omnes populi PARTIM suo proprio, PARTIM communi omnium hominum iure vtuntur: *l. 9. D. de iustit. et iur.* Praetores PARTIM, qui vrbanis rebus, PARTIM, qui prouincialibus praeessent. *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* ¶. 3. [PARTIM semel tantum positum in *l. 2. §. 24. D. de orig. iur. populique consensu PARTIM in carcere necati.* Suspicati quidem iam olim iurisconsulti alioquin praestantissimi, Zasius et Budaeus, deesse quaedam in illo loco, addideruntque, PARTIM *in exsilium acti.* Sed superfluam esse hanc adiectionem, docent exempla similia, etiam optimae notae scriptorum, laudata a Ruperto *ad Enchirid. Pompon. Lib. II. Cap. 10.* et a V. A. Coro. van Bynkersh. *in Praetermiss. ad d. l. 2. §. 24. D. de orig. iur.*]

PARTIRI, id est, diuidere. Maeuius heres meus cum Titio hereditatem meam PARTITO, diuidito: Vlp. *Tit. XXIV. Regul. §. 25.* Te rogo, Luci Titi, hereditatem meam cum Attio PARTIARIS: *l. 19. §. 1. D. ad SC. Trebell.* PARTIRI *hereditatem* etiam dixit Cic. *pro Cluent. Cap. VIII.* Si pater cum filiis bona, quae habebat, PARTITVS sit: *l. 4. D. pro soc.* Cic. *in Verr. Act. I. Cap. 44. Quibuscum viui bona nostra PARTIMVR, iis praetor adimere nobis mortuis bona fortunasque poterit?* Arbitrum ad fundum PARTIENDVM petere: *l. 30. D. famil. ercisc.* Vehanc possessionem pro iure cuique nobis PARTIATVR: *l. 3. D. eod. tit.* Virgil. *Lib. I. Georg. v. 126.*

Nec signare quidem, aut PARTIRI *limite campum*

Si quis minor XX. annis ad PARTIENDVM pretium venumdari se passus est. et mox: Post vicesimum autem annum pretium PARTITVS: *l. 7. §. 1. D. de liber. caussa.* Duo tutores inter se PARTITI sunt administrationem tutelae: *l. 5. D. de magistr. conuen.*

PARTITIO, species quaedam legatorum est, quam ita describit Vlpianus *Tit. XXIV. Regul. §. 25.* Vniuersarum rerum quoque summa legari potest: vt puta; *Maeuius* heres meus cum Titio hereditatem meam partito, diuidito. Quo casu dimidia pars bonorum legata videtur. Potest autem et alia pars, veluti tertia, vel quarta legari: quae species PARTITIO adpellatur. Eiusdem speciei meminit Imperator in *§. 5. Inst. de fideic. hered.* HEIN.

[PARTITVDO, pro partu. Petantur futurae partitudinis testimonia: *l. 10. C. Theod. de bon. proscr.* Plauto etiam vsurpata vox, *Aulul. Act. I scen. 1. v. 36. et Act. II. scen. 3. v. 9.*]

PARTVS, VS, animalium quorumlibet dicitur. Sic: PARTVS gregum et pecorum: *l. 25. §. vlt. D. de hered. petit.* PARTVVM fructus: *l. 17. D. de rei vind.* ¶. 2. Plerumque tamen *ancillarum* PARTVS, *pecorum* vero *foetus* dicitur. PARTVS ancillae: *l. 8. D. de euiction. l. 10. D. pro emt. l. 10. D. quod met. causs. l. 10. et l. 15. D. de pignor. l. 18. §. 2. D. de pignor. act. l. 27. D. de hered. petit.* PARTVS ancillarum: *l. 30. D. ad Leg. Falc. l. 27. D. de hered. petit. l. 1. C. de rei vindic.* [*l. 58. §. 4. D. de SC. Treb.*] PARTVS, qui ex ancilla natus est. *l. 15. §. 1. D. de condit. et demonstr. l. 15. D. de condict. indeb.* [Ancilla fugitiua, quemadmodum sui furtum facere intelligitur, ita PARTVM quoque contrectando furtiuum facit: *l. 60. D. de furt.*] [PARTVS Crispi atque Helenae: *l. 1. C. Theod. de indulg. crim. Lib. IX. tit. 38.* vbi tamen vocem PARTVS expungendam, legendumque *propter Crispi atque Helenae paratum*, seu adparatum, existimat Iac. Gothofredus. PARTVS rei furtiuae pars non est a-

est: *l. 10. §. 2. D. de vsurp. et vsuc.* PARTVS non subiici publice interest: *l. 1. §. 13. D. de inspic. ventr.* Necare videtur non tantum is, qui PARTVM perforat, sed et is, qui abiicit, et qui alimonia denegat: *l. 4. D. de agnosc. et alend. lib.* Suum PARTVM effici: *l. 1. §. 14. D. eod. tit.* PARTV trino foecunditati poblicae gratiosa mater: *l. 19. v. quod supplicio C. Theod. de bon. proscr. Lib. IX. tit. 12.*]

¶. 3. PARTVS etiam, non modo in lucem editus, sed et dum adhuc in vtero est, adpellatur. PARTVI in hoc sauetur: vt in lucem producatur, qoi non tantun parenti, cuius esse dicitur, verum etiam reipublicae nascitur. *l. 1. §. 15. D. de ventr. in possess. mittend.* [Eadem PARTVS significatio est, vbi de custodiendo eo, eiusdemque abacto et editione agitur. De custodiendo PARTV agitur *Lib. XXV. D. tit. 4. l. 2. C. de Carb. edict. l. 10. C. Theod. de bon. proscript.* PARTVM abigere: *l. 8. D. ad leg. Corn. de sicar.* PARTVM sibi medicamentis abigere: *l. 39. D. de poen.* Quorum interest, PARTVM non edi: *l. 1. §. 12. D. de inspic. ventre.* PARTVS nondum editus homo non recte fuisse dicitur: *l. 9. §. 1. D. ad leg. Falcid.* PARTVS, autequam edatur, mulieris portio est vel viscerum: *l. 1. §. 1. D. de inspic. ventre.*

¶. 4. PARTVS dicitur concipi, edi, subiici, supponi. Sic: Propter PARTVM ex altero conceptum: *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* Si dicatur PARTVS aut non esse ex ipso defuncto conceptus, aut ex ipso quidem, sed non ex matrimonio editus: *l. 3. §. 6. D. de Carbon. edict.* ¶. 5. PARTVS, pro editione, vt loquitur Vlpian. *tit. VI. regul. §. 3.* Vno PARTV duos vel tres edere: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 9.* [Incipiente PARTV exsistens conditio efficit, vt ex libera edatur, quod postea nascitur: *l. 15. D. de stat. hom.* Adesse PARTVI; *l. 1. §. 10. D. de inspic. ventre*]

[PARVITAS, TIS. PARVITATE deformis indignus consortio virorum fortium: *l. 12. C. Theod de veteran. Lib. VII. tit. 20.* Staturam enim in militibus maxime spectari, variis Codicis, praesertim Theod. locis docemur. Iac. Gothofred. *ad l. 3. de tiron. Lib. VII. tit. 13.*]

[PARVM ignorat, id est, probe scit: *l. 8. C. de postlim.*]

PARVVLVS, A, VM. Defuncta PARVVLA militis filia: *l. 6. C. de testam mil.* Aliqoam partem PARVVLAM incommodi sustinere: *l. 72. D. locat.*

PARVVS, A, VM. [PARVVM tempus, id est, duorum mensium: *l. 2. C. de sec. nupt. l. 19. C. de legat.*] PARVI refert, id est, nihil interest. Vlpiano frequens et crebra in ore loquutio est, vti *l. 6. D. commun. praed. l. 25. § 5. D. de hered. pet. l. 1. D. de magistr. conuen. l. 7. §. 12. D. de admin. et peric. tut. l. 1. §. 16. D. de exercit. act. l. 3. et l. 7. D. de furt. l. 1. D. si quis omiss. causs. test. l. 8. §. vlt. D. de liber. causs. l. 2. §. 3. D. de suis et legit. l. 3. §. 9. D. de Carbon. edict. l. 1. D. quod vi aut clam. l. 1. §. 8. D. quar. rer. act. l. 9. §. 1. D. de inium. l. 1. §. 12. D. de vi et vi arm. l. 7. princ. et §. vlt. D. de oper. lib.* Quae omnia capita Vlpiani sunt. Vtitur tamen et eodem genere loquendi Papinianus, *l. 17. D. de condic. furt.*

PAS.

PASCERE, est alere et cibaria praestare iumentis, pecoribus vel seruis. Equa, quum in alieno PASCERETVR: *l. 39. D. ad leg. Aquill.* Vt boues, per quos fundus colitur, in vicino agro PASCANTVR: *l. 3. D. de seruit. praed. rust.* Cum robustis canibus et fortibus, quos pecoris gratia PASCEBAT: *l. 44. D. de rer. adquir. dom.* Non in tuto pecus PASCITVR: *l. 14. § vlt. D. de praescript. verb.* Si ideo pecus inclusit, ne PASCATVR: *l. 2. §. 20. D. de vi bon. rapt.* Si in aliqua parte anni, in fundo PASCANTVR pecora: *l. 12. §. 8. D. de instruct. vel instrum. leg.* Cum pecus in commune PASCENDVM damus: *l. 52. §. 2. D. pro soc.* Si societatis contrahendae caussa pecora PASCENDA data sunt: *l. 52. §. 3. D. eod. tit.* PASCERE seruum: *l. 11. D. ad exhib.* Si conuenerat, vti se mulier PASCERET, suosque homines; *l. 21. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* id est, aleret, vt *ibidem* Seruos hereditarios PAVIT, iumenta aut PAVIT, aut distraxit: *l. 20. D. de adquir. vel omitt. her.* Qui operas suas locauerint, vt PASCERENTVR. *l. 6. D. de leg. Fab. de plag.* Si quis fundum tradit et excipiat, vt PASCERE sibi liceat. *l. 32. D de vsufr* ¶. 2. Ius PASCENDI est pecoris pascendi seruitus, vt *l. 4. D. de seruit. praed. rustic.* Ius PASCENDI: *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* Terra, in quam nondum dominus PASCENDI gratia pecus immisit: *l. 30 §. 2. D. de verb signif.* ¶. 3. [PASCERE auaritiam, μεταφορικῶς, pro indulgere auaritiae: *l. 7. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.*]

PASCHA, AE. Sacros PASCHAE dies, qui septeno numero vel praecedunt, vel sequuntur. *l. 7. C. de fer.* Nec venerabilem PASCHAE diem existiment excipiendum; *l. 10. C. eod. tit* HEIN.

PASCHALIS, E. In quindecim PASHALIBVS diebus compulsio annonariae functionis differatur: *l. 7. in fin. C. de fer.* Actus omnes diebus quindecim PASCHALIBVS conquiescant: *l. 8. C. eod. tit.* PASCHALIBVS etiam quindecim diebus nulla prorsus litigia contingenda: Papian. *Respons. Tit. XII.* Quadraginta diebus, qui auspicio ceremoniarum PASCHALE tempus anticipant: *l. 6. C. de f[er.]* HEIN.

PASCVVS, A, VM. pascendo pecori aptus. PASCVA silua est, quae pastui pecorum destinata est: *l. 30. §. vlt. D. de verb. signif.* PASCVA publica: *rubr. C. de pascuis publ. Lib. XI.* In PASCVIS saltibus. *l. 1. C. eod. tit.* Si saltum PASCVVM locasti: *l. 19. §. 1. D. locat.* PASCVA quot iugerum esse videantur: *l. 4. D. de censib.* Qui pecora in PASCVIS subtrahunt: *l. 1. §. 1. D. de abig.* Quid in PASCVIS fuerit inuentum: *l. 7. C. de bou. proscript.*

PASSIM est indifferenter, indistincte, promiscue. PASSIM accipere vilissimum est: *l. 6.*

l. 6. §. vlt. D. de offic. proconf. Palam fic accipimus, PASSIM, hoc eft, fine dilectu: *l. 43. D. de rit. nupt.* Non PASSIM, fed cum cauffae cognitione: *l. 7. §. 1. D. de ventr. in poffeff. mitt* Non PASSIM tutoribus fub obtentu aeris alieni permitti debuit venditio: *l. 5. §. 9. D. de reb. eor. qui fub tut.* Sed neque PASSIM impunitas eis per huiusmodi proditiones eoncedenda eft: *l. 1. §. 36. D. de quaeft.*

PASSVM vini adpellatione eontineri ait Vlpian. *l. 9. D. de tritic. vin. ol.* PASSVM, ait Nonius, *genus liquoris, quod ex vua paffa eogitur.* Virgil. *Lib. II. Georg. v. 93. Et PASSO pfithia vtilior.* vid. fupra *Lib. IV. voc. Defrutum.*

PASSVS, VS, vt eft in libro variorum auctorum de menfuris, *dupliciter haberi videntur apud antiquos. Etenim PASSVS dicitur, quod duobus greffibus gradiendo conficitur. PASSVS enim dicitur, quantum ambobus brachiis extenfis inter longiffimos digitos eft.* Et alibi: *Palmus autem quatuor digitos habet, pes fexdecim, PASSVS pedes quinque, pertica paffus duos.* Vicena millia PASSVVM in fingulos dies dinumerari Praetor iubet: *l. 1. D. fi quis eaution.* In itinere faciendo, viginti millia PASSVVM in dies fingulos peragenda: *l. 3. D. de verb. fignif.* Mille PASSVS non a muro vrbis, fed a continentibus aedifieiis numerandi funt: *l. 154. D. eod. tit.* Aecedere debet ad vtilitatem temporis ratio itineris, fcilicet numeratione viginti millium PASSVVM facta: *l. 9. §. 3. D. quis ordo in bon. poff.*

PASTINA inftituere: *l. 7. §. vlt. D. fol. matrim.* PASTINVM vtique, quemadmodum Palladius *Lib. II. tit. 10.* fcribit, *fit tribus generibus, aut terra in totum foffa, aut fulcis, aut fcrobibus.* Ibidemque, *vbi tota terra debet effodi, aut vbi fulcis, aut fcrobibus* PASTINANDVM *fit, dicet.* PASTINVM, ait Columella *Lib. III. de re ruft. cap. 18. vocant agricolae ferramentum bifrucum, quo femina panguntur. Vnde etiam repaftinatae dictae fuere vineae veteres, quae refodiebantur. Haec enim propria adpellatio reftibilis vineti erat. Nunc antiquitatis imprudens confuetudo, quidquid emoti foli vineis praeparatur, repaftinatum vocat.* Quae verba Ifidor. Origin. *Lib. XX. eap. 13* defcripfit, apud quem tamen librarii incuria paffim *paftinatum* pro PASTINVM: item femina *purgantur*, pro *panguntur*, cum vitio legitur. *Pangere* autem, ait Feftus, in *Pangere: fignificat figere;* vnde addit: *plantae pangi dicuntur, quum in terram demittuntur.* Semina vero furculi funt vitium, qui ferramento illo bifurco terrae infiguntur. Columellae autem commode Feftus adiungetur, cuius verba funt haec: *Repaftinari ager is dicitur, vt Verrius exiftimat, cuius natura mutatur fodiendo, quum aut filuefter excodicatur, aut lapis mollitur frangendo, vt fiat pafcui vel pecoribus herba vel hominibus fatione.*

PASTINARE, eft vineis ponendis locum praeparare. Is, eui fundum PASTINANDVM locaueras, lapides fuftulit: *l. 15. §. 1. D. quod vi aut clam.* PASTINANDI autem agri hanc

Columella *Lib. III. de re ruft. cap. 13.* rationem tradit: *vt primum ex omni fiue arbuftino, fiue filueftri loco, quem vineis deftinauerimus, omnis frutex atque arbor eruatur, fubmoueaturque: deinde locus alte infodiatur, tum vinea deponatur.* Arbufti PASTINATIONEM, inter vtiles impenfas numerat Paullus: *l. 79. D. de verb. fignif.* Vtuntur hoc PASTINATIONIS nomine Columella *Lib. III.* et Palladius *Lib. II.* non femel.

PASTIO. Ex multis faltibus PASTIONE fructus percipitur: *l. 32. D. de vfufr.*

PASTOR, IS, qui gregum armentorumque curam agit. PASTORES pecorum et anferum: Paull. *Lib. III. Recept. Sent. tit. 6. §. 76. l. 66. D. de legat. III.* PASTORES ouiliones: *l. 25. §. vlt. D. de inftruct. vel inftr. leg.*
¶ 2. [Alii funt PASTORES, qui latronibus iunguntur, *in l. 11. C. de accufat.* iidem nempe, quibus filios nutriendos tradi vetat *l. vn C. Theod. ne paftor. dent. filii nutriendi.* quibusque equorum vfum, debilitandis improbis ipforum conatibus et latrociniis, interdicunt Imperatores, in *l. 2. et 5. C. Theod. quib. equor. vfus. Lib. IX. tit. 30.*]

PASTVS, VS. PASTVS *pecudum* apud Cic. *Lib. II. de Nat. deor. cap. 47. et de Senect. Cap. VII.* De PASTV pecoris actio ex lege XII. Tabularum: *l. 14. §. vlt. D. de praefcr. verb.* Vetus Gloffar. *De paftu pecoris, ὑ ἀλλοτρίαν γῆν ἐπαφεὶς εἰς βοσκὴν θρεμμάτων.* ¶ 2 [PASTVS primipili, *l. 8. pr. et l. 16 princ Theod. ae cohortal Lib. VIII. tit. 4. l. 7. C. Iuftin. eod. tit. Lib. XII. tit. 58.* id eft, omnes alimoniae a primipilo ad alendos et pafcendos milites ad limitem peruehendae.]

PAT.

PATAMEN, INIS, vox parum Latina, neque hac noftra aetate vfitata, pro patente aditu et egreffu, in *l. 53. C. Th. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* ibi: *ad quas nullus a platea aditus atque egreffus* PATAMEN, vti habent verba legis, ex emendatione Gothofredi, qua fine fenfus integer antea non erat.]

[PATARENI, haeretici, quorum mentio fit in *auth. Gazaros. princ. C. de haeret. et Manich.*]

PATER, IS, is eft, quem nuptiae demonftrant: *l. 5. D. de in ius voc.* Ifidor. *Lib. IX. Orig. cap. 7. PATER eft, a quo nafcitur initium generis: itaque is paterfamilias vocitatur. PATER autem dictus eo, quod patratione peracta filium procreet. Patratio enim eft rei venereae confummatio. Lucret. Et bene Patra patrum.* Verum hallucinatur Ifidorus. Lucretio enim, ex cuius *Lib. IV.* hic verfus petitus eft, numquam hoc monftrum verbi *Patra* in mentem venit; fed apud eum fcriptum eft: *v. 1120.*

Et bene parta PATRVM fiunt anademata mitrae.

¶. 8 PATRIS nomine et auus intelligitur. Iufta interpretatione recipiendum eft, vt PATRIS nomine auus quoque demonftrari intelligatur: *l. 201. D. de*

D. de verb. signif. Quod in his maxime verum est, quae benigne accipienda et interpretatione adiuuanda sunt. Vtique enim in lege Iulia de maritandis ordinibus, et in lege Iulia de adulteriis, PATRIS adpellatioe auus non continetur. *l. 44. §. 1. D. de ritu nupt. et l. 20. l. 21. D. ad Leg. Iul. de adult.*

¶. 3. PATRVM hae sunt qualitates, et differentiae: Adoptiuus, certus, fiduciarius, incertus, iustus, naturalis. ¶. 4. PATRIS nomine honoris caussa etiam rectores et praesides ciuitatis, exemplo Hebraeorum, veniunt. PATRES ciuitatum: *l. 1. C. quib. muner. excuf.* [PATER reipublicae: *Nov. CLX.* Sic et PATRES synagogarum: *l. 4. C. Theod. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.*] ¶. 5. Imperatores quoque interdum decessores suos PATRES vocant: et ita Seuerus et Antoninus: Quum diuus Claudius PATER meus constituerit: *l. 1. C. qui non poss. ad libert.* vide supra voce PARENS.

PATERA, AE, vas amplum et patens, potui inprimis inseruiens. Argento potorio legato, omnia, quae ad poculorum speciem comparata sunt, debebuntur: veluti PATERAE: Paull. *Lib. III. recept. Sent. Tit. VI. §. 90.* HRIN.

PATERFAMILIAS adpellatur, qui in domo dominium habet, recteque hoc nomine adpellatur, quamuis filium non habeat. Non enim solum personam eius, sed et ius demonstramus. Denique et pupillum PATREMFAMILIAS adpellamus. Et quum PATERFAMILIAS moritur, quotquot capita libera ei subiecta fuere, singula familias incipiunt habere, eisque pro parte praesunt: *l. 195. D. de verb. signif.* Itaque alibi PATRESFAMILIARVM definiuntur, qui sunt suae potestatis, siue puberes, siue impuberes: *l. 4. D. de his, qui sunt sui vel al. iur.* hinc: PATERFAMILIAS impubes: *l. 50. D. de legat. III.* Nam filii, cuiuscumque aetatis sint, morte patris sui iuris effecti, PATRESFAMILIAS sunt: *l. 5. D. quand. dies legat.* Hinc Tertullianus *de virgin. veland. Cap. XI. Materfamilias, ait, vocatur, licet virgo, et PATERFAMILIAE, licet inuestis.* PATERFAMILIAS etiam fit seruus manumissus: *l. 14. D. qui testam. fac.* Festus quoque *in familia, ducem et principem generis* PATREMFAMILIAS adpellatum, scribit. ¶. 2 In hoc autem verbo considerandum est, veteres ad detrahendam inuidiam patris magis, quam domini nomen principi familiae indidisse. Quod et Tertullianus *in Apologet. cap. XXXIV. Gratius*, inquit, *est nomen pietatis, quam potestatis. Etiam familiae magis patres, quam domini vocantur.* Et Senec. *Epist. XLVII. Ne illud quidem videtis, quam omnem inuidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam seruis detraxerunt, dominum patremfamilias adpellantes, seruos familiares.* Quem totum Senecae locum Macrobius, suppresso auctoris, vnde hauserat, nomine, non absque plagii crimine in ius suum *Lib. I. Saturn. cap. 11.* transcripsit. Lactantius *Lib. IV. diuin. Instit. cap. 3. Dominum vero*, inquit, *esse, qui sit pater, etiam iuris ciuilis ratio demonstrat. Quis enim poterit filios educare, nisi habeat in eos domini potestatem? Nec immerito PATERFAMILIAS dicitur, licet tantum filios habeat. Videlicet nomen patris complectitur etiam seruos, quia familiam sequitur: et nomen familiae complectitur etiam filios, quia pater antecedit. Vnde adparet, eumdem ipsum et PATREM esse seruorum, et dominum filiorum. Denique et filius manumittitur, tamquam seruus, et seruus liberatus patroni nomen accipit tamquam filius. Quod si adpareat, eum duplici potestate praeditum, quia et indulgere debet, quia pater est, et coercere, quia dominus: ergo idem seruus est, qui et filius, idem dominus, qui et pater.* B Ambros. *Lib. VII. Epist. 4. Seruos quoque dominus iure seruitii subditos habeat, pro moderamine coercitionis, quasi animae consortes. PATERFAMILIAS enim dicitur, quasi filios regat.* Horum similia Isidor. *Lib. IX. Orig. cap. 7. PATERFAMILIAS*, ait, *dictus, quod omnibus in familia sua positis tamquam pater filiis patria dilectione consulit, seruorumque conditionem a filiorum adfectu non discernit, sed quasi vnum membrum amplectitur; hinc enim exortum est nomen* PATRISFAMILIAS. Exstat venustus ex huius vocis etymo sumtus iocus apud Martial. *Lib. I. epigr. 85* in Quirinalem, quem propter omnes ex se susceptos vernas, vere ac reipsa PATRISFAMILIAS nomen obtinere scite scribit his versibus:

Vxorem habendam non putat Quirinalis,
Quum vult habere filios, et inuenit,
Quo possit istud more: futuit ancillas,
Domumque et agros implet equitibus vernis;
PATERFAMILIAS *verus est Quirinalis.*

PATREM autem FAMILIAS et FAMILIAE Latinis dictum, Priscianus *Lib VI. p. 679. edit. Putschii.* exemplis probat. PATERFAMILIAE est apud Vlpian. *Tit. XXI. regul.* vbi et *filius familiae*: *Lib. XX §. 4. et 10.* Seruius *in XI. Aeneid. v. 801. Sane PATERFAMILIAS, quando dicimus familias, indeclinabile est, si autem PATERFAMILIAE dicere voluerimus, iam non erit vnum nomen, sed loquutio, et familiae erit datiuus. Nam, pater mihi est, dicimus. Terent. Natura tu illi pater es, consiliis ego.* Multi autem volunt, in numero pluratiuo nomen vtrumque declinari, vt dicamus, hi PATRESFAMILIAE, horum PATRVMFAMILIARVM. Et ita PATRESFAMILIARVM legere est apud iuris auctores, *l. 4. D. de his, qui sui vel al. iur. l. 2. D. ad SC. Maced. l 3. §. 4. D. de minor.* Filiifam. in castrensi peculio vice PATRVMFAMILIARVM funguntur. *l. 2. D. de SC. Maced.* Varro *Lib. VII. de lingua Lat. Item plures* PATERFAMILIAS, *dicere non debuerunt*; *sed, vt Sisenna scribit*, PATRESFAMILIARVM.

¶. 3. PATERFAMILIAS suis dotibus praedicatur: bonus, diligens, prudens. Bonus PATERFAMILIAS: vid. supra *Lib. II.* Diligens PATERFAMILIAS: *l. 137. § 2. D. de verb. oblig. l. 20. §. vlt. D. de oper. libert.* Diligens PATERFAM. et honestus: Paull *Lib. I. Recept. Sent. tit. 15.* Diligentissimus PATERFAM *l. 11. §. 5. D. de minor. l. 18. D. commod.* Prudens ac diligens PATERFAM. *l. 54. D. de act. emt.*

PATERNVS, A, VM. PATERNVS adfectus: *l. vlt. C. de curat. furios.* PATERNA bona: *l. 78. D. de hered. inst. l 3. §. 7. D. de Carb. edict. l. 6. D. de reb. auct. iud. poss. l. 3. et l. 8. C. de collat.* et apud Paull. *Lib. III. Sent. tit. 4.* PATERNI creditores: *l. 29. §. vlt. D. de minor. l. 20. §. 1 et l. 42.*

l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 13. D. de reb. cor. PATERNVS debitor: *l. 7. §. 1. D. de minor. l. 2. C. arbitr. tutel.* PATERNAE facultates: *l. 87. §. 7. D. ad leg. Falcid.* PATERNA hereditas: *l. 20. D. de auct. et conf. tut. l. 29. D. quae in fraud. cred. l. 6. §. 1. D. de reb. auct. iud. l. 42. §. 2. et l. 59. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 87. §. 7. ad leg. Falc. l. 3. §. 2. et l. 7. §. 5. D. de minor. l. 1. C. famil. ercisc.* PATERNVS inimicus: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 28.* libertus: *l. 7. §. 7. D. de Carb. edict. l. 9. l. 10. §. vlt. et l. 30. D. de bon. lib. l. 58. §. vlt. et l. 7. D. de verb. signif. l. 4. C. de administr. tut. l. 47. §. vlt. D. de bon. libert.* PATERNA mors: *l. 5. C. de calumn.* Pietas PATERNI oominis consilium pro liberis plerumque capit: *l. 22. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* PATERNA nomina: *l. 31. D. de admin. et per. tut.* PATERNA obligatio: *l. 8. D. ad SC. Vellei.* PATERNVM officium: *l. vlt. C. de dot. promission.* PATERNA poena: *l. 25. D. de poen.* reuereotia: *l. 50. D. ad SC. Trebell.* PATERNVS seruus: *l. 42 §. 2. D. de adquir. et omitt. her. l. 20. et l. vlt. D. de in rem verso.* PATERNA successio: *l. 9. C. de collat.* PATERNVM vinum: *l. 91. §. vlt. D. de trit. vin. ol.* ¶. 2. PATERNA, pro bonis paternis, in *l. 9. D. de re milit. l. 62. D. de contrab. emt.*

[PATERNVS *Taruntius.* vid. *Lib. XVIII.*]

[ΠΑΘΟΣ, id est, perturbatio: *l. 5. D. de aedil. edict.*]

PATI, varias, pro verborum, quae adiunguntur, varietate, significationes habet. Interdum enim pati est sinere, ferre, permittere, non contradicere, nec repugnare. Qui PATITVR ab alio mandari, vt sibi credatur: *l. 18. D. mandat.* Fideiossores a tutoribus nominati, si praesentes fuerunt, et non cootradixerunt, et nomina sua referri in acta publica PASSI sunt: *l. 4. §. vlt. D. de fideiuss.* Qui PATITVR vsucapi: *l. 28. D. de verb. signif.* Si PASSVS esset, actionis diem abire *l. 1. §. 7. D. si quid in fraud. patron.* Si male PASSVS sit administrari tutelam: *l. 60. §. 4. D. de rit. nupt.* Bona possideri PATIATVR: *l. 19. §. 1. D. de inoffic. test.* Sed contemni non PATIATVR *l. 19. D. de offic. praesid.* Pupillus PATI posse non intelligitur. *l. 110. §. 2. D. de reg. iur.* PATI, pro permittere: *l. 52. §. 13. D. pro soc. l. 5. D. de seruit. l. 35. §. vlt. et l. 36. D. de procur. l. 14. D. quod vi aut clam. l. 24. §. vlt. D. locat.* Qui PATITVR vxorem suam delioquere: *l. 2. §. 2. D. ad L. Iul. de adult.* Vt vxorem PATERETVR adulterari: et mox: si PATIATVR vxorem delinquere: *l. 29. §. 4. D. eod. tit.* [Aliod est, auctorem esse seruo delinquenti, aliud PATI delinquere: *l. 3. D. de noxal. action.* Dominus, qui semel accipere pecuniam pro libertate PASSVS est: *l. 9. C. de cond. ob causs. dat.* id est, qui sciens accepit.]

¶. 2. Non tantum, quod quis sua sponte perfert, sed et, quod inuito accidit, PATI dicitur. Si quid inuito accidit, veluti si iniuriam, aut furtum PASSVS sit. *l. 16. ff. de Offic. praesid.* PASSVS ergo furtum dicitur, cui res furto abest, subtractaue est: Si quis chirographi furtum PASSVS sit: *l. 27. D. de furt.* Si quum omnes domini adgressuram PATERENTVR: *l. 3. §. 3. D. de SC. Silan.*

¶. 3. PATI interdum est admittere, recipere. Sic: bona fides non PATITVR. *l. 58. D. de reg. iur.* Quia nec fides bona hoc PATIATVR: *l. 6. §. 4. D. de negot. gest.* Neque bonam fidem PATI: *l. 8. C. de contrab. emt.* Neque enim bonae fidei contractus hac PATITVR conuentione: *l. 11. §. vlt. D. de act. emt.* Ius nostrum oun patitur: *l. 7. D. de reg. iur.* Vt res patitur: *l. 2. D. de stat. hom.*

¶. 4. Interdum PATI est sentire, vt, quum dicimus, PATI *damnum*, aut contra, compendium. *l. 3. §. 5. D. de Carb. edict.* Prohibere, vt aliquod *damnum* stipulator PATIATVR: *l. 13. §. vlt. D, de re iudic.* Qui in eadem re *damnum* PASSI sunt: *l. 40. §. 2. D. de damn. inf.* Mortis *damnum* fideicommissarius solus PATITVR: *l. 22. §. vlt. D. de legat. III.* Id, quod propter moram eius *damnum* PASSVS sit heres: *l. 8. D. de trit. vin. oleo leg.* Ex mea culpa *damnum* sim PASSVS *l. 44. D. de damn. inf.* De eo *damno*, quod legationis tempore legatus passus est: *l. 9. D. de legation.* Numquid fideiussor magis *detrimentum* noo PATITVR, quam lucrum faciat: *l. vlt. D. quae in fraud. cred.* PATI *detrimentum* existimationis: *l. 3. C. de calumn.* Sic etiam dicitur, PATI *incommoditatem* et *incommodum.* Sic quam aliam *incommoditatem* PASSVS erit, alio aduersario substituto. *l. 3. §. vlt. D. de alien. iudic. mut. caussa.* Si ex opere *incommodum* aliquod PATITVR fructuarius: *l. 22. D. de aqua et aqu. pluu. arc.* Hoc *incommodum* naturaliter PATI inferiorem agrum a superiore: *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* Vt interim actionibus *praeiudicium* non PATIATVR: *l. 20. D. de inoffic. test.* *Periculum* PATI *l. 15. §. 2. D. de pignor. l. 60. §. 1. D. de rit. nupt.* Si fortuito caso aliquid PASSVS sit. *l. 1. §. vlt. D. de pollicit.*

¶. 5. Alias quoque PATI etiam ea, quae anima carent, dicuntur. Ob casum, quem ciuitas PASSA est: *l. 7. D. de pollicit.* Si aratrum in ciuitate inducetur, vt PASSA est Carthago: *l. 21. D. quib. mod. vsufr.* Si totus ager sit huue casum PASSVS: *l. 12. D. de vsufr.*

¶. 6. Aliquando PATITVR, est sufficit, largitur. Sic: cogi vel eos, qoorum pretium PATITVR manumittere: *l. 24. §. 17. D. de fideic. libert.* id est, sufficit. Quatenus peculium PATITVR: *§. 4. Inst. quod cum eo, qui in al. pot.*

¶. 7. PATI, id est, sustioere. Sic: si maritus deportationem PASSVS sit: *l. 13. D. de donat. int. vir. et vxor.* Vt legis poenam PATIATVR: *l. 51. D. de act. emt.* Si delator poenam sententiae PASSVS est: *l. 3. C. de sentent. pass.* PATI poenam edicti: *l. 2. §. 3. D. quod quisqu. iur.* Cogitationis poenam nemo PATITVR: *l. 18. D. de poen.* Senatusconsulti poenam PATI: *l. 1. §. 9. D. ad SC. Turpill.* Dopli poenam PATIMVR: *l. vlt. D. de litigios.* Poenam contumaciae non PATITVR: *l. 53. §. vlt. D. de re iudic.* Nonnullam et sic poenam PATITVR: *l. 33. §. 1. D. de fideic. libert.* Statu liberi in publicis iudiciis easdem poenas PATIVNTVR, quas ceteri serui: *l. 29. D. de statulib.* Vltimum supplicium PATI debet: *l. 1. §. 28. D. de SC. Silan.* hoc est, vltimo supplicio plecti. PATI tormenta; *l. 1. §. 23. D. de quaestion.* Alii tanta

sunt

ſunt impatientia, vt quaeuis mentiri, quam PATI tormenta velint, *ibid.* Neque vincula PATIETVR, neque vllam aliam iniuriam, quam PATITVR, qui ſententiae non adquieuerat: *l. 1. §. 1 D. nihil innou.* ¶. 8. PATI *actiones*, id eſt, excipere. *l. 18. §. vlt. D. de caſtr. pecul.* Ex ea re, cuius PATITVR *actionem*: *l. 37. D. de negot. geſt.* An eorum, quae ſunt a ſubſtituto relicta, *actionem* PATIETVR: *l. 10. §. vlt. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* *Actionem* dopli vel quadrupli PATI: *l. 9. §. 2. D. de minor.* *Actiones* PATI: *l. 66. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 4. D. de contrar. tutel.* ¶. 9. *Adulterium* PASSA dicitur, cum qua quis adulterium admiſit. Ab ea, quae iam nupta et *adulterium* PASSA eſt: *l. 14. C. ad leg. Iul. de adult.* Inter liberas tantum perſonas *adulterium* ſtuprumue PASSAS. *l. 6. D. eod. tit.* ¶. 10. PATI *aeſtimationem*, id eſt, ſofferre. *l. 63. D. de rei vindic.* ¶. 11. *Cautionem* PATI, id eſt, cautionem praeſtare, vel ea onerari. Fiſcum hanc *cautionem* non PATI: *l. 3. §. 5. D. ſi cui plus, quam per leg. Falc.* ¶. 12. PATI *compenſationem*, dicitur is, cui compenſatio iure obiicitur. Pupillus agendo *compenſationem* eius, quod geſſit, PATITVR: *l. 3. §. 1. D. de negot. geſt.* Videndum, an *compenſationem* hoc nomine PATI poſſit. *l. 24. §. 6. D. ſolut. matrim.* ¶. 13. PATI *controuerſiam* dicitur is, cui quaeſtio et controuerſia mouetur. Qui PATITVR *controuerſiam* filius: *l. 11. D. de Carbon. edict.* id eſt, cui fit controuerſia ſtatus. Si a tertio emero, qui nullam *controuerſiam* PATIEBATVR *l. 11. D. de litigioſ.* Ne forte *controuerſiam* ſuper ea re non PATIATVR *l. 27. D. de furt.* Si quis non ab aliquo *controuerſiam* PATIATVR: *l. 1. §. 4. D. de Carbon. edict.* Heres, qui *controuerſiam* hereditatis PATITVR *l. 3. §. 6. D. ſi cui plus quam per leg. Falc.* Si *controuerſiam* hereditatis ab alio PATITVR: *l. 6. §. vlt. D. de interrog.* Si de hereditate *controuerſiam* PASSVS heres victus ſit: *l. 63. §. 2. D. ad Sc. Trebell.* Quoties quis PATITVR *controuerſiam* libertatis et hereditatis: *l. 7. §. vlt. D. de hered. petit.* Priusquam de libertate *controuerſiam* PATIATVR: *l. 27. §. 1. D. de liber. cauſſ.* Speciatim PATI *controuerſiam ſtatus* dicitur is, cui fit ſtatus controuerſia: *l. 3. §. 8. et 9. D. de Carbon. edicto. l. 8. §. vlt. D. rat. rem hab. l. 8. D. de re milit. l. 1. et l. 4. C. de Ord. cognit.* Si quis cum *ſtatus controuerſiam* PATERETVR: *l. 2. §. 9. D. ad SC. Tertull.* Si pater tuus *ſtatus controuerſiam* PASSVS eſt: *l. 7. C. ne de ſtat. defunct.* ¶. 14. *Condemnationem* PATI dicitur, aduerſus quem lis datur. Iure meritoque quadrupli *condemnationem* PATIETVR: *l. 14. §. 4. D. quod met. cauſſ.* ¶. 15. PATI *conuicium iniuriamue* dicitur is, cui conuicium ſeu iniuria fit, vel, qui iniuria adficitur. Si *conuicium* PATIAR: *l. 7. §. 5. D. de iniur.* Quum patronus *conuicium* ſe a liberto PASSVM obiicit: *l. 1. §. 10. D. de offic. praef. vrb.* *Iniuriam* PATIMVR aut in corpus, aut extra corpus: Paull. *Recept. Sent. Lib. V. tit. 4.* quum et maritus in vxoris pudore, et pater in exiſtimatione filiarum propriam *iniuriam* PATI intelliguntur: *l. 2. C. de iniur.* Si atrocem *iniuriam* PASSVS eſſet: *l. 38. §. 9. D. ad leg. Iul. de adult.* Pro atroci *iniuria*, quam ſeruus PASSVS eſt. *l. 8. C. de iniur.* Filiofam. iniuriam PASSO: *l. 17. §. 11. D. de iniur.* ¶. 16. PATI etiam *iniuriam* dicitur, qui damno adficitur. Etſi interdum PATIARIS *iniuriam*: *l. 3. §. 3. D. quod quisque iur.* Ex beneficio ſuo vnusquisque *iniuriam* PATI non debet: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6.* *Iniuriam* PATI dominus non debet: *l. 7. D. de tribut. act.* quum *iniuriam* per bonorum poſſeſſionem PATIATVR: *l. 10. D. de collat. bon.* Quum aduerſa pars nullam PASSA videri poſſit *iniuriam*. *l. 6. C. de pact. int. emt. et vend.* Nullam in ea re debitorem *iniuriam* PASSVRVM: *l. 30. D. ad leg. Aquill.* ¶. 17. PATI *iniuriam* a iudice dicitur is, contra quem iudex non iure, ſed inique, vel iniuſte pronunciauit. *l. 5. D. de euict.* Ab eo, cuius de ea re notio fuit, *iniuriam* PASSVS: *l. 6. C. de excuſ. tut.* Si praeſens iniuriam iudicis PASSVS ſit. *l. 52. §. vlt. D. pro Soc.* ¶ 18. PATI *exceptionem* dicitur, qui exceptione repellitur et ſubmouetur. *l. 4. §. 28. 29. 31. D. de doli mal. et met. except.* Nec *exceptiones* doli PATIVNTVR: *l. 7. D. de obſequ. parent.* ¶. 19. *Euictionem* PATI, id eſt, ferre, vt res euincatur. *l. 75. D. de iur. dot.* ¶. 20. *Falcidiam* PATI dicitur is, cuius legatum minuitur, propter legis Falcidiae rationem: *l. 1. §. vlt. l. 17. l. 36. l. 65. et l. 93. D. ad Leg. Falcid.* Eodemque ſenſu pater in legatis, quae filius ei dedit, *legis Falcidiae rationem* PATI dicitur: *l. 26. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* Sic etiam *fideicommiſſarius deductionem non* PATI *ab herede* dicitur. *l. 16. §. 3. D. ad SC. Trebell.* Ipſum etiam *legatum*, ex quo Falcidia detrahitur, *Falcidiam* PATI dicitur: *l. 26. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 1. §. 3. D. de dot. praeleg.* ¶. 21. PATI *interdictum*, eodem ſenſu. Cogendus eſt PATI interdictum: *l. 1. §. 19. D. de vi et vi armat.* Nec *interdictum* vnde vi, vel quod vi PATIVNTVR: *l. 7. D. de obſequ. parent.* ¶. 22. PATI *iudicium*, ſuſcipere eſt, *l. 13. §. 14. D. de hered. pet. l. 8. l. 22. l. 24. D. de iudic.* Vtile *iudicium* PATI: *l. 3. §. vlt. D. de alien. iudic. mut.* Si nouus dominus ſerui *iudicium* PATIATVR: *l. 25. D. de noxal. act.* Qui liberale *iudicium* PATITVR: *l. 1. D. de liber. cauſſ.* Si ſeruus liberale *iudicium* PATI paratus ſit: *l. 3. §. 10. D. de adquir. poſſeſſ.* Qui inuitus *iudicium* PATI non poteſt: *l. 54. D. de Procurator.*

¶. 23. PATI *moram* dicitur, cui mora fit. Libertus diu *moram* ab herede patroni PASSVS eſt: *l. 35. D. de legat. III.* Quaſi *moram* per heredem PATIATVR: *l. 3. §. 1. D. de ſtatulib.* Quae in fideicommiſſa libertate *moram* PASSA eſt: *l. 1. §. 1. D. de ſuis et legit.* Sed et in hac *moram* PATIETVR: *l. 2. §. 18. D. ad SC. Tertull.* *Moram* PASSVS in partem: *l. 78. D. de legat. II.* Si ancilla *moram* non ſtudio manumiſſoris, ſed fortuito PATIATVR: *l. 13. D. de fideic. libert.* An ex neceſſaria cauſſa *moram* PASSVS ſit: *l. 2. §. 1. D. de legation.* ¶. 24. Eadem ratione et genere loquendi *quaeſtionem* PATI dicitur, qua controuerſiam PATI: *l. 14. §. 7. D. de relig. et ſumt. funer. l. 1. C. ne fiſc. rem, quam vend. euinc.* Qui *quaeſtionem* PATITVR: *l. vlt. C. ſi quis ignor. rem min.* Quum *quaeſtionem* PATERERIS a fratre vxoris tuae: *l. 9. C. de transact.* Ne quam hereditatis paternae *quaeſtionem* a fiſco meo PATIAMINI: *l. 6. C. de iis, quib. vt indign.* Quum quidam de ſtatu ſuo *quaeſtionem* PATIEBATVR: *l. 7. §. 1. D. de hered. pet.*

¶. 25. *Sententiam* PATITVR, qui ſententia iudicis condemnatur. PASSI *ſententiam*: *rubr. D.*

 et

et C. de sentent. pass. Fideicommissum, quod ante reliquerat, quam *sententiam* PATERETVR: *l. 1. §. 3. D. de Legat. III.* Si eo tempore esset *sententiam* PASSVS, quum deliquisset: *l. 1. D. de poen.* ¶. 26. *Seruitutem* PATI dicitur, qui alieno dominio subiicitur. Ne seruus alienam *seruitutem* PATIATVR: *l. 9. D. de fideic. libert.* Praedia quoque, quibus *seruitus* imposita est, eam PATI dicuntur. Dum inferiora aedificia noo grauiore *seruitute* emeret, quam PATI debent: *l. 24. D. de Seruit. praed. vrban.* ¶. 27. *Stuprum* PATI dicitur vir et mulier, qui qoaeue stopratur ac deuirginatur. Qui voluntate sua *stuprum*, flagitiumque impurum PATITVR: Paull. *Lib. II. Recept. Sent. tit. 27.* Si dederit, ne *stuprum* PATIATVR vir vel mulier: *l. 8. D. quod met. causs.* Qui seruo, vt *stuprum* PATERETVR, persuadet: *l. 2. D. de seru. corr.* Si stuprum serua PASSA sit: *l. 25. D. de iniur.* ¶. 28. *Vim* PASSVS dicitur, cui vis facta, illata, adhibita est: *l. 2. D. de his, quae vi met.* Eodemque loquendi genere *dolum, fraudem, metum* PATI quis dicitur. Sic: nisi in amittenda actione *dolum* malum PASSVS est: *l. 1. §. vlt. D. de dolo mal.* Futurum sit, vt impune fraudem PATIATVR: *l. 18. §. vlt. D. de iudic.* Qui metum non a parente PASSVS est: *l. 4. §. vlt. D. de dol. mal et met. except.* ¶. 29. *Vim* quoque PATI mulier dicitur, cui vitium vi infertur. Quae *vim* PATITVR, non est in ea caussa, vt adulterii vel stupri damnetur. *l. 13. §. 7. D. ad leg. Iul. de adult.* Si *vim* hostium PASSA non esset. *ibid.* *Vim* PASSAM mulierem sententia praesidis prouinciae condnebatur. *l. 39. D. eod. tit.* ¶. 30. *Virum* PATI ea dicitur, quae est viripotens, Quae *virum* PATI non potest: *l. 30. D. quando dies legat.* Et contra vir *muliebria* PATI, quo de genere loquendi vid. *Lib. XI.* [*Virum* PATI dixit etiam Petron. *Satyric.* cap. XXV. vt et *muliebris* PATIENTIAE *legem accipere, ibid. muliebris* PATIENTIAE *scortum, cap. IX.* Reliqua, quae de loquotione hac et similibus congessit Tabor, vel trita sunt, et vbiuis obuia, vel certe hic locum non merentur.] ¶. 31. Praeterea notandae sunt loquutiones: Caussam de suis bonis, quam heredes PATIEBANTVR: *l. 39. D. fam. ercisc.* Ne ex adnotatione praesidis calomniam PATIARIS: *l. 10. C. de Sentent. pass.* Nullum crimen PATITVR is, qoi non prohibet: *l. 109. D. de reg. iur.* Collationis onus PATI non debet: *l. 4. §. vlt. D. de leg. Rhod. de iact.*

PATIENS. Eqous aut eqoa freni PATIENS: *l. 2. D. de captiu.* Quo genere PATIENTEM *aratri taurum* dixit Ouid. *Lib. IV. Trist. Eleg. 6. v. 1.*

PATIENTIAM praestare: *l. 1. §. 1. l. 11. §. 2. et l. 12. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 31. D. de solut. l. 13. §. vlt. l. 15. §. 1. D. quod vi aut clam.* PATIENTIAM solam eam praestare debere: *l. 2. §. 43. D. ne quid in loc. publ.* Nihil amplius, quam PATIENTIAM praestare cogendus erit: *l. 22. §. vlt. D. quod vi aut clam.* Debet heres eius PATIENTIAM destruendi operis aduersario praestare: *l. 22. D. de op. nou. nunc.* PATIENTIAM tollendo opes praestantem: *l. vlt. D. de interd.* PATIENTIAM dumtaxat praestandam: *l. 11. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu.* Maritus, qui vxorem in adulterio deprehendit, PATIENTIAM adumbrare praetextu incredibilitatis non potest: *l. 29. D. ad leg. Iul. de adult.*

PATRIA dicitur natale cuiusque solum, vnde ortum ducit. Si cui non PATRIA sua, sed aliqua ciuitate interdictum sit: *l. 7. §. 16. D. de interd. et releg.* Solet interdici sententia qoibusdam, ne intra PATRIAE territorium vel muros morentur: ne excedant PATRIAM: *l. 7. §. 19. D. eod. tit.* Priuati legibus PATRIAE suae obedire debent: *l. 3. §. 1. D. de muner. et honor.* An praedia, quae pignori habuit testator, PATRIAE suae reliquisse videatur: *l. 101. D. de legat. III.* Epistola missa est a magistratibus PATRIAE suae: *l. 36. D. ad municip.* Et mox: Quasi ipse iussus a PATRIA decretum Imperatori porrexit: *l. 36. D. eod. tit.* Legatus creatus a PATRIA sua: *l. 12. D. de legation.* Non cioem PATRIAE vtilitatibus, quatenus potest, aufert: *l. 3. §. 5. D. de muner. et honor.* τῇ γλυκυτάτῃ μȣ πατρίδι. dulcissimae PATRIAE meae: *l. 101. D. de legat. III.* Sic etiam Ouid: *Ex Ponto Lib. I. Ep. 3. v. 35.*

Nescio qua natale solum dulcedine captos
Ducit.

[Sic etiam: PATRIAE functiones, honores, ministerium, munia, ordo, stipendia. *l. 79. 91. 116. 69. 93. 57. 79. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1*] Roma communis nostra PATRIA est: *l. 33. D. ad munic.* Ac proinde, cui PATRIA interdictum est, etiam vrbe abstinere debet: *l. 7. §. 15. D. de interd. et releg.* Similiter *communis* PATRIA Roma adpellatur *l. 6. §. 11. D. de excus. l. 19. D. de interd. et releg.* Symmach. *Epist. V, 44. et 92. III, 2.* Rutil. Numat. *Itiner. v. 63.*

Fecisti PATRIAM *diuersis gentibus vnam.*

Plura eius generis collegit, et ab Antonini Caracallae demum temporibus potissimum frequentata docet Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc. II. Cap. VII. p. 161. sequ.* Quum vero et iam ante ea tempora *communis* PATRIAE nomine veniat Roma, apod Liu. *Lib. XXIII. Cap. 5.* Cicer. *Agrar. IV, 83.* Senec. *consolat. ad Helu. Cap. VI.* Aristid. in *Rom. p. 375.* recte dixeris cum viro doctissimo, antea ita dictam tantum Romam αὐξήσει quadam oratoria, postea vere id nomen tulisse. Vnde Modestinus *d. l. 6. §. 11. D. de excusat.* eleganter ait: *κοινῆς ὄσης τε καὶ νομιζομένης πατρίδος τῆς βασιλευούσης. quoniam vrbs regia et est, et habetur communis patria.* Add. Cuiac. *Lib. XXIV. Obseru. Cap. 33.* HEIN.

PATRICIATVS *dignitatem* dixit Cassiodor. *Lib. VIII. Epist. 9.* PATRICIATVS *praesentalis* apud eumd. *Lib. X. Epist. 9.* Paull. Diacon. *Lib. XIV. Adpend. ad Eutrop.* de Aetio: *Nec multo post etiam* PATRICIATVS *dignitatem consequutus est.* Cassiodor. in formula PATRICIATVS *Lib. VI. Var. Epist. 2.* PATRICIATVS *culmen ascendere, quod quidam iuridicorum a patribus dictum esse voluerunt.* Et mox: *Leges tantam illis reuerentiam detulerant, vt in sacris*

pos-

PAT.

positus, quum hoc fuerit honore praecinctus, paternae potestatis nexibus exuatur, nisi contra specialiter a Principe caueatur. Quod constat ratione probabili constitutum: vt, qui amplissimum genium pretiosae libertatis acceperat, vilissimam conditionem cum subditis non haberet. Quae pertinent ad *§. 4. Inst. quib. mod. ius patr. pot.*

PATRICIVS olim dicebatur, qui ex Senatoribus, qui *patres* vocabantur, nati erant. PATRICIORVM vero nomen, vnde fluxerit, Velleius Paterc. *Lib. I. Cap. 8.* declarat his verbis: *Romulus centum homines electos, adpellatosque patres, instar habuit consilii publici. Hanc originem nomen PATRICIORVM habet.* Plutarch. *in Quaestionib. Rom. Tom. II. p. 278.* τοὺς μὲν ἐξ ἀρχῆς κατανεμηθέντας ὑπὸ τοῦ Ῥωμύλου, πατέρας ἐκάλουν καὶ πατρικίους, οἷον εὐπατρίδας ὄντας, πατέρας αὐτῶν ἔχοντας ἀποδεῖξαι. τοὺς δὲ ὕστερον ἐπιγραφέντας ἐκ τῶν δημοτικῶν συγγεγραμμένους πατέρας ὠνόμασαν. *Patres et PATRICII vocantur, qui initio a Romulo sunt lecti, qui possent suos patres ciere: qui vero postea e plebeiis adscripti sunt, patres conscripti dicuntur.* Liu. *Lib. I. Cap. 8. Centum, creat,* (de Romulo loquitur,) *senatores. Patres certe ab honore,* PATRICII*que progenies eorum adpellati.* Sunt qui PATRICIOS adpellatos dicant, quod *patres ciere* possent, a quo non abhorret Cincius apud Festum, cuius verba haec sunt. PATRICIOS, *ait in libro de comitiis, eos adpellari solitos, qui nunc ingenui vocantur.* Et haec erat stante Romana republica verbi huius significatio. §. 2. Verum longe aliter PATRICII in constitutionibus recentiorum Imperatorum accipiendi sunt: in quibus PATRICII, Imperatorum consiliarii, quasi eorum *patres*, vocantur. Sic enim a Iustiniano, in *l. vlt. C. de consulib. Lib. XII. et §. 4. Inst. quib. mod. ius patr. potest.* et a Nicephoro *Lib. XIII. Hist. eccles. Cap. 1. et 4.* vocantur, vt et a Claudiano *Lib. II. in Eutrop. v. 68.* cuius verba de Eutropio, PATRICIATVS honore decorato, sunt, quae sequuntur:

> *Praesidium legum, genitorque vocatur*
> *Principis, et famulum dignatur regia PATREM.*

☞ Eodem pertinet eiusdem Claudiani in *Prolog. Lib. II. in Eutrop. v. 49.* elegans distichon, in PATRICIVM:

> *Ereptas quid plangis opes, quas natus habebit,*
> *Non aliter poteras principis esse* PATERNEIN.

Zosim. *Lib. II. Cap. 40.* ὃς παρὰ Κωνσταντίνου τῆς ἀξίας τετυχήκει τοῦ πατρικίου, πρώτου ταύτην ἐπινοήσαντος τὴν τιμὴν, καὶ προκαθῆσθαι τοὺς ταύτης ἠξιωμένους τῶν τῆς αὐλῆς ὑπάρχων νομοθετήσαντος. *qui* (Optatus scilicet) PATRICII *dignitatem adeptus a Constantino fuerat. Eum honoris titulum primus Constantinus excogitauerat, lataque lege sanxerat, vt, qui hunc consequuti fuissent, supra ipsos praefectos praetorio sessitarent.* Iustinian. *Nou. LXXXI. Praef.* Οὐ γὰρ πρέπον ἐνομίσαμεν εἶναι, τούτους οὓς ἡμεῖς ἐν τάξει πατέρων ἄγομεν ἡμετέρων, τούτους ὑφ' ἑτέρου τελεῖν ἐξουσίας. *Non enim decere existimauimus, vt illi sub alterius sint potestate, quos in ordinem patrum nostrorum cooptauimus.* Vet. Glossar. PATRICIVS *est, quem Imperator eligit sibi in patrem.* Suid. voc. Πατρίκιος. *Tom. III. p. 60.* Πατρίκιος. πατὴρ τοῦ κοινοῦ. Ὁ δὲ πέμπει πρεσβευτὰς τοὺς ἐν τῷ κορυφαίῳ τῆς συγκλήτου βουλῆς τελοῦντας ἀξίᾳ. Πατρίκιοι δ' ἄρα ὄντες ἐτύγχανον: PATRICIVS, *pater reipublicae. Ille vero mittit legatos ordinis Senatorii principes, et amplae dignitatis praeditos viros. Erant enim PATRICII.* Itaque PATRICIVS πατὴρ βασιλέως a Luitprando *Lib. III. de reb. per Europ. gest. Cap. 8.* vocatur. Sic in *l. 3. C. vbi Senat.* et *l. 64. in fin. et l. vlt. C. de decurion. Lib. X.* et *in Epistolis Iustinianeis,* PATRICIORVM *nomen, patriciatusque dignitatem accipe.*

PATRIMONIALIS. PATRIMONIALES *fundi* sunt, ad patrimonium principis pertinentes fundi, qui vel conductionis titulo, vel perpetuo iure tenebantur, vt ostendit *l. 20. C. Theod. de extr. muner.* Sic in *rubr. C. de fund. patrim.* et *rubr. C. de collat. fund. patrim. Lib. XI.* et *l. 13. C. de praed. min.* et *l. 1. l. 2. l. 9. l. 17. C. Theod. de extraord. mun.* PATRIMONIALES accipe, cuiusmodi fundos, qui colunt, PATRIMONIALES coloni vocantur. *l. 7. C. vbi causs. fisc. rubr. C. de fugit. colon patrim.* Vet. Glossar. PATRIMONIALIA ἰδιότητα τοῦ βασιλέως. Ita PATRIMONIALEM possessorem accipe, in *l. 4. C. Th. de annon. et trib. Lib. III.*

PATRIMONIVM proprie est, quod nobis a parentibus relictum est, et a maioribus obuenit. Cic. *Lib. II. Epist. 16. Filio meo, si vlla erit respublica, satis amplum PATRIMONIVM relinquam, memoriam nominis mei.* Idem *pro domo sua. Cap. LVIII. Liberis autem nostris satis amplum PATRIMONIVM paterni nominis ac nostrae memoriae relinquemus.* Id *Lib. I. de Orat. Cap. 5. Propugnator* PATRIMONII *et defensor iuris paterni.* Tutores pupilli quibusdam creditoribus patris ex PATRIMONIO paterno soluerunt: *l. 61. D. de condict. indeb.* Fratres commune PATRIMONIVM diuiserunt: *l. 38. D. fam. ercisc.*

§. 2. Atque vt a *patris*, ita a *matris* quoque nomine hereditaria bona MATRIMONII adpellatione censentur. Valer. Max. *Lib. VII. Cap. 8. Filius Afraniae ex suo admodum amplo MATRIMONIO* (ita quippe melioris notae manuscripti codices habent,) *viginti millia nummûm legauit.* L. Senec. *Lib. I. de Benef. Cap. 3. Matris quoque nomen ad rem indicat pertinere. Eurynomen enim dictam, quia late patentis MATRIMONII sit,* (Sic optimi codices) *beneficia diuidere: tamquam matri post filias soleat nomen imponi, aut poetae vera nomina reddant.* M. Senec. *Declam. Lib. II. Controu. 1. Quid porro ista MATRIMONIA, in quae male serui ruitis? gaudia dominorum, an onera sunt.* Sueton. *Aug. Cap. XL. Quum plerique equitum, attrito bellis ciuilibus MATRIMONIO, spectare ludos et quatuordecim non auderent.* [Dicitur tamen aliquando PATRIMONIVM *maternum*, vt in *l. 1. pr. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.*]

§. 3. PATRIMONIVM porro generaliter pro quibuscumque bonis accipitur, et ideo *in* PATRIMONIO *esse*, et *in bonis esse* idem valent. Omni-

um rerum, quas in coiusque PATRIMONIO esse constaret: *l. 1. D. de vsufr. ear. rer.* id est, omnium rerum, quae in bonis sunt, vt *l. 1. D. de vsu et vsufr. leg.* De rebus iis, quae vel in nostro PATRIMONIO vel extra PATRIMONIVM nostrum habentur: *pr. Inst. de diuis. rer.* id est, quae vel in alicuius, vel in nullius bonis sunt, vt *l. 1. D. eod. tit.* Bonorum possessio definitur, esse ius persequendi retinendique PATIMONII: *l. 3. §. 2. D. de bon. possess.* Quae in PATRIMONIO sunt, item, quae extra compotationem PATRIMONII nostri sunt: *l. 5. D. de verb. signif.* Quod ex PATRIMONIO nobis abest: *l. 35. D. de verb. oblig.* Serui corrupti constituta est actio, qui io PATRIMONIO nostro esset: *l. 14. §. 1. D. de seru. corrupt* Qui seruos tantum habet in PATRIMONIO suo: *l. 8. §. 4. D. de inoffic. testam.* Apes in PATRIMONIO nostro computantur: *l. 8. §. vlt. D. fam. ercisc.* Peculium veluti PATRIMONIVM est filiorum filiarumque. *§. 8. Inst. de action.* Peculium et ex eo consistit, quod velut proprium PATRIMONIVM seruom suum habere quis voluerit: *l. 39. D. de pecul.* Quasi PATRIMONIVM liberi hominis peculium serui intelligitur, vbicumque esset: *l. 47. §. vlt. D. eod. tit.* Qui cum seruo contrahit, vniuersum peculium eius, quod vbicumque est, veluti PATRIMONIVM intuetur: *l. 32. D. de pecul.* Dos ipsius filiae proprium PATRIMONIVM est: *l. 3. §. 5. D. de minor.* Aequissimum visum est veteribus, mulieres quasi de PATRIMONIIS suis, ita de dotibus funerari: *l. 16. D. de religios. et sumt. fun.* Ea, quae in PATRIMONIO sunt, ab his, quae in *nominibus* sunt, separantur, *l. 9. D. rem pupilli salu. for.* Res, quam in PATRIMONIVM suum conuertit: *l. 25. D. de hered. petit.* id est, quam ex pretio rei distractae comparauit. Pecunia in corpus proprii PATRIMONII versa: *l. 77. §. 20. D. de legat. II.* Nec pretium in corpus PATRIMONII Pythodori rediisse: *l. 25. §. 16. D. de hered. petit.* Quod in corpore PATRIMONII retinetur: *l. 72. D. de legat. II.* Fructus in suum PATRIMONIVM conuertit, *l. 77. §. 19. D. de legat. II.* Si praedia in proprium PATRIMONIVM non sint redacta: *l. 101. D. de legat. III.* Loca, quae sunt in fisci PATRIMONIO: *l. 2. §. 4. D. ne quid in loco publ.* Ea praedia Caesaris, quae in formam PATRIMONII redacta sub procuratore PATRIMONII sunt: *l. 41. §. vlt. D. de legat. I.* PATRIMONII mei reditum; *l. 22. D. de vsu et vsufr. leg.* PATRIMONII munera; *l. 1. D. de mun. et honor.* PATRIMONIORVM sunt munera, quae sumtibus PATRIMONII et damnis administrantis expediuntur: *l. vlt. §. 18. D. eod. tit.* Onus PATRIMONII: *l. 3. §. 11. D. eod. tit.* PATRIMONIORVM onera: *l. 2. §. 1. D. de vacat. et excus. mun. l. 4. §. 2. D. de mun. et honor.* Si liberti sua PATRIMONIA habent suffectura oneribus; *l. 3. §. 8. D. eod. tit.* Propositione PATRIMONISI *l. 3. D. de ann. leg.* Plerumque idonei, non tam PATRIMONIS, quam fide quoque aestimantur: *l. 112. §. vlt. D. de verb. oblig.* Vtroque PATRIMONIO erogata, id est, ex re nepotis et auiae, *l. 34. D. de negot. gest.* Si ex voto honestis rationibus PATRIMONIVM incrementum acceperit: *l. 4. §. 1. D. de muner. et hon.* Posteaquam PATRIMONIVM amiserit, id est, facultatibus lapsus sit; *l. 35. D. de negot. gest.* Si ob munificentiam io patriam, PATRIMONIVM exhauserint: *l. 8. C. de decur.* Qui magnam partem PATRIMONII ei rei cootulerunt: *l. 5. D. de muner. et honor.* [PATRIMONIVM gerere: *l. 6. C. ad SC. Vellei.* Secretum PATRIMONII panditur: *l. vlt. C. de alim. pup. praest*]

PATRIVS, id est, paternus. PATRIVM *amicum* dixit Martial. *Lib. VI. Epigr. 25.* PATRIA *abligurire bona*, Terent. *Eunuch. Act. II. scen. 2.* id est, paterna. PATRIA *bona* etiam Cic. *Verrin. III. cap. 3.* PATRIO iure; *l. 132. princ. D. de verb. oblig.* id est, patria potestate. Sic et iure PATRIO accipe in *l. vn. C. de emend. propinqu.* Cic. *Philipp. II. cap. 18. Eumque non modo tua familiaritate, sed etiam congressione* PATRIO *iure et potestate prohiberet.* PATRIA *potestas*, id est, paterna. Ius *potestatis*, quod ciues Rom. habent in liberos, quos ex iustis nuptiis procreauerunt: *§. 2. Inst. de patria potest.* PATRIA potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere: *l. 5. D. ad leg. Pomp. de parric.* Filii tutelae iure PATRIAE potestatis mandatur: *l. 40. D. de admin. et peric. tut.* Ne bene concordantia matrimonia iure PATRIAE potestatis turbentur, et mox: vt patri persuadeatur, ne acerbe PATRIAM potestatem exerceat: *l. 1. §. vlt. D. de lib. exhib. Spoliatum regno* PATRIO *atque auito.* Cic. *pro leg. Manil.* Idem io Verr. V. prooem. *Nulla res tam* PATRIA *atque auita fuit.* Id. *pro Rosc. Amer. cap. IX.* PATRIVM *sepulcrum.*

PATROCINARI, id est, prodesse, suffragari. Indignus est, cui haec exceptio PATROCINETVR: *l. 2. §. 8. D. si quis caut.* Neque tutelam libertatis praestationi PATROCINARI: *l. 24. §. 9. D. de fideicomm. libert.* Dum mulier substituto PATROCINATVR: *l. 12. D. de mort. causs. donat.* id est, fauet. [Nollo veterum meritorum PATROCINANTE suffragio: *l. 24. C. Theod. de Iud. Lib. XVI. tit. 8.*]

PATROCINIVM pro aduocatione: Si ita sunt litteris eruditi, vt PATROCINIA desiderantibus praestare possint: *l. 2. C. de postul.* Vniuersi aduocati ita praebeant PATROCINIA iurgantibus: *l. 6. §. 1. C. eod. tit.* [PATROCINIORVM fiducia a functione se subtrahere: *l. 21. C. Theod. lustral. conlat. Lib. XIII. tit. 1.*]

PATRONA. Diuersa erant ex lege Papia *Patroni* PATRONAE circa bonorum possessionem iura, quum paria vtriusque ex lege XII. Tab. essent. PATRONAE ex bonis libertorum illud ios tantum habent, quod lex XII. Tab. introduxit. Sed postea lex Papia patronae ingenuae, duobus liberis honoratae, libertinae tribus, id ioris dedit, quod patronus habet ex edicto: Vlpian. *Reg. Tit. XXIX. §. 6.* Add. *Comm. nostr. ad Leg. Iul. et Pap. Popp. Lib. II. Cap. XXII. §. 7.* HEIN.

PATRONVS. PATRONOS primum dixerunt Romani, auctore Zonara *in Romulo. Annal. Tom. II. p. 6.* et Hesychio in voc. Πάτρωνος,

νος, *τὰς ἡγεμονικὰς καὶ βοηθικὰς*, qui et Προστάται, a Graecis nominantur. Sic in legibus XII. Tabularum, adnotante Seruio *ad Virgil. Aeneid. VI. v. 96.* ad verba: *Et fraus innexa clienti.* PATRONVS, *si clienti fraudem fecerit sacer esto.*
¶. 2. PATRONI etiam accipiendi sunt, qui ex seruitute manumiserunt, vel qui collusionem detexerunt. *l. 8. §. 1. D. de in ius voc.* Quum sim PATRONVS, in ius vocari non potero: *l. 10. D. eod. tit.* PATRONVS liberto statim tribum emi petierat: *l. 35. D. de legat. III.* Quod ad successionem intestaó attinet, PATRONVS non est, qui se PATRONVM esse iurauerit: aliter atque si PATRONVS pronuncistus sit; tunc enim sententiae statur: *l. 14. D. de iur. patron.* Qui ex caussa fideicommissi manumisit, vel non suis numis emit, vel se PATRONVM esse iurauit, pro PATRONO non habetur: *l. 45. D. de rit. nupt.* ¶. 3. PATRONVS est etiam, qui caussam agit, vt PATRONVS *fisci*, vel aduocatus fisci, quem Philostratus *in Cyrino Lib. II. de vit. Sophist. n. 29.* τὴν τοῦ ταμιείου γλῶτταν, *linguam fisci*, Basilius *in Epist.* συνήγορον τοῦ ταμιείου, *aduocatum fisci* vocant qui interuenist pro fisco, in aula apud comitem thesaurorum vel sacrarum largitionum, in prouinciis apud procuratorem Caesaris, in vrbe apud praefectum aerarii. Hunc primus instituit Hadrianus, vt refert Dio Cass. *Lib. LIII. et Spartian. in Hadrian. Cap. XX.* Si PATRONVM caussae praeuaricatum putas; *l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic.* PATRONI caussarum vrbicariae praefecturae: *l. 5. C. eod. tit.* PATRONOS caussarum adhibere: *l. 12. D. de publ. iud.* ¶. 4. Sunt et PATRONI *corporum*, *l. 2. et l. 12. C. Theod. de pistor. et l. 9. C. Th. de focar. et pecuar. Nouell. Valentin. de sicariis*, quod nomen frequenter in lapidibus occurrit, PATRONI, *clientis.* ¶. 5 [PATRONOS in *l. 1. C. Th. de Salgam. hospit. non praeb.* dominos praediorum interpretatur Iac. Gothofredus]

PATRVELIS. *Amitini*, vt Non. Marcell. ait, *sunt fratrum maris et feminae filii.* PATRVELES *marium fratrum filii. Consobrini ex duabus editi sororibus, quasi consororini.* Vet. Glossar. PATRVELES *sunt filii fratrum germanorum* Vet. Glossar. Graecum: PATRVELES *fratres* ἐκ πατρῴων δύο ἀδελφῶν προελθόντες παῖδες. PATRVELES *sorores*, ἐξαδελφαὶ ἐκ πατρῴων. PATRVELES *fratres ex duobus patribus, qui fratres inuicem sunt, nati filii.* PATRVELES *sorores, consobrinae ex patribus.* Ex testamento fratres PATRVELES: *l. 26. D. de SC. Silan.* Cic. *Lib. I. de finib. Cap. 5. L. Cicero, frater noster, cognatione* PATRVELIS, *amore germanus.* Vellei. Paterc. *Lib. II. Cap. 9. Nam censura Metellorum* PATRVELIVM *non germanorum fratrum fuit.* Sueton. *Iul. Cap. XXIX. C. Marcello, qui fratri* PATRVELI *suo Marco in consulatu successerat.* D. Ambros. *Lib. VIII. Epist. 66. Quum lex diuina etiam* PATRVELES *fratres prohibeat conuenire in coniugalem copulam, qui sibi quarto sociantur gradu.* Caius *in Collat. Leg. Mosaic. et Rom. Tit. XVI. §. 2. Fratres* PATRVELES, *id est, qui ex duobus fratribus progenerati sunt, quos plerique etiam consobrinos vocant.* Sciendum est autem, PATRVELES adpellari tam fratres, quam sorores. *Fratres* PATRVELES, *sorores* PATRVELES, id est, qui quaeue ex duabus sororibus nascuntur, quasi consororini: *l. 1. §. vlt. D. de grad. et adfin.* Quarto gradu sunt et illi, qui vocantur *fratres* PATRVELES: item *sorores* PATRVELES, amitini, amitinae, consobrini, consobrinae. Hi autem sunt, qui ex fratribus vel sororibus nascuntur. Quod quidam ita distinxerunt, vt eos quidem, qui ex fratribus nati sunt, *fratres* PATRVELES, item eas, quae ex sororibus natae sunt, *sorores* PATRVELES; ex fratre autem et sorore, amitinos, amitinas: eos vero et eas, qui quaeue ex sororibus nati nataeue sunt, consobrinos, consobrinas, quasi consororinos, *l. vlt. §. 4. D. eod. tit.* Quarto gradu ex obliquo, *frater* PATRVELIS, *soror* PATRVELIS, id est, patrui filius, filia. Consobrinus, consobrina, id est, auunculi et materterae filius, filia. Amitinus, amitina, id est, amitae filius, filia. Idemque consobrini, qui ex duabus sororibus nascuntur. Paull. *Lib. IV. Rec. Sent. tit. 11.* Eos, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie *fratres* PATRVELES vocari. Si autem ex duobus fratribus filiae nascuntur, *sorores* PATRVELES adpellari: *§. 4. Inst. de grad. cognat.*

PATRVVS est patris frater, *l. 2. D. de suis et legit. l. vlt. §. 3. D. de grad. et adfin. l. 5. D. vnde legit.* Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 11. §. 4. Inst. de grad. cognat.* Vetus Glossar. Graecum: PATRVVS ὁ πρὸς πατρὸς θεῖος, ὃδὲ ἑλληνιστὶ, πατρῷος. ¶. 2. PATRVVS *magnus*, id est, aui paterni frater: *l. 1. §. 7. l. vlt. §. 15. v. Patruus D. de grad. et adfin.* Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 11. §. 4. Inst. de grad. cognat. l. 10. D de legit. tut.* et ita in *l. 1. C. de success. edict.* et apud Spartian. *in Hadrian.* PATRVVM *magnum* accipe. Proaui nostri frater idem patris vel matris PATRVVS *magnus*, nobis PATRVVS *maior* est: *d. l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin. l. 38. §. 4. D. de legat. III. l. 1. §. vlt. D. de coniung. cum emanc.* Qui et *propatruus* a Caio in *l. 1. §. vlt. D. de grad. et adfin.* et a Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 11.* vt et a Iustiniano *§. 5. Inst. de grad. cognat.* vocatur. Festus: *Maior* PATRVVS. *aui et auiae patruus.* ¶. 3. Abaui frater PATRVVS *maximus. l. vlt. §. 15. D. de grad. et adfin.* qui et *abpatruus* dicitur, in *l. 3. D. eod. tit.* et a Paullo *ibid.* et Iustiniano *§. 6. Inst. de grad. cogn.* Superiora autem omnia illa nomina valde corrupta sunt apud Isidor. *Lib. IX. Orig. cap. 7.* ea autem, vti subiere, restituenda sunt. PATRVI *mei pater mihi* PATRVVS *magnus est: ego illi, filii fratris filius aut filia.* PATRVI mei auus mihi *Propatruus* est; ego illi, filii aut filiae nepos aut neptis. PATRVI mei proauus mihi abpatruus est: ego illi nepotis filius aut filia

PAV.

PAVCITAS eorum, qui muneribus publicis fungi debent: *l. 12. §. vlt. D. de decur.*

PAVCVS, A, VM. PAVCIS annis vsuras soluit: *l. 102. D. de solut.* PAVCORVM dierum mora: *l. 24. §. 4. D. locati* .Vel PAVCIO-

CIORIBVS et io vna re relictam partem legatario dare. *l. 27. D. de legat. I.*

[PAVIMENTVM. Tectoria et PAVIMENTA, et similia facere: *l. 7. §. 3. D. de vsufr.*]

PAVLLATIM, id est, pet partes. Possessionem, quam PAVLLATIM locauerat, maiore quantitate, quam ipse susceperat: *l. 47. D. de iure fisc.* PAVLLATIM venditote de eo, qood petierat, detrahente· *l. 8. C. de contrab. emt.* ¶ 2. PAVLLATIM alias est tracto et successu temporis. *§. 3. Inst. de testam.* [PAVLLATIM admittemus: *l. 11. et 13. D. de legat. III.*]

PAVLLIANA, ea actio adpellatur, per quam, quae in fraudem creditorum alienata sunt, teuocantur: *l. 38. §. 4. D. de vsur.* Theophil. etiam in *§. 6. Inst. de action.* ait, creditoribus bona debitoris ex sententia praesidia possidentibus ad ea, quae in fraudem et circumscriptionem eorum alienata sont, teuocanda, in rem actionem dari, quae PAVLLIANA adpellatur.

PAVLLVS *Iulius*, vid. Lib. IX. in IVLIVS.

PAVLLVS *Virginius* Iureconsultus. Eius fit mentio in *l. 2. §. 40. D. de orig. iur.*

PAVPER, inops, egenus. Ipsum donatorem PAVPEREM factum: *l. 9. D. de pollic.* Ita fit locupletior, vt tanto PAVPERIOR esse videatur: *l. 15. §. 5. D. ad leg. Falcid.* Non fieri me PAVPERIOREM: *l. 4. D. de donat. int. vir. et vxor.* Donatio, quae donantem PAVPERIOREM, et accipientem facit locupletiorem: *l. 5. §. 8. D. eod. tit.* ¶ 2 PAVPERIOR fieri dicitur, qoi deminuit quid de facultatibus suis, vt loquitur *l. 5. §. 16. D. eod. tit.* Proinde PAVPERIOREM fieri, et *locupletiorem* aduersantur.

PAVPERIES verbum est XII. Tabularum, *damnum sine iniuria facientis datum* significans, secundum Vlpiani interpretationem, in *l. 1. §. 3. D. si quadrup. paup. fec.* quam et Iustinianus transscripsit in *princ. Inst. eod. tit.* Festus Lib. XIV. PAVPERIEM *damnum* esse, definit, *quod quadrupes facit.* Itaque Caper in *lib. de orthographia. p. 2243. ed. Putschii.* *Paupertatem* a PAVPERIE eo separat, qood *paupertas ipsa sit conditio*; *PAVPERIES vero damnum.* Vetus Glossar. Graec. PAVPERIES ἡ δίχα κακουργίας γινομένη ζημία ἐπὶ τῶν ἀλόγων, οἷον ἵππου, καὶ τῶν ὁμοίων. Si quadrupes, cuius nomine actio esset cum domino, quod PAVPERIEM fecisset: *l. 37. D. ad leg. Aquill.* Si quadrupes PAVPERIEM fecerit: Paull *Lib. I. Sentent. tit. 17.* Neque de PAVPERIE agi possit: *l. 14. §. vlt. D. de praescript. verbis.*

PAVPERTAS, inopia. Nonnulli propter PAVPERTATEM accusare prohibentur, vt sunt, qui minus, quam quinquaginta aureos habent: *l. 10. D. de accusat.* Vode adparet, PAVPERES, quod ad accusationem perferendam attinet,

haberi eos, qui minus, quam quinquaginta aureos in bonis habent. Cui conueniens est, quod Constant. Harmenop. *Lib. I. Epit. tit. 6* scribit. PAVPERTAS dat excusationem, si quis impatem se oneri ioiuncto possit probare: *l. 7. D. de excusat.* Ne meliot in PAVPERTATEM incideret: *l. 3. D. de donat. int. vir. et vxor.* Quae obtentu PAVPERTATIS turpissimam vitam egit: *l. 43. §. 5. D. de rit. nupt.* Propter PAVPERTATEM excusationem tribui: *§. 6. Instit. de excusat.* ¶. 2. [PAVPERTAS pro patrimonio vel hereditate, in *l. 78. §. 12. D. ad SC. Trebell.* vbi tamen Haloander legit *hereditatis*] At retineri potest vocabulum PAVPERTAS. Testatorea enim, aliique possessores extenuandi caussa patrimonium vocabant variis nominibus, veloti *peculium* ὑποκοριστικῶς, id est, diminutiue, vt ait Vlpianus *l. 16. princ. D. ad SC. Trebell.* item *friuola*, pro supellectile. *l. 11. §. 5. D. de pignorat. action.* vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. VI. Obseru. cap. 25.* HEIN.

PAX. Haoc vocem a *pacisci* deriuat Vlpian. *l. 1. D. de pact.* *Pactum*, inquit, *a pactione dicitur. Inde etiam* PACIS *nomen adpellatum est.* Plura de hoc vocabulo eiusque ἐτυμολογίᾳ inuenies apud Menag. *in Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 316.* et Duket. *de Lat. vet. iurisc. p. 465.* HEIN.

PEC.

PECCARE est contra leges agere. [Qoid enim PECCAVIT, si non plures vel pauciores peperit *§. 4 Inst. de SC. Tertull.* Quid enim PECCAVIT, qoi inuestituram accepit: *I. F. 19.*] PECCARE in corpus, ἁμαρτῆσαι εἰς τὸ ἑαυτοῦ σῶμα Iustin. *Nouell. CXV. cap. 3. §. 11.* Phrasis ex B. Paullo sumta, *1. Corinth. 6.* ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει. *Scortator in proprium corpus* PECCAT.

PECCATVM, pro maleficio. PECCATA nocentiom nota esse et oportere, et expedire: *l. 18. princ. D. de iniur.*

PECTINATVS. Lana legata, siue soccida, siue lota sit, siue PECTINATA, siue versicoloria, legato cedit. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 82.* HEIN.

[PECTVS. Augusti PECTORIS curas participantes. *l. 3. C. Theod. de metat. Lib. VII. tit. 8.*]

PECVLATOR, est, vt ait Ascon. Paedian. *in II. Verrin. qui furtum fecit pecuniae publicae.* Tacit. *Lib. I. Histor. cap. 53. Mox compertum, pecuniam publicam auertisse, vt* PECVLATOREM *flagitari iussit.*

PECVLATVS, VS, est publicae pecuniae vel sacrae furtum, non ab eo factum, cuius periculo fuit, *l. 9. § 1. D. ad leg. Iul. pecul.* Itaque qui pecuoiam publicam, sacram, religiosamue abstulerit, vel interceperit, in remue suam verterit, et qui praedam ab hostibus captam surripuerit, lege Iulia PECVLATVS tenetur: *l. 1. l. 3. et l. 14. D. eod. tit.* Varro *Lib. IV. de Lingu. Lat. A pecore adpellare*

PECV-

PECVLATVM *furtum publicum, vt quum quid esset coactum in publicum, si erat auersum.* Auct *Rhetoric. ad Herenn. Lib. I. cap.* 12. *Si quis* PECVLATVS *accusetur, quod vasa argentea publica de loco priuato dicatur sustulisse, possit dicere, quum definitione sit vsus, quid sit furtum, quid* PECVLATVS, *secum furti agi, non* PECVLATVS *oportere.* B. Augustin. *Tract. L. in Ioann. cap.* 12. PECVLATVS, ait, *dicitur furtum de re publica, et non sic iudicatur furtum rei priuatae, sicut publicae.* Fest. Lib. XIV. PECVLATVS *dicitur a pecore. Qui enim populum fraudat,* PECVLATVS *poena tenetur.* Idem: PECVLATVS *est nunc quidem qualecumque publicum furtum, sed inductum est a pecore, vt pecunia quoque ipsa.* Et rursus: PECVLATVS *furtum publicum dici coeptus est a pecore, quia ab eo initium eius fraudis esse coepit, siquidem ante aes, aut argentum signatum, ob delicta poena grauissima erat duarum ouium et triginta boum.* Isidor. *Lib. V. cap.* 26. PECVLATVS *iudicium in eos datur, qui fraudem aerario faciunt, publicamque pecuniam interuertunt. Qui vere plus debito tributorum nomine exegerit,* PECVLATVS *non tenetur.* l. 2. *C. ex quib. causs. infam.* PECVLATVS damnatus intelligi non potest, qui quum plus debito nomine debitorum exegisset, in duplum a Praeside condemnatus est.

PECVLIARIS, E. PECVLIARE dicitur, quidquid in peculio aut ex peculio est. Sic: aedes PECVLIARES: *l.* 22. *l.* 23. *D. de pecul.* Si quis manumissus ex caussa PECVLIARI habeat rem: *l.* 13. *§.* 8. *D. de adquir. possess.* Si ex caussa PECVLIARI fideiussit seruus: *l.* 19. *D. de fideiuss.* Creditores peculiares, qui filiofam. peculium habenti crediderunt: *l.* 18. *§.* 5. *D famil. ercisc.* Creditores PECVLIARII: *l.* 4. *D. de pecul. legat.* PECVLIARIA debita: *l. vlt. de nouat.* PECVLIARIS debitor: *l.* 26. *§.* 8. *D. de condict. indeb. l.* 7. *§.* 1. *et l.* 19. *§.* 6. *D. de in rem vers. l.* 24. *D. de iur. dot.* qui videlicet ex caussa PECVLIARI filiofamilias quid debet. PECVLIARIA mancipia: *l.* 4. *§.* 1. *in fin. D. de his, qui not. infam.* PECVLIARIS merx: *l.* 1. *§.* 20. *D. de exercitor act. l.* 27. *D. de pecul. l.* 5. *§.* 1. *l.* 7. *D. de tribut. act. l.* 30. *D. de act. emti. §.* 3. *Inst. quod cum eo, qui in al. potest.* Merx vero PECVLIARIS, etiamsi nihil sit in peculio, dominum obligat: *l.* 1. *§.* 2. *D. de tribut. act.* PECVLIARE negotium: *l.* 4. *§.* 17. *D. de dol. mal. et met. except.* PECVLIARIA negotia: *l.* 33. *D. de procurat. l.* 6. *§.* 7. *D. de negot. gest.* PECVLIARE nomen, quod filiusfamil. vel seruus numis PECVLIARIBVS, vel alia re PECVLIARI fecit: *l.* 3. *§.* 5. *D. de in rem vers. l.* 37. *D. de pignorat. act. l.* 56. *D. de pecul. legat.* PECVLIARI nomine fieri dicitur, quod in caussam PECVLII fit, et vt in PECVLIVM vertatur. *l.* 16. *§. vlt. D. de liber. causs.* Si seruus tuus PECVLIARI nomine emat rem: *l.* 2. *§.* 10. *D. pro emt.* id est, ex caussa PECVLIARI: *l.* 44. *§. vlt. D. de vsucap* Si seruus PECVLIARI nomine crediderit: *l.* 32. *D. de solut.* Quidquid filius PECVLIARI nomine adprehenderit, id statim pater eius possidet: *l.* 4. *D. de adquir. possess.* Si eam rem, quam seruus surripuerit, PECVLIARI nomine teneat: *l.* 4. *§.* 9. *D. de vsucap.* Infans PECVLIARI nomine per seruum possidere potest: *l.* 32. *§. vlt. D. de adquir. possess.* Per seruum dominus PECVLIARI nomine vsucapere potest: *l.* 54. *§.* 10. *sequ. D. de adquir. rer. dom.* Quae PECVLIARI nomine serui captiuorum possident: *l.* 22. *§.* 3. *D. de captiu. et postlim.* id est, ex caussa PECVLIARI. PECVLIARI nomine comprehenduntur: *l.* 12. *§.* 2. *D. eod. tit.* Numi PECVLIARES: *l.* 2. *§.* 4. *D. de reb. credit. l.* 3. *et l.* 39. *§.* 2. *D. de statu lib. l.* 20. *§.* 4. *D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 30. *D. de action. emt. l.* 5. *§. vlt. D. de in rem vers. l.* 1. *§.* 1. *C si seru. exter. l.* 3. *§.* 8 *D. de condict. causs. dat. l.* 40. *§.* 1. *D. de pignor. act. l.* 56. *D. de pecul. legat.* PECVLIARIS obligatio: *l.* 16. *D. de nouat.* PECVLIARES res: *l.* 13. *D. quod vi aut clam l.* 29. *D. de contrah. emt. l.* 28. *§.* 2. *D. de pact. l.* 56. *§.* 2. *D. de furt. l.* 1. *§.* 1. *D. de pignor. l.* 9. *§.* 2. *C. de pecul. l.* 3. *§.* 4. *D. de minor. l.* 22. *l.* 23. *D. de pecul. l.* 8. *§.* 1. *l.* 9. *D. commun. diuid. l.* 21. *D. de damn. infect.* PECVLIARIS seruus: *l.* 3. *§.* 7. *D. de suis et legit. hered. l.* 21. *D. de pecul. legat. l.* 13. *D. de iur. patronat. l.* 14. *D. de except. l.* 9. *D. de castr. pecul.* Si seruus PECVLIARIS volente filiofam. in cuius peculio erat, nauem exercuit: *l.* 1. *§.* 22. *D. de exercit. act.* Plaut. *in Captiu. Prolog. Hic postquam hunc emit, dedit eum huic gnato suo* PECVLIAREM. Duo filiifam. PECVLIARES seruos separatim vterque habebant: *l.* 7. *D. de manumiss.* Miles filiusfam. PECVLIARES seruos et libertos potuit habere: *l.* 6. *C. de castrens. pecul.* PECVLIARE vinum, quod in vsu seruorum remansit: *l.* 9. *§. vlt. D. de trit. vin. ol.*

PECVLIARITER, id est, peculiari caussa, vel peculiari nomine. Si seruus merces PECVLIARITER emerit: *l.* 1. *§.* 4. *D. de except. rei vend.* Merx, qua seruus PECVLIARITER negotietur: *l.* 2. *D. de tribut act.* Seruus pecuniam PECVLIARITER mutuatus: *l.* 3. *§.* 1. *D. de in rem vers.* Res, quas serui PECVLIARITER parauerunt: *l.* 3. *§.* 12. *D. de adquir. possess.* Res, quas seruus aut filius, qui in potestate est, PECVLIARITER tenent: *l.* 1. *§.* 5. *D. de adquir. possess.* Ea, quae serui PECVLIARITER nacti sunt: *l.* 8. *pr. D. de vsucap.* Hypothecam, quam filiusfam. et seruus PECVLIARITER acceperint: *l.* 8. *D. quib. mod. pign.* Municipes per seruum, quae PECVLIARITER adquisierint, et possidere et vsucapere posse: *l.* 1. *§. vlt. D. de adquir. possess.* ¶. 2. Alias PECVLIARITER est pecuniariter. Actio ad exhibendum ei creditur competere, cuius PECVLIARITER interest: *l.* 13. *D. ad exhib.*

PECVLIARIVS pro *peculiaris*: *l.* 4. *l.* 5. *D. de pecul. l.* 4. *§.* 34. *D. de dol. mal. et met. except.* Terminationem Graeco more inflexam in hoc vocabulo non minus ferendam esse, quam illas: *singularius* apud Gell. *Noct. Attic. XVII,* 9. *intercalarius* apud Ascon. Paedian. *in Milon. argum. pupilliarius* apud Pers. *Sat. II. v.* 19. *vulgarius* apud Gell. *Noct. Lib. XII. cap.* 10. et denique *articularius* apud Caton. *de re rustica Cap. CLVIII.* et Plin. *Hist. natur. praefat. Lib. XXIII.* ostenderunt viri eximii Corn. van Bynkersh. *Obseru. Lib. I. cap.* 25. et Car. Andr. Duker. *de Lat. vet. iuriscons. p.* 372. HEIN.

PECVLIATVS adpellatur peculio instructus seruus. *l.* 13. *§.* 4. *D. de act. emt.* Si quis

sim-

ſimpliciter dixerit PECVLIATVM eſſe ſeruum, ſufficit, ſi is vel minimum habeat peculium: *l. 18. §. vlt. D. de aedil. edict.* Cic. *Lib. X. ad Famil. Epiſt. 32. Traiecit ſeſe in regnum Bogudis plane belle* PECVLIATVS. Apulei. *de Aſin. aur. Lib. X. p. 247. Liberto acceptiſſimo et ſatis.* PECVLIATO. Ambroſ. *Lib. III. epiſt. 11. Quis autem* PECVLIATVS *ad vitam aeternam tranſit, niſi virtutum fultus peculio?* Auguſtin. *Comment. in Pſalm. XXXVIII. peculioſum* dixit. *Peculioſus,* ait, *ſeruus eſt cuiusdam magni patrisfamilias.* Huic contrarius eſt *expeculiatus,* quo verbo Plautus *Poenul. Act. IV. ſcen. 2. v. 21.* vtitur.

PECVLIVM. Tubero ſic definit, quod ſeruus domini permiſſu ſeparatim a rationibus dominicis habet, deducto inde, ſi quid domino debetur. *l. 5. §. vlt. D. de pecul.* PECVLIVM dictum eſt, quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimonium puſillum. *l. 5. §. 3. et 4. D. eod. tit.* Si dominus hoc ſolum egerit, vt pecunia ſeparetur a ſuis rationibus, et PECVLIO ſerui ſit, *l. 37. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* Quod ex iuſta cauſſa corporaliter a ſeruo tenetur, id in ſerui PECVLIO eſt: et PECVLIVM, quod ſeruus ciuiliter quidem poſſidere non poſſet, ſed naturaliter tenet, dominus creditur poſſidere: quod vero ex maleficiis adprehenditur, id ad domini poſſeſſionem ideo non pertinet, quia nec PECVLII cauſſam adprehendit. *l. 24. D. de adquir. poſſeſſ.*

¶. 2. PECVLIVM autem eorum dumtaxat eſt, qui in aliena poteſtate ſunt: pater enim familias PECVLIVM habere non poteſt, quemadmodum nec ſeruus bona: *l. 182. D. de verb. ſignif.* Itaque in Vet. Gloſſar. PECVLIVM definitur *κτῆσις τῦ ἐν ἀλλοτρίᾳ ἐξυσίᾳ ὄντος, τυτέςιν ὑιῦ ἢ δύλυ. patrimonium eius, qui in aliena poteſtate eſt, vt puta filiifam. vel ſerui.* Apud Iſidorum quoque *Lib. V. Cap. 25.* PECVLIVM *eſſe,* traditur, *quod pater vel dominus filium ſuum vel ſeruum pro ſuo iure* ☞ *tractare patitur.* Quum vero vxores quoque olim in manum conuenirent, adeoque in poteſtate eſſent maritorum: illis quoque erat PECVLIVM, quod ſeparatim habebant a rationibus virorum. Adludit ad ius illud Plaut. Caſinar. *Act. II. ſc. 2. v. 26.*

Ita eſt. vnde ea tibi eſt?
Nam PECVLII *probam nihil habere addecet*
Clam virum: et quod habet partum, ei haud commodum eſt,
Quin aut viro ſubtraxerit, aut ſtupro inuenerit.
Hoc viri cenſeo eſſe, quidquid tuum eſt. HEIN.

Varro *Lib. I. de re ruſtica Cap. 2. Tu,* inquit, *tibicen non ſolum domino adimis pecus, ſed etiam ſeruis* PECVLIVM, *quibus domini dant, vt paſcant.* Et eodem libro *Cap. XVII. Praefectos alacriores faciendum praemiis: dandaque opera, vt habeant* PECVLIVM, *et coniunctas conſeruas, e quibus habeant filios.* Ad PECVLIA ſeruorum pertinet *l. 47. §. 5. D. de pecul.* Iuuenal. *Sat. III. v. 189. Et cultis augere* PECVLIA *ſeruis.* ¶. 3. PECVLIVM ergo vel filiorumfamilias eſt, vel ſeruorum. Secundum haec Sp. Caſſii filii bene PECVLIVM Liuius et Plinius adpellant. Ille quidem *Lib. II. Cap. 41. Sunt, qui patrem,* ait, *auctorem eius ſupplicii ferunt. Eum cognita domi cauſſa verberaſſe ac necaſſe,* PECVLIVMque *filii Cereri conſecrauiſſe.* Hic vero *Lib. XXXIV. Cap. 4. Romae ſimulacrum ex aere factum Cereri primum reperio ex* PECVLIO *Sp. Caſſii, quem regnum adfectantem pater ipſius interemerat.* Liberorum PECVLIA poſt mortem patris in hereditate diuidenda, in communionem redigenda: *l. 13. D. famil. erciſc.* ¶. 4. Interdum autem pater dominusue liberam PECVLII *adminiſtrationem* filio ſeruoue concedebat. Si quis filiofamilias liberam PECVLII *adminiſtrationem* conceſſerit: *l. 7. D. de donation.* Qui PECVLII *adminiſtrationem* concedit, videtur permittere generaliter, quod et ſpecialiter permiſſurus eſt: *l. 46. D. de pecul.* Si filius aut ſeruus liberam PECVLII *adminiſtrationem* habeant: *l. 28. §. 1. D. de pact.* Enimuero, cui libera PECVLII *adminiſtratio* data conceſſaue erat, nouandi, in dotem dandi, non item donandi ius habebat. Cui PECVLII *adminiſtratio* data eſt, delegare debitum ſuum poteſt: *l. 48. §. vlt. D. de pecul.* Filius ſeruusue, cui *adminiſtratio* PECVLII permiſſa eſt, nouandi quoque peculiaria debita ius habet: *l. vlt. D. de nouation.* Si filiafam. nuptura ex PECVLIO, cuius *adminiſtrationem* habet, dotem viro dedit: *l. 24. D. de iure dot.* Filiusfam. donare non poteſt, neque ſi liberam PECVLII *adminiſtrationem* habeat. Non enim ad hoc ei conceditur libera PECVLII *adminiſtratio,* vt perdat, *l. 7. D. de donation.* Etiam ſi maxime quis *adminiſtrationem* PECVLII habeat conceſſam, donandi ius eam non habere: *l. 28. §. vlt. D. de pact.* Libera autem PECVLII *adminiſtratio* conceſſa non permanebat in fugitiuo, neque in ſubrepto: *l. 48. D. de pecul.* ¶. 5. Ceterum quoddam PECVLIVM *paganicum* eſt, quoddam *caſtrenſe,* quoddam *quaſi caſtrenſe. l. vlt. C. de inoffic. teſtam. Paganicum* rurſus vel *dominicum* eſt, vel *paternum,* id eſt, ex patris dominiue ſubſtantia profectum, eorumque voluntate ſeorſum poſſeſſum. *Dominicum* omne *profectitium* eſt. *Paternum,* ſeu quod filiifamilias ſeparatim a rationibus paternis habent, quadruplex eſt, *Profectitium, aduentitium, caſtrenſe,* et *quaſi caſtrenſe.* Ita fere vetuſta Gloſſaria tam Graeca, quam Latina. Vet. Gloſſar. Graec. *Τὰ πεκέλια τετραχῶς εἰσιν, ἀπροσπέριςα, παγανικὰ, κασρένσια, καὶ ὡσανεὶ κασρένσια,* et quae ſequuntur. Confer. *Gloſſas veteres in Theſauro Iuris To. III. editas, pag. 1776 ſequ.* Huic diuiſioni congruunt Latini Gloſſarii verba haec: *Caſtrenſe eſt, quod miles adquirit, dum militat in caſtris. Paganicum profectitium eſt, quod de rebus patris vel domini proficiſcitur. Paganicum aduentitium eſt, quod ex proſpera fortuna aduenit, vt ex teſtamento cognatorum. Eſt puſilla ſubſtantia ſeparata a rebus patris vel denſa data filio vel ſeruo. Eſt, quo pater vel dominus filium ſuum vel ſeruum pro ſuo tractare dicitur.* ¶. 6. *Caſtrenſe* PECVLIVM eſt, quod adquiritur, vel occaſione militiae ſagatae obtingit. Nam et ſi mulier filio viri militi ad caſtrenſes militaresue res comparandas pecuniam reliquerit, ea PECVLIO *caſtrenſi* adnumerabitur, et hereditas quoque a commilitone in caſtris, vel eo, quem per militiam cognouit, relicta, in eumdem numerum cedit, *l. 3. l. 5. l. 19. D. de caſtrenſ. pecul.* Sed et, quod pater materue filio in militiam profecturo donat, PECVLIO caſtrenſi adgregatur: *l. 23. §. 4. D. de fideicomm. libert. l. 3. §. 4. D. de donat. inter vir. et vxor.* Enimuero

uero res demum mobiles, vel se mouentes a patre filio in militiam proficiscenti datae, in PECVLIO *castrensi* computantur. Diuersa caussa est praediorum. *l. 4. C. famil. ercisc.* Sed nec eodem loco habetur, quod pater filio militi reuerso donat. *l. 15. D. de castrens pecul.* Ac ne *castrensis* quidem PECVLII fiet, quod non per militiam notae personae filiofam. ita donauerint, vt *castrensis* PECVLII fiat, propterea quod veritas non subest. *l. 6. l. 8. D. eod. tit.* [Filiifamilias possunt habere substantias, quae patribus adquiri vetitae sunt; nec non PECVLIVM, vel *castrense*, vel quod patre volente possident: *l. 7. C. qui bon. ced.*] PECVLIVM in castris adquisitum: *l. 3. C. de bon. proscript.* Huiusmodi PECVLIVM *castrense* a Iuuenali *Sat. XVI. v. 51.*

Solis praeterea testandi militibus ius
Viuo patre datur: nam, quae sunt parta labore
Militiae, placuit non esse in corpore census,
Omne tenet cuius regimen pater.

¶. 7. *Quasi castrense* PECVLIVM est, quod filiisfam. in palatina vel togata militia versantibus vel clericis factis, quaesitum est, ab eo, quod ad exemplum castrensis per similitudinem quamdam introductum est, dictum. *l. 1. §. 22. D. de collat. bon. l. 3. §. 5. D. de bon. possess. l. vlt. C. de inoffic. testam. l. 38. C. de Episcop. et cler.* quod et *veluti castrense* adpellatur in *l. 7. C. de adsessor. l. 4. et l. 8. C. de aduocat. diuers. iudicior. l. 1. §. 6. D. ad SC. Trebell. l. vlt. C. de collat.* Vet. Glossarium PECVLIVM *quasi castrense* interpretatur τὸ ἐξ οἰκείου ἐπιτηδεύματος πεκύλιον. ¶. 8. PECVLII tamen adpellatio Latine loquentibus latius patet. Nam et generaliter pro facultatibus vsurpatur, ac vel ipsorum patrumfamilias bona PECVLII adpellatione continentur. Vlpianus etiam idem iuris esse, si quis patrimonium suum fuerit rogatus, et si facultates, et si, quidquid habeo, et si censum meum, et si fortunas meas, et si substantiam meam, et si PECVLIVM meum testator dixerit, quia plerique ὑποκοριστικῶς patrimonium suum PECVLIVM dicunt. *l. 16. D. ad SC. Trebell.* Seruius ad ea verba Virgil. *Eclog. I. v. 33.*

nec cura PECVLI

PECVLI, ait, *aut antique dixit, quia omne patrimonium apud maiores PECVLIVM dicebatur a pecoribus, in quibus vniuersa constabat eorum substantia, vnde etiam pecunia dicta a PECVLIO. Aut certe et hoc ad morsum temporum pertinet. Nam modo tantum serui PECVLIVM dicimus, vt inuidiose patrimonium suum dixerit PECVLIVM, ac si seruus esset, quia se diu apud Mantuam seruisse memorauit.* Plutarch. *in Poplicola p. 103. To. I. oper.* Διὸ καὶ τὰς οὐσίας ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων πεκύλια καλοῦσι. *Propterea facultates etiamnum a pecudibus PECVLIA adpellant.* Festus: PECVLIVM *seruorum a pecore item dictum, sicut et pecunia nobilium* PECVLII verbo vtitur etiam Apuleius *Lib. III. de Asin. aur. et Lib. X.* ¶. 9. Est et alia PECVLII significatio, quae a Celso traditur in *l. 79. §. 1. D. de legat. III.* his verbis: Proculus *ait, audiuisse se rusticos senes, ita dicentes, pecuniam sine PECVLIO fragilem esse; PECVLIVM adpellantes, quod praesidii caussa seponeretur.* ¶. 10. [Alia rursus significatio occurrit in *l. 9. §. 3. D. de iur. dot.* et *l. 31. §. 1. D. de donation.* vbi παράφερνα *mulierum* Gallis PECVLIVM dici traditur, Gallis nempe cisalpinis. Add. Aegid. Menag. *Amoen. Iur. ciu. Cap. III. p. 7.*] PECVLII tamen vocabulum ea notione non fuisse videtur Gallicum, quod visum Dion. Gothofredo, sed Latinum et quidem propriissime inditum a *pecude*, quam parentes nupturae filiae vltra dotem dedisse videntur in Gallia cisalpina, prouincia admodum compascua. Quin mansisse iste mos videtur in illo Italiae tractu, etiam sub Gothis, et postea sub Langobardis, quorum in legibus eiusmodi παράφερνα vocatur PADERPIVM, id est, *Vater-Vieh*, describiturque, quantum de alio dono, quando ad maritum ambulauit, pater aut frater ei dedit. *Leg. Langobard. Lib. II. tit. XIV.* Vid. Gundling. *Dissert. de Coemt. vxor. Cap. II. §. 12.* HEIN. ¶. 11. Actio de PECVLIO. *l. 1. §. 1. et l. 2. D. quand. de pecul. act. annal. l. 30. §. 1. D. de pact. l. 9 §. 4. D. de dolo mal.* Quae et *in* PECVLIVM quandoque adpellatur. *l. 30. §. 1. D. de pact. l. 41. D. de pecul. l. 9. §. 4. D. de dol. mal.* Et ita *condictio in PECVLIVM. l. 19. D. de cond. furtiu.* *In* PECVLIO actio. *l. 27. D. de pecul.* Persequutio in PECVLIO. *l. 42. D. de furt.* De PECVLIO actio introducta est a Praetore, vt quamuis sine voluntate domini negotium gestum fuerit a seruo, etiamsi non sit in rem eius versum, id tamen eatenus praestare debeat, quatenus PECVLIVM patitur. *§. 4. Instit. quod cum eo, qui in al. potest.* Actiones de PECVLIO ideo aduersus patrem dominumue comparauit praetor, quia licet ex contractu filiorum seruorumue ipso iure non teneantur, aequum tamen est, PECVLIO tenus, quod patrimonium est filiorum filiarumque, item seruorum, condemnari eos. *§. 10. Inst. de action.* Vnam autem eamdemque fuisse actionem de PECVLIO, et *de in rem versa*, quae duas haberet condemnationes, tradit Iustinian. in *§. 4. Inst. quod cum eo.* Sane principaliter nullae de PECVLIO actiones instituebantur, sed accessionis adiectionisue loco aliis legitimis ac vulgaribus actionibus, quae ex negotio cum seruis gesto oriebantur, accedebant, et qualitas condemnationis moderandae caussa aliis actionibus adiungitur: verbi gratia, redhibitoria de PECVLIO, de dolo de PECVLIO, condictio furtiua de PECVLIO. Si seruus sit, qui vendidit, vel filiusfam. in dominum vel patrem de PECVLIO aedilitia actio competit. *l. 23. §. 4. D. de Aedilit. edict.* Si seruus vel filius vendiderit, redhibitoria in PECVLIVM competit: *l. 57. D. eod. tit.* De dolo actionem serui nomine interdum de PECVLIO, interdum noxalem dari. Nam etsi ea res est, in quam dolus commissus est, ex qua de PECVLIO daretur actio, et nunc in PECVLIO dandam: sin vero ea sit, ex qua noxalis: hoc quoque noxale furtum. *l. 9. §. 4. D. de dol. mal.* Ex persona filiae, quae res amouit, dandam in patrem condictionem in PECVLIVM. *l. 19. D. de condict. furtiu.* ¶. 12. Ceterum PECVLIVM dicitur nasci, mori, crescere, decrescere, constitui, redimi, imminui.

PECVNIA, AE.

PECVNIAE nomine non solum numerata PECVNIA, sed omnes res tam soli, quam mobiles, et tam corpora

quam iura continentur. *l. 178. et l. 222. D. de verb. signif.* Iustinianus quoque in *l. 2. C. de constit. pec.* Neminem, ait, moueat, quod sub nomine PECVNIAE etiam omnes res exigi definiamus, quum et in antiquis libris prudentium licet constituta PECVNIA nominabatur, tamen non PECVNIAE tantum per eam exigebantur, sed omnes res, quae pondere, numero, mensura constitutae erant. Et post: Ita res omnes veniant in constitutam actionem, tamquam si fuisset ipsa PECVNIA constituta: quum etiam PECVNIAE adpellatione omnes res significari definiant. PECVNIAE tamen adpellationem angustiorem esse, quam rei, ait Paullus in *l. 5. D. de verb. signific.* rei enim adpellatio etiam ea, quae extra compotationem patrimonii nostri sunt, continet; quum PECVNIAE significatio ad ea referatur, quae in patrimonio sunt. D. Augustin. *in Lib. de Disciplin. Christian. Tertium,* ait, *quidquid homines possident in terra, omnia, quorum domini sunt, PECVNIA vocatur: seruus sit, vas, ager, arbor, pecus: quidquid horum est,* PECVNIA *dicitur. Et idea* PECVNIA, *quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus ponebant.* Varro *Lib. IV de Lingu. Lat. Pecus ab eo, quod perpascat, a quo* PECVNIA *vniuersa, quod in pecore* PECVNIA *tum consistebat pastoribus.* Donat. *in Phorm. Terent. Act II. scen. 3* ad haec verba *Ac si talentum rem reliquisset decem. More,* ait, *Romanorum, apud quos hereditas PECVNIAE erat.* Et ita in XII Tabul. PECVNIAE verbum non solum numeratam *pecuniam,* verum omnia corpora complectebatur. Sic et de PECVNIA *sua testari,* id est, de bonis. *l. 77. § 24. D. de legat. II.* [Eodem sensu in *l. 5. § 9. D. de reb. cor. qui sub tut.* Quaerere iubetur praetor, an PECVNIAM pupillus habeat, vel in numerato, vel in nominibus, quae conueniri possunt, vel in fructibus conditis, vel etiam in redituum spe, atque obuentionum. Et in *l. vlt. §. 2. C. de sent. pass. et restit.* non esse committendam PECVNIAM liberorum PATRI, potestate patria ad corrumpendi atque effundendi patrimonii licentiam abutenti.] In stipulatione quoque hereditatis haec verba: QVANTA PECVNIA AB TE EX HEREDITATE L. TITII PERVENERIT, omnia hereditaria corpora et iura complectuntur: *l. 50. D. de verb. oblig. l. 36. D. de pecul. l. 20. §. 1. D. de stipul. seru. l. 97. D. de verb. signif.* Sane ita accipe in eo legis Iuliae capite, quod ab Vlpiano refertur in *l. 64. §. vlt. D. solut. matrim.* verba haec: Quod ait lex, QVANTA PECVNIA ERIT, TANTAM PECVNIAM DATO, ostendit aestimationem hereditatis vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse legem praestare, nisi maritus ipsas res tradere maluerit.

¶. 2. Est, quum in angustum reuocatur PECVNIAE nomen, vt ea tantum contineat: quae pondere, numero, et mensura constant, veluti in hac scriptura, qua legatorum dies profertur, *quas PECVNIAS legaui, quibus dies adpositus non est. l. 19. et l. 30. D. de legat. I.* ¶ 3. Plerumque vero PECVNIAE adpellatio strictius accipitur, et *numos* tantum comprehendit. Ipsius PECVNIAE, in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, foenerandi vsus vix diuturnus: *l. 20. C. de adminiftr. tut.* PECVNIA ipso vsu assidua permutatione quodammodo exstinguitur: *§. 2. Instit. de vsufr.* Si PECVNIAM quis, quae

in conspectu est, stipulatus sit, vel acertum PECVNIAE: *l. 29. D. de verb. obligat.* [Sic etiam: PECVNIA signata: *l. 19. princ. D. de aur. argent. legat.* PECVNIAS nulli emere fas est, nec vetitas contrectare, quia in vsu publico constitutas pretium oportet esse, non mercem: *l. 1. C. Theod. si quis pecun. conflau. Lib. IX. tit. 23.* in quo toto titulo nihil aliud, quam numos significat PECVNIA, quo sensu ipsi etiam auro et argento opponitur apud Ael. Lamprid. *in Alexandro Seuero Cap. XXXIII.* vbi, *Scenicis,* inquit, *numquam aurum, numquam argentum, vix* PECVNIAM *donauit.*] ¶. 4. Interdum autem PECVNIAE verbum numeratae adiicitur. Mutui dationem non solum *numeratae* PECVNIAE, verum omnium, quae mutua dari possunt: *l. 7. §. 3. D. de SC. Macedon.* Qui certam PECVNIAM *numeratam* petit: *l. 1. D. de condict. tritic.* Qui ad PECVNIAM *numeratam* conduxit: *l. 25. § 6. D. locati.* [PECVNIA *numerata* opponitur rebus corporalibus, *l. 95. D. de legat. III.*] ¶. 5. [PECVNIA pro pretio rerum Si non magnae pecuniae res fuerint. *l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. naufrag.*] ¶ 6 PECVNIA pro mercede locationis operarum Quum seruus fructuarius operas suas locasset, et eo nomine PECVNIAM in annos singulos dari stipulatus esset: *l. 18. §. vlt. D. de stipul. seruor.* PECVNIA data locatio erit: *l. 5 §. 2. D. de praescript. verb.* Interueniente PECVNIA res ad locationem et conductionem potius respicit: *l. 1. §. vlt. D. mandat* Sic etiam PECVNIA messium, est pensio, seu merces locationis agri: *l. 7. §. 3. D. soluta matrimon.*

¶. 7. Ceterum PECVNIAE haec sunt adiuncta: constituta, foenebris, otiosa, nautica, traiecticia. PECVNIAM agitare, exercere, occupare, vide suis locis.

PECVNIARIE agi: *l. 10. §. 2. D. de compensat.*

PECVNIARITER agere: *l. vlt. D. de priuat. delict.*

PECVNIARIVS, A, VM. PECVNIARIA actio: *l. 9. D. de sepulcro viol.* PECVNIARIAE adpellationes; *l. 2. C de procur.* PECVNIARIA caussa: *l. 9. pr D. de offic. proconf. l. 22. D. de SC. Silan.* [vbi PECVNIARIA caussa significat caussam bonorum fisco vindicandorum, vt sit caussa fiscalis PECVNIARIA, vt ait *l. 9. C. de offic. proconf.*] *l. 5. D. de quaestion. l. 9. §. vlt. D. de leg. Cornel. de falf. l. 3. C. si reus vel accusat.* id est, ciuilis. Proinde PECVNIARIA caussa et *capitalis* opponuntur: *l. 1. D. an per alium causs. adpellat.* Compensationes; quae ad PECVNIARIAM caussam respiciunt: *l. 15. §. 1. D. solut. matrim.* vbi *morum coercitio* opponitur caussae PECVNIARIAE. In PECVNIARIIS caussis: *l. vlt. C. de his, quae sub mod. l. 2. C. vbi senator.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 33.* In PECVNIARIIS caussis, si alter ex litigatoribus iusiurandum deferat, audiendus est. Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 1.* In PECVNIARIIS caussis nec inopia probationum seruos contra dominum interrogari posse: *l. 1. C. de quaestion.* In PECVNIARIIS caussis potentiores viri per procuratores litem sustinent; *l. 15. C. de accusation.* In PECVNIARIIS caussis et in *capitalibus* opponuntur: *l vlt D de furtis.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 26.* PECVNIARIA

coer

PEC.

coercitio : *l. 2. D. de publ. iudic.* condemnatio : *l. 6. §. 1. D. de re iudic.* Damnum PECVNIARIVM ex priuatis noxis oritur : si quis noxae dedere noluerit, sed litis aestimationem sufferre : *l. 17. §. 18. D. de Aedil. edict.* PECVNIARIAE disceptationes : *l. 4. C. de patr. potest.* PECVNIARIA dos : *l. 56. §. vlt. D. de iur. dot.* PECVNIARIVM fideicommissum adpellatur, quo res quaelibet extra libertatem per fideicommissum relicta est. Atque ita fideicommissum PECVNIARIVM fideicommissae libertatis praestationi opponitur : *l. 24. in princ.* et *§. 4. l. 39. et l. 45. §. 1. D. de fideicomm. libert.* PECVNIARIA fideicommissa fideicommissariis libertatibus opponuntur : *l. 26. §. 1. D. eod. tit.* Interdum PECVNIARIVM fideicommissum adpellatur, quo res singulae per fideicommissum relinquuntur : *l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Lis PECVNIARIA : *l. 11. C. ad leg. Corn. de fals.* Quinctil. *Lib. VI. Institut. orator. cap. 2.* de Passieno : *Quum Domitiae vxoris suae* PECVNIARIAM *litem aduersus fratrem eius Aenobarbum ageret.* Nun solum in criminalibus caussis, sed etiam in PECVNIARIIS litibus : *l. 1. §. 1. D. de testib.* Quinctil. *Declam. CCCLXXXIII. Dicimus* PECVNIARIAS *lites esse, litigatorem esse non reum, non qui de capite sortiatur, illud iudicium vocari quaestionem, quidlibet potius, quam litem.* PECVNIARIA mulcta : *l. 3. D. de term. moto. l. 3. §. 1. D. de re milit.* Nomen PECVNIARIVM nomini corporis alicuius opponitur : *l. 18. D. de pignor. act.* PECVNIARIA poena : *l. 4. D. de custod. et exhib. reor. l. 12. §. 4. D. de accusation.* PECVNIARIAE poenae : *l. 5. D. de poen.* PECVNIARIAE quantitatis ratio : *l. 9. D. de religios. et sumtib. funer.* Is, cuius de PECVNIARIA re cognitio est : *l. 6. D. de public. iudic.* Quum rem PECVNIARIAM esse dicas : *l. 2. C. de procurat.* In re PECVNIARIA tormenta non adhibentur : Paull. *Lib. V. Sent. tit. 15.* Vt non facile in re PECVNIARIA quaestio habeatur : *l. 9. C. de quaestion.* Latrunculator de re PECVNIARIA iudicare non potest : *l. 61. §. vlt. D. de iudic.* In re PECVNIARIA, et in crimine *capitali* opponuntur : *l. vlt. §. vlt. D. ad SC. Turpill.* Quae res in rebus PECVNIARIIS et in criminibus agi solet : *l. 1. D. an per alium causs. adpell.* Ob rei PECVNIARIAE quaestionem : *l. 37. D. de fideicomm. libert.* PECVNIARIA sententia : *l. 1. §. vlt. D. de quaestion.*

PECVS, VDIS, et ORIS.

PECORIBVS legatis Cassius scripsit, quadrupedes contineri, quae gregatim pascuntur : *l. 65. §. vlt. D. de legat. III.* Vlpianus ad haec edicti Aedilitii verba : De cetero quoque PECORE omni. Aliud significari iumenta, aliud significatur PECORIS adpellatione. Boues vtique PECORIS adpellatione continebuntur : *l. 38. §. 4. et §. 6. D. de Aedil. edict.* [Non tamen perpetuum esse illud *iumentorum* et PECORIS discrimen, praeter alios locos, vel sola *l. 9. C. Theod. de re militar. Lib. VII. tit. 1.* ostenderit. Ibi enim equi, qui *in princ. legis iumenta*, mox generali adpellatione *animalia*, et *sub fin.* PECORA vocantur. Add. Dion. Gothofred. ad D. *l. 38. D. de aedil. edict.* litt. l.] Si PECORIS vsus relictus est : puta gregis, ouilis, ad stercorandum vsurum dumtaxat : *l. 12. §. 2. D. de vsu et habit.* PECORA stercorandi caussa parata : Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 7.* Qui PECVS alienum in agro suo deprehenderit, non iure id includit : *l. 39. D. ad leg. Aquill.* Quamuis alienum PECVS in agro suo deprehendisset, sic illud expellere debet, quomodo si suum deprehendisset. *ibid.* Si per vim abductum PECVS incluserit quis : *l. 2. §. 20. D. de vi bon. rapt.* Si glandem ego immisso PECORE depascam : *l. 14. §. vlt. D. de praescript. verb.* PECORIS ad aquam adpulsus ; *l. 14. §. vlt. D. de alim. et cibar. l. 1. D. de seruit. praed. rustic.* Si quid e PECORIBVS nostris a bestia ereptum sit : *l. 8. §. vlt. D. famil. ercisc.* PECORA *praediis imponere*, id est, *stercorare*, inter impensas vtiles in dotem factas, habetur. *l. 14. §. 1. D. de impens. in res dotal. fact.* Id intelligendum de more ruri apud nos vsitatissimo, oues gregatim includendi cratibus, vt noctem ibi agentes aluumque egerentes fimo agrum pinguefaciant, pastoribus interim in plaustello pernoctantibus. Recte hoc iam animaduertit Io. Brodaeus *Miscellan. X, 15.* HEIN. vid. plura de pecoribus in verbo *pascere.* PECVDVM nomine in lege Aquillia continentur omnes quadrupedes, quae gregatim habentur, veluti oues, boues, equi, muli, asini, sues. Canis vero inter PECVDES non est, longeque magis bestiae eo numero non sunt : *l. 2. l. 29. §. 6. D. ad leg. Aquill.* [licet alibi grex ouium a bobus et equis discernatur. *l. 12. §. 2. 3. 4. D. de vsu et habitat.*]

PED.

PEDAMENTVM.

PEDAMENTA sunt pali vitibus fulciendis sustinendisque caussa parati. Vnde PEDAMENTA inter ea, quae vineis necessaria sunt, numerantur. *l. 1. §. vlt. D. de tign. iunct.* vt PEDAMENTA ad vineam ex vicino praedio sumantur, seruitutes constitui posse : *l. 3. §. 1. D. de seruit. praed. rust.* PEDAMENTA autem ex silua caedua sumi duobus locis indicant iurisconsulti. Ex silua caedua PEDAMENTA vsufructuarium sumturum : *l. 10. D. de vsufruct.* Item siluae caeduae, vt PEDAMENTA in vineas non desint. *l. 6. §. vlt. D. de seruit. praed. rustic.*] Graeci χάρακας vocant. Nam vt Aristophanis interpres ἐν Ἀχαρνεῦσι, rursus ἐν σφηξὶ interpretatur, ἐστὶ λεπτὸν ξύλον, ᾧ προσδεσμοῦσι τὴν ἄμπελον, ὥστε ἵστασθαι, καὶ μὴ πίπτειν εἰς τὴν γῆν· καὶ ἵνα μὴ ὑπὸ τῶν ἀνέμων συντριβῇ. *est tenue lignum, cui vites alligant, vt consistant, neque in terram cadant, nec ventorum vi prosternantur et contundantur.*

PEDANEVS

PEDANEVS adpellatur iudex datus et delegatus, seu specialis, quasi imi subsellii iudex, *l. 3. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 4. D. de tutor. dat.* iuncta *l. vlt. C. de offic. praetor.* A Theophilo *princ. Instit. de interdict.* χαμαιδικαστὴς adpellatur. Iudices PEDANEI, si pecunia corrupti dicantur, summouentor : *l. 38. §. 10. D. de poenis.* Apud Paull. *Lib. V. Sentent. Tit. 28. §. 1.* ad quem locum Anianus : PEDANEI, ait, *iudices, id est, qui ex delegatione caussas audiunt.* Apud iudices PEDANEOS postulare : *l. 2. §. 6. D. de postulando.* ¶. 2. In constitutionibus vero Imperatorum, qui humiliora negotia disceptabant, iudices, de leuibusque et minimis quibusque caussis cognoscebant,

PEDANEI vocantur. *l. 4. §. vlt. C. de pedan. iudic. l. penult. C. de pact. l. 2. C. de libert. et eor. liber. l. 21. C. de falſ. l. 13. C. de iudic. l. vlt. C. vbi et apud quos.*

[PEDE PLANA in *l. 7. C. de metat. Lib. XII. tit. 41.* et *l. 13. C. Theod. eod. tit. Lib. VII. tit. 8.* ſunt pars illa aedificii ſolo proxima, quae pede plano aditur Graeci vocant *ἐπίπεδα.* Galli *le parterre.* Simili ſenſu *plani pedis aedificium* dixit Vitruuius.]

PEDES equiti aduerſatur. Iter eſt, qua quis PEDES vel eques commeare poteſt: *l. 12. D. de ſeruit. praed. ruſt.*

PEDESTRIS, E. PEDESTRE iter: *l. 1. §. 14. D. de flumin.*

PEDICVLI. Eorum fit mentio *l. 32. D. de aur. arg. legat.* PEDICVLIS argenteis adiuncta ſigilla aenea. Pancirolo *Lib. I. Variar. cap.* ☞ 44. PEDICVLI ſunt baſes argenteae, *ſigilla* ſtatuae aeneae cubitales vel palmares. Sed quis ſtatuas aeneas imponeret baſibus argenteis? Hinc PEDICVLIS *argenteis* V. A. Corn. van Bynkersh. *Obſeru. Lib. IV. cap. 23.* legit *reticulis argenteis*, quae ad mundum muliebrem pertinuerunt. Res incerta eſt, et de qua praeter coniecturas vix quidquam proferas. HEIN.

PEDISSEQVVS, qui dominum ſequitur. *l. 65. princ. D. de legat. II.* PEDISSEQVIS meis, quos ad curam templi reliqui: *l. 17. D de aliment. vel cibar. legat.* Nec PEDISSEQVOS tantum, ſed et PEDISSEQVAS ancillas habuiſſe adparet non modo ex Terentii *Andr. Act. I. ſcen I.* verum etiam ex *l. 59. D. de manumiſſ. teſtam* in qua eſt: PEDISSEQVAS omnes, quarum nomina in rationibus meis ſcripta ſunt.

PEDIVS *Sextus* iuriſconſultus. vid. *Sextus.*

PEDVLIS, E. PEDVLES *faſciae*, pedum tegmina, quae tamen vſum calceamentorum non praeſtant. Vnde veſti cedere eas, quod partem corporis veſtiant, adſerit Vlpianus. *l. 25. §. 1. D. de aur. argent. legat.*

PEGASIANVS, A, VM. PEGASIANVM SC. Pegaſo et Puſione Coſſ. Veſpaſiani Auguſti temporibus factum. *§. 5. et 6. Inſtit. de fideicomm. heredit.* Cuius tria capita inuenio; *vnum*, vt ei, qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque lege Falcidia ex legatis retinere concedebatur. *Alterum*, quo ex ſingulis quoque rebus, quae per fideicommiſſum relinquerentur, eadem retentio permiſſa erat. *Tertium* et quidem praecipuum erat, quo cauetur, vt ſi recuſaret ſcriptus heres adire hereditatem, ob id, quod diceret, ſibi ſuſpectam eſſe quaſi damnoſam: deſiderante eo, cui reſtituere rogatus erat, iuſſu praetoris adire, et reſtituere hereditatem cogeretur, perindeque ei et in eum, qui reciperet hereditatem, actiones darentur, ac ſi ex Trebelliano SC. reſtituta fuiſſet. Et Trebelliano quidem SC. locus erat, ſi non plus quam dodrantem hereditatis ſcriptus heres reſtituere rogatus eſſet: quo caſu ei et in eum, qui hereditatem recipiebat, tamquam in heredem ex eo SC. actiones hereditariae pro rata parte tranſibant. PEGASIANO vero locus erat, ſi plus quam dodrantem, vel etiam plus quam totam hereditatem reſtituere rogatus eſſet: ac quarta retenta, ſi hereditatem reſtituiſſet, quaſi partis et pro parte ſtipulationes interponebantur. Verum Iuſtinianus hoc SC. exploſo, totam eius vim in SC. Trebellianum tranſtulit. Quae omnia ex Vlpiano *tit. XXVI. Regul.* et Paullo *Lib. IV. Sentent. tit. 4.* Iuſtiniani Inſtitutionibus, *tit. de fideicomm. heredit.* et *l. 2. §. 6. C. de vet. iur. enucl.* ſumſiſſe me ingenue profiteor.

PEGASVS iuriſconſultus Proculo ſucceſſit, qui temporibus Veſpaſiani praefectus vrbi fuit, *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* Hanc eius praefecturam vrbis attigit Iuuenalis *Sat. IV. v. 77.* his verbis:

PEGASVS *attonitae poſitus modo villicus vrbi.*

Villicum enim vocat, quaſi vrbis cuſtodem, nec tamen quaſi vrbis, ſed quaſi villae fundiue villicum dixit: propterea, quod incendio magna ex parte abſumta fuerat ſub Nerone. Ad quem verſum vetus interpres; PEGASVS, inquit, *Trierarchi filius, ex cuius Liburnae paraſemo nomen accepit, iuris ſtudio gloriam memoriae meruit, vt liber vulgo, non homo diceretur. Hic functus omni honore, quum prouinciis plurimis praefuiſſet, vrbis curam adminiſtrauit. Hinc eſt* PEGASIANVM *ſcilicet ius, quod iuris peritus fuerat.* At quum Pomponius in *l. 2. §. vlt D. de orig. iur.* PEGASVM Praefectum vrbis functum ſcribat ſub Veſpaſiano, Iuuenalis vero teſtimonium ad Domitiani tempora pertineat: PEGASVM bis praefectum vrbi fuiſſe oportet. Ceterum et de eius conſulatu teſtem habemus Iuſtinianum *§. 5. Inſt. de fideic. hered.* HEIN. PEGASVS autem, quod Proculeianus eſſet, merito Proculo ſociatur, in *l. 7. D. de ſenator. l. 30. D. de pecul. l. 18. D. de negot. geſt. l. 27. D. de adquir. rer. dom.* Labeoni etiam conſentit, in *l. 12. §. 3. D. de inſtruct. vel inſtr. leg.* et *l. 95. §. 7. D. de ſolut. et liberat.* vt et Neruae filio, *l. 2. §. vlt. D. de his, qui not. infam. l. 6. §. 4. D. de pecul. leg.* A Proculo tamen diſſentit in ſpecie *l. 11. §. vlt. D. de iurisd.* Ibidemque Caſſio, licet diuerſae ſcholae auctori, aſſentitur, vt et in *l. 12. §. 2. D. de vſufructu.* Sabinus quoque et PEGASVS in eadem ſunt ſententia, in *l. 4. D. de condict. ob turp. cauſſ.* contra diſſident in *l. 115. D. de verb. oblig.* PEGASI quoque ſententiam Iulianus ſequitur, *l. 25. §. vlt. D. de vſufruct.* Diſcordant PEGASVS et Ariſto, *l. 19. D. de hered. inſtit.* Citatur a Pomponio PEGASVS, *l. 12. §. 1. D. de legat. III.*

PEGMA, TIS, ſubſtructio eſt, in theatris maxime vſitata. PEGMATVM fit mentio in *l. 12. §. 25. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* In qua Vlpianus ait, *in emtione domus ſpecularia et* PEGMATA *cedere, ſiue in aedificio ſint poſita, ſiue ad tempus detracta.* Vnde adparet, non in theatris modo, ſed et in aedificiis priuatis PEGMATA habita.

PE-

PEL

PEIOR, VS. PEIOREM rem facere, id est, deteriorem, vt loquitur *l. 66. §. vlt. D. de vsufr.* Quatenus rem PEIOREM legatarius fecerit: *l. 1. §. 4. D. de vsufructuar. quemadm. cau.* Quum praedia negligentia possessorum PEIORA sunt facta: *l. 54. §. vlt. D. de hered. petit.* Debitorum facta PEIORA nomina: *l. 30. D. ad leg. Falcid.* id est, deteriora, vt *l. 25. D. de reb. credit.*

PEIORARE, hoc est, deteriorare, seu peiorem facere. Homo liber, qui statum suum in potestate habet, PEIORARE eum et meliorem facere potest. Paull. *Lib. II. Recept. Sentent. tit. 18. §. 1.*

PEL.

PELLERE, id est, expellere. PELLERE conductorem: *l. 10. §. vlt. D. de publican.*

PELLEX, ICIS. PELLICEM Massurius scribit, apud antiquos eam habitam, quae quum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat, quam nunc vero nomine amicam, paullo honestiore, concubinam vocari. Granius vero Flaccus, PELLICEM nunc vulgo vocari, quae cum eo, cui vxor sit, corpus misceat, quosdam eam, quae vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam παλλακὴν Graeci vocant. *l. 144. D. de verb. signif.* Secundum illam Granii definitionem Gell. *Lib. IV. Cap. 3.* *PELLICEM adpellatam, probrosamque habitam, quae iuncta consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia matrimonii caussa foret, hac antiquissima lege ostenditur, quam Numae regis fuisse accepimus: PELLEX aram Iunonis ne tangito. Si tangit, Iunoni crinibus dimissis agnum feminam caedito. PELLEX autem quasi πάλλαξ, id est, quasi παλλακὴ,* (id est, concubina) *vti pleraque alia, ita hoc quoque vocabulum de Graeco flexum est.* Sext. Pomp. *PELLICES nunc quidem adpellantur alicui succumbentes non solum feminae, sed etiam mares. Antiqui eam proprie PELLICEM nominabant, quae vxorem habenti nubebat.* [Add. Aegid. Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. 39.* et V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 156. sequ.*]

PELLIO, NIS. PELLIONES memorantur in *l. 6. D. de iur. immun.* et *l. 1. C. de excusat. artific.*

PELLIS. PELLES varii generis in libris nostris memorantur. PELLES Babylonicae et Parthicae: *l. vlt. §. 7. D. de publican.* Parthicae autem PELLES non aliae sunt, quam Ibericae vel Sibericae, quae apud nos *Zobel-Felle* vocantur. Vid. Isaac. Voss. *in Not. ad Catullum p. 190.* HEIN. PELLES indutoriae apud Paullum *Lib. III. Recept. Sent. tit. 6. §. 79.* de quibus *l. 25. §. 3. D. de aur. argent. legat.* PELLES lanatae, in *l. 70. §. 1. D. de legat. III.* Vt PELLES tentoriae ad tabernacula et tentoria paratae, apud Trebell. Pollion. *in Claud. Cap. XIV.* de quibus *l. 7. D. de supell. legat.* accipienda est. Solebant enim antiquitus sub PELLIBVS milites degere. Q. Curt. *Lib. VII. Cap. 8. Saepe PELLIBVS tabernaculi adleuatis, vt conspiceret hostium ignes.* Ammian. Marcell. *Lib. XIX. Cap. 6. Sub PELLIBVSque exercitu diffuso,* ait, *per Istri fluminis margines barbaros obseruabat.*

PEN.

[**PENATES.** Qui sine commeatu aliquo annum in PENATIBVS propriis transegerit: *l. vlt. C. de commeat. Lib. XII. tit. 43.* Ei, qui deducendus erit, ad disponendas res suas componendasque moestos PENATES spatium XXX. dierum tribuatur. *l. 2. C. de exhib. et transmitt. reis.*]

PENDERE, secunda producta, dicitur, quod in suspenso est. Quod PENDET, non est pro eo, quasi sit: *l. 169. §. vlt. D. de regul. iur.* Dum PENDET, an conualescere possit donator: *l. 16. D. de mort. causs. donat.* Actio negotiorum gestorum PENDEAT: *l. 9. D. de negot. gest.* [Rerum vindicatione PENDENTE: *l. 28. C. de transact.*] Hic actus PENDEBIT, donec nouus socius cedat: *l. vlt. D. commun. praed.* Conditionem PENDERE: *l. 12. §. vlt. D. de vsufr.* In quaestione de inofficioso testamento, praecedente caussa filiorum, patris intentio adhuc PENDET: *l. 14. D. de inoffic. testam.* PENDET ius matris, donec redierit: *l. 2. D. ad SC. Trebell.* Quod moriente alio filii ius PEPENDERIT: *l. 9. D. de lib. et postum.* Propter ea, quae sub conditione legata sunt, legis Falcidiae ratio: *l. 51. D. ad leg. Falcid.* Quum propter conditionem aliorum fideicommissorum vel legatorum legis Falcidiae caussa PENDEBIT: *l. 32. D. eod. tit.* Mutui datio interdum PENDET, vt ex post facto confirmetur: *l. 8. D. de reb. credit.* Patria potestas interim PENDEBIT: Vlpian. *Regul. Tit. X. §. 4.* PENDERE status pupillorum: *l. 3. §. 5. D. de Carbon. edict.* Vt tamen haec traditio PENDEAT, donec mors sequatur: *l. 11. §. 7. D. de donat. int. vir. et vxor.* Hinc et

¶. 2. IN PENDENTI esse dicitur, quod in suspenso est. Sic: IN PENDENTI est, cui adquirat iste seruus: *l. 25. §. 1. D. de vsufr.* IN PENDENTI esse, in vtrius bonis computari oporteat id, quod debetur. *l. 62. D. ad leg. Falcid.* Numquid IN PENDENTI sit, an legatarius fuerit: *l. 22. D. de liberat. leg.* Quando IN PENDENTI est, an quaedam personae possint obstare matri: *l. vlt. §. vlt. D. ad SC. Tertull.* IN PENDENTI erit, seruus an liber sit: *l. 19. D. de manum. vind.* Acceptilationem IN PENDENTI fore: *l. 82. D. ad leg. Falc.* An IN PENDENTI sit datio tutoris: *l. 6. §. vlt. D. de tutel.* Quum IN PENDENTI est dominium: *l. 12. §. vlt. et l. 25. §. 1. D. de vsufr.* IN PENDENTI est fideicommissum: *l. 24. §. 20. D. de fideic. libert.* IN PENDENTI esse caussam obligationis, donec: *l. 20. D. de donat. int. vir. et vxor.* IVS IN PENDENTI erit: *l. 16. §. 5. D. de fideiuss. et mandat.* Ea promissio IN PENDENTI esset, donec obligatio in ea caussa est: *l. 80. D. de iur. dot.* Res IN PENDENTI erit: *l. 18. D. de stipul. seru.* IN PENDENTI est posterior solutio: *l. 28. §. vlt. D. de solut.* Non posset IN PENDENTI esse stipulatio: *l. 21. D. de stipul. seru.*

id est,

id est, suspendi, seu suspensa esse, vt loquitur Paull. *l. 26. D. eod. tit.* Voluntas promissoris IN PENDENTI est: *l. 106. D. de verb. oblig.* IN PENDENTI esse vsucapionem: *l. 15. D. de vsuc. vel vsurp.* Si IN PENDENTI habeamus dominia: *l. 19. §. vlt. D. de castr. pecul.* IN PENDENTI est, cui proprietatem adquisierit: *l. 43. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* Neque est, quod quemquam haec offendat loqnutio, quum et *in certo, in occulto, in obscuro, in dubio, in integro est* inueniatur apud bonae Latinitatis auctores. Vid. Ducker *de Latin. vet. iurisc. p. 389. sequ.* HEIN. ¶. 3. PENDERE etiam dicitur, quod necdum finem accepit, nec terminatum est. Quoad vsque adpellatio PENDEAT: *l. 21. §. 1. D. de adpell.* PENDENTE adpellatione: *l. 1. D. si pend. adpell. l. 43. §. vlt. D. qui testam. fac. poss. l. 7. D. de muner. et bonor. l. 8 C. de adpell. l. 1. C. de bonor. poss. secund. tab.* PENDENTE caussa adpellationis: *l. vlt. §. vlt. D. de adpellat.* PENDENTE adpellationis tempore: *l. 5. C. si reus vel accus.* PENDENTE prouocatione: *l. 3. l. 4. C. si pend. adpell.* Cognitione falsi PENDENTE: *l. 17. §. 2. D. de dol mal. except.* Caussa PENDENTE: *l. 2. C. vt lite pend.* PENDENTE caussa cognitionis: *l. 7 C. de susp. tutor.* Si de statu pupilli controuersia PENDEAT: *l. 1. C. de alim. pup. praest.* PENDENTE iudicio: *l. 61. §. vlt. D. de furt. l. 6. D. de his, qui not. infam.* id est, manente adhuc iudicio; vt loquitur *l. 6. C. de condict. indeb.* Lite PENDENTE: *l. 2. C. de litigios.* et *rubr. C. vt lite pendente.* [Sub consultationis ambiguo iugi exspectatione PENDERE: *l. 55. C. Theod. de adpellat Lib XI. tit. 30.* Sic et opera dicuntur PENDERE, quum coepta non absoluuntur. *l. 29. C. Th. de oper. publ Lib. XV. tit 1.*] ¶. 4 PENDERE etiam dicitur, quod aliunde proficiscitur, manat, sustinetur. Sic: Actiones, quae ex bonis defuncti PENDENT: *l. 66 §. 2. D. ad SC. Trebell.* Cessat ignominia in condictionibus, quamuis ex famosis caussis PENDEANT: *l. 36. D de obligat. et action.* Vt PENDEAT libertas ex conditione: *l. 16. §. 4. D. qui et a quib. manum.* Is, ex cuius morte libertas PENDEAT: *l. 18. D. de manum. test.* [Testamentorum iura non ex alieno arbitrio PENDERE debent: *l. 32. princ. D. de hered. instit.* Ex iurisdictione PENDENS quaestio: *l. 88. D. de solut.*] Conuentionales stipulationes PENDENT ex negotio contracto: *l. 5 D. de verb. oblig.* Aes alienum, quod ex quaestu PENDEBIT; *l. 12. D. pro soc.* In lucro PENDENTE ex ea societate. *l. 38. D. eod. tit.* Actus, qui PENDET ex tutela tua: *l. vlt. §. vlt. D. de dol. mal. except.* ¶. 5. PENDERE quoque id dicitur, quod nondum exstitit, et cuius euentus exspectatur, veluti *conditio, dies.* Sic: conditionem PENDERE: *l. 12. §. vlt. D. de vsufr.* Si legati conditio PENDEAT: *l. 14. §. 1. D. quib. ex caus. in possess.* Si PENDENS conditio inueniatur: *l. 8. D. quando dies legat.* PENDENTE conditione: *l. 34. pr. D. de vsufr. l. 36. D. de reb. cred. l 38. §. 24. D de hered. instit.* PENDENTE conditione et exsistente opponuntur, *l. 16. D. de condict. indeb.* Eodemque loquendi genere, PENDENTE *die*, dixit Terentius Clemens, id est, antequam cesserit dies, *l 10. D. de adsign libert.* PENDENTE nouatione: *l. 60. §. 1. D. de condict. indeb.* id est, PENDENTE conditione, sub qua quis nouandi animo promisit. ¶. 6. PENDERE etiam fructus dicuntur, qui solo cohaerent, vt adparet ex *l. 61. §. 8. D. de furt. l. vlt. §. 6. D. quae in fraud. credit.* et ex Paullo *Lib III. Sentent. tit. 6. §. 46.* Fructus PENDENTES pars fundi videntur: *l. 44. D. de rei vindic.* Futura hypothecae dari possunt, vt fructus PENDENTES: *l. 15. princ. D. de pignor.* Si PENDENTES fructus iam maturos reliquisset testator: *l. 27. D. de vsufr.* Eodem sensu fructus *stantes* adpellantur *l. 26. §. 10. D. de furt. l. 27. pr. D. de vsufruct.* PENDENS oliua dicitur in *l. 39. §. 10. D. de contrah. emt.* et apud Caton. *de re rustica Cap. CXLVI.* PENDENS vindemia, nondum lecta, in *l. 25. D. de act. emt.* Plin. *Lib. XIV. Hist. nat. Cap. 4. Emtori addicta* PENDENTE *vindemia.* Sic et *vinum* PENDENS apud Caton. *de re rust. Cap. CXLVII.* ¶. 7. PENDERE etiam dicebantur edicta, quae proponebantur. Lamprid. *in Alexandro Cap. XLV. Tacebantur secreta bellorum: itinerum autem dies publice proponebantur, ita vt edictum PENDERET ante menses duos.* Auson. *in Gratiar. act. Has ego litteras tuas in omnibus pilis atque porticibus, vnde de plano legi possint, instar edicti PENDERE mandauero.* Et quod est apud Euseb. *Lib. VIII Histor. eccles. Cap 5.* προτεθῆναι γραφὴν, Ruffinus *edicta* PENDERE vertit.

PENDERE, secunda correpta, significat soluere et praestare. PENDERE poenas: *l. 20. D. de obligat. et act.* Festus: PENDERE *poenas, soluere significat, ab eo, quod aere graui quum vterentur Romani, PENSO eo, non numerato, debitum soluebant. Vnde etiam Pensiones dictae. Poenas PENDERE proprie dicitur, qui ob delictum pecuniam soluit, quia pensa aere vtebantur.* Si pater minus PENSO consilio fecit: *l. 3. §. 2. D. de admin. et peric. tut.* Socius societati imputabit sumtus, qui in eam PENSI sunt: *l. 52. §. 15. D. pro socio.* Ex reditu pecuniae tributum PENDERE: *l. 24. D. de praescript. verb.* Ouid. *Lib. VIII. Metamorph. v. 263.*

PENDERE *desierant Thesea laude tributum.*

Vsurae, quas ipse PENDO: *l. 37. D. de vsur.* Semisses vsuras heredes reipublicae PENDANT: *l. 5. D. de oper. publ.* Ita, vt certas vsuras procurator domino PENDERET: *l. 6 §. 6. D. mandat.* Ex mora vsuras mihi PENDET: *l. 10. §. 3. D. eod. tit.* Vsuras reipublicae vsque ad tertiam centesimae PENDENT: *l. 17. §. vlt. D. de vsur.* Cic. *Lib. XII. ad Attic. Epist. 22. Sed vt non vendam, vsuram* PENDAM, et *Epist. 25. reliquam pecuniae vsuram Silio* PENDEMVS. Quidquid constiterit penes tutores esse, eius grauissima vsura PENDATVR: *l. 7. §. 8. D. de admin. et peric. tutor.* Iudicem de PENDENDIS vsuris legem dixisse: *l. 1. C. de sent. quae sine cert. quant.*

PENES te amplius est, quam apud te. Nam apud te est, quod qualitercumque a te tenetur: PENES te est, quod quodammodo a te possidetur: *l. 63. D. de verb. signific.* Si hae PENES te sunt tabulae: *l. 1 D. de tab. exhib.* Si pecunia PENES argentarios sit: *l. 15. §. 11. D. de re iudic.* Tutores,

tores, qui negant, habere ad alendos pupillos PENES se aliquid: *l. 7. §. 8. D. de admin. et peric. tutor.* Dum negat tutor, aliquam quantitatem PENES se esse: *l. 7. §. 10. D. eod. tit.* Is, PENES quem deponitur: *l. 5. §. 2. D. commod.* Is, PENES quem relictum est: *l. 5. §. 14. D. eod. tit.* Stichus instrumenta PENES se habet: *l. 28. §. 7. D. de liber. leg.* Id, quod ex rationibus PENES se retineret: *l. 52. §. 1. D. fam. ercisc.* [Si quis neget, PENES se tabulas esse: *l. 2. §. vlt. D testam. quemadm. aper.* Is PENES quem depositum fuit: *l. 29. pr. D. depos.* Is PENES quem deposita est pecunia: *ibid.* Si aliquis ex patronis decesserit, tutela PENES ceteros patronos est: *l. 3. §. 5. D. de legit. tutor.* Res mobiles in domo PENES te singulae et separatae non sunt: *l. 23. §. 2. D. de vsurp. et vsucap.*]

[PENETRALIA regalis aulae: *l. 12. C. Theod. de medic. et profess. Lib. XIII. tit. 3.*]

PENITVS prospicientibus: *l. 1. D. de aqu. quotid. et aestiu.*

PENSARE pro compensare, *l. 33. D. solut. matr.* PENSARE lucrum cum damno: *l. 11. D. de negot. gest.* Si debitor creditum PENSAVERIT cum pretio rei venditae: *l. 4. D. qui potior. in pign.* Exactam pecuniam tecum PENSARIS: *l. 18. D. de pignor. act.* Si pecuniam debet is, cuius nomen pignori datum est, exacta ea, creditorem secum PENSATVRVM: *l. 13. §. 2. D. de pignor.* Si proponatur conuenisse, vt fructus mercedis nomine PENSARENTVR: *l. 35. §. vlt. D. locat.* Impensae factae poterunt PENSARI: *l. 32. D. de rei vindicat.* ¶ 2. [PENSARE alias etiam est ponderare, trutinare. Sic res, quae numero, pondere, et mensura constant, a Caio *Instit. Lib. II. Tit. 9. §. 1.* describuntur: *quae omnia numeranda, aut PENSANDO, aut metiendo damus.* Μεταφορικῶς vero hoc vocabulum pro expendere et examinare, quae verba et ipsa translata sunt, vsurpamus. Ita: PENSARE partium allegationes: *l. 55. C. Theod. de appell. Lib. XI. tit. 30.* PENSARE dicta hominum ex personis: *l. vn. C. si quis Imp. maled.* Horat: *Lib. II. Epist. 1. v. 29.*

Romani PENSANTVR *eadem*
Scriptores trutina.]

PENSATIO, pro compensatione. Paria delicta mutua PENSATIONE tolluntur: *l. 39. D. solut. matrim.* Quae ratio ceteras admittit, eadem tacitam inducit PENSATIONEM: *l. 67. §. 3. D. de legat. II.* Admissa PENSATIONE: *l. 67. §. 4. D. eod. tit.* Iure PENSATIONIS: *l. 18. D. commod.* PENSATIONIS vltro citroque condemnationis facta damnare: *l. 52. §. 2. D. famil. ercisc.* Si post examinationem reprobatae fuerint PENSATIONES: *l. 8. §. 2. D. de negot. gest.*

PENSIO proprie est merces inhabitationis aedium alienarum, quae Graece ἐνοίκιον dicitur. PENSIONES aedium: Sueton *in Claud. Cap. XLVII. et in Nerone Cap. XLIV.* PENSIONEM insularum; *l. 55. D. de condict. indeb.* PENSIONES vrbanorum aedificiorum: *l. 39. §. 1. D. de legat. I.* PENSIONES praediorum vrbanorum: *l. 7. §. 11. D. solut. matrim. l. 35. D. de vsur.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 36.* Martial. *Lib. III. Epigr. 30.*

Vnde tibi togula est, et fuscae PENSIO *cellae.*

Si locatis aedibus pro parte sua PENSIONES, sibi debitas, creditrici delegauerit: *l. 88. §. 15. D. de legat. II.* [PENSIONES calendis Martiis inferri debebant: *l. 58. princ. D. de vsufr.*] ¶ 2. Sed et agri fundiue locati merces, quae a colono praestatur, PENSIO adpellatur: *l. 58. D. de vsufr. l. 58. D. de fideiussor.* PENSIONES locatorum agrorum: *l. 59. D. de vsufr.* PENSIONES fundi: *l. 1. §. vlt. D. de dote praeleg.* Ex PENSIONIBVS fundi debitis a colono: *l. 27. §. vlt. D. de legat. III.* Si non PENSIONIS certa quantitate, sed fide dominica coleretur: *l. 18. §. 4. D. de instruct. vel instr. legat.* ¶ 3. PENSIO alias praestationem solutionemue certis temporibus et portionibus diuisam significat. Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* vocabula enumerans ab aere impendendo deriuata, *inde prima PENSIO, et sic aut secunda, aut quae alia. Terminos soluendi* vulgo vocamus. Stichus annua, bima, trima die, denos aureos heredi si dederit, liber esse iussus est, si prima PENSIONE stetit per heredem, quo minus acciperet decem, exspectandam esse primam PENSIONEM, quia et tempus adiectum est, et adhuc supersunt duae PENSIONES: *l. 3. §. 13. D. de statu lib.* ibidemque *primam, sequentem,* et *tertiam* PENSIONEM obseruare licet. Si legatum sit relictum annua, bima, trima die, triginta forte, dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adiectum, aequis PENSIONIBVS: *l. 3. D. de ann. legat.* Si ita sit legatum: Heres meus Titio decem trima die dato, vtrum PENSIONIBVS, an vero post triennium debeatur: *l. 3. §. 5. D. ead. tit.* Si annua, bima, trima die triginta stipulatus sim, antequam omnium PENSIONVM dies veniret: *l. 8. §. 3. D. de pignor. act.* et mox: omnibus PENSIONIBVS praeteritis, etiamsi vna portio soluta non sit. Primae PENSIONIS vsuras currere: *l. 40. D. de reb. credit.* Deinceps per singulas PENSIONES: *l. 12. D. de vsur.* Vnum fideicommissum certis PENSIONIBVS diuisum: *l. 26. §. vlt. D. quand. dies legator.* Lex Falcidia si interueniat, in omnibus PENSIONIBVS locum habet: *l. 47. D ad leg. Falcid.* Non soluta pecunia statutis PENSIONIBVS: *l. 40. D. de reb. cred.* Non solutis vectigalium PENSIONIBVS: *l. 10. §. vlt. D. de publican.*
¶ 4. PENSIONES *trientes* pro trientario foenore dixit Lamprid. *in Alexandro Cap. XXVI.* Columell. *de re rustic. Lib. X. in praefat. Foenoris tui, Syluine, quod stipulanti tibi spoponderam, reliquam PENSIVNCVLAM percipe.*
¶ 5. [Alia huius vocis significatio est in *l. 4. Cod. Th. de canon. frum vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 15.* vbi PENSIONES *aquae molarum,* explicante Iac. Gothofredo, sunt moduli aquarum, quibus aqua expenditur, seu erogatur: et sic *expensiones.* Nimirum modulos hos aquae a principe, aut etiam annonae Praefecto, eiusue officialibus priuati vel petebant, vel proprio ausu per furtiuos meatus, et, vt loquitur *l. 10. C. de aquaed. Lib. XI. tit. 42.* clan-

destinis insidiis, fontibus et aquaeductibus publicis surripiebant, ad irrigationes scilicet suorum agrorum, hortorumque delicias, ad balnea item et nymphaea, molasque priuatas, prout fieri consueuisse docent *l. 10. et l. 4. 7. 8. 9. C. Theod. eod. tit. Lib. XV. tit. 2.* quae et seuere temerarios eiusmodi ausus atque improbas petitiones inhibent, statutisque quinque librarum auri aliisque poenis plectunt.]

PENSITARE, frequentatiuum a *pendere* idem valet, quod soluere. PENSITARE vsuras: *l. 5. C. de pact. int. emt. et vend.*
¶. 2. [PENSITARE etiam de tributorum collatione dicitur. *l. 8. C. de excusat. mun. Lib. X. tit. 47. l. 1. l. 7. l. 35. C. Theod. de annon. et trib. Lib. XI. tit. 1. l. 8. pr. C. Th. de extraord. siue sord. muner. Lib. XI. tit. 16. l. 15. v. de his iane C. Th. de Episc. et cleric. Lib. XVI. tit. 2.*]
¶. 3. [PENSITANDA substantiue, pro functionibus fiscalibus, *l. 6. princ. C. Theod. de patrocin. vic. Lib. XI. tit. 24*]

PENSITATIO. Perpetuam PENSITATIONEM (vel, vt in aliis legitur, *pensationem*) reliquisse testatorem per quadriennium: *l. 24. D. de ann. legat.* [PENSITATIONES. *l. 1. C. Theod. sine censu et reliqu. Lib. XI. tit. 3.* PENSITATIONES publicae: *l. 2. l. 3. Cod. Th. et Iustin. eod. tit.* Sullemnes *et canonicae*: *l. 2. C. de lucr. aduoc. Lib. XII. tit. 62. l. 2. C. Th. de concuss. aduoc. Lib. VIII. tit. 10.* fiscales: *l. 12. C. Th. de exact. Lib. XI. tit. 7.* PENSITATIONES fiscalium: *l. 3. C. de episc. et cler.* quae pars est *l. 25. C. Th. eod. tit. Lib. XVI. tit. 2.* PENSITATIO auri, quod negociatoribus indicitur: *l. 9. C. Th. de lustral. conlat. Lib. XIII. tit. 1.* aenei frumenti: *l. vn. C. Th. de frum. Carthag. Lib. XIV. tit. 25.* PENSITATIONIS necessitas: *l. 5. C. Th. de lustr. conlat.* PENSITATIONVM praerogatiua: *l. 10. C. de excusat. mun. Lib. X. tit. 47.* PENSITATIONEM recognoscere: *l. 1. C. de palatin. sacrar. largit. Lib. XII. tit. 24*]

[PENVLA, genus vestis, itineris frigorisque caussa, et ad propulsandos imbres a Graecis primo inuentum, post ad Romanos quoque translatum, cuius mentio aliquoties fit in *l. 1. C. Th. de habit. quo vti oport. intra vrb. Lib. XIV. tit. 10.* vbi varia de ea congessit Iac. Gothofred. *in Comment.* Add. Cuiac. *Lib. XII. Obseru. Cap. 39.*]

PENVRIA, ait Festus, *est id, quod paene minus est, quam necesse est*: Itaque pro quouis defectu et inopia sumitur. Quoties PENVRIA est eorum, qui magistratum suscipiunt: *l. 11. §. 2. D. de muner. et honor.* [Nec enim PENVRIA aduersarii ingenuitatem solet tribuere: *l. 27. §. 1. D. de liberal. causs.* id est absentia aduersarii.

PENVARIVS, A, VM. PENVARIA cella: *l. 3. §. 8. D. de pen. leg.* I est. PENORA *dicuntur res necessariae ad victum cottidianum, et locus earum* PENARIVM. Sitne autem cella *penaria* an *penuaria* scribendum? vid. Cuiac. *Obs. Lib. X. Cap. 26.*

PENVS, ORIS, et VS et PENVM, I. Hoc nomen omnibus generibus dicitur. *l. 4. § 3. D. de penu legat. l. 2. D. de trit. vin. ol. leg.* Vid. hic Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. iurisc. p. 361. sequ.* PENVS autem secundum Q. Mucium, cuius in hac re auctoritate Vlpianus in *l. 3. pr. D. de pen. leg.* et Gell. *Lib. IV. Noct. Attic. Cap. 1.* vtuntur, ea omnia continet, *quae vsui potuique sunt.* Cic. *Lib. II. de natur. Deor. Cap. 27.* PENVM *esse omne, quo vescuntur homines*, definit. PENORI itaque cedunt cibaria omnia, quae paterfam. vsus sui caussa eiusque familiae, quam circa se et suos habet, parauit, et cibaria iumentorum, vsibus ipsius deseruientia, et legumina, quae in cella penuaria habentur: ligna quoque et carbones PENVS parandi caussa, et thus et cerei in domesticum vsum parati, et vnguenta et odores et chartae epistolares, et vasa, sine quibus PENVS haberi non potest, et quaecumque alendi caussa bibuntur, ea adpellatione continentur: *l. 3. et l. 5. D. de pen. legat.* Vnde PENVS alia *esculenta*, alia *poculenta* statuitur. *Esculenta* PENV legata, non ea tantum, quae esse, sed et per quae esse solemus, continentur, nisi voluntas testatoris repugnet. *Poculenta* vero ea, quae vini numero paterfam. habuit.

PEP.

[PEPVZITAE, Phrygum secta, a Pepuza, Phrygiae quadam vrbe sic dicti, quorum fit mentio in *l. 5. C. de haeretic.* et *l. 59. C. Theod. eod. tit. Lib. XVI. tit. 5.* In *l. 24. pr. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* vocantur *Pepitae*, alias etiam notiore vocabulo *Pepuziani*, vid. de eorum haeresi Augustin. *de haeresib. ad Quoduultetum Cap. XXVII.*] Sunt hi, qui et Quintilliani et Priscilliani, a Quintilla et Priscilla, summis eorum prophetissis, vocantur, de quorum erroribus disputat Epiphan. *Lib. II. haeres. 49. To. I. Oper. p. 417.* Add. Philastr. *de haeres. Cap. 49.* HEIN.

PER.

PER. Vox haec praeter vulgarem significationem pluribus iuris loquutionibus adplicatur. PER *iudicem* enim in libris nostris significat iudicis interuentu, iudice imminente, iudice adito. Exempla pete ex *Lib. IX.* ¶. 2. PER aliquem factum esse dicitur, cuius culpa vel mora quid factum est. Sic: PER magistratum factum videtur, in edicto *ex quib. caussis maior. in integr. restituantur*, si magistratus ius non dixit, vel per sordes aut gratiam dixit. *l. 26. §. 4. D. ex quib. causs. maior.* PER aliquem stetisse, vel factum, quo minus daret, videtur, si interpellatus dederit, aut si rem debitam occiderit; *l. 23. D. de verbor. obligat. l. 5. D. si cert. petat.* Plane si promissor hominis ante diem, in quem promiserat, interpellatus sit, et seruus decesserit, non videtur PER eum stetisse. *l. 49. D. de verb. oblig.* Hac stipulatione, PER TE NON FIERI, non hoc tantum significatur, nihil te facturum, quo minus facere possim, sed et curaturum te, vt facere possim: *l. 50. D. de verb. oblig.* PER heredem autem, nisi pupillus sit, in eiusmodi stipulatione fieri videtur, quamuis absit,

et

et ignoret, et ideo non facit, quod fieri oportet. *l. 49. §. penult. D. eod. tit.* ¶. 3. PER aliquem, interdum significat alicuius opera, ministerio, corpore, facto. Et ita: PER *se*, et PER *alium* pugnant. Adipiscimur possessionem PER nosmet ipsos: *l. 1. §. 2. D. de adquirend. vel amitt. possess.* Item adquirimus possessionem PER seruum aut filium: *d. l. 1. §. 5. D. eod. tit.* [Cic. *de Amic. Cap. V. Quod quisque minus PER se ipse posset, id acciperet ab alio.* Phaedr. *Lib. III. fab. 11. v. 58. Erit ille notus, quem PER te cognoueris.*] PER semet ipsum possidere, et PER iuri suo subiectas personas, aduersantur. *l. 12. §. 2. D. de captiu. et postlim. reu.* PER semet ipsum prohibere, et per seruum suum vel procuratorem: *l. 3. D. quod vi aut clam.* Nihil interest, vtrum ipse dominus PER se tradat alicui rem, an voluntate eius alius: *l. 9. §. 4. D. de adquir. rer. domin.* Suis manibus quis deiiciat, an vero PER alium: *l. 1. §. 12. D. de vi et vi arm.* Nemo eorum, qui in nostra potestate sunt, PER se nouare obligationem potest: *l. 25. D. de nouation.* Qui suis manibus vel PER suos retinuerit: *l. 1. §. 1. D. de eo, per quem fact.* [PER se nauem exercere: *l. 4. D. de exercit. act.*]

¶. 4. Alias PER *semet ipsum* et in ipsiusmet persona. Aut PER *semetipsum* alicui fit iniuria, aut per alias personas. PER *semet*, quum directo ipsi cui patrisam. vel matrisam. fit iniuria: *l. 1. §. 3. D. de iniur.* PER filium vel vxorem, id est, in persona filii, vxoris, *l. 18. §. vlt. D. eod. tit.*

¶. 5. PER *se* aliquando idem est, ac vi sua, natura et specie sua. Sic: seruitutes PER *se* nusquam longe tempore capi possunt, cum aedificiis possunt: *l. 10. §. 1. D. de vsurpat. et vsuc.* id est, a praedio separatae. [Similia exempla sunt in *l. 14. §. vlt. D. de rit. nupt. §. 6. Inst. de excus. tut. l. 62. D. pro socio. l. 1. pr. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 1. §. 10. D. de collat. l. 4. §. 1. D. de hered. instit.*] ¶ 6. PER quandoque valet *propter.* Si PER aliquam exceptionem perpetuam peti non poterat; *l. 26. §. 3. D. de condict. indeb.* id est, propter, seu obstante exceptione. Sic et in *l. 15. §. 1. D. eod. tit.* Si possessionem tuam fecissem, ita vt tibi PER longi temporis praescriptionem auocari non possit, id est, ope seu beneficio praescriptionis. [PER hoc recte tutorem esse, *§. 1. Inst. qui testam. tut.* vbi Theophil. διὰ τοῦτο] ¶. 7. Particula PER in compositione verborum, quibus praeponitur, vim et potestatem auget, significatque valde, aut plurimum. Sic: PERABSVRDVM erit: *l. 77. §. 27. D. de legat. II. l. 17. §. vlt. D. de iniur. l. 4. §. vlt. D. de offic. proconf.* PER enim *absurdum* est: *l. 25. D. de probat.* PERDVRA interpretatio: *l. 2. D. de custod. et exhib. reor.* PERINIQVVM est: *l. 29. D. de admin. et peric. tut. l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. de adult.* PERMODICA dos: *l. 20. §. 1. D. de religios.* PERNECESSARIA clausula: *l. 1. D. de suspect. tut.* PERNIMIVM seuera interpretatio: *l. 2. C. de custod. et exhib. reor.* PERPAVCAE sunt stipulationes: *l. 1. §. 1. D. de stipulat. praet.* PERRARO: *l. 5. D. de legib. l. vlt. D. de senator. l. 3. D. de minor. l. 2. D. de re iudic. l. 7. §. vlt. D. de suspect. tutor.* ¶ 8. Interdum etiam incrementi et augmenti caussa voci huic additur *quam.* PERQVAM absurdum est: *l. 4. §. vlt. D. de offic. proconf.* PERQVAM durum: *l. 8. C. qui pet. tutor.* PERQVAM egenti: *l. 1. §. 4. D. de tutel. et rat. distr.* PERQVAM iniquum: *l. 3. D. quib. ex cauff. in possess. l. 14. §. vlt. D. vt in possess. legat.* PERQVAM iniuriosum est: *l. 3. C. de action. et oblig.* PERQVAM necessarius: *l. 1. §. vlt. D. de procur.* PERQVAM necessaria: *l. 1. D. ad exhib. l. 6. D. de pignor. l. 1. §. 5. D. de tutel. et ration. distrah.* PERQVAM nimia diligentia: *l. 6. §. vlt. D. de bon. damnat.* PERQVAM ridiculum: *l. 7. D. de interdict. et releg.* ¶. 9. [Significat et perfectionem, et finem, seu integrum quid, vt in verbis PERNOCTARE: *l. 166. §. 1. D. de verb. signif.* vbi Cuiacius plura exempla adfert. e. g. PERMILITARE, quod est perfectum militiae tempus implere. PERVIGILARE, est παννυχίζειν. PERDONARE apud Quinctil. est, erranti plenam veniam indulgere. Alia adhuc exempla collegit Goeddeus ad *d. l. 166. D. de verb. signif.*]

¶. 10. PER *se* habere triginta librarum pondus argenti dicitur substantia libertinorum, in *l. 9. Cod. Theod. de pistor. et Catabol. Lib. XIV. tit. 3.* vbi PER *se* idem est, ac in argento in specie, non in aedificiis atque agris, aut aliis speciebus quibuscumque, vt ipsa citata lex explicat] ¶. 11. [PER *publicum conuenire*, id est, in publico, seu publice. *l. 51. et 56. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5*]

[PERAEQVATIO dicitur munus siue actus *peraequatorum. l. 5. et 6. C. Iustin. et l. 4. 5. 6. et 13. C. Theod. de censib.* eodem loquendi genere, quo munus inspectorum adpellari solet inspectio, *l. 11. et 14. C. Th. od. eod. tit.*]

[PERAEQVATOR. PERAEQVATORES *in tit. Cod. de censib. et censitor. et peraequat. Lib. XI. tit. 58. et C. Th. eod. tit. Lib. XIII. tit. 11.* sunt, qui tributa ex aequo inter ciues partiuntur, et *modum censuum adponunt*, siue constituunt. *l. 3. C. eod. tit.* defectaque loca, quae praestationem suam implere non possunt, adaequant, vt, quid praestare possunt, mera fide et integra veritate scribatur, Id vero, quod impossibile est, e vasariis publicis, (id est, libris censualibus) auferatur, vt loquitur *l. 12. C. Theod. eod. tit.* Cuiac. *ad rubr. C. de censib.* PERAEQVATORES, inquit, *et inspectores sunt, qui emendant census, praediis inspectis et adaequatis inuicem, vt releuentur, quibus grauius est onus adscriptum, grauentur, quae sunt censita leuius:* additque: *idem paene munus esse inspectoris et PERAEQVATORIS.* Nec enim prorsus confundendi sunt, et alter alteri in totum exaequandus. Differunt autem cum ipsi inter se, tum ab vtroque *censitor.* Hic enim erat, qui primus census modum definiebat; post quem, et ad eum, si minus recte definitus erat, emendandum, PERAEQVATORES mittebantur et *inspectores.* Et PERAEQVATOR quidem quantitatem seu modum census aequabat, et vt aequalitas inter tributarios seruaretur, prospiciebat; *inspector* vero qualitatem agrorum inspiciebat, sterilesque et infoecundos vel releuabat, vel opimos possidentibus adiiciebat, vt qui, secundum *l. 8. C. Th. eod. tit. per impotentiam*, id est, violentiam, *fundos opimos ac fertiles occuparant, cum quaestuosis vberibusque pro rata portione susciperent*

Ooo ooo 2 *infoe-*

infoecundos, atque horum non minus nomine censum et tributum fisco praestarent. Add. Iac. Gothofr. *in Paratitl. ad d. tit. Cod. Theod.*]

PERAEQVE, id est, ex aequo, seu eodem modo, similiter. Quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes PERAEQVE custoditur: *l. 9. D. de iustit. et iur.* Apud omnes PERAEQVE gentes animaduertere possumus: *l. 1. D. de his, qui sui vel al. iur. §. 1. Inst. eod. tit.* Naturalia iura, quae apud omnes PERAEQVE seruantur: *§. penult. Inst de iur. nat. gent. et ciu.* Quod ratione naturali inter omnes homines PERAEQVE seruatur: *l. 1. D. de adquir. rer. dom.* Illud relatum PERAEQVE est: *l. 3. D. de iniur.* PERAEQVE relatum et paritum est: *l. 22. D. de pign. act.*

PERAGERE est perficere, absoluere, consummare. Miles, qui sibi manus intulit, nec factum PEREGIT: *l. 38. §. vlt. D. de poen.* Iter ex commodo PERAGERE: *l. 4. D. de vacat. et excus. muner.* Ceteri poterunt PERAGERE bonorum venditionem: *l. 12. D. de reb. auct. iud.* Quis nec per alium adoptionis sollemnitatem PERAGERE potest: *l. 25. §. vlt. D. de adopt.* Si sollemnia mortis PERAGANT: *l. 44. D. de manum. test.* An sollemnia PEREGISTI, exprimere debuisti: *l. 1. C. de iur. dom. impetr.* Decurionis munera PERAGERE: *l. 6. C. de decur. Lib. X.* Ceteris curatoribus et administrationem PERAGENTIBVS: *l. 8. C. de administr. tut.* Accusatore defuncto, res ab alio praeside prouinciae PERAGI potest: *l. 13. D. de publ. iudic.* Donec suprema contestatio PERAGATVR: *l. 11. §. vlt. D. qui testam. fac. poss.* Si hoc ante PERACTVM testamentum scriptum sit: *l. 12. D. de hered. instit.* PERACTO testamento: *l. 12. D. de his, quae vt indign.* Emtio consensu PERAGITVR: *l. 1. §. vlt. D. de contrah. emt.* PERAGERE litem est ad exitum perducere: *l. 57. D. de procur.* Lite apud iudicem suo ordine PERAGENDA: *l. 30. D. de recept. et qui arbitr.* Si litem PEREGERO nomine filii, nec obtinuero: *l. 22. D. de inoffic. test.* PERAGERE *caussam* etiam dicitur, qui in iudicio non obtinet, sed victus discedit. Hereditariam caussam PEREGI, et victus sum: *l. 22. D. eod. tit.* Quinctil. *Declam. CCL. Neque enim vlla praescriptio inchoata iudicia PERAGI vetat.* Ordine edictorum PERACTO: *l. 75. D. de iudic.* Ante PERACTVM diem: *l. 3. D. de oper. libert.* id est, transactum. PERACTO quinquennio, id est, impleto: *l. 35. D. de vs. et vsufr. leg.* ¶. 2. PERAGERE reum accusator dicitur, qui institutam accusationem vsque ad sententiam exsequitur, siue victoriam de eo reportet, siue reus criminis, quo postulatur, condemnetur. PEREGISSE autem non aliquis videtur, nisi et condemnauerit: *l. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* Liu. *Lib. IV Cap. 42. Vos autem, si reum PERAGO, quid acturi estis?* Valer. Maxim. *Lib. VI. Cap. 2. Duos sustinuit reos, eorumque alterum lege PEREGIT.* Plin. *Lib. III. Epist. 9. Marium vna ciuitas publice, multique priuatim reum PEREGERVNT.* Id. ibid. *Atque ita, dum ille reus PERAGITVR, sedimus:* et mox: *Est lege cautum, vt reus ante PERAGATVR.* Et contra *non* PEREGISSE reos dicuntur, qui accusatione incepta vsque ad sententiam non perstiterunt, aut ex quorum accusatione reus damnatus non est. Qui intra praefinitum accusationis a Praeside tempus reum suum non PEREGIT: *l. 6. §. 2. D. ad SC. Turpill.* In SC. Turpillianum incidunt, qui subiecti postulassent, nec PEREGISSENT: *l. 15. princ. D. ad SC. Turp.* Qui iure viri delatum adulterium non PEREGIT: *l. 16. D. ad leg. Iul. de adult.* Tacit. *Lib. IV. Annal. Cap 21. Ceterorum, quae multa cumulabantur, receptus est reus, neque tamen PERACTVS ob mortem opportunam.*

PERCEPTIO. PERCEPTIONEM fructus accipere debemus, non si perfecte collecti, sed etiam coepti ita percipi, vt terra continere se fructus desierint: veluti si oliuae, vuae lectae, nondum autem vinum, oleum ab aliquo factum sit. Statim enim ipse accepisse fructum existimandus est. *l. 78. D. de rei vind.* PERCEPTIO fructus: *l. 9. § 1. D. de donat.* An PERCEPTIONE fructus suos faciat? *l. 25. §. vlt. D. de vsur.* PERCEPTIO fructuum: *l. 66. D. de iur. dot.* Vt ipsum quidem ius remaneat penes maritum, PERCEPTIO vero fructuum ad mulierem pertineat: *l. 66. D. de iur. dot.* PERCEPTIO vsusfructus. *l. 27. §. 11. D. ad leg. Iul. de adult.* ¶. 2 Sed et *numorum* PERCEPTIO dicitur, debitique solutio et numeratio, et id, quod a debitore creditor recipit, PERCEPTIONIS nomen obtinet. Alter conuentus, alterum non liberabit; quin immo PERCEPTIO ab altero: *l. 15. §. 2. D. quod vi aut clam.* Vt magis eos PERCEPTIO, quam intentio liberet: *l. 32. D. de pecul.* Si plures sint, qui auctores fuerunt, PERCEPTIONE ab vno facta et ceteri liberantur, non electione: *l. 7. §. vlt. D. quod fals. tut. auct.* Si cum vno fuerit actum, ceteri liberabuntur PERCEPTIONE, non litis contestatione: *l. 3. §. 4. D. de his, qui eff. vel deiec.*... Quum et suum creditor *perceperit*, et PERCEPTIONE omnes liberati sunt: *l. 36. D. de fideiuss.*

¶. 3. [PERCEPTIO sua, et militibus debita, pro annona, seu modo annonae, quae iis debetur, *l. 6. C. de erog. militar. annon. Lib. XII. tit. 38.* quae est *l. 17. C. Theod. Lib. VII. tit. 4.*]

PERCIPERE interdum est recipere. Ratione compensationis PERCEPISSE debitum videbatur: *l. 77. §. 31. D. de legat. II.* Totum, quidquid PERCEPIT creditor: *l. 22. D. de pign. act.* Suum etiam PERCEPISSE creditor dicitur, qui ab vno ex fideiussoribus suum recepit: *l. 36. D. de fideiuss.* Operas, quas creditor accepit, vel quas PERCIPERE potuit: *l. vlt. C. de part. pignor. et omni causs.* Qui litis aestimationem PERCEPERIT: *l. 63. D. de rei vind.* Ex operis mercedem PERCIPERE: *l. 2. D. de vsu et vsufr. leg.* Mercedes praediorum ab herede PERCEPTAE: *l. 58. D. ad SC. Trebell.* Dummodo ipsa pensiones PERCIPIAT: *l. 1. §. vlt. D. de dote praeleg.* Eam pecuniam, quam PERCIPERE posset, si dotem stipulatus esset: *l. 41. §. 7. D. de legat. III.* Antequam secundum voluntatem defuncti PERCIPERET pecuniam alumnis relictam: *l. 18. §. vlt. D. de ann.*

ann. legat. Ex facultatibus PERCEPTA PECVNIA: *l. 77. §. 20. D. de legat. II.* Pretium, quod PERCEPIT creditor: *l. 12. §. 1. D. de distract. pignor.* Vt pretium PERCIPERET: *l. 55. D. de manum. testam.* Pretia fructuum PERCEPTA cum vsuris esse restituenda: *l. 18. D. de his, quae vt indign.* Vt trientes vsuras eius summae PERCIPERET: *l. 26. §. 1. D. quando dies legat.* Si vsuras ex donata pecunia PERCEPERIT: *l. 15. §. vlt. D. de donat. int. vir.* Vsuras et fructus post litem contestatam PERCIPIETIS: *l. 2. C. de vsur. et fruct.* Vsuras, quas tutor PERCEPIT: *l. 7. §. 6. D. de administr. et peric. tutor.* Vsuras ex aliena pecunia PERCEPTAS, vel etiam, quas PERCIPERE potuimus: *l. 19. §. 4. D. de negot. gest.* Vsuras a debitoribus hereditariis PERCEPTAS: *l. 58. §. 2. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2. PERCIPERE etiam dicitur, qui quid ex testamento capit et consequitur. Et fundi partem et decem ex testamento PERCIPERE: *l. 13. D. de legat. III.* Fideicommissum longo tempore PERCEPERVNT: *l. 49. D. de legat. II.* PERCIPERE legatum: *l. 17. D. de alim. et cibar. legat. l. 41. D. de bon. libert.* In eos, qui legatum PERCEPERVNT: *l. 3. §. 5. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.* Quod a coherede legatorum nomine PERCIPITVR: *l. 22. D. ad leg. Falc.* Adsignatio liberti neque quasi legatum, neque quasi fideicommissum PERCIPITVR: *l. 7. D. de adsign. libert.* Alimenta PERCIPERE: *l. 20. D. de alim. et cibar. legat.* Vt ex reditu praediorum alimenta PERCIPERENT: *l. 21. D. eod. tit.* Vt cibaria et vestiaria ab herede PERCIPIANT: *l. 4. D. eod. tit.* Si modo nihil ex iudicio eius PERCEPERIT: *l. 6. C. de fideic. libert.*

¶. 3. PERCIPERE fructum est colligere, vt loquitur Paullus *Lib. I. Sent. tit. 13. §. 9. et l. 78. D. de rei vindic.* Fructus, quos heres viuus PERCEPIT: *l. 83. pr. D. de legat. III.* Fructus, quos medio tempore pater PERCIPIET: *l. 77. §. 19. D. de legat. II.* Fructus, non quos heres PERCEPIT, sed quos legatarius PERCIPERE potuit: *l. 39. §. 1. D. de legat. I.* Is, ad quem vsusfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quam si ipse eos PERCEPERIT: *§. 36. Instit. de rer. diuis.* PERCEPTI itaque fructus dicuntur, qui sunt collecti, et a solo separati, vt adparet ex *l. 78. D. de rei vindic. l. 12. §. vlt. D. de vsufr. l. 26. §. vlt. D. de vsur.* Fructuarii non fiunt fructus, antequam ab eo PERCIPIANTVR. Ad bonae autem fidei possessionem pertinent, quoquo modo a fundo separati fuerint: *l. 25. §. 1. D. de vsur.* Fructus non sunt fructuarii, nisi ab eo PERCIPIANTVR, licet ab alio terra separentur: *l. 12. §. vlt. D. de vsufr.* Omnes fructus non iure soli, sed iure seminis PERCIPIVNTVR: *l. 25. D. de vsur.* Non aliter ex saltu fructus PERCIPI poterit: *l. 9. D. de instruct. vel instrum. leg.* Per greges ex saltu fructus PERCIPIVNTVR: *l. 9. D. eod. tit.* Fructus, qui ex fundo PERCEPTI fuerint: *l. 1. §. vlt. D. de condit. et demonstr.* Ex rebus donatis fructus PERCEPTVS: *l. 9. §. 1. D. de donat.* Fructus hereditatis post mortem aui PERCEPTI: *l. 15. §. 3. D. ad leg. Falcid.* Fructus, qui sunt post litem contestatam PERCEPTI: *l. 1. §. vlt. D. si quis in fraud. patron.* PERCEPTOS fructus restituendos: *l. 17. D. de vsu et vsufr.* Ex fructibus medio tempore PERCEPTIS: *l. 77. §. 31. D. de legat. II.* De eo, quod ex his fructibus PERCEPTVRVS est: *l. 60. §. vlt. D. de vsufr.* Reditus, quos quadriennio respublica PERCEPIT: *l. 17. D. de vsu et vsufr. legat.* Reditus, qui ex fundo bona fide PERCIPI potuerunt: *l. 32. §. 2. D. de administr. et peric. tut.* et mox: Si minus a seruo tutor PERCEPIT, quam bona fide a fundo PERCIPI potuit: *ibid.* Omnis conditio PERCIPIENDI reditus fundorum: *l. 21. §. vlt. D. de ann. legat.* Quidquid in fundo nascitur, vel inde PERCIPITVR: *l. 59. §. vlt. D. de vsufr.*

PERCLVDERE. Antequam pensionis nomine PERCLVDANTVR: *l. 9. D. in quib. causs. pign. vel hypoth.* PERCLVDERANTVR conductores, qui pensionem non soluerant: *d. l. 9. D. in quib. causs. pign.* At aliquando tamen non *percludebantur*, sed euulsis foribus, ablata tegula, obstructo puteo migrare cogebantur. Strob. *Serm. I.* Καθάπερ καὶ ἐξ οἰκίας (Φησὶν ὁ Βίων) ἐξοικιζόμεθα, ὅτ' ἂν τὸ ἐνοίκιον ὁ μισθώσας οὐ κομιζόμενος, τὴν θύραν ἀφέλῃ, τὸν κέραμον ἀφέλῃ, τὸ Φρέαρ ἐγκλείσῃ. conf. Em. Merill. *Obseru. Lib. III. Cap. 25.* HRIN.

[PERCVRRERE militiam et legitimis stipendiis determinare: *l. 24. v. Quicumque C. Th. de Iudaeis et coelic. Lib. XVI. tit. 8.*]

PERCVSSOR dicitur, qui aliquem per vim aut caedem occidit, interfecitque: *l. 1. §. 28. D. de SC. Silan.* PERCVSSOR fit certus: *l. 6. D. eod. tit.* Paull. *Lib. III. Sent. tit. 5. §. 12.* PERCVSSORES apud Sueton. *in Iulio Cap. LXXXIII. et Vespas. Cap. XVI.*

PERCVTERE, ferire, verberare, pulsare est, quin et necare. Non solum, qui PERCVSSIT, verum ille quoque, qui curauit, vt cui mala pugno PERCVTERETVR: *l. 11. D. de iniur.* Si gladio PERCVSSERIT, et mox: Sed si clauo PERCVSSIT, aut cuccuma in rixa, quamuis ferro PERCVSSERIT, tamen non occidendi animo: *l. 1. §. 3. D. ad leg. Corn. de sicar.* Fuste vel lapide PERCVSSVM: *l. 1. §. 17. D. de SC. Silan.* Quod gladio caput eius PERCVSSVM est: *l. 7. §. 1. D. de iniur.* Si os alicui PERCVSSVM: *l. 7. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 2. PERCVTERE aliquando cudere est, seu signare. Qui falsam monetam PERCVSSERINT: *l. 19. D. de leg. Corn. de fals.* Eius bona, qui falsam monetam PERCVSSISSE dicitur: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 12. §. 12.* Eaque materia forma publica PERCVSSA. *l. 1. D. de contrah. emt.* id est, *signata*, vt loquitur Vlpian. *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. pecul.* Quod alii PERCVTI; id Volus. Maecian. *lib. de ponder. feriri* dixit, his verbis: *Ita et ad pecuniam numeratam refertur: quae quum in aere erat, postea et in argento* FERIRI *coepit.*

PERDERE, vt plurimum est amittere. Sic: PERDERE caussam, intentionem, litemue dicitur, qui caussa cadit. Alioquin plus petendi

 peri-

periculum incurrimus, et caussam PERDIMVS: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 13. §. 5.* id est, caussa cadimus, et rem amittimus, vt Iustinianus ait *§. 33. Inst. de action.* et *§. 10. Inst. de except.* Quum petitor intentionem suam PERDIDERIT: *l. 9. §. 6. D. ad exhib.* Si aliquo modo litem PERDIDIT culpa sua: *l. 19. D. si seruit. vind.* Lite PERDITA: *l. 19. C. de adpell.* PERDITA nomina: *l. 40. §. vlt. D. de statu lib.* id est, deperdita, et male contracta, vt *l. 16. D. de admin. et peric. tut.* Qui vltimo supplicio damnantur, statim et ciuitatem et libertatem PERDVNT: *l. 29. D. de poen.* Prouocandi auxilium PERDIDIT: *l. 1. D. a quib. adpell. non licet.* Heres PERDIT bonorum possessionem contra tabulas: *l. 33. §. 2. D. de fideicomm. libert.* Nec libertum PERDIT: *l. 28. §. vlt. D. eod. tit.* Ne et numos PERDAT cum statu libero: *l. 3. §. 2. D. de statu lib.* Si possessor hereditatis venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum PERDIDERIT: *l. 18. D. de hered. petit.* Si naufragio, vel ruina, vel incendio, vel alio simili casu rationes perdidisse probet; *l. 60. §. 11. D. de edendo.* Instrumentis PERDITIS: *l. 8. §. 1. D. quod met. causs.* ¶. 2. PERDERE alias est consumere, dilapidare. PERDITVRO dare, id est, consumturo, dilapidaturo, verbi gratia, *protinus scorto daturo.* vt *l. 8. D. pro emtor.* Si PERDITVRO heres ante diem restituisset: *l. 15. D. de ann. legat.* Si quasi PERDITVRO pecuniam sciens credideris: *l. 12. §. 11. D. mandat.* Si non PERDITVRO seruo administrationem credidit: *l. l. 33. §. 3. D. de admin. et peric tut.* Si PERDITVRAE filiaefamilias dos soluatur: *l. 22. §. 1. D. solut. matrim.* Non PERDITVRAE vxori dos reddi: *l. 73. §. vlt. D. de iur. dot.*

PERDITVS. [PERDITI in *l. 3. C. de apostat.* vocantur, qui iam baptizati, adeoque fideles fuerunt, sed apostatae facti sunt. *vid. supra Lib. X. verbo* LAPSI. PERDITORVM temeritas, id est, latronum. *l. vn. in fine C. Theod. de Saturian. Lib. VII. tit. 19.* Sed in *l. 4. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* quae est *l. 1. C. Iust. eod. tit.* PERDITOS eos vocari, notat Gothofredus, qui in *l. 7. C. Th. eod. tit.* vesani audiunt, qua voce non alii eo loco videntur signari, quam homines pagani, qui vetitis sacrificiis diurnis nocturnisque, (vt habent verba legis,) futura de reipublicae statu, principisque salute sub exsecrabili consultatione cognoscere audent. Alias PERDITORVM nomine homines nequam et dissolutos vt plurimum insigniti, adeo notum est, vt et monere ferme superuacuum sit.]

PERDVCERE de personis dicitur. Sic: PERDVCERE seruum ad libertatem, est, liberum efficere, *l. 4. D. de option. legat. l. 35. D. de condit. et demonstr. l. 15. D. quib. mod. vsusfr. l. 32. D. de dolo mal. l. 43. D. de act. emt. l. 29. D. si quis omiss. causs. testam. l. 16. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 28. §. 3. D. de fideicomm. libert. l. 15. D. de manum. vind. l. 9. §. vlt. D. eod. tit. l. 4. C. de his, qui a non dom. l. 19. l. 25. C. de liber. causs.* Consentiendo posse ad libertatem PERDVCERE: *l. 2. D. de manum. vind.* [vbi sermo est de minore, qui manumittere alias non potest; vt proinde *ad libertatem PERDVCERE* latius sit, quam manumittere] PERDVCI ad libertatem: *l. 102. D. de legat. I. l. 5. C. qui manum. l. 4. et l. 1. D. de manum. l. 51. D. de verb. oblig. l. 72. §. vlt. D. de solut. l. 7. §. 4. D. de oper. libert.* et apud Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 12. §. 3* PERDVCTVS ad libertatem: *l. 7. §. 1. D. de oper. libert.* PERDVCTA ad libertatem: *l. 4. C. an. seruus extr.* Quem quis ex seruitute ad ciuitatem Romanam PERDVXIT, siue sponte, siue necessitate: *l. 3. §. 1. D. de suis et legit.* Quum liberti ex seruitute ad ciuitatem Romanam PERDVCVNTVR: *l. 1. D. de bon. libert.* Plerumque medici seruos eiusdem artis libertos PERDVCVNT: *l. 25. §. 2. D. de oper. libert.* Quum serui heredem ad praetorem PERDVXISSENT: *l. 43. D. de act. emt.* Tutor a cognatis et propinquis pupillae PERDVCTVS ad magistratum; *l. 4. D. vbi pup. educ.* Quamuis in metallum dati, nondum in eum locum PERDVCTI fuerint, in quo operati habent: *l. 10. §. 1. D. de poenis.* Si post decreta alimenta ad egestatem fuerit PERDVCTVS pupillus: *l. 3. §. vlt. D. vbi pupill. educ.* Patri ignoscendum, qui filiam suam maturius in familiam sponsi PERDVCERE voluit: *l. 12. §. vlt. D. quod fals. tut. auct.* ¶. 2. Haec de personis. PERDVCI vero res etiam dicuntur, ad effectum, ad exitum, ad nihilum. Qui falsa instituta accusatione ad finem vsque, quod insimulabat, PERDVXIT: *l. 8. C. de his, quib. vt indign.* Nisi animus consentit, PERDVCI ad effectum id, quod operatur, non potest: *l. 55. D. de oblig. et action.* Quae, quia minimi aeris sunt, ad nihilum PERDVCVNTVR: *l. 3. §. vlt. D. de alim. vel cib. leg.* Vt ab euidenter veris, ad ea, quae euidenter falsa sunt, PERDVCATVR: *l. 66. D. de reg. iur.* Quod ad libertatem et legata, et ad heredum institutiones PERDVCITVR, *l. 161. D. eod. tit.* id est, producitur. Vsque ad eum locum aedificium PERDVCERE, vnde stillicidium cadit: *l. 20. §. vlt. D. de seruit. praed. vrb.* Rem PERDVCENDAM eo loci, vbi actum est; *l. 11. D. ad exhib.* ¶. 3. PERDVCERE quoque est inducere, cancellare, forte litura per medium traducta. Si miles aliquid interleuerit, PERDVXERIT, adiecerit, emendauerit: *l. 20. §. vlt. D. de testam. milit.* Is, cuius nomen in testamento voluntate testatoris PERDVCTVM est: *l. 8. §. 3. D. de bonor. poss. secund. tab.* Inducta accipiendum est, et si PERDVCTA sint: *l. 1. pr. D. de his, quae in testam. delent.*

PERDVELLIO, ONIS, crimen eorum est, qui PERDVELLES vocantur, quiue hostili animo aduersus rempublicam animati sunt. *l. vlt. D. ad leg. Iul. maiest.* Ratae donationes esse non possunt, post crimen PERDVELLIONIS contractum: quum heredem quoque teneat, etsi nondum postulatus vita decesserit: *l. 31. §. vlt. D. de donat.* Si crimen PERDVELLIONIS illatum est: *l. 76. §. vlt. D. de legat. II.* PERDVELLIONIS damnatus: *l. 4. D. de iure patron. l. 1. §. 3. D. de suis et legit.* PERDVELLIONIS damnati: *l. 11. §. 3. D. de his, qui not. infam.* Reus PERDVELLIONIS: *l. 86. §. 1. D. de adquir. hered.* Si post mortem suam pater indicatus fuerit PERDVEL-

LIO-

LIONIS reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit: *§. 5. Inst. de hered. quae ab intest.* Sosipater *Lib. II. Institut. Grammat. p. 188.* *Per, pro perquam valde, vt PERDVELLIO, perquam duellio, et plus quam hostis, vt Rabirius, qui perduellionem fecisse dicebatur, id est, contra rempublicam sensisse. Quod iudicii genus Sacer in eadem oratione M. Tullii, ab Horatio sumtum, ait, dictumque, quod per tempus belli sit factum, quum is in sororem suam gladio vsus esset.* ‖. 2. [PERDVELLIONIS vox non semper ipsum crimen, sed aliquando etiam eos, qui perpetrant, seu hostes designat, vt in *l. 7. C. Theod. de repar. adpell. Lib. XI. tit. 31.* ibi: Sitque depulsis PERDVELLIONIBVS, haec prima litium rerumque reparatio.]

PERDVELLIS. PERDVELLES a veteribus adpellatos, quos nos hostes adpellamus, Caius scribit, his verbis: *quos nos hostes adpellamus, eos veteres PERDVELLES adpellabant, per eam adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset, l. 234. D. de verb. signif.* Varro *Lib. V. de lingu. Latin.* ad haec verba Ennii: *Quin inde inuictis sumserunt PERDVELLIBVS. PERDVELLES,* ait, *sunt hostes.* Idem *Lib. IV. de lingu. Lat. Hostem aliud nunc ostendere, aliud ante significasse, docet. Nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui suis legibus vteretur: nunc autem eum, quem tum dicebant* PERDVELLEM. Cicero *Lib. I. de offic. Cap. 12. Eum quoque, qui proprio nomine PERDVELLIS esset, hostem vocatum a maioribus lenitate verbi, tristitiam rei mitigante.* Festus: *Duellum, bellum: videlicet, quo duabus partibus de victoria contendentibus dimicatur. Inde et PERDVELLIS, qui pertinaciter retinet bellum. Et ita apud Plaut. in Amphitr. PERDVELLES penetrant se in fugam.*

[PERDVRARE in libertatis adfectu cum parentibus: *l. 3. C. Theod. de lib. caussa Lib. IV. tit. 8.*]

PEREGER factus ab Vlpiano *Tit. XVII. Regul. §. 1.* dicitur, qui ad *peregrinitatem* redactus est. Hanc vocem auctoritate Ausonii *Epist. XVII. ad Symmachum,* qui *nedum,* ait, *me* PEREGREM *existimes,* tuetur neque damnandam adeo censet Schulting. *in Iurisprud. vet. Anteiust. p. 616.* HEIN.

PEREGRE est extra patriam, prouinciamque suam. Et ita PEREGRE agere, ducere, esse, ire, proficisci. Siue quis eodem loci agat, siue alio, siue PEREGRE agat: *l. 7. §. 13. D. quib. ex causs. in possess. eat.* Si PEREGRE agant, qui tutores vel curatores dati sunt: *l. vlt. D. de tutor. et curat.* Quae pater filio emancipato studiorum caussa PEREGRE agenti subministrauit: *l. 50. D. famil. ercisc.* Si quis seruum docendum conduxerit, eumque duxerit PEREGRE: *l. 13. §. 3. D. locat.* Si seruus in fuga sit, vel PEREGRE: *l. 21. §. 2. D. de noxal. act.* Si quis amico PEREGRE eunti mandauerit: *l. 35. §. 3. D. de contrab. emt.* Qui PEREGRE proficiscitur: *l. 9. §. 4. D. de adquir. rer. dom.* Plerumque homines eo animo PEREGRE proficiscuntur, quasi statim redituri: *l. 5. D. de obligat. et action.* Cum suis PEREGRE proficiscens: *l. 1. §. 1. D. eod. tit. l. 49. D. de oper. libert.* Si seruus PEREGRE a te missus sit: *l. 5. §. vlt. D. ad exhib.* Si PEREGRE habere, quod primum editum est, doceat: *l. 7. D. de edendo.* Qui PEREGRE muneribus fungentur: *l. 5. §. 3. D. de iure immunit.* Si fratris filios PEREGRE natos quis ignorans, qui essent, heredes instituerit: *§. vlt. Inst. de hered. instit.* id est, vt Theophilos interpretatur, ἐπὶ ξένης. Ex duobus liberis impuberibus PEREGRE defunctis: *l. 11. D. de bon. possess. secund. tab.* Pater PEREGRE mortuo: Vlpian. *Tit. XXI. Regul. §. 1.* Pone patrem PEREGRE obiisse: *l. 34. D. de negot. gest.* Si argentum PEREGRE secum portauerit: *l. 18. D. commod.* Pecunia, quum PEREGRE portaretur ad mercem emendam: *l. 58. §. 1. D. pro soc.* Vt eam rem PEREGRE secum ferat: *l. 18. D. commod.*

PEREGRINARI est patria procul proficisci: Si Titius PEREGRINETVR longinquo itinere: *l. 4. §. 1. D. de hered. instit.* Qui agnitionis gratia vel adpellationis PEREGRINATI sunt: *l. 26. §. 9. D. ex quib. causs. maior.*

PEREGRINATIO. Si longa PEREGRINATIO impedimento sit: *l. 23 D. de procurat.* Longiores PEREGRINATIONES, quae ex necessitate sunt: *l. 17. D. de sponsal.* Si necessariam PEREGRINATIONEM alleget: *l. 9. D. de procurat.* *Longam* vero ac *necessariam* PEREGRINATIONEM ipsam esse absentiam reipublicae caussa, ostendit Cuiac. *Lib. XXIII. Obseru. Cap. 26.* HEIN. [Ad tempus PEREGRINATIONIS rusticis officiis abducta mancipia, debentur nihilominus legato fundo, ita vt est instructus, cum omnibus rebus et mancipiis: *l. 27. §. 1. D. de instr. vel instrum. legat.*] ‖. 2. [PEREGRINATIO pro legatione, in *l. 56. C. de decurion. l. 189. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. 1. et l. 9. C. Theod. de legat. et decret.* Symmach. *Lib. VII. Epist. 54. Scis, quantum legatio sollicitudinis habeat, quantum PEREGRINATIO difficultatis circumferat.* Id *eod. lib. Epist. 114. Laborem PEREGRINATIONIS fecit optabilem.*]

PEREGRINITAS statum et conditionem *peregrinorum* significat. Sed si per poenam deportationis ad PEREGRINITATEM redactus sit patronus: *l. 10. §. 6. D. de in ius voc.* [vbi quid sit ad PEREGRINITATEM *redigi,* explicauit Brissonius noster *Lib. I. Select. Antiqu. Cap. 13.*]

PEREGRINVS vocatur, qui ciuis Romanus non est. PEREGRINVS fit is, cui aqua et igni interdictum est. Neque autem PEREGRINVS ciuem Romanum, neque ciuis Romanus PEREGRINVM in potestate habere potest. Vlpian. *Tit. X. Regul. §. 3.* Qui deditritiorum numero est, neque quasi ciuis Romanus testari potest, quum sit PEREGRINVS: Vlp. *Tit. XX. Regul. §. 14.* Dedititiorum numero heres institui non potest, quia PEREGRINVS est: Idem *Tit. XXII. Regul. §. 2.*

§. 2. Qui deportantur, si heredes scribantur, tamquam PEREGRINI capere non possunt: *l. 1. C. de hered. instit.* Et hoc est, quod ait Marcianus *l. 17. D. de poen. in insulam deportatus ἀπόλιδας* esse, hoc est, sine ciuitate. Connubium ciues Romani habent cum PEREGRINIS, ita si concessum sit: Vlpian. *Tit. V. Regul. §. 4.* PEREGRINVS *fieri* dicitur, qui ciuitatem Romanam amittit. Ciois Romanus heres scriptus, viuo testatore factus PEREGRINVS: *l. 6. §. 2. D. de hered. instit.*

¶. 2. PEREGRINVS interdum *vrbano* opponitur. Sic: PEREGRINVS praetor, qui inter PEREGRINOS ciues ius dicebat. Non sufficiente praetore *vrbano*, quod multa turba etiam *peregrinorum* in ciuitatem veniret, creatus est et alius praetor, qoi PEREGRINVS adpellatus est ab eo, quod plerumque inter PEREGRINOS ius dicebat: *l. 2. §. 27. 28. D. de orig. iur.* Ad cuiusmodi *praetoris* PEREGRINI edictum Labeonem libros scripsisse, constat ex *l. 9. §. 4. D. de dolo mal.* Locus *vrbanus* et PEREGRINVS opponuntur *l. 12. D. de supell. legat.*

¶. 3. [PEREGRINVM aliquando est, quod ex alia, quam patria, prouincia est. Sic, PEREGRINVS ciuis dicitur in *l. 1. C. Th. de adsessor.* qui alterius ciuitatis, siue prouinciae incola vel ciuis est. Sic et Episcopi et clerici PEREGRINI, in *l. 37. C. Th. de Episcop. Lib. XVI. tit. 2.* PEREGRINI commeatus, *l. 51. C. de decurion. et l. 161. C. Th. eod. tit.* PEREGRINA iudicia, quae de iis agitantur, qui in alia prouincia degunt. *l. 10. C. Th. de accusat. Lib. IX. tit. 1.*]

¶. 4. [PEREGRINI *naturae* dicuntur magi, artibus suis magicis elementa turbantes, vitasque insontium labefactantes. *l. 6. C. de malef. et mathem. l. 5. C. Th. eod. tit. Lib. IX. tit. 16.*]

PEREMERE vid. PERIMERE.

PEREMTORIVS, A, VM.

PEREMTORIVM dicitur, quod non tam caussam exstinguit, vti Anianus interpretatur ad Paull. *Recept. Sent. Lib. V. Tit. V. §. 7.* quam perimit, vel tollit disceptationem. Vnde PEREMTORIVM *edictum* adpellatur, quod tribus propositis edictis impetratur: quod inde nomen sumsit, quod perimeret disceptationem, hoc est, vltra non pateretur aduersarium tergiuersari. *l. 70. D. de iudic.* Vetus Glossar. Graecum *Tom. III. Thesaur. Iur. p. 1778.* Περεμπτορίαν ὡρισμένον, ὅταν ὁ κριτὴς τοὺς δικαζομένους κελεύσῃ ἐλθεῖν ἐπὶ ῥητὴν ἡμέραν κριθῆναι, διὰ τὸ ἴσως ποτὲ μὴ ἔχειν ἄδειαν. In PEREMTORIO comminatur is, qui *edictum* dedit, etiam absente diuersa parte cogniturum se et pronunciaturum: *l. 71. D. de iudic.* Qui tribus *edictis* propositis, vel vno pro tribus, quod vulgo PEREMTORIVM adpellatur: *l. 53. D. de re iudic.* Nonnumquam *edictum* PEREMTORIVM post tria numero edicta, quae praecesserint, datur; nonnumquam post vnum vel alterum: nonnumquam statim, quod adpellatur vnum pro tribus: *l. 72. D. de iudic.* Atque hoc est vnum *edictum* pro omnibus datum: Paull. *Lib. V. Sent. Tit. V. §. 7.* Tres denunciationes ad PEREMTORII *edicti* vim aduersus contumaces conualescere: *l. 9. C. quom. et quando.* Quum ex *edicto* PEREMTORIO, quod neque propositum est, neque in notitiam peruenit, absentis condemnatio sit: *l. 1. §. 3. D. quae sent. sine adpell.* Contra minorem viginti quinque annis propositum PEREMTORIVM nihil momenti habet: *l. 54. D. de re iudic.* Tertullian. *de pudicit. Cap. I. Audio etiam edictum esse propositum, et quidem* PEREMTORIVM. Ad PEREMTORIVM *edictum* hoc ordine venitur: *l. 68. D. de iudic.* Eum, qui cognouit *edictum* PEREMTORIVM secundum ordinis caussam dari: *l. 23. §. vlt. D. de adpell.* Qui edictum PEREMTORIVM impetrauit: *l. 73. §. 1. D. de iudic.* Post edictum PEREMTORIVM impetratum, quum dies eius superuenerit, tunc absens citari debet: *ibid.* Morte rei PEREMTORIVM soluitur: *l. 59 §. vlt. D. de re iudic.* Si quis ex *edicto* PEREMTORIO post mortem sit condemnatus: *ibid.* Cessante caussa PEREMTORII *edicti*: *l. 2. C. quomod. et quand.*

¶. 2. PEREMTORIAE *exceptiones* dilatoriis aduersantur. *l. 2. §. vlt. D. de exception.* Perpetuae atque PEREMTORIAE *exceptiones* sunt, quae semper locum habent, nec euitari possunt, qualis est doli mali et rei iudicatae, et si quid contra leges senatusue consultum factum esse dicetur. Item pacti conuenti perpetui, id est, ne omnino pecunia petatur: *l. 3. D. de except. Exceptiones* perpetuae et PEREMTORIAE sunt, quae semper agentibus obstant: *§. 9. Instit. de except.* PEREMTORIAS *exceptiones* omissas in initio, antequam sententia feratur, opponi posse: *l. 2. C. sent. rescind. non posse.* Praescriptionem PEREMTORIAM obiicere qoandoque licet: *l. 8. C. de except.* [Exceptis praescriptionibus PEREMTORIIS: *l. 23. C. Th. quor. adpell. non recip. Lib. XI. tit. 36.* Post susceptam super praescriptionibus PEREMTORIIS adpellationem praescriptiones PEREMTORIAS reseruari: *l. 24. C. Th. eod. tit.*]

PERENDINI

PERENDINI nomine diem tertiam olim in formulis significatam, Cicero *pro Muraena Cap. XII.* Gell. *Noct. Attic. Lib. X. Cap. 24. die PERENDINI.* Plutarch. *in Apophthegm.* τρίτην ἡμέραν, *tertiam diem* vocat, quod Valerius Probus *perendie.* [Add. Brisson. *de Form. Pop. Rom. Lib. V. p. 346*]

PERENNIS, E,

PERENNIS, E, iugis, perpetuus, continuus. PERENNIS aqua est, quae semper fluit. *l. 1. §. 5. D. de aqua quot. et aestiu.* Ouid. *de Remed. amor. v. 651.*

Flumine perpetuo torrens solet altius ire,
Sed tamen haec breuis est, illa PERENNIS *aqua.*

Fluminum quaedam sunt PERENNIA, quaedam torrentia. PERENNE est, quod semper fluat, ἀέναος, *torrens*, χειμάῤῥους, id est, *hyeme fluens. l. 1. §. 1. D. de flumin.* Publicum flumen esse, Cassius definit, quod PERENNE sit; *l. 1. §. 3. D. eod. tit.* Liu. *Lib. IV. Cap. 30. Terra quoque ingenito humore egens, vix ad PERENNES suffecit amnes.* B. Augustin. *Serm. CLXXXVI. Sollemnitas enim ab eo, quod solet in anno, nomen accepit, quomodo PERENNITAS fluminis dicitur, quia non siccatur aestate, sed per totum annum fluit. Ideo PERENNE, id est, per annum. Sic et sollemne,*

quod

quod solet in anno celebrari. Idem *in Psalm. LXXIV. Torrentes dicuntur proprie, quasi sunt PERENNES.* [PERENNIS memoriae pater noster: *l. 6. pr. C. Theod. de cohortal.* recordationis: *l. 5. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* PERENNES notae: *l. 15. C. de adpellat.* PERENNIS aerarii emolumenta: *l. 2. princ. C. Th. de Senat. Lib. VI. tit. 2.*]

[PERENNITAS nostra, *l. 31. pr. C. Theod. de oper. public. Lib. XV. tit. 1.* pro quo Iustinianeus Codex habet: *Nostrum nomen.*]

PERFECTE, id est, absolute, pleno iure. Quando isto casu nullo tempore PERFECTE hominem meum feceris: *l. 38. §. 3. D. de solution.* Non videtur PERFECTE cuiusque id esse, quod ex casu auferri potest: *l. 139. §. vlt. D. de regul. iur.*

PERFECTISSIMATVS, τελειότης, διασημότης, proxima clarissimatui dignitas, tributa quibusdam Praesidibus, Correctoribus, Praefecto annonae, Praefecto vigilum, Magistro census. *l. 32. C. de Episc. et cleric.* Rationali summae rei, magistris scriniorum et tribunis Notariorum, quae omnia exemplis firmat Reines. *Inscript. Class. VI. inscr. 28 p. 407. sequ.* Enimuero et duumuiros postea PERFECTISSIMATVS dignitatem adfectasse, patet ex marmore, apud Gruter. *p. CCCLXIII, 2.* in quo laudantur VIRI PERFECTISSIMI ET PRINCIPALES ET SPLENDIDISSIMVS ORDO PVTEOLANORVM, nec non ex Lactantio *de mortib. persequut. Cap. XXI. Torquebantur ab eo, non modo decuriones, sed primores etiam ciuitatum, egregii ac PERFECTISSIMI viri.* Denique Iustinianus PERFECTISSIMATVS ornamenta omnibus indulsit promiscue, qui principis codicillos impetrassent, dum non essent seruilis conditionis, neue fisco aut curiae obnoxii, vel pistores, vel institores, vel procuratores, nec denique illum honorem sibi venali suffragio coemissent. *l. 1. C. de perfectissim. dignit.* HEIN.

PERFECTISSIMVS titulus est dignitatis in constitutionibus posteriorum Imperatorum: *l. 1. C. de natur. liber. l. 11. C. de quaestion. et in Cod. Theod.* saepe tribuitur *proconsuli Africae* apud D. Augustin. *Epist. 68.*

PERFECTVS, A, VM. absolutus, consummatus. In omnibus rebus animaduerto id PERFECTVM esse, quod ex omnibus suis partibus constaret, ait Caius, *l. 1. D. de orig. iur.* PERFECTA aetas: *l. 9. §. 1. D. de tutel. et rat. distrab. l. 7. C. si alien. res. l. 32. D. de minor. l. 16. D. de tutel. l. 4. l. 8. D. de legit. tut. l. 2. C. de vsucap.* id est, legitima, seu XXV. annorum. PERFECTVS artifex, id est, consummatae peritiae. *l. 19. §. 4. D. de Aedilit. edict.* An donatio PERFECTA esse videatur: *l. vlt. §. vlt. D. de donat.* PERFECTA donatio postea conditiones non capit: *l. 4. C. de donat. quae sub mod.* Non videtur PERFECTA donatio mortis caussa facta antequam mora insequatur: *l. 32. D. de mort. caussa donat.* Necessario est, quando PERFECTA sit emtio: *l. 8. D. de peric. et commod. rei vend.* Non idcirco minus emtio PERFECTA est: *l. 12. C. de contrab. emt.* PERFECTAM emtionem: *l. vlt. C. quando liceat.* Si PERFECTA legatione subsistant: *l. 2. D. de iudic.* PERFECTO munere: *l. 34. D. ad municip.* Septimo mense nasci PERFECTVM partum, iam receptum est: *l. 12. D. de stat. hom.* PERFECTA res si post stipulationem et numeratio facta sit: *l. 9. §. 3. D. quod met. causs.* Quum PERFECTVM testamentum erit: *l. 6. D. ad leg. Corn. de fals.* Testamentu, quod iure PERFECTVM est: *§. 1. Inst. quib. mod. testam. infirm.* Testamento iure PERFECTO: *§. 3. Inst. eod. tit.* Si nullo iure testamentum PERFECTVM esset: *l. 29. D. qui testam. fac.* PERFECTISSIMVM testamentum: *§. vlt. Inst. de testam. ordin.* Simul atque de pretio conuenit, videtur PERFECTA venditio: *l. 35. §. 5. D. de contrab. emt.* Si iure PERFECTA venditio est: *l. 5. C. de rescind. vend.* Non aliter PERFECTAM esse venditionem: *§. 1. Inst. de emt. et vendit.* Si post PERFECTAM venditionem mota fuerit quaestio: *l. 24. C. de euict.* PERFECTA venditione: *l. 1. C. de vend. reb. ciu. Lib X. tit. 31.* [id est, re tradita et pecunia soluta, sicut accipi quoque debet: *l. 3. et 5. C. de resc. vend.*] Non posse recedi a locatione vel venditione praediorum publicorum iam PERFECTA: *l. 21. §. vlt. D. ad municip.*

PERFERRE rem est exportare. Quibus custodiendum PERFERENDVMQVE argentum dederis: *l. 20. §. vlt. D. de praescript. verb.* Argentum commodatum, si tam idoneo seruo meo tradidissem, ad te PERFERENDVM: *l. 20. D. commod.* Hoc sensu *perduci* et PERFERRI separantur. Rem periculo et impendiis actoris PERFERENDAM *perducendamue* eo loci, vbi actum sit: *l. 11. D. ad exbib.* Rumore PERLATO: *l. vlt. D. de hered. instit.* ¶. 2. PERFERRE actionem, caussam, quaestionem, est ad exitum deducere. Quum filius actionem inofficiosi testamenti matris PERTVLISSET: *l. 76. D. de legat. II.* Qui inchoatam accusationem non PERTVLIT: *l. 8. C. de his, quib. vt indign.* Qui caussam adulterii PERFERRE non potuerunt: *l. 11. D. ad SC. Turpill.* [Excusatio PERFERENDA: *l. 1. pr. D. de operib. public.* Sic et PERLATVM iusiurandum, in *l. 3. C. Gregor. de pact. et transact.* quae sumta est ex *vet. consultatione* et est *l. 3. C. de in lit. iur.* vbi tamen legitur *prolati.*] ¶. 3. [PERFERRE euictionum subsidia, in *l. 20. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.* id est, praebere, praestare.]

PERFICA Dea, a perficiendo erat adpellata, quae obscenae libidini patrandae praeerat. PERFICA etiam *natura* a Lucretio *Lib. II. v. 1114.* vocatur, quae procreationi et perfectioni rerum praeest, vt adnotauit Turneb. *Lib. XI. Aduersar. Cap. 20.*

PERFICERE est absoluere, peragere, consummare, ad exitum perducere. Interesse, vtrum rem coeptam sub patre PERFICIT, an noxam inchoauit: *l. 42. §. 1. D. de adquir. vel omitt.*

omitt. hered. Quinquennium, non ad PERFICIENDAM retractationem, sed ad inchoandam puto praefinitam: *l. 2. D. de collus. deteg.* Vt consilio suo coeptam litem PERFICIANT: *l. 5. §. 6. D. de administr. et peric. tutor.* Tutores litem adpellationis inchoatam PERFECERVNT: *l. 39. §. 12. D. eod. tit.* Crimen etiam PERFECISSE dicitur patroni filius, qui libertum reum peregit. Crimen, quod intendit, etiam PERFECIT: *l. 14. §. vlt. D. de bon. libert.* id est, probauit. *l. 15. D. eod. tit.* PERFICERE aedificium, oposte, est aedificium inchoatum consummare, vt loquitur *l. 61. §. 1. D. de vsufr. et quemadm. quis vt.* PERFECISSE aedificium is videtur, qui ita consummauit, vt iam in fructu esse possit: *l. 139. D. de verb. signif.* Illud conuentione PERFICI non potest, *l. 58. §. vlt. D. de pact.* id est, effici. Delegatio debiti oon consentiente debitore iure PERFICI noo potest; *l. 1. C. de nouat.* PERFICITVR donatio: *l. 33. §. vlt. D. de donat.* PERFICIVNTVR donationes, quum donator suam voluntatem manifestauerit: *§. 2. Inst. eod. tit.* Donationem non valere, quae post contractas nuptias PERFICIATVR: *l. 5. D. de donat. int. vir. et vxor.* Non compellatur emtor PERFICERE emtionem, *l. 57. pr. D. de contrah. emt.* id est, pretium soluere. Emtio PERFICI: *l. 35. §. 5. D. eod. tit.* Priusquam emtio PERFICERETVR, *l. 8. D. de rescind. vend.* id est, res vendita traderetur. Libertatem PERFICERE; *l. 1. §. 1. D de pollic.* Nondum PERFECISTI mandatum: *l. 45. D. mandat.* Quum monomentum in triduo PERFICI non possit; *l. 6. D. de condit. instit.* Si quid simile contigerit, quod negotium PERFICERET; *l. 9. §. 3. D. quod met. causs.* Tutoris auctoritas, quae interponitur ☞ PERFECTO negotio: *l. 25. §. 4. D. de adquir. hered.* vbi Iac. Gothofred. *ad l. 29. D. de reg. iur.* legendum putat *prouecto negotio.* Sed nihil emendatione opus esse, et omnia recte habere, si recte explicentur, ostendimus in *Elem. Instit. §. CCL.* *. HEIN. Coeptum opus PERFICERE promissor cogetur: *l. 3. D. de pollic.* Si opus, quod tandem aggressus fuerat, PERFICIAT: *l. 8. D. eod. tit.* stipulatio ex vtriusque consensu PERFICITVR; *l. 137. § 1. D. de verb. obligat.* Quum testamentum aliud facere instituisset, neque PERFICERE potuisset: *l. 22. D. de adim. legat.* Si quis post factum prius testamentum, posterius facere coeperit, et non PERFECERIT: *§. 3. Inst. quib. mod. testam. infirm.* Militis testamentum sola PERFICITVR voluntate: *l. 35. D. de testam. milit.* PERFICI venditio noo potuit in eius persona, cui dominus venire rem noluit: *l. 63. D. de contrab. emt.* Etsi debitor interdicat, ne venditio PERFICIATVR: *l. 1. C. de litigios.* id est, res tradatur.

PERFIDE, contra officium, mala fide. PERFIDE agere circa rem popilli tutor dicitur potius, quam contrectare: *l. 55. §. 1. D. de admin. et peric. tut.* Quum looge aequum sit, ex eo, quod PERFIDE gestum est, actorem nihil consequi: *l. 3. §. 2. D. de dol. mal. except.*

PERFIDIA, mala fides est, vt fidei verbum bonam fidem semper significat: *l. 1. D. de constit. pecun. l. 1. §. 4. D. depos.* ¶. 2. Aliquando PERFIDIA pro defectione a religione vsurpatur. *l. 4. C. de Summa Trinit.* [et cognata huic significatione pro haeresi, in *l. 6. pr. l. 12. l. 63. C. Theod. de haeret Lib. XVI. tit. 5.*]

[PERFIDVS, qui fidem violauit, et a fide venit. Infidus vero, cui non est fidendum, dicitur, et a verbo *fido* descendit, primamque habet longam. PERFIDA Eunomianorum mens: *l. 25. C. Th. de haeret.* PERFIDAE sectae: *l. 15. C. Th. eod. tit.*]

[PERFOCARE, suffocare. Necare non tantum videtur is, qui partum PERFOCAT: *l. 4. D. de adgnos. et alend. lib*] Paull. *Lib.* ☞ *II. Sent. tit. 24. §. 9.* Fortassis tamen legendum est *praefocat*, qood verbum vsurpauit Ouid. *in Ibim v. 558.*

PRAEFOCENT *animae Gnosia mella viam.*

Add. Schulting. *ad Iurispr. vet. anteiustin. p, 315.* et V. A Corn. van Bynkersh. [*de iur. occid. liberos Cap. VII. p. 147.* HEIN.

PERFORARE. Qui PERFORAVIT moros: *l. 11. D. ad leg. Iul. peculat.*

PERFRVI, id est, plene et ad finem vsque frui. Vt habitatione liceat PERFRVI ad certum tempus: *l. 13. §. 30. D. de action. emt.* Munerum vacatione PERFRVI: *l. 10. C. de decurion. Lib. X.*

PERFVGERE, id est, transfugere. Qui priuatus ad hostes PERFVGIT: *l. 2. D. ad leg. Iul. maiest.* Inde PERFVGA adpellatur, qui ad hostes transfugit.

PERFVNCTORIE, leuiter est, ☞ vti apud Petron. *Satyr. Cap. XI.* Budaeus hanc vocem exponit, non bona fide, neque ex animo, oec iusta denunciatione, eamque sibi iouenisse videtur in *l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam.* Ant. etiam Augustinus in *l. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull.* et *l. vn. C. qui numer. tut.* Verum ibi non *perfunctorie*, sed *defunctorie* esse, et in *d. l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam.* Florentiae legi *perfusorie*, animaduertit V. C. Duker. *de Lat. vet. iurisc. p. 408.* HEIN.

PERFVNDERE, est adspergere, inquinare. Si quis fimo corrupto aliquem PERFVDERIT: *l. 1. D. de extraord. crimin* Paoll. *Lib. V. Sentent. tit. 4. §. 13.* ¶. 2. PERFVNDI, pro effodi. Vt oculus puero PERFVNDERETVR; *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Immo ☞ PERFVNDI hic non est effodi, (nec enim oculi effodiuntur, ceruice forma calcei percussa,) sed suffundi. Vide, quae scripsimus ad vocem EFFVNDERE. Vnde oec necessaria, nec probabilis est emendatio Rad. Fornerii, hic quoque legentis *effodi.* HEIN.

PERFVNGI, defungi. Transmarina legatione PERFVNCTOS: *l. 3. D. de decurion. Lib. X.*

PER-

PERFVSORIE, id est, vago et ambiguo sermone; *l. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull.* Quod opus futurum sit, neque PERFVSORIE aut obscure dicere: *l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam.* Si quis in venditione statuliberum PERFVSORIE dixerit: *l. 69. §. 5. D. de euict.*

PERGAMENVS, A, VM. PERGAMENA siue *chartae* PERGAMENAE membranae sunt. *Quod et de chartis et PERGAMENIS obtinet*: Cai. *Lib. II. Instit. Tit. 1. §. 4.* Add. Schulting. *in Iurispr. vet. anteiustin. p. 81.* HEIN.

PERGERE, est alterius progredi et perseuerare. Si debitor PERGAT petere, quod sibi debeatur; *l. 94. D. de solut.* Si PERGERET petere id, in quo contra conditionem faceret: *l. 27. D. de liber. caussa.* Heredes venditoris, si ante euentum cognitionis PERGANT petere: *l. vlt. §. 2. D. de doli except.*

PERGVLA, AE. PERGVLA fuit locus perspicuus et apertus, in publicum prospiciens, adeo vt oculis transeuntium exposita essent, quae illic proponerentur. Quod et Plinius indicat *Lib. XXI. Cap. 3. L. Fuluius argentarius bello Punico secunda, cum corona rosacea interdiu e PERGVLA sua in forum prospexisse dictus, ex auctoritate Senatus in carcerem adductus, non ante finem belli emissus est.* Atque in huiusmodi loco Crassitium Grammaticum docuisse, refert Sueton. *de illustr. Grammat. Cap. 18.* [PERGVLARVM *magistralium*, in quibus publice docebant Grammaticae et Rhetoricae, aliarumque artium magistri et Professores, meminit Vopisc. *in Saturnino Cap. X.*] Plinius *Lib. XXXV. Cap. 10.* de Apelle loquens: *idem*, ait, *perfecta opera proponebat in* PERGVLA *transeuntibus, atque post ipsam tabulam latens* etc. Lactant. *Lib. I. Diuinar. Instit. Cap. 2.* ex Lucillio hunc versum citat,

PERGVLA *pictorum, veri nihil, omnia ficta.*

Si quis PERGVLAM conduxit: *l. 19. §. 2. D. de iudic.* Quum pictor in PERGVLA clypeum vel tabulam expositam habuisset: *l. 5. §. penult. D. de his, qui effud. vel deiec.* [Picturae professores PERGVLAS et officinas in locis publicis sine pensione obtineant, si tamen in his vsum propriae artis exerceant: *l. 4. C. Theod. de excusat. artific. Lib. XIII. tit. 4.*] ¶. 2. In gestationibus quoque et deambulationibus PERGVLA sedem habet, eaque significatione verbum hoc vsurpasse Plinium, manuscripti codicis beneficio depreheodi. Apud eum siquidem *Lib. XIV. Cap. 1.* vbi vulgo legitur: *subdiuales deambulationes vmbrosis aperculis opacat*, vetus optimae notae codex habet: *subdiales inambulationes vmbrosis PERGVLIS opacat.*

PERHIBERE testimonium, est dicere et praebere. Posse testes testimonium suum recte PERHIBERE: *l. 21. §. 2. D. qui testam. fac.* Testes, priusquam PERHIBEANT testimonium: *l. 8. C. de testib.* PERHIBENDI testimonii caussa: *l. 3. §. 6. D. de testib.* Super PERHIBENDIS testimoniis eorum, qui in potestate sunt: *l. 20. §. 3. D. qui testam. fac.* Ita vos, Quirites, testimonium PERHIBITOTE: *Vlp. Tit. XX. Regul. §. 9.* Ita vero mutauit Cuiac. *Lib. VI. Obseru. Cap. 37.* et ad Paull. *Sent. Lib. III. Tit. 4. §. 4.* quum alias legatur, *praebitote.* At non *perhibere* solum *testimonium*, sed et *praebere* dixisse veteres, auctoritate Ciceron. *pro Flacco Cap. X.* et Scholiast. Iuuenal. *ad Sat. XVI. v. 31.* probauit, nihilque adeo mutandum esse censuit V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. III. Obseru. Cap. 21.* HEIN.

PERHORRESCERE. Quum alicuius potentiam *perhorrescunt: l. vn. C. quand. Imperat. int. pupill.*] Nemo post insignia principatus, quae stipendiis ac sudore promeruit, nec reuocari ad originem, si forte natus est curialis, nec nominari PERHORRESCAT: *l. 16. pr. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.* Nullam calumniam PERHORRESCAT: *l. 1. C. Th. de his, qui condit. propr. Lib. XII. tit. 19.*]

PERICLITARI est in periculum venire, in periculo et discrimine versari. Ne naui, vel iis PERICLITANTIBVS opitulentur: *l. 3. §. 3. D. de inc. ruin. naufrag.* Nec in persona sua tantum, verum et in statu et fortunis PERICLITARI quis dicitur. Ne de statu PERICLITENTVR: *l. 3. §. 5. D. de Carbon. edict.* Quanti interfuerit eius, de statu suo rursus non PERICLITARI; *l. 8 §. vlt. D. rat. rem habit.* Ne ex liberalitate sua inops fieri PERICLITETVR: *l. 50. D. de re iudic.* Vt in eorum administratione fratris tui filiorum substantia PERICLITETVR: *l. 6. C. de suspect. tutor.* ¶. 2. [PERICLITANTES, id est, criminis accusati, in *l. 12. C. Theod. de accusat. et inscript. Lib. IX. tit. 1.* ibi: Nullam itaque obtineat in iudiciis auctoritatem PERICLITANTIVM furor.]

PERICVLOSE heredem facturum, si vinum effundat: *l. 7. §. vlt. D. de trit. vin. ol.*

PERICVLOSVS, A, VM, periculo obnoxius. Quum PERICVLOSA dilatio Praetori videtur; *l. 1. D de damn infect.* Quaestio res est fragilis et PERICVLOSA: *l. 1. §. 23. D. de quaestion.* Si PERICVLOSAM rem ante venditionem facere solitus est; *l. 54. D. de action. empti.*

PERICVLVM, pro discrimine, Quum quis nullo praesentis PERICVLI metu conterritus donat: et contra, quum quis imminente PERICVLO commotus donat; *l. 2. D. de mort. causs. donat.* Donatio mortis caussa alias fit extra suspicionem vllius PERICVLI a sano, alias ex metu mortis, aut ex praesenti PERICVLO, aut ex futuro; *l. 35. §. 4. D. de mort. causs. donat.* Ceterae poenae ad existimationem, non ad capitis PERICVLVM pertinent: *l. 28. D. de poen.* PERICVLVM corporis inferri: *l. 2. C. de reb. cred.* Operae, quae honeste et sine PERICVLO vitae praestantur: *l. 16. D. de oper. libert.* Operae, quae sine turpitudine praestari possunt, et sine PERICVLO vitae: *l. 38. D. eod. tit.* [PERICVLVM infa-

infamiae: *l. 10. C. depositi.* id est, (ipsa infamia.] Imminens ex tumultu, naufragio, ruina, incendio PERICVLVM: *l. 1. §. 3. D. depositi.* Haec omnia instans PERICVLVM demonstrant: *l. 6. D. de mort. caussa donat.* Quod quis cum ipsa naue PERICVLVM nauis effugiat: *l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* Ne piscatores eo modo in PERICVLVM naues et qui in eis sunt, deducant: *l. 10. D. de incend. ruin. naufr.* Timeret, ne PERICVLO insidiarum subiiceretur: *§. 3. Instit. de pupill. substit.* Ita poterit sine PERICVLO viuere: *l. 77. §. 24. D. de legat. II.* PERICVLO aduersarii denunciante: *l. 20. D. quod vi aut clam.* Vt effugiant PERICVLVM, quod solent pati, qui saepius easdem res obligant: *l. 15. §. 2. D. de pignor.* Patris PERICVLVM agitur: *l. 27. D. de minor.* PERICVLVM est, ne propter inopiam eius, cui solutum est legatum, nihil repeti posse: *l. 17. D. de hered. petit.* PERICVLVM erat, ne: *pr. Inst. de satisdat.* ¶. 2. PERICVLVM alias casum quemlibet ac damnum fatale, seu, quidquid fato, mortalitate, vi maiore, vel alio fortuito casu contingit, significat. Hoc sensu Vlpian. *l. 5. §. 2. D. commod.* Qoid veniat, ait in commodati actione, vtrum dolus, an et culpa, an vero et omne PERICVLVM? Et ita PERICVLVM *praestare*, *PERICVLVM alicuius esse*, ad aliquem *pertinere*, *respicere*, *spectare*, dicit Vlpian. *l. 5. §. 13. 14. et l. 10. D. eod. tit.* PERICVLVM mancipiorum, aot vrbanorum praediorum praestare: *l. 58. §. 6. D. ad SC. Trebell.* Corpora hereditaria, quorum PERICVLVM ad heredem pertinet: *l. 19. D. de hered. petit.* PERICVLVM nauis possessor petitori praestare oon debet: *l. 62. D. de rei vindic.* Nec amplius legata ad PERICVLVM heredum pertineant: *l. 11. §. 18. D. de legat. III.* Conuenit, quoad PERICVLVM vini sustineat: *l. 1. D. de peric. et commod.* Transit PERICVLVM ad eum, qui mutuam rogauit: *l. 9. §. vlt. D. de reb. cred.* Si venditor se PERICVLO subiecit: *l. 1. D. de peric. et commod.* PERICVLO liberatur venditor: *l. 1. §. 1. D. eod. tit.* Administrationis PERICVLVM ad tuam personam nequaquam spectare potest: *l. vlt. C. de peric. nomin. Lib. XI.* PERICVLO vos creationis non fecerunt obnoxios: *l. 1. C. eod. tit.* [Ad ipsius PERICVLVM is casus pertinet: *§. 3. Inst. de emt. vend.*] Euictionis PERICVLVM timere: *l. 19. C. de euict.* Ad legatarium litis PERICVLVM spectare iniquum est: *l. 8. D. de legat. III.* Placuit nominis PERICVLVM ad sororem pertinere: *l. 96. §. 2. D. de solut.* PERICVLVM nominum ad eum, cuius culpa deterius factum probari potest, pertinet: *l. 35. D. de reb. cred.* Nomina, quae deteriora facta sunt tempore curatoris, PERICVLVM ad ipsum pertinere: *l. vlt. §. 1. D. de administr. rer. ad ciuit.* Nec PERICVLVM nominum ad eum, qui sine culpa soluit, pertinebit: *l. 3. D. de condict. indeb.* Non idcirco nominum PERICVLVM ad heredem pertinebit: *l. 58. §. 1. D. ad SC. Trebell.* Nominum paternorum PERICVLVM praestare: *l. 39. D. de admin. et peric. tut.* Si suscipiat pupillus ceterorum nominum PERICVLVM: *l. 7. §. 6. D. eod. tit.* PERICVLVM eorum nominum, quae ipse contraxit: *l. 37. D. de negot. gest.* Hereditatem rogati restituere nominum PERICVLO, quae per diuisionem obtigerunt, non adstringuntur: *l. 77. §. 18. D. de legat. II.* Negligentiae tutorum PERICVLO nominum adscripto: *l. 39. §. 14. D. de admin. et peric. tut.* Nominati successoris PERICVLVM fideiussorem nominantis non tenet: *l. 17. §. vlt. D. ad municip.* [Varietate status non mutabitur PERICVLI caussa: *l. 19 §. 1. D. de instit. act.*] Plebeii filiifam. PERICVLO eius, qui nominauerit, tenebuntur: *l. 14. §. 4. D. de muner. et honor.* Praeteriti temporis PERICVLVM: *l. 39. §. 6. D. de administr. et peric.* PERICVLO eius temporis, quod ignorante te transmissum est, oon teneberis: *l. 5. C. de peric. tut.* Si quis tutor non sit, PERICVLVM tamen tutelae ad eum pertineat: *l. 60. D. de rit. nupt.* Si propter alterius personam PERICVLVM ad tutorem pertineat: *ibid.* Ne in vna tutela duplex PERICVLVM sustineret: *l. 38. D. de tutor. et curat.* Si tutor cessauerit in distractione earum rerum, quae tempore depereunt, suum PERICVLVM facit: *l. 7. D. de admin. et peric. tut.* Qui datus est simpliciter tutor pupillo vel curator, si quid postea augmenti accesserit, PERICVLO tenetur: *l. 9. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 3. [Aliquando haec vox notat *periculum* culposum, excluso damno fatali, vt in *l. 14. §. vlt. D. de furt.*] ¶. 4. PERICVLO alicuius res esse dicitur, quum damnum detrimentumue, quodcumque incidere possit, ad eum respicit. Is cuius PERICVLO res est: *l. 18. D. de damn. infect.* Ii, quorum res PERICVLO fuerunt: *l. 47. §. vlt. D. fam. ercisc.* Qui PERICVLO suo rem habuit: *l. 4. D. de rebus cred.* Si tibi rem PERICVLO tuo vtendam commodauero: *l. 21. D. commod.* Emtor hereditatis rem a possessoribus sumtu ac PERICVLO suo persequi debet: *l. 1. C. de euiction.* Suis impensis et PERICVLO rem restitui: *l. 11. D. de rei vind.* Hoc depositum PERICVLO est eius, qui suscepit: *l. 4. D. de reb. credit.* Pecuniam PERICVLO eius fore, qui accepisset argentum: *l. 34. D. mandat.* Quamuis ipsius PERICVLO numi fuerint: ibid. Quum pecunia PERICVLO dantis foeneretur: *l. 62. D. de rei vindic.* Si quis, PERICVLO crede, dicat: *l. 12. §. 13. D. mand.* Si pecuniam suam PERICVLO suo credidisset: *l. 10. §. 8. D. eod. tit.* Plaut. *Poenul. Act. IV. scen. 2.* Possessor hereditatis suo PERICVLO male argentario credidit: *l. 18. D. de hered. petit.* Peto des fratri numos fide et PERICVLO meo: *l. 24. D. de fideiuss.* Vasa vtenda communi PERICVLO dedi: *l. 21. D. commod.* Actiones PERICVLO tuo tibi praestare debebo, vt omne lucrum ac dispendium te sequatur: *l. 31. D. de action. emt.* Qui suo PERICVLO velit adiri hereditatem: *l. 71. D. ad SC. Trebell.* Ita vt tutores adiutorem tutelae suo PERICVLO constituant: *l. 13. D. de tutel.* Si paratus sit suo PERICVLO conuenire alterum: *l. 7. D. commod.* Vt suo PERICVLO confideiussores conueniantur in parte: *l. 10. D. de fideiuss.* Exactionem nominum PERICVLO suo facere: *l. 35. D. de admin. et peric. tut.* Fideiussores, quos magistratus suo PERICVLO nominant: *l. 17. §. vlt. D. ad municip.* [Is, cuius PERICVLO pecunia publica aut sacra fuit: *l. 9. §. 2. D. ad leg. Iul. pecul.* id est cuius curae et administrationi commissa fuit.] Quod mihi debebas, a debitore stipulatus sum PERICVLO tuo: *l. 45. §.*

7. D. mandati. Plaut. *Perf. Act. IV. scen. 3.*

Ac suo PERICVLO *is emat, qui eam mercabitur,*
Mancipio neque promittet, neque quisquam dabit.

Cicer. *Lib. IV. Academic. Quaest. Cap. 25. Semper auctorem habes, et eum, qui* PERICVLO *suo caussam agat.* Apulei. *Lib. IV. de Asin. aur. p. 145. Ea tu bona certe meo* PERICVLO *dixeris.* Qood genus loquendi idem quoque vsurpat *in Lib. de Deo Socrat.* ¶. 5. PERICVLVM etiam pro indice et Breui seu libello, vnde sententias recitare solebant iudices. *rubr. C. de sentent. ex periculo recit.* De PERICVLO vero, ex quo recitatae sententiae, mirum est sententiarum diuortium. *Pariculum* malunt Sirmond. *Antirrhet. II. Cap. XI.* Desid. Herald. *Obseru. Cap. L.* et *Animadu. ad Ius Attic. II, 7, 4.* et Grot. *in Flor. Sparf. ad Cod. Iustin. VII, 44.* ob codicis manuscripti auctoritatem, in quo ita scriptum repetit Sirmondus. Contra alii *breuiculum* reponunt, coniectura paullo audaciore, veluti Alciat. *Dispunct. I, 21.* Perrenon. *Animaduers. II, 17.* Ferrand. Adduens. *Explic. Lib. II. p. 575. Tom. II. Thesaur. iur. ciu.* At, quidni retineas PERICVLVM, quod habet Cornel. Nepos *Epaminond. Cap. VIII.* Sunt, qui ibi substituunt *sepulcrum*, sed ex coniectura, vt opinor, quia apud Appianum legerunt: *κατὰ τὸν τάφον.* Quasi vero semper inter historicos conueniat, maxime in eiusmodi *περιστάσεων* genere. Eodem vocabulo vsus est Codicis Theodos. auctor. *in rubr. et l. 2. de sentent. ex peric. recit.* mirumque esset, casu accidisse, vt in vtrumque Codicem idem vitium irreperet. Add. V. C. Eu. Otton. *praef. Tom. II. Thes. Iur. p. XX. sequ.* HEIN.

PERIMERE, siue vt apud iuris Romani auctores frequentius legitur, PEREMERE, est consumere, exstinguere, tollere. [Scipio quidem Gentilis in Origin. voce *Peremtorium edictum* hanc vocem *prohibere*, Menagius vero *Amoenit. iur. ciuil. Cap. 39. tollere*, quod significantius est, interpretatur.] Altera actio alteram PEREMIT: *l. 34. §. vlt. D. de oblig. et action.* Solutio prior non PEREMIT alteram actionem: *l. 66. §. 1. D. de legat. II.* Vox pacisci foadentis praesidis actionem PEREMERE minime potuit: *l. 7. C. de sent. et interloqu.* Sicut acceptilatio in diem praecedentes PEREMIT actiones, ita et confusio: *l. 75. D. de solut.* Si dilatio actionem sit PEREMTVRA: *l. 1. D. de feriis et dil.* Non caussam vllam interloquutiones plerumque PEREMVNT: *l. 9. C. de sent. et interloqu.* Quod PEREMERET disceptationem: *l. 7a. D. de iudic.* Quidquid inciderit, quod donationem aut PEREMAT, aut confirmet: *l. 20. D. de donat. inter vir. et vxor.* Si permutatio nominum non PEREMERET vel minueret fideicommissum: *l. 64. D. de legat. III.* Naturalis ratio ciuilia iura PEREMERE non potuit: *§. 11. Inst. de hered. quae ab intest.* Demonstratio falsa legatum non PEREMIT: *l. 40. §. 4. D. de condit. et demonstr.* Non PEREMIT legatum, sed extenuat. *l. 11. D. de adim. legat.* Conditio aut PEREMIT obligationem, aut omnino non differt: *l. 100. D. de verb. oblig.* Nec potest reperiri quae obligatio, quam reus PEREMAT: *l. 5. D. de fideiuss.* Nouata debiti obligatio pignus PEREMIT: *l. 11. D. de pignor. act.* Partem stipulationis PEREMIT: *l. 17. D. de acceptil.* Capitis minutio eum demum vsumfructum PEREMIT, qui iam constitutus est: *l. 1. §. vlt. D. quib. mod. vsusfr.* Noxae deditio iure non PEREMIT vsumfructum: *l. 17. §. 2. D. de vsufr.* ¶. 2. PERIMI, vel PEREMI dicitur, quod intercidit, consumitur, exstinguitur, perit. Actio PEREMITVR: *l. 29. D. de iure fisc.* Furti actio PEREMITVR: *l. 52. §. 27. D. de furt.* Noxae deditione ceteris noxalem actionem PEREMI: *l. 1. D. si ex noxal. causs.* Vt quom alterutra actione rem seruauerim, altera PEREMATVR: *l. 35. §. vlt. D. locat.* De peculio actione PEREMI de in rem verso actionem: *l. 1. D. de in rem vers.* Actio PEREMTA eo, quod ductus seruus in bonis eius esse coepit: *l. 2. D. si ex nox. causs.* Actio PEREMTA: *l. 76. D. de solut.* Neque ad exhibendum actio PEREMTA est: *l. 3. C. ad exhib* Tutelae actio PEREMTA est: *l. 1. §. 21. D. de tutel. et rat. distr.* Neque tibi aduersus tuum debitorem, neque ipsi aduersus suam actionem PEREMTAM: *l. 51. D. de pact.* Sola capitis caussa PEREMITVR, bonorum remanente quaestione: *l. 3. C. si pend. adpell.* Pignoris caussam nec vsucapione PEREMI placuit: *l. 1. §. 2. D. de pignor.* Vt PEREMATVR communio, non vt augeatur difficultas communionis: *l. 8. §. vlt. D. de reb. cor.* Condictio PEREMITVR: *l. 22. D. rat. rem hab.* Non solum PEREMTI corporis aestimationem habendam esse: *§. 10. Inst. ad leg. Aquill.* id est, interemti. Quidquid praeterea PEREMTO eo corpore, damnum nobis adlatum fuerit: *ibid.* Eligendi facultatem non esse poena PEREMTAM: *l. 77. §. 4. D. de legat. II.* PEREMTO primo gradu testamenti: *l. 3. §. vlt. D. de lib. et postum.* [vbi PEREMTVS *gradus* dicitur, qui non valuit, et nullius momenti fuit, *l. 43. §. 2. D. de vulg. et pupill. subst.*] Ipso iure PEREMI, quod inductum esset: *l. 3. D. de his, quae in test. del.* PEREMTO integro: *l. vlt. D. famil. ercisc.* Ius possessionis non videri PEREMTVM: *l. 44 D. de adquir. poss.* Vtiliter libertas data facto heredis non PEREMITVR: *l. 39. D. de manum. testam.* Si nauis naufragio PEREMTA est: *l. 36. §. vlt. D. de rei vind.* PEREMTA nauis videtur, quae resoluta est, et intercidit, tabulis omnibus refixis ea mente, vt in alium vsum destinarentur: *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.* Obligatio fideiussoria PEREMITVR: *l. 14. D. de fideiuss.* In fideiussore et reo principali constitit, alteram obligationem ab altera PEREMI: *l. 13. D. de duob. reis.* Vnius acceptilatione PEREMI vtriusque obligationem: *l. 31. §. vlt. D. de nouat.* Capitis deminutione PEREMVNTVR obligationes: *l. 3. D. vnde cognat.* Praescriptio et negotii quaestio PEREMITVR: *l. 10. D. de diuers. temp. praescript.* Sobrino agnato constituto, et capitis deminutione PEREMTO: *l. 2. C. commun. de success.* Confestim PERIMITVR stipulatio: *l. 98. D. de verb. obligat.* Iudicio coepto vsurarum stipulatio non est PEREMTA: *l. 1. C. de iudic.*

PERINDE, aeque, non secus, similiter. PERINDE ac si: *l. 29. D. de noxal. act. l. 46. §. 6. D. de admin. et peric. tut. §. 3. Inst. quib. mod.*

mod. testam. infirm. [*l. 22. §. 1. D. de fideic. libert.*] PERINDE atque: *l. 18. l. 24. D. si quis omiss. causs. test.* PERINDE haberi, ac si nihil promisisset: *l. 5. §. 4. D. de donat. int. vir. et uxor.* PERINDE habendum atque si: *l. 44. D. de damn. infect.* PERINDE atque si: Vlpian. *Tit. II. Regul. §. 5.* [*l. 17. §. 2. D. de furt. l. 2. D. de natal. restit. l. 25. §. 2. D. de liber. caussa.*] PERINDE quasi: *l. 51. D. de action. emt. l. 32. D. ad SC. Trebell.*

ΠΕΡΙΟΔΕΥΤΑΙ medici, id est, circulatores. *l. 6. §. 1. D. de excusat.* de quibus vid. Vlr. Huber. *Lib. III. Digression. Iustinian. Cap. 23.* et Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXV.*] Recte Menagius per medicos περιοδευτὰς non intelligit circumforaneos agyrtas et aretalogos, sed medicos clinicos, qui vicatim visunt aegrotos. Recte etiam huc refert. *presbyteros* περιοδευτὰς, quorum mentio fit in *l. 42. §. 9. C. de Episcop. et cler.* Sed eadem iam obseruauerunt Coler. *Parerg. Cap. XII.* et Petennon. *Animadu. Lib. I. Cap. 29.* quos mirum esset, si non viderit Menagius. HEIN.

PERIRE dicitur, quod in rerum natura esse desinit, quod rebus humanis subducitur ac subtrahitur, quod intercidit. Ac primo quidem de rebus animalibus dicitur. Cum pubere filio mater naufragio PERIIT: *l. 22. D. de reb. dub.* Mulier naufragio cum filio aniculo PERIIT: *l. 26. D. de pact. dotal.* Si filius naufragio, vel ruina, vel adgressu, vel quo alio modo simul cum patre perierit: *l. 17. §. 7. D. ad SC. Trebell.* Duo impuberes simul in naue PERIERVNT: *l. 9. D. de reb. dub.* Quum bello pater cum filio PERISSET: *ibid.* Si amatorio poculo mulier aut homo PERIERIT: *l. 38. §. 5. D. de poen.* Quia ex alio vulnere PERIIT: *l. 11. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Si seruus lapidario commodatus sub machina PERIERIT: *l. 5. §. 7. D. commod.* Si apud alterum bos PERIIT: *l. 17. §. 3. D. de praescript. verb. §. 1. Inst. locat.* Si ideo pecus inclusit, ne pascatur, et vt fame PERIRET: *l. 2. §. 20. D. de vi bonor. rapt.* Si pecus incendio PERIERIT: *l. 52. §. 13. D. pro socio.*

¶. 2. PERIRE autem dicuntur non res modo animales, sed et quae anima carent, et sic PERIRE est exstingui, intercidere, euanescere. Et ita PERIRE dicitur argentum: *l. 20. §. vlt. D. de praescript. verb.* Frumentum: *l. 3. §. D. de incend. ruin. naufr.* Margarita: *l. 17. §. 1. D. eod. tit.* Nauis: *l. 6. D. de naut. foen. et l. 31. D. locati.* Pecunia: *l. 3. §. vlt. D. de in rem vers. l. 58. §. 1. D. pro socio.* Plurimum interest, PERITVRA collegerint, an quae seruari possint: *l. 4. D. de incend. ruin.* Vasa: *l. 22. D. de manum. testam.* Vestis: *l. 3. §. vlt. D. de in rem vers.* Si vestimenta PERIERVNT vi ignis: *l. 17. §. 4. D. de praescr. verb.*

¶. 3. PERIRE praeterea etiam dicitur, qood non qoidem interiit, sed furto vel alio casu abest, amissumque est, licet non exstinctum. Si res vendita per furtum PERIERIT: *l. 35. §. 4. D. de contrab. emt.* Si pecus latrocinio PERIERIT: *l. 52. §. 3. D. pro socio.* Materia emta si furto PERIISSET, postquam tradita esset: *l. 14. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend.* Si naufragio quid PERIIT: *l. 52. D. pro soc.* [Quum in caupona vel in naui res PERIIT: *l. vn. §. 3. D. furti aduers. naut.*]

¶. 4. PERIRE quoque iura dicuntur, id est, exstingui et euanescere. Sic PERIRE actionem dicimus: *l. 35. §. vlt. D. de negot. gest. l. 37. D. de iur. dot.* Omnes actiones, quae morte aut tempore PEREVNT: *l. 139. D. de reg. iur.* Si resistat, qui damnatus est, aduersus prouocationem, nec velit admitti eius adpellationem PERIRE festinans: *l. 6. D. de adpellat.* PERIT caussa: *l. 29. D. de iure fisc.* An legatum PERIISSET: *l. 112. D. de condit. et demonstr.* Quadrigae legatum equo postea mortuo PERIRE quidam credunt: *l. 65. §. 1. D. de legat. II.* id est, euanescere. De tempore, quo lis PERIT: *l. 2. D. de diuers. temp. praescr.* Dolo, cuius effectum est, vt lis temporibus legitimis transactis PEREAT: *l. 18. §. 4. D. de dolo malo.* Si non culpa legatarii lis PERIERIT: *l. 8. D. de legat. III.* PERIT priuilegium dotis et tutelae, si post diuortium dos in stipulationem deducatur: *l. 29. D. de nouation.* Res PERIBIT: *l. 91. D. de solution.* id est, obligatio. Si res tempore PERITVRA sit: *l. 1. D. de feriis.*

¶. 5. PERIRE *alicui* dicitur, quod eius damno et dispendio cedit, quod ei decedit ac detrahitur. Quod heres inde minuit, viro non PERIT: *l. 15. §. 5. D. ad leg. Falcid.* Mortes seruorum, et heredi PEREVNT: qoemadmodum ad heredis lucrum pertinent fructus: *l. 30. D. eod. tit.* Eodem modo PERIRE *dies* dicuntur patrono vel heredi, quibus operae non eduntur. PEREVNT patrono dies, quibus libertus ad reddendas operas e prouincia venit: *l. 20. §. vlt. D. de oper. libert.* Cui PEREANT dies, quibus aeger seruus fuit: *l. 7. D. de ann. legat.* PEREVNT patrono operae, quas libertus propter aduersam valetudinem praestare non potest: *l. 34. D. de oper. libert.*

PERITIA. Vt certi de PERITIA artis: *l. 1. D. de decret. ab ord. fac.* Si seruum disciplinis vel arte instituerit, fructuarius arte eius vel PERITIA vtetur: *l. 27. §. 2. D. de vsufr.* Placuerat, vt monumenta fierent opera et PERITIA Asiani: *l. 52. §. 7. D. pro socio.*

PERITVS, A, VM. Artifex adaliqoem modum PERITVS: *l. 19. §. 4. D. de Aedil. edict.* Aestatem incipere sic PERITIORES tradiderunt: *l. 1. §. 32. D. de aqua quotid.* Si rogauero, vt vestimenta apud me relinquas, vt PERITIORIBVS ostenderem: *l. 17. §. 4. D. de praescript. verb.* [Ne melioris conditionis sint stulti, quam PERITI: *l. 4. D. quod vi aut clam.* PERITVS, eloquens et doctus: *l. 2. §. 45. D. de orig. iur.* Ex his Trebatius PERITIOR Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius vtroque doctior.]

PERIVRIVM crimen est eius, qui fidem iurato datam fallit. Si postea PERIVRIVM fuerit adprobatum: *l. 21. D. de dolo malo.* De PERIVRIO, si sua pignora esse quis in instrumento iurauit, crimen stellionatus fit: *l. vlt. D. stellion.* De PERIVRIO quaeri: *l. vlt. D. de in lit. iur.* Nec praeiodicium PERIVRIO alterius fiet: *l. 28. §. vlt. D. de iureiur.* [Qui falsa testimonio protulerit, de PERIVRIO conuenitur: *l. 13. C. de testib.* Dignitate, qua se per suum videlicet PERIVRIVM indignos

gnos esse probauerint, spolientur: *l. pen. C. de dignit. Lib. XII. tit.* 1. PERIVRII poena: *l.* 22. *D. de dolo mal.* Augeri magis nostram rempoblicam, et multis hominibus legitime progenitis frequentari, quam impiis PERIVRIIS adfici volumus: quum satis esse inhumanum videatur, per leges, quae PERIVRIA puniunt, viam PERIVRIIS aperiri; *l. 2. in fin. C. de indict. viduit.* Facessant ergo, qui poenam nullam Romaoo iure PERIVRIO positam, tam secure adhuc adseruerunt, indeque calumniandi illud occasionem arripuerunt. Add. *l. 13. §. 6. D. de iureiur. l. 41. C. de transact.* et Iac. Gotbofred. *in not. ad* Tertullian. *ad Nation. Lib. I. Cap. 14. p. 107*] PERIVRII quidem, si per Deum iuratum sit, nullam esse poenam legibus Romanis proditam, sed vindictam eius Deo relictam esse, existimat Cuiac. *Lib. II. Obseru. Cap. 19.* Si tamen per principem peieratum sit, fustibus castigari periurus iubetur *l. 13. §. vlt. D. de iureiur.* Cui legi, quomodo concilianda sit *l. 2. C. de reb. cred.* docet laudatus Cuiac. *Lib. VIII. Obseru. Cap. 7.* Add. Reinold. *Var. I, 14. p. 109. sequ.* HEIN.

PERLATOR. [Sed si quid forsitan vrgere coeperit, referri ad Celsitudinem tuam statuimus, et auctore te fieri, et eo PERLATORE ferri ad scientiam nostram. Ita non abs re legendum in *l. 8. C. Theod. de extraord. siue sordid. muner. Lib. XI. tit. 16.* videtur Iac. Gothofredo, quum antea legeretur *persolutore*, et Cod. Iustinianeus in *l. 8. D. de excusat. artific. Lib. X. tit. 47.* Rara est alias vox *Perlatoris*, et veteribus vix vsurpata, quamquam lator passim reperiatur. Sed illa tamen vtitur Symmach. *Lib. V. Epist. 30. extrem. Et* PERLATORI *talium litterarum benignus arride.*]

PERLVSORIVS, pro *prolusorius.* Si PERLVSORIO iudicio actum sit aduersus testamentum: *l. 14 D. de adpellat.* Ita legitur Florentiae, qoum Haloandr. habeat *prolusorio*, atque sic etiam Budaeus legi iubeat, qui interpretatur caussam praeiudicislem. Nihil hic motat V. C. Car. Andr. Dukerus *de Latin. vet. iurisc. p. 409.* quem PERLVSORIVM *iudicium* per *collusorium* ex ipsa *l. 14. D. de adpell.* exponentem merito sequimur. HEIN.

PERMANERE est perseuerare, durare. Natura debitor PERMANET: *l. 60. D. de condict. indeb.* Obligatus PERMANET: *l. 1. §. 2. D. de oblig. et action.* Si socii vna bonorum meorum PERMANSERINT: *l. 4. D. de condit. instit.* Si noxam commisit, nec PERMANET: *l. 17. §. 17. D. de Aedil. edict.* Si in potestate PERMANSISSET: *l. 5. D. si tab. test. null. exstab.* Si donator in eadem PERMANSERIT voluntate: *l. 15. D. de manum.* Si maritus vsque ad finem vitae in eadem voluntate PERMANSIT: *l. 1. C. de donat. int. vir. et vxor.* Si serua et seruus in eadem coniunctione PERMANSERINT: *l. 39. D. de iur. dot.* Quae in hereditaria caussa PERMANENT: *l. 5. §. 1. D. vt legat.* Libera peculii sdministratio oon PERMANET in fugitiuo: *l. 48. D. de pecul.* Quo minus in diem vitae oostrae matrimonium PERMANEAT: *l. 57. D. de donat. inter vir. et vxor.* Pignus in bonis debitoris PERMANERE: *l. 8. C. de pignor. act.* Praedia in dominio mariti PERMANSISSE palam est; *l. 8. C. de praed. minor.* Quo tempore societas inter eos PERMANSIT: *l. 16. §. vlt. D. de alim. et cibar. legat.* Quamdiu res in eodem statu PERMANEBIT: *l. 20. D. quod vi aut clam.* Palam est, rem tuam PERMANERE: *l. 7. §. 2. D. de adquir. rer. domin.* Res dominorum PERMANENT: *l. 9. §. vlt. D. eod. tit.* Testamentum, quod per aes et libram fiebat, licet diutius PERMANSIT: *§. 1. Inst. de testam.* Donec vsusfructus PERMANET: *l. 15. §. vlt. D. de vsu et vsufr. leg.* In futurum tempus PERMANERE factum demonstrat; *l. 18. D. iudic. solu.*

PERMILITARE. Si Tribunus in cohortibus praetoriis PERMILITAVERIT: *l. 9. D. de excusat.* [Si quis in cohortibus vrbanis PERMILITAVIT: *l. 8. §. 9. D. eod. tit.*]

PERMISCERE, id est, commiscere. PERMISCERI caussas possessionis et vsusfructus non oportet: *l. 52. D. de adquir. possess.* Legata, quae ab instituto extero data sunt, PERMISCERI ceteris non oportere: *l. 11. §. 7. D. ad leg. Falcid.* Damna, quae violentia PERMIXTA sunt: *l. 2. §. 9. D. de vi bon. rapt.*

PERMISSVS, VS, pro permissione. PERMISSV creditoris: *l. 8. §. 7. D. quib. mod. pign.* Quamois talia fieri sine PERMISSV eorum, quibus permittendi vis est, non debeant: *l. 3. §. 4. D. de sepulcr. viol.* PERMISSV meo: *l. 106. D. de solut.* Sine PERMISSV meo, ait Praetor: *l. 4. D. de in ius voc.* Si quis dolo malo fecerit, quo minus quis PERMISSV meo in possessionem bonorum sit: *l. 1. D. ne vis fiat ei.* Dos, quam alias PERMISSV mulieris stipulatus est: *l. 63. D. de iur. dot.* Si pupillos dedit pignori ex PERMISSV praetoris: *l. 7. §. 1. D. de reb. eor.* Citra PERMISSVM praetoris: *l. 15. §. vlt. D. de re iudic.* Sine PERMISSV praetoris: *l. 7. §. vlt. D. de iur. delib.* Qui PERMISSV praetoris ab accusatione destitit; *l. 13. D. ad SC. Turpill.* Quum ex PERMISSV principis adpellatio recepta sit: *l. 57. §. vlt. D. de admin. et peric. tutor.* Ex prooincia in prouinciam traosduci damoatos sioe PERMISSV principis noo licere: *l. 31. D. de poen.* Neque muri, neque portae habitari sine PERMISSV principis possont: *l. vlt. D. ne quid in loc. sacr.* Sine PERMISSV principis aqua per viam publicam duci non potest: *l. 18. §. vlt. de aqu. et aquae pluu.* Quos praetor prohibet sine PERMISSV suo vocari: *l. 26. §. 2. D. ex quib. causs. maior.* Vnius PERMISSV id fecero: *l. 17. D. de iniur.*

PERMITTERE est concedere, sinere. Legis virtus haec est: imperare, vetare, PERMITTERE: *l. 7. D. de legib.* Si lex municipalis PERMITTET in ciuitate sepeliri; *l. 3. §. 5. D. de sepulcr. viol.* Vim vi defendere omnes leges et omoia iura PERMITTVNT: *l. 45. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Quod leges fieri PERMITTVNT:

TVNT; *l. 35. D. de verb. obligat.* Praetor PERMITTIT: *l. 12. D. quib. ex cauff. in poffeff. eat. l. 5. §. 1. D. vt legat. feu fideic.* Ait praetor: Interdum cauffa cognita in factum actionem PERMITTAM: *l. 10. D. quae in fraud.* Aquam praetoris edictum non PERMITTIT ducere: *l. 4. C. de feruit.* [Creditor, qui PERMITTIT rem venire: *l. 158. D. de reg. iur.* id eft, expreffe confentit] Eodem modo PERMITTI dicitur, quod iure, lege vel a principe conceditur. Sic: PERMITTITVR aquam ex caftello vel ex riuo ducere: *l. 1. §. 41. D. de aqu. quotid.* Collegia vel corpora, quibus ius coeundi lege PERMISSVM eft; *l. 5. §. 12. D. de iure immun.* PERMITTITVR praetoris edicto: *l. 3. §. 3. D. iudic. folu.* Cauffa cognita PERMITTI oportebit: *l. 8. D. quib. ex cauff. in poffeff.* PERMITTENDVM per edictum: *l. vlt. D. de cloac.* PERMITTITVR accufatio; *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult.* Liberto accufare PERMITTENDVM eft: *l. 38. §. 9. D. eod. tit.* Cui alienatio interdicitur, PERMITTI actiones exercere: *l. 7. D. de iur. delib.* Cuilibet PERMITTENDVM eft petere: *l. 1. D. de loc. et itiner.* Marito PERMITTITVR occidere; *l. 24. D. ad leg. Iul. de adult.* [Non enim maiori XX. annis PERMITTI manumittere, fed minorem manumittere vetari; *l. 1. D. de manumiff.*] Filiofam. PERMISSA rerum adminiftratio: *l. 4. §. vlt. D. de caftr. pecul.* Si minori adminiftratio rei propriae PERMISSA eft: *l. 5. C. de temp. in integr. reft.* PERMISSA adminiftratione peculii: *l. 84. D. de folut.* ☞ Singolaris eft loquendi ratio, quam vfurpat Tryphoninus, in *l. 41. §. vlt. D. de teftam. mil.* vbi: PERMITTITVR, ait, *militem filio facere teftamentum*, pro *militi*; quam tamen erudite defendit V. C. Car. Andr. Duker. *de Latin. vet. iurisc. p. 355.* HEIN. Cui a parente, maioreue parte tutorum, eorumque, cuius ea iurisdictio fuit, tutela PERMISSA erit: *l. 3. §. 5. D. iudic. folu.* [Eorum, in quos animaduertitur, corpora non aliter fepeliuntur, quam fi fuerit petitum et PERMISSVM; et nonnumquam non PERMITTITVR: *l. 1. D. de cadau. punit.*] ¶. 2. [PERMITTERE, pro perimere, feu remittere, in *l. 3. D. de publ. iudic.*] ☞ Promifcue accipi PERMITTERE et *remittere* obferuarunt Cuiac. *Lib. XXI. Obferu. Cap. 29.* et Ioft. Lipf. *ad Tacit. Lib. I. Annal. p. 19.* Exempla fimilia funt in *l. 37. D. de pact. l. 6. §. vlt. D. de iure patron. l. 2. C. de prec. Imp. offer.* Gell. *Lib. I. Noct. Attic. Cap. 3.* HEIN.

PERMVTARE dicuntur, qui res, quarum domini funt, inuicem mutant, vltro citroque dando et accipiendo. Olim vnusquisque fecundum neceffitatem temporum ac rerum vtilibus inutilia PERMVTABAT: *l. 1. princ. D. de contrah. emt.* Si pro libero homine res PERMVTATA fuerit: *l. 4. D. de leg. Fab. plagiar.* Qui rem PERMVTATAM accepit, emtoris fimilis eft: *l. vlt. D. quib. ex cauff. in poffeff.* Quod inde comparatum eft, vice PERMVTATI dominii reftituetur: *l. 71. D. de legat. II.*
¶. 2. PERMVTARE pro mutare, vel commutare. Statim vt de his, qui ex cauffa in metallum damnati funt, fententia dicta eft, conditionem fuam PERMVTANT: *l. 10. § 1. D. de poen.* Redemtor ex voluntate locatoris, quaedam in opere PERMVTAVERAT. *l. 60. §. 3. D. locat.* Qui fententiam dixit, referre ad principem debet, vt ex auctoritate eius poena PERMVTETVR: *l. 9. §. 11. D. de poen.* ¶. 3. PERMVTARE etiam eft aliud pro alio dare. Sic: fi pallium fullo PERMVTAVERIT, et alii alterius dederit: *l. 13. §. 6. D. locat.* Eodem fenfu *permutationem facere* dixit Alfenus, *l. 31. D. locat.* Non potuiffe nos *permutationem facere*, id eft, non potuiffe alteri reddere alterius frumentum. HEIN.
¶. 4. PERMVTARE pro alternare. Conuenit, vt PERMVTATIS inter fe temporibus aqua vterentur: *l. 5. D. de aqu. quotid.*

PERMVTATIO eft, quum res pro re, corpus pro corpore datur. Si pecuniam dem, vt rem accipiam, emtio venditio eft; fin autem rem do, vt rem accipiam, non placet PERMVTATIONEM rerum emtionem effe: *l. 5. D. de praefcr. verb.* PERMVTATIO nominum: *l. 64. D. de legat. III.* Quum PERMVTATIO rerum difcernens communionem interueniet: *l. 77. §. 4. D. de legat. II.* Corpora numorum PERMVTATIONEM non recipiunt: *l. 51. D. de legat. I.* [PERMVTATIO officiorum prohibita: *l. vlt. in fin. C. de proxim facr. fcrin. Lib. XII. tit. 19.*] ¶. 2. PERMVTATIO pro mutatione. Status PERMVTATIO: *l. 1. D. de capit. min.*

[PERNECESSARIVS, A, VM. Neque enim captus eft emendo fibi rem PERNECESSARIAM: *l. 11. §. 4. D. de minor.*]

PERNICIANVM Senatusconfultum. Ita vocatur ab Vlpiano *Tit. XVI. Regul. §. 3.* vid. PERSICIANVM.

PERNICIES, damnum, exitium, peftis. Fructuarius non debet quidquam facere in PERNICIEM proprietatis: *l. 13. §. 4. D. de vfufruct.* [Ne in PERNICIEM mariti mulier punita fit: *l. 36 D. folut. matrim.* PERNICIES exfecranda delatorum: *l. 2. C. Th. de petit. et vltro dat. Lib. X. tit. 10.* PERNICIEM haereticis, prohibitos conuentus agentibus, minantur Imperatores, in *l. 4. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* id eft, exitium.]

PERNICIOSE. Plerumque fub auctoritate iuris fcientiae PERNICIOSE erratur: *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.* Si tutor PERNICIOSE egit pupillo: *l. 3. §. 5. D. de fufp. tut.*

PERNICIOSVS, A, VM. Si tantus eft furor, ita PERNICIOSVS: *l. 22. §. 7. D. folut. matrim.*

PERNOCTARE extra vrbem intelligendus eft, qui nulla parte noctis in vrbe eft. Per enim totam noctem fignificat: *l. 166. §. vlt. D. de verb. fignif.*

PERNVMERARE. Res hereditarias PERNVMERARE et heredi adfignare: *l. 1. D. de ventre in poffeff. mitt.*

PER-

PERORARE caussam vel negotium est caussam orare, vel agere, quod est aduocatorum. [Operam dantes negotiis PERORANDIS: *l. 46. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

¶. 2. Alias PERORARE caussam est peragere, ad finem deducere. Qui caussam PERORARI vsque ad sententiam effecit: *l. 14. §. 8. D. de bon. libert.* Si caussa PERORATA, absolutio sequuta fuerit: *l. 6. D. de quaestion.* [PERORARE negotium incognitum: *l. vn. C. Theod. si pend. adpell. Lib. XI. tit. 35.* Intra duos menses negotia PERORENTVR: *l. 19. C. Th. de adpellat. et consult. Lib. XI. tit. 30.* Si eius dissimulatione actum esse constiterit, quo minus negotia PERORENTVR: *l. 64. C. Th. eod. tit.*]

PERPENDERE est examinare. Testimonii fidem PERPENDERE: *l. 13. D de testib.* Aestimandum erit arbitro, et PERPENDENDVM, quo animo sumtus factus sit: *l. 14. §. 7. D. de religios. et sumt. funer.* PERPENDENDVM erit praetori, cui potius subueniat: *l. 13. D. de minorib.* PERPENSO iudicio, prout quaeque expostulat, statuendum est; *l. 11. pr. D. de poen.* Si falsis ac notoriis insimulatus sit, PERPENSO iudicio dispici debet: *l. 7. C. de accusat.* [Nec cuiquam liceat haec PERPENSA vllo pacto conuellere: *l. 1. C. Th. de frum. vrb. Constantinop. Lib. XVI. tit. 15.* PERPENSA cura statuimus: *l. 29 pr. C. Th. de annon. et trib. Lib. XI. tit. 1.* PERPENSO prospeximus studio: *l. 5. C. Theod. de suscept. Lib. XII. tit. 6.* PERPENSA deliberatione duximus sanciendum: *l. 1. C. de metallar. et metall. Lib. XI. tit. 6.* quae est *l. 3. C. Th. eod. tit. Lib. X. tit. 19.* PERPENSAE longa deliberatione constitutiones: *l. 2. C. Th. de const. princ. Lib. I. tit. 1.* vbi vid. Iac. Gothofred. *in Comment.*] Mulier, cuius praetor PERPENSAM voluntatem intellexerit: *l. 1. §. 7. D. de suspect. tutor. §. 3 Inst. eod. tit.* Quo tamen posteriore loco aliae editiones habent *propensam*, quemadmodum et Theophilus legisse videtur; εἰ δὲ καί τις ἑτέρα γυνή, ἧς ὁ πραίτωρ ὁρᾷ τὴν γνώμην ῥέπουσαν εἰς τὸ εὐσεβεῖν. *Sed si qua alia mulier fuerit, quam praetor pietatis studia eo venire viderit.* HEIN.

PERPERAM, id est, male; atque ita PERPERAM et *recte* opponuntur. Quum procurator recte petit, dominus PERPERAM: *l. 22. §. 4. D. rem rat. haberi.* Siue recte pronunciatum sit, siue PERPERAM: *l. 8. §. 4. D. si seruit. vindic.* Iudex si PERPERAM iudicasset: *l. 62. D. de re iudic.* id est, per iniuriam. Si ab iudice PERPERAM pro seruo iudicatum est; *l. 42. D. de liber. causs.* Qui pretio deprauatus aut gratia PERPERAM iudicauerit: *l. vlt. C. de poen. iudic.* Si quis, quum esset exheredatus pronunciatus, vel PERPERAM sit exheredatus: *l. 12. §. 3. D. de bon. libert.* Qui PERPERAM esset a praetore excusatus: *l. 11. §. 4. D de minor.* Quod dolo vel culpa tutoris in officio pupilli PERPERAM abstenti contractum est: *l. 18. D. de tutel. et ration. distrab.* Cessatio iniuncti PERPERAM officii: *l. 5. C. qui tutor.* PERPERAM ante diem agi: *l. 2. §. 6. D. de eo, quod certo loc. l. 4. D. de pact.* Id est, male, Quum in testamento ambigue aut PERPERAM scriptum est: *l. 24. D. de reb. dub.* [Mulieris naturalis pudor non omnibus PERPERAM sese manifestare concedit: *l. 14. C. de contrah. et committ. stipul.*] ¶. 2. PERPERAM alias est per errorem et imprudentiam. Si inconsulto errore lapsum patrem tuum PERPERAM venditioni consensum dedisse constiterit: *l. 1. C. si maior fact. alien.* Pecuniam PERPERAM falsus procurator accepit: *l. 80. §. 5. D. de furt.* Dotis PERPERAM a patre solutae praeceptionem desiderare: *l. 26. §. 1. D. de pact. dotal.* PERPERAM solutum: *l. 9. D. de pecun. constit. l. 40. D. de condict. indeb.* PERPERAM soluta repetuntur: Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 6. §. 92.* Legatorum PERPERAM solutorum repetitio non est: Vlpian. *Tit. XXIV. Regul §. vlt.* Quod legatum non sit ab herede tamen PERPERAM traditum: *l. 4. §. 2. D. pro suo.* Id quod PERPERAM est actum: *l. 2. C. si maior fact. alien.* Si PERPERAM confessus fuerit: *l. 5. D. de interrogat.* PERPERAM pronunciatus: *l. 12 § 3. D. de bon. libert.* Qua in significatione non nostri modo auctores id verbi vsurpant, sed et Cicero, qui *Lib. II. in Verr. Cap. 23.* ait: *saepe fieri, vt per imprudentiam PERPERAM iudicetur.* Hirtius *de bell. Hispan. Cap. 12.* *Qui capti*, inquit, *sunt tabellarii, qui a Corduba ad Pompeium missi erant*, PERPERAM*que nostra castra peruenerant.* Quibus ex locis adparet, ita quoque accipiendum esse, quod Varro scribit *Lib. III. de re rust. Cap. vlt.* *Ille flens narrat ab nescio quo percussum cultello concidisse, quem, qui esset, animaduertere in turba non potuisse, sed tantummodo exaudisse, vocem PERPERAM fecisse.* Sueton. *in Domit. Cap. XI.* *Quod enim comitiorum consularium die destinatum* PERPERAM *praeco non consulem ad populum, sed imperatorem pronunciasset.* PERPERAM accipere, id est, PERPERAM solutum accipere, *l. 80. §. 5. D. de furt.* Per fraudem vel dolum vel PERPERAM sine iudicio factis diuisionibus: *l. 3. C. commun. vtriusque iudic.*

[PERPES, pro perpetuus. PERPES auctoritas: *l. vlt. C. Th. de canon. frum. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 15.* PERPES firmitas: *l. 4. pr. C. Theod. de collat. donat. Lib. XI. tit. 20. et l. 2. §. 2. C. Th. si cert. pet. de suffrag.* Vbique *perpetua* substituit Iustinianus, *l. 3. C. Iust. de canon. frum. vrb. Rom. Lib. XI. tit. 22.* et *l. vn. §. 1. C. de suffrag.*]

[PERPETIM. Gesta translata in publica monumenta habere volumus PERPETIM voluntatem: *l. 55. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* Sed Iustinianeus Codex PERPETIM mutauit in *perpetuam*, *l. vlt. C. de re indic.*]

PERPETRARE. Qui sibi manus intulit, et non PERPETRAVIT: *l. vlt. §. 6. D. de bon. eor.* id est, factum non peregit, vt loquitur *l. 38. §. vlt. D. de poen.* Si in ingenuam personam tale facinus PERPETRETVR: *l. 1. §. 2. C. de rapt. virg.* Homicidium PERPETRATVM: *l. 4. C. ad leg. Iul. de adulter.*

PERPETVARE, est perpetuum facere.

cere, quod temporale erat. Cum facto suo reus principalis obligationem PERPETVAT: *l. 58. §. vlt. D. de fideiuss.* id est, perpetuam efficit, vt loquitur *l. 91. §. 4. D. de verb. obligat.* seu perpetuam facit, vt loquitur *l. 24. §. vlt. D. de vsur.* PERPETVARI dicuntur actiones, quae alioquin tempore periturae PERPETVAE fiunt, quod accidit litis contestatione. Litis contestatione temporales actiones PERPETVANTVR: *l. vlt. §. vlt. D. de fideiuss. tutor.* Temporales actiones per obligationem precum, et ad eas rescriptionem PERPETVANTVR: *l. vlt. C. quand. libell.* PERPETVARI dicuntur obligationes, quae ob culpam factumue debitoris vel litis contestatione perpetuae efficiuntur. Post litem contestatam PERPETVATVR aduersus eum obligatio: *l. 9. §. 3. D. de iureiur.* Quoties culpa interuenit debitoris, PERPETVARI obligationem: *l. 91. §. 3. D. de verb oblig.* Quin etiam quum procurator interpellauerit promissorem hominis, PERPETVAM facit stipulationem: *l. 24. §. vlt. D. de vsur.* PERPETVARI etiam poena dicitur, quae quum temporaria esset, perpetua efficitur. Si in decem annos damnatus sit, aut PERPETVARI ei debeat poena: *l. 8. §. 7. D. de poen.*

[PERPETVARIVS, A, VM. PERPETVARII fundi rei priuatae principis: *l. 14. C. Th. de tiron. Lib. VII. tit. 13.* Eos non alios esse, quam emphyteuticos siue emphyteuticarios, ostendit Iac. Gothofredus *in Comment. ad l. 12. C. Theod. de extraord. siue sordid. mun. Lib. XI. tit. 16.* Vocantur alias *fundi perpetui iuris*, *l. 10. C. de infirm. his, quae sub tyrann. Lib. XV. tit. 14.* *Praedia iure perpetuo consignata*, *l. 10. C. de excusat. muner. Lib. X. tit. 47.* *Fundi ad patrimonium principis pertinentes, qui perpetuo iure tenentur: l. 15. C. eod tit.* Possessores eorum dicuntur *iure perpetuo possidentes*, *l. 12. C. Th. de extraord siue sord. mun.* *Perpetuo iure retinentes*, *l. vlt. C. Th. de conlat. fund. patrim. et emphyt. Lib. XI. tit. 19.* et saepius PERPETVARII in *l. 5. C. de locat. praed. ciuil. vel fisc. Lib. XI. tit. 70.* ipsumque ius, quod possessores huiusmodi fundorum habent, *ius* PERPETVARIVM, hoc est, emphyteuticarium, *l. 1. C. de offic. Comit. sacr. palat.* Add. Alciat *Lib. I. Parerg. Cap. 37.* vbi et illud Senecae *in ἀποκολοκυντ. Claud. Caesar.* *Tu autem, qui plura loca calcasti, quam vllus mulio* PETPETVARIVS, huc refert, ibique *mulionem perpetuarium* interpretatur mercenarium, qui mulam veterinam conductam in perpetuum, dum vixerit, certo pretio habet, eaque vecturam facit. Sed aliter Gronouius *ad eum locum, n. 12.* et Barth. *Lib. XI. Aduersar. Cap. 37*]

[PERPETVO, id est, in *perpetuum* et in infinitum tempus. Haec actio PERPETVO competit: *l. 3. §. 1. D. de vi et vi arm.* Actio ista, quae in factum est, PERPETVO dabitur: *l. 17. §. 3. D. de damn. infect.* PERPETVO dabitur: *l. 4. §. vlt. D. de damn. infect.* Hoc interdictum PERPETVO datur: *l. 20. §. 6. D. de oper. nou. nunciat.* Si pater PERPETVO ciuiliter vt heres conuenietur: *l. 17. D. de castrensi pecul.* Atque hoc sensu verba haec a iuris auctoribus scripta erant, quae hodie ex principum constitutionibus non vltra tricennii spatium porriguntur. Quod ex naturali caussa fit, etsi non adsidue fit, PERPETVO tamen fieri existimatur: *l. 28. D. de seruit. praed. vrb.* An ad tempus fideicommissum, an PERPETVO praestari voluerit: *l. 6. D. de ann legat.* Serui, qui hoc animo a domino inducti essent, vt ibi PERPETVO essent, non temporis caussa adcommodarentur: *l. 32. D. de pignor.* Res, quas PERPETVO quis ibi habuerit, atque ita disposuit, vt PERPETVO haberet: *l. 35. §. 3. D. de hered. instit.* Praedia, quae PERPETVO quibusdam fruenda traduntur, id est, vt quamdiu pensio siue reditus pro his domino praestetur, neque ipsi conductori, neque heredi eius, cuius conductor heresue eius id praedium vendiderit, aut donauerit, auferre liceat: *§. 3. Inst. de locat.*

PERPETVVS, A, VM. PERPETVVM temporario aduersatur. Ita PERPETVAE *actiones* temporalibus opponuntur. PERPETVAE autem *actiones* olim dicebantur, quae perpetuo seu in infinitum competebant, quales erant rei persequutoriae, quae ex legibus, SCtis, aut ex sacris constitutionibus proficiscebantur, aliter atque eae, quae ex praetoris iurisdictione pendebant, quae plerumque annuae erant. Haec actio, quae competit de effusis et deiectis, PERPETVA est: *l. 5. §. 5. D. de his, qui effud. vel deiec.* Si PERPETVA actio esse coepit: *l. 17. D. quod met. causs.* PERPETVA in patrem etiam mortuo filio est actio: *l. 5. C. de SC. Macedon.* Atque ita in Pandectis accipere debemus, quod a iurisconsultis scriptum est, *perpetuo* seu *in* PERPETVM *actionem dari*, vt *l. 28. §. vlt. D. de dolo mal.* Idem etiam significat *in* PERPETVVM teneri, *l. 29. D. eod tit.* PERPETVAE autem erant olim actiones, seu PERPETVO competebant, heredique et in heredem dabantur actiones, quae rei persequutionem habebant. Vnde Vlpianus de Fauiana actione loquens: Haec actio, ait, in PERPETVVM datur, quia habet rei persequutionem: *l. 3. §. 1. D. si quid in fraud. patron.* Similiterque de actione damni infecti. Haec actio, ait Vlpianus, quum rei habeat persequutionem, et heredi et in heredem, et *perpetuo* dabitur: *l. 4. §. vlt. D. de damn. infect.* Haec actio, quae aduersus heredes ceterosque successores pertinet, *perpetuo* competit, quia in eo rei persequutio continetur: *l. 3. §. 1. D. de vi et vi arm.* Iudicati actio PERPETVA est, et rei persequutionem continet: *l. 6. §. vlt. D. de re iudic.* Hoc interdictum PERPETVVM est: *l. 3. §. vlt. D. de hom. lib. exhib. l. 20. §. 6 D. de oper. nou. nunciat. l. 2. § 34. D. ne quid in loc. publ. vel itin.* Haec iudicia, quamuis honoraria sint, tamen PERPETVA sunt: *l. vlt. §. vlt. D. naut. caup. stabul.* Eodemque sensu PERPETVAM obligationem accipe, in *l. 35. §. vlt. D. de negot. gest. l. 91. §. 4. D. de verb. oblig.* ex qua nimirum actio in PERPETVVM datur. Nec aliter PERPETVA stipulatio exaudienda est, *l. 24. §. vlt. D. de vsur.* ¶. 2. At nouo iure PERPETVAE actiones accipiuntur, quae vsque ad triginta vel quadraginta annos extenduntur. His enim temporum curriculis et cancellis omnes, tam in personam, quam in rem actiones tandem principalibus constitutionibus circumscriptae fuerunt. *princ. Inst. de perpet. et tempor. action. l. 3. et l. 4. C. de praescript. trig. vel quadrag. annor.* Proinde alia est hodie, atque olim fuit, verbi huius sententia.

Et

Et ideo hodie *in* PERPETVVM, prout et Iustinianus interpretatur, est vsqoe ad finem constitutionibus introductum. *princ. Inst. de perpet. et temp. act.* [Vnde etiam actio *perpetuo durare* dicitur, quae etiam post triginta annos et vsque ad annum quinquagesimum durat. *l. 1. iunct. l. 3. C. de aleator.*] PERPETVAE exceptiones et temporales opponuntur. *l. 3. D. de exception.* Io qua additur, PERPETVAS exceptioues, quae et *peremtoriae* vocantur, adpellari, quae semper locum habent, nec euitari possunt, qualis est doli mali, et rei iudicatae, et pacti conuenti perpetui. Similiterque Iustinianus alias esse PERPETVAS et *peremtorias* exceptiones, alias *temporales* et *dilatorias* tradens: PERPETVAE, ait, atque *peremtoriae* sunt, quae semper agentibus obstant, et semper rem, de qua agitur, perimunt, qualis est exceptio doli mali, et quod metus caussa factum est, et pacti conuenti, quum ita conuenetit, ne omnino pecunia peteretur. *§. 9. Inst. de except.* Exceptio PERPETVA pacti conuenti: *l. 5. C. de pact.* PERPETVA exceptio parit condictionem: *l. 26. §. 7. D. de condict. indeb.* Iusiurandum PERPETVAM exceptionem parit: *l. 40. D. de iureiur.* Qui PERPETVAM exceptionem habet: *l. 40. D. de condict. indeb.* Si per aliquam exceptionem PERPETVAM peti non poterat: *l. 26. §. 3. D. eod. tit.* Sine vlla exceptionis PERPETVAE remotione: *l. 10. D. de verb. signif.* Exceptione PERPETVA succurri ei, qui per vim expulsus post retinuit possessionem: *l. 5. C. de except.* Qui PERPETVA exceptione se tueri poterat: *l. 4. D. de condict. indeb. l. 13. D. de liber. legat. l. 34. §. vlt. D. de solution.* Si qoum exceptione aduersus te PERPETVA tutus esses: *l. 14. D. quod met. causs.* PERPETVA exceptiooe tuti sunt: *l. 9. §. 4. D. de SC. Maced.* ¶. 3. Notandae etiam, quae sequuntur, loquotiones sunt. PERPETVA aqua: *l. 1. §. 3. D. vt in flum. publ.* vbi temporali opponitur. Dotis caussa PERPETVA est: *l. 1. D. de iur. dot.* Quod leges fieri prohibent, si PERPETVAM caussam seruaturum est, cesset obligatio: *l. 35. D. de verb. obligat.* Quod dicitur: omnes seruitutes praediorum PERPETVAS caussas habere debere, *l. 28. D. de seruit. praed. vrb.* hunc seosum habeot: ita seruitutes constitutas comparatasque esse debere, vt res semper sit idonea ad seruitutis vsum: verbi gratia; ex aqua, quae arescit, et ex cisterna aquaeductus cedi non potest, quoniam caussam seu materiam PERPETVAM, id est, viuam et perennem aquam non habet, *l. 1. §. 3. D. de fonte.* At eius aquae, quae ex caelo cadit, in vicinum immittendae vtiliter constituitur seruitus, quoniam etsi ea adsidue non cadet, quum tamen ex osturali caussa cadat, perpetuo cadere intelligitur. Contra non PERPETVAM caussam habet, quod manu fit: *l. 28. D. de seruit. praed. vrban.* Siue PERPETVA conditio est, siue temporalis: *l. 10. C. locat.* PERPETVA consuetudo: *l. 6. D. quod cuiuscumque vniu. nom.* id est, semper obseruata, vt *l. 32. §. 6. D. de administr. et peric. tut.* Diuortium, quod animo PERPETVAM constituendi disseosionem fit: *l. 3. D. de diuort.* PERPETVVM edictum adpellatum est, quod ex annuis praetorum edictis, *perpetuae* iurisdictionis caussa propositis, iisque magna ex parte tralatitiis a Saluio Iuliano compositum et in ordinem digestum, titulisque distinctum, *perpetui* iuris vim vigoremque Hadriani Imperatoris auctoritate, oec non Senatusconsulti, quod super ea intercessit. auctoritate obtinuit. *l. 2. §. 18. C. de vet. iur. enucl.* qua de re plora vid. *Lib. V.* Nimirum PERPETVVM dicitur, non modo, quod fine caret, sed et, quod est continuum vel non interruptum, siue quod noo cessat, quamdiu durat. Tales sunt loquutiones veterum: *Palus perpetua*, Caes. *de bell. Gall. Lib. VII. Cap. 57.* *Biennium perpetuum*, Terent. *Hecyr. Act. I. scen. 2. v. 12.* et ibi Dnoat. *Perpetuae aedes*, Plaut. *Mostell. Act. I. sc. 2. v. 68.* *Perpetua* nox, Idem *Rudent. Act. II. scen. 3. v. 40.* Vnde intelligitur, qood iam ante Hadrianum lege Cornelia *perpetua* facta sint *edicta* praetorum, quum tamen his adhuc integrum fuerit, sub magistratus auspicia oona edicta proponere. Quia enim per annum mutari non amplius poterant edicta, vocabantur *perpetua.* Quod quum oon animaduerteret Iac. Menardus *in Not. ad Cic. Verrin. I. p. 103.* apud Ascon. Paedianum legendum putauit, *ex edictis suis propositis*, *pro ex edictis suis perpetuis.* Quin ex eodem huius notionis neglectu, *ante Hadriani tempora nusquam* EDICTI PERPETVI *vocem reperiri*, perperam scripsit Guil. Grotius *de vit. iurisconf. II, 6.* HEIN. PERPETVA excosatio temporali opponitur *l. 4. §. 1. D. de muner. et bonor.* Si quis in cohortibus vrbicis permilituit, PEEPETVAM habet a tutelis excusationem: *l. 8. D. de excusat.* Flumen PERPETVVM, id est, perenne et quod semper fluit. Ouid. *de Remed. Amor v. 651.*

Flumine PERPETVO *torrens solet altius ire.*

PERPETVVM corporis impedimentum temporali corporis imbecillitati opponitur. *l. 101. §. 2. D. de verb. signif.* Caupo vel stabolarius inhabitatores PERPETVOS quodammodo elegit, qui ooo reiicit: *l. 1. §. vlt. D. furti aduers. naut.* Si qois id, quod iurisdictionis PERPETVAE caussa, prout res inciderit, in albo propositum erit: *l. 7. D. de iurisd.* In integrum restitutio PERPETVA iurisdictione permittitur: *l. 2. C. de restitut. milit.* [PERPETVAE iurisdictionis caussa propositum, opponitur illi, qood proponi solet, prout res incidit; *l. 7. princ. D. de iurisd.*] PERPETVVM ius, id est, certum, et *in omnia tempora scriptum*, vt Quinctil. *Declam. CL.* Secundum ius PERPETVVM: *l. 3. D. de pignor. act.* [vbi Iulius Pacios edictum perpetuum intelligit] Iuxta PERPETVI iuris formam: *l. 5. C. de adpellat.* Annon facit dolo, qui iure PERPETVO vtitur: *l. 42. D. de action. emt.* Lacus PERPETVVS: *l. 23. §. 1. D. de seruit. praed. rustic.* id est, qui PEEPETVAM habet squam, vt *l. 1. §. 1. D. vt in flum. publ. nauig. lic.* PERPETVVM legatum: *l. 23. D. de annuis legat.* Quum Nilus ad PEEPETVAM sui mensuram redierit: *l. 1. §. 5. D. de flum.* PERPETVVS morbus, qui temporalis non est, qoi intermissionem non habet, sed rebus gerendis impedimento est. Morbus, qui PERPETVVS est, et qui tempore finitur, aduersantur, *l. vlt. §. 1. D. de aedil. edict.* vti et morbi PRRPETVI et *temporarii* pugnant, *l. 6. D. eod. tit.* Si interuallum furor habeat, vel PERPETVVS morbus est: *l. 22. §. 7. D. solut. matrim.* Furiosus, quem morbus detinet PERPETVVS: *l. vlt. C. de curat. furios.* Qui negotiis suis aliquo PERPETVO morbo superesse non possunt: *l. 5. D. de postul.* Qui PERPETVO morbo non tenetur: *l. 54. D. de procurat.* [PERPETVI officiales, io *l. 34. princ.*

princ. D. de reb. cred. dicuntur, non qui officii finem nullum habent, ſed qui non habent officii finem certum, ſeu quorum officium oon finitur, finito officio praeſidum.] In opus PERPETVVM vel temporarium dari: *l. 1. §. vlt. et l. vlt. D. de effractor. l. 34. D. de poen.* PERPETVVM pactum, quod non eſt ad tempus factum. Exceptio pacti conuenti PERPETVI, id eſt, ne omnino pecunia petatur, *l. 3. D. de exception.* PERPETVA penſitatio: *l. 24. D. de annuis legat.* Poena exſilii PERPETVA: *l. 39. D. de iur. fiſc.* PERPETVIA poenis tenebitur, Vlpian. *Tit. XVI. Regul. §. 3.* PERPETVAA quaeſtiones, quas Cenſorino et Manilio conſulibus conſtitutas Cicero *in Bruto cap. 27.* ſcribit, ita duabus de cauſſis adpellatas bene quidem monuerunt. Vna eſt, quod ordo huiusmodi publicorum iudiciorum exercendorum lege ſemel praeſcriptus fuit, certaque forma in vniuerſum data, vt noua deinde lege non opus eſſet. Altera eſt, quod annuam his quaeſtionibus exercendis praetores illi, qui publicis iudiciis praeeraut, operam darent, non quemadmodum ante fieri ſolebat, quum ita res tuliſſet, vt quaeſtio decernenda videretur, tum legeretur, qui quaereret, ſpecialisque de ea rogatio perferretur. Corpus PERPETVAE ſepulturae traditum, et ad tempus alicui loco commendatum opponuntur, apud Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 21. §. 4.* Si needum PERPETVAE ſapulturae corpua traditum eſt: *l. 10. C. de religioſ. et ſumt. funer.* Non PERPETVAE ſepulturae tradita corpora: *l. 3. §. 4. D. de ſepulcr. viol.* Si is ſit ſeruus, qui in PERPETVAM ſeruitutem venierit: *l. 44. §. 7. D. de legat. I.* Mancipia, quae in PERPETVAM ſeruitutem veniunt: *l. 1. C. ſi ſeru. export. ven.* PERPETVA valetudine tentus: *l. 1. C. qui morb. ſe excuſ.* Plin. *Lib. I. epiſt. 12. Euaſit* PERPETVAM *valetudinem. Vitium* PERPETVVM, *morbus cum acceſſu diſceſſuque eſt.* Gell. *Lib. IV. Noct. Attic. cap. 3.* Siue in PERPETVA vincula fuerit damnatus ſeruus, ſiue in temporalia; *l. 8. §. vlt. D. de poen.* In PERPETVA vincula damnatos: *l. 1. C. qui non poſſ. ad libert.* Mandatis cauetur, ne quis PERPETVIS vinculis damnetur: *l. 35. D. de poen.* Teſtamento cauerat, vt vnus in PERPETVIS vinculis moraretur: *l. 5. C. famil. erciſc.* Conſtans et PERPETVA voluntas: *l. 10. D. de iuſtit. et iur. princ. Inſt. eod. tit.* Quae PERPETVI vſus cauſſa in aedificiis ſunt: *l. 17. §. 7. D. de action. emt.* Quoniam PERPETVI vſus paratae eſſent: *l. 242. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Multum intereſſe, ad PERPETVAM vtilitatem agri, vel ad eam, quae non ad praeſentis temporis pertineat: *l. 3. D. de impenſ. in res dot. fact.*

¶. 4. Interdum PERPETVI adpellatio vitae finibus ac terminis coercetur. [Dotis cauſſa PERPETVA eſt, et ita contrahitur, vt ſemper apud maritum ſit: *l. 1. D. de iur. dot.* id eſt, durante matrimonio.] Hoc non eſt PERPETVVM, id eſt, non ſemper lncum habet. *l. 40. D. de condict. indeb. pr. Inſt. de ſatisd. tutor. l. 36. D. ad SC. Trebell.* Vtrum vno dumtaxat anno, an in PERPETVVM decem annua praeſtanda ſint: *l. 20. §. vlt. D. de ann. legat.* Sie procurator dari in PERPETVVM, vel vsque ad diem: *l. 3. l. 4. D. de procurat.* In PERPETVVM relegatus: *l. 3. C. qui pot. tut.* Societas coiri poteſt in PERPETVVM, id eſt, dum viuunt, vel ad tempus: *l. 1. D. pro ſocio.* non in aeternum, *l. 70. D. eod. tit.*

¶. 5. In PERPETVVM pro perpetuo. Agri publici in PERPETVVM locantur: *l. 11. §. 1. D. de publican.* Vectigales agri vocantur, qui *in* PERPETVVM locantur, id eſt, hac lege, vt tamdiu pro his vectigal pendatur, quamdiu ipſis, qui conduxerunt, neque his, qui in locum eorum ſucceſſerunt, auferri eoa liceat: *l. 1. D. ſi ager. vectigal.*

PERPLEXVS, A, VM. [Dixi τῶν ἀπόρων, id eſt, ex PERPLEXIS hanc quaeſtionem eſſe, qui tractatur apud dialecticos τοῦ ψευδομένου, id eſt, fruſtratorii cauillatoriique dicitur: *l. 88. princ. D. ad leg. Falcid.*]

[PERQVAM nimiae diligentiae: *l. 6. in fin. D. de cadauerib. punit.* PERQVAM ridiculum: *l. 7. §. 22. D. de interd. et relegat.*]

[PERRARO ſolet permittere reſtitutionem: *l. 18. §. 1. D. de minor.*]

PERSCRIBERE. Vt chirographum PERSCRIBERET ſua manu filius: *l. 26. §. 1. D. de pignor.*

[PERSECARE. Tunc reus homicidii ſit dominus, ſi ſeruum occiderit, ferarum vnguibus latera PERSECANOO: *l. vn. C. de emend. ſeruor. Lib. IX. tit. 14.* qui in Cod. Theod. eſt *Lib. IX. tit. 12.*]

PERSEQVI eſt inſequi: *l. 44. D. de adquir. rer. domin.* Fera beſtia eo vsque noſtra videtur, donec eam PERSEQVAMVR: quod ſi deſierimus eam PERSEQVI, deſinere noſtram eſſe: *l. 5. §. 1. D. eod. tit.* Eum teſtator grauiſſimis inimicitiis PERSEQVVTVS: *l. 22. D. de adimend. legat.* Si pauonem meum manſuetum PERSEQVVTVS ſis, quoad is perit: *l. 37. D. de furt.* Cauere de re PERSEQVENDA, veluti de ſeruo, qui in fuga eſt: *l. 16. §. vlt. D. de rei vindic.* Qui mandauit ſeruum fugitiuum PERSEQVENDVM: *l. 2. D. ad leg. Fab. de plagiar.*

¶. 2. PERSEQVI alias eſt per iudicem vel per praetorem quid petere. Proinde PERSEQVI dicimur rem ſiue noſtram, ſiue nobis pignori obligatam, ſiue nobis debitam. PERSEQVI videtur et qui ſatis accepit: *l. 57. §. vlt. D. de verb. ſignif.* Per actionem PERSEQVI: *l. 2. D. ad leg. Fab. de plagiar.* Heres tutoris adpellationis cauſſam PERSEQVI debet: *l. 27. D. de adpellat.* Ad PERSEQVENDAS in integrum reſtitutiooum, finiendasqne cauſſas: *l. 5. princ. C. de tempor. in integr. reſtit.* Iudicio priuato legis Aquilliae damnum PERSEQVI: *§. 11. Inſt. de leg. Aquill.* Dominium tibi PERSEQVENTI: *l. 10. C. de praed. minor.* Hypothecam PERSEQVI: *l. 11. D. quib. mod. pign.* Iudicatum PERSEQVI: *l. 39. §. 12. D. de adminiſtr. et peric. tutor. l. 52. §. 1. D. de fideiuſſ.* Ius PERSEQVENOI iudicio quod ſibi debetur: *princ. Inſt. de action.* Titii creditor ius ſuum PERSEQVVTVS eſt: *l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudic.* Ius PERSEQVENDI retinendique patrimonii: *l. 3. §. 2. D. de bonor. poſſeſſ.* Si eam litem, quam procurator inchoaſſet, dominus comprobans PERSEQVERETVR: *l. 5. D. rat.*

rem

rem habit. PERSEQVENDAE litis obtentu: *l. 21. C. de procurat.* Super lite PERSEQVENDA: *l. 13 C. eod. tit.* Mandati iudicio PERSEQVI: *l. 16. D. mandati.* PERSEQVI pignora: *l. 14. D. de pignor. l. 9. C. de praed. minor.* Quasi Seruiana, qua creditores pignora hypothecasue PERSEQVVNTVR: *§. 7. Inst. de action.* Qui pignoris iure rem PERSEQVVNTVR: *l. 12. §. 1. D. quib. mod. pign.* Rem PERSEQVI: *l. 32. D. de fideicomm. libert. l. 82. §. 1. D. de furt.* Quaedam actiones rei PERSEQVENDAE gratia comparatae sunt, quaedam poenae PERSEQVENDAE: *§. 16. Instit. de action.* ¶. 3. Nec tantum, qui priuata actione experitur, sed et qui accusat, postulat, defert, PERSEQVI dicitur. Per procuratorem accusationem PERSEQVI non potes: *l. 16. C. ad leg. Corn. de fals.* PERSEQVI crimina: *l. 1. C. de general. abolit.* Quo minus crimen intra statutum tempus PERSEQVERENTVR: *l. 21. D. ad municip.* Expilatae hereditatis crimen PERSEQVI: *l. 2. C. de crim. expil. hered.* Legis Fabiae crimen PERSEQVI: *l. 1. l. 2. C. ad leg. Fab. de plagiar.* Criminis caussam PERSEQVI: *l. 1. C. de furt.* Lex Viscellia libertinae conditionis homines PERSEQVITVR: *l. 1. C. ad leg. Viscell.* Si mulier suam suorumque PERSEQVATVR iniuriam: *l. 12. C. de his, qui accusar. non poss.* Nisi suas suorumque iniurias quis PERSEQVATVR: *l. 16. C. de iis, qui accus.* PERSEQVI reum: *l. 17. D. ad SC. Turpill.* Ea quae vitionem et mortem filii PERSEQVI allegat; *l. 9. C. de his, qui accus.*

PERSEQVVTIO. Hoc verbo, ait Vlpianus, extraordinarias PERSEQVVTIONES puto contineri, vt pota fideicommissorum, et si quae aliae sunt, quae non habent iuris ordinarii exsequutionem. *l. 178. §. 2. D. de verb. signif.* id est, quarum cognitionem extra ordinem magistratus ipsemet suscipit, qui iure ordinario non cognoscere ipse, sed iudices dare solet. ¶. 2. Et ita PERSEQVVTIO ab *actione petitioneque* separatur, vt in stipulatione Aquilliana. Quaecumque mihi tecum *actio*, quaeque aduersus te *petitio*, vel aduersus te PERSEQVVTIO sit: *l. 13. §. vlt. D. de acceptil. §. 2. Inst. quib. mod. oblig. toll.* Sic et in stipulatione de rato, cuius ea de re *actio, petitio*, PERSEQVVTIO sit: *l. 23. D. rat. rem hab.* *Actionem*, PERSEQVVTIONEMQVE castrensium rerum etiam inuito patre habet: *l. 4. §. 1. D. de castrens. pecul.* Quibus debetur ex quacumque *actione* vel PERSEQVVTIONE: *l. 10. D. de verb. oblig.* Aeque bonis adnumerabitur, etiam si quid est in *actionibus, petitionibus*, PERSEQVVTIONIBVS: *l. 49. D. de verb. signif.* Papinianus vtique ita haec distinguit: *Actio* in personam infertur, *petitio* in rem, PERSEQVVTIO in rem vel personam. Verum subtilis haec verborum differentia plerumque confunditur. Namque *actionis* verbo etiam PERSEQVVTIONEM contineri, tradit Paullus, *l. 34. D. de verb. signif.* Sic quae fideicommissi PERSEQVVTIO dicitur, *l. 3. D. de vsur. l. 32. D. de fideic. libert. l. 14. C. de donat. int. vir. et vxor.* eadem et fideicommissi *actio* vocatur, *l. vlt. §. 4. D. de legat. II.* ¶. 3. Denique PERSEQVVTIONIS adpellatio latius patet, atque ad quaslibet actionum petitionumque species porrigitur. PERSEQVVTIO, qua actor experitur; *princ. Inst. de except.* Postulare PERSEQVVTIONEM bonorum: *l. 45. §. 9. D. de iur. fisc.* Partam ex caussa iudicati PERSEQVVTIONEM: *l. 40. D. de minor.* Non esse denegandam actionem eligentibus priuatam PERSEQVVTIONEM: *l. 2. §. 1. D. de vi bonor. raptor.* Huc etiam pertinent sequentia; PERSEQVVTIO delictorum aut propria aut communis: *l. 2. D. de re milit.* PERSEQVVTIO eorum, quae vi vel furto ablata sunt: *l. 1. C. de his, quae vi metusue caussa.* [PERSEQVVTIO loco deteriori non sit, quamuis exactio rei possit esse difficilior: *l. 11. D. si quis caution. in iudic. sist.* vbi PERSEQVVTIO et *exactio* separantur.] Denegari PERSEQVVTIONEM hereditatis; *l. 5. §. 4. D. de legat. praest.* Licet legatario sui iuris PERSEQVVTIONEM deteriorem constituere: *l. 40. D. de pact.* Dabitur legati PERSEQVVTIO: *l. 16. §. 7. D. de bon. libert.* Non omnino legati PERSEQVVTIO datur; *l. 14. C. de donat. inter vir. et vxor.* PERSEQVVTIO nominis: *l. 2. C. de donation.* pecuniae: *l. 16. C. de donat. int. vir. et vxor.* Pignoris vel hypothecae PERSEQVVTIO in rem est: *l. 18. C. de pignor.* [*l. 17. D. eod. tit.* vbi metonymice sumitur PERSEQVVTIO pro iure persequendi] Pignoris PERSEQVVTIO concedenda non est creditori: *l. 41. D. de pignorat. act.* Pignoris PERSEQVVTIO datur: *l. 1. §. vlt. D. de Saluian. interd.* Secundi pignoris neque PERSEQVVTIO datur: *l. 40. §. vlt. D. de pignorat. act.* Dandam pignoris PERSEQVVTIONEM: *l. 14. C. de pignor.* PERSEQVVTIO pignoris non denegabitur: *l. 4. C. ad SC. Macedon.* Salua est: *l. 44. §. 5. D. de vsurpat.* Pignoris habere persequutionem: *l. 8. C. de pignor. l. 1. C. etiam ob chirograph. pecun.* Pignoris PERSEQVVTIONEM perseuerare: *l. 29. §. 2. D. de pignor.* Aduersus pignoris PERSEQVVTIONEM exceptione vti: *l. 5. §. 1. D. de diuers. temp. praescr.* Creditorem non prohibendum a PERSEQVVTIONE pignorum: *l. 22. D. quae in fraud. credit.* PERSEQVVTIONE pignoris omissa: *l. 24. C. de pignor.* Poenae PERSEQVVTIO: *l. 1. §. 4. D. ad SC. Turpill. l. 33. D. de oblig. et action.* Vt non in singulos detur poenae PERSEQVVTIO: *l. 23. D. ad leg. Aquill.* Quum furti actio ad poenae PERSEQVVTIONEM pertineat: *l. 54. D. de furt.* Condictio rei furtiuae rei habet PERSEQVVTIONEM: *l. 7. §. vlt. D. de condict. furt.* Iudicati actio rei PERSEQVVTIONEM continet: *l. 6. §. vlt. D. de re iudic.* Actio Fauiana habet rei PERSEQVVTIONEM: *l. 3. §. 1. D. si quid in fraud. patron.* Actio de damno infecto rei PERSEQVVTIONEM habet: *l. 4 §. vlt. D de damn. infect.* Quod ex sepulcri violati actione capitur, non in rei PERSEQVVTIONE, sed in vindicta est constitutum: *l. 10. D. de sepulcro viol.* Mandare potest earum rerum PERSEQVVTIONEM: *l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend.* Vsufructuario denegabitur per praetorem vsusfructus PERSEQVVTIO: *l. 3. D si ex noxal. caussa agat.* ¶. 4. Sed et bestiarum fugientium PERSEQVVTIO dicitur. Vt difficilis sit bestiae PERSEQVVTIO: *l. 5. princ. D. de adquir. rer. domin.* Quum effugerunt bestiae nostram PERSEQVVTIONEM: *l. 44. D. eod. tit.*

PERSEVERANTIA. Si PERSEVERANTIA adparuit iudicium animi fuisse: *l. 3. D. de diuort.*

PERSEVERARE, est durare, permanere. Idque de personis vel simpliciter dicitur, veluti: Si actor agere iniuriarum PERSEVERET: l. 17. §. 6. D. de iniur. et famos. libell. id est, pergat. Qui PERSEVERET ex stipulatione petere: l. 2. §. 3. D. de doli mal. et met. except. Si PERSEVERAVERIT mulier in petendis quinque libris: l. 34. §. vlt. D. de aur. argent. leg. Dominns rerum hereditariarum PERSEVERAVIT: l. 6. C. de hered. vel act. vend. l. 3. C. de his quae a non domin. Hi bonorum fuerunt et esse PERSEVERANT: l. 12. §. 1. D. de captiu. et postlim. reuers. Qui in locum absentis reipublicae caussa tutores dati sunt, mortuo illo tutores PERSEVERENT: l. 12. D. de tutel. Vel cum addito aliquo. Sic: Si seruus liber factus in eodem actu PERSEVERET: l. 37. D. de administr. et peric. tut. Si tutor in administratione counexa PERSEVERAVERIT: l. 11. C. arbitr. tutel. PERSEVERANTI tutori in tutelae administratione: l. 32. D. de minorib. Si qui tutores fuerint in administratione PERSEVERANTES: l. 4. D. quand. ex fact. tutor. Si tutores in eadem contumacia PERSEVERAVERINT: l. 3. C. de suspect. tutor. Si aduersarius in eadem contumacia PERSEVERAVIT: l. 8. C. quomod. et quand. iudic. Si filius in pari eontumacia PERSEVERAVERIT: l. 3. C. de patr. potest. Cauent PERSEVERATVROS se io crimine vsque ad sententiam: l. 7. D. de accusat. PERSEVERARE in eadem cura: l. 25. D. de tutor. et curator. Filius in eodem furore in diem mortis PERSEVERANS: l. 32. §. 6. D. de vsu et vsufruct. legat. Si quis suum negotium deseruerit, nolens in lite improba PERSEVERARE: l. 10. §. vlt. D. de iudic. Si cum filio meo in matrimonio PERSEVERAVERIT: l. 101. §. 3. D. de condit. et demonstrat. Quae post commissum adulterium in eodem matrimonio PERSEVERAVERIT: l. 11. §. 10. D. ad leg. Iul. de adulter. Si dinersa pars PERSEVERAT in eadem obstinatione: l. 5. C. de ingen. manumiss. In eodem officio PERSEVERARE: l. 37. D. de administr. et peric. tutor. Perinde ac si in possessione PERSEVERASSET: l. 15. §. 35. D. de damn. infect. In potestate aui PERSEVERASSE: l. 7. C. de patr. potest. Non sufficir litem instituere, si non in querela PERSEVERET: l. 15. §. 1. D. de inoffic. testam. Si in societatem filius post mortem patris PERSEVERAVERIT: l. 42. §. 1. D. de adquir. hered. Si in eadem temeritate deprehensi PERSEVERAVERINT: l. 28. §. 3. D. de poenis. Si in viduitate mulier PERSEVERAT: l. 15. §. 8. D. ad leg. Iul. de adulter. coerc. Si in eadem voluntate PERSEVERAT: l. 65. D. de rit. nuptiar. Si is, qui vendidit, eadem voluntate PERSEVERET: l. 3. D. de seru export. Licet in donandi voluntate PERSEVERAVERIT: l. 15. C. de donat. inter vir. et vxor. Pater si filiofamilias aliquid donauerir, et in eadem voluntate PERSEVERANS decesserit: Paull. Lib. V. Recept. Sent. tit. XI. §. 3. Viuente venditore et PERSEVERANTE in eadem voluntate: l. 3. D. qui sine manumiss. ¶|. 2. PERSEVERARE etiam res dicuntut. Hnc pertinent loquutiones. Si cautum non perseueret: l. 20. §. 13. D. de oper. nou. nunciat. Si adhuc cura PERSEVERET: l. 16. §. vlt. D. de tutel. et rat. distrab. PERSEVERARE legatum: l. 32. §. 6. D. de vsu et vsufruct. legat. id est, non intercidere, sed permanere. Dotis petitio PERSEVERANTE matrimonio non competebat: l. 5. C. de collat. id est, constante et manente. Obligationem personalem PERSEVERASSE: l. 11. D. quib. mod. pign. Pignus PERSEVERARE: l. 14. D. de pignor. Nun potest pignus PERSEVERARE domino constituto creditore: l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudic. Pignuris persequutionem PERSEVERARE: l. 29. §. 2. D. de pignor. Si voluntas non PERSEVERAT: l. 1. §. 14. D. quod legator.

PERSICIANVM, vel vti Vlpian. Fragm. Tit. XVI. §. 3. vocat, PERNICIANVM Senatusconsultum, quod erat de sexagenariorum et quinquagenariarum nuptiis. Plura de hoc SC. habes apud Schulting. in Iurispr. vet. Anteiustin. pag. 614. et in Histor. nostra iur. Lib. I. §. CCIV. HEIN.

PERSOLVI dicitur, quod in totum soluitur. Nisi prius debitum emtori, eidemque coheredi PERSOLVERETVR: l. vlt. §. 4. D. de legat. II. PERSOLVTA pecunia: l. 2. §. 3. D. pro emtore.

PERSONA pro homine vsurpatur, siue is liberum caput sit, siue seruile. Quod tamen non nisi de statu seruorum naturali intelligendum est. Ratione enim status ciuilis eos personam legibus non habere, et in rebus censeri, notissimi iuris est. Itaque recte Theophilus ad §. 2. Inst. de hered. inst. et princ. Inst. de stipul. seru. seruos ἀπροσώπους vocat. vid. Elem. nostr. Instit. §. LXXVII. HEIN. Omne ius vel ad PERSONAS pertinet, vel ad res, vel ad actiones: l. 1. D. de statu homin. Summa de iure PERSONARVM diuisio haec est, quod omnes homines aut liberi sint aut serui: l. 3. D. eod. tit. De PERSONARVM statu, id est, hominnm. l. 2. D. de stat. homin. In PERSONAM seruilem nulla cadit obligatio: l. 22. D. de diuers. regul. iur. Ex PERSONA patris vel domini: l. 11. D. de legat. I. In PERSONA filii: l. 19. §. 2. D. de stipul. seruor. In cuius PERSONA stipulatio constitit: l. 11. D. eod. tit. In stipulationibus numquam PERSONAM inesse, nisi expressa sit: l. 126. §. 2. D. de verb. obligat. PERSONAE, quae ex virili sexu, vel ex feminino descendunt: l. 1. §. vlt. D. de legat. praest. Pupillus in his, quae a substituto relinquuntur, PERSONAM sustinet eius, a quo sub conditione legatur: l. 7. §. vlt. D. de liberat. legat. Hoc in eorum PERSONA concessum est, qui: l. 57. D. de adquir. rer. domin. In quibus factum PERSONAE desideratur: l. 61. D. eod. tit. [Ex PERSONA sua filius, vel ex PERSONA filii parer: l. 17. §. 2. D. ad municipal. PERSONAE vxorum: l. vlt. §. 1. D. de liberal. causs. Singularis PERSONA, vel pupulus, vel curia, vel collegium, vel corpus: l. 9. §. 1. D. quod met. causs. Primus Lucius Lentulus, ex cuius PERSONA etiam fideicommissa esse coeperunt: princ. Instit. de codicill.] ¶|. 2. PERSONAE cohaerere dicuntur iura, quae PERSONAS non egrediuntur, eorumqne, quibus competunt, morte exstinguuntur, nec ad heredes transeunt. Conditiones, quae PERSONIS cohaerent: l. 6. §. vlt. D. de statu lib. Ius aquae dandae, quod praediis datur, exstincta PERSONA non exstinguitur: quod datur PERSONIS, cum PERSONIS amittitur: l. 1. §. 43. D. de aqu. quotid. et aestiu.

zeſtin. Ius fruendi morte exſtinguitur, ſicuti ſi quid aliud PERSONAE cohaeret: *l. 3. §. vlt. D. quib. mod. vſufruct.* Munera, quae PERSONIS cohaerent: *l. 1. C. de mulier. et in quo loco munera ſex. Lib. X. tit. 62.* quae et PERSONARVM munera vocantur, *l. 1. D. de muner.* nec non munera, quae PERSONIS mandantur, *l. 1. C. de ſumt. recuper. Lib. X.* ¶ 3. PERSONA vt plurimum caoſſae ſiue rei opponitur. Hauſtus aquae, pecoris ad aquam adpulſus, eſt ſeruitus PERSONAE: *l. 14. §. vlt. D. de alim. et cibar. legat.* Seruitotes aut PERSONARVM ſunt, aut rerum: *l. 1 D. de ſeruitut.* id eſt, aut hominum, aut praediorum, vt *l. 15. D. eod. tit.* Prioilegia quaedam cauſſae ſunt, quaedam PERSONAE, quae ad heredem, non tranſeunt: *l. 196. D. de regul. iur.* Tutor PERSONAE, non rei vel caoſſae datur: *l. 14. D. de teſtam. tut.* Itaque in PERSONAM et in rem inulcem pugnant. Sic in PERSONAM et in rem actio aduerſantur. Actiones aut in rem ſunt, aut in PERSONAM. Namque agit vnusqoisque aut cum eo, qui ei obligatus eſt, vel ex contractu, vel ex maleficio, quo caſu proditae ſunt actiones in PERSONAM, per qoss intendit, aduerſarium ei dare aut facere oportere: *§. 1. Inſtit. de action.* In PERSONAM actio, quae et condictio adpellatur, qua cum eo agimus, qui obligatus eſt nobis ad faciendum aliquid, vel dandum, et ſemper aduerſus eumdem locum habet: *l. 25. D. de obligat. et action.* Litis nomen omnem actionem ſignificat, ſiue in rem, ſiue in PERSONAM: *l. 36. D. de verb. ſignif.* Siue in PERSONAM, ſiue in rem ſit petitio: *l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.* Actionem fideicommiſſi in PERSONAM competentem: *l. vlt. §. 4. D. de legat. II.* Pactum, ſi in rem conſtituatur, et ſi in PERSONAM conceptum eſt, opponuntur. *l. 17. §. 5. D. de pact.* Similiterque ſi in rem paciſcatur, et ſi in PERSONAM pactum conceptum eſt, pognant, *l. 21. §. 1. D. eod. tit.* Si ex altera parte in rem, ex altera in PERSONAM pactum conceptum ſit: *l. 57. D. eod. tit.* Tale pactum, profiteor te non teneri, non in PERSONAM dirigitur: *l. 40. princ. D. de pactis.* ¶. 3. [PERSONA pro poteſtate et iure PERSONAE competente. Maiorem ſibi in rebus filiorum vindicare PERSONAM: *l. 3. C. Theod. de matern. bon.*] ¶ 4. [PERSONA etiam dicitur de hominibus defunctis. Si quis donauerit aliquam rem PERSONAE martyris, aut prophetae, aut angeli: *l. 15. C. de SS. eccleſ.*] ¶ 5. PERSONA pro ſtatua vel ſigillo, cuius ex ore aquae ſaliunt. *l. 17. §. 9. D. de act. emt.* Item conſtat, ſigilla, columnas quoque et PERSONAS, ex quarum roſtris aqua ſalire ſolet, villae eſſe. Vocantur alias *Marſyae.* Gloſſarium Petronii: *Marſyae, perſonae, ſeu ſigilla, ex quorum roſtris, aut alia corporis parte aqua ſalire ſolet, varie efficta. In fontibus ac puteis putealia adpellantur.* In theatris erant eiusmodi ſtatuae ſeu PERSONAE, quae odorato humore ſpectatores adſpergebant. Lucan. *Pharſal. Lib. IX. v. 808.*

Vtque ſolet pariter totis ſe effundere ſignis
Corycii preſſura croci.

Et Propert. *IV, 1. 14.*

Pulpita ſollemnes non oluere crocos.

Vid. Em. Trigel. *de ſtatuis illuſtr. Rom. Cap. VI. p. 53.* HEIN.

PERSONALIS, E, quod perſonae cohaeret, non rei aut cauſſae: quod cum perſona exſtinguitur, nec ad heredes tranſit: quod perſonam non egreditur. [Hae ſignificatione videtur accipi actio PERSONALIS, in *l vlt. C. de praeſcript. XXX. vel XL. annor.*] An PERSONALE beneficium ſit: *l. 63. §. 1. D. pro ſocio*, id eſt, an ſoli ſocio, non item eius fideiuſſori detur. Hoc legati PERSONALE beneficiom eſt: *l. 28. D. de iudic.* Tale beneficium PERSONALE eſt, et cum perſona exſtinguitur: *l. 13. D. ſolut. matrim.* Ex conſtitutionibus principum quaedam ſunt PERSONALES, quae nec ad exemplum trahuntur. Nam, quae princeps alicui ob merita indulſit, vel ſi qoam poenam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſuboenit, perſonam non egreditur: *l. 1. §. 2. D. de conſtit. princ. §. 6. Inſtit. de iur. nat. gent. et ciu.* Quum ſtipolatus fuerim, illud aut illud, qood ego voluero, haec electio PERSONALIS eſt *l. 76. D. de verb obligat.* PERSONALE munus eſt, quod corporibus, labore, cura, ſollicitudine animi ac vigilantia ſollemniter exſtitit: *l. 1. §. 1. D. de muner. et honor.* ex qua pete huiusmodi munerum exempla. PERSONALIA munera ſunt, quae animi prouiſione et corporis et corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento perpetrantur, veluti tutela et cura: *l. vlt. D. eod. tit.* PERSONALIVM munerum vacatione perfrui: *l. 1. C. de decurion. Lib. X.* PERSONALIS obligatio: *l. 11. D. quib. mod. pign.* PERSONALE pactum: *l. 21. et l. 25. §. vlt. D. de pact.* id eſt in perſonam conceptum: vt *l. 17. §. 5. l. 21. §. 1. et l. 57. D eod. tit.* quod alii non prodeſt, praeterquam ei ſoli, cum quo conuentio facta eſt: quod ad alium non pertinet, quemadmodum nec ad heredem, vt ead. *l. 25. §. vlt. D. eod. tit.* Quoties cohaeret perſonae id, quod legatur, veluti PERSONALIS ſeruitus, ad heredem eius non tranſit; ſi non cohaeret, tranſit; *l. 8. §. 3. D. de liber. legat.*

¶. 2. PERSONALE et reale, ſiue id, quod in rem conceptum eſt, datur, competit, infertur, aduerſantur. PERSONALIS actio: *l. 38. D. de iudic.* [*l. 1. §. 21. D. de collat*] PERSONALES actiones: *l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.* Huiusmodi enim actiones heredi et in heredem dantur, nec perſonis contrahentium cohaerent: ſed ideo PERSONALIS actio, quod in perſonam ſit, deturque, non in rem. Vnde et in perſonam adpellatur, *l. 25. D. de oblig. et action. l. 36. D. de verb. ſignif.* ſeu in perſonam competens, vt *l. vlt. §. 4. D. de legat. II.* ſeu, quae in perſonam infertur, vt *l. 28. D. de oblig. et action.* nimirum per quam intendit quis, aduerſarium ei dare aut facere oportere. *§. 1. Inſtit. de action.* Interdicta omnia, licet in rem videantur concepta, vi tamen ipſa PERSONALIA ſunt: *l. 1. §. vlt. D. de interdict.* Petitio hereditatis, etſi in rem actio ſit, habet tamen praeſtationes quaſdam PERSONALES: *l. 25. §. 18. D. de heredit. petit.*

[PERSPICITVR, id eſt, conſtat, perſpicuum eſt. Dos donationis inſtar PERSPICITVR obtinere: *l. vn. C. ſi dos conſtante matrim. ſolut.* quae pars poſterior eſt *l. 3. C. Theod. de dotib. Lib. III. tit. 13.*]

PER-

[PERSPICVVS, A, VM, manifenifestus, certus. PFRSPICVI debitores: *l. 9. C. Theod. quor. adpellat. Lib. XI. tit. 36.* id est, minime dubii.]

PERSTARE, est perseuerare. Qui pecuniam deponere peruicaciter PERSTANT: *l. 3. §. 16, D. de suspect. tutor.*

[PERSTREPERE, id est, obstrepere. Praescriptiones ciuiles, quae occurrere, atque PERSTREPERE examini consueuerunt: *l. 33. C. ad leg. Iul. de adulter.* quae est *l. 7. C. Th. eod. tit. Lib. IX. tit. 7.*]

PERSVADERE *τῶν μέσων* est. Nam et bonum consilium quis dando potest suadere, et malum, *l. 1. §. 3. D. de seru. corrupt.* PERSVADERE est plus, quam compelli atque cogi sibi patere: *l. 1. §. 3. D. eod. tit.* Si legatarius heredi adhoc ignoranti substantiam hereditatis vltro iurando, vel quadam alia fallacia PERSVASERIT: *l. 23. D. de dol. mal.* Si quis dolo malo PERSVASERIT quid seruo: *l. 5. §. 1. D. de seru. corrupt.* Filio facile PERSVASIT: *l. 26. §. 1. D. de pignorat. act.* Qui seruo PERSVASIT, vt fugeret: *l. 36. D. de furt.* Si quis seruo PERSVASIT, vt se praecipitet: *ibid.* Qui vt seruus stuprum pateretur, PERSVADET: *l. 2. D. de seru. corrupt.* Si duo serui inuicem sibi PERSVASERVNT, et ambo simul aufugerunt: *l. 36. §. vlt. D. de furt.* Vt patri PERSVADEATVR, ne acerbe patriam potestatem exerceat: *l. 1. §. vlt. D. de liber. exhib.*

[PERTENTARE, siue vt vulgo scribitur PERTEMPTARE, pro tentare, in *l. 4. extr. C. Theod. de princip. agent. in reb. Lib. VI. tit. 28.*]

PERTICA. PERTICAE in materiae numero, non lignorum redimuntur, vtpote quae fulciendi caussa parantur: *l. 56 D. de legat. III.* PERTICAE his, quae vineis necessaria sunt, adnumerantur: *l. 1. D. de tign iuncto.* PERTICAE, quibus araneae detergantur: *l. 12. § 22. D. de instructo vel instrum. legat.*

PERTINERE. Verbom illud latissime patet. Nam et eis rebus petendis aptum est, quae dominii nostri sint, et eis, quas iure aliquo possideamus, quamuis non sint oostri dominii. PERTINERE ad nos etiam ea dicimus, quae in nulla eorum caussa sint, sed esse possint. *l. 181. D. de verb signif.* Si Seius legatum ad se PERTINERE voluerit: *l. 64. D de furt.* Si quis rem sibi legatam voluerit ad se PERTINERE: *l. 44. §. 2. D. de legat. I* Quum legataria fideicommissum ad se PERTINERE noluisset: *l. 43. D de act. emti* Seruus. quem eo iure ad se PERTINERE nolunt: *l. 36. D. de stipul. seruor.* Quae ante iudicium contingunt, non valde ad iudicem PERTINENT: *l 25. §. 8. D. de aedil. edict.* PERTINET ad officium iudicis: *l. 10. D. vsufruct. quemadm. cau. l. 1. §. 1. D. de vsur.* magistratus: *l. vlt. §. 2. D. ad municipal.* patris: *l. 17. §. 18. D. de iniur.* Ad praetorem PERTINEBIT, vt si possit dies compromissi proferri, proferatur: *l. 12. D. de recept. qui arbitr.* Qui ad iurisdictiooem eius, cui negant obsequi, PERTINENT: *l. 53. §. vlt. D. de re iudic.* Si ad notionem praesidis PERTINET: *l. 26. D. de adpellat.* Inter ipsos, aut qui ad eos PERTINENT: *l. 5. §. 2. D. de donat. inter vir. et vxor.* Qui nihil ad se PERTINENTES latrones recipiunt: *l. vlt. D. de receptat.* Semproniam PERTINERE ad animum meum cognouisti: *l. 60. §. 1. D. mandat.* Caussam ad se PERTINENTEM idonee tueri: *l. vlt. §. vlt. D. de adpellat* Litem ad se PERTINENTEM exsequi: *l 24. §. vlt. D eod. tit* Quum omnis exsequutio adpellationis ad adultos PERTINEAT: *l. vlt. § vlt. D. eod. tit.* ¶ 2. Ad aliquid PERTINERE etiam dicitur, quod illo comprehenditur, et coniunctum est. Codicilli, vel quid aliud ad testamentum PERTINENS: *l. 3. §. 8. D ad exhib.* Ad testamentum, qood quoquo tempore fecisset, PERTINENT codicilli. Etenim testamento facto, codicilli eius ius sequuntur: *l. 16. D. de iure codicill.* Proinde verba haec testatoris, si quid ad hoc testamentum PERTINENS reliquero, etiam codicillos ante testamentum hoc scriptos comprehendunt: *l. 18. D. eod. tit.* Rupto testamento postumi agnatione codicillos qooque, ad testamentum PERTINENTES non valere: *l. 1. C. de codicill.* Interdictum de tabulis exhibendis PERTINET noo tantum ad testamenti tabolas, verum ad omnia, quae ad caussam testamenti PERTINENT, vt puta codicillos: *l. 1. §. 2. D. de tabul. exhib.* Ad caussam testamenti PERTINERE videtor, id, quodcumque quasi ad testamentum factum sit: *l. 2. §. 1. D. testam. quemadm. aperiant.* Quod ad caussam testamenti PERTINENS relictum erit *l. 3 §. 18. D. de SC. Silan.* Si aliqoid PERTINENS ad testamentum faciat: *l. 11. §. vlt. D. qui testam. fac.* Eius, quod ad caussam nouissimi patris vestri iudicii PERTINET: *l. 3. C. quemadm. testam. aper.* ¶. 3. PERTINERE interdum est porrigi, extendi, Posteriores leges ad priores PERTINENT: *l. 28. D. de legib.* id est, trahuntur, vt *l. 27. D. eod. tit.* Leges qooque ad eas personas, et eas res PERTINENT, quae quandoque similes erunt: *l. 27. D. de legib.* Generi posterisque datae costoditaeque immunitates ad eos, qui ex feminis nati sunt, non PERTINENT: *l. 1. D. de iur. immunit.* Ad heredes patris non PERTINERE iniuriam filiofamilias factam: *l. 17. § vlt. D. de iniur. et famos. libell.* Poena tua ad reum promittendi non PERTINEBIT: *l. 3. §. 3. D. quod quisqu. iur. in alt.* ¶. 4. Haec verba: IS AD QVEM EA RES PERTINET, variam habent in praetoriis edictis, et in stipulationibus interpretationem. Plerumque certe sic iotelliguntur, vt qui in vniuersum dominium vel iure ciuili, vel praetorio soccesserint, contineantur, *l. 70. D. de verb. signif.* Atque ita in Aedilium edicto verba haec: emtori, aliisque, *ad quos ea res* PERTINET, accipimus. *l. 1. §. 1. l. 19. §. 5. l. 31. §. 21. D. de Aedil. edict.* Vnde et in *l. 53. D. de oblig. et act.* quum adiicitur: *eiue ad quem ea res* PERTINEBIT, et adrogati, et eorum, qui iure nobis succedunt, personas comprehendimus. Iisdem verbis heredes et honorum possessores et ceteri successores demonstrantur, *l. 1. §. 14. 15. et l. 2. §. 1. D quod legator.* Eodemque modo et in *l. 42. D. si cert. petat.* et *l. 37. §. 3. D. de legat. III.* haec verba accipimus. Sed et in edicto de iureiurando, et in cautione de rato, non eos taotum, qui in ius vniuer-

PER.

uersum, sed et qui in rem successerint, ea verba complectuntur. l. 7. l. 8. D. de iureiur. l. 3. l. 22. §. 7. D. rat. rem haber. Heredes ceterique ad quos ea res PERTINET: l. 3. §. vlt. D. de contrar. tut. Heres, ad quem ea res PERTINEBIT: l. 126. §. 2. D. de verb. obligat. In edicto vero de ventre inspiciendo, ii continentur, quorum interest, partum non edi, vel totam habituri hereditatem, vel partem eius, siue ab intestato, siue ex testamento. De partu supposito accusant parentes, aut hi, ad quos ea res PERTINET: l. 30. D. de leg. Cornel. de fals. At his edicti de procuratoribus verbis, ratum habere eum, ad quem ea res PERTINET, dominus tantum continetur, non etiam creditores. l. 33. §. 3. l. 39. §. 1. 2. D. de procurat. In edicto de bonis auctoritate iudicum possidendis, iisdem verbis etiam curator bonis distrahendis datus et ipsemet debitor, si contigerit, vt eius bona veneant, continebitur. l. 9. princ. et §. 3. D. de bon. auctor. iudic. Plenius vero in lege Iulia de adulteriis haec verba accipiuntur, vt bonae fidei emtores et fructuarios, et qui pignori acceperunt, et omnes, quorum interest, comprehendant. l. 27. D. ad leg. Iul. de adulter. Haec eadem verba in satisdatione, quae ab adrogatore praestari debet, non heredes dumtaxat legitimos, sed et substitutos, et eos, quibus libertates datae vel legata relicta sunt, complectuntur. l. 8. l. 19. D. de adoption. ¶. 5. PERTINERE videntur rationes, quod ad verba edicti de edendo attinet, si eas argentarius, actore vel procuratore eius mandante, tractauerit. PERTINERE quoque videtur ad procuratorem ratio, quam cum domino habet.* Ad nos quoque PERTINET non tantum, quum ipsi contraximus, vel successimus ei, sed etiam si is, qui in nostra potestate est, contraxit. l. 4. princ. l. 6. §. 5. l. 9. in fin. D. de edend.

¶. 6. PERTINET pro spectat. Eo PERTINET scire, vt possideat: l. 20. §. vlt. D. de interrog. in iur. faciend. Eo PERTINET, vt: l. 1. §. vlt. D. de inspic. ventr. Quod maxime quaeri PERTINERE ait: l. 34. §. vlt. D. mandat. Nec ad rem PERTINERE: l. 93. D. de condit. et demonstr.

¶. 7. PERTINERE etiam competere significat. Damni infecti stipulatio PERTINET, etiam si quid eius operis, quod in fundo meo aquae ducendae caussa vitio damnum mihi contigerit: l. 30. D. de damn. infect. [Eadem huius vocis notio est in l. 11. D. de auctor. tutor. notante Cuiac. in Recit. ad tit. de bon. possess. furios. p. 1680.] ¶. 8. PERTINERE ad aliquid, veluti beneficium, poenam, est eo contineri, vel eius participem esse. Neque filii libertorum, neque successores ad hoc beneficium PERTINEBVNT: l. 1. C. de reuoc. donat. [Nemo possit ad indultum a nobis beneficium PERTINERE ait: l. 14. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10. Vacatione donatos ad legum nostrarum priuilegia volumus PERTINERE: l. 3. C. Th. de priuileg. eor. qui in sacr. pal. Lib. VI. tit. 35. pro quo Iustin. Cod. priuilegia volumus habere: l. 2. C. eod. tit. Lib. XII. tit. 29.] Ad ea sola opera PERTINERE interdictum: l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam. Interdictum PERTINET ad tabulas testamenti: l. 1. §. 2. D. de tabul. exhib. Doli clausula non PERTINET ad eas partes stipulationis, de quibus nominatim cauetur: l. 119. D. de verb. obligat. Is, cui potest restitui, non PERTINET ad stipulationem: l. 3. §. vlt. D. vsufruct.

PER.

quemadm. cau. Ad exceptionem PERTINERE: l. 1. D. de litigios. Haec verba, quem liberum, ad omnem liberum PERTINENT: l. 3. §. 1. D. de hom. lib. exhib. PERTINENT codicilli ad vxorem et liberos: l. 78. D. ad SC. Trebell. Qui honestiori loco nati sunt, non debent ad hanc poenam PERTINERE: Vlp. in Collat. Leg. Mosaic. et Roman. Tit. XI. §. 8. ¶. 9. PERTINERE etiam lex, edictum, SC. dicitur ad ea, in quibus locum habet. Constitutionis nostrae ad eam rem PERTINENTIS: l. 1. C. de lit. qui in prior. cred. Secundum constitutiones ad id PERTINENTES: l. 4. C. de fideicomm. libert. Ad testamenta feminarum edictum contra tabulas honorum possessionis non PERTINET: l. 4. §. 2. D. de bonor. possess. contr. tab. [Edictum de satisdatione et ad hos PERTINET, qui ex inquisitione dati sunt tutores, quamuis verba edicti ad testamentarios PERTINEANT: l. 19. §. 1. D. de testam. tut.] Non solum ad res proprias testatoris legatas, sed et alienas lex PERTINET: l. 1. §. 6. D. ad leg. Falcid. Legem Corneliam ad filiifamilias militis capti testamentum PERTINERE: l. 39. D. de testam. milit. Ad veterani testamentum lex Falcidia PERTINET: l. 40. D. ad leg. Falcid. Legem Fabiam ad eos non pertinere, qui: l. 2. D. de leg. Fab. de plag. Lex Iulia repetundarum PERTINET ad eas pecunias, quas: l. 1. D. de leg. Iul. repetund. SC. Silanianum non solum ad patresfamilias, verum ad liberos quoque PERTINET: l. 1. §. 7. D. de SC. Silanian. Eo iure vtimur, vt hoc SC. ad intestatos quoque PERTINEAT: l. 6. §. 1. D. ad SC. Trebell. An ad eos Senatusconsulta PERTINENT: l. 3. D. quib. ad libert. proclam. Ad testamenta militum SC. PERTINET: l. 1. §. 7. D. de leg. Cornel. de fals. SCta ad eas caussas PERTINENTIA: l. 20. D. de fideic. libert. An ad eos, qui hodie de iudiciis publicis extra ordinem cognoscunt, SC. PERTINEAT: l. 15. §. 1. D. ad SC. Turpill. ¶. 10. Quin etiam PERTINERE ad constitutiones, ad edictum, ad legem, ad SC. dicitur, quod edicti, legis, SC. verbis vel mente vel sententia continetur. Non videri litteras ad constitutionem PERTINERE: l. 38. D. de liber. causs. Ad constitutionem non PERTINEBIT: l. 4. §. 11. D. de manumiss. Puto filiumfamilias in castrensi peculio PERTINERE ad hoc edictum: l. 13. D. ex quib. causs. maior. Si quis in furto vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio dedit aliquid, eum ad hoc edictum PERTINERE: l. 7. D. quod met. causs. Si quis messem faciat, ad edictum non PERTINERE: l. 1. §. 2. D. de oper. nou. nunciat. Quae diximus ad edictum PERTINERE: l. 8. D. quod met. causs. Testamentum militum ad commune ius PERTINET: l. 25. D. de testam. mil. Fundus dotali seruo legatus ad legem Iuliam PERTINET, quasi dotalis: l. 3. D. de fund. dotal. Sepulcri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica PERTINERE: l. 8. D. de sepulcr. viol. Si gratis quis remisit adulterium, ad legem non PERTINET: l. 29. §. 2. D ad leg. Iul. de adulter. Is, qui operas, aut in singulas eas certam summam promisit, ad hanc legem non PERTINET: l. vlt. §. vlt. D. qui et a quib. Hic casus ad legem Velleiam non PERTINET: l. 29. §. 6. D. de liber. et postum. Testamentum militis ad militum priuilegia

legia non PERTINEBIT: *l. 20. §. vlt. D. de testam. mil.* Arescusam PERTINERE ad rescriptum sacrarum constitutionum: *l. 43. D. de action emti.* Ad rescripti auctoritatem PERTINERE: *l. 7. §. 10. D. de interdict. et releg.* Hos quoque ad SC. PERTINERE: *l. 60. D. de rit. nuptiar.* id est, sententia SC. contineri, vt *ibid.* Ad hoc SC. vindicta mortis non PERTINEBIT: *l. 1. §. 18. D. de SC. Silan.* ‖. 11. PERTINERE etiam spectare significat et respicere, veluti: commodum, incommodum, damnum, periculum ad aliquem PERTINERE Iniquum esse ad fideicommissarium damnum PERTINERE, ad quem augmentum non PERTINET: *l. 33. D. ad SC. Trebell.* Si quis tutor quidem non sit, periculum tamen tutelae ad eum PERTINEAT: *l. 60. D. de rit. nupt.* Eiusdem generis ac notae sunt, quae sequuntur. Magis est, vt ea res ad periculum venditoris oon PERTINEAT: *l. 45. §. 1. D. de action. emt.* Ad inuidiam existimationemque suam PERTINERE: *l. 1. D. de inspic. ventr.* Ad ignominiam alicuius PERTINERE: *l. 3. C. testam. quemadm. aper.* PERTINERE ad exemplum, *vid. Lib. V.* Ratihabitio ad confirmationem prioris stipulati PERTINET: *l. vlt. D. de bonor possess.* ‖. 12. PERTINERE aliquando est peruenire, pertiogere. Si filii ancillae ad libertatem PERTINERE non possint: *l. 13. §. vlt. D. de manumiss. testam.* ‖. 13. [In interdicto de cloacis, quod ex aedibus eius in tuas PERTINET, hoc significat, dirigitur, extenditur, peruenit. *l. 1. §. 10. D. de cloac*]

PERTINGI, id est, attingi, inquietari. Necesse erit et eum PERTINGI, qui, vetuit: *l. 8. §. vlt. D. de negot. gest.*

PERTVNDERE, est perforare. Si testor saccum vinoplenum PERTVDIT: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* Si vxor margaritas perforasset, vt PERTVSIS in linea vteretur: *l. 27. §. 30. D. eod. tit.*

[PERVADERE, est inuadere. Ius alienum improba temeritate PERVASIT: *l. 2. vers. quae non minus C. Theod. vnde vi. Lib. IV. tit. 22.* Sin autem tutores vel curatores rem debitam ea occasione PERVADANT: *l. 6. §. 1. C. eod. tit*] Qui per tumultum solum occupat, aut PERVASERIT: ☞ Papian. *Respons. tit. VIII. et tit. XXXVIII.* id est, inuaserit. Plura de verbi PERVADERE significatione dixit Guil. Forner. *Selection. Lib. II. Cap. 11. Tom. II. Thesaur. Iur. p. 59.* HEIN.

[PERVASIO pro spoliatione, inuasione. Ne PERVASIONIBVS improborum protelandae cognitioni praebeatur occasio: *l. 5. C. Theod de denunciat. Lib. II. tit. 4.* Momentaria possessio PERVASIONE violata: *l. 6. eod. tit.*] PERVASIO-☞ NIS actio: *Nouell. Valentinian. tit. XII.* HEIN. PERVASIONIS *quaestio*, id est, spoliationis. Gregor. *Lib. IX. Epist. 55.*

PERVAGARI, est progredi. Si ignis PERVAGATVS ad praedium vicini peruenit: Vlpian. *apud Pariat. Leg. Mosaic. et Rom. Tit. XII. §. 7.* id est, vlterius euagatus et progressus, vt *l. 30. §. penult. D. ad leg. Aquill.*

[PERVEHERE, prouehere. PROVEHERE in altioris militiae gradus: *l. 2. C. Theod. quis in grad. praefer. Lib. VII. tit. 3.*]

PERVENIRE, est itinere confecto locum destinatum contingere, vel idem, quod venire. Iter fuisse videtur viri caussa, quum vxor ad maritum PERVENIT: *l. 21. D. de donat. int. vir. et vxor.* Quum id agat, vt mature PERVENIAT, id est, eodem tempore, quo plerique eiusdem conditionis homines solent PERVENIRE: *l. 137. § 2. D. de verb. oblig.* Si legatum sit seruo, posteaquam ille ad hostes PERVENIT: *l. 1. D. de captiu. et postlim.* Non facile euenire possit, vt mora non praecedente PERVENIATVR ad iudicem *l. 3. D. de vsur.* Si maturissime legatus in prouinciam PERVENTVRVS sit: *l. 5. D. de offic proconf.* ‖ 2 PERVENIRE ad aliquam rem est perduci ad eam, vel consequi, attingere illam. Sic: si adultus ad legitimam aetatem PERVENIT: *l. vlt. §. vlt. D. de adpell.* Liber esse iussus antequam ad aetatem triginta annorum PERVENIRET: *l. 46. D. de manumiss. testam.* Si Pontionilla ad eam aetatem PERVENIT: *l. 3. D. quand. dies legat.* Donec filius ad vicesimum quintum annum aetatis PERVENERIT: *l. 21. §. 2. D. de annuis legat.* Quum ad annum vicesimum quintum PERVENERIS: *l. 18. §. 2. D. de alim. et cibar. legat. l. 10. C. de fideicom. libert.* Donec ad vicesimum anoum PERVENERIT: *l. 62. D. ad SC. Trebell.* Antequam ad annum tricesimum PERVENIRET: *l. 16 D. de manum testam.* Donec filius meus ad annos viginti PERVENERIT: *l. 28. §. 8. D. de liberat. legat.* Quoad PERVENIET frater tuus ad annos quatuordecim: *l. 21. §. vlt. D. de ann legat.* Si peregrinus ad ciuitatem Romanam PERVENERIT: *l. 6 §. 2. D. de hered instit.* Si liberta ad eam dignitatem PERVENIAT: *l. 34. D. de oper. libert.* Ad libertatem PERVENIRE dicitur seruus, qui ad libertatem perducitur, qui liber efficitur, qui libertatem consequitur. *l. 51. §. 1. D. de euiction. l. 20. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 83. §. vlt. D. de hered. inst. l. 54. §. 1. l. 113. §. 1. et l. 114. §. 10. D. de legat. I. l. 1. l. 6. l. 13. l. 17. l. 30. l. 51. l. 54. D. de manumiss. testam. l. 20. D. de manumiss. l. 4. D. de manum. vindict. l. 3. §. 15. D. de SC. Silan. l. 5. D. de statu lib. l. 83. §. 5. D. de verb. oblig. l. 60. §. vlt. D. de furt. l. 18. D. de tutel. et rat. distrab. l. 4. §. 6. et l. 32. D. de fideic. libert. l. 1. et l. 11. C. eod. tit. l. 51. §. vlt. et l. 94. D. de condit. et demonstr. l. 4. §. 7. D. de manumiss. l. 1. D. si is, qui testam. lib. esse iuss. l. 1. C. si mancip. ita ven. l. 4. C. de testam. manumiss. l. 4. C. de seru. pign. dat.* Si constante conionctione ad libertatem seruus et serua PERVENERINT: *l. 30. D. de iure dot.* Ex directo an ex fideicommisso ad libertatem PERVENIRE: *l. 56. D. de manum testam.* Vt quasi ex testamento ad libertatem PERVENIAT: *l. 10. §. 1. D. de fideic. libert.* Posteaquam ex testamento fratris Sempronius ad libertatem PERVENERAT: *l. 25. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* Si seruus ex constitutionibus D. Marci PERVENERIT ad libertatem: *l. 3. §. 1. D. de*

suis

fuit et legit. Qui hac lege venierint, ne manumitterentur, tamen ad libertatem non PERVENIVNT: *l. 9. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* Is qui in testamento vetitus est manumitti, ad libertatem non potest PERVENIRE: *l. vlt. C. qui non poss. ad libert.* Si pupillus ad pubertatem PERVENERIT: *l. 81. §. vlt. D. de legat. I.* Si posteaquam pupillus ad pubertatem PERVENERIT: *l. 10. D. rem pupill. vel adolesc. salu.* Quod interim ad pubertatem pupillus PERVENERIT: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* Quum ad statum suum frater PERVENISSET; *l. 77. §. 14. D. de legat. II.* Quum filiae meae ad legitimum statum PERVENERINT: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* Si ignis ad vicini insulam PERVENERIT: *l. 27. §. 8. D. ad leg. Aquill.* id est, pertigerit.

¶. 3. PERVENIRE in ius, potestatem, familiam, est transire, redigi. Si pater alicuius PERVENERIT in adoptiuam familiam: *l. 3. §. 9. D. de bonor. poss. contr. tabul.* Si legatarius in ius alienum PERVENERIT: *l. 14. §. vlt. D. quand. dies legator.* Qui vxorem praegnantem habebat, in hostium potestatem PERVENIT: *l. 15. D. de iniust. rupt. irrit.* Ii, qui in hostium potestatem PERVENERINT: *l. 22. D. de captiu. et postlim.* Si hi, qui testamenta fecissent, in hostium potestatem non PERVENISSENT: *l. 13. D. qui testam. fac.* Si hi, de quorum hereditatibus et tutelis constituebatur, in hostium potestatem non PERVENISSENT: *l. 22. D. de captiu. et postlim.* Quum id, quod nasceretur, in potestatem patris non PERVENIRET: *l. 33. D. de testam. milit.* Si in meam potestatem PERVENIT: *l. 55. D. de adquir. rer. domin.* Si quod ex rebus in dotem datis superetat, in potestatem heredis PERVENIT: *l. 12. D. de dot. praeleg.* ¶. 4. PERVENIRE ad aliquem dicitur id, cuius vel dominus efficitur, vel in quo aliud quoduis ius adquirit. Bona ad fiscum PERVENERANT: *l. 27. §. 1. D. de legat. III.* Bona, quae ad fiscum PERVENERVNT: *l. 3. C. de fideiussor.* Quo minus ex his bonis ad heredem aliquid PERVENISSET: *l. 1. D. si is, qui testam. lib. esse iuss.* Quidquid ad te ex hereditate bonisque meis PERVENERIT: *l. 16. D. ad SC. Trebell.* Is, ad quem hereditas ex emtione serui heredis scripti PERVENERIT: *l. 94. §. 1. D. de legat. I.* Vt ex testamento hereditas ad neminem PERVENIAT: *l. 15. D. de iniust. rupt. irrit.* Quo tutela redit, eo hereditas PERVENIAT: *l. 73. D. de regul. iur.* Quanta pecunia ex hereditate Titii ad me PERVENIT: *l. 29. §. 2. D. de legat. III.* Quidquid ex hereditate mea ad te PERVENERIT: *l. 25. D. ad SC. Trebell.* Mulier, quae ad communem filium volebat, post mortem patris fundum PERVENIRE: *l. 49. D. de donat. int. vir. et vxor.* Pro modo patrimonii, quod ad filium PERVENIT: *l. 126. D. de legat. I.* Quae ex testamento matris ad Maeuium libertum PERVENERANT: *l. vlt. §. 6. D. de legat. II.* Si ad eum, cui donatio facta est, res PERVENERIT: *l. 10. D. si quid in fraud. patron.* Si numi ad aliquem PERVENERVNT: *l. 27. §. 22. D. ad leg. Aquill.* Vtrum ex numeratione pecunia ad maritum sine caussa, an per acceptilationem PERVENERIT: *l. 10. D. de condict. causs. dat.* Si pecunia in rem pupilli PERVENIT: *l. 33. D. de solution.* id est, versa est. Partem dimidiam Stichi ad dominum PERVENIRE: *l. 99. D. de legat. I.* Is, ad quem commodum PERVENIT: *l. 4. C. de vsu et habit.* Si dominium ad te PERVENERIT: *l. 4. C. de rei vindic.* Iustis rationibus dominia seruorum ad maritum PERVENERVNT: *l. vlt. C. de seru. pign. dat.* Peto vt dos ad liberos PERVENIAT: *l. vlt. §. 5. D. de legat. II.* Is, ad quem PERVENIT legatum; *l. 26. §. 6. D. de fideicomm. libert.* Legatum ad emtorem non PERVENTVRVM: *l. 26. D. de adimend. legat.* Si proprietas ad legatarium PERVENIET: *l. 4. D. de vsu et vsufr. legat.* Licet vsusfructus ad legatarium non PERVENERIT: *l. 9. D. eod. tit.* ¶. 5. Non tantum hereditas vel fideicommissum ad aliquem PERVENIRE, verum etiam PERVENIRE ad hereditatem fideicommissumue quis dicitur. Tardius ad fideicommissum PERVENIRE: *l. 63. §. 5. D. ad SC. Trebell.* Vt filias sui iuris constitutas ad hereditatem auiae PERVENIRE pateretur: *l. 93. D. de condit. et demonstr.* Eodem genere loquendi creditor ad suum commodum et ad suum PERVENIRE dicitur. Creditoris arbitrio permittitur, ad suum commodum PERVENIRE: *l. 8. C. de distract. pign.* Non posse stipulatorem ad suum PERVENIRE: *l. 2. D. de eo, quod cert. loc.* Cic. *Lib. XIII. epist. 26.* *Quum illum studeo quam facillime ad suum PERVENIRE* Id. *Lib. XIII. epist. 4.* *Vt quam commodissima conditione negotium conficiat, ad numosque PERVENIAT.* Et ita quoque *colonum ad fructum PERVENIRE* ait Varro *Lib. I. de re rustic. Cap. 4.* His non dissimiles sunt loquutiones, quae sequuntur. Si quis fideiussorum ad inopiam PERVENERIT: *l. 26. D. de fideiuss.* id est, redactus sit. Etiam ad postumos PERVENIT stipulatio: *l. 5. D. de oper. libert.* hoc est, pertinet, seu transit. ¶. 6. PERVENIRE aliquando est prouenire, nasci. Si fructus PERVENIANT: *l. 25. §. vlt. D. quand. dies legat.* ¶. 7. Verbi PERVENIRE singulares praeterea sunt significationes, quae plenius in ipsis legibus explicantur, quasue hic per lancem saturam exhibebimus. PERVENISSE proprie illud dicitur, quod est remansurum, *l. 71. D. de verb. signif.* et quod deductis oneribus ad aliquem PERVENIT, *l. 16. §. 1. D. ad SC. Trebell.* PERVENIRE vtique cum effectu accipiendum est, *l. 164. §. vlt. D. de verb. signif. l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend.* Proinde in SC. circa petitionem hereditatis facto, si possessor vendidit, et euicta re restituit, quod accepit, non videbitur ad eum PERVENISSE, quia nihil apud eum remanet *l. 20. §. 18. D. de hered. petit.* PERVENISSE ad venditorem hereditatis quomodo videatur, quaeritur? Et ego puto, antequam quidem corpora rerum hereditariarum nactus venditor fuerit, hactenus videri ad eum PERVENISSE, quatenus mandare potest earum rerum persequutionem, actionesque tribueret: enimuero vbi corpora nactus est, vel debita exegit, plenius ad eum videri PERVENISSE. Sed et si rerum vendicarum ante hereditatem venditam pretia fuerit consequutus, palam est, ad eum pretia rerum PERVENISSE. Nec tantum si nactus sit, sed et si dolo malo id egerit, ne ad eum PERVENIRET, PERVENISSE existimabitur, veluti si alienauerit, aut accepto quem liberauerit, aut dolo malo id egerit, ne quid hereditati adquiretur.

PER.

tur. Quae omnia fufiflime explicantur in *l. 2. §. 3. sequ. D. de hered. vel act. vend.* In eo legis Iuliae capite, quo maritus, quidquid ad eum ex bonis liberti PERVENERIT, restituere iubetur, PERVENISSE accipimus, siue iam exegerit, siue exigere possit, quia actio ei delata est, *l. 4. §. 1. D. solut. matrim.* Quae interpretatio etiam in specie *l. 23. D. de act. emt.* facienda est. Hoc legato, *quanta pecunia ad me ex hereditate Titii PERVENIT, tantum dato*, id continetur, quod ex ea hereditate acceptum in tabulas suas testator retulerit, cautione a legatario praestanda, si quid forte postea eius hereditatis nomine praestiturus est. *l. 29. §. 2. D. de legat. III.* Plane quum praetor actionem in aliquem dat de eo, quod ad eum PERVENIT, veluti in heredes ex defuncti delicto doloue, in municipes, ex dolo eorum, qui res ciuitatis administrant, in dominum ex dolo procuratoris: sufficit, si vel momento ad eum PERVENERIT ex dolo defuncti. *l. 170. D. de reg. iur. l. 5. D. de calumniat. l. 1. §. vlt. l. 3. l. 9. D. de vi et vi arm. l. 16. §. 1. et §. penult. l. 18. in fin. l. 27. D. de dolo mal. l. 17. l. 19. D. quod met. cauß.* In his etiam caussis satis est, semel PERVENISSE, vt de eo PERPETVO in heredes actio competat: et si consumto eo quod PERVENERIT, heres decesserit, in heredem eius omnino actio datur. Re etiam semel in pecuniam aliamue rem conuersa, vltra non quaerimus, quis exitus fit. *l. 17. l. 18. D. quod met. cauß.* PERVENISSE autem intelligitur id, quo locupletior facta est hereditas, vel quod in corpus patrimonii sit versum, vt certum sit, ad heredem PERVENTVRVM. Idem est et si debitor liberatus, vel pecunia accepto lata sit, dolo malo heredis factum, quo minus eo hereditas augeretur. *l. 7. et l. 28. l. 29. D. de dol. l. 20. D. quod met. cauß.* Quantum autem PERVENERIT, litis contestatae tempus spectabitur. Ceterum qui rogatus est, quod ad se ex hereditate bonisue PERVENERIT, quum morietur, restituere, fructus, quos viuus perceperit, item quae fructuum vice sunt, nisi alia testatoris mens appareat, non restituet. *l. 81. D. de legat. III. l. 3. §. 3. D. de vsur.* PERVENISSE autem ad nos recte dicitur, quod per nos ad alium PERVENIT, vt in exemplo *l. 171. D. de verb. signif.*

[PERVERSITAS haereticorum: *l. 20. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.* PERVERSITAS Iudaica: *l. 19. verf. quam quidam C. Th. de Iudaeis Lib. XVI. tit. 8.* Qui gentis huius PERVERSITATE deuincti: *l. 24. C. Th. eod. tit.*]

[PRRVERSVS, A, VM. PERVERSI vel irati iudices: *l. 2. princ. C. de exaction. Lib. X. tit. 19.* quae est *l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. XI. tit. 7.*]

[PERVERTERE, est interuertere. Sic PERVERTERE ac vsurpare res filiorum dicuntur patres, in *l. 3. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 8.* qui maiorem quam legibus permissum est, in illas sibi vindicantes potestatem, in rem suam eas vertunt, adeoque filiis interuertunt.]

[PERVICACIA, obstinatio animi.

PER. PES. PET.

PERVICACIA obstinata eius dicitur, qui gemino iudicio superatus iterum prouocat. *l. vn. C. Th. de possess. ab eo quib. prouoc. Lib. XI. tit. 38.*]

PERVICACITER, est obstinato animo, contumaciter. *l. 3. §. 16. D. de suspect. tut*

PERVIDERE, est perspicere. *l. 11. C. de fideicomm. libert. l. 7. C. quod cum eo, qui in alien. potest. l. 16. C. de procurat.* Quo verbo vtimur in re clarissima, quemadmodum notat Cuiac.

[PERVIGIL diligentia: *l. 2. C. de curios.*]

PES.

PESTIBILIS, pestilens. PESTIBILIS fundus: *l. 4. C. de aedilit. act.* id est, PESTIBILES herbas vel lethiferas habens. Cuiusmodi est saltus, in quo mala herba nascitur. *l. 20. §. 1. D. locati.*

PESTILENS, minus salubris. [PESTILENS caelum minantur immunditiae cloacarum: *l. 1. §. 2. D. de cloac.*] PESTILENS fundus: *l. 48. D. de aedilit. edict. l. penult. D. de reb. eor.* id est, minus salubris, quemadmodum Varrone et Cicerone ducibus auctoribusque interpretor, qui PESTILENTI *agro*, *salubrem* opponunt. Sic enim ille *Lib. I. de re rust. Cap. 4.* *Vtilissimus autem is ager, qui salubrior est, quam alii, quod ibi fructus certus, contraque in PESTILENTI calamitas.* Hic vero *Lib. I. de diuinat. Cap. 36.* *Et sunt partes agrorum aliae* PESTILENTES, *aliae salubres.* Seneca *Lib. V. Controu. 5.* PESTILENTEM *mihi domum arbor faciebat.* Sic PESTILENS *regio Thuscorum* dicitur a Sidonio Apollin. *Lib. I. Epist. 5.* Et ita PESTILENTES aedes accipe apud Cicer. *Lib. III. de offic. cap. 13.* et Plin. *Lib. VII. Epist. 27.* Sane interdum, vt Varro citato loco scribit, propter terram aut aquam, odoremue, quem aliquo loco eructat, PESTILENTIOREM esse fundum contingit.

PESTILENTIOSVS, pestilens. Si odore suo locus PESTILENTIOSVS fiat: *l. 2. §. 29. D. ne quid in loc. publ.*

PESVLANIA lex de caoe memoratur a Paullo *Lib. I. Recept. Sent. tit. XV. §. 1.* Sed quum plane incerta omnia sint de hoc *Pesulanio*, et contra de Solone constet, eum tulisse legem, κύνα δακόντα παραδοῦναι κλοιῷ τετραπήχει δεδεμένον. vt *canis, qui momorderit, catena quatuor cubitorum reuinctus dederetur:* Plutarch. *Solon. Cap. XL.* non absurda est coniectura Cuiacii, Rittershusii aliorumque, hanc ipsam legem Solonis hic intelligi, scribendumque adeo esse *lege Solonia*, vel, quod malim, *lege per Solonem.* HEIN.

PET.

PETERE, precarium verbum est, et fideicommissis proprie conuenit, vt Vlpian. *Tit. XXV. Regul. §. 2. tradit.* Exempla suppetunt ex *l. 69. l. 76. §. 5. D. de legat. II.* et aliis infinitis locis. De te PETO vxor carissima: *l. 57. §. vlt. D. ad SC.* Tre-

Trebell. Si probaueris Demetrium PETIISSE de matre heredeque tua: *l. 1. C. de fideicom.*
¶. 2. PETERE etiam eſt exigere, vel poſtulare ſibi dari. Contra fratrem pro ancilla PETITVS arbiter: *l. 13. C. de probat.* Si filius non PETIERIT bonorum poſſeſſionem: *l. 20. §. 4. D. de bon. libert.* Bonorum poſſeſſio PETI: *l. 1. §. 3. et 10. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* Si rurſus eumdem iudicem PETIERIS: *l. 2. C. de iudiciis.* Tutor non poteſt PETERE ſatis a contutore vel concuratore ſuo: *§. 1. Inſtit. de ſatisd. tutor.* PETENTI ſatis moram non facere: *l. vlt. §. 1. D. quod legator.*
¶. 3. PETERE, alias eſt agere et iudicio experiri: *l. 12. §. vlt. D. rem rat. hab.* Si conuenerit, ne fundum PETEREM, et vſumfructum PETAM, aut ne nauem aedificiumue PETEREM, et diſſolutis his ſingulas res PETAM: *l. 27. §. 8. D. de pact.* Qui certam pecuniam numeratam PETIT: *l. 1. D. de condict. tritic. l. 1. C. de probat.* PETENTEM te exceptione ſubmouebo: *l. 50. D. de ſolution.* Tempus quo PETIT: *l. 4. D. de exception.* id eſt, quo agitur, vt *l. 47. D. de ſolution.* Et ita PETERE accipimus in *l. 112. D. de verb. obligat.* iudicio perſequi, ſeu per iudicem PETERE. Vinum, quod per iudicem PETITVM eſt: *l. 22. D. de reb. credit.* Proinde in ſtipulatione de rato, in qua procurator promittebat, rem ratam dominum habiturum, aut amplius non PETI, vt *l. 14. D. rem rat. hab.* verbum hoc: *Amplius non* PETI, Labeo ita accipiebat, ſi iudicio PETITVM eſſet. Si autem in ius eum vocauerit, et ſatis iudicio ſiſtendi cauſſa acceperit, iudicium tamen coeptum non fuerit, ego puto non committi ſtipulationem amplius non PETI. Hic enim non PETIT, ſed PETERE vult: *l. 15. D. eod. tit.* Et ita PETITVM intelligitur poſt litem conteſtatam. *l. 57. D. de ſolution.* [Immo et ante litem conteſtatam. *l. 3. §. 1. D. de alienat. iudic. mut. cauſſ.* ibi: PETEBAMVS, pro PETERE volebamus.] Plerumque vero PETERE eſt in rem agere, ſeu vindicare. [*l. 38. D. de oblig. et action. l. 1. §. vlt. D. de remiſſ. l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.*] Ita rem PETERE: *l. 24. D. de rei vindic.* Rem ſuam per hanc actionem nemo PETET: *l. 1. §. vlt. D. de condict. tritic.* Suam rem ab aliquo PETERE: *§. 14. Inſt. de action.* PETERE vſumfructum: *l. 2. D. de oper. nou. nunc. l. 1. §. vlt. D. de remiſſion.* Fundum PETITVRVS, nomen eius et quo loci ſit, dicere debebit: *l. 6. D. de rei vindic.* PETERE hereditatem, id eſt, ſuam eſſe intendere: *l. 3. l. 10. D. de petit. heredit.* Sed et PETERE rem ſuam eſſe, vox iuris eſt. Si fundum meum eſſe PETIERO: *l. 21. §. 3. D. de except. rei iud.* Si quis PETAT fundum ſuum eſſe: *l. 11. §. 2. D. eod. tit.* Si ſoli dominus PETAT, domum ſuam eſſe: *§. 30. verſ. certe Inſtit. de rer. diuiſ.* PETERE ſeruum tuum eſſe poteris: *l. 42. D. de liber. cauſſa.* Si Stichum et Pamphilum tuos eſſe PETIERIS: *l. 21. §. 2. D. de except. rei iud.* Ipſam rem propria actione perſequitur quis, id eſt, ſuam eſſe PETENS: *§. 18. Inſt. de action.*
¶. 4. [PETERE controuerſiam, id eſt, peragere. Quaecumque incidiſſet controuerſia, eius PETENDAE negotium Titius haberet: *l. 6. §. 1. D. quod cuiuſc. vniu. nom.*]
¶. 5. PETERE, aliquando eſt repetere, reuocare, vt: PETERE ex libertate in ſeruitutem, et contra ex ſeruitute in libertatem. Is, qui ex libertate PETIT in ſeruitutem: *l. 16. D. de bon. libert.* Qui ex libertate in ſeruitutem PETIT: *l. 26. D. de liberal. cauſſ.* Si quis de libertate aliquem in ſeruitutem PETAT: *l. 2. D. de iniur.* Qui in ſeruitutem libertum paternum PETERET: *l. 9. l. 30. D. de bonis libert.* Seruum manumiſſum in ſeruitutem PETERE: *l. 31. D. de liberal. cauſſ.* Si libertum in ſeruitutem PETIERIT heres: *l. 33. §. 1. D. de fideicomm. libertat.* Si is, quem in ſeruitutem PETEBAS, liber pronunciatus eſt: *l. 4. C. de liber. cauſſ.* Si iam in ſeruitutem PETOR: *l. 8. §. 1. D. quod met. cauſſ.* Siue ex libertate in ſeruitutem, ſiue contra PETANTVR: *l. 8. D. de re milit.* Qui in libertatem ex ſeruitute vel contra PETITVR: *l. 1. §. 21. D. de vi et vi arm.* Quod procurator eum in ſeruitutem PETIERIT, vel aduerſus procuratorem ex ſeruitute in libertatem PETITVS fuerit: *l. 8. §. vlt. D. rem rat. hab.* Vtrum ex ſeruitute in libertatem PETATVR ancilla, an ex libertate in ſeruitutem: *l. 21. C. de liber. cauſſ.* Si in ſeruitutem Eutychia PETATVR: *l. 20. C. de probation.* In ſecuritatem PETI: *l. 1. C. de remiſſ. pign.* In eo, quod dicitur, patronum, qui libertum in ſeruitutem PETIERIT, remoueri a bonorum contra tabulas poſſeſſione: *l. 14. D. de bon. libert. l. 33. §. 1. D. de fideicomm. libert.* In ſeruitutem PETIISSE non is videtur, qui ei, qui in poſſeſſione erat ſeruitutis, PETENTI ſe in libertatem contradixit, verum is, qui ex libertate PETIT in ſeruitutem: *l. 16. D. de bon. libert.* Mancipia non PETVNTVR in publicum: *l. 1. C. ſi ſeru. export. ven.*
¶. 6. PETERE aliquando eſt ambire. Sic: PETERE honores: *l. 7. D. de mun. et honor. l. 4. §. 4. D. de re milit.* Si in municipio magiſtratum aut ſacerdotium quis PETIERIT: *l. 1. D. de leg. Iul. ambit.* PETITVRVS magiſtratus vel prouinciae ſacerdotium: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 30. §. 1.* Sic apud Catullum et alios PETITOR adpellatur, qui honores petit.

PETITIO, eſt perſequutio in iure apud iudicem, et maxime pro in rem actione ſumitur. PETITIO in rem infertur, vt actio in perſonam: *l. 28. D. de obligat. et action.* PETITIONIS verbo in rem actiones ſignificari videntur: *l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.* PETITIO ab actione ſeparatur: *l. 1. D. ad SC. Maced. l. 18. D. de acceptil. l. 23. D. rem rat. hab. l. 49. D. de verb. ſignif.* PETITIO hereditatis, quae in rem actio eſt, qua hereditatem vel totam, vel pro parte vel corpore hereditario ab eo vindicamus, qui vel pro herede vel pro poſſeſſore tenet: *l. 25. §. 18. D. de petit. hered. l. 27 §. 3. D. de rei vind.* Ob actiones PETITIONIS hereditatis teneri: *l. 18. D. de petit. hered.*
¶. 2. PETITIO pro repetitione: In ſeruitutem PETITIO: *l. 4. C. de liber. cauſſ.*
¶. 3. PETITIO aliquando pro ambitu accipitur. Abſtinere PETITIONE honoris: *l. 7. D. de muner. et honor.* Quod et in honorum PETITIONE erit ſeruandum. *l. 6. D. quod cuiuscumqu. vniu. nom.*
¶. 4. [PETITIO bonorum vacantium et caducorum. De ea ſublata vid. *tit. C. de petit. bonor. ſublat. Lib. X. tit. 12.* cui reſpondet *tit. C. Theod. de petitionibus et vltro dat. Lib. X. tit. 10.* De PETITIONIBVS

PET.

et *petitoribus* operum publicorum agitur. *l. 10. 40. 41. 42. 43. C. Theod. de oper. publ.* et *l. 15. C. Iustin. eod. tit.*] ¶. 5. PETITIO aeque ac solutio et acceptilatio dicitur modus solnendi obligationem in *l. 27. §. 6. D. de pact.* Id explicare nititur ipse Brissonius *de Solut. II. p. 162.* ex *l. 129. D. de verb. obligat.* et *l. 66. de procurat.* Sed hos textus nihil ad rem facere, ostendit V. A. Corn. van Bynkersh. *Obseru. Lib. VIII. cap. 10.* qui ideo vel *deditio* legendum, vel textum ita exponendum putat, vt agat de stipulatione alternatiua, e. g. *Stichum aut decem.* Alterutro enim simpliciter petito, actor plus petit, caussaque cadit, adeoque tunc soluta est obligatio. Quod posterius magis placet. HEIN.

PETITOR adpellatur actor quilibet. *l. 31. D. de iudic. l. 9. D. de furt. l. 20. D. iudicat. solu. l. 25. D. quando dies legat. l. 95. D. de solution* et apud Cicer. *de Orat. Lib. I. cap. 3.* PETITOR et is cum quo agitur, opponuntur *l. 4. §. 2. D. de doli mal. except.* PETITOR et possessor opponuntur: *l. 30. D. de liber. legat. l. 3. § 9. D. de Carbon. edict. l. 62. D. de iudic. l. 7. §. 7. D. de Publician. in rem. act.* Item PETITOR et reus, seu vnde petitur. *l. 2. §. 3. D. de eo, quod cert. loc.* PETITOR fundi: *l. 1. §. 2. D. quar. rer. act.* Alieni iuris PETITOR; *l. 8. D. de oper. nou. nunc.* PETITOR non qui excipit, probare debet: *l. 9. D. de probat.* Quum PETITORI probationis onus incumbat: *l. 20. D. eod. tit.* PETITORIS partes sustinere, et fungi partibus dicitur, cui probatio incumbit, quique de suo iure probare necesse habet: *l. 7. §. vlt. D. de liber. causs. l. 15. D. de oper. nou. nunc. l. vlt. D. si liber. ingen. l. 35. D. de adquir. possess. l. 8. D. si seruit. vind. l. 18. l. 19. D. de probat.* et haec sunt onera PETITORIS: *l. 62. D. de iudic. l. 25. D. de rei vindic. l. 1. §. 3. D. vti possidet.* Priuati hereditatis PETITORES: *l. 1. C. de petit. hered.*

PETITORIVS, A, VM. PETITORIA actio: *§. 4. Inst. de interdict.* id est, rei vindicatio. Eodemque sensu PETITORIVM iudicium. Qui PETITORIO iudicio agit: *l. 36. D. de rei vindic.*

PETITRIX, vt petitor dicitur. *l. 74. D. ad SC. Trebell. l. vlt. D. de hered. instit.*

PETRONIA lex. Ea continebatur, vt qui iure viri delatum adulterium non peregisset, numquam postea ad hoc crimen deferendum admitteretur. *l. 16. C. ad. leg. Iul. de adulter.* Lege etiam PETRONIA dominis facultatem ademtam suo arbitrio seruos ad bestias depugnandas tradendi. *l. 11. §. vlt. D. ad leg. Corn. de sicar.* Refertur et alia legis eiusdam PETRONIAE sententia in *l. 24. D. de manum. vindict.*

[PETRONIVS Magnus Praetor. *l. 3. D. de pact. dotal.*]

[PETRVS diuus Apostolus. *l. 1. princ. C. de summ. trinit.* diuinus Apostolus. *l. 2. C. Theod. de fid. cathol. Lib. XVI. tit. 1.*]

PET. PHA. PHI.

[PETVLANTER adquisitum dominium dicitur serui Christiani, quem Iudaeus, prohibente lege, sibi comparauit. *l. 4. C. Th. ne mancip. Christ. Iud. hab.*]

PETVLANTIA a violentia discerni solet. *l. 16. §. 6. D. de poen.*

PHA.

[PHANTASMA, visio. *l. 38. D. de verb. signif.*]

[ΦΑΡΜΑΚΟΝ mediae significationis vox est. Caius *l. 236. D. de verb. signif.* id, quod nos venenum adpellamus, Graeci *Φάρμακον* dicunt. Apud illos quoque tam medicamenta, quam quae nocent, hoc nomine continentur. Docet id Homeri versus, cuius meminit idem iurisconsultus:

> Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά.
>
> *Venena multa quidem bona mixta, multa autem mala.* vid Lib. XIX.]

[PHASIANARII, phasianis praefecti. PHASIANARII non continentur, nisi id testator expressit: *l. 66. D. de legat. III.*]

[PHASIANVS. PHASIANI debentur legatis auibus: *l. 66. D. de legat. III.*]

PHI.

PHILANTHROPIVM seu *φιλανθρώπιον*, quod et *ἑρμηνευτικόν*, *l. 3. D. de proxenet.* et *proxeneticum*, *l. 1. D. eod. tit.* adpellatur, est honorarium proxenetis praestari solitum. *l. 2. D. de proxenet* [vid. Cuiac. *Lib. XI. Obseru Cap. 18.* Alciatus *Lib. VIII. Parerg. Cap. 21.* cum Budaeo legit *φιλανθρωπίας*, id est, humanitatis, sed verior est altera illa lectio, quam et vulgati codices retinent]

[PHILARGYRVS. Attia vxor mea optato PHILARGYRVM puerum: *l. 28. §. 1. D. de condit. et demonstrat.* Vbi PHILARGYRVM argenti custodem interpretatur Ant. Augustinus *de nomin. propr. Pandect.* cui ideo Graecae linguae ignorantiam exprobrat Aegid. Menag. *Cap. XXXI. Amoenit. iur. ciu. p. 189.*]

[ΦΙΛΙΚΟΝ opponitur tributariae pensitationi, in *l. 6. C. de nauicul. Lib. XI. tit. 1.* et *l. 32. C. Theod. eod. tit. Lib. XIII. tit. 5.* Haec enim necessaria, illud vero amicale erat, et ex mera beneuolentia, vltro, amiceque dabatur.]

PHILIPPI, nummi genus. *l. 27. §. 4. D. de aur. arg. legat.* Ab Horatio *regale numisma* adpellatur. *Lib. II. Epist. 1. v. 234.*

> *Rettulit acceptos regale numisma*, PHILIPPOS.

Fit et apud Trebell. Pollion. *in Claud. Cap. XIV.* et Vopisc. *in Bonoso Cap. XV.* et in *Aureliano Cap. IX. et XII.* et *in Probo Cap. IV.* PHILIPPEORVM aureorum aereorumque mentio, qui, licet imagine vultus recentiorum principum signati, priscum tamen nomen retinuerunt.

PHI-

PHI.

[PHILOSOPHANTES, pro philosophi. PHILOSOPHANTES vere pecuniam contemnunt: *l. 8. §. 4. D. de vacat. et excuſ. muner.* Cui gemina prorſus eſt *l. 6. §. 7. D. de excuſat.*]

PHILOSOPHIA. Veram PHILOSOPHIAM non ſimulatam adfectantes: *l. 1. §. 1. D. de iuſtit. et iur.* [Quibus aduerſi ſunt illi, qui habitum PHILOSOPHIAE indebite et inſolenter vſurpant, *l. 8. C. de profeſſor. et medic.* quae eſt *l. 7. C. Theod. eod. tit. Lib. XIII. tit. 3.* PHILOSOPHIAE eſt perfectae furorem amoris retinere: *Nouell. LXXIV. Cap. 4.* PHILOSOPHIAE arcana rimari: *l. vn. C. de ſtud. liberal. vrb. Rom. Lib. XI. tit. 18.* PHILOSOPHIAE praeceptores: *l. 11. C. de profeſſor. et medic. Lib. X. tit. 52.*]

PHILOSOPHVS. PHILOSOPHVS hoc primum profiteri oportet, mercenariam operam ſpernere: *l. 1. §. 4. D. de extraord. cognit.* Vnde PHILOSOPHO haec Imperatores obiiciunt. Quum PHILOSOPHVM te eſſe proponas, vinceris auaritiae caecitate: *l. 6. C. de muner. patrimon. Lib. X.* PHILOSOPHI excuſantur a tutelis: *l. 6. D. de excuſat.* PHILOSOPHIS, qui ſe frequentes atque vtiles per eamdem ſtudiorum ſectam contendentibus praebent, tutelas et munera ſordida remitti: *l. 8. §. 4. D. de vacat. et excuſ. mun.* Si forte conſtantem ferum eſſe adfirmauerit, non exacta grauitate et conſtantia, quaſi a PHILOSOPHO deſideretur: *l. 18. D. de aedilit. edict.* Si quis iactationis gratia mortem ſibi conſciuerit, vt quidam PHILOSOPHI. *l. 6. §. 7. D. de iniuſt. rupt. irrit.* PHILOSOPHI profeſſorum numero non ſunt: *l. 1. §. 4. D. de extraord. cognit.*

PHILYRA, in *l. 52. pr. D. de legat. III* et apud Paull. *Rec. Sent. Lib. III. tit. 4. §. 87.* ſrotex eſt, papyro Niloticae non abſimilis, vt Suidas *Tom. III. p. 614.* docet his verbis: Φιλυρα, εἶδος δένδρυ, ἔχον Φλοιὸν βύβλῳ ἢ παπύρῳ ὅμοιον. *Tilia, arboris genus, quod corticem byblo vel papyro ſimilem habet.* Ductilis autem erat PHILYRAE liber, adeo vt ex ea coronae olim necterentur, vt Horat. *Lib. I. Carm. od. vlt. v. 2.* et Ouid. *Lib. V. Faſtor. v. 337.* et Plin. *Lib. X. Cap. 18.* ſignificant. Apertiſſime omnium id indicat Herodian. *Lib. I. Cap. 17.* de Commodo loquens: λαβὼν, ait, γραμματεῖον τύτων δὴ τῶν ἐκ Φιλύρας εἰς λεπτότητα ἠσκημένων, ἐπαλλήλῳ τε ἀνακλάσει ἀμφοτέρωθεν ἀπτυγμένων γράφει ὅσυς χρὴ τῆς νυκτὸς Φονευθῆναι. *Sumto in manus libello, quales de philyra tenuiſſimi atque in vtramque partem replicabiles fiunt, conſcribitque in eo, quoscumque illa nocte interficere deſtinauerat.* Xiphilinus *in Domitian. pag. 766.* Τὰ ὀνόματα εἰς σανίδιον Φιλύρινον δίθυρον ἐσγράψας. *nomina ſcripta in tabulis tiliaceis, iisdemque duplicibus.* Plin. *Lib. XIII. Hiſtor. natural. Cap. 11. Nempe et in Euphrate naſcens circa Babylonem papyrum intellectum eſt, eumdem vſum habere chartae.* Et mox: *Praeparantur ex eo chartae diuiſa acu in praetenuet, ſed quam latiſſimas PHILVRAS.* Vetus Horatii Comment. *ad Lib. I. Carm. od. vlt. Corticem tiliae arboris* PHILYRAM *dici*, tradit. Ac plane idem tiliae ac PHILYRAE vſus erat, qoemadmodum docet Septimius Romanus, qui Latine Dictim Cretenſem interpretatus eſt, in eius auctoris vita. *Sex volumina in* TILIAS *digeſſit Phoeniceis litteris.* Idem in *Epiſtol. ad D. Arcadium* de eadem re loquens: *Libros*, inquit, *ex PHILYRA in lucem producturi.*

PHO.

PHOTINIANI in *l. 5. C. de haeret. et Manich.* a Photino qoodam Gallograeco Smyrnae (immo Sirmii, quod erat Illyrici caput. HEIN.) Epiſcopo nuncupari, qui Hebionitarum et Paulli Samoſatenſis haereſin ſequutus, Chriſtum ex carnali coitu natum, non autem aeternum Dei verbum eſſe, adfirmabat, vt Philaſtrius *in haereſeon catalogo Cap. LXV.* et Iſidor. *Lib. VIII. Etymolog. Cap. 5.* ſcribunt.

PHR.

[ΦΡΑΤΩΡΕΣ in *l. vlt. D. de colleg. et corp.* ſunt contribules. vid. Caſaubon. *ad Athenaeum Lib. IV. Cap. 9.*]

[PHRENETICVS. Interdum vitium corporale vsque ad animum peruenire, et eum vitiare, veluti contingeret Φρενιτικῷ, id eſt, mente capto; *l. 1. §. 9. D. de Aedil. edict.*]

PHV.

PHVPHIDIVS iuriſconſultus. Vid. PVFIDIVS.

PIA.

PIACVLARIS, E, qood non ſine piaculo committitur. PIACVLARIS doctrina rebaptizantium: *l. 2. C. Theod. ne ſanct. baptiſm. Lib. XVI. tit. 6.* PIACVLARE crimen: *l. 6. in fin. C. Th. eod. tit.*

PIACVLVM, pro ſcelere. PIACVLVM committit, qui corpos ſepulturae traditum nudauerit, et ſolis radiis oſtenderit: Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 21. §. 4.* Ea, quae ſine PIACVLO non poſſunt praeteriri: *l. 7. §. vlt. D. de iur. deliber.* [Qoidquid attingere nefas eſt, non ſine PIACVLO comparatur: *l. 2. C. Theod. de ſepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.* Ne in PIACVLVM incidat contaminata religio defunctorum: *l. 5. C. eod. tit.* pro quo rectius *l. 5. Theod. Cod. eod. tit.* ne in PIACVLVM incidant contaminata religione. Si quis necandi infantis PIACVLVM adgreſſus adgreſſaue ſit: *l. 8. C. ad leg. Corn. de ſicar.* Sit illis PIACVLVM inde diſcedere: *l. 122. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* PIACVLVM ſecretius pro domeſtico cultu ſeu ſacrificio, cui publica victimarum et hoſtiarum immolatio opponitur, *l. 12. princ. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* Vnde adparet et ipſum admiſſum ſcelus, et expiando hoic praeſtari ſolitum ſacrificium, PIACVLVM vocari. Vid. Iac. Gothofred. *ad l. 2. C. Theod. de ſepulcr. viol.* et Cuiac. *ad Paull. Recept. Sent. Lib. I. tit. 23. §. 1.*]

PIC.

PICARE, eſt pice oblinere. Dolia vinaria, quae ad praeſentem vſum colonum PICARE oportebit: *l. 19. §. 2. D. de locat.* Sueton. *Claud. Cap. XVI.* Altera

Altero edicto admonebat, vt vberi vinearum prouentu bene dolia PICARENTVR.

PICARIAE, in *l. 17. in fin. D. de verb. signif.* sunt picis fodinae, quales populus Romanus in reditu habuit. Cic. *in Brut. Cap. XXII. Liberi societatis eius, quae PICARIAS de P. Cornelio et L. Mummio Censoribus redemisset*: quo loci recentiores *pecuaria* emendarunt, quam recte, alii viderint. [Displicet haec explicatio Io. Goeddeo *ad d. l. 17. D. de verb. sign.* qui eo nomine non *picis fodinas*, sed *vectigal quoddam rerum picariarum*, et apud Cicer. huius vectigalis conductores intelligit. Sed vtique proba est Brissonii interpretatio, et de *fossili pice*, cuius Plin. *Lib. XVI. Hist. nat. cap. 22.* accipienda. Inde etiam eiusmodi fodinae PICARIAE eadem analogia, qua cotium fodinae *cotariae* in *l. 15. D. de public. et vectigal.* vocantur.]

PICTOR, pingendi peritus. PICTORIS instrumento legato, cerae, colores, similiaque horum legato cedunt, item peniculi, et cauteria et conchae: *l. 17. D. de instruct. vel instrum. legat.* Quum PICTOR in pergula clypeum vel tabulam pictam expositam habuisset: *l. 5. §. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* Si PICTORI precioso pollex praecisus fuit, artem cum pollice cum amisisse ait Vlpian. in *l. 23. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Quod PICTOREM aut librarium docueris: *l. 28. D. de rei vindic.*

PICTORIVS, A, VM. PICTORIAE operae: *l. 26. §. 12. D. de condict. indeb. l. 6. l. 33. D. de oper. libert.*

PICTVRA. PICTVRAE inter impensas voluptarias numerantur: *l. 79. §. vlt. D. de verb signif.* PICTVRAS tabulis non cedere, sed ex diuerso tabulas picturis cedere: *l. 9. §. 2. D. de adquir. rer. domin.* Pretiosissimas PICTVRAS habere in pariete communi: *l. 13. D. de seruit. praed. vrban.* Si PICTVRAS corradere velis: *l. 38. D. de rei vindic.* Si tabula rasa PICTVRA sit reddita: *l. 14. D. de verb. signif.*

PICTVS, A, VM. Tabulae PICTAE: *l. 17. §. 3. D. de act. emt.* Tabulas PICTAS studiose intueri, animi vitium est: *l. vlt. princ. D. de aedilit. edict.*

PIE.

PIE. Non minus parentibus, quam liberis PIE relinqui debet: *l. 15. D. de inoffic. test.*

PIETAS, est parentibus a liberis debitum obsequium, debitus honor, debita reuerentia ac caritas. PIETAS parentibus, etsi inaequalis est eorum potestas, aequa debebitur: *l. 4. D. de curat. furios.* PIETATEM liberi parentibus, non operas debent: *l. 10. D. de obsequ. parent.* Pro PIETATE, quam patri debet praestare filius: *l. 8. D. de probation.* Filium, si PIETATEM patri debitam non agnoscit, castigare iure patriae potestatis non prohiberis: *l. 3. C. de patr. potest.* Etiam militibus PIETATIS ratio in parentes constare debet: *l. 1. D. de obsequ. parent.* A milite quoque filio, qui in facultatibus sit, exhibendos parentes PIETATIS existimat ratio: *l. 5. §. 15. D. de agnosc. et alend. liber.* Quae viuus filius ex officio suae PIETATIS dabit: *l. 5. §. 17. D. eod. tit.* Conuenit PIETATI filiorum: *l. 6. C. de his, quae vt indign.* Contra voluntatem matris tuae libertatem in eum conferre, quem illa liberum fieri prohibuit, non debere, ne videaris iura PIETATIS violare: *l. 7. C. de testam. manum.* Is, qui PIETATIS sibi conscius est; *l. 8. C. de inoffic. testam.* ¶. 2. PIETAS quoque est naturalis parentum erga liberos adfectus. Plerumque PIETAS paterni nominis consilium pro liberis capit: *l. 22. D. ad leg. Iul. de adulter.* PIETAS patris non reprehendenda: *l. 1. §. 10. D. si quid in fraud. patron.* Sumtus, quos patris PIETAS non recusarit: *l. 5. D. ad SC Macedon.* Si patrem tuum officio debito promerueris, paternam PIETATEM tibi non denegabit: *l. vlt. C. de alend. liber.* PIETAS genuina efficit, filium sine dolo malo retineri: *l. 3. §. 4. D. de hom. lib. exhib.* Patris potestas in PIETATE debet, non in atrocitate consistere: *l. 5. D. ad leg. Pompei. de parricid.* PIETATI paternae tribuitur filiae data dos; *l. 1. §. 10. D. si quid in fraud. patron.* Alimenta, quae mater PIETATE cogente de suo praestitisset: *l. 34. D. de negot. gest.* Auiam iure PIETATIS alimenta de suo praestitisse: *ibid.* Quamquam mater filii negotia secundum patris voluntatem PIETATIS fiducia gerat; *l. 31. §. 6. D. de negot. gest.* Quum id exigente materna PIETATE feceris: *l. 11. C. eod. tit.* Quum tutores filiorum tuorum suspectos faceres, munere PIETATIS fungebaris: *l. 1. C. de negot. gest.* Accusationem contra filium tuum, si PIETAS et ratio naturalis animi tui non reuocat intentionem, constituere potes: *l. 14. C. de his, qui accusar.* Non ex officio PIETATIS testantur parentes, qui sine caussa liberos suos exheredant, vel omittunt; *l. 2. D. de inoffic. testam. princ. Inst. eod. tit.* ¶. 3. PIETAS quoque fratrum inter se dicitur. Arbitro accepto fratres communem hereditatem consensu diuidentes, PIETATIS officio funguntur: *l. vlt. D. famil. ercisc.* Sororem tuam pro tua PIETATE et regere et tueri velis: *l. 30. D. de adimend. legat.* Si Titius PIETATIS respectu sororis habuit filiam: *l. 27. §. vlt. D. de negot. gest.*

¶. 4. PIETAS quoque erga propinquos dicitur. Parentes et liberi vtriusque sexus, nec non et ceteri agnati vel cognati secundum PIETATIS rationem, prout quisque voluerit, lugendi sunt; *l. 23. D. de his, qui notant. inf.* PIETATIS munere fungeris, qui fratris tui filios protegere conaris: *l. 6. C. de suspect. tutor.* Mulieres, quae PIETATE necessitudinis ductae ad hoc procedunt: *l. 1. §. 7. D. eod. tit.* ¶. 5. Quin etiam quodlibet humanitatis officium PIETATI tribuitur. Qui sine PIETATIS intentione alienum cadauer funerat: *l. 14. §. 7. D. de religios. et sumt. fun.* Dotis promissio ad PIETATIS caussam pertinere dicitur: *l. 32. §. 2. D. de condict. indeb.* PIETATIS gratia: *l. 14. §. 7. D. de religios. et sumt. funer.* intuitu: *l. 14. §. 1. D. de aliment. legat. l. 41. §. 2. D. de legat. III.* respectu: *l. 46. D. de vsufruct.* ¶. 6. [Caussa, PIETATIS iure subnixa, *l. 19. C. de sacrosanct. Eccles.* id est, pia caussa. Eadem notione et PIETATIS officium dicitur eorum, qui Orphanotrophiis, Xenodochiis et similibus locis

velut

velut tutores et curatores praefecti sunt. *l. 35. D. de Episcop. et cleric.* ¶. 7. PIETATEM etiam suam Imperatores adpellant. Inconsulta PIETATE nostra: *l. 13. C. de oper. publ.*

[PIGER, deses, ignauus. Quos aut obiectus debilitatis alienat, aut senectus PIGRA moratur; *l. 84. C. Theod. de decurion.* PIGRIORIS silentii ignauia: *l. 22. princ. C. Th. de praetor. et quaestor. Lib. VI. tit. 4*]

PIGMENTARIVS. PIGMENTARII, si cui temere cicutam, salamandram, aconitum, pituocampas, aut bubrostim, mandragoram, et id quod lustramenti caussa, dederint cantharidas: *l. 3. §. 3. D. ad leg. Corn. de sicar.* Glossae Nomicae: Πημεντάριος προπετῶς διδὼς τὸ κώνειον ἢ σαλαμάνδραν κατέχεται τῷ δε σικαρίοις. *Pigmentarius, qui temere dedit cicutam vel salamandram, lege Cornelia de sicariis tenetur.* Vbi auctor ipsam *d. l. 3. §. 3. D. de leg. Corn. de sicar.* expressit. Graeci *Basil. Lib. LX. tit. 39.* Πημεντάριοί εἰσιν, οἵτινες εἰσὶν ἀφωρισμένοι ἐπὶ τῷ τὰς βοτάνας συλλέγειν καὶ ἀποτίθεσθαι ἐν τῷ ξενῶνι· οἵτινες καὶ τῶν βοηθημάτων φροντισταί εἰσιν. *Pigmentarii sunt, qui destinati colligendis herbis, et deponendis in xenone, qui et auxiliorum curatores sunt.* Car. Labb. *ad Gloss. Vet. verb. iur. p. 144.* HEIN. [Conf. Barth. *Lib. XXIX. Aduers. Cap. 9.*]

PIGNORARE, vel PIGNERARE, est pignori ponere. Si ego eamdem rem alii PIGNORAVI: *l. 14. D. de diuers. temp. praescr.* Si rem, quam tibi PIGNORAVI, subripuero: *l. 5. D. pro emtor.* PIGNORARI est pignori obligari. Nomen debitoris PIGNORARI et generaliter et specialiter posse: *l. 4. C. quae res pignor.* Si quis seruo PIGNORATO directam libertatem dederit: *l. 24. §. 10. D. de fideicomm. libert.* Ancillam suam PIGNORATAM manumittere: *l. 45. D. eod. tit.* Si debitur rem PIGNORATAM precario cauerit: *l. 12. D. de precar.* Opposuerat exceptionem rei sibi ante PIGNORATAE. *l. 19. D. de except. rei iudic.*

PIGORATICIVS, qui sub pignoribus credit, qui pignora vel hypothecas suscipit. Ita dicimus, PIGNORATICIVS creditor. An creditori PIGNORATICIO damni infecti caueri debeat: *l. 11. l. 15. §. 25. D. damn. infect.* ¶. 2. PIGNORATICIVS, pro pignori obligatus. Quamuis conuenerit, vt PIGNORATICIVM fundum tibi vendere liceret: *l. 6. D. de pignorat. act.* Si creditor fundum PIGNORATICIVM vendiderit: *l. 26. D. de solution.* ¶. 3. PIGNORATICIA *actio*, eaque directa est in personam actio, quae debitori ad pignus repetendum soluto debito, vel si eo nomine satisfecerit, datur. *tit. D. et C. de pignorat. act.* Creditor, qui pignus accipit, de ea re, quam accepit, restituenda tenetur, actione PIGNORATICIA: *§. vlt. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* Qui ante solutionem agit PIGNORATICIA, non recte agit. Omnis enim pecunia exsoluta esse debet, aut eo nomine satisfa-

ctum, vt nascatur PIGNORATICIA actio: *l. 9. §. 3. D. de pignorat. act.* PIGNORATICIVM iudicium, *l. 34. §. vlt. l. 36. D. eod. tit.* adpellatur a Papiniano iudicium, quod de pignore dato proponitur, vel redditur, *l. 2. D. de pignor. l. 32. in fin. princ. D. de negot. gest. l. 42. D. de pignorat. act.* ¶. 4. Atque haec directa PIGNORATICIA est. Contraria vero dicitur, quae creditori rem sibi oppignoratam persequenti aduersus debitorem, qui eum pignore fefellerit, vel alias improbato more versatus sit, vel sumtuum in rem pignoratam factorum nomine competit: *l. 1. l. 3. l. 16. §. 1. l. 25. D. de pignorat. act.* ¶. 5. PIGNORATICIAM etiam interdum iurisconsulti vocant hypothecariam, quae creditori pignoris persequendi caussa tribuitur, actionem, *l. 9. D. quib. mod. pign. l. 11. in fin. et l. 30 §. 1. D. de except. rei iudic. l. 5. C. si res alien. pign.* PIGNORATICIA Seruiana, siue hypothecaria, quae creditoribus competunt; *l. 3. §. 3. D. ad exhibend.* Si possessor pignoris litis aestimationem PIGNORATICIAM in rem agenti offerat; *l. 7. §. 12. D. commun. diuid.* Egit posterior creditor cum priore PIGNORATICIA: *l. 19. D. de except. rei iud.* ¶. 6. Datur et vtilis actio PIGNORATICIA creditori in specie *l. 41. D. de pignorat. act.* Sic et vtilis actio PIGNORATICIA reddenda est, *l. 13. D. de condict. indeb.* Aequitatem facere, vt facile vtilis persequutio exemplo PIGNORATICIAE detur: *l. 5. C. si res alien. pign.* ¶. 7. Atque vt PIGNORATICIA actio, ita et PIGNORATICIA exceptio adpellatur. PIGNORATICIA exceptione submoueri. *l. 6. §. 9. D. commun. diuid.*

PIGNORATIO, id est, pignoris obligatio. Quod emtionem recipit, etiam PIGNORATIONEM recipere potest: *l. 9. D. de pignor.*

PIGNVS, adpellatum est a pugno, quia res, quae pignori dantur, manu traduntur. *l. 238. §. 2. D. de verb. signif.* [Quam tamen deriuationem vt falsam et ineptam reiicit cum Salmasio Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX. p. 323*] Itaque PIGNVS proprie est, quum possessio tradita est creditori: *hypotheca* vero, quum non transit possessio ad creditorem. *l. 1. §. 9. D. de pignor. act.* Inter PIGNVS et *hypothecam*, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest. Nam de qua re inter creditorem et debitorem conuenerit, vt si pro debito obligata, vtraque hac adpellatione continetur: sed in aliis differentia est. Nam PIGNORIS adpellatione eam proprie rem contineri dicimus, quae simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quae sine traditione nuda conuentione tenetur, proprie *hypothecae* adpellatione contineri dicimus: *§ 8. Inst. de action.* Vnde PIGNORA et *hypothecae* interdum separantur. Si creditor PIGNVS vel *hypothecam* vendiderit: *l. 7. D. de distract. pign.* Si pactum sit a creditore, ne liceat debitori *hypothecam* vendere vel PIGNVS; *l. 7. §. vlt. D. eod. tit.* Creditor, ne PIGNORI *hypothecaeue* sit res, pacisci potest: *l. 8. D. quib. mod. pign.* Creditor, cui res PIGNORIS vel *hypothecae* iure obligatur: *l. vlt. C. de crim. stellion.* Res PIGNORIS *hypothecaeue* iure creditoribus obnoxias alienantes: *l. 10. C. de remiss. pign.* Fideiussor, qui PIGNORA vel *hypothecas* suscepit: *l. 2. D. de pignor.*

l. 32. D. de negot. gest. Quum creditor eadem PIGNORA vel *hypothecas* habet obligatas: *l. 2. C. de fideiussorib.* De PIGNORIBVS vel *hypothecis* rerum, quae quibusdam creditoribus suppositae: *l. vlt. C. de remiss. pign.* Verum in vsu haec verborum proprietas plerumque confunditur, et promiscue PIGNORIS et *hypothecae* vocabula vsurpantur. Vnde Marcianus: Inter PIGNVS et *hypothecam* solum sonus differt: *l. 5. §. vlt. D. de pignor.*

¶ 2. Varia autem sunt PIGNORVM genera. Quoddam enim *conuentionale* est, quod ex conuentione proficiscitur. Ex huiusmodi PIGNVS contrahitur non sola traditione, sed etiam nuda conuentione, si non traditum est: *l. 1. D. de pignorat. act.* Si PIGNORIBVS contraheretur obligatio: *l. 7. C. de fideiuss.* Debitor sub pignore: *l. 59. D. ad SC. Trebell.* Qui sub PIGNORIBVS solebat mutuas pecunias accipere: *l. 12. D. de pignorat act.* Si legatarius noluit sibi PIGNORIBVS caueri: *l. 2 §. 3. D. quod legator.* Exemplo eius, qui PIGNORI accepit: *l. 15. §. 30. D. de damn. infect.* Si quis iurauerit ob decem PIGNORI dedisse fundum: *l. 13. §. 5. D. de iureiur.* Generaliter PIGNORI datus seruus: *l. 27. §. vlt. D. qui et a quib.* PIGNORI res nixae: *l. 22. §. 1. D. de iur fisc.* Si quis obligauerit aurum PIGNORI: *l. 1. D. de pignorat. act.* Ancillam, quam PIGNORI obligauerat: *l. 26 § 2. D. de fideicomm. libert.* Fundum suum PIGNORI obligauit: *l. vlt. §. 1. D. de donat.* PIGNORI obligatus seruus: *l. 26. D. qui et a quib. l. 4. §. vlt. D. de manum. vind.* PIGNORA, quae specialiter vel generaliter habeo obligata: *l. 6. C. de act. et oblig.* Praedia PIGNORI ponere: *l. 38. D. de legat. III.* Quum Seius pro vxore ornamentum PIGNORI positum luerit: *l. 33. §. vlt. D. de legat. III.* Sic et PIGNORI *opponere* Latini auctores dicunt. Plaut. *Pseudol. Act. I. Scen. 1.*

Vix hercle, opinor, si me opponam PIGNORI,
agerent.

Terent. *Phorm. Act. IV. Scen. 3. v. 56.* Vt *ager noster oppositus est PIGNORI ob decem minas.* Festus: *Reluere, resoluere, repignerare. Caecilius in Carine: vt aurum et vestem, quod matris fuit, reluat, quod viua ipsi opposuit PIGNORI.* Interdum et *opponere* simpliciter eod. sensu, vt illo Senecae loco *Lib. VII. de benef. cap. 14.* *Rebus meis in securitatem oppositis.* Ex cuius verbi ambigua significatione natus est elegans iocus apud Catull. *Epigr. XXVI.*

Furi villula nostra non ad Austri
Flatus opposita est, nec ad Fauoni,
Nec saeui Boreae aut Apeliotae:
Verum ad millia quindecim et ducentos.
O ventum horribilem atque pestilentem.

¶. 3. Aliud est PIGNORIS genus, quod praetoris magistratusque, ad quem ea iurisdictio pertinet, auctoritate imperioque constituitur. Vnde et *praetorii* nomen traxit. *tit. C. de praet. pign.* Tale PIGNVS nanciscuntur habentque creditores, qui rei seruandae caussa, legatarii fideicommissariiue, qui legatorum seu fideicommissorum seruandorum caussa in possessionem mittuntur. Etenim si ex quacumque caussa magistratus in possessionem aliquem miserit, PIGNVS constitui, ait Vlpianus, sed non alias, nisi ventum fuerit in possessionem, *l. 26. D. de pignorat. act.* Ius PIGNORIS contrahitur siue legatorum seruandorum caussa, siue damni infecti vt procedat: *l. 3. §. 1. D. de distract. pign.* Misso legatario in possessione, res pro emtore vsucapitur, salua praetorii PIGNORIS caussa: *l. 12. D. pro emtor.* quod explicatur *l. 2. D. pro hered.* in qua traditur, eum, qui legatorum seruandorum caussa in possessionem mittitur, non interpellare possessionem eius, qui pro emtore vsucapiebat. Nam etiam impleta vsucapione ius PIGNORIS retinebit, vt non prius discedat, quam si solutum ei legatum fuerit, aut eo nomine satisfactum. Mitti liberos in possessionem fideicommissi seruandi caussa, vt pro PIGNORE, non vt pro dominis possideant: *l. 114. §. 12. D. de legat. I.* Plane eum, qui rerum eius sine dolo malo reipubl. caussa abfuit, in possessionem missus sit, PIGNVS non contrahere, ait *l. 35. D. de reb. auctor. iud. possid.* ¶. 4. Est et aliud PIGNVS, quod in caussam iudicati ex auctoritate eius, qui iubere potest, capitur, ac per officium distrahitur. *rubr. C. si in causs. iudic. pign cap.* Si iussu iudicis rei iudicatae PIGNVS captum per officium distrahatur: *l. 74. §. 1. D. de euict.* Si PIGNVS ex caussa iudicati ex auctoritate eius, qui iubere potuit, captum est: *l. 10. D. qui potior. in pign.* PIGNORI capi iussu magistratus et distrahi fundus pupillaris potest: *l. 3. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tut.* Si ex caussa iudicati PIGNORA minoris capta sint et distracta: *l. 9. princ. D de minor.* Eam pecuniam iure PIGNORIS in caussam iudicati capti: *l. 40. D. de re iudic.*

¶ 5 Denique PIGNORIBVS captis ac distractis indicato satisfacere condemnatus compellitur. PIGNORIBVS captis et distractis cogetur sententiae satisfacere: *l. 5. §. 10. D. de agnosc et alend. liber.* Debitores si per contumaciam differant solutionem, PIGNORIBVS captis compellendi sunt ad satisfaciendum: *l. 31. D. de re iudic.* Tutore condemnato in pupillum dandam actionem iudicati, nisi abstineatur. Tunc enim nec in tutorem, nec in pupillum, nec PIGNORA tutoris capienda esse: *l. 2. princ. D de administr. et peric. tut.* PIGNORI captis praediis et distractis: *l. 1. C. si aduers. vendit. pignor.* In venditione autem PIGNORVM facienda, primo quidem res mobiles animales PIGNORI capi magistratus populi Romani iubent, mox distrahi; quarum pretium si suffecerit, bene est, si non suffecerit, etiam soli PIGNORA capi iubent, et distrahi. Quod si nulla mouentia sint, a PIGNORIBVS soli initium faciunt, *l. 15. § 2. D. de re iudic.* ¶. 6. PIGNORA etiam coercendae contumaciae caussa capiuntur. Mulier, quae se praegnantem esse dissimulat, vel negat, euocari ad praetorem potest, cogendaque erit remediis praetoris, et in ius venire, et si venit, respondere: PIGNORAque eius capienda et distrahenda, si contemnat: *l. 1. §. 1. et §. 3. D. de inspic. ventr.* Nisi caueant tutores vel curatores, PIGNORIBVS captis coercentur: *§. 3. Inst. de satisdat tutor.* Eum tamen, qui missum in possessionem damni infecti nomine non admittit, PIGNORIBVS a magistratibus coerceri, Vlpiano non placet. *l. 4. §. 2. D. de damn. infect* Eamque pecuniam ab eo is, qui hoc imperio vtitur, exigeret, id est, PIGNVS capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo; *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Iul. pecul.*

peculat. Sic et in ea lege, quae a Frontino *Lib. II. de aquaeduct.* refertur: TVM EI PRAETORI EO NOMINE COGERE ET COERCERE, MVLCTARQVE DICENDAE, SIVE PIGNORIS CAPIENDI IVS POTESTASQVE ESTO. Et paullo post: EOQVE NOMINE HIS PIGNORIS CAPIO MVLCTAEQVE DICTIO VTIQVE ESTO. Sic Cicero *Lib. III. de oratore cap. 1.* PIGNORIBVS *ablatis Crassum instituit coercere.* Sueton. *Iul. cap. XVII. Vettium* PIGNORIBVS *captis et direpta supellectile male mulctatum coniecit in carcerem.* Liu. *Lib. XXXVII. Cap. 51. Et imperia inhibita vltra citroque, et* PIGNORA *capta.* Tacit. *Lib. XIII. Annal. Cap. 28. Cohibita arctius et Aedilium potestas, statutumque, quantum curules, quantum plebeii* PIGNORIS *caperent, vel poenae irrogarent.* Senatorea vtique PIGNORIBVS in curiam venire cogebantur, vt ex Cicer. *Philipp. III.* adparet Liu. *Lib. III. Cap. 38. Postquam citati* [de Senatoribus loquitur) *in curiam non conueniebant, dimissi circa domos adparitores simul ad* PIGNORA *capienda.* Sic PIGNORVM capio, in *l. 7. C. Theod. de exaction l. vlt. C. Th. de distrab. pignor.* Gell. *Lib. VII. Noct. Attic. cap. 10.* PIGNORIS *capio iunctae sunt partes, et productae dicebantur, verba Catonis sunt ex l. epistolic. quaest.* PIGNORIS *capio, ob aes militare.* ¶. 7. Praeterea est quasi PIGNVS, quum res PIGNORIS loco in securitatem retinetur. Ante pretium exsolutum venditor quasi PIGNVS retinere potest eam rem, quam vendidit: *l. 13. §. 9. D. de act. emt.* Proinde si emtor, antequam pecuniam soluerit, rem emtam subtraxerit, furti actione teneri, perinde ac si PIGNVS subtraxisset: *l. 14. §. 1. D. de furt.* Si ob aliquas impensas, quas in rem commodatam fecisti, retentionem eius habueris, etiam cum ipso domino, si eam surripiat, habebis furti actionem, quia eo casu quasi PIGNORIS loco ea res fuit: *l. 15. §. vlt. D. de furt.* ¶. 8. PIGNORA etiam pro liberis non apud veteres auctores tantum, sed et in iure nostro accipiuntur. Sic: Filium adoptiuum, quem ad vicem naturalis PIGNORIS tibi adscribis: *l. 4. C. de decurion. Lib. X. tit. 31.* id est, filii naturalis. [Quinctil. *Lib. VI. Instit. orat. Cap. I. Adfert in his momentum et aetas, et sexus, et* PIGNORA; *liberi dico, et parentes, et propinqui.* Tacit. *Agricol. Cap. XXXVIII. Aliquando frangi adspectu* PIGNORVM *suorum, saepius concitari.* Apulei. *de Asin. aur. Lib. V. p. 164. Nuntio Psyche laeta florebat, et futuri* PIGNORIS *gloria gestiebat, et materni nominis dignitate gaudebat.* Iustin. *Lib. XXVI. Cap. 1. Princeps eorum Hellanicus, senex et liberis orbus, vt qui nec aetatis nec* PIGNORIS *respectu timeret.*]

¶. 9 [PIGNVS pro anulo pronubo seu arrha sponsalitia quacumque. *l. 3. C. Theod. de sponsalib. Lib. III. tit. 5*]

[PIGRESCENS. PIGRESCENTES actus animalium cursui publico destinatorum innocuo titillo admonere. *l. 2. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.*]

PIL.

PILA pro orbiculo, qui hinc inde a colluforibus manibus iactatur, excipiturque. Quum PILA quidam luderent, vehementius quis PILA percussa in tonsoris manus eam demiserit: *l. 11. D. ad leg. Aquill.* Quum PILA complures luderent, quidam ex his seruulum, quum PILAM percipere conaretur, impulit: *l. 52. §. vlt. D. eod. tit.* Ouid. *Lib. I. de arte amand.*

Reticuloque PILAE *tenues iactantur in altum.*

¶. 2. PILAE etiam lapideae dicuntur, quae onus aliquod sustinent. Si PILAS in mare iactauerim, et super eas inaedificauerim: *l. 3. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* Iactas in mare PILAS eius esse, qui iecerit: *l. 3. D. ne quid in loco publ.* Liu. *Lib. XL. Cap. 51. M. Fuluius plura et maioris locauit vsus porticum et* PILAS *pontis in Tiberi, quibus* PILIS *fornices post aliquot annos P. Scipio Africanus et L. Mummius Censores locauerunt imponendos.* Q. Curt. *Lib. V. Cap. 1. Saxo* PILAE, *quae totum onus sustinent, instructae sunt. Super* PILAS *lapide quadrato solum stratum est.*

PIN.

PINGERE. Si tale sit factum, quod locari solet, puta vt tabulam PINGAS: *l. 5. §. 2. D. de praescr. verb.* Seruitutium non ea natura est, vt aliquid faciat quis, veluti viridia tollat, aut amoeniorem prospectum praestet, aut in hoc, vt in suo PINGAT, id est, vt in parietibus suis collocet picturas, quae vicino praestent amoeniorem prospectum, quaeque *tectoria* vocari videntur, in *l. 3. §. 9. D. vti possidet.* Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXIX.* Adeo enim picturis delectabantur Romani, vt iis et stabula et praesepia ornarent. Iuuenal. *Sat. VIII. v. 157.*

Iurat
Solam Hippo, et facies olida ad praesepia pictas.

De Graecis Chrysippus apud Plutarch. *de Stoic. repugnant. p. 1044. Tom. II. Oper.* Ὅτι ἐγγὺς ἐσμὲν καὶ τὰς κοπρῶνας ζωγραφεῖν, *parum abesse, quin et sterculinia pingant.* HEIN.

PINGVIS. Inuenimus antiquitatem fideicommissis PINGVIOREM naturam indulgentem: *§. 1. Inst. de legat.* PINGVIVS, in *l. 14. princ. D. de except.* id est, laxius et crassiori, vt aiunt, Minerua, seu παχυμερέστερον, vt *l. 7. §. 2. D. de peculio.* et ἐν πλάτει, vt *l. 12. §. 2. D. rem rat. haber.* PINGVIVS donatori succurrere debemus, quam ei, qui verum debitum persoluere compellitur: *l. 49. D. de re iudic.* id est, vberius.

[PINGVITVDO terrae, pro pinguedine. *l. 1. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu.*] Vtrumque recte et Latine dici auctoritate Varron. *de re rust. Lib. II. Cap. 4. et Lib. III. Cap. 9.* et Plinii *Lib. XXIII. Hist. nat. Cap. 8.* aliorumque probat V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latin. veter. iurisc. p. 370.* HEIN.

PINVS. De PINV integri strobyli: *l. 167. D. de verb. signif.*

PIP.

PIPER. PIPERIS genera duo recensentur in *l. vlt. §. 7. D. de publican. Longum et*

 album,

album, inter quae etiam differentiam statuit Theophrast. *Lib. IX. histor. plant. Cap.* 22. Dioscorides *Lib. II.* et Galen. *Lib. VII. simplic. medicament.* Plin. *Lib. XII. Cap.* 7. Solin. in *Polyhist. Cap. LIII.* Isidor. *Lib. XVII. Cap.* 8. PIPERIS albi fit mentio apud Horat. *Lib. II Sat.* 3. Nascitur autem PIPERIS *arbor* in India et in latere Caucasi montis, quod soli obuersum est.

PIR.

PIRATA. PIRATARVM insidias casibus, quibus resisti non possit, adnumerat Caius, *l.* 18. *D. commod.*

PIRATICA. Quamuis domini iussu seruus PIRATICAM fecisset: *l.* 20. *D. de obligat. et action.*

PIS.

PISCARI Si quisquam in fluminis publici diuerticulo solus pluribus annis PISCATVS sit: *l.* 7. *D. de diuers. tempor. praescr.* In mari PISCARI vel in lacu: *l.* 3. *§. vlt. D. de iniur.* In mare PISCANTIBVS: *l.* 5. *§ vlt. D. de diuis. rer.* Nemo ad littus maris accedere prohibetur PISCANDI caussa: *l.* 4. *D. eod. tit.* PISCATVM militem non mittere: *l.* 12. *D. de re milit.*

[PISCATIO. PISCATIONEM thynnariam exercere: *l.* 13. *D. commun. praedior.*]

PISCATOR. Si PISCATORI erogaturo in adparatum, plurimum pecuniae dederim *l.* 5. *D. de nautic. foenor.* Ne PISCATORES nocte lumine ostenso fallant nauigantes: *l.* 10. *D. de incend ruin naufrag.* PISCATORIBVS Phormianis et Capenatis D. Pius rescripsit: *l.* 4. *D. de diuis. rer.*

PISCINA, *l.* 1. *princ. l.* 4. §. *vlt. D. de fonte.* [opponitur stagno, *l.* 3. *§.* 14. *D. de adquir. vel amitt. possess.* Gell. *Lib. II. Cap.* 2. *Lacus et stagna, quae piscibus viuis coercentur clausa, suo et proprio nomine PISCINAS nominauerunt.*]

PISCIS. PISCES capientium fiunt: *l.* 1. *§. vlt. D. de adquir. rer. domin.*

PISTOR. PISTORVM corpus: *l.* 1. *D quod cuiusc. vniu. nom.* Qui in collegio PISTORVM sunt, a tutelis excusantur, *l. vlt. princ D. de excusat.* De PISTORIBVS singularis titulus est *Cod. Lib. XI. tit.* 15. *et C. Theod. Lib. XIV. tit.* 3.

PISTRINVM. PISTRINVM insulae dotali adiectum, impensis vtilibus plerumque adnumeratur: *l.* 79. *D. de verb. signif.* Si stabulum, quod erat domus iumentis et carrucis vacans, PISTRINO locauerit: *l.* 13. *§. vlt D de vsufruct.* Si modo per semet PISTRINVM exerceant: *l. vlt. princ. D. de excusat.*

PIT.

PITHANÔN, vel ΠΕΙΘΑΝΩΝ libros scripsit Antistius Labeo, in quibus regulas iuris generales proposuit. Quum vero eae nonnunquam, vt fieri solet, fallerent, scriptis in eos libros Notis exceptiones addidit Iulius Paullus. V. A. Corn. van Bynkershoek. *Lib. III. Obseru. Cap.* 6. HEIN.

PITTACIVM, in *l.* 5. *et l. penult. §.* 3. *C. de erogat. milit. annon. Lib. XII. l.* 29. *C. Theod. de petition. et vltro dat.* Lamprid. *in Alexandr. Cap. XXI. De promouendis etiam militibus sibi adnotabat et perlegebat cuncta* PITTACIA. Cassiodor. *Lib. I. Variar. Epist.* 18. *Si Romani praedium sine delegatoris cuiusquam PITTACIO praesumtor barbarus occupauit.* Moschopulus περὶ σχεδῶν: πιττάκια, ait, Δωρικῶς τὰ λεπτὰ περιτμήματα τῶν δερματίων, ἀφ᾽ ὧ ἡμεῖς πιττάκια λέγομεν. [Est autem PITTACIVM index, siue libellus breuis, rationes et commentarii annonarum militarium, quorum mentio quoque fit in *l.* 11. *l.* 13. *C. Th de erogat milit. annon. Lib. VII. tit.* 4. vbi vid. Gothofredus, et Io. a Wouwern *Not. ad Petron. Satyric. Cap.* 43. Add. Car. du Fresne *in Glossar. hac voc.*] Ceterum PITTACIVM videtur descendere ἀπὸ τῆς πίττας vel πίσσας, a *pice* vel *maltha*, qua panni vel linteamina illiniebantur. Plin. *Histor. Nat Lib. II. cap.* 104 *et XXXVI. cap.* 24. Vnde libri lintei fuisse videntur Cironio *Obseruat. iur. Canon. Lib. II. cap.* 13. HEIN.

PITVOCAMPAE, vel PITYOCAMPAE, in *l.* 3. *§.* 3. *D. ad leg. Cornel. de sicar pinorum erucas, et in picea nascentes erucas,* Plinius interpretatur *Lib. XXIII. Histor. natur cap.* 2. et *Lib. XXIX. Cap.* 4. quae et inter venenata ab eodem ponuntur, vt et a Dioscoride: qui de earum noxia vi tractat. *Lib. II. et Lib. VI.*

PIV.

PIVS, A, VM. Facere PIAM actionem a testatore ordinatam. Designare seu praeficere PIARVM actionum dioecetas et curatores. *l.* 46. *§.* 6. *C de Episcop. et cleric.* PIOS filios debuisse manumittere eam alumnam, quam pater dilexisset; *l.* 38. *D. de fideicomm. libert.* PIVS adpellatus Antoninus. Vnde et Diui PII adpellatione in libris nostris exaudiendus est. Iustinian. *Nouell. LXXVIII. Cap. V.* Ὥσπερ γὰρ Ἀντωνῖνος ὁ τῆς εὐσεβείας ἐπώνυμος, ἐξ ὅπερ καὶ εἰς ἡμᾶς τὰ τῆς προσηγορίας ταύτης καθήκει. *Sicut enim Antoninus PIVS cognominatus, ex quo etiam ad nos adpellatio haec peruenit.* Iustissimum et PIISSIMVM duxi: *l.* 3. *§.* 4. *D. de admend. legat.*

PLA.

[PLACARE. Antiqui iuris altercationes PLACAVIMVS: *§. vlt. Inst. de libert.*]

PLACERE plerumque in libris nostris dicuntur, quae prudentium auctoritate recepta introductaque sunt. Atque ita interpretandum est illud PLACET in *l.* 7. *§.* 14. *D. de administr. et peric. tut. l.* 21. *D. de damn. infect. l.* 4. *D. de pact. l.* 4 *D. de iure codicill. l.* 5. *§.* 1. *D. de adquir. rer. domin. l.* 61. *D. de procurator. l.* 31. *l.* 33. *§. vlt. D. de vulg. et pupillar. substit. l.* 61. *D. de furt. l.* 4. *D de liber et postum l.* 6. *§.* 1. *D. de tutel. l.* 3. *D. de agnosc. et alend. liber. l.* 25. *D. quib. mod.*

mod. vsufr. Post multas varietates PLACET, vt: *l.* 55. *§. vlt. D. de legat. II.* PLACET, vt multis rescriptis continetur: *l.* 7. *§.* 1. *D. de administr. et peric. tutor.* PLACVIT, id est, visum est iuris auctoribus, responsum est, obtinuit, et pro re certa habitum est. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obs. Lib. V. Cap.* 7. HEIN. *l.* 29. *D. de vsur. l.* 20. *D. de tutel. et ration. distrah. l.* 8. *D. de alim. et cibar. legat. l.* 13. *§.* 8. *D. de adquir. vel amitt. possess. l.* 7. *D. de fideiussor. l.* 6. *D. de dot. collat. l.* 96. *§.* 2. *D. de solution. l.* 76. *§.* 3. *l.* 12. *D. de legat. II. l.* 27. *§.* 1. *D. de legat. III. l.* 9. *§.* 4. *D. de vsufruct.* Magis PLACERE video: *l.* 55. *D. de legat. II.* Hac ratione PLACVIT: *l.* 69. *§.* 2. *D de legat. II.* Qua ratione PLACVIT: *l.* 47. *§.* 3. *D. de legat. I.* Recte PLACVIT: *l.* 33. *D. de excusat.* PLACVIT et rescriptum est: *l.* 44. *D. de excusation.* PLACVIT eoque iure vtimur: *l.* 6. *§.* 1. *D. de aqua et aquae pluu.* [Ad heredem transmitti PLACVIT: *l.* 19 *D. de option. vel elect. legat.* PLACVIT, si viuus conuentus fuerit: *l.* 33. *D. de oblig. et action.* Non PLACVIT: *l.* 1. *D. de action. rer. amotar.* Aristoni PLACET: *l.* 13. *D. vt legator. seu fideicomm.* Cassio et Pegaso PLACET, Ofilio et Proculo PLACET: *l.* 11. *D. de iurisdict.* Iuliano PLACVIT: *l.* 11. *§. vlt. D. de legat. II.* Iurisprudentibus PLACVIT: *l.* 5. *C. quand. dies legator. l.* 1. *C. de ingen. manum.* Idque Ofilio et Trebatio PLACVISSE: *l. vlt. D. de cloac.* Plerisque hoc PLACET: *l.* 32. *D. de damn. infect.* Plerisque PLACVIT: *l.* 12. *D. vt legat. seu fideicomm.* Proculo PLACEBAT: *l.* 20. *D. de legat. II.* Sed ne hoc quibusdam PLACET: *l.* 1. *§.* 6. *D. ne quid in flum. publ.* Sabino, Cassio, Proculo PLACVIT: *l.* 11. *D. de iurisdict.* Et ita Trebatio PLACVIT: *l.* 17. *§.* 2. *D. de iniur.* ¶. 2. PLACVIT alias est, inter contrahentes conuenit: *l.* 69. *§.* 7. *D. de iur. dotium.* Pacto PLACVIT: vt *l.* 1. *§.* 3. *D. de pignor. et hypoth.* PLACVIT inter creditorem et venditorem: *l* 10. *princ. D. quib. mod. pign.* Quasi inter duos PLACVISSET: *l.* 30. *D. de pact. dotal.* Facta sicut PLACVIT diuisione: *l.* 1. *C. de pact.* Ea, quae inter eos PLACVERVNT seruare: *l.* 1. *D. de pact.* PLACITA poena: *l.* 2. *C. de recept. arbitr.* id est, compromisso comprehensa. PLACITVM pretium: *l.* 9. *C. de contrah. emt. l.* 11. *C. de rescind. vend.* id est, conuentum. ¶. 3. PLACVISSE etiam principibus dicitur, quod ab illis constitutum, rescriptum, decretum est. PLACVIT: *l.* 1. *C. qui manum. non poss. l.* 4. *C. quae res pign. l.* 7. *C. de rer. perm. l.* 3. *C. de hered. instit. l. vlt. C. de liber. causs.* Iamdudum PLACVIT: *l.* 1. *C. si pign. pignori dat.* Non PLACET: *l.* 1. *C. de bon. libert.* Quum Diuo Antonino parenti nostro iamdudum PLACVERIT: *l.* 4. *C. ad SC. Trebell.* Constitutio principis, qua PLACVIT: *l.* 66. *D. de legat. II.* Diuo Marco PLACVIT: *l.* 16. *§ vlt. D. de his, quae vt indign.* Secundum ea, quae Diuo Pertinaci PLACVERVNT: *l.* 1. *§. vlt. C. de bon. libert.* Secundum ea, quae Diuo Pio PLACVERVNT: *l.* 26. *§.* 2. *D. de fideicommiss. libert.* PLACVIT principi: *l.* 21. *D. de fideicomm. libert.* Quod principi PLACVIT, legis habet vigorem: *§.* 6. *Instit. de iur. nat. gent. et ciu. l.* 1. *princ. D. de constit. princip.* [Et plerumque hoc verbo Principum constitutiones significari, notat Cuiac. *in Papinian. Lib. II. ad l.* 1. *D. de vsur.* Saepe etiam PLACVIT nota exceptionis est, ab Imperatore aduersus regulam iuris introductae. Iac. Gothofred. *ad l.* 2. *C. Theod. famil. ercisc. Lib. II. tit.* 24.] ¶. 4. PLACERE etiam Senatui dicitur, quod Senatus aequum censet et decernit, vt ex SC. Macedoniano, Velleiano et de hereditatis petitione facto constat: *l.* 1. *D. ad SC. Maced. l.* 1. *D. ad SC. Velleian. l.* 20. *§.* 6. *D. de heredit. petit.* Aliud Senatui PLACVIT: *l.* 21. *D. de SC. Silanian.* ¶. 5. Verbum quoque PLACET in sententiis vsurpatum, indicat *l.* 40. *D. de poen.* Sententia dicta est et PLACVIT: *l.* 88. *princ. D. de legat. II.* PLACVIT iudicanti augere poenam: *l.* 14. *§.* 4. *D. de bon lib.* PLACVIT eum ab ea petitione absolui: *l.* 30. *in fin. D. de pact. dotal.* PLACVIT, scilicet Praetori, vel ius dicenti: *l.* 22. *l.* 26. *l.* 29. *D. eod. tit.* ¶. 6. PLACET generaliter pro velle vsurpatur. *l.* 41. *§.* 4. *D. de fideicomm. libert.* Si vxori meae PLACEAT: *l.* 14. *D. eod. tit.* Ita PLACVISSE etiam testatori dicitur, quod testamento cauit, *l.* 78. *§.* 1. *D. de legat. III.*

PLACITVM, pro qualibet conuentione et pactione vsurpatur. *l.* 10. *C. de contrah. emt.* Pactio est duorum pluriumue in idem PLACITVM consensus: *l.* 1. *§.* 2. *D. de pact.* Si plus vel minus dari conuenerit, PLACITVM custodiendum est: *l.* 74. *D. de euict.* Colonos pensionibus ex PLACITO satisfacientes: *l.* 3. *C. de obligat. et action* [Contra PLACITA: *l.* 26. *§.* 4. *D. de pact. dotal.* PLACITO suo stare: *l.* 8. *C. de liber. causs.* A fide PLACITI recedere: *l.* 5. *C. Theod. de pact. et transact. Lib. II. tit.* 9. Nomina nostra PLACITIS inserentes: *l.* 41. *C. de transact. l.* 8. *C. Th. eod. tit.*] Iustin. *Lib. VI. Cap.* 7. *Atque ita velut ex PLACITO, consensu a praelio disceditur.* PLACITVM interdum pro mera et nuda conuentione, quae nodis conuentionis finibus stetit, nulla re, traditione secuta, aut stipulatione interposita. Huc pertinent loquutiones, quae sequuntur. Si legatum contra PLACITVM peteret: *l.* 96. *§.* 2. *D. de solution.* Viro contra PLACITA petenti dotem: *l.* 26. *§.* 4 *D. de pact. dotal.* Contra PLACITA seruitutem vindicanti: *l.* 4. *D. de seruitut.* Si diuersa pars contra PLACITVM agere nititur: *l.* 14. *C. de transact.* Si qui se non manumissos contra PLACITI fidem adseuerent: *l.* 53. *D. de iudic.* Si vnus coheredum PLACITA detrectet: *l.* 20. *§.* 3. *D. famil. ercisc.* Diuisionis PLACITVM, nisi traditione vel stipulatione sumat effectum, ad actionem, vt nudum pactum, nulli prodesse poterit: *l.* 45. *D. de pact.* PLACITVM diuisionis vsque ad pactum stetit: *l.* 15. *C. famil. ercisc.* Si secundum fidem PLACITI stipulatio subiecta est: *l.* 4. *§.* 1. *C. de rer. permut.* Fidem adhibere PLACITIS: *l.* 7. *D. mandat.* Si PLACITIS non exhibeant fidem: *l.* 7. *C. de rer. permut.* Nec fidem PLACITIS patruus exhibuit: *l.* 6. *C. commun. vtriusqu. iudic.* Si PLACITA obseruata non essent: *l.* 2. *C. de condict. ob causs. dator.* PLACITIS parere: *l.* 5. *C. de rer. perm. l.* 36. *C. de liberal. causs.* Ex PLACITO permutationis nulla re secuta: *l.* 3. *C. de rer. permut.* PLACITVM permutationis inter te et alium intercessisse: *l.* 4. *C. eod. tit.* Transactionis PLACITVM: *l.* 7. *C. de transact.* Si manente transactionis PLACITO, stipula-

pulatione prospexisti: *l. 17. C. eod. tit.* ¶. 2. PLACITA quoque leges, et constitutiones principum, et rescripta, immo et sententiae iudicum vel arbitrorum dicuntur. Iuxta PLACITVM antiquitatis: *l. 4. C. de aedific. priuat.* Secundum iuris PLACITVM: *l. 2. C. famil. ercisc.* Nonnollis iuris PLACITIS est comprehensum: *l. 12. C. ad leg. Falcid.* Praeses prouinciae in dirimenda disceptatione legum PLACITA custodiet: *l. 5. C. de aedific. priuat.* Principum PLACITA: *§. 3. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.* Diuorum Principum PLACITIS continetur: *l. 1. C. si pign. pignor. dat.* Vt metu eios a PLACITIS non recedatur: *l. 1. C. de recept. arbitr.* id est, a sententia arbitri. Dioorum Seueri et Antonini PLACITIS continetur: *l. 4. C. de hered. instit.*

PLAGA, pro regione siue tractu. PLAGA agri: *l. 39. l. 41. §. 9. D. de legat. III.* ¶. 2. [PLAGAE idem ac retia. *l. 12. §. 13. D. de instruct. vel instrum. legat.* Virgil. *Lib. IV. Aeneid. v. 131.*

Retia rara, PLAGAE, *lato venabula ferro.*

Vbi Seruius: *Multos per retia rara, maiora: per PLAGAS minora intelligere. Alios* PLAGAS *per definitionem accipere, vt intelligamus, quae sint retia rara, nimirum* PLAGAE. Ipse vero PLAGAS proprie dici, subiicit, *funes illos, quibus retia tenduntur circa imam et summam partem.*]

¶. 3. [PLAGAE pro insidiis. In has contubernii PLAGAS depulerit: *l. 3. C. Theod. ad SC. Claudian. Lib. IV. tit. 9.*] ¶. 4 [PLAGAE pro verberibus, ictibus et percussionibus. PLAGARVM correctione si serui imminente fatali necessitate rebus humanis excedunt: *l. 2. in fin. C. Theod. de emendat. seruor. Lib. IX. tit. 12.*]

PLAGIARIVS adpellatur, qui mancipia aliena sollicitat, celat, supprimit. *l. 52. §. 12. D. de furt.* Vode et suppressor vocatur, *l. 6. D. ad leg. Fab. de plagiar.* Tertullianus *Lib. I. aduers. Marcion. cap. 23.* et Vlpian. *in Collat. Leg. Mosaic. et Roman. Tit. XIV. §. 3.* PLAGIATOREM vocant. De seruo, quem PLAGIARIVS abduxit: *l. 17. §. 7. D. de aedilit. edict.* Qui ex voluntate domini seruum recepit, quin neque fur, neque PLAGIARIVS sit, plusquam manifestum est: *l. 48. §. 2. D. de furt.* ¶. 2. PLAGIARIVS qooque habetur, qui liberum hominem sciens dolo malo vendit, emit, donat, celat, in vioculis habet. Et ita PLAGIARIOS accipe *l. 13. D. de offic. praesid. l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat. rubr. D. et C. ad leg. Fab. de plagiar.* Vetus Glossar. PLAGIARII *sunt, qui liberos homines surripiunt et vendunt.* PLAGIARII in Indice Βασιλικῶν dicuntur ἀνδραποδισταί. Auctor Etymologici: Ἀνδραποδιστὴς, οὐ μόνον ὁ τοὺς ἐλευθέρους ἀπάγων εἰς δουλείαν, ἀλλὰ καὶ ὁ τοὺς δούλους ἀπὸ τῶν δεσποτῶν ἀποσπῶν εἰς ἑαυτόν. PLAGIARIVS, *non solum, qui liberos homines in seruitutem abducit, sed et qui seruos a dominis abstrahit.*

PLAGIVM, crimen est, quo tenetur, qui mancipiom alienum supprimit, vel liberum hominem seruitio premit, aut vt seruum sciens abstrahit. *l. 6. D. ad leg. Fab. de plagiar. l. 8. C. eod. tit.* Quod nomen a Graeco verbo πλάγιον, quod obliquum significat, Isidor. *Lib. X. Etymol. p. 1084. edit. Dionys. Gothofred.* Qui abduxit PLAGIO mancipia: *l. 10. D. ad leg. Fab. de plagiar.* PLAGIO exportata ancilla: *l. 1. C. ad leg. Fab. de plagiar.* Sciens liberum hominem veoumdando PLAGII crimen committit: *l. 2. C. vbi de crim. ag. oport.* Si liberum hominem emtor sciens emerit, capitale crimen aduersus eum ex lege Fabia de PLAGIO nascitur: *l. 1. D ad leg. Fab. de plagiar.* Seruus, qui PLAGIVM admisit: *l. 12. D. de manumiss.* Si PLAGIVM socius fecit, vel suppressit, Fabia teneri: *l. 51. D. pro socio.* Si PLAGIVM factum: *l. 5. §. 2. D. de re militar.*

PLANARIVS. PLANARIAM interpellationem qoum in *l. 4. C. de dilat.* tum in *l. penult. C. de naufrag. Lib. XI.* [sic enim vtrobiqoe corruptum hoc verbum emendandum oon ex ingenio solum, sed et scriptorum codicum fide pridem monui.) accipe iudice adito *non pro tribunali*, sed *ex aequo loco*, vt puta, quum stat, aut procedit, aut alias prodiens in transitu sui potestatem facit. Ita PLANARII *conflictus* apud Ammian. Marcellin. *Lib. XIX. Cap. 5.* qui ex soloplano fiunt, non ex mootibus. *Plenariam* tamen in *l. pen. C. de naufrag.* contra Brisson. et Cuiac. legendum censet Iac. Gothofred. ad *l. vlt. C. Theod. eod. tit.*]

PLANCIANVM Senatusconsultum de liberis agnoscendis. *l. 1. §. 10. l. 3. §. 1. D. de liber. agnoscend.* Erat et alterum, de fideicommissis personis incapacibus relictis, a M. Plancio Varo, vt videtur, conditum, quo cauebatur, ne detractionem quartae haberet is, qui non capienti hereditatem restituere rogatus esset. Eius autem mentio fit *l. 59. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Vid. *Hist. nostr. iur. Lib. I. §. CCXXXIV.* HEIN.

[PLANE, significat simpliciter, sine conditione aut determinatione. *l. 48. D. de administr. et peric. tut. l. 41. §. 6. D. de vulg. et pupill. substit. §. 1. Instit. de testam. milit.*] ¶. 2. [PLANE, pro sed, in *l. 52. §. 7. D. de legat. III. et l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquill.*]

PLANVS, A, VM, aequus siue aequabilis. Sic PLANA et *cliuosa* via opponuntur, *l. 2. §. 32. D. ne quid in loc. public.* PLANO quoque *sublime* et *editum* aduersatur. Vnde de PLANO opus facere et in machina operari, contrarie relata inuenimus in *l. 5. §. 7. D. commodat.* Quum ripae cedunt, ex quo primum a PLANO vergere incipit vsque ad aquam: *l. 3. D. de flumin.* ¶. 2. Itaque *de* PLANO cognoscere, interloqui, discutere, quo genere loquendi vtuntur nostri in *l. 1. D. de constit. princip. l. 9. §. 3. D. de offic. procons. l. 6. D. de accusat. l. 11. §. 6. de adulter.* significat ex PLANO et aequo loco, non ex superiore cognoscere, vt Cicero *pro Caecin. Cap. XVII. Lib. III. ad Familiar. Epist. 8. et Lib. III. de Orator. cap. 6.* loquitur, id est, non pro tribunali, sed in via, in transitu, quum vel lauandi, aut gestandi, aut lodorum gratia magistratus prodierit. *l. 7. D. de manum. vindict. §. 2. Inst. de libertin.* Eodemque modo Χαμόθεν, id est, de PLANO et πρὸ βήματος opponuntur a Modestino, in *l. 13. §. 10. D. de excusat.* Custodiae non solum pro tribunali sed et de PLANO audiri possunt: Paull. *Recept. Sent. Lib. V. tit. 16. §. 14.*

PLA.

§. 14. ◀|. 3. Vnde de PLANO legi possit, *l. 11. §. 3. de institor. act.* id est, ἐξ ἐπιπέδȣ, vt est apud Ioseph. *Lib. XIX. Antiquit. Iudaic. Cap. 4.* Fuit haec formula edictalis, qua edicta proponi iubebantur APVD FORVM PALAM, VNDE DE PLANO RECTE LEGI POSSITVR. Ita enim illam in tabula aenea bibliothecae Regiae reperit Cuiac. *Lib. VII. Obseruat. Cap. 29.* In edictis a Iosepho recensitis ea formula frequentissima est: ἐν τῷ ἐπιφανεστάτῳ, ὅπως ὑπὸ πάντων ἀναγινώσκεσθαι δυνήσεται. Ioseph. *Lib. XIV. Antiquit. Iudaic. Cap. 12.* Vsi eadem sunt Seneca *Natural. Quaest. I, 4.* Auson. *in Gratiar. action. ad Gratian.* immo et Cicero *ad Attic. Lib. IX. Epist. 27.* HEIN. ◀|. 4.

[PLANVM, pro apertum, liquidum, manifestum. Quid tam PLANIVS, per pleonasmum, *l. vii. princ. C. Theod. quor. honor.* Similia exempla sunt apud Plaut. *Menaechm. prolog. v. 55. Stich. Act. V. scen. 4. v. 22. Poenul. prolog. v. 81. et Act. II. scen. 1. v. 15. Aulul. Act. III. scen. 2. v. 8.*]

[PLATEA. Aedificia, quibus PLATEAE VM spacia angustantur, dirui ac prosterni iubent Imperatores, *l. 14. C. de oper. publ.*]

[PLATO summae prudentiae et auctoritatis apud Graecos: *l. 2. D. de nundin.*]

PLAVSTRARIVS, qui PLAVSTRVM ducit: *l. 27. §. 33. D. ad leg. Aquill.*

PLAVSTRVM vel PLOSTRVM. Qui actum habet, et PLAVSTRVM ducere et iumenta potest: *l. 7. §. 1. D. de seruit. praed. rustic.* In cliuo Capitolino duo PLAVSTRA onusta mulae ducebant: *l. 52. §. 2. D. ad leg. Aquill.* PLAVSTRA, quibus stercus euehatur: *l. 12. §. 10. D. de instruct. vel instrum. legat.* Si PLAVSTRO bos attriuis aliquem: *l. 1. §. 9. D. si quadrup. pauper.* Si ex PLAVSTRO lapis ceciderit, et quid ruperit vel fregerit, Aquillia actione teneri PLAVSTRARIVM placet. *l. 27. §. 33. D. ad leg. Aquill.* Multa tam de PLAVSTRIS, quam de PLAVSTRARIIS docte scripta adfert Io. Scheffer, *de re vehicul. Lib. II. Cap. 19. p. 243. et Lib. I. Cap. 17. p. 219.* HEIN.

[PLAVSVS. Inconsulta PLAVSORVM insania: *l. 2. C. Theod. de expens. ludor. Lib. XV. tit. 9.* PLAVSVS populi verecundae et tacitae remunerationi conscientiae opponitur *l. 177. princ. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* PLAVSVM popularem alienis spoliationibus aucupari: *l. 1. C. Th. de spectac. Lib. XV. tit. 5.* Popularibus PLAVSIBVS intemperanter seruire: *l. 5. C. eod. tit. Lib. XI. tit. 40.* quae est *l. 3. C. Th. de spectac.*]

PLAVTIVS, iurisconsultus, cuius sententiae aliquot in libris nostris laudantur. Ad eum notas scripsisse Neratium, adparet ex *l. 5. D. de seruit. praed. rustic.* vt et Iauolenum, quod compluribus Pandectarum locis comprobatur, maximeque ex inscriptione *l. 83. D. de verb. signif.* quae hunc titulum praefert. Scripserant et ad hunc PLAVTIVM Sex. quidem Pomponius libros septem, Iulius vero Paullus libros octodecim, quemadmodum prope innumeris Pandectarum locis planum fit, Omnes auctores apud PLAVTIVM de hoc consenserunt: *l. 1. §. 3. D. de vsufruct. adcresc.* Ceterum floruisse PLAVTIVM sub Vespasianis, ex eo patet, quod ipse laudat Proculum et Cassium, *l. 8. D. de aur. et arg. legat. l. 43. D. de condit. et demonstrat.* et vicissim laudatur a Neratio. *l. 5. D. de seruit. praed. rustic.* HEIN.

PLA. PLE.

PLE.

PLEBEIVS, A, VM, dicitur, qui est vilioris conditionis, ex vulgo et humili loco natus. Vnde et PLEBEIVS et decurio in libris nostris quandoque opponuntur, *l. 3. D. de testib. l. 9. §. penult. et l. 10. §. vlt. D. de poen.* Decurionem honoribus PLEBEII fungi prohibentur: *l. 7. §. 2. D. de decurion.* [Si agro vel pecunia idonei comprobantur PLEBEII, muniis curialibus adgregari eos iubet Theodosius M. Imp. in *l. 113. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] Alias PLEBEIVS et honestior opponuntur. *l. 1. §. vlt. D. de eff. act.* PLEBEII et qui sunt in aliquo honore positi. *l. 3. §. 1. D. de stellionat.* [Sic PLEBEIAE et humilioris conditionis separatur ab eo, qui superioris cuiuscumque loci dignitatisue est. *l. 1. C. Theod. de desert. Lib. VII. tit. 18.* PLEBEII et negotiatores opponuntur illis, qui nobiliores natalibus et honorum luce conspicui et patrimonio ditiores sunt, in *l. 3. C. de commerc. et mercat.*] Eminentissimorum et perfectissimorum virorum vsque ad pronepotes liberos, PLEBEIORVM poenis vel quaestionibus non subiici. *l. 11. C. de quaestion.* [Prudent. *Peristeph. hymn. XIV. v. III. sequ.*

Adparitores sed furenti suggerunt:
Illum vetusta genitum prosapia,
Meritisque multis esse primum ciuium.
Iubet amoueri noxialem stipitem,
PLEBEIA *clarum poena ne damnet virum.*]

Eodem modo et milites neque tormentis, neque PLEBEIORVM poenis in caussis criminum subiungi concedit: *l. 8. C. de quaestion.* Si quis de PLEBEIIS apud Praetorem accusatus: *l. 1. §. vlt. D. de suspect. tutor.* PLEBEIVS filius: *l. 14. §. 4. D. de muner. et honor.* PLEBEIA faex vilitasque: *l. 5. C. Theod. de bon. proscript. Lib. IX. tit. 42.* PLEBEIAM sustinere capitationem: *l. 36. C. Theod. de decurion.* hoc est, talem, quae non a curialibus, sed a plebe praestari solebat.]

PLEBISCITVM. Pomponius ita adpellatum ait, ius, quod sibi populus sine auctoritate patrum constituebat: *l. 2. §. 8. D. de orig. iur.* Iustinianus vero PLEBISCITVM definit, quod plebs plebeio magistratu rogante, veluti tribuno, constituebat. §. 4. *Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.* PLEBISCITVM secundum Capitonem, est lex, quam plebs non populus accipit. Festus *Lib. XVII. Sciscere*, ait, *esse sententiam dicere, suffragium ferre: eoque SCITA PLEBIS dici, quae plebs suo suffragio sine patribus iussit, plebeio magistratu rogante.* Lex Aquillis PLEBISCITVM est, quum eam Aquillius Tribunus plebis a plebe rogauerit: *l. 1. D. ad leg. Aquill.* PLEBISCITO continetur, vt ne quis praesidum, munus, donum caperet: *l. 18. D. de offic. praesid.*

PLEBS, est caeteri ciues sine senatoribus:

bus: l. 237. D. de verb. signif. Eaque eo differt a populo, quo species a genere. Nam populi adpellatione vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patriciis et senatoribus. PLEBIS autem adpellatione, sine patriciis et senatoribus ceteri ciues significantur: §. 4. Instit. de iure nat. gent. et ciu. Gell. Lib. X. Noct. Attic. Cap. 20. PLEBS ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciae non insunt. [Differentiam PLEBIS a populo clare innuit l. 2. §. 9. D. de orig. iur. quia difficile PLEBS conuenire coepit, populus certe multo difficilius in tanta turba hominum. ¶. 2. PLEBS pro volgo et vilioris conditionis hominibus. [Sic PLEBS et decuriones opponuntur, l. 5. C. de defensor. ciuit. PLEBIS defensores: l. 8. C. Theod. de donation. Lib. VIII. tit. 12. PLEBS pro rusticis, l. 5. C. de metat. Lib. XII. tit. 41. l. 26. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1. De his, qui PLEBEM contra rempublicam audent colligere, peculiaris exstat titulus C. de seditios. et de his qui pleb. Lib. IX. tit. 30. qui est Lib. IX. Cod. Theod. tit. 33.]

PLECTERE, idem est ac punire. PLECTITVR: l. 29. §. 4. D. ad leg. Iul. de adult. Capite PLECTERE: l. 17. C. ad leg. Fab. de plagiar. Capitis poena PLECTI: l. 9. D. de leg. Pompei. de parric. l. 10. D. ad leg. Corn. de sicar. Eodem crimine PLECTETVR: l. 36. D. de pign. act. Exsilii poena PLECTENDVS: l. 13. C. de his, qui accus. non poss. PLECTI extra ordinem pro qualitate admissi: l. 3. D. ad SC. Turpill. Solent ex hoc crimine stellionatus extra ordinem PLECTI: l. 3. §. 2. D. de stellion. Falsi poena PLECTVNTVR: l. 32. D. de leg. Cornel. de fals. Euenit, vt eadem scelera in quibusdam prouinciis grauius PLECTANTVR: l. 26. §. vlt. D. de poen. PLECTI poena: l. 3. D. de re milit. Poena pecuniaria PLECTITVR: l. 4. D. de custod. et exhib. reor. Stellionatus crimine propter suam calliditatem PLECTETVR: l. 29. §. 5. D. mandati. Tripli condemnatione PLECTI: l. 14. §. 9. D. quod met. causs. SC. Turpilliano PLECTI, et non PLECTI: l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill. Vsuris PLECTENDI sunt tarditatis gratia: l. 7. §. 3. D. de administr. et peric. tutor.

[PLECTIBILIS, E. PLECTIBILE aliquando de delicto vel vitio dicitur, quod plectendum est. PLECTIBILIS inuidia: Sidon. Lib. IV. Epist 6. Vitae PLECTIBILIS recordatio, Id. Lib. VI. Epist. 1. PLECTIBILIS vsurpatio: l. 16. C. Theod. de pistor. et catabol. Lib. XIV. tit. 3.
¶. 2. Aliquando PLECTIBILIA absolute pro delictis, l. 5. C. Th. de haeret. Lib. XVI. tit. 5. PLECTIBILIA occulta, pro occultis criminibus, apud Sidon. Lib. IV. Epist. 13. ¶. 3. Immo et pro poena vsurpatur: quo sensu, PLECTIBILI seueritate fraudibus obuiandum, ait l. 161. princ. C. Th. de decurion.]

PLENE, penitus, omnino. Defensor non PLENE defendit: l. 9. §. 4. D. de interrog. in iur. faciend. PLENIVS, id est, latius, pinguius, fusius, copiosius. PLENIVS hic caussam bonorum accipimus pro vtilitate: l. 1. §. 10. D. si is, qui testam. lib. Puto PLENIVS accipiendum: l. 1. §. 8. D. de SC. Silan. Quod de fideiussore diximus, PLENIVS acceptum est: l. 53. D. de contrah. emt. PLENIVS rogo, quae ad haec spectant, attingas: l. 25. D. de liberat. legat. Vt PLENIVS dicam: l. 92. D. de legat. III. Si quis PLENIVS instructus quid faciat: l. 11. §. vlt. D. de interrogat. in iur. fac. Lex Iulia PLENIVS interpretanda est: l. 4. D. de fund. dotal. PLENIVS ad eum videri peruenisse: l. 4. D. de hered. vel act. vend. PLENIVS omnibus liberis prospexisse: l. 122. D. de verb. signif. Praetor PLENIVS responderi iubeat: l. 9. §. 6. D. de interrogat. in iur. faciend. id est, fusius, copiosius. De suo putant proficisci, quod de alieno PLENIVS restituunt: l. 5. §. 15. D. de donat. int. vir. Scaeuola PLENIVS tractat: l. 1. §. 10. D. si is, qui testam. lib. esse iuss. PLENISSIME, latissime. Mandatis PLENISSIME cautum est: l. 15. D. de poen. Velleiano SC. PLENISSIME comprehensum est: l. 1. D. ad SC. Velleian. Beneficium Imperatoris quam PLENISSIME interpretari debemus: l. 3. D. de constit. princ. Peto PLENISSIME instruas: l. 4. D. quib. ad libert. proclam. SC, quo PLENISSIME feminis omnibus subuentum est: l. 2. D. ad SC. Velleian.

PLENVS, A, VM. Hoc verbo significatur omne id, quod est integrum, absolutum, completum, solidum, indiuisum. Sic: PLENA negotiorum gestorum actio, l. 37. D. de negot. gest. dicitur, quae in solidum, non quatenus facere maritus potest, datur. PLENA legis actio: l. 1. C. de adoption. Licet animi PLENVS non fuisset adfectus: l. 3. C. de adquir. vel retin. possess. [PLENA aetas, siue adulta: l. 17. C. Theod. de praetor. et quaestor. Lib. VI. tit. 4.] PLENVS annus coepto vel inchoato opponitur, l. 8. D. de muner. et bonor. Filius annum agens PLENVM nonum decimum: l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell. Annus vicesimus quintus coeptus pro PLENO habetur: l. 8. D. de muner. et bonor. Non PLENVM arbitrium voluntatis heredi dedit: l. 11. §. 7. D. de legat. III. PLENVM compromissum, cui poena, vel alia res vice poenae addita est. Item quod de rebus omnibus controuersiisque constitutum est, denique quod omnibus numeris perfectum est et absolutum. Si alter rem, alter pecuniam stipulanti promiserit, PLENVM compromissum est: l. 11. §. 2. D. de recept. arbitr. Si petitor quis stipulatus est, possit dici PLENVM esse compromissum: l. 17. §. 1. D. eod. tit. PLENVM compromissum adpellatur, quod de rebus controuersiisque compositum est, nam ad omnes controuersias pertinet: l. 21. §. 1. D. eod. tit. Hoc compromissum PLENVM est, quod et doli clausulae habet mentionem: l. 31. in fin. D. eod. tit. PLENVM corpus Homeri: l. 52. §. 2. D. de legat. III. PLENA custodia, vt et diligentiam praestet: l. 2. §. vlt. D. de peric. et commod. rei vend. PLENA defensio accipitur, si et iudicium non detrectetur, et iudicatum solui satisdetur: l. 21. §. vlt. D. ex quib. causs. maior. Sufficit tutoribus ad PLENAM defensionem, siue ipsi iudicium suscipiant, &c. l. 1. §. 2. D. de administr. et peric. tut. Sufficere ad PLENAM defensionem, si procurator paratus sit iudicium accipere: l. 34. §. 4. D. de iureiur. Mihi videtur PLENA esse Q. Mutii definitio: l. 1. §. 5. D. quod vi aut clam. PLENVM dominium dicitur,

cui

cui vſusfructus cohaeret. Vt PLENO dominio haec praedia haheant, et non per ſolum vſumſructum: *l. 4. D. de alim. et cibar. legat.* [PLENO dominio adplicari, in *l. vn. v. Et ſi non nuptae C. de rapt. virgin.* vbi aliud eſt in dotem mulierum res procedere, aliud PLENO dominio eis adplicari. PLENO habeat dominio: *l. 54. C. de Epiſcop. et cler.*] An PLENAM habuerit aliquis accuſandi ſacultatem: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Trebell.* PLENA Falcidia, id eſt, integra. *l. 16. D. ad leg. Falcid.* PLENAM fidem teſtatori exhibere, eſt ei, cui voluit ſolidum et minime delibatum fideicommiſſum praeſtare: *l. 20. in fin. D. de donat. l. 19. D. quae in fraud credit. l. 5. §. 15. D. de donat. int. vir. et vxor.* Hoc Ioſtinian. *Nouell. 1. Cap. 1.* dicit: καταβαλεῖν ὁλόκληρα τὰ πρεσβεῖα, καὶ πλήρη τὴν γνώμην τοῦ διαθεμένου τηρῆσαι. Indebitum ſoluiſſe non videtur, qui PLENAM fidem defuncto praeſtare maluit: Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 3. §. 4.* An poſt tempus decennii PLENVS fundus ad legatarium pertineat; *l. 26. D. de vſu et vſufr. legat.* id eſt, pleno iure. Ea, quae PLENO grege edita ſunt: *l. 70. §. 4. D. de vſufr.* Qui Ruſinam ingenuam PLENO honore dilexerat: *l. 16. D. de his, quae vt indign.* Quum hereditates non modo honeſto titulo, ſed et PLENIORE honore triboantur: *l. 5. §. 6. D. de legat. praeſtand. contra tabul.* PLENAM immunitatem deſiderare: *l. 7. C. de muner. patrim. Lib. X.* Impubes noodum PLENVM iudicium animi habet. Vlpian. *Tit. XX. Regul. §. 12.* PLENO iore noſtrum id eſſe accipimus, cuius et vſusfructus et proprietas ad nos pertinet. Suos ſeruos vel ancillas eos accipimus, qui ſunt PLENO iure teſtantis: *l. 73. D. de legat. III.* Generaliter pignore datus ſeruus PLENO iure debitoris eſt: *l. 29. D. qui et a quib.* PLENO iore dominus conſtitutus: *l. 11. C. de act. emt.* Si libertus ea, quae ſibi donata ſunt PLENO iure, vt dominus poſſederit: *l. 1. C. de reuocand. donat.* Niſi promiſſor PLENO iure effecerit ſtipulatoris: *l. 126. §. 1. D. de verb. obligat.* Agni et hoedi et vituli ſtatim PLENO iure ſunt bonae fidei poſſeſſoris: *l. 28. D. de vſur.* PLENO iure fundum Titius habebit: *l. 17. D. quib. mod. vſusfr. amitt.* Qui fundum PLENO iure promiſit: *l. 126. §. 1. D. de verb. oblig.* Quum fundus ad heredem Titiae PLENO iure redierit: *l. 19. D. de ann. legat.* Poſſeſſor PLENVM ius incipit habere: *l. 17. D. de rei vindic.* Vt PLENVM ius patroni habeat: *l. 19. D. de bon. libert.* Patronus qoi PLENVM ius habuit: *l. 1. C. de bon. libert.* Qoia legatarius non PLENVM legatum accepiſſet: *l. 84. §. 4. D. de legat. I.* PLENVM legatum ſeruitutis, quod non perſonae, ſed rei datum, ſic vt ad heredes transmittatur: *l. 6. D. de ſeruit. legat.* PLENVM legatum, ex qoo Falcidia non detrahitur: *l. 117. D. ad leg. Falcid.* Senſiſſe liberationem PLENAM: *l. 82. D. eod. tit.* PLENVS numerus mancipiorum: *l. 21. D. de option. vel elect. legat.* Quia actionum non PLENVS numerus eſſet: *l. 11. D. de praeſcr. verb.* Si numerus ordinis PLENVS ſit: *l. 2. D. de decurion.* PLENVM obſequium praeſtare teſtatoris iudicio: *l. 16. D. de legat. praeſtand.* Quum PLENVM officium a matre deſideremus: *l. 2. §. 2. D. ad SC. Tertullian.* Miſſa PLENA opiniooe, vt princeps aeſtimet, an ſequenda ſit eius ſententia: *l. 6. D. de interd. et relegat.* Quum ex vtilitate ordinis ſit, ſemper ordinem eſſe PLENVM: *l. 2. D. de decurion.* [Omnem proprietatem et PLENAM rerum habere poſſeſſionem: *l. 54. C. de Epiſc. et cler.*] Si procurator PLENAM poteſtatem agendi babeat: *l. 10. C. de procurat.* PLENAM in re habere poteſtatem: *§. vlt. Inſtit. de vſufr.* PLENA proprietas nudae aduerſatur; eoque nomine ſolida et non ſeparata vſufructu proprietas demonſtratur, *l. 36. §. 1. l. 46. D. de vſufruct. l. 2. D. quib. mod. vſusfruct. amitt. l. 78. D. de iur. dot. l. 10. l. 26. D. de vſufr. legat. l. 15. in fin. D. de caſtrenſ. pecul.* [PLENO proprietatis iure obtineat; *l. 3. in fin C. de ſecund. nupt.*] Et vtique PLENAE pobertatis, id eſt, decem et octo annis eum praecedere debet: *l. 40. §. 1. D. de adoption.* Verbum, reſtituas, PLENAM habet ſignificationem: *l. 38. §. 4. D. de vſur.* PLENA ſomma, id eſt, integra et ſolida: *l. 108. §. 10. D. de legat. I.* Dummodo viuos et PLENI temporis pariant: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 9. §. 1.* PLENAM voluntatem defuncti continerl circa bene faciendum coniunctis perſonis: *l. 39. §. vlt. D. de fideicomm. libert.* PLENA intercedente donatoris voluntate; *l. 3. C. de donation.* Qui PLENA fruatur voluntate emancipatus: *l. 16. D. de legat. praeſtand.* PLENVM vſum debet habere, ſi villae et praetorii ei relictus eſt: *l. 12. D. de vſu et habitat.*

¶. 2. PLENVS vacuo opponitur Sic: Vaticinatores, qui ſe Deo PLENOS adſimulant, Paull. *Lib. V. Sent. tit. 21. §. 1.* id eſt, ἐνθεαστικούς. PLENVS locus: *l. 2. D. de decurion.* Quamuis oues PLENIS vberibus venierint: *l. 48. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* PLENVS vterus, qui et grauis, vacuo opponitur *l. 83. D. de adquir. hered. l. 11. D. de iure codicill.* [Plaut. *Amphitr. Act. II. ſcen. 2. v. 49. Et quum te grauidam et quum pulchre* PLENAM *adſpicio, gaudeo.*]

¶. 3. PLENIOR, id eſt, amplior, vberior. Vt PLENIOR eſſet praetoris animaduerſio: *l. 15. §. 28. D. de iniur.* Quod adiicitur, interpretationem PLENIOREM exigit: *l. 18. §. 1. D. de pecun. conſtit.* Peculii incrementum PLENIOREM facit hereditatem: *l. 56. D. ad leg. Falcid.* Quum PLENIVS eſt alimentorum legatum: *l. vlt. D. de aliment. et cibar. legat.* PLENIVS eſt legatum, quam de dote actio: *princ. Inſt. de legat.* PLENIVS et exiguius opponuntur, *l. 13. D. de vacat. et excuſat. muner.* Sic: Haec adiectio, legatum alias exiguius, alias PLENIVS facit: *l. 46. D de legat. III.* Quoties rei promittendi PLENIOR obligatio inuenitur: *l. 95. §. 3. D. de ſolut. et liberat.* Rei obligatio PLENIOR eſt; *l. 5. D. de fideiuſſ.* Quum PLENIOR aduerſus heredem vel heredi competat obligatio: *l. 51. §. 3. D. de euiction.* Magis PLENIORE officio fidei praeſtandae functum maritum, quam donaſſe videri: *l. 5. §. 15. D. de donat. int. vir. et vxor.* Quaedam reſcripta quae ſunt PLENIORA: *l. 1. §. 26. D. de quaeſtion.* Duo genera tribuendae muneris publici vacationis ſunt: vnum PLENIVS, quum et militiae datur: aliud exiguius, quum nudam muneris vacationem acceperint: *l. 13. D. de vacat. et excuſat. muner.*

¶. 4. PLENISSIMVS, id eſt, ampliſſimus, latiſſimus. PLENISSIMAM coercitionem habere: *l. 17. §. 1. D. vſufruct.* Tunc PLENISSIMAM habeat firmitatem: *l. 13. D. de donat. int. vir. et vxor.*

PLE. PLO.

Ripa ea putatur esse, quae PLENISSIMVM flumen continet: *l. 3. de D. de flumin.* Iliensibus PLENISSIMA immunitas tributa est: *l. 17. §. 1. D. de excusat.* Diuus Nerua PLENISSIMAM indulgentiam in milites contulit: *l. 1. D. de testam. milit.* Quum PLENISSIMAM iurisdictionem proconsul habear: *l. 7. D. de offic. proconf.* PLENISSIMA seoeritas: *§. vlt. Instit. quib. alien lic. vel non.* Verbum, absuturumque esse, PLENISSIMVM est, et ad omne tempus refertur: *l. 19. D. iudic. solu.* Quum PLENISSIMA testatoris erga adfinem voluntas ab eo manifestetur: *l. 27. D. de instruct. vel instrnm. legat.*

PLERIQVE. PLERIQVE eiusdem conditionis: *l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* PLERIQVE dicunr: *l. 16. D. ad SC. Trebell.* dixerunt: *l. 36. D. de damn. infect.* A PLERISQVE dictum est: *l. 24. ad leg. Iul. de adulter.* PLERIQVE existimant: *l. 19. D. de manum. testam.* opinantur: *l. 33. D. de rit. nnpt.* PLERISQVE placet: *l. 28. D. ad SC. Trebell.* et apud Vlpian. *Tit. I. Regular. §. 18.* placuit: *l. 5. D. de tutel. et ration. distrah. l. 17. §. vlt. D. de testam. milit. l. 3. D. de aqua et aqu. plnn. l. 32. D. de damn. infect.* PLERIQVE probant: *l. 8. §. vlt. D. de in ius vocand. l. 25. D. de furt.* potant: *l. 1. §. 4. D. de adquir. possess. l. 16. D. de tutel. et ration. l. 60. D. de condict. indeb.* potauerunt: *l. 5. §. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 3. D. pro hered. l. 18. D. de in ius voc.* tesponderunr: *l. 8. D. pro emtor.* PLERISQVE videtur: *l. 1. §. 1. D. de precar.* ¶. 2. [PLERIQVE, pro nonnulli: PLERIQVE cum bona gratia discedunt: PLERIQVE cum ira sui animi et offensa: *l. 32. §. 10. D. de donat. int. vir. et vxor.*]

PLERVMQVE, est vtplurimum, fere semper. *l. 10. D. de iur. dot. l. 22. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adult. l. 28. §. 11. 12. D. de poenis.* Praetor peregrinus adpellatus est, quod PLERVMQVE inter peregrinos ios dicebat: *l. 2. §. 28. D. de orig. iur.* Ideo PLERVMQVE, quia non inter peregrinos modo, sed et inter peregrinos er ciues quandoque ius dicebat. PLERVMQVE, ait Iustinian. *princ. Instit. de perpet. et tempor. act.* eas actiones, quae ex Praetoris iurisdictione pendebant, intra annum exisse. Etenim etiam quaedam honorariae actiones perpetuae eranr, *l. vlt. §. 6. D. naut. canp. stabul. l. 35. D. de oblig. et action.* sed et interdicta quaedam perpetuo dabantur: *l. 3. §. 12. D. de vi et vi arm.* PLERVMQVE sollemne dicere: *l. 10. §. vlt. D. de pact.* ¶. 2.° PLERVMQVE aliquando significat interdum, vt in *l. 25. in fin. l. 26. D. de pact.* Er ita accipe, in *l. 43. §. 11. D. de furt.* ne pugnet cum *l. 21. §. 1. D. de adquir. possess.* et *l. penult. D. pro derelict.* et *l. 8. D. de leg. Rhod.* Simili modo et in *l. 3. D. de interrog. in iur. fac.* Quod PLERVMQVE ab imprudentibus dici solet: *l. 17. §. 1. D. de aedilit. edict.* [*princ. Inst. de inofficios. test. l. 52 in fin. D. de oblig. et action. l. 5a. §. 4. D. de legat. III.* An et in *l. 1. §. 10. D. de offic. praefect. vrb.* verb. nam et puniendi PLERVMQVE liberti?]

PLO.

PLOSTRARIVS, PLOSTRVM, vid. PLAVSTRARIVS, PLAVSTRVM.

PLO. PLV.

PLOTINA Augusta. Eius sit mentio *l. 57. D. de legat. II.*

PLV.

PLVMARII, qui acu pingebant vestes, easqoe variis figuris exornabant, de qua arte plura Salmas. *ad Script. Histor. August. p. 310. 398. 507. sequ.* Occurrunt in *l. 1. C. de excusat. artific.* quamuis Codex Theodos. ibi habeat PLVMBARII. HEIN.

PLVMBARE, est plumbo diuisas materias iungere. Huic contrarium est *replumbare*, *l. 32. §. 1. D. de aur. arg. legat.* Si tuum Scypbum alieno plumbo PLVMBAVERIS: *l. 27. D. de adqnir. rer. domin.* Eiusdem significationis est verbum *adplumbare*. Statua *adplumbata* est in *l. 2. D. de sepulcr. viol.* Plumbo nimirum liquefacto statuas figebant Romani, in primis simulacra Deorum, ne fugerent. Arnob. *Lib. VI. Interque omnes sinus commissurarumqne iuncturas plumbnm ire suffusnm, et salutares moras signorum diuturnitatibus commodare.* Prudent. *aduers. Symmacb. I, v. 231. Suffusa figunt vestigia plumbo.* vbi adde, quae notauit Io. Weitz. *in Not. p. 734.* HEIN.

PLVMBARII, qoi tubos et canales plumbeos fundebant. Eorum mentio fit *l. vlt. D. de iur. immunit.* et *l. 2. C. Theod. de excusat. artific.* HEIN.

PLVMBATA, AE. PLVMBATARVM verbera, *l. 2. C. de exactor. tribut. Lib. X.* Sic enim illic legendum docet *l. 3. C. Th. de exaction.* et *l. 2. C. Th. de quaestion.* et *l. 80. C. Th. de decurion.* [PLVMBATARVM ictibus subiiciatur, *l. 40. C. de decur. Lib. X. tit. 31.*] Ambros. *de passion. Geruasii et Protasii: Tunc indignatus comes Astacius iussit eum tamdiu de* PLVMBATIS *contundi, quamdiu spiritum redderet.* Et in *passione quatuor coronatorum martyrum. Illis autem reluctantibus renunciatum est Diocletiano Augusto, qui eos iussit ante ipsnm simulacrum ictu PLVMBATARVM deficere.* Item in *Martyrologio* Vsuardi *ad Carol. August. Quarto Nonas Decembr. Romae passio sanctae Bibianae martyris, quae iubente Iuliano iniquissimo tamdiu PLVMBATIS caesa est, donec redderet spiritum.* Suidas *Tom. III. p. 132.* πλυμβάτοις, μολίβδοις, κατὰ γλῶτταν. PLVMBATIS, *pilis plumbeis, secundum glossam.* Itaque apod Basil. M. *in Homilia de Gordio martyre.* Ποῦ δὲ αἱ μολυβδίδες; ποῦ δὲ αἱ μάστιγες; quod interpres *laminas plumbeas* vertit; *plumbatas* vertendum erat. Adpellantur et PLVMBI verbera, *l. 7. C. Th. de exaction.* Ex quibus minus obscurum videbitur, quod in *l. vn. C. de his, qui potent. nom.* praecipiunt Imperatores, eos, qui in potentiores litem transtulerinr, PLVMBO *adfectos relegari*: vt et illod, qood D. Ambros. *Lib. V. Epist.* ita scribit: *Si compertum fuerit, data auctoritate aliquos Christianorum aut gladio, aut fustibus, aut PLVMBIS necatos.* [Prudent. *Peristephan. Hymn. XIV. v. 116.*

Tundatur, inquit, tergum crebris ictibus,
PLVMBOQVE *ceruix verberata extuberet.*

Ad quem locum ita scribit Io. Weitzius: *Erat id genus*

nus tormentorum quasi flagellum ex funiculis, in quorum summitatibus glandes PLVMBEAE erant impactae: his terga ad collum damnati hominis verberabantur. *Ictus* PLVMBEOS eodem sensu dixit Idem *eod. Hymn. v. 122.* Adde, quae de hoc supplicii genere dixerunt Iac. Gothofred. ad *l. 2. C. Theod. de quaestion. Lib. IX. tit. 35.* et Petr. Faber *Lib. II. Semestr. Cap. 8.*] Immo et Barthol. Barrient. *Adnotat. Sylu. Cap. XXVIII.* Sagittar. *de Cruciat. Martyr. Cap. V. §. 18. sequ.* et quos laudauit V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. I. Obseru. Cap. 2.* Id addere licebit, in *l. vn. C. de his, qui potent. nom. adfectos* PLVMBO non dici, PLVMBATIS caesos, sed *numellas plumbeas gestantes.* Graeci: τῆς τιμωρίας τὸ εἶδος, ἵνα μολιβδῷ πανταχόθεν περισφιγγόμενος, τουτέστι κλοιοφορῶν ἢ πλουματιζόμενος, διηνεκῶς εἰς τὸ μέταλλον ἐκπέμπηται. *Supplicis haec species est, vt vndique plumbo constrictus, hoc est, numellas gestans ac veluti plumbatus in metallum perpetuo detur.* Vid. Carol. Labbaei *Obseruat. et Emend. in Synops. Basilic. p. 16.* HEIN. ¶. 2. PLVMBATA etiam iaculi genus in modum sagittae pennis instructum fuit. Cuius duo genera facit auctor libelli *de rebus bellicis, qui Notitiae Imperii Romani* subiungitur, *p. 31.* edit. Guid. Pancirol. vnum, cuius ligno ferrum ad formam venabuli aptatum infigebatur, fistula eiusdem ferri parumper extensa, supra quam modico interiecto spatio PLVMBO adhaerentes aculei velut tribuli emergebant, quae PLVMBATA *tribolata* adpellabantur. Altera vero erat *mamillata*, quae bene extensa et directa virga accipiebat in extremitate sui rotundum et in acumen deductum ferrum similibus locis, quibus superior, in *tribulata* PLVMBO *et pennis* adhaerentibus. Cuiusmodi PLVMBATARVM meminit Veget. *de re militar. Lib. I. Cap. 17. et Lib. II. Cap. 16.*

[PLVMBVM. PLVMBI liquescentis ingestio, poena nutricum raptus consilium puellis dantium, prauisque adeo suasionibus suis custodias parentum deludentium, de qua in *l. 1. C. Theod. de rapt. virgin. Lib. IX. tit. 24.* vbi: his poena immineat, vt eis meatus oris et faucium liquentis PLVMBI ingestione claudatur.]

PLVRALIS loquutio duorum numero contenta est; *l. 12. D. de testib.*

PLVRIMVS. Per annos PLVRIMOS obseruare: *l. 35. D. de legib.* Nisi de omnibus bonis aut PLVRIMA parte eorum controuersia sit: *l. 21. D. de excusat.* PLVRIMIS non placet: *l. 12. D. de instruct. vel instrum. legat.* Quanti is homo in eo anno PLVRIMI fuisset: *l. 21. D. ad leg. Aquill.* Quanti id eo anno PLVRIMI fuit: *l. 1. D. eod. tit.* Quod eum si alius possederit, PLVRIMO redemturus fuisset: *l. 63. D. ad leg. Falcid.*

PLVS, et minus opponuntur. Non PLVRIS aestimari quam: *l. 13. §. vlt. D. de seruit. praed. vrban.* Fundus neque PLVRIS, neque minoris aestimaretur, quam centum: *l. 109. §. vlt. D. de legat. I.* Nisi si quid nominatim conuenit, vel PLVS vel minus: *l. 23. D. de reg. iur.* Adiectio

haec: PLVRISVE non infinitam pecuniam continet, sed modicam dumtaxat: *l. 192. D. de verb. signif.* Haec autem enunciatio: QVAE SVNT PLVRIS AVREORVM TRIGINTA, simul et quantitatis et aestimationis significatiua est: *l. 232. D. eod tit* Quod PLVRIS emerit fundum, quam quanti erat: *l. 61. D. ad leg. Falcid.* Non enim res PLVRIS fit per hoc: *l. 1. D. de in lit. iur.* Quo loco PLVRIS vinum fuit: *l. 3. §. vlt. D. de act. emt.* Auri pondo PLVS minus decem: *l. 26. §. vlt. D. deposit.* [Vbi hanc formulam explicat Cuiac. *in Paullo Lib. IV. Responsor.*] Quanto PLVRIS minorisue sit res: *l. 30. § 1. D. ad leg. Falcid.* PLVS petitur quatuor modis, re, tempore, loco, caussa: vt docet Iustinian. §. 33. *Instit. de action.* Ne actor interdum PLVS petendo aliquid damni sentiat: *l. 1. D. de interrogat. in iur. fac.* Si totum petas, PLVS petendo caussa cadis: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 5. §. 3.* Vetus Glossar. Graecum: PLVS petitio, ἡ ὑπεραπαίτησις, ἤτοι τὸ πλέον τοῦ ὀφειλομένου πράγματος. PLVS praestitisse, quam debuisset heres, intelligitur, qui ante tempus pecuniam restituit: *l. 15. D. de annuis legat.* Oleum PLVRIS pretii: *l. 26. §. 5. D. de condict. indeb.* Vt PLVS aut minus veneat: *l. 34. §. 5 D. de contrah. emt.* Seruum tanto PLVRIS esse, quo PLVRIS venire potest: *l. 63. D. ad leg. Falcid.* ¶. 2. PLVS, id est, hoc amplius. PLVS arbitror: *l. 5. D. de donat. int. vir. et vxor.* PLVS dicit: *l. 3. §. 10. D. ad exhibend.* PLVS dicitur: *l. 3. §. 4. D. de vi et vi armat.* PLVS in re est, quam in existimatione mentis: *l. 9. §. 4. D. de iur. et fact. ignorant.* PLVS Trebatius existimat: *l. 21. D. deposit.* PLVS iusto temporis: *l. 4. D. de vacat. et excusat. muner.* PLVS quam manifestum est: *l. 5. §. 2. D. de obligat. et action.* PLVS puto: *l. 24. §. vlt. D. solut. matrimon.*

PLVVIA aqua, *tot. tit. de aqu. et aqu. pluuiae arcend.* et apud Cicer. *Topic. Cap. IX.* Aquam PLVVIAM dicimus, quae de caelo cadit, atque imbre excrescit: *l. 1. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.*

PNE.

[PNEVMATOMACHI, haeretici iidem cum Macedonianis. *l. 11. C. Th. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5*]

POC.

POCVLENTVM, *l. 18. D. de praesid.* POCVLENTA penu ea, quae vini loco paterfamilias habuit, continebuntur: *l. 3. §. 2. D. de pen. legat.*

POCVLVM. POCVLA dicuntur omnia potui parata, veluti trullae, scyphi, modioli, phialae. *l. 36. D. de aur. arg. legat.* Si seruo meo argentum dederis, vt POCVLA tibi faceret: *l. 7. §. 1. D. de in rem vers.* Ex argento surrepto POCVLA facta: *l. 13. D. de condict. furtiu.* POCVLVM aureum: *l. 36. D. de aur. arg. legat.* Qui quatuor POCVLA oleaginea habebat, ita legauit: POCVLA oleaginea paria duo: *l. 30. D. de legat. III.* [POCVLVM *commune* polluere, *l. 12. C.*

 de

de re milit. Lib. XII. tit. 36. quae est *l. 13. C. Theod. eod. tit. Lib. VII. tit. 7.* quo loco *commune* POCVLVM nihil aliud est, quam flumen, quemadmodum hoc nomine quoque adpellatur a Virgilio *Lib. III. Georgic. v. 529. sequ.* et Apulei. *Lib. I. de asin. aur. p. 111.*]

POD.

[PODAGRA. PODAGRAE valetudo a muneribus decurionatus non praestat excusationem: *l. 13. C. de decurion. Lib. X. tit. 31.*]

POE.

POENA, est noxiae vindicta, *l. 131. D. de verbor. signif.* POENA generale est nomen, omnium delictorum coercitio *ibid.* Et mox: POENA non tantum pecuniaria, verum capitis et existimationis irrogari solet: *l. 131. D. de verb. signif.* ibidemque Vlpianus *mulctae* et POENAE dissimilitudinem plenissime exsequitur. De qua vide quoque Paullum, in *l. 244. D. eod. tit.* in qua inter cetera, POENAS certas singulorum peccatorum esse, tradit. POENA capitis: *l. 10. D. ad leg. Corn. de sicar. l. 9. D. ad leg. Pomp. de parricid.* POENAE caussa, siue nomine, legari videtur, quod coercendi heredis caussa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat; veluti si quis ita scripserit: heres meus si filiam suam in matrimonium Titio collocauerit, vel ex diuerso: si non collocauerit, decem aureos dato: *§. vlt. Instit. de legat.* et apud Vlpian. *Tit. XXIV. Regul. §. 17.* [POENA in futurum confertur, caussa in praeteritum: *l. 12. D. de condit. et demonstr.* Aliquando tamen etiam in praeteritum vt leges, ita et POENAE vim suam exserunt, quam in rem exempla aliquot congessimus supra. *Lib. X.*] Non POENAM sed veritatem contineri: *l. 7. §. 2. D. quod fals. tut. auct.* POENA crescit: *l. 90. D. de verb. obligat.* POENA exsilii: *l. 13. C. de his, qui aduers. remp.* Naturae congruum est, eas tantummodo POENAS exigi, quae vel cum competenti moderamine proferuntur, vel a legibus certo fine conclusae statuuntur: *l. vn. C. de sentent. quae pro eo, quod interest.* Si in euidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam POENAM ei irrogat: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpill.* Legum POENAE: *l. 42. D. de poen.* [POENAE est maioris versari inter homines, et homines carere suffragiis, quam prorsus a consortio eorum segregari: *l. 3. C. de apostat.*] POENA metalli: *l. 11. C. de poen.* [Amplius ex consuetudine POENAE nomine exactum: *l. 11. pr. D. de vsur.* POENAE nomine praestari: *l. 40. D. de reb. credit.*] POENA pecuniaria: *l. vlt. D. de leg. Fab. de plagiar.* POENA sequentium pensionum: *l. 12. D. de vsur.* Vsuras vel POENAS petere: *l. 8. §. 2. D. de liberat. legat.* Non POENA sed foenus vberius iusta ratione sortis promittitur: *l. 9. §. 1. D. de vsur.* Si vnus praestiterit POENAM, ceteri liberantur: *l. 1. §. 4. D de eo, per quem fact. erit.* POENAM autem a conditione voluntas testatoris separat: *l. vlt. D. de his, quae poen. nom. relinqu.* POENAE seruus, vid. *Lib. XVIII.* POENA stellionatus nulla legitima est: *l. 3. §. 2. D. de stellionat.* POENAE stipulatio certa est, et vtilis: *l. 68. D. de verb. obligat.* POENA subdici, *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* vix Latinum est. Hinc in Haloandrina est POENAE *subiici*. Alibi reperies: POENAE *subdi*, *l. 34. D. de iur. fisc.* quod et in *d. l. 1.* locum habere potest, nisi malis POENA *subigi*. Simile mendum est in *l. 8. princ. D. de quaestion.* vbi sine exemplo legimus: *tormentis vel poenis* subiungi, pro subigi. Vid. V. A. Corn. van Bynkershoek *Lib. V. Obseru. Cap. 25.* HEIN. POENA certae summae: *l. 22. C. de vsur.* POENA legitimarum vsurarum: *l. 15. in fin. C. eod. tit.* POENAM pro vsuris stipulari: *l. 44. D. de vsur.* Pro vsuris legitimis POENAM in singulos menses stipulari: *l. 90. D. de verb. oblig.* ¶. 2. POENA etiam adpellatur, quidquid extra rei persequutionem est, *l. 2. in fin. D. de tutel. et rat. distrah. l. 12. §. 1. D si quis omiss. causs. testam. l. 5. §. vlt. D. de Publician. in rem act. l. 25. §. 1. D. quae in fraud. credit. l. 11. §. 2. D. ad leg. Aquill. §. 18. Inst. de action.*

POENALIS, E. poenae persequutorius. Sic POENALES actiones, quas et POENARIAS Quinctil. *Lib. IV. Instit. Orat. Cap. 3. et Lib. VII. Cap. 5.* vocat, sunt, quibus meram poenam persequimur. Inde POENALES et rei persequutoriae actiones opponuntur, *l. 4. §. vlt. D. de alienat. iudic. mutand. §. 16. Inst. de action. l. 32. D. ad leg. Falcid.* [Secundario tamen etiam illae dicuntur *actiones* POENALES, quae ex caussa poenali oriuntur, licet dentur tantum ad id, quod interest, vt actio de eo, per quem factum erit, quo minus quis in iudicio sistat. Cuiac. ad *l. vlt. §. vlt. D. de eo, per quem fact.*] Ceterum POENALES actiones vel legitimae sunt, vel honorariae, *l. 32. D. ad leg. Falcid.* Nec ex maleficiis tantum, verum et ex contractibus descendunt. In heredem non solent actiones transire, quae POENALES sunt ex maleficio, veluti furti, damni, iniuriae, bonorum raptorum, iniuriarum. *l. 111. D. de regul. iur.* POENALIS actio: *l. 21. D. de liberal. causs. l. vlt. C. de noxal. action.* POENALIS in factum actio: *l. 12. D. de in ius vocand. l. 25. D. de leg. Corn. de fals.* Haec actio non est POENALIS, sed rei persequutionem arbitrio iudicis continet: *l. 4. §. vlt. D. de alienat. iudic. mut. causs.* Numquam actiones POENALES de eadem pecunia concurrentes alia aliam consumit: *l. 60. D. de oblig. et action.* Ciuilis constitutio est, POENALIBVS actionibus heredes non teneri: *l. 1. D. de priuat. delict.* Fideiussores POENALIBVS actionibus non adstringuntur: *l. 27. §. vlt. D. ad municip.* POENALES actiones quaedam ex contractu veniunt: *l. 23. §. 4. D. de aedil. edict.* Ex maleficiis POENALES actiones: *§. Inst. de perpet. et tempor. act.* Si ex caussa POENALI debetur: *l. 7. D. de solution.* id est, quum quid sub poena promissum est. Ex POENALIBVS caussis non solet in patrem de peculio actio dari: *l. 58. D. de regul. iur.* In POENALIBVS caussis benignius interpretandum est: *l. 155. D. eod. tit.* Conditio POENALIS: *l. 5. D. de nautic. foen.* POENALIA iudicia: *l. 108. l. 164. D. de reg. iur.* Iurisdictionem suam POENALI iudicio defendere: *l. 1. D. si quis ius dicent.* Stipulatio POENALIS: *l. 54. §. 1. D. locat. l. 1. §. 6. D. quar. rer. actio.* ¶. 2. [POENALES, pro reis criminum, poenaque adeo dignis, in *l. 2. C. de exa-*

exactor. tribut. Lib. X. tit. 19. Carcer POENALIVM, carcer hominum noxiorum est.]

POENITENTIA, vel secundum perpetuam Pandectarum Florentin. scripturam, PAENITENTIA. POENITENTIA acta: *l. 41. D. de minor. l. 28. §. 1. D. mandat. l. 3. §. 10. D. de sepulcr. violat.* POENITENTIA actus, apud Vlpian. *Tit. XXII. Regul. §. 30.* id est, POENITENTIA ductus, vt *l. 4. C. de reuoc. donat.* Si auiam filiae tuae quasi POENITENTIA ductam subtracta instrumenta donationum igne exussisse constiterit: *l. 2. C. eod. tit.* Si POENITENTIAM egit heres, priusquam adiret: *l. 25. §. vlt. D. de adquir. vel omitt. hered.* Soffragio iustae POENITENTIAE: *l. 19. D. de furt.* [POENITENTIAE heredum locum non esse: *l. 3. §. 13. in fin. D. de statulib.* POENITENTIA oon aliter obliteratur flagitium apostasiae: *l. 3. C. de apostat.*] Donationem reuocare oon potes sub obtentu POENITENTIAE: *l. 4. C. de reuocand. donat.* Aequissimum est, huiusmodi voluntates in ciuitates collatas POENITENTIA non reuocari: *l. 3. §. vlt. D. de pollicit.* Nemo tali peccato POENITENTIA sua oocens esse desinit: *l. 17. D. de aedilit. edict. l. 65. D. de furt.*

POENITERE, vel, vt in Pandect. Florent. constanter, PAENITERE. Si POENITVIT eum, qui libellum tradendum diuortii dedit: *l. 7. D. de diuort.* Quod donationis se dixit POENITVISSE: *l. 12. D. de donat. int. vir. et vxor.* Prioris voluntatis sibi POENITVISSE: *l. 22. pr. D. de legat. III.*

POENVS sermo, *l. 1. §. vlt. D. de verb. obligat.* PVNICA *lingua* vocatur. *l. 11. D. de legat. III.* D. Hieronym. in Epist. ad Demetriadem virginem; *Stridor* PVNICAE *linguae.* B. Augustin. *Serm. XXIV. Prouerbium natum est PVNICVM, quod quidem Latine vobis dicam, quia non omnes PVNICE nostis.*

[POETA. POETAE nulla immunitatis praerogatiua iuuantur: *l. 3. C. de Professor. et medic.* M. Cato apud Gell. *Lib. XI. Noct. Attic. Cap. 2. Poeticae artis honos non erat. Si qui in ea re studebat, aut sese ad conuiuia adplicabat, grassator vocabatur.* Scip. Gentil. *Lib. II. Parerg. Cap. 1. et sequ.* Alber. Gentil. *Comment. ad l. 3. C. de Prof. et Medic.* Barth. *Lib. III. Aduersar. Cap. 4.* Vtcumque vero nullum exstet in toto Romano iure diserte indultum priuilegium, non desunt tameo loci, quibus testimuniis eorum, Homeri puta et Virgilii, qui POETAE κατ' ἐξοχὴν vocantur, *§. 2. Instit. de iur. nat. gent. et ciu.* vti non erubescunt Iurisconsulti. Nempe vbi vel de vocis alicuius significatione agitur, vt *l. 65. §. 4. D. de legat. III. l. 4. §. 6. D. de gradib. l. 236. D. de verb. signif.* vbi summus apud Graecos POETARVM audit Homerus; vel vbi de formulis et conceptis verbis res est, *l. 1. §. 1. D. de mort. causs. donat.* vel vbi prouerbialis loquutio vsurpatur, *l. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter. coerc.* vel vbi de more aliquo vetere quaestio est, *l. 1. D. de contrah. emtion. l. 9. §. 1. D. de supellect. legat. l. 16. §. 8. D. de poen.* Quum ergo tam honorifice Romanae leges POETAS passim adpellent, merebuntur vtique aliquam diuini spiritus praerogatiuam, illaque tam dura alias poetarum oationi lex de supernumerariis, er iis potissimum, qoi per conuiuia et popinas artem suam prostituunt, et, vt Catullus loquitur; in triuiis vocationes quaerunt, accipienda erit.] Sed meminisse oportebat Taborem, vel qoisqois bic pro poetis declamat: principis esse aestimationem, quem sui modum esse beneficii velit. HEIN.

POL.

[POLIA, pro equitio: *l. 38. §. vlt. D. de aedil. edict.* Graecis: πωλεία καὶ πώλευσις.] Elegantem locum Xenophontis περὶ ἱππικῆς, vbi πωλεία pro equitio ponitur, attulit Ferrand. Adduens. *Explicat. Lib. I. p. 528. Tom. II. Thes. iur. ciuil.* Add. V. C. Car. Andr. Ducker. *de Latinit. veter. iurisconsult. p. 410.* HEIN.

POLIRE vestimenta sullonici artificii est. Non. Marcell. in verb. *Interpolare p. 502.* edit. Gotbofred. *tractum id*, ait, *ab arte fullonica, qui POLIENDO diligenter vetera quaeque, quasi in nouam speciem mutant.* Plin. *Lib. VIII. Hist. natur. Cap. 48.* de lanis loquens: *quippe*, ait, *Athenis* POLIENTIVM *extracta in tomenti vsum veniunt.* Idem *Lib. XIX. Cap. 1. Hispania citerior habet splendorem praecipuum torrentis, in quo* POLITVR *natura.* Id. *Lib. XXXV. Cap. 17. Vmbrica creta non nisi* POLIENDIS *vestibus adsumitur.* Vnde POLITVRA apud eumdem, *Lib. XI. Cap. 24.* Si fullo vestimenta POLIENDA acceperit: *l. 13. §. 6. D. locat.* Fullo, qui curanda POLIENDA vestimenta accepit: *l. 12. D. de furt. l. 82. D. eod. tit. §. 15. Instit. de oblig. quae ex delict.* Ad quem locum Theopbilus ait: δέδωκα κναφεῖ κναπτέαν, ἢ πλυτέαν ἐσθῆτα, ἢ ῥάπτῃ ῥαπτέαν. *Dedi fulloni* POLIENDAM *aut lauandam, vel sarcinatori sarciendam vestem.* Si tibi vestimentum POLIENDVM locauero: *l. 48. §. 4. D. de furt.* Si seruus tuus vel filius POLIENDA vestimenta susceperit: *l. 52. §. 9. D. eod. tit.* Si tibi POLIENDA sarciendaue vestimenta dederim: *l. 22. D. de praescr. verb.* Si quis sarciendum quid POLIENDVMVE cooduxit, *l. 9. §. 5. D. locati.*

POLITOR, qui agrum curat, excolit. Quum agrum POLITORI damus in commune quaerendis fructibus: *l. 52. §. 2. D. pro socio.* Festus Pomp. *Polimenta dicebant testiculos porcorum, quum eos castrabant, a* POLITIONE *segetum aut vestimentorum, quod similiter atque illa curentur.* At POLITOREM vmquam dici agricolam, nondum probatum est. Quamuis enim Ant. Augustin. Emendat. *Lib. IV. Cap. 9.* laudet Caton. *de re rustic. Cap. CXXXVI.* ibi tamen non legitur POLITOR, sed *pollinctor*, vel *pollintor.* Vnde ingeniosa est coniectura V. A. Corn. van Bynkersh. rescribere iubentis *olitor. Lib. III. Obseru. Cap. 9* HEIN.

[POLLEN. POLLINIS conficiendi cura inter sordida munera numeratur, *l. 12. C. de excusat. artific.*]

[POLLENS. Eum praeponi ceteris praecipimus, qui melior, innocentia potior, litteris POLLENTIOR reliquis, examinata fide esse noscetur. *l. 2. C. Theod. de aduoc. fisc. Lib. X. tit. 15.*]

POLLEX. Si precioso pictori POLLEX fuerit praecisus: *l. 23. §. 3. D. ad leg. Aquil.*

POLLICERI actionem iudiciumue Praetor dicitur, qui daturum se actionem iudiciumue edicit. Quum Praetor POLLICEATVR actionem: *l. 1. §. 23. D. de exercit. act.* Licet Praetor POLLICEATVR actionem: *l. 3. D. de pecul.* Hanc actionem Praetor intra annum vtilem POLLICETVR: *l. 1. §. 3. D. si mul. ventr. nom.* In seruum Praetor hanc actionem POLLICETVR: *l. 3. §. vlt. D. de sepulcr. viol.* In simplum Praetor actionem POLLICETVR: *l. 14 D. quod met. causs.* Obseruandum autem verbum POLLICENDI contra Grammaticorum regulas passiue poni ab Vlpiano, in *l. 1 §. 18. D. de exercitor. act.* his verbis: Exercenti nauem aduersus eos, qui cum magistro contraxerunt, actio non POLLICETVR. Praetor iudicium POLLICETVR: *l. vlt. §. 2. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* Praetor POLLICETVR, se iudicium operarum daturum in libertos et libertas; *l. 2. D. de oper. libert.* Puro Praetorem non esse POLLICITVM in heredes, in id, quod ad eos peruenit; *l. 3. §. vlt. D. de vi bonor. rapt.* Eodemque modo et bonorum possessionem Praetor POLLICERI dicitur. POLLICETVR Praetor bonorum possessionem: Vlpian. *Tit. XXII. Regul. §. 23.* Praetor edicto suo proximitatis nomine bonorum possessionem POLLICETVR: *l. 8. D. de suis et legitim. hered.* Quom patrono contra tabulas certae partis bonorum possessionem Praetor POLLICETVR: *l. 6. D. de bonor. possess.* Si quis ex his, quibus bonorum possessionem Praetor POLLICETVR: *l. 1. D. de coniug. cum emanc. lib. eius. l. 5 D. si tabul. testam. null.* Praetores certae partis bonorum possessionem POLLICEBANTVR: *l. 1. D. de bon. libert.* Proconsul in integrum restiturum se POLLICETVR: *l. 3. §. 4. D. de alienat. iudic. mut. causs.*

☞ POLLICITARI. Feminae, si quid ob honores POLLICITATAE sint. *l. 6 § 2. D. de pollicit.* Add. Duker. *de Latinit. vet. iurisc. p. 386.* HEIN.

POLLICITATIO est solius offerentis promissio, *l. 3. D. de pollicit.* POLLICITATIO autem plerumque dicitur, qua quis reipublicae vel ciuitati opus aliquod publicum, vel ludos promittit. Qui ex POLLICITATIONE debitor patriae suae exstiterat: *l. 46. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* Debitores rerumpublicarum, si ex POLLICITATIONE debeant, quae recusari non potest: *l. 6. §. 1. D. de muner. et bonor.* Quod ex caussa POLLICITATIONIS praestari necesse est: *l. 5. D. ad leg. Falcid.* Qui aliquod opus se facturos promiserint, eos ex sola POLLICITATIONE teneri: *l. 1 C. de ratiocin. oper. public.* Plin. *Lib. X. epist. 48. Huic theatro ex priuatorum POLLICITATIONIBVS multa debentur, vt basilicae circa, vt porticus supra caueam, quae nunc omnino differuntur, cessante eo, quod ante peragendum est.* Est et aliud eiusmodi POLLICITATIONIS exemplum apud eumd. Plin. *Lib. V. epist. 12. in qua Fabatum*, ait, *porticum sub suo filiique sui nomine dedicasse, sequenti die in portarum ornatum pecuniam promisisse, vt initium nouae libertatis esset consummatio prioris.* POLLICITATIO dotis, pro promissione, *l. 1. §. 8. D. de dot. collat.* Si stipulatio in POLLICITATIONE rerum dotalium minime fuerit subsequuta: *l. 6. C. de dot. promiss.* [Noda promissio, seu POLLICITATIO, opponitur sponso, id est, sponsioni. *l. 19. §. 2. D. de aedilit. edict.*] Quaedam pollicitationes venditorem non obligant: *l. 43. D. de contrah. emtion.*

POLLINCTOR. POLLINCTORES sunt, vt Nonius ait, qui mortuos curant. *l. 5. § 8. D. de institor. act.* Inuenitur hoc verbum apud Plaut. *Asinar. Act. V. scen. 1. v. 63.* et Poenul. *prolog. v. 61.* Tertullian. Scorpiac. *Cap. VII* et Iulium Firmic. in *lib. Matheseos* non semel. Glossae Palaemon. Pollinctores, *qui mortuos sepeliunt, vel qui cadauera rogis exurenda imponunt.* [Add. Kirchmann. *de funer. Rom. Lib. I. cap. 9.*]

POLLVERE. Si vxor tua se adulterio POLLVIT. *l. 14. C. ad leg. Iul. de adulter.* [Qui vitae suae tempore diuersis conscientiam suam dicuntur POLLVISSE criminibus: *l. 10. C. de iur. fisc. Lib. X. tit. 1. l. 30. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.* Pari conscientia POLLVI: *l. 4. C. Th. de haeretic.* Haereticorum POLLVTA contagia: *l. 20. C. Th. eod. tit.*] In ea dignitate, quam POLLVIT; *l. 1. C. de statuis et imagin.*] Patriciatus dignitate, atque omnibus inferioribus, quas morum POLLVIT saeuitate: *l. 17. C. Th. de poen. Lib. IX. tit. 40.* Qui fidem, quam Deo dedicauerant, POLLVERVNT: *l. 3. C. de apostat.* Nemo se hostiis POLLVAT: *l. 10. C. Th. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* Grauius morte est, et immitius caede, si quis ex Christiana fide incredulitate Iudaica polluatur: *l. 19. C. Th. de Iudaeis.* Si quis POLLVTA loca sacrilegus temerator irrauerit: *l. 11. C. Th. de pagan.* Nemo audeat sanctissima nomina Episcoporum POLLVTIS mentibus vsurpare: *l. 26. C. Th. de haeret.* POLLVERE obtutus intuentium: *l. 17. C. Th. de poen.* Poculum commune POLLVERE: *l. 12. C. de re milit. Lib. XII. tit. 36. l. 13. C. Th. eod. tit. Lib. VII. tit. 7.* Libidinis macula POLLVERE pudicitiam: *l. 3. C. Th. de iurisdict. Lib. II. tit. 1.* Qui sepulcra violant, geminum videntur facinus perpetrare, nam et sepultos spoliant destruendo, et viuos POLLVVNT fabricando: *l. 4. C. de sepulcr. viol.* POLLVI deformi vocabulo: *l. 11. C. Th. de infirm. his, quae sub tyrann. Lib. XV. tit. 14.*]

POLYPOSVS. Qui clauum habet, morbosus est, sed et POLYPOSVS: *l. 12. princ. D. de aedilit. edict.*

POLYPTYCHA, in *l. 13. C. Th. de indulgent. debit. l. 2. C. Iust. et Th. de discussor. Lib. XI. tit. 26.* Vtitur et hoc verbo Cassiodor. *Lib. V. Variar. Epist. 14. et 39.* Est etiam πολυπτύχους δέλτους legere apud Lucian. *in Amoribus. To. I. p. 902.* POLYPTYCHA autem, vel POLYPTYCHI sunt rationes publicae ciuitatum, *l. 2. C. Iustin. et Th.*

POL. POM.

Th. de discuss. quibus consignabatur pecunia aeque ac annona ciuilis. Veget. *de re milit. Lib. II. Cap. 19.* Immo et idem fuerunt POLYPTYCHI, quod hodie *catastrum* vocamus, id est, consignatio possessionum, et impositorum ipsis tributorum, ceu manifesto patet ex Cassiodor. *Variis*, locis, quos iam laudauit Brissonius. Quaedam ea de re dixit Coiac. *Lib. IV. Obseruat. cap. 27.* qui etiam obseruauit, perperam plerumque scribi *polypticos* pro *polyptychis*, quum tamen ex eo tractum sit nomen, quod eae chartae πολλὰς ἀποκλείσεις, οἷον πτύχας, haberent. HEIN. [Mentio etiam POLYPTYCHORVM fit in *Edict. Pistens. Carol. Calui n. 29. Tom. II. Capitular. tit. 36. edit. Baluz.* vbi vid. Not. Iac. Sirmondi *p. 794.* et Baluzii *p. 1273.* *Puletica* seu *Poleptica publica* dicuntur in *formul. Marculphi Lib. I. tit. 19.* vbi vid. Bignon. *in Not. p. 901.*]

POM.

POMARIVM. POMARIA extra consuetudinem patrisfamilias defuncti culta: *l. 54. §. vlt. D. de hered. petit.*

POMPA. Id nisi forte ad POMPAM et ostentationem quis accipiat. *l. 3. §. vlt. D. commod.* [POMPA aliaque nuptiarum celebritas omittatur, *l. 22. C. de nupt.* Quos magistri equitum ac peditum POMPA sublimat: *l. 44. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5* id est, fastigium. POMPA etiam dicitur de ludis sacerdotalibus: *l. 176. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

POMPEIA lex de parricidiis, qua cauebatur, vt si quis patrem, matrem, auum, auiam, fratrem, sororem, patruelem, patruum, auunculum, amitam, consobrinum, consobrinam, vxorem, virum, generum, socrum, vitricum, priuignum, priuignam, patronum, patronam occiderit, cuiusque dolo malo id factum erit, vt poena ea teneatur, quae est legis Corneliae de sicariis. *l. 1. D. de leg. Pomp. de parricid. l. 1. D. de indic. publ.* Legis POMPEIAE primum caput eos adprehendit, qui parentes, cognatosue, aut patronos occiderint. *l. 12. §. vlt. D. de accusat.* Lege POMPEIA de parricidiis cauetur, vt si quis parentis, aut filii, aut omnino adfinitatis eius, quae nuncupatione parentum continetur, fata properauerit, poena parricidii teneatur. *§. 6. Instit. de public. iudic.*

POMPONIVS (SEX.) (duos enim eius nominis fuisse, ceu primus suspicatus est Anton. Augustin. *de Nomin. propr. Pandect. p. 92.* ex *l. 41. D. de hered. instit.* et *l. 32. D de legat. I.* non sequitur,) iurisconsultus πολύγραφος, Iulian. et Valentem laudat *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* et vicissim laudatur a Iuliano *l. 6. §. 6. 7. 8. D. de negot. gest.* Itaque huic σύγχρονος vitam saltim ad Diuorum Fratrum imperium produxit, quippe qui Antoninum Pium Diuum vocat *l. penult. D. de pollicit.* Stoicam diuisionem corporum in *l. 30. D. de vsurp. et vsucap.* illustrat Cuiac. *Lib. XV. Obseru. cap. 31.* et Guil. Fornerius *Selection. Lib. II. Cap. 17.* Ex iurisconsultis ercifcundis eum fuisse, contra Christ. Otton. a Boekeln *de famil. veter. Iurec. Cap. VI.* probat V. C. Gottfridus Mascou. *de Sect. Sabin. et Proculei. VIII, 4. p. 130.* Ceterum, vt de POMPONIO aliquid dixisse videatur Tabor vel nescio quis, eius discendi cupiditatem laudari *l. 20. D. de fideic. libert.* scribit. Sed miror, haec excidere potuisse viro docto, quum in hac lege manifesto non Iulianus loquatur, nec POMPONIVS, sed consultor, qui se iam alterum pedem in cymba Charontis habere profitetur. Rectiora iam docuit Ant. Augustinus *Lib. I. Emendat. Cap. 8.* Add. *Thes. nostr. Opusculis historiam iur. illustrantibus praemissam.* HEIN

POM. PON.

POMVM. POMORVM adpellatione nuces, et ficus, et vuas dumtaxat duracinas et purpureas, et quae eiusdem generis essent, quas non vini caussa haberemus, quas Graeci τρωξίμους adpellant, contineri, significat *l. 205. D. de verb. signif.* Pallad. *in Epigrammat. de nuce*

Arbuteas frondes vastae nucis occupat vmbra,
POMAQVE sub duplici cortice tuta refert.

Idem *de ficubus*

Se quoque miratur pingui grandescere succo,
Et solitum gaudent vincere POMA modum.

Idem *de moro*

Proceras fagos, et POMA hirsuta virentis
Castaneae.

Macrob. *Lib. III. Saturnal. Cap. 19.* *nuces* dici, tradit, a quibusdam *omne* POMVM, *quod foris duro tegatur, et intus habeat, quod esui est.* Idemque *Lib. II. Cap. 6.* Cascellii iorisconsulti dictum vrbanum hoc refert. *Lapidatus a populo Vatinius, quum gladiatorium munus ederet, obtinuerat, vt Aediles edicerent, ne quis in arenam nisi* POMVM *misisse vellet. Forte iis diebus Cascellius consultus a quodam, an nux pinea POMVM esset, respondit, si in Vatinium missurus es,* POMVM *est.* Ficum plane tamquam non POMVM fecerat a pomis apud idoneos auctores, idem auctor *Lib. III. Cap. 20.* notat. Secundum quae *pomiferas* arbores, in *l. 45. §. vlt. D. de iur. fisc.* accipiemus, quae quodlibet POMI genus ferunt. [Plin. *Lib. XV. Histor. natur. Cap. 22.* de nuce: *Solum hoc* POMVM *natura compactibili operimento clausit.* vid. Menag. *Amoenit. Cap. VIII.*]

PON.

PONDERARE, est adpendere. Aurum PONDERARE: *l. 20. D. de furt.*

PONDERATIO. Si olei certa PONDERATIONE fructus anni locasti: *l. 21. C. locat.* [Si sub mille librarum PONDERATIONE mittantur: *l. 48. in fin. C. Th. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.*]

[PONDERATOR. De *ponderatoribus* exstat peculiaris titulus *C. Lib. X. tit. 72. et C. Theod. Lib. XII. tit. 7.*]

PONDO libram significat. Auri PONDO: *l. 6. l. 35. D. de aur. arg. legat. l. 31. §. 2. D. de adimend. legat. l. 26. §. vlt. D. deposit.* *Argenti* PONDO, apud Quinctil *Lib. VII. Cap. 7. et Cap. 10.* Argenti facti PONDO: *l. 19. D. de aur. argent. legat.* Gellius *Lib. VII. Cap. 18.* *Et pro iis, quos alteri plures acciperent, darent argenti PONDO, libram*

libram scilicet, et selibram; qoo loci verba haec, *libram scilicet*, vel delenda vel reiicienda sunt, vt quae a glossemate in textum irrepserint, aot certe parenthesi includenda, vt a sequentibus diuellantur. Nec enim recta esset verbi PONDO interpretatio, si librae selibra cohaereret. Sic er apod Liu. *Lib. XXXII. Cap. 17. Argenti PONDO bina et selibras in militem praestaret.* Certum olei PONDO: *l. 60. D de verb. oblig.* Decem PONOO olei: *l. 39. D. de contrab. emtion.* Tritici modios centum, qui singuli PONDO centum pendeant: *l. 7. §. vlt. D. de tritic. vin. oleo.*

PONDVS. Certum auri vel argenti PONDVS: *l. 1. §. vlt. l. 19. D. de aur. arg. legat.* PONDVS argenti, quod in illis horreis habeo: *l. 30. §. 4 D. ad leg. Falcid.* Certum PONDVS olei: *l. 4. D. de trit. vin. oleo. l. 7. C. de rer. permut.* Res, quae PONOERE consistunt: *l. 2. §. 1. D. de reb. cred.* Si tes in PONDERE constent: *l. 1. D. de condict. tritic.* In his, quae PONOERE constant, veluti oleo: *l. 35. §. 5. D. de contrab. emt.* Id, quod PONOERE continetur: *l. 47. §. 1. D. de legat. I. l. 38. D. de iudic. l. 115. D. de verb. obligat. l. 30. §. 4. D. ad leg. Falcid.* et apod Vlpian. *Tit. XXIV. Regul. §. 27.* Si maiora quis PONOERA commodauit, quum ad PONDVS emeres: *l. 52. §. 22. D. de furt.* Qui sciens commodasset PONOERA, vt venditor emtori merces adpenderet: *l. 18. §. 3. D. de dol. mal.* PONDERA aequa, maiora, minora. ibid. Aequis PONDERIBVS aduersantur iniqua. Si quis a me oleum, quod emisset, adhibitis iniquis PONOERIBVS accepisset, vt in modo me falleret, vel emtot circumscriptus sit a venditore PONOERIBVS minoribus: *l. 32. D. de act. emt.* Vt constaret, aequa an iniqua essent pondera, publica exstabant, magistratuum nominibus signata, ad quae priuata exigerentur. Talia Q. Iunii Rustici, Praef. vrbi, exstant apod Gruter. *Inscript. p. CCXXII, 1.* multoque vetustius D. Iunii L. F. Silani, et L. Lucretii L. F. Tricipitini, Quaestorum vrb. ex L. Paeti Iureconsulti *Lib. V. de Ponder. Rom. et Graec.* edidit Thomas Reinesius *Inscript. II, 56. p. 281.* De Praetextato, Praef. vrbi, Ammian. Marcell. *Histor. Lib. XXVII. Cap. 9.* PONDERA *per regiones instituit vniuersas, quum auiditati multorum, ex libidine trutinas componentium occurri nequiret.* Per tegiones vnioersas, inquit, quia alioquin pondera poblica in Capitolio et in aede Opis vel Saturni, seu in aerario solerent adseruari. Qua de te plura Reines. *Inscript. IV, 16. 17. p. 352. et 282.* HEIN.

¶ 2. [PONDVS μεταφορικῶς pro qooois onere vsurpatur. Sic: catenarum PONOERIBVS praegrauari: *l. 33. C. de poen. l. 23. C. Th. eod. tit. Lib. X. tit. 40.* PONOERA debitorom euitare: *l. 1. C. de bis, qui ad Eccles. confug.* PONDERA plumbatarum: *l. 2. C. de exactor. tribut.*] ¶. 3. [PONDVS naturale vel patronale pro obseruaotia et reuerentia: *l. 2. C. qui et aduers. quos in integr. restit.*]

PONERE, verbum est πολύσημον. Interdum enim exstruere significat, et ita aedes vel aedificium PONERE. *l. 37. D. de rei vindic. l. 2. D. finium regund.* Si aedificio funditus diruto, quod in littore POSVERAT: *l. 45. D. de vsurpat. et vsucap.* Aedificium POSITVRVM in fundo: *l. 13. §. 6. D. de vsufruct.* In area aedificium PONI: *l. 7. D. eod. tit.* Quum aedificium in area sua ab alio POSITVM dominus occupat: *l. 33. D. de condict. indeb.* Area, in qua aedificium POSITVM: *l. 98. §. vlt. D. de solution.* Aedificio in fine POSITO: *l. 4. §. 3. D. fin. regund.* Ex tribus aedibus in loco impari POSITIS: *l. 25. §. vlt. D. de seruit. praed. vrban.* Casam in littore PONERE: *l. 5. D. de diuis. rer.* Titius hotreum frumentarium in Seii praedio POSVIT: *l. 60. D. de adquir. rer. domin.* Si quis, quod in publico loco POSITVM habuit, reficere voluit: *l. 2. §. 1. D. ne quid in loc. publ.* Superficies in alieno solo POSITA: *l. 15. D. qui potior. in pignor.* Heres in fundo villam POSVIT: *l. 12. D. de vsu et vsufr.* ¶. 2. PONERE etiam plantare et defigere significat. Sic: PONERE arborem: *l. 2. D. fin. regund.* Si arborem PONAT, vt lumini officiat: *l. 17. D. de seruit. praedior. vrban.* Si heres arborem in fundo POSVISSET: *l. 12. D. de vsu et vsufr.* Horat. *Lib. II Carmin. od. 13.*

Ille nefasto te POSVIT *die*
Quicumque primum, et sacrilega manu
Produxit arbos.

Arbor radicitus eruta, et in alio POSITA: *l. 26. §. 2. D. de adquir. rer. domin.* Prope confinium arbor POSITA: *l. 7. §. vlt. D. eod. tit.* Radicibus arborum in vicina area POSITARVM cresceotibus: *l. 1. C. de interd.* Sic et Ouid. *Remed. amor. v. 86.*

Quae praebet patulas arbor spatiantibus vmbras,
Quae POSITA *est, primum tempore virga fuit.*

Si meam plantam in alieno solo POSVERO: *l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* Si quis salicta POSVERIT: *l. 1. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu.* Colonus, quum lege locationis non esset comprehensum, vt vineas PONERET: *l. 61. D. locat.* Si arui vsusfructus legetur, et vineae ibi sunt POSITAE: *l. 10. §. 4. D. quib. mod. vsusfr.* De loco dato, deiode de vineis ibi POSITIS: *l. 16 §. 2. D. de pignor. et hypoth.* Senec. *Epist. LXXXVII. Vidi non tantum mense Februario* POSITAS *vites.* PONI quoqoe *vineas* aiunt Columell. *Lib. III. Cap. 13.* Pallad. *Lib. II. Cap. 13.* ¶ 3. PONERE alias est adscribere, inserere, adponere, adiicere. Qui talem conditionem POSVIT: *l. 27. D. de condit. instit.* Moltum interest, qualis conditio POSITA fuerit: *l. 16. D. de iniust. rupt. irrit.* Conditionem verbis testamenti POSITAM: *l. 40. §. vlt. D. de statulib.* Extrinsecus POSITAE conditionis: *l. 86. D. de hered. instit.* Quacumque POSITA conditione; *ibid.* Conditiones in testamento POSITAS: *l. 6. D. de condit et demonstr.* Sub diuersis conditionibus disiunctim POSITIS: *l. 81. D. eod. tit.* Dies PONITVR: *l. 54. D. de condit. et demonstrat.* Qooties in obligationibus dies non PONITVR: *l. 41. §. vlt. D. de verb. oblig.* De die PONENDA in stipulatione solet inter litigatores conoenire: *l. 8. D. qui satisd. cogant.* Filium habens sic exheredationem POSVIT: *l. 25. D. de liber. et postum.* Si nomen in stipulatione POSITVM sit: *l. 31. D. de stipulat.* Si demonstrandi caussa haec oratio PONERETVR: *l. 6. D. de legat. I.* Potest quinquennium non ad hoc esse POSITVM, vt aliquid donetur: *l. 18. D. de donat.* ¶. 4. Ioterdum PONERE significat constituere, conferre. Nec in arbitrio eius,

PON.

eius, qui rogatus est, POSITVM est: *l. 7. §. 1. D. de reb. dub.* Defunctus in heredis voluntate POSVIT conditionem: *l. 59. D. ad SC. Trebell.* In aliqua dignitate POSITVS: *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 1. C. de statuis et imagin.* POSITI in aliqua dignitate: *l. 3. §. 16. D. de suspect. tutor. l. 9. §. 4. D. de offic. proconf.* Filius in facultatibus POSITVS: *l. 1. §. 4. D. de tutel. et ration. distrah.* Legatum in aliena voluntate PONI potest: *l. 43. §. 2. D. de legat. I.* Honestiore loco POSITI: *l. 2. §. 5. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Humiliori loco POSITI: *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* Arbiter in aliquo magistratu POSITVS, vel potestate: *l. 3. §. vlt. D. de recept. et qui arbitr.* In soceri POSITVS potestate: *l. 9. C. solut. matrim.* Ea, quae in tua POSITIS potestate donaueras: *l. 17. C. de donat.* Te et vno fratre emancipatis, duobus autem aliis in patria POSITIS potestate: *l. 2. C. ad SC. Orphit.* A sano et in bona valetudine POSITO: *l 35 §. 4. D. de donat. mort. causs.*

¶. 5. PONERE propria significatione statuere, collocare significat. Huc pertinent sequentia: Si locum mihi vendidissent, in quo bibliothecam PONEREM: *l. 50. D. de contrab. emt.* Vbi corpus meum POSITVM fuerit: *l. 18. §. vlt. D. de alim. et cibar. leg.* id est, conditum. Quum quis iussit in municipio imaginem PONI: *l. 7. D. de ann. legat.* Qui imagines ponendas legauerunt: *l. 17. §. vlt. D. de vsur. l. 5. D. de oper. publ.* Concedi solet, vt imagines et statuae, quae ornamenta reipublicae sunt futurae, in publicum PONANTVR: *l. vlt. D. de loc. publ.* Si laqueos eo loci POSVISSET, vbi ius PONENDI non haberet: *l. 29. D. ad leg. Aquill.* Aliquo loco PONERE numos: *l. 55. D. de condit. et demonstrat.* Pecunia apud tutorem POSITA maneret: *l. 28. §. 4. D. de liberal. legat.* In priuatis operibus inuitis his, qui fecerunt, statuas aliis PONERE noo possumus: *l. 12. D. de pollicit.* Si quis statuam in municipio ea mente POSVIT: *l. 21. D. de except.* Si statuas in municipio POSVERIT: *l. 14. D. de condit. et demonstr.* Si statuam POSVERINT: *l. 13. D. de manumiss. testam.* Qui statuas PONENOAS legauerunt: *l. 5. D. de oper. publ. l. 17. §. vlt. D. de vsur.* Legata, quae in operibus publicis conficiendis statuisque PONENDIS data sint: *l. 6. C. ad leg. Falcid.* Si cui respublica necessitatem imposuerit, statuarum principi PONENOARVM: *l. 6. §. vlt. D. de pollicit.* In cuius statua io loco publico in municipio POSITA sit: *l. 11. §. 1. D. quod vi aut clam.* Statuas in ciuitate POSITAS ciuium non esse: *l. 41. D. de adquir. rer. domin.* Statuas in poblico POSITAS non esse emtoris bonorum: *l. 29. D. de reb. auctor. iudic.* Vetus Horatii interpres ad *Lib. IV. Carmin. od. 1. v. 21.* PONET *marmoream*, haec verba sic interpretatur: *ex solida marmore statuet.* Arbiter terminos POSVIT: *l. 44. D. de recept. arbitr.* Qui terminos finium caussa POSITOS protulerunt: *l. 2 D. de termin. moto.* id est, statutos, vt *l. vlt. D. eod. tit.* et in *Lege Mamilia Cap. V. p. 340. edit.* Guil. Goesii. Virgil. *Lib. XII. Aeneid. v. 898.*

Limes agro POSITVS, *litem vt discerneret aruis.*

Ouid. *Lib. II. Fastor. v. 673.*

Termine, post illud leuitas tibi libera non est.
Qua POSITVS *fueris in statione, mane.*

PON.

POSITVM habere, in edicto Praetoris de effusis et deiectis, quem sensum habeat, vide *l. 5. §. 9 10. D. de his, qui effud. vel deiec.* ¶. 6. Pignori PONERE, vel opponere, est oppignorare. Qui emtiones agrorum suorum pignori POSVIT: *l. 2. C. quae rei pign.* Quum Seius ornamentum pignori POSITVM luerit: *l. 32. §. vlt. D. de legat. III.* Plura vid. in PIGNVS. ¶. 7. PONERE pecuniam, est in foenore collocare. Horat. *Epod. 2. v. vlt.*

Omnem relegit Idibus pecuniam;
Quaerit kalendis PONERE.

Si eam pecuniam POSITAM habuisset: *l. 13. §. vlt. D. de vsur.* ¶. 8. PONERE rationem, est subducere, dispungere, et ad calculos rem vocare. Arbitrum dandum, apud quem ratio PONATVR: *l. 1. §. 7. D. si is, qui testam. liber.* Ratio administratioois secundum fidem acceptorum et datorum PONATVR: *l. 2. §. 2. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* Haec centum in aere alieno PONERENTVR: *l. 87. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Ratio iia PONENDA est: *l. 27. §. 16. D. ad SC. Trebell.* Pro dodrante ratio PONENDA est; *l. 47. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Ratione POSITA eius pecuniae, quam mihi Stichus Caii Titii seruus cauerat: *l 89. D. de solution.* Ratio quaedam ioter heredem et hereditatem PONITVR: *l. 41. § 1. D. de euiction.* Si legis Falcidiae rationem PONAS: *l. 83. D ad leg. Falcid.* Si ratio Falcidiae PONI coeperit: *l. 15. §. 4. D. eod. tit.* Ratio Falcidiae si PONERETVR: *l. 15. §. 3. D. eod. tit.* In ratione legis Falcidiae PONENDA: *l. 12. l. 95. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Seneca *Epist. LXXXVII. Quum ad patrimonium ventum est, diligentissimi computatores, sic rationem* PONITIS *singulorum, quibus pecuniam aut credituri estis, aut beneficia.* Sic in *Euangel.* D. Matthaei *Cap. 11. v. 23.* συναίρειν λόγον μετὰ δούλων, vetus interpres vertit, PONERE *rationem cum seruis.* Eodemque genere loquendi, *parem calculum* PONERE dixit Plinius *Lib. IX. Epist. 2.* ¶. 9. PONERE etiam est fingere, et quod barbare dicunt PONERE *casum.* PONE: *l. 12. §. 2. D. de bonis libert. l. 1. §. 11. D. de coniung. cum emancip. lib. l. 14. §. 13. D. de religios. et sumt. funer. l. 34. D. de negot. gest. l. 16. D. qui potior. in pign. l. 3. §. 2. D. de collat. bon. l. 35. D. de hered. instit. l. 5. D. de legat. II. l. 97. D. de legat. III. l. 7. D. de d*[illegible]*. l. 4. D. quib. ad libert. proclam. l. 1. §. 7. D. ne quid in flum. publ.* Si PONAS: *l. 23. D. de inoffic. test. l. 60. D. de condict. indeb. l. vlt. D. de castrens. pecul.* Et apud D. Ambros. *Serm. LXXXV.* POSVERIS: *l. 83. §. vlt. D. de excusat.* PONAMVS: *l. 5. §. 5. D. de iniur. et famos. libell. l. 82. D. de legat. I.* Si PONAMVS: *l. 71. §. 1. D. de fideiuss. l. 19. D. ad SC. Velleian. l. 3. D. de coniung. cum emancip.* POSITO altero, tolli alterum, *l. 24. D. de verb. signif* id est, adsumto, seu concesso. ¶. 10. PONERE pro opponere Si POSITA sit doli mali exceptio: *l. 30. D. de rei vindic.* Vt exceptio doli mali POSITA pupillo noceat: *l. 47. D. de solution.* Doli exceptione POSITA: *l. 3. §. 4. D. de adimend. legat. l. vlt. D. de pignorat. act. l. 10. D. de dol. mal. et met. except. l. 37. §. vlt. D. de noxal. act. l. 48. D. de rei vindic.* POSITA exceptione: *l. 18. D. de iureiur.* Doli replicatione POSITA; *l. 7. D. ad SC. Velleian.* ¶. 11. PONERE etiam

idem valet, quod deponere. POSITO magiſtratu: *l. 32. D. de iniur.* vbi POSITO magiſtratu, et quamdiu in magiſtratu eſt, opponuntur.

[PONS. PONTES per quos itinera celebrantur, iuuari prouiſis ſumtibus oportere: *l. 36. C. Theod. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* PONS liquentiae: *l. 2. C. Th. ne oper. a conlat. exig. Lib. XI. tit. 10.* Ad inſtructiones reparationesque itinerum, PONTIVMQVE nullum genus humanum, nulliusque dignitatis ac venerationis meritis ceſſare oportet: *l. 4. C. de priuileg. dom. Auguſt. Lib. XI. tit. 74.* Abſit, vt nos inſtructiones viae publicae et PONTIVM, inter ſordida munera numeremus: *ibid.* et *l. vlt. C. Th. de itiner. mun. Lib XV. tit 2.* Aliquando tamen et ante hanc Theodoſii Iunioris conſtitutionem PONTIVM ſollicitudinem inter ſordida munera fuiſſe numeratam, clare oſtendunt *l. 15. l. 18. C. Theod. de extraord. ſiue ſord. munerib.* quas et, vitandae contradictioni, a ſui Codicis congregatione, ideo ſeparauit Iuſtinianus, vt ipſe loquitur *Conſt. Cordi nobis de Emendat. Codic. §. 3.* PONTIS portorium exigere: *l. 60. §. 8. D. locat.* Senec. *de Conſtant. Cap XIV. Nec indignabitur aliquid impendere cogitans et in PONTIBVS quibusdam pro tranſitu dari.* De quo genere vectigalis quaedam adnotauit Lipſius *de magnitud. Romae. Lib II. Cap 1*] Add. Burmann. *de vectigal. Pop. Rom. Cap. V. p. 53.*

PONFIFEX. Oſſa ab alio illata an liceat ſine decreto PONFIFICVM effodere, vel eruere: *l. 8. princ. D. de religioſ.* PONFIFICES explorare debent: *l. vlt. D. de mort. infer.* PONTIFEX dum ſacra facit: *l. 2. D. de in ius vocand.* Iuris interpretandi ſcientia et actiones apud collegium PONTIFICVM erant ex quibus conſtituebatur, quis quoque anno praeeſſet priuatis: *l. 2. §. 6 D. de orig iur.* PONTIFICIBVS reſcriptum refert: *l. 3. §. vlt. D. de ſuis et legit. hered.* [Sacrae res ſunt, quae rite per PONTIFICES Deo conſecratae ſunt: *§. 8. Inſt. de rer. diuiſ.* PONTIFEX Damaſus: *l. 1. C. de ſumma trinit. et fid. cathol*]

PONTIFICALIS. PONTIFICALI auctoritate compelluntur heredes ad obſequium ſupremae voluntatis: *l. 50. §. vlt. D. de hered. petit.* Exſpectandum permiſſum PONTIFICALE: *l. 8. D. de religioſ.*

PONTIFICIVM pro poteſtate vſurpatum in Codice Theodoſiano adnotatur. [Sic: PONTIFICIVM adipiſcendae hereditatis: *l. 2. in fin. C. Th. de apoſtat Lib XVI. tit. 7.* Fruendi PONTIFICIVM habere: *l. 1. pr. C. Th. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.* pro quo facultatem ſubſtituit Tribonianus, in *l. 1. C. eod. tit.* Obtinendarum eccleſiarum PONTIFICIVM facultatemque permitti: *l. 3. C. Th. de fid. cathol. Lib. XVI. tit. 1.* Habere PONTIFICIVM ſacrae diſceptationis: *l. vlt. in fin. C. Th. de Epiſcop. iudic. Lib. XVI. tit. vlt*] In quibusdam etiam codicibus hoc verbum in eumdem ſenſum, apud Gellium *Lib. I. Cap. 13.* ſcriptum eſt. Arnob. *in Pſalm LXVIII. Ergo ſic accipiunt PONTIFICIVM iudicandi et corripiendi.* Sed et in legi-

bus Burgundionum *Cap. XL.* ita ſcribitur: *Huius autem actionis PONTIFICIVM circa manumiſſores tantum de libertis ſuis praecipimus cuſtodiri.* Similique modo verbum hoc Marculphus in formulis non ſemel vſurpat. [Vtitur eodem et Symmach. *Lib. III. Epiſt. 17. Lib. VII. Epiſt. 27.* Arnob. *aduerſ. gentes Lib. II. p. 89.* Solin. *Polyhiſtor. Cap. XXVI.* aliique, quorum omnia conduxit Carol. du Freſne *in Gloſſar.* Alio tamen ſenſu haec vox vſurpatur in *l. 13. C. Th de haeret. Lib XVI. tit 5.* vbi Presbyteratum ſeu ſacerdotium notat, et miniſterio opponitur.]

POP.

POPINA, id eſt, taberna vinaria, in qua opſonia et carnes coctae ad delicias venibant, inter inhoneſti loci exempla ponitur *l. 21 §. 11. D. de recept. arbitr* Si quis ſeruum meum vel filium in POPINAM duxerit: *l. 26 D. de iniur.* Hoc SC. ad POPINAS extenditur: *l. 41. §. 8. D. de legat. I.* Sane Claudium Imperatorem coercitionem POPINARVM Aedilibus ademiſſe, quod quidam in Aedilitate inquilinos praediorum ſuorum contra vetitum cocta vendentes, mulctaſſet, Sueton. *in eius vita Cap. XXXVIII.* refert.

POPVLARIS, E. quod ad populum pertinet. POPVLAREM actionem dicimus, quae ſuum ius populi tuetur: *l. 1 D de popul. action.* Vnde et POPVLARIS actio *publica* vocatur, *l. 30. §. 3. D. de iureiur.* In POPVLARIBVS actionibus, vbi quis quaſi vnus ex populo agit *l. 45. §. 2. D. de procurat.* POPVLARIS vtique actio cuilibet ex populo, cui per edictum poſtulare licet, datur: ita tamen, vt is, cuius intereſt, praeferatur: *l. 3. §. vlt. D. de popular. action.* et ex pluribus ſimul agentibus praetor eligit idoniorem: *l. 2. D eod. tit.* Per ſe autem, non per procuratorem POPVLARES actiones exercendae erant, mulierique ac pupillo non dabantur, niſi quum ad eos pertinebat: neque in heredes dabantur, nec ſupra annum extendebantur: *l. 5. 6. 7. §. 1. D. eod. tit.* Licet in POPVLARIBVS actionibus procurator dari non poſſit: *l. 42. D de procurat.* Huiusmodi POPVLARES actiones poenalibus adnumerat Maecianus, *l. 32. D. ad leg. Falcid.* Sepulcri violati actio POPVLARIS eſt: *l 3 §. vlt. D de ſepulcr. viol.* Actio de effuſis et deiectis eſt poenalis et POPVLARIS: *l. 5. § 13. D. de his, qui effud. vel deiecer.* Actio, quae aduerſus eum datur, qui ſupra eum locum, vbi vulgo iter fit, poſitum quid habet, cuius caſus nocere poſſit, POPVLARIS eſt: *l. 5. §. vlt D. eod. tit.* Actio aduerſus eum, qui aduerſus edictum Praetoris tabulas teſtamenti aperuiſſe dicetur, POPVLARIS eſt: *l. 25. §. vlt. D de SC. Silan.* De POPVLARI actione compromiſſo facto recte non compelletur arbiter ſententiam dicere: *l. 32. §. 7. D de recept. arbitr.* Pro POPVLARIBVS actionibus fideiuſſor accipi non poteſt: *l. 56. §. vlt. D. de fideiuſſor.* Nec enim in bonis computari eas, oſtendit *l. 32. D. ad leg. Falcid.* vnde nec creditoris loco eſſe dicitur ante litis conteſtationem, cui ex POPVLARI cauſſa debetur. *l. 12. D. de verb. ſignif.* POPVLARIS annona: *l. 37. D. de poen.* [POPVLARES annonae caducae: *l. 2. C. Th. de ſtud. liberal. vrb. Rom. Lib. XIV.* tit.

tit. 9.] POPVLARIS caussa: *l. 12. D. de verb. signif.* [POPVLARIA commoda: *l. 3. C. Th. tribut. in ipf. spec. Lib. XI. tit. 2.*] Interdictum, ne quid in loco publico, POPVLARE est: *l. 2. §. 34. D. ne quid in loc. publ.* Similiterque interdictum, ne quid in flumine publico, cuiuis ex populo competit: *l. 1. §. 9. D. ne quid in flum. publ.* Si quis id, quod perpetuae iurisdictionis caussa propositum erit, dolo malo corruperit, datur in eum quingentorum aureorum iudicinm, quod POPVLARE est: *l. 7. D. de iurisdict.* ¶. 2. POPVLARIS, qui eiusdem populi est. Mulier, quae dotem dederat POPVLARI meo: *l. 70. D. de verb. obligat.* Sic et apud Terent. *Phorm. Act. I. scen. 2.* verbum hoc vsurpatur. Nonius Marcell. POPVLARES, ait, *dicti de vno populo amici.* ¶. 3. POPVLARIS etiam de populi multitudine dicitur. Si conster Duumuirum tantum vocibus POPVLARIVM postulatum: *l. 12. D. de adpellat.* Turbolentibus se adclamationibus POPVLARIVM accommodare: *l. 28. §. 3. D. de poen.* [POPVLARES militibus opponuntur, *l. 7. l. 5. C. Th. de annon. ciu. Lib. XIV. tit. 17.*] Ne POPVLARES animi turbarentur: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 21. §. 1.*

¶ 4. POPVLARIA etiam spectacula publica adpellantur. Qnies POPVLARIVM ad praefecti vrbi curam pertinere videtur: *l. 1. §. 12. D. de offic. praef. vrb.* Milites stationarios habere ad tuendam POPVLARIVM quietem: *ibid.* [Est de his POPVLARIBVS quoque *l. 28. §. 3. D. de poen. l. 2. et l. 4 C. de offic. praef. vrb.* In quibus omnibus POPVLARES pro *factionibus agitatorum* accipit Cuiac. *Lib. VIII. Obf. Cap. 29.* Sed a Cuiacio dissentit Iacob. Gothofredus, qui *vulgus* POPVLARIVM nomine intelligendum esse contendit, in *Not. ad Tertullian. ad Nationes Lib. I. Cap. 10. p. 103.* qua tamen sententia postea mutata, propius accessit Cuiacio in *Comment. ad l. 2. C. Theod. de offic. rect. prouinc. Lib. I. tit. 7.* quamquam rursus eam dereliquerit ad *l. 7. C. Theod. de annon. ciuil. Lib. XIV. tit. 17.* Ab omnibus autem diuersus est Car. Annib. Fabrotus, qui amplius inquirens in *Enarrat. ad Cuiac. Paratitl. C. de offic. praef. vrb.* tentat, annon et ipsi milites stationarii illi, quos, vt theatralem licentiam, et inconditam populi turbam cohiberent, ludis adsedisse, Tacitus memorat *Lib. XIII. annal. Cap. 24.* POPVLARES fuerint vocati?]

[POPVLARITAS, pro editione spectaculorum. *l. 2. C. Th. de offic. rector. prouinc.* absit autem, vt iudex POPVLARITATI et spectaculorum editionibus mancipatus, plus ludicris curae tribuat, quam seriis actibus. Alias omnis rei consortium hac voce significari, notat Donat. in Terent. *Adelph. Act. II. scen. 2. ab init.*]

POPVLITARI, pro populari. Quum ☞ POPVLITARENTVR ab aduersario fructus agri: *l. 21. in fin. D. de adpellat.* Ceterum diem dicunt Grammatici Papirio, qui παθητικῶς hoc verbo, quod vix alibi legitur, vsus est. V. C. Duker. *de Latin. vet. iurisc. p. 380.* HEIN.

POPVLVS. Cicero in libris de republica teste D. Augustino *de Ciuit. Dei Lib. XIX. Cap. 21.* POPVLVM definiebat: *coetum multitudinis iuris consensu, et vtilitatis communione sociatum.* POPVLI autem adpellatio interdum generalis est, et ad omnem ciuitatis cuiusque vel gentis multitudinem pertinet. POPVLVS ponitur inter corpora non soluta, sed vni nomini subiecta, *l. 30. D. de vsurpat.* POPVLVM eumdem hoc tempore putari, qui hinc centum annis fuissent: *l. 76. D. de iudic.* Viam publicam POPVLVS non vtendo amittere non potest: *l. 2. D. de via publ.* Ad bestias damnatos fauore POPVLI praeses dimittere non debet: *l. 31. D. de poen.* Omnes POPVLI, qui legibus et moribus reguntur: *l. 9. D. de inftit. et iur.* [Submotis, quae contra vtilitatem POPVLORVM omnium hactenus gesta sunt: *l. 9. C. de susceptor. Lib. X. tit. 70.* POPVLI Iudaeorum: *l. 14 et 20. C. Theod. de Iudaeis. Lib. XVI. tit. 8.*] ¶. 2. Interdum vero POPVLI adpellatione populus Romanus significatur. POPVLVS principi et in principem omne suum imperium et potestatem contulit: *l. 1. D. de constit. princ.* Ad curam principis magistratuum creatio pertinet, non ad POPVLI fauorem: *l. 1. D. ad leg. Iul. ambit.* Per POPVLVM, qui sui iuris sunt, adoptantur. Vlpian. *tit. VIII. Regul. §. 3.* POPVLI autem adpellatione vniuersi ciues significantur, connumeratis etiam patriciis et senatoribus: plebis autem adpellatione sine patriciis et senatoribus, ceteri ciues significantur: §. 4. *Inst. de iur. nat. gent. et ciu.* Gell. *Lib. X. Noct. Attic. Cap. 20.* *In* POPVLO *omnis pars ciuitatis, omnesque eius ordines continentur. Plebs vero ea dicitur, in qua gentes ciuium patriciae non insunt.* Littora, in quae POPVLVS Romanus imperinm haberet, publica esse arbitror: *l. 3. D. ne quid in loc. publ* Potuit POPVLVS Romanus seruo decernere Praeturam: *l. 3. D. de offic. praetor.* Ciuitates, quae sub imperio POPVLI Romani sunt: *l. 26. D. ad SC. Trebell.* Qui vectigal POPVLI Rom. conductum habet: *l. 16. D. de verb. signif.* Sola bona pnblica sunt, quae POPVLI Romani sunt: *l. 15. D. de verb. signif.* Si ad bestias damnati eius roboris vel artificii sint, vt digne POPVLO Romano exhiberi possint: *l. 31. D. de poen.*

PORCA. PORCAE in *l. 24. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* sulci sunt aquarii, quos alias traditur Graece ἔλικας adpellari. *l. 1. §. 9. D. eod. tit.* PORCAS Festus *Lib. XIV.* definit *raros sulcos esse, qui ducuntur deriuandae aquae gratia, ab eo, quod porceant, id est, prohibeant aquam frumentis nocere.* Quo fere modo idem auctor *Lib. V. Elices* interpretatur. At Varro, vt idem Festus admonet, PORCAM aliter accipit. Inter duos enim *sulcos elatam terram, quod ea seges frumentum porrigit*, PORCAM adpellatam, *Lib. I. de re rustic. Cap. 29.* tradit. Idemque *Lib. IV. de Lingu. Lat.* confirmat his verbis: *Ab eo, quod aratri vomer sustollit sulcos, quod ea terra iacta, id est, proiecta* PORCA. Quam Varronis interpretationem idem Festus *Lib. IX.* comprobans: *Imporcitor*, inquit, *est, qui* PORCAS *in agro facit, in arando.* PORCA *autem est inter duos sulcos terra eminens.* Eodemque modo Isidorus *Lib. XV. Etymolog Cap. 9.* PORCAM, *quae in arando exstat; quod vero defossum est, liram dici*, tradit. In Lexico autem, cuius iam saepius mentionem feci, PORCA definitur: τὸ μεταξὺ τῶν αὐλάκων

καν' ὕψος. Nonius plane aliud de huius verbi significatione sentiens, PORCAS interpretatur *signa sulcorum, quae vltra se iaci semina prohibent, a porcendo, id est, prohibendo dicta.* ¶. 2. PORCA, pro porco: *l. 1. §. 2. D. de abigeis.*

PORCINARIVS. Pro *suariis* PORCINARII vrbis Romae, in *l. 1. C. de suar. et susceptor. Lib. X. quot suillae carnis tenet functio*, vt Symmachus ait *Lib. I. Epist. 15.* Solebat autem PORCINA caro populo Romano ex Aureliani instituto diuidi, quemadmodum Vopiscus in eius *vita Cap. XXXV.* indicat his verbis: *Nam et PORCINAM carnem populo Romano distribuit, quae hodieque diuiditur.* Erat et Romae *tribunus fori suarii*, vt ex *Notitia Imp. Rom. p. 15.* edit. *Pancirol.* constat.

[PORCINVS, A, VM. PORCINAE mentio fit in *l. 2. et 3. C. Theod. de suar. Lib. XIV. tit. 4.* Exstat etiam de PORCINAE carnis in milites erogatione Constantii Imperatoris constitutio. *l. 2. C. Theod. de erogat. militar. annon. Lib. VII. tit. 3.*]

PORCVS, I. PORCOS quinque vel quatuor abactos, abigeatus crimen facere: *l. vlt. D. de abigeis.* Quum pastori meo lupi PORCOS eriperent, hoc vicinae villae colonus cum robustis canibus et fortibus consequutus, lupis eripuit, aut canes extorserunt: *l. 44. D. de adquir. rer. domin.*

[PORPHYRIANI haeretici a Porphyrio nuncupantur, *l. 6. pr. Cod. de haeretic. l. vlt. C. Theod. eod. tit. Lib. XVI. tit. 5.*]

PORRIGERE, est praebere, et in manus dare. Qui furenti gladium PORREXIT: *l. 7. §. 6. D. ad leg. Aquill.* Is, qui quasi iussus a patria decretum Imperatori PORREXIT: *l. 36. D. ad municipal.* id est, obtulit. [PORRIGI ciuilium munerum vacatio: *l. 14. D. de decurion. Lib. X. tit. 31.* Priuilegia, quae a D. Diocletiano PORRECTA sunt atque concessa; *l. 3. C. de cohortal. Lib. XII. tit. 58.*] ¶. 2. PORRIGERE alias est, producere, extendere. Quae iuris auctoritas ad secundum quoque vel tertium substitutum PORRECTA est: *l. 36. D. de statulib.* Orationis D. Seueri beneficium etiam ad agnatum furiosi PORRIGITVR: *l. 2. C. de curat. furios.* Vtrum ad emtorem PORRIGERE manus debeant iodices: *l. 15. §. 7. D. de re iudic.* An PORRIGI manus ad emtorem debeant: *l. 13. §. 4. D. de hered. petit.* id est, mitti. Cuius legis potestatem ad prouincias PORRECTAM constitit: *l. vlt. C. de seru. reip.* Si arbor in vicini fundum radices PORREXIT: *l. 6. §. vlt. D. arbor. furt. caesar.* Sententiam ad cetera fideicommissa PORRIGI non placuit: *l. 23. §. 3. D. de fideicommiss. libert.* Substitutio ad pubertatis tempora PORRIGITVR: *l. 2. C. de impub. et al. substit.* Substitutionem PORRIGI ad casum: *l. 4. C. eod. tit.* ¶. 3. [PORRIGERE etiam de muliebri officio et patientia vsurpatur. Sic: Quum vir nubit in feminam viris PORRECTVRAM: *l. 31. C. ad leg. Iul. de adulter.* id est, quum vir nubit instar feminae, quae viris se PORRIGERE solet, id enim proprium feminarum est. Vid. Iac. Gothofred. ad *l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 7.*]

PORRINA. Ex redactu fructuum oleris et PORRINAE: *l. 58. §. 1. D. de vsufruct.*

PORRO, est post, deinde, vlterius. Qui rem, quam mortis caussa acceperit, alii PORRO dederit: *l. 19. D. de mort. causs. donat.*

PORTA. PORTAE sanctis locis adnumerantur: *l. 2. D. ne quid in loco sacr.* Ciues Romani alia, quam per PORTAS egredi non licet: *l. vlt. D. de rer. diuis.* PORTAE habitari sine permissu principis propter fortuita incendia non possunt; *l. vlt. D. ne quid in loc. sacr.* Proconsul PORTAM Romae ingressus: *l. vlt. D. de offic. procons.*

PORTARE. Inter ferre et PORTARE hoc interesse, ait Caius, quod ferre proprie dicimus, quae quis suo corpore baiulat; PORTARE ea, quae quis iumento secum ducit: *l. 235. D. de verb. signif.* Verum haec proprietas confunditur. Nam PORTARE dicitur quis, quae suo corpore baiulat. Si librarium rus mittat, et qualum et calcem PORTARE cogat: *l. 15. §. 1. D. de vsufruct.* Merces qooque et onera naui PORTARE et PORTARI dicimus. Si nauem conduxisti, et ibi amphoras PORTASTI: *l. vlt. §. vlt. D. de leg. Rhod. de iactu.* Si ea conditione nauem conduxisti, vt ea merces tuae PORTARENTVR: *l. vlt. §. 1. D. eod. tit.*

PORTENTOSVS, A, VM, est prodigiosum, et quidquid a communi vsu et natura abhorret. Quod vltra tres nascitur, fere PORTENTOSVM videtur: *l. 7. D. de reb. dub.* [PORTENTOSAE superstititionis auctor Nestorius: *l. 6. pr. Cod. de haeretic.* PORTENTOSAE vilitatis (sic enim legendum, pro *vtilitatis*,) abiectaeque pudicitiae matres: *l. 7. C. de reuocand. donat.*]

PORTICATIO, verbum artis architectonicae, occurrit in *l. 37. D. de religios. et sumt. funer.*

PORTICVS, VS, in priuatis aedibus opacus et excelsus locus in longum protensus, quum ad aestus vitandos, vmbrasque captandas, tum ad spatia facienda et ambulationis gratia. Huiusmodi PORTICVS aedibus superpositas indicat *l. 47. D. de damn. infect.* in qua Neratius proponit: Binarum aedium dominum vtrisque PORTICVM superposuisse, inque eam aditu ex alteris aedibus dato, alteras aedes, seruitute ooeris PORTICVS seruandae imposita, vendidisse. Vt in parietem tigna immittere mihi liceat, supraque ea tigna, verbi gratia, PORTICVM ambulatoriam facere, superque eum parietem columnas structiles imponere, quae tectum PORTICVS ambulatoriae sustineant: *l. 8. §. 1. D. de seruit. vindic.* Nec alius erat PORTICVVM publicarum vsus. Ouid. *Lib. I. ex Ponto Eleg. VIII. v. 65.*

Te

POR.

Te modo campus habet, densa modo PORTICVS *umbra*

Idem *Lib. I. de arte amand. v. 67.*

Tu modo Pompeia lactus spatiare sub umbra,
Quum sol Herculei iuga leonis habet.

id est, sub PORTICV *Pompeia.* [Publicarum PORTICVVM meminit *l. 14. C. de oper. publ.* quae, ne latitudo PORTICIBVS minuatur, cauet. *l. 16. C. eod. tit.* PORTICVS aetatis senio seu fortuitis casibus concussas reparari: *l. 19. C. eod. tit. l. 50. l. 52. C. Theod. eod. tit. Lib. XV. tit. 1.* Erant et PORTICVS sepulcrales, quibus ornamenta auferre prohibet *l. 5. C. de sepulcr. viol. Lib. IX. tit. 19.* quae in *l. 37. D. de religios. et sumt. funer.* dicuntur *Porticationes.*]

PORTIO, partem rei cuiuslibet siue corporis, siue iuris significat. Agri PORTIO pro indiuiso; *l. 3. §. vlt. D. qui potior. in pign.* Pro PORTIONE anni: *l. 7. §. 12. l. 11. D. solut. matrim.* Vt creditores certa crediti PORTIONE contenti essent: *l. 59. D. de administr. et peric. tutor.* Non pro PORTIONE damni, sed in totum: *l. 15. §. 18. D. de damn. infect.* Totius debitae PORTIONIS bonorum possessio: *l. 13. D. de iureiur.* Non aequaliter, sed pro PORTIONE dominica: *l. 7. D. de stipulat. seruor.* Pro domini PORTIONE legatum relictum: *l. 50. D. de legat. I.* Domus PORTIO: *l. 12. §. 23. et 24. D. de instruct. vel instrum legat.* PORTIONEM legis Falcidiae detrahi: *l. 32. §. 3. D. ad leg. Falcid.* Si PORTIO per legem Falcidiam detracta esset: *l. 32. §. 4. D. ad leg. Falcid.* PORTIO fundi: *l. 33. §. vlt. D. de vsufruct.* PORTIO aliqua fundi: *l. 60. D. de verb. signif.* Pro indiuiso PORTIO fundi: *l. 1. D. de euiction.* PORTIO hereditatis: *l. 3. D. de vulgar. et pupill. substit. l. 5. §. 6. D. de legat. praestand. l. 1. §. 4. D. de his, quae in testam. del. l. 24. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 22. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 4. C. eod tit.* Hereditatis PORTIO ademta, vel tota hereditas: *l. 1. §. 4. D. de his, quae in testam. delent.* PORTIONES hereditatis aequae: *l. 2. C. de collat.* Pro PORTIONE hereditaria agnouisse hereditatem defuncti: *l. 2. C. de iur. deliber.* Pro PORTIONIBVS hereditariis: *l. 1. C. si cert. petat.* [Quaedam vniuscuiusque iudicis PORTIO videtur adsessor: *l. 5. princ. C. Theod. de iis, quae administr. Lib. VIII. tit. 15.*] Liberis PORTIO tribuitur: *l. 2. §. 1. D. de bon. damnat.* [PORTIO luctuosa vocatur, quae matri ex bonis defuncti filii debetur: *l. 28. C. de inoffic. testam*] Partus antequam edatur, mulieris PORTIO est, vel viscerum: *l. 1. §. 1. D. de inspic. ventr.* Pro PORTIONE temporis: *l. 28. §. vlt. l. 30. § 1. D. locat.* Qui ex vndecim PORTIONIBVS heredes erant instituti: *l. 24. D. ad leg. Cornel. de fals.* Tutor, qui ceteros ad PORTIONEM vocaret: *l. 44. D. de pact.*

[PORTITOR, nuncius vel tabellarius dicitur. PORTITORES, qui alternae partis scripta confirment: *l. 1. C. Theod. si cert. pet. de chirograph.* et apud Cassiodor. *Lib. X. Variar. Epist. 15.* Qui et legatis Theudahadi regis ad Iustinianum Imp. missis hoc nomen tribuit, *Lib. X. Variar. Epist. 2.*

POR. POS.

Sic et PORTITOR praecepti: *l. 2. C. de exequutor. et exact. Lib. XII. tit. 61. l. 7. C. Th. eod. tit. Lib. VIII. tit. 8.*] ¶. 2. [PORTITORES frumenti, in *l. 1. C. ne quid oner. publ.* sunt nauiae, qui transuehunt frumentum. Cuiusmodi PORTITOREM etiam intelligit Senec. *Lib. VI. de benefic. Cap. 18. Plato, quum flumen naue transisset, nec ab illo quidquam PORTITOR exegisset.*]

PORTIVNCVLA. Vnius ex modica sorte PORTIVNCVLA domini; *l. 10. D. de aqu. et aquae pluu.* [Ea, quae resederit PORTIVNCVLA: *l. 15. C. de omni agr. desert. Lib. XI. tit. 58.* vbi PORTIVNCVLA illa praedium desertum notat.]

PORTORIVM, non tantum quod in portu sed et quod pro transitu pontis vectigal soluitur. *l. 60. §. 8. D. locat. l. 203. D. de verb. signif. l. 3. C. de vectigal.* PORTORIVM etiam *venalium rerum* Liuius *Lib. XXXII. Cap. 7.* et Cicero *in Pison. Cap. XXXVI.* dixerunt. Vectigal est, quod mercium, quae importantur, exportanturue nomine penditur. Plura de portoriis, quorum non vnum genus fuit, habes apud Petr. Burmann. *de vectig. Pop. Rom. Cap. V.*

PORTVS, adpellatus est conclusus locus, quo importantur merces, et inde exportantur. Eaque nihilominus statio conclusa atque munita est, *l. 59. D. de verb. signif.* [PORTVS Diui Iuliani in littore maritimo vrbis Constantinopolitanae: *l. 5. C. Theod. de calc. coctor. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 6.* PORTVS vrbis Romae in vsus translatos priuatos cognouimus: *l. 12. C. Th. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* Littora et PORTVS crebris vallare excubiis: *l. 1. C. Th. de littor. et itin. custod. Lib. VII. tit. 16.* Omnes stationes nauium, PORTVS sollerti custodiantur indagine: *l. 2. C. Th. eod. tit.* Quaecumque naues ex quolibet PORTV demittuntur: *l. vn. C. eod. tit. Lib. XII. tit. 45.* Principatum non vt laborum compendium exspectare, sed vt PORTVM quietis indipisci: *l. 16. C. Th. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.* vbi *μεταφορικῶς* pro refugio accipitur. PORTVS expeditionales memorantur *l. 2. C. Theod. de naufrag. Lib. XIII. tit. 9. l. 35. C. Th. de nauicul. Lib. XIII. tit. 5.* qui quid sint, explicatum est supra *Lib. V.*] Vectigal PORTVS, in *l. 17. D. de verb. signif.* et apud Plaut. Trinum. *Act. IV. scen. 4.* Quod vectigal qui exercent, PORTITORES dicuntur apud eumdem Plaut. *Asinar. Act. I. scen. 2.* Sueton. *de clar. rhetor. Cap. 1.* et Terent. *Phorm. Act. 1. scen. 2. extr.* vbi Donatus.

POS.

POSCERE, id est, postulare, exigere, petere. Arbitrum familiae ercilcundae POSCERE: *l. 43. D. famil. ercisc.* Si pupillus curatorem POSCERE non vult: *l. 3. D. de tutel.* A praetore curatorem POSCI litis caussa superuacuum est; *l. 24. D. de testam. tutel.* Operas POSCERE: *l. 17. l. 22. D. de oper. libert.* Rationem POSCI nolo: *l. 38. §. 7. D. de liberat. legat.* Rationes curae administratae POSCI iure non posse: *l. 14. C. de administr. et peric. tutor.*

POSITIO, pro statu et qualitate. *l. 3. §. 3.*

§. 3. D. de ann. legat. quae *ead. l. §. 2.* vocatur *depoſitio* Si dominus eamdem POSITIONEM peculii reliquit: *l. 11. §. 3. D. de pecul.*

¶. 2. POSITIONES, in *l. 1. D. de inſtit. et iur. et §. vlt. Inſtit. eod. tit.* alii partes, alii ſpecies, alii theſes, alii obiecta interpretantur. Omnium autem optime Cuiac. *ad l. 115. D. de verb. ſignif.* hanc formam loquendi interpretari videtur, qui illam a Stoicis exiſtimat ad ſuam artem transtuliſſe iurisconſultos, *poſitiones* vocantes, quas illi τόπους, vel εἴδη, vel γένη dixerint. Diog. Laert. *Lib. VII. ſect. 39.* Eodem dicendi genere vſum eſſe Palladium *de re ruſtic. Lib. III. tit. 11.* obſeruat V. A. Car Andr. Duker. *de Latinit. veter. iurisc. p. 326.* HEIN.

POSSE id dicimur, quod eſt in noſtra poteſtate. POSSE facere non credimur, quae facta laedunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, et quae contra bonos mores fiunt: *l. 15. D. de condit. inſtit.* [Sic regulariter POSSE et *debere* aduerſantur, *l. 8. D. de offic. praeſid.* vbi vid. Cuiac *in Iuliano. l. 40 D de iudic.* vbi Cuiac. in *Papiniano.* Non POSSE aliquando dicimur, quod licet poſſimus, adeo tamen inuiti facimus, vt plane non poſſe nobis videamur, ita etiam, vt quiduis potius ſuſtinere malimus, quam facere id, quod a nobis petitur, vt in *l. 68. pr. D. de rei vindic.* niſi forte POSSE idem eo loco notet, quod debere, vt in ſequentibus exemplis.]

¶. 2 POSSE, id eſt, debere *l. 6. D. de tutel.* POSSIT, id eſt, debeat *l. 13. §. 6. D. de damn. infect.* POTEST, pro debet: *l. 80. D. de ſolution. l. 2. C. de legit. perſ. l. 10. D. de act. emt.* [Carere omnium dominio poteſt, ſi eos non defendat: *l. vlt. D de noxal. act.*] Hanc verbi POSSE notionem iam obſeruauit Cuiac. *Lib. XXI. Obſeru. Cap. 12.* HEIN.

POSSESSIO, adpellata eſt a ſedibus, quaſi poſitio, quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei inſiſtit, quam Graeci κατοχὴν dicunt *l 1. D. de adquir. poſſeſſ.* Enimuero POSSESSIONEM Aelius Gallus definiebat, auctore Feſto, *vſum poſſidendi agri aut aedificii.* POSSESSIONEM quoque vſum eſſe, Iauolen. *l. 115. D. de verb. ſignif.* tradit, cuius nos verba *Lib. IV. Antiquit. Select. Cap. 1.* expoſuimus. Quod et vſucapiendi verbum docet. Nec enim vſocapere aliud eſt, quam per poſſeſſionem dominium adquirere. POSSESSIO autem proprie rerum dumtaxat corporalium eſt. Vnde bene Theophil. *princ. Inſtit. de interdictis,* νομὴν definit: *σωματικοῦ πράγματος κατοχήν· rei corporalis detentionem.* POSSESSIO plurimum facti habet: *l. 19. D. ex quib. cauſſ. maior.* Facti tamen et animi eſſe dicitur. *l. 1. §. 15. D. ſi is, qui teſtam. lib.*

¶. 2 Iurium vero *quaſi* POSSESSIO eſt Qui per captiuitatem fundi POSSESSIONEM, vel vſusfructus *quaſi* POSSESSIONEM amiſit: *l. 23. §. 2. D. ex quib. cauſſ. maior.* Qui vſusfructus nomine qualiter qualiter fuit *quaſi* in POSSESSIONE: *l. 3. §. 17. D. de vi et vi armat.* Si quis diuturno vſu et longa *quaſi* POSSESSIONE ius aquae ducendae nactus ſit: *l. 10 princ. D. ſi ſeruit. vindic.* Interdicta velut poſſeſſoria conſtituta eſſe pro vſu iurium fundi, ait Iauolenus, *l. vlt. D de ſeruitut.* Iuris tamen aeque ac corporis POSSESSIO, licet minus proprie, adpellatur. POSSESSIO non tantum corporis, ſed et iuris eſt: *l. 49. §. 1. D. de adquir. poſſ.* ibidemque poſſeſſionem plurimum ex iure mutuari, Pomponius ait. Qui POSSESSIONEM vel corporis vel *iuris* adeptus eſt: *l. 2. §. vlt. D. de precar.* Etſi vſusfructus quis ſibi defendat POSSESSIONEM: *l. vlt. D. vti poſſidet.* Seruitutes non habent certam continuamque POSSESSIONEM: *l. 14. D. de ſeruitut.*

¶. 3. Conſtituitur autem duplex POSSESSIO, *naturalis* et *ciuilis*, *l. 2. §. vlt. D. pro hered.* Naturalis POSSESSIO et *corporalis* adpellatur, *l. 25. §. vlt. D. de adquir. poſſeſſ. l. 40. §. vlt. D. de pignorat. act.* Nam qui corpore incumbit et inſiſtit poſſeſſioni, is *naturaliter* poſſidere a noſtris auctoribus dicitur, vt infra docebimus.

¶. 4. *Ciuilis* vero POSSESSIO eſt, quae in iure conſiſtit, *l. 10. C. de adquir. poſſeſſ.* quae animo, opinione et adfectione domini tenetur, quae et *iuſta poſſeſſio* adpellatur, corporalique opponitur, *l. 24. D. de adquir. poſſeſſ.* quod ſcilicet iure ſulcitur, iusque io ſe habet, et iuris effecta parit, *l. 2. §. 1. D. pro herede.* *Ciuiliter* ergo *poſſidere* eſt, iure ciuili poſſidere, vt adparet ex *l. 38. §. 7. D de verb. oblig. l. 3 §. vlt. l. 7. D ad exhibend.* Adquiri vtique ſine corporali facto POSSESSIO non poteſt. Et hoc eſt, quod Neratius cum Proculo ſentit, quum ſolo animo adquiri POSSESSIONEM poſſe negant, ſi non intercedat *naturalis* POSSESSIO. *l. 3. § 3. D. de adquir. poſſeſſ.* Rurſus corporalis adprehenſio POSSESSIONEM non tribuit, niſi et iuſta cauſa poſſidendi et animus pro domino tenendi concurrat. Semel vero adquiſitam poſſeſſionem, animo ſolo retineri conſtat. Colonus nec viuo, nec mortuo domino vllam POSSESSIONEM habet: *l. 33. §. 1. D. de vſurpat. et vſucap.* POSSESSIO vel iuſta eſt vel iniuſta: *l. 2. l. 3. D. vti poſſidet.* Si POSSESSIO rerum debitoris data ſit creditori: *l. 21. §. 3. D. de fideiuſſor.* Interdum proprietatem quoque verbum POSSESSIONIS ſignificat, ſicut in eo, qui POSSESSIONES ſuas legaſſet, reſponſum eſt: *l. 78. D. de verb. ſignif.* [POSSESSIONEM plenam et omnem proprietatem habere dicitur, etiam qui vſumfructum non habet, *l. 54. C. de epiſc. et cleric*]

¶. 5. POSSESSIONIS verbo interdum bonorum poſſeſſio intelligitur. Si nepos poſtea POSSESSIONEM inteſtati patris accipiat: *l. 9. D. de collat.* Fratris filius pro parte heres inſtitutus, POSSESSIONEM vt proximus agnatus accepit: *l 9. D. vnde cognat.* Quum proximus cognatus intra tempus POSSESSIONEM acceperit: *l. vlt. D. de veteran.*

¶. 6. Interdum POSSESSIO vſucapionem, quae per conſtitutum POSSESSIONIS tempus impletur, ſignificat: *l. 19. l. 30. D. ex quib. cauſſ. maior. l. 16. D. de fund. dotal.*

¶ 7. POSSESSIO pro re ſoli et praedio ſaepe accipitur. *l. 78. D. de verb. ſignif.* Quod venierit POSSESSIO, in quam habet patronus adfectionem vel opportunitatis, vel vicinitatis, vel caeli: *l. 1. §. 14. D ſi quid in fraud. patron.* Si decem aureorum POSSESSIONEM legatarius habeat. *l. 1. §. 17. D. vt legator. vel fideicommiſſ.* Venditor poſt annum eandem POSSESSIONEM vendiderat: *l. 38. D. de minorib.* id eſt, fundum Rutilianum, vt in princ. eiusd. legis. Si Praetor aditus permiſerit diſtrahi POSSESSIUNEM prouincialem: *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui ſub tutel.* Si quam ſuburbanam adiacentem POSSESSIONEM habe-

haberet: *l. 41. §. 6. D. de legat. III.* Si vtriusque POSSESSIONIS confusi reditus: *l. 91. §. 3. D. de legat. III.* Duas POSSESSIONES, quas retinuerat, Seio praelegauerat: *l. 87. §. 4. D. de legat. II.* Dominus POSSESSIONIS: *l. 7. D. de incend. ruin. naufrag.* Nec minus simili sensu pro latifundio ponitur. Sic: Legatario, cui praedium emtor ex ea POSSESSIONE legauerat: *l. 78. §. 1. D. de legat. II.* Ne propter modicum aes alienum magna POSSESSIO distrahatur: *l. 5. §. 10. D. de reb. eor. qui sub. tutel.* Festus Pompei. POSSESSIONES *adpellantur agri late patentes publici priuatique, quia non mancipatione, sed vsu tenebantur, et vt quisque occupauerat*, POSSIDEBAT. Caes. *Lib. I. de Bello Gallic. Cap. 11. Allobroges, qui trans Rhodanum vicos* POSSESSIONESQVE *habebant.* Et *lib. I. de bello ciuil. cap. vlt. Res huc deducitur, vt qui habeant domicilium aut* POSSESSIONES *in Hispania.* Occurrit et eodem sensu hoc verbum *Lib. III. de bell. ciuil.* saepe, vt et apud Hirtium *de bello Alexandr. cap. IV.* Add. Isidor. *Lib. XV. Etymolog. cap. 13.*

POSSESSOR dicitur, non solum qui ciuiliter, sed et qui naturaliter incumbit possessioni: *l. 3. §. vlt. D. ad exhibend.* In eo porro quod dicitur, POSSESSOREM immobilium rerum satisdare non compelli, POSSESSOR accipiendus est, qui in agro, vel ciuitate rem soli possidet, aut ex asse aut pro parte, et qui vectigalem emphyteuticumue agrum possidet. Item maritus, qui doti accepit, vxor, quae dedit, dominus quoque proprietatis, licet vsusfructus alienus sit. Creditor vero, qui pignori tenet, item fructuarius pro possessoribus non habentur: *l. 15. D. qui satisd. cog.* POSSESSOR autem proprie *rerum* dumtaxat *corporalium* est, iuris vero *velut* POSSESSOR dicitur, *l. 18. §. 1. D. de heredit. petit.* Sed tamen et *iuris* quoque POSSESSOR, licet minus proprie, adpellatur, *l. vlt. D. si pars hered. petat. l. 16. §. vlt. D. eod. tit.* Posse a domino, quasi a *iuris* POSSESSORE hereditatem peti: *l. 34. l. 35. D. eod tit.* A *iuris* POSSESSORIBVS posse hereditatem peri: *l. 13. §. vlt. D. eod. tit.* POSSESSOR rei vel *iuris*: *l. 1. C. de his, qui potent. nom. tit. praed. adfig.* In quaestione seruitutium et actionum, quae pro iis competunt, POSSESSOR accipitur is, contra quem nihil est innouatum, *l. 6. §. 1. l. 8. §. 3. D. si seruit. vindic.* POSSESSOR etiam accipitur is, qui iore, quo vtitur, fruitur, negatoria actione experitur, *l penult. §. vlt. D. si vsusfr. petat. §. 2. Instit. de action.* Iustus POSSESSOR: *l. 31. §. 2. D. de hered. petit.* [illegible] bonae vel malae fidei POSSESSOR, vide supra. POSSESSORIS commoda haec sunt, quod probandi onus in aduersarium transfertur, et quod in pari caussa POSSESSOR absoluitur: *l. 62. D. de iudic. l. 20. D. de probat. l. 1. §. 3. D. vti possidet. l. 12. §. penult. D. de liberal. causs. §. 4. Instit. de interdict.* Et haec quidem de veris POSSESSORIBVS habenda sunt. ¶. 2. Sed fictione etiam iuris pro POSSESSORIBVS quidam habentur. Sic; In actionibus in rem pro POSSESSORE habetur, qui se liti offert, et quasi possidens condemnatur: *l. 13. §. 13. D. de hered petit.* Eadem caussa est eius, qui dolo desiit possidere, aut qui dolo fecit, ne possideret: quia pro possessione dolus est, *l. 131. D. de regul. iur. l. 150. D. eod. tit.* quae sumta est ex *l. 2. §. 42. D. ne quid in loc. publ. l. 13. §. 6. l. 25. §. 8. 9. D. de heredit. petit.* ¶. 3. [POSSESSORES ciuitatis in *l. 1. D. de decret. ab ord. fac.* decuriones interpretatur Pancirolus *de magistrat. municip. Cap. 1.* per eamd *l. 1. D. de decret. ab ord. fac.* et *l. 6. C. de omni agr. desert.* Idque non tantum ideo, quod inopes creari non poterant decuriones, sed et quia reipublicae praedia illi possidebant.]

POSSESSORIVS, A, VM. POSSESSORIAS actiones Tryphoninus *l. 50. D. de bon. libert.* ipsam *bonorum possessionem* vocat At *in l. 4. §. vlt. D. de Carbon. edict.* hoc verbo eae actiones significantur, quae bonorum possessoribus rerum hereditariarum persequendarum gratia dantur. Plane sicut ciuiles actiones heredibus propositae sunt, ita et praetor his, quos velut heredes facit, hoc est, quibus bonorum possessio data est, POSSESSORIAM hereditatis petitionem adcommodat: *l. 1. l. vlt. D. de possessor. hered. petit* Interdicta veluti POSSESSORIA: *l. vlt. D. de seruitut.*

[POSSIBILIS, E. POSSIBILE est scire, id est, facile cognoscitur: *§. 8. Inst. de public. iudic. §. vlt. Inst. eod. tit.* Prout POSSIBILE est: *l. vn. C. de sentent. quae pro eo, quod interest.*]

POSSIDERE ius significat, non factum. Nec enim POSSIDET, quisquis rei insistit, eique corpore incumbit, sed qui eam animo domini per se, vel per alium occupat. Aliud est tenere, aliud POSSIDERE: *l. 49 §. 1. D. de adquir. poss.* Licet serui POSSIDERE ciuiliter non possint, *tenere* tamen eos, nemo dubitat, *l 38 §. 7. 8. 9. D. de verb. oblig.* Similiterque aliud est POSSIDERE, longe aliud *in possessione* esse. Etenim legatorum, damni infecti vel rei seruandae caussa in possessionem missi non POSSIDENT, sed sunt *in possessione* custodiae caussa, *l. 10. D. de adquir. poss. l. 1 §. 9. D. quod legat.* Quom legatorum vel fideicommissi seruandi caussa, vel quia damni infecti nobis non cauetur, bona POSSIDERE praetor permittir, vel ventris nomine in possessionem nos mittit, non POSSIDEMVS, sed magis custodiam rerum et obseruationem nobis concedit. *l. 12. D. quib. ex causs. in poss. l. 3. §. vlt. D. de adquir. poss.* Denique belle Theophil. *§. 4. Inst. per quas person. nob. adquir.* POSSIDERE definit: ψυχῇ τοῦ δεσπόζοντος κατέχειν, id est, *opinione domini tenere*, vt *l. 22 §. 1. D. de noxal. action.* et pro suo habere, vt Celsus loquitur, *l. 69 D. de furt.* Non enim inquilinus, colonus, et qui precario rogauit, quamquam corpore in praedio sint, eo magis POSSIDENT: *l. 6. §. 2. D. de precar.* quia non pro suo, sed pro alieno tenent. Pignori rem acceptam vsu non capimus, quia pro alieno POSSIDEMVS: *l. 13. D. de vsurpat.* Sed et qui in aliena potestate sunt, rem peculiarem tenere possunt, habere, POSSIDERE non possunt: quia possessio non tantum corporis, sed et iuris est. *l. 49. D. de adquir. poss.* Et tamen hanc stipulationem: POSSIDERE mihi licere spondes, vtiliter in personam suam seruus concipit. Quamuis enim ciuili iure seruus non POSSIDEAT, tamen ad possessionem naturalem

hoc

hoc referendum est, *l.38. §. 7. D. de verb. obligat.* POSSIDERI possunt quae sunt corporalis, *l.3. D. de adquir. possess.* Iura enim et cetera incorporalia non POSSIDENTVR, sed *velut* aut *quasi* POSSIOENTVR. Per abusionem tamen et iura quoque POSSIDERI dicimus. Eum, qui hoc ius POSSEDIT: *l. a. D. commun. praed.* Ius fundi POSSEDISSE oportet: *l. vlt. D. de itiner. actuque priuat.* In interdicto, quod legatorum, verba haec: desiit POSSIDERE, sic accipimus, desiit restituendi fscultatem habere: *l.1. §. 7. D. quod legator.* POSSIDERE vsriis ex caussis ac titulis possumus, pro herede, pro emtore, pro possessore, pro legato, dote, derelicto, noxae dedito, soluto, soo, donato, *l.3. §. vlt. D. de adquir. possess. l. 5. l. 15. D. de vsurp. l. 13. §. 1. D. de hered. petit. tit. D. pro emtore et sequentibus.* Pro derelicto POSSIDET, qui rem a domino pro derelicto habitam occupauit: *l.1. D. pro derelict.* Pro donsto POSSIDET, cui donationis caussa res tradita est: *l. 1. D. pro donat.* Pro dote POSSIDET, qui in dotem rem accepit: *l.1. D. pro dote.* Si mulier in dotem hereditatem dedit, maritus pro dote POSSIDET hereditatem: *l. 13. §. 10. D. de heredit. petit.* Pro emtore POSSIDET, qui reuera emit: *l. 2. D. pro emt.* Si quis fundum a domino emerit, vel a non domino, quum existimaret eum dominum esse, pro emtore POSSIDET: *l.33. §. 1. D. de vsurpat.* POSSESSOR, qui litis aestimationem obtulit, pro emtore incipit POSSIOERE: *l. 1. D. pro emtor.* Litis enim aestimstio similis est emtioni: *l. 3. D. eod. tit.* Qui vi slterum deiecit, si ab eodem emerit, incipiet pro emtore POSSIDERE: *l. 6. §. 3. D. de precar.* Etiam quum dominus a seruo emit, pro emtore POSSIOERE et vsucapere potest: *l. 11. §. vlt. D. de institor. act.* Plane si sub conditione res venierit, et pendente conditione tradita sit, emtor non poterit vsucapere pro emtore: *l. 8. D. de peric. et commod. rei vend.* Pro herede POSSIDET, qui putat se heredem esse, vel bonorum possessorem: *l. 11. D. de heredit. petit. §. 3. Inst. de interdict.* Item qui fundum a non domino emerit, si a domino heres institutus fuerit, vel bonorum eius possessionem acceperit, incipiet fundum pro herede POSSIDERE: *l. 33. §. 1. D. de vsurpat.* Sed et quod heredi instituto legatur, id ipse pro herede POSSIDET, quum pro ipsius parte legatum non consistat: *l. 18. in fin. D. de his, quae vt indign.* Eodem loco habentur et quae a statulibero conditionis implendae gratia accipiuntur, *l. 13. §. 6 D. de hered. petit.* Atque haec exempla optime sdcommodantur ad *tit. D. pro herede* et *l. 4. §. 22.* et *l. 21. D. de vsurpat. et vsucap. l. 1. D. quor. bonor. l. 1. D. quod legator.* Pro legato POSSIDET is cui legatum est, siue recte, siue non iure legatum sit relictum: *l. 1. l. vlt. D. pro legat.* Pro possessore POSSIDERE: *l. 9. D. de hered. petit. l. vlt. D. de precar. l. 1. D. quor. bonor. l. 1. §. 4. D. quod legator. l. vlt. D. si quis omissa causs. testam. l. 7. §. 18. D. quib. ex causs. in possess. eat.* Pro possessore POSSIDET praedo, qui interrogatus cur possideat, responsurus sit, quia possideo: nec contendit se heredem, vel per mendacium: nec vllam caussam possessionis possit dicere: *l. 11. §. vlt. l. 12. l. 13. D. de hered. petit.* vbi furem et raptorem eo modo POSSIDERE Vlpianus indicat. Pro possessore, qui vim intulit, POSSIDET: *l. 14. §. 2. D. quod met. causs.* Vet. Glossar. Graec: Pro possessore, *ὁ βιαίως τινεμέμενος, vi possidens.* Si quis emerit fundum sciens ab eo, cuius non erat, POSSIDEBIT pro possessore: *l. 33. §. 1. D. de vsurpat.* Item si a furioso sciens emerit, *l. 13. §. 1. D. de hered. petit.* Quod vxor viro, aut vir vxori donauerit, pro possessore POSSIDETVR: *l. 16. D. de adquir. possess.* Qui inuitis heredibus sciens pecuniam ex peculio a statulibero acceperit, pro possessore videtur eam pecuniam POSSIDERE: *l. 110. D. de condit. et demonstrat.* Si a minore duodecim annis nupta mihi quasi dotem sciens acceperit; item si legatum mihi solutum est ex falsa caussa scienti, vtique pro possessore POSSIDEBIT: *l. 13. §. 1. D. de heredit. petit.* Pro suo POSSIDERE, *l. 5. D. de vsurpation.* Pro suo POSSESSIO, *l. 3. §. vlt. de adquir. possess.* Pro suo POSSIDEMVS omnia, quae mari, terra, caelo capimus: aut quae alluuione fluminum nostra fiunt, item quae ex rebus alieno nomine possessis nata POSSIDEMVS: *l. 2. D. pro suo.* Item quod quis emtum, donatum, legatumue POSSIDET, non tantum pro emtore, donato, legato, sed et hoc amplius pro suo POSSIDET: *l. 1. D. pro suo.* Si ancilla pecuniam dotis nomine viro tradidit, eam pecuniam pro suo POSSIDENOO vsucapere potest: scilicet, quia existimauit, eam mulierem liberam esse: *l. 67. D. de iur. dot.* Si fur rem furtiuam a domino emerit, et pro tradita habuerit, desinet eam pro furtiua POSSIDERE, et incipiet pro suo POSSIDERE: *l. 32. D. de vsurpation.* ¶. 2. POSSIDERE absolute pro praedia possidere vel habere. His, qui iuxta littora maris POSSIDENT: *l. 7. D. de incend. ruin. naufrag.* His, qui trans flumen POSSIDEBVNT: *l. 1. §. 4. D. de rip. muniend.* Eos, qui prope viam publicam POSSIDENT: *l. vlt. §. 15. D. de munerib. et honor.*

POST. POST deinde: *§. 13. Inst. de actionib.* [*l. 2. §. 17. et §. 32. D. de orig. iur.* Terent. *Andr. Act. III. scen. 2. v. 3.* Virgil. *Lib. V. Aeneid. v. 381.* POST hoc, pro deinde, *l. 2. §. 13. D. de orig. iur.* Ex POST facto: *l. 15. D. de reb. dub.* POST mortem: *§. 12. Inst. de inutil. stipulat. l. 12. C. de fideicommiss.*]

POSTEA deinde, per pleonasmum, *l. 2. §. 8. D. de suis et legit. hered.*

POSTERIOR. Si POSTERIOR actus priori cohaereat: *l. 37. D. de administr. et peric. tut.* POSTERIOR conductor: *l. 24. §. 1. D. locat. l. 6. D. qui potior. in pignor.* POSTERIOR euentu: *l. a. C. de* [illegible]*icommiss. libertat.* POSTERIORES leges: *l.* [illegible]*. D. de noxal. act.* prioribus opponuntur, *l. 26. l. 27. l. 28. D. de legib.* Qui POSTERIORE loco pignus acceptisti: *l. 5. C. qui potior. in pign.* POSTERIORE parte testamenti ita cauit: *l. 12. D. de alim. et cibar. leg.* [POSTERIOR scriptura corrigit priorem, commutat, rescindit. *l. 17. D. de adimend. et transfer. legat*] Prius testamentum et POSTERIVS: *l. 2. D. de iniust. rupt. irrit.* Si quis priore facto testamento, POSTERIVS fecerit testamentum: *l. 29. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2. POSTERIORVM Labeonis libri saepe laudantur in Digestis, cuius inscriptionis rationem attulit Gell. *Lib. XIII. Noct. Attic.*

Attic. Cap. 10. de Labeone loquens his verbis: *Sunt adee libri post mortem eius editi, qui* POSTERIORES *inscribuntur.* Hos in epitomen redegit Iauolenus. At idem qooque libros *ex* POSTERIORIBVS *Labeonis* scripsit, a prioribus diuersos. Em. Merill. *Lib. V. Obseru. Cap.* 30. HEIN.

POSTERI. POSTERORVM adpellatione liberos tantummodo, non etiam libertos eorum, quibus fideicommissum relictum est, contineri, ait Modestinus, *l. 38. §. vlt. D. de legat. III.* Plane liberos vsque ad trinepotem et vltra hos, POSTEROS vocari, tradit Paullus, *l. vlt. §. 7. D. de gradib. et adfinib.* quos et *minores* Latinis dici Seruius in *Lib. VIII. Aeneid. v. 268.* scribit. Propert. *Lib. II. eleg. 10.*.

Haec certe merito poterunt laudare MINORES.

Saepius tamen poetae *nepotes* vocant. Virgil. *Lib. II. Aeneid. v. 194.*

Et nostros ea fata manere nepotes.

Qoos ideo *seros* adpellant. Idem Virgil. *Georg. Lib. II. v. 58.*

Seris factura nepotibus vmbram.

Propert. *Lib. III. Eleg. 1.*

Meque inter seros laudabit Roma nepotes.

Valer. Flacc. *Lib. VIII. Argonaut. v. 398.*

Vt in seros irent magis ipsa nepotes.

Maligna igitur fuit illa Caligulae interpretatio, qua POSTERORVM nomen ad filios coarctabat, negans vltra hunc gradum debere POSTEROS intelligi, quemadmodum Sueton. *Calig. Cap. XXXVIII.* scribit. Ceterum vocatio itemque immunitas liberis et POSTERIS alicuius data ad eos dumtaxat pertinet, qui eiusdem familiae et nominis sunt; *l. 13. D. de muner. et honor.* Itaque ad eos, qui ex feminis nati sunt, non pertinent: *l. 1. D. de iur. immunit.* Plane immunitates generaliter tributae eo iure, vt ad POSTEROa transmittantur, in perpetuum soccedentibus durant: *l. 4. D. de iur. immunit.* Add. Duker *de Lat. vet. iurisconf. p. 219.*

[POSTFERRI in officiis publicis, est postponi. *l. 8. princ. C. Theod. de honorar. codicill. Lib. VI. tit. 22.*]

[POSTIS. POSTIBVS debitoris auctoritatem adfigere, *l. vn. C. Th. si cert. pet. de chirograph. Lib. II. tit. 27.* id est, adfixo aedibus debitoris iudicis edicto eumdem citare, de quo more, etiam hodie vsitato, Cuiac. *Lib. VII. Obseruat. Cap. 15.* quaedam adnotauit]

POSTLIMINIVM, est ius amissae rei recipiendae ab extraneo, et in statum pristinum restituendae, inter nos ac liberos populos regesque moribus ac legibus constitutum. Nam quod bello amisimus, aut etiam extra bellum, hoc si rursus recipiamus, dicitur POSTLIMINIO recipere: *l. 19. D. de captiu. et postlim. reuers.* Si ab hostibus captus fuerit parens, quamuis hostium fiat, tamen pendet ius liberorum propter ius POSTLIMINII, quia hi, qui ab hostibus capti sunt, si reuersi fuerint, omnia pristina iura recipiunt. *§. 5. Instit. quib. mod. ius patr. potest.* Festus: POSTLIMINIVM *receptum, Gallus Aelius in libro 1. significationum, quae ad ius pertinent, ait, esse eum, qui liber, ex qua ciuitate in aliam abierit, in eamdem ciuitatem redit eo iure, quod constitutum est de* POSTLIMINIIS. *Item qui seruus a nobis in hostium potestatem peruenit, postea ad nos, redit in eius potestatem, cuius antea fuit, iure* POSTLIMINII. Index βασιλικῶν: POSTLIMINIVM, ὑποστροφὴ τῶν αἰχμαλώτων. Vet. Glossar. POSTLIMINIVM, τὸ τῆς ὑποστροφῆς δίκαιον. Gell. *Lib. VII. Cap. 18.* *Cognati adfinesque captiuorum amplexi eos* POSTLIMINIO *in patriam rediisse dicebant, statumque eorum integrum incolumemque: ac ne ad hostes redire vellent, orabant. Tum octo ex iis, POSTLIMINIVM iustum non esse sibi responderunt, quoniam deiurio vincti forent, statimque vt iurati erant, ad Hannibalem profecti sunt.* In hoc autem verbo Seruius Sulpitius, quemadmodum Cicero *Topic. Cap. VIII.* scribit, *nihil notandum putabat esse, nisi post et liminium. Illud productionem verbi volebat esse, vt in finitimo, legitimo, aeditimo, timum. Scaeuola autem P. F. iunctum putabat esse verbum, vt esset in eo post et limen, vt quae a nobis alienata sunt, quum ad hostem peruenerint, et ex suo tamquam limine exierint, hinc quum redierint, post ad idem limen* POSTLIMINIO *videantur rediisse.* Quam Scaeuolae orationem amplectitur Iustinianus, *§. 5. Inst. quib. mod. ius patr. potest.* Ait enim: Dictum est POSTLIMINIVM a *limine* et *post.* Vnde eum, qui ab hostibus captus in fines nostros postea peruenit, POSTLIMINIO reuersum recte dicimus. Nam limina, sicut in domibus finem quemdam faciunt: sic et imperii finem limen esse veteres voluerunt. Hinc et limes dictus est, quasi finis quidam et terminus, ab eo POSTLIMINIVM dictum, quia eodem limine reuertebatur, quo amissus fuerat. [Comprobant hanc etymologiam Hug. Grotius *Lib III. de iur. bell. et pac. Cap. 9. §. 1.* et Menag *Amoen iur. ciu. Cap. XXXIX.*] Si POSTLIMINIO nepos redierit: *l. 1. §. 8. D. de coniung. cum emanc. lib.* Si ager ab hostibus occupatus, seruusue captus, liberatus fuerit, iure POSTLIMINII restituetur vsusfructus: *l. 26. D. quib. mod. vsusfruct.*

¶. 2. [POSTLIMINIO reuersus καταχρηστικῶς dicitur, qui ad hostes fugerat, et restitutus est. *l. 1. C. de re milit. Lib. XII. tit. 36.* Mulieri, quae repudii a se dati oblatione a marito discessit sine caussa, POSTLIMINII ius negant Imperatores, in *l. 2. princ. C. Th. de repud. Lib III. tit. 16.* Nisi forte intermissum dominium in medio tempore rediit quodam POSTLIMINIO. *l. 11. §. 4. D. de except. rei iudic.*] Vsurpat hoc verbum μεταφορικῶς Apulei. *Lib. I. de Asin. aur. p. 113. Lib. IV. p. 147. Lib X. p. 244.* et in *Florid. Lib. IV. p. 365.* Hinc D. Hieronymus in Epistola, quam versioni librorum Didymi de Spiritu sancto praemisit, *veluti* POSTLIMINIO *reuersus.*

POSTPONERE. POSTPONI dicitur creditor, qui a prioribus excluditur. *l. 20. D. qui potior. in pignor.* Sciendum, omnium fiscalium poenarum petitionem creditoribus POSTPONI: *l. 17. D. de iur. fisc.*

POSTREMVS, A, VM. POSTREMVM iudicium, *l. 2. l. 4. C. qui testam. fac. l. vlt. C. si quis aliqu. test* id est, suprema voluntas.

POSTVLARE, est poscere, petere, maxime in iudicio, et pro tribunali. Sic: Si actio POSTVLETVR a procuratore, et praeiudicium vel interdictum: *l. 35. §. 2. D. de procurat.* Arbitrum POSTVLARE: *l. 35. D. de bon. libert.* POSTVLATVS arbiter: Paoll. *Lib. I. Sentent. tit. 18. §. 1.* Auxilium restitutionis POSTVLARE: *l. 1. C. de temp. in integr. restit.* Quum vnus ex creditoribus PUSTVLAT in bona debitoris se mitti: *l. 12. D. de reb. auctor. iud. possid.* Is, cui bonorum possessio ab altero POSTVLATA est: *l. vlt. D. de bonor. possess.* Cautum POSTVLARE: *l. 15. D. de damn. inf.* POSTVLATA est cognitio de in integrum restitutione: *l. 39. §. 6. D. de procurat.* Admone adolescentem, vt curatores sibi dari POSTVLET: *l. 1. C. qui pet. tutor.* Porro eirca iudicium, quod a praetore sub titulo de damno infecto proponitur, quo is demum experiri posse dicitur, qui POSTVLAVIT: POSTVLARE proprie dicitur, pro tribunali petere, non alibi: *l. 4 §. 8. D. de damn. infect.* Etiam aduersus absentes POSTVLATVR decretum: *l. 6. D. ad SC. Trebell.* [POSTVLATVS a domino, *l. vlt. C quod cum eo, qui in alien. potest.* id est, rogatus. Videri non iniustum POSTVLARE: *l. 19. D. qui potior. in pignor.* POSTVLARE in integrum restitutionem: *l. 1. C. si aduers. dot. l. 1. C. si minor se maior.* In integrum restitutione POSTVLATA: *l. 22. D. de minorib.* [POSTVLARE iudicem: *l. 10. C. de iudic. l. 2. C. Th. eod. tit. Lib. II. tit. 10.*] POSTVLARE quaestioni, id est, petere in quaestionem: Mancipia qoaestione POSTVLARI: *l. 12. §. 4. D. qui et a quib. manum.* Si iudicatum solui satis a procuratore POSTVLETVR: *l. 21. D. rem rat. haberi.* POSTVLARI testes; *l. 11. C. de testib.* id est, peti, vt *l. 8. C. de Episcop.* flagitari, vt *l. 7. C. eod. tit.* POSTVLARE videtur tutorem, er qui per alium postulat: *l. 2. D. de fideiuss. tut.* ¶. 2. POSTVLARE alias est desiderium suum vel amici sui apud eum, qui iorisdictioni praeest, exponere: *l. 1. D. de postuland.* Potest et ita interdici coi, ne apud tribunal praesidis POSTVLET: *l. 9. D. de poen.* Seius POSTVLABAT apud praetorem: *l. 39. D. de euiction.* Popularis actio integrae personae permitiitur, hoc est, cui per edictum postulare licet: *l. 4. D. de popular. action.* Eos sulos pati POSTVLARE, quibus per edictum POSTVLARE permittitur: *l. 9. §. 2.* D. *de offic. proconf.* Etiam extraneis, qui pro altero POSTVLANDI ius haberent, licet detegere collusionem: *l. 2. §. vlt. D. de collus. detegend.* Eos, quibus ius POSTVLANDI non est, legatione fungi non posse: *l. 4. D. de legation.* Feminae POSTVLARE non possunt: *l. 2. D. de regnl. inr.* Gell. *Lib. I. Cap. 52. Memini ego praetoris docti hominis tribunali me forte adsistere, atque ita aduocatum non incelebrem sic* POSTVLARE. Et *Lib. V. Cap. 5. Quum ille*, inquit, *rabula audaculus ita* POSTVLASSET. ¶. 3. POSTVLARE alias est accusare, deferre. Sic: An alius adulteram, alius adolterum POSTVLARE posset: *l. 17. § vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* Si quis intra quinquennium quem POSTVLAVERAT: *l. 31. D. ad leg. Iul. de adulter.* Si nondum POSTVLATVS vita decesserit: *l. 31. §. vlt. D. de donat.* Interdum autem non absolute POSTVLARE, sed criminis seu crimine POSTVLARE iurisconsulti dicunt. Vel alio crimine POSTVLARE: *l. vlt. §. vlt. D. de diuort.* Adulterii crimen, quo mulier POSTVLATA est: *l. 27. D. de action. rer. amotar.* Si accusatus alio crimioe POSTVLETVR ab accusatore: *l. 7. §. 1. D. de accusat.* Si seruus capitali crimine POSTVLETVR: *l. 2. D. de custod. et exhib. reor.* Capitis POSTVLATI fideiussores: *l. 53. D. de fideiuss.* Reo criminis POSTVLATO: *l. 41. D. de solution.* In crimine reus POSTVLATVS: *l. vlt. D. de re militar.* Certi etiam criminis POSTVLARI, veloti adulterii, incesti, lenocinii dicunt. Adolterii POSTVLARE; *l. 11. §. 4. D. ad leg. Iul. de adulter.* Compilatae hereditatis POSTVLARE: *l. 23. D. negot. gestor.* Dominos incesti postulatos; *l. 39. §. vlt. D. ad leg. Inl. de adulter.* Si lenocinii vir prior oon POSTVLETVR: *l. 39. D. ad leg. Iul. de adulter.* Sueton. *Iul. Cap. IV. Dolabellam repetundarum* POSTVLAVIT: Alias addunt, reum POSTVLARE. Si nemo reum POSTVLAVIT: *l. 38. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* Reus postulatur, sed differtur accusatio: *l. 38. §. vlt. D. ad leg Iul. de adulter.* Si tutor reum aliquem POSTVLAVERIT pupilli nomine: *l. 22. D. de his, quae vt indign.* Ream adulterii POSTVLATAM: *l. 12. §. vlt. D. qui et a quib.* Ream adulterii, quam vir iure mariti POSTVLAVIT: *l. 34. §. 1. D. de rit. nuptiar.* Adulterii ream POSTVLARI posse: *l. 5. D. ad leg. Iul. de adulter.* Adulterii mulier rea POSTVLATVR: *l. 11. §. 8. D. eod. tit.* Reum lenocinii POSTVLARI: Paull. *Lib. II. Sent. Tit. XXVI. §. 8.* Quum substituti matrem partus subiecti reum POSTVLASSENT: *l. 16. D. de his, quib. vt indign.* Mater impoberis sobiecti partus rea POSTVLATA: *l. 3. §. 6. D. de Carbon. edict.* Lege Iulia vis prioatae reum POSTVLARE; *l. 4. C. vnde vi.* Si criminis alicuius reus seruus POSTVLETVR: *l. 2. C. ad exhibend.* Eo, vbi reus postulatus est: *l. 4. §. 5. D. de re militar.* Plin. *Lib. III. Epist. 9. Legatum et inquisitorem reum POSTVLAVIT.* Tacit. *Lib. IV. Annal. Cap. 36. POSTVLANDIS reis tam continuus annus fnit.* Suspectum POSTVLARE, id est, facere, vt loquitur *l. 3. et l. 7. D. de suspect. tutor.* Qui possunt suspectos POSTVLARE; *l. 1. §. 6. D. eod. tit.* Qui suspectos tutores postulauit: *l. 44. D. de negot. gest.* Suspectus POSTVLARI; *l. 3. §. 5. et 11. D. de suspect. tutor.* id est, fieri, vt *l. 5. D. eod. tit.* Apud qaos POSTVLARI quis possit suspectus tutor vel curator: *l. 1. D. eod. tit.*

POSTVLATIO, pro qooliber desiderio apud praetorem, aut alium, qui iurisdictioni tribunalioe praeest, exposito. An POSTVLATIO admittenda sit: *l. vlt. §. vlt. D. de adpellat.* POSTVLATIO non iniqua visa: *l. 35. D. de seruitutib. praedior. rustic.* Si perstat in eadem POSTVLATIONE: *l. 1. D. de ventr. in possess. mittend.* Obseruare proconsulem oportet, vt sit ordo aliquis POSTVLATIONVM: *l. 9. §. 4. D. de offic. proconf.* Sueton. *Neron. Cap. VIII. Celeberrimis patronis non translatitias, vt adsolet, et breues, sed maximas plurimasque POSTVLATIONES certatim ingerentibus.* Plin. *Lib. X. Epist. 85. Dixi vtrique parti, vt POSTVLATIONVM suarum libellos darent.* POSTVLATIONIBVS etiam

POS.

vacare vel se dare magistratus dicebantur, quum postulantes pro tribunali audiebant. Si se dedit quidem praetor pro tribunali, sed POSTVLATIONIBVS non dedit: *l. 2. §. 2. D. quis ordo in bonor.* Plin. *Lib. VII. Epist. 3. Senectio quum explorasset consules POSTVLATIONIBVS vacaturos.* Adsessoris etiam officium inter cetera cognitionibus et postulationibus constare dicitur: *l. 1. D. de offic. adsessor.* ¶. 2. [POSTVLATIO aliquando caussam notat, in qua postulant advocati. Sic *l. 1. C. de princip. agent. in reb. Lib. XII. tit. 22.* Caussarum patronos ita volumus esse eonoentos, ne ignorante principe vllam POSTVLATIONEM introducant.] ¶. 3. POSTVLATIO quandoque pro accusatione vsurpatur. Tempus, quod per POSTVLATIONEM consumtum sit: *l. 31. D. ad leg. Iul. de adulter.* Suspecti POSTVLATIO: *l. 5. §. 1. D. de administr. et peric. tutor.*

POSTVLATOR, est, qui quid in iure aut pro tribunali postulat. Sueton. *Neron. Cap. XV. In iurisdictione POSTVLATORIBVS nisi sequente die, ac per libellos non temere respondit.*

POSTVMVS, I. POSTVMOS a Romanis adpellatos Plutarchus *in Sulla p. 475. Tom. II. Oper.* scribit, τοὺς ὕστερον τῆς πατέρων τελευτῆς γενομένους, *post patrum fata natos.* Itaque Vlpianus *l. 3. §. 1. D. de iniust. rupt. irrit.* POSTVMOS, inquit, dicimus eos dumtaxat, qui post mortem parentis nascuntur. Vet. Glossar. POSTVMVS, ὁ ζῶντος μὲν πατρὸς συλλαβόμενος, ἀποθανόντος δὲ γενόμενος. *Viuo quidem patre conceptus, sed eo mortuo natus.* In alio veteri Glossario scriptum inoeni: POSTVMVS, ὁ μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τεχθεὶς παῖς, *post mortem patris natus filius.* Vnde POSTVMAE nomen in eam, qoae iam in rebus humanis sit, non cadere, ait *l. 164. D. de verb. signif.* Vetus Glossar. POSTVMVS *nepos est, qui post mortem aui natus est, atiam superstite suo patre.* POSTVMVS alienus, seu extraneus est, qoi natus inter suos heredes testatori futurus non est: *§. 26. Inst. de legat.* ¶. 2. Verumtamen non ii modo, qui post mortem patris, sed et qui viuo patre post testamentum factum nascuntur, POSTVMORVM nomeo obtinent. Caius *Lib. II. Instit. tit. 3. §. 2. POSTVMORVM duo genera sunt, quia POSTVMI adpellantur ii, qui post patris mortem de uxore nati fuerint: et illi, qui post testamentum factum nascuntur.* POSTVMOS qooque adpellari eos, qui post testamentum factum nascuntur, ait Vlpian. *l. 3. §. 1. D. de iniust. rupt. irrit.* Et ita POSTVMI nomen accipiendum est in locis, quos subieci. POSTVMVS praeteritus et viuo testatore natus decessit: *l. 12. princ. D. de iniust. rupt. irrit.* Si POSTVMIS dederit tutores, hique vioi nascaotur: *l. 16. §. vlt. D. de testam. tutel.* Si quis POSTVMIS tutores dederit, tam filii POSTVMI, quam ceteri liberi continebuntur: *l. 6. D. eod. tit.* Si in POSTVMO filio idem acciderit, vt natus viuo patre moriatur: *l. 8. D. de liber. et postum.* POSTVMORVM loco sont et hi, qui in sui heredis locum succedendo quasi adgnascendo, sunt parentibus sui heredes: *l. 13. D. de iniust. rupt. irrit. §. 2. Instit. de exhered. liber.* POSTVMI liberi sunt siue feminini sexus, siue masculini: *§. 2. Inst.*

POS. POT.

eod. tit. POSTVMI per virilem sexum descendentes: *l. 3. D. de iniust. rupt. irrit.* Nepos POSTVMVS: Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 4. §. 10.* POSTVMI oepotes: *l. 29. D. de liber. et postum.* Ceterum ab hoc nomine abesse debet adspiratio. Non enim, quod post humatum patrem nascantur, sed quod postremi filiorum nati sint, dicuntur. Nam πόστομον Graeci dicunt. Itaque in illo Virgilii loco ex *Lib. VI. Aeneid. v. 763.*

Tua POSTVMA *proles*,

non est, quod quis interpretationem Cesellii Vindicis, apud Gell. *Lib. II. Cap. 16.* relatam POSTVMAM interpretantis, non eam prolem, quae patre mortuo, sed quae postremo loco nata est, eleuare rentet ac reiicere. [Vid. Cuiac. *Lib. III. Obseruat. Cap. 4.* Turneb. *Lib. XVIII. Aduersar. Cap. 1. et Lib. X. Cap. 23.*] Add. Ioann. Ker *Selectar. Obseru. de Lingua Lat. Part. II. hac voce.*

POT.

POTENS, qui auctoritate, dignitate, viribus valet. POTENS aduersarius: *l. vlt. §. 1. D. quod met. causs.* Qui compensare POTENS: *l. 10. §. 1. D. de compensat.* id est, qui compensare posset. ¶. 2. POTENTIOR, qoi dignitate, auctoritate, gratia, facultatibus, viribus praecellit, praeualet, aot alio modo plus nobis potest. Si POTENTIOREM nobis opposueris aduersarium: *l. 1. D. de alienat. iudic. mut.* POTENTIORI aduersario traditus: *l. vlt. D. de litigios.* Qui sibi POTENTIORVM patrocinium aduocassent: *l. 1. C. ne liceat potent.* Actiones ad POTENTIORVM delatae personas: *l. vlt. C. eod. tit.* POTENTIORI pares esse non possumus: *l. 3. D. de alienat. iudic. mut.* A POTENTIORE vi oppressus: *l. 9. D. quib. ex causs. maior.* Ex vinculis vel custodia detentus a POTENTIORIBVS: *l. 28. §. 7. D. de poenis.* Vt POTENTIOR emtor per licitationem vilius rem accipiat: *l. vlt. D. de alienat. iudic. mut.* De his, qui POTENTIORVM nomine titulos praediis adfigunt, vel eorum nomina in litem praetendunt. *rubr. C. Lib. II. tit. 15. et C. Theod. Lib. II. tit. 14.* ¶. 3. POTENTIOR, id est, potior. POTENTIOR erit creditor, licet posterior sit: *l. 6. D. qui potior. in pignor.* Qoare non POTENTIOR sit, qui tenet, quam qui persequitur: *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.* id est, potior.

POTENTATVS, in *l. 63. D. de ritu nuptiar. l. 1. C. de gener. abolit. l. 5. C. de testib. l. 54 C. de Episcop. l. vn. C. de rapt. virgin.* pro dominatione. Vtuntur et hoc verbo Caesar *Lib. I. de bello Gallic. Cap. 31. Hi, quum tantopere de POTENTATV inter se contenderent.* et Liu. *Lib. XXVI. cap. 38. Aemulo POTENTATVS inimicus, rem Hannibali aperit.* Arnob. *aduers. gent. Lib. I. p. 31. Nam si facias ipse, quod possis, et quod tuis sit viribus POTENTATVIQVE conueniens.* Vtitur et hoc verbo D. Augustin. *ad Psalm. LXIV.*

POTESTAS. POTESTATIS verbo plura significantur; in persona magistratuum *imperium*, *l. 215. D. de verb. signif.* omnibus magistrati-

 bus

bus secundum ius POTESTATIS fuae concessum est: *l. 1. D. si quis ius dicent.* Extra ordinem ipsos, qui in possessionem miserunt, iure suae POTESTATIS exsequi decretum suum: *l. 3. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* Et quidem *merum imperium* POTESTATEM adpellari, tradit Vlpianus, *l. 3. D. de iurisd.* Nonnumquam tamen *imperium* et POTESTAS ceu diuersa separantur. Consulem, praetorem, ceterosue, qui *imperium* POTESTATEMue quam habent: *l. 26. §. 4. D. ex quib. causs. maior.* Qui quum *imperium* POTESTATEMue haberet, ciuem Romanum aduersus prouocationem necauerit: *l. 7. D. ad leg. Iul. de vi publ.* POTESTAS etiam honoris munerisue publici speciem a magistratu diuersam separatamque significat. Qui quum aliquam POTESTATEM haberet, pecuniam ob iudicandum decernendumue acceperit: *l. 3. D. ad leg. Iul. repetundar.* Res iudicatae videntur ab his, qui *imperium* POTESTATEMque habent. Paull. *Lib. V. tit. 4. §. 1. Sentent.* ad quem locum Schulting notat, non simpliciter magistratum vrbi, POTESTATEM prouinciis adscribendam esse. Fuerunt enim et in vrbe, qui licet magistratus non essent, POTESTATEM tamen haberent. HEIN. Qui *magistratum* POTESTATEMVE habebit: *l. 1. §. 1. D. quod quisque iur. in alter.* *Magistratus* populi Romani, quiue imperium POTESTATEMVE habet: *l. 1. D. ad leg. Iul. maiest.* Accusare prohibentur quidam propter *magistratum* POTESTATEMVE, in qua agentes sine fraude in ius euocari possunt: *l. 8. D. de accusation.* Pignori capi iussu *magistratus* vel praesidis vel alterius POTESTATIS, et distrahi fundus pupillaris potest: *l. 3. §. 1. D. de reb. eor.* *Magistratus*, vel is, qui in aliqua POTESTATE sit, vt puta proconsul vel praetor, vel alii, qui prouincias regunt: *l. 13. D. de iurisd.* ¶. 2. Atque adeo is ipse, qui honorem in republica, munusue gerit, POTESTAS interdum adpellatur, vt et apud Iuuenal. *Sat. X. v. 99.* quum ait:

An Fidenorum Gabiorumque esse POTESTAS.

Sueton. in Claud. *Cap. XXIII. Iurisdictionem de fideicommissis quotannis et tantum in vrbe delegari magistratibus solitam in perpetuum atque etiam per prouincias* POTESTATIBVS *delegauit.* [Plinius *Lib. XXIX. histor. natur. Cap. 4. Tribuunt ei et successus petitionum a* POTESTATIBVS, ibidemque: *Primum Spondylum aditus* POTESTATVM *mulcere. Dentes eius illigatos pedibus caprearum cruinis nerius, mites praestare dominos,* POTESTATESQVE *exorabiles*, vid. Elmenhorst *ad Lib. I. Arnob. aduers. gentes, p. 43.* Vnde Sigonius magistratus vocat, POTESTATES omnes eorum, qui res humanas, quae ad rempublicam pertinent, publica auctoritate curant. *Lib. III. de iur. prouinciar. cap. 5*] Huc pertinent sequentia. Fideiussor impetrauit a POTESTATE, vt pignora ipse possideat: *l. 26. D. de pignor.* Si seruus sit a domino, vel ab aliqua potestate damnatus: *l. 17. §. 19. D. de aedilit. edict.* [Maiorum potestatum officiales solent esse prouincialibus perniciosi: *l. 4. C. Th. de fuar. Lib. XIV. tit. 4.* Fas non est, vt diuini muneris ministri temporalium POTESTATVM subdantur arbitrio: *l. 47. C. Theod. de Episcop. Lib. XVI. tit. 2.* vbi temporales dicuntur potestates, qui paullo ante seculares iudices. Deferatur in notitiam POTESTATVM: *l. 31. C. Th. eod. tit.* POTESTATIS annonariae adparitor: *l. vlt. C. Th. de pistor. et Catabolens. Lib. XIV. tit. 3.* vbi annonaria potestas, annonae praefecturam significat. Sic et adparitor illustrium POTESTATVM: *l. 2. C. de exsequutor. et exact. Lib. XII. tit. 61.* Sublimium POTESTATVM iussio: *l. 2. C. de his, quae ex publ. Lib. X. tit. 73.* et apud Ammian. Marcell. celsae POTESTATES, *Lib. XIV. p. 3. et 27. Lib. XVI. p. 83.*] Eadem notione et POTESTATIS verbum intelligendum esse in *l. 1. pr. D. si quis ius dicent.* quin et librum Iunii Grachani de potestatibus, cuius meminit *l. vn. pr. D. de offic. quaest.* obseruauit V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. I. obseru. cap. 18.* HEIN. ¶. 3. POTESTATIS verbo in persona liberorum *patria potestas* significatur. In POTESTATE nostra sunt liberi nostri, quos ex iustis nuptiis procreauimus; atque hoc ius POTESTATIS, quod in liberos habemus, proprium est ciuium Romanorum, *l. 3. D. de his, qui sui vel alien. iur. princ. Inst. de patr. potest.* Qui in POTESTATE parentis est: *l. 6. D. qui testam. fac.* Qui ei, in cuius POTESTATE est, eique, qui in eadem POTESTATE est, adscripserit: *l. 10. D. ad leg. Cornel. de fals.* Si pater filiam habet in POTESTATE: *l. 23. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* Si filius in aliena POTESTATE sit, *l. 6. D. ad SC. Tertull.* Tametsi liberi in aliena POTESTATE erunt: *l. 9. D. eod. tit.* Cum eo, quem in potestate habemus: *l. 4. D. de iudic.* Filiusfamilias pater in sua POTESTATE filiam non videtur habere, qui non est suae potestatis: *l. 21. D. ad leg. Iul. de adulter.* Feminae nec naturales liberos in sua POTESTATE habent: *§. 10. Inst. de adoption.* Patria autem haec POTESTAS in pietate debet, non in atrocitate consistere: *l. 5. D. ad leg. Pompei. de parricid.* Filiusfamilias suae POTESTATIS constitutus: *l 2. C. ad SC. Macedon.* id est, sui iuris. [Filius propriae POTESTATIS effectus: *l. 15. C. de iur. deliber.* Quod ad ius publicum attinet, non sequitur ius POTESTATIS filiusfamilias: *l. 14. pr. D. ad SC Trebell.*] POTESTATE exire, POTESTATE solui, liberari, vide suis locis. ¶. 4. POTESTATIS verbo in persona seruorum, dominium significatur, *l. 215. D. de verb. signif.* In potestate sunt serui dominorum, quae quidem potestas iuris gentium est. Nam apud omnes peraeque gentes animaduertere possumus, dominos in seruos vitae necisque POTESTATEM habuisse: *l. 1. D. de his, qui sui vel alien. iur. princ. Inst. eod. tit.* Vt serui in POTESTATE domini non reuertantur: *l. 2. D. eod. tit.* ¶. 5. Atque ita POTESTATIS verbum tam liberas, quam seruiles personas alieno iuri subiectas complectitur: veluti in oratione Seueri et Antonini, qua prohibentur, qui in eiusdem POTESTATE sunt, sibi donare, verbum POTESTATIS non solum ad liberos trahimus, verum etiam ad seruos: vt hi quoque, qui aliquo iure subiecti sunt marito, donare non possunt; *l. 3. §. 3. D. de donat int. vir. et vxor.* Similiterque in edicto de exercitoria, quo datur actio in eum, cuius in POTESTATE est, qui nauem exercet, in POTESTATE accipiemus vtriusque sexus, vel filios, vel filias, vel seruos: *l. 1. §. 21. D. de exercitor. act.* In edicto quoque de tributoria,

POTE-

POTESTATIS verbum ad omnem sexum, item ad omnes, qui sunt alieno iuri subiecti, porrigendum erit: *l. 1. §. vlt. D. de tributor.* Sic tutela quoque definitur esse vis ac POTESTAS in capite libero: *l. 1. D. de tutel. princ. Inst. eod. tit.* Si is, qui possidet, in alterius POTESTATEM peruenit: *l. 30. §. 3. D. de aquir. possess.* Ergo et verba, qui in aliena POTESTATE est, *l. 6. D. de adquir. vel omittend. hered.* tam ad filiosfamilias, quam ad seruos pertinent. Quod autem attinet ad testes, qui testamento adhiberi non possunt, si in potestate sint testatoris, POTESTATIS verbum non solum ad liberos, qui sunt in POTESTATE, referendum est, verum etiam ad eum, quem redemit ab hostibus: *l. 20. §. 1. D. qui testam. facer.* At quum agimus de noxae deditione cum eo, qui seruum non defendit, POTESTATIS adpellatione praesentis corporis copiam facultatemque significamus: *l. 215. D. de verb. signif.* In POTESTATE enim habere seruum, quod ad noxalem actionem attinet, accipimus eum, qui facultatem et POTESTATEM exhibendi eius habet. Quod si in fuga sit, vel peregre, non videbitur esse in potestate: *l. 21. §. 3. D. de noxal. action.* ¶. 6. POTESTAS etiam quoduis ius, dominium, possessionem ditionem significat. Sic: Ab hostibus vel latronibus captus in eorum potestate esse dicitur: *l. 19. D. de procurat.* Si procurator sit in hostium praedonumue POTESTATE; *ibid.* Qui in hostium potestate decesserint: *l. 12. D. qui testam. facer.* Si quum quis in hostium POTESTATE esset: *l. 41. D. de furt.* Si quis in hostium POTESTATE esse coeperit: *l. 23. D. de vsur.* Filius, qui in hostium POTESTATE erat: *l. vlt. D. ad SC. Tertull.* Qui in hostium POTESTATEM peruenerunt: *l. 23. §. 1. D. de adquir. possess.* Si res in hostium POTESTATE peruenerit: *l. 46. D. de furt.* Quo minus hostes in POTESTATE populi Romani veniant: *l. 4. D. ad leg. Iul. maiest.* Quod dicit lex Atinia, vt res furtiua non vsucapiatur, nisi in POTESTATEM eius, cui surrepta est, reuertatur, sic acceptum est, vt in domini potestate debeat reuerti, non in eius vtique, cui surreptum est. Igitur creditori surrepta, et ei, cui commodata est, in potestatem domini redire debet. Tunc autem in POTESTATEM domini rediisse dicendum est, quum possessionem eius nactus sit iuste, vt auelli non possit: *l. 4. §. 6. et 12. D. de vsurpat. et vsucap.* In lege Atinia in POTESTATEM domini rem furtiuam venisse videri, et si eius vindicandae potestatem habuerit, Sabinus et Cassios aiunt: *l. 215. D. de verb. signif.* Si rem furreptam mihi procurator meus adprehendit, eam in POTESTATEM meam rediisse, vtque capi posse existimandum est: *l. 41. D. de vsurpat.* ¶. 7. POTESTATEM sui facere, est copiam sui facere, aditum ad se praestare, conspiciendum se praebere, nec latitare. Quum creditor potestatem sui faceret: *l. 32. D. de vsur.* POTESTATEM sui non facere: *l. 7. §. 2. D. de suspect. tutor.* id est, copiam, vt *l. 3. §. 14. D. et §. 9. Instit. eod. tit.* POTESTATEM sui non facit, qui id agit, ne aduersarius eius copiam sui habeat: *l. 2. D. quib. ex cauß. in possess.* Is, cuius familia vicinum prohibebat aquam ducere, sui POTESTATEM non faciebat: *l. 18. D. si seruit. vindic.*

Pridie calendas Ianuarias magistratus neque ius dicere, sed nec sui POTESTATEM facere consueuerunt: *l. 6. D. de feriis.* Quum secum agendi potestatem non faceret: *l. 1. l. 23. §. vlt. D. quib. ex cauß. maior.* ¶. 8. POTESTAS, pro vi ac viribus, effectu, valore. Quarum actionum vis ac POTESTAS haec est: *l. 1. D. de noxal. action.* Doli mali exceptionis POTESTAS: *l. 6. C. soluto matrim.* Legis POTESTAS aduersus eum exercebitur: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Tertullian.* Raptus crimen legis Iuliae de adulteriis POTESTATEM excedit: *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* Obligationes, quae neque propriis viribus consistunt, neque legis POTESTATE confirmantur: *l. 27. D. de obligat. et action.* Si vult se legis commissoriae POTESTATE soluere: *l. 4. §. vlt. D. de leg. commissor.* Senatusconsulti POTESTAS non interuenit: *l. 4. C. ad SC. Maced.* Senatus potestatem exercendam: *l. 6. D. eod. tit.* Quum eiusdem duae obligationes potestatis sint: *l. 13. D. de duob. reis.* Pecuniarum licet videatur vna et eadem POTESTAS vbique esse: *l. 3. D. de eo, quod certo loco.* id est, eadem aestimatio et valor, vt vulgus loquitur. De veteris numismatis potestate, *rubr. C. Lib. XI. tit. 10.*

POTIOR, id est, superior. In iudicio possessionis POTIOR: *l. 34. §. 4. D. de contrah. emt.* Iure conuentionis POTIOR: *l. 4. C. ad SC. Macedon.* Sicut prior de tempore, ita POTIOR de iure, *l. 4. C. qui potior. in pignor.* Ratione temporis et ordinis POTIOR: *l. 4. C. ad SC. Macedon.* POTIOR esse creditor dicitur, qui ceteris praefertur. Qui generaliter bona debitoris pignori accepit, eo POTIOR est, cui postea praedium ex his bonis datur: *l. 2. D. qui potior. in pignor.* POTIOR erit creditor, licet posterior: *l. 6. D. eod. tit.* Si non dominus duobus eamdem rem diuersis temporibus pignorauerit, prior POTIOR est: *l. 14. D. qui potior. in pign.* Priorem POTIOREM esse: *l. 12. D. eod. tit.* Priorem secundo non esse POTIOREM: *l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* Hic medius tertio POTIOR est: *l. 12. §. 8. D. eod. tit.* Interdum posterior est POTIOR priore: *l. 5. D. qui potior. in pignor.* POTIOR est in pignore: *l. 11. D. eod. tit.* Titius non tantum sortis, sed et vsurarum nomine POTIOR esset: *l. 18. D. eod. tit.* In omne, quod ei debetur, POTIOREM esse. *ibid.* Vt Seius POTIOR sit in eo, quod amplius est in pignore: *l. 20. D. qui potior. in pignor.* Priuilegiis temporis fore POTIOREM: *l. 10. D. eod. tit.* Inter creditores POTIOR is, cui maior pecunia debebitur: *l. 16. D. de reb. auctor. iud.* POTIOREM se ceteris esse creditoribus: *l. 1. §. vlt. C. credit. euiction. pignor.* Fiscum POTIOREM esse debere: *l. 28. D. de iur. fisc.* In delicto pari POTIOREM esse possessorem: *l. vlt. D. de condict. sine cauß.* Si ea dantis et accipientis turpis caussa sit, POTIOREM esse possessorem: *l. 8. D. de condict. ob turp. cauß.* ¶. 2. POTIOR et infirmior opponuntur, *l. 1. §. vlt. C. creditor. euict. pign.* POTIOR est caussa, id est, melior, vt *l. 36. §. 3. D. de hered. petit.* Prioris vel caussam esse POTIOREM: *l. 3. §. 1. D. qui potior. in pign.* Posterioris creditoris caussa est POTIOR: *l. 4. D. eod. tit.* In re pari POTIOREM caussam esse prohibentis constat: *l. 28. D. commun. diuidund.* In bonis mortui POTIOREM esse caus-

 sam

sam legatariorum: *l. 1. C. de bonis auctor. iudic. possid.* Eorum caussa POTIOR habetur: *l. 6. §. vlt. D. de procur.* POTIOR habebitur caussa eius pecuniae: *l. 97. D. de solution.* ¶. 3. POTIORES in muneribus iniungendis accipiuntur non solum gradu generis, sed et substantia rei familiaris, interprete Paullo *Lib. II. Sentent. tit. 28. §. 2.* Honores et munera non ordinationi, sed POTIORIBVS quibusque iniungenda sunt: *l. 7. D. de decurion.* Sic et in *l. vn. C. de potior. ad mun. nominand. Lib. X.* POTIORVM nomen accipiendum est. [Neque aliter vsurpatur in *l. 5. C. Theod. de lustral. conlat. Lib. XIII. tit. 1.* vbi POTIORES sunt nobiliores natalibus, et honorum luce conspicui, et patrimonio ditiores, sicut explicatur. *l. 3. C. de commerc. et mercator.*] ¶. 4. POTISSIMVS. Praetor eligat, quem POTISSIMVM in hoc esse existimat: *l. 5. D. de liber. causs.*

POTIRI. POTITVS hostium in *l. 15. princ. D. ex quib. causs. maior. l. 10. D. de testam. milit. l. 11. l. 12. §. 6. l. 22. D. de captiu. et postlim.* dicitur, qui ab hostibus captus est, et in eorum potestatem peruenit. Plautus hoc genere loquendi vtitur *in Captiu. Act. I. scen. 2. v. 41. et Act. III. scen. vlt. in Epidic. Act. IV. scen. 1.* [Dicuntur haec siue per enallagen, siue κατ' εὐφημισμόν, figuram, qua res odiosas bonis verbis dicimus, et impia facta piis. Quo etiam modo POTIRI *fatorum*, pro mori dixit Cicero *Lib. I. Tusculan quaest.* POTIRI *mali*, Terent. Phorm. *Act. I. scen. 3. v. 6. 7. Nancisci malum*, Idem *Andr. Act. V. scen. 6. v. 3.* pro incidere in malum, et velut in eius potestatem venire. vid. Sanct. *Mineru. p. 589.*]

POTIVS, pro magis, *l. 21. §. 2. D. de fideiuss.* [POTIVS aliquando positiue tantum et electiue, non comparatiue accipitur, vt in *l. 96. princ. D. de legat. I. l. 19. D. de legib. l. 21. D. de contrab. emtion. §. 1. Inst. de hered. qualit. et different.* Vnde et particula negatiua eidem opponitur, *l. 16. D. de stat. hom.* vide, quae de voce *magis* supra dicta sunt. POTIVS πορίλχει, in *l. 125. D. de regul. iur.* fauorabiliores rei POTIVS quam actores habentur.]

PRA.

ΠΡΑΚΤΟΡΕΣ in Nouellis Iustiniani, exactores tributorum accipiendi sunt. Indicat hoc Suidas, *Tom. III. p. 625.* quum ait: *Φορολόγος· ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων· οὓς πράκτορας ἔθος καλεῖν τοῖς πολλοῖς. Φορολόγος, tributorum collector: quos vulgo exactores vocare solent. et p. 167. Πράκτωρ· ὁ τὸν ἐπικείμενον εἰσπραττόμενος φόρον· Πράκτωρ, exactor tributi.*

PRAE.

PRAEAVDIRE. Vt legati PRAEAVDITAS custodias ad proconsulem remittant; *l. 6. D. de offic. proconf.*

PRAEBERE, est praestare, exhibere. Si balneas publice PRAEBVIT: *l. 91. §. 4. D. de legat. III.* Vt balneum publice sumtu heredum meorum PRAEBEATVR gratis: *l. 35. §. vlt. D. eod. tit.* Cura carnis omnis, vt iusto pretio PRAEBEATVR: *l. 1. §. 11. D. de offic. praef. vrb.* Qui caussam mortis PRAEBVIT: *l. 11. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Qui domum suam, vt stuprum adulteriumue fieret, sciens PRAEBVERIT: *l. 8. D. ad leg. Iul. de adulteriis.* Si domum PRAEBVERIT ad stuprum adulteriumue in ea committendum: *l. 37. D. de minorib.* PRAEBERE fideicommissa, *l. 9. C. ad leg. Cornel. de fals.* id est, praestare. Milites, quibus superuenientibus hospitia in ciuitatibus PRAEBERI oportet: *l. 3. §. 13. D. de muner. et honorib.* In integrum restitutio PRAEBETVR: *l. 11. C. de praed. minor.* Vt certam mercedem menstruam PRAEBERET: *l. 20. §. vlt. D. de manumission.* Ne aliis praedae occasionem PRAEBEAT: *l. 1. D. si ventr. nomin.* Occasio, quae PRAEBET benignius responsum: *l. 168. D. de regul. iur.* Qui quid exercitui PRAEBENDVM conduxerit: *l. 19. D. de testib.* Seruitutem PRAEBERE, id est, cedere: *l. 76. D. de legat. II.* ¶. 2. PRAEBERE *consilium* dicitur magistratus, qui curat, vt si quos in consilium adhiberi necesse est, cogantur vt conueniant. Officium consulis est *consilium* PRAEBERE manumittere volentibus: *l. 1. D. de offic. consul.* Iauolenum in Asia et in Africa seruos suos manumisisse, quum *consilium* PRAEBERET: *l. 5. D. de manumiss. vindict.* ¶. 3. PRAEBERE *se legibus* reus dicitur, qui vltro iudicio aut supplicio se offert. Senec. *Epistol. LXXI. Socrates potuit abstinentia finire vitam: triginta tamen dies in carcere et in exspectatione mortis exegit, vt* PRAEBERET *se legibus.* Plin.

Est quaedam innocentiae species, PRAEBERE *se legibus.*

PRAEBITIO, NIS. praestatio. Angariarum PRAEBITIO: *l. vlt. D. de muner. et honor.* [Vnde *praebitores* angariarum: *l. 21. C. Th. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.* quos Gothofredus interpretatur, Prouinciales, qui angarias et vehicula praebeant ad cursum publicum in certis prouinciis] Annonae PRAEBITIO: *l. vlt. D. de nundin.* PRAEBITIONIS balnei onus: *l. 35. §. vlt. D. de legat. III.* Cura carnis et ceterorum pecorum, siue armentorum, quae ad huiusmodi PRAEBITIONEM spectant, ad curam praefecti vrbi pertinent: *l. 1. §. 11. D. de offic. praefect. vrb.* [vbi Corasius notat, verbum hoc apud iurisconsultos venditionem notare.]

PRAECAVERE, pro cauere. Si scissem talem esse seruum, nec praedixissem, vt possis praecauere. *l. 26. §. 7. D. mandat.* ¶. 2. [PRAECAVERE satisdatione cogitur mulier, *l. vlt. C. Theod. de testam. et codicill. Lib. IV. tit. 4.* id est, ante cauere, quam ad optionem vi edicti de alterutro sibi competentem, admittatur. PRAECAVETVR iuris ordine: *l. 2. C. Theod. de pact. et transaction. Lib. II. tit. 9.* hoc est, iam olim, iam antea cautum est. Eadem notione, qua *praerogata lex* dicitur *l. vn. princ. C. Theod. de Episcop. Iudic. Lib. XVI. tit. vlt.* quae iam olim lata rogataque est.]

PRAECELLERE, est antecellere. Auctoritatem eius, qui dignitate inter eos PRAECELLIT: *l. 8. D. de pact.* Ceteros honoris ordine

dine PRAECELLIT; *l. 8. §. vlt. D. de decurionib.* Si sic honor praecellat: *l. 1. D. de albo scribend.*

PRAECEPS. Si testator impatiens doloris, aut aliqua furoris rabie constrictus se PRAECIPITEM dedit: *l. 2. D. qui testam. facer.* Si seruus se PRAECIPITEM ex alto miserit: *l. 23. §. 3. D. de aedilit. edict.* ¶. 2. Ad animum quoque transfertur. Sic; Venditionem PRAECIPITI animo contrahere; *l. 1. C. si aduers. fisc.* PRAECEPS festinatio: *l. 13. §. 7. D. de iur. fisc.* PRAECIPITI festinationi moratoria cunctatio aduersatur, *l. 7. §. 1. D. de administr. et peric. tutor.* [PRAECIPITES in *l. 5. C. de delatorib. Lib. X. tit. 11.* interpretatur Cuiac. *in Comment.* qui fine aduocato fisci deferunt; sed Iac. Gothofredus, adfectibus in transuersum actos intelligit, *Comment. ad l. 3. C. Theod. de petition. Lib. X. tit. 10.*

PRAECEPTIO, IS, quum vni ex institutis aliquid praelegatur, quod praecipuum habere iubetur. Per PRAECEPTIONEM legamus his verbis: Lucius Titius illam rem praecipito. Vlpian. *Tit. XXIV. Regul. §. 6.* Per PRAECEPTIONEM dare, legare, relinquere, id est, praeter hereditatis partem dare: *l. 48. D. de iur. fisc. l. 25. §. vlt. C. famil. ercifcund.* Seiae ex parte heredi institutae fundos per PRAECEPTIONEM dederat: *l. 20. D. de instruct. vel instrum. legat.* Dedit per PRAECEPTIONEM Marcio certas species: *l. 32. D. de legat. III.* Quae testator per PRAECEPTIONEM dederat: *l. 48. D. de iur. fisc.* Praediis per PRAECEPTIONEM filiae datis: *l. 90. D. de legat. III.* Quatuor filios aequis partibus heredes instituit, et fundum per PRAECEPTIONEM singulis legauit: *l. vlt. §. 4. D. de legat. II.* Heredi per PRAECEPTIONEM fundum legauit: *l. 38. §. vlt. et l. 93. §. vlt. D. de legat. III.* Filius legatum sibi seruum per PRAECEPTIONEM rogatus manumittere: *l. 32. D. de dolo mal.* Per PRAECEPTIONEM vni ex heredibus numi legati: Paull. *Lib. III Recept. Sentent. tit. 6. §. 1.* Vni ex heredibus per PRAECEPTIONEM reliquit: *l. 34. §. 2. D. de legat. III.* PRAECEPTIONIS legatum: *l. 12. C de legat.* PRAECEPTIONIS legatum non nisi vni ex heredibus dari potest, vt aliquid ei ex hereditate praecipuum relinquatur. Caius *Lib. II. Instit. Tit. V. §. 7.* Qui ex caussa PRAECEPTIONIS possideat: *l. 1. §. 6. D. quod legator.* ¶. 2. PRAECEPTIO, pro eo, quod per praeceptionem relictum est, *l. 55. §. 3. D. ad SC. Trebellian.* Quum pater pluribus filiis heredibus scriptis duobus PRAECEPTIONEM bonorum auiae praeter hereditarias dedisset: *l. 2. D. de instruct. vel instrum. legat.* Alteri ex his heredibus PRAECEPTIONEM praedii dedit: *l. 25. D. de adimend. legat.* Filio PRAECEPTIONEM dedit: *l. 34. §. 1. D. de legat. III.* De PRAECEPTIONIBVS heredi datis: *l. 12. D. de his, quae vt indign.* PRAECEPTIONI dotis locum esse: *l. 46. D. famil. ercisc.* Filiam apud arbitrum diuisionis dotis PRAECEPTIONEM non improbe desiderare constitit: *l. 26. §. 1. D. de pactis dotalib.* ¶. 3 [PRAECEPTIO, pro praecepto, iussu. Iurisdictionem et PRAECEPTIONEM declinari conari: *l. vlt. C. de iurisdict. omnium iudic.* Fideli deuotaque PRAECEPTIONE sancimus: *l. 2. C. de his, qui ad eccles. confug.*]

PRAECEPTOR, magister est, qui artem aliquam docet. Qui a PRAECEPTORE, cui in disciplinam traditus erat, aufugit: *l. 17. §. 1. D. de aedilit. edict.* [PRAECEPTORES philosophiae: *l. 11. C. de Professor. et medic. Lib. X. tit. 52.*] PRAECEPTORIS nimia saenitia culpae adsignatur: *l. 6. D. ad leg. Aquill.* PRAECEPTORIBVS tantum studiorum liberalium praeses de mercedibus ius dicere solet: *l. 1. D. de extraord. cognition.* PRAECEPTOREM suum Iauolenum vocat Iulianus: *l. 5. D. de manumiss. vindict.* [Ceterum PRAECEPTOR quomodo *paedagogo* distet, vide in *paedagogus.*] ¶. 2. PRAECEPTORES quoque omnes iuris auctores adpellantur. Nostri PRAECEPTORES negant, ait Caius, *l. 32. D. de damn. infect.* PRAECEPTORIBVS tuis placet: *l. 28. D. de reb. auctorit. iudic. possid.* ¶. 3. Singularis plane vocabuli huius vsus est, in *l. 14. §. 2. D. ad SC. Trebell.* vbi Florentiae legitur: Plane, si bona venierint, non oportet PRAECEPTOREM, ne quidem pupillum restituere, nisi ex caussa, vt D. Pius rescripsit. At pleraque exemplaria ibi habent *praetorem.* Quum vero ne sic quidem sensus planus sit, V. A. Cornel. van Bynkershoek *Lib. VI. Obseruat. Cap. 21.* rescribit: *receptorem,* per eumque intelligit *fideicommissarium.* Elegans haec et ingeniosa coniectura, sed coniectura tamen. Quid si intelligamus eum, cui *per praeceptionem* legatum vel fideicommissum est? HEIN.

PRAECEPTVM, pro iussu. PRAECEPTA autem tam iudicum, quam iuris, et tam legum, quam principum sunt, et generatim, qui iubendi habent potestatem. Duo esse arbitri PRAECEPTA: *l. 23. §. 1. D. de recept. arbitr.* Cum PRAECEPTIS ciuilibus et praetoriis: *l. 31. D. deposit.* Vectigalia sine imperatorum PRAECEPTO constituere; *l. 10. D. de publican.* Impossibile PRAECEPTVM iudicis nullius esse momenti: *l. vlt. D. quae sentent. sine adpellat.* Ex PRAECEPTO siue interloquutione iudicis; *l. 11. D. de exception.* Secundum PRAECEPTVM iudicis prouinciae: *l. vlt. §. 1. D. de adpellat. l. 2. C. de tutor. et curator. qui satis non deder.* Iuris PRAECEPTA sunt haec, honeste viuere, alterum non laedere, suum cuique tribuere; *l. 10. D. de iustit. et iur.* Obseruatis iuris PRAECEPTIS: *l. 12. C. de nuptiis.* Legis Iuliae de adulteriis coercendis PRAECEPTA: *l. 37. D. de minorib.* Si quid aduersus legis PRAECEPTVM iudex in iudicando praetermiserit: *l. 40. D. de iudic.* Quum obtemperantes legibus aliquid secundum PRAECEPTVM legis, aut contra faciunt; *l. 52. D. de obligat. et action.* Qui PRAECEPTIS legis non obtemperauerit: *l. 41. D. de poen.* Qui secundum PRAECEPTA legum coeunt, *princ. Inst. de nuptiis.* Qui contra legum PRAECEPTA nuptias forte contraxerit: *l. 3. C. de incest. nuptiis.* Si PRAECEPTVM est, et neglectum: *l. 7. §. 7. D. de administr. et peric. tutor.* Licet tutoribus patris PRAECEPTVM negligere: *l. 5. §. 9. D. de administr. et peric. tutor.* PRAECEPTO praetoris: *l. 8. D. de in ius vocand.* Senatus-

natusconsulti Trebelliani PRAECEPTVM: *l. 16. C. ad leg. Falcid.* Ex hoc PRAECEPTO, quod dicimus serui inspici personam: *l. 82. §. vlt. D. de legat. II.* Testatoris PRAECEPTVM: *l. 114. §. 4. D. de legat. I. l. 38. §. 4. l. 93. princ. D. de legat. III.* vbi nodum praeceptum dicitur. PRAECEPTVM D. Traiani: *l. 4. §. 12. D. de re militari.*

PRAECIDERE, est abscindere, secare. Si funem quis, quo religata nauis erat, PRAECIDERIT: *l. 29. §. 5. D. ad leg. Aquill.* Si nauis funes nautae PRAECIDISSENT: *l. 29. §. 3. D. eod. tit.* Si pretioso pictori pollex fuerit PRAECISVS: *l. 23. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Vites PRAECIDERE: *l. 3. §. 4. D. vti possidet.* Si vua alicuius PRAECISA sit: *l. 14. §. 5. D. de aedilit. edict.*

PRAECIPERE, imperare, iubere. PRAECIPIVNT aediles: *l. 37. D. de aedilit. edict.* [PRAECIPITVR succidi arborem, si aedibus impendeat: *l. 1. §. vlt. D. de arborib. caedend.* id est, permittitur, arg. *l. 1. princ. et §. 2. D. eod. tit.*] PRAECIPI sacris constitutionibus *l. 6. D. de adpellat. recipiend.* D. Claudius edicto PRAECIPIT: *l. 15. D. ad leg. Corn de fals.* Quodcumque Imperator edicto PRAECEPIT: *l. 1. D. de constit. princip.* Mandatis principalibus PRAECIPITVR. *l. 1. D. de colleg. et corpor.* Nulla iuris PRAECIPIT constitutio: *l. 5. C. de repud.* Iura PRAECIPIVNT: *l. vlt. C. vbi quis de curialib.* Lex PRAECIPIT: *l. 7. D. ad leg. Iul. de repetund.* et apud Vlpian. *Tit. I. Regul. §. 24.* Lege municipali PRAECIPITVR: *l. 1. D. de albo scribend.* PRACIPITVR omnibus, qui reum aliquem deferunt: *l. 3. D. de excusation.* Quod in sententiis PRAECEPTVM est: *l. 1. §. 6. D. quando adpell.* Post mortem codicillos aperiri testator PRAECEPIT; *l. vlt. §. vlt. D. de legat. II.* A veteribus PRAECEPTVM est: *l. 3. §. 19. D. de adquir. vel amittend. possess.* ¶. 2. PRAECIPERE interdum est praecipuum aliquid e medio sumere, ac sibi habere. Nam qui *praecipere* quid iubetur, id praecipuum et sui iuris sibi habere praeter hereditariam portionem iubetur, et vt Graece effertur, ἐξαιρέτως λαβεῖν. Sic Plinius *Lib. V. Epist. 7. Nec heredem,* inquit, *institui rempublicam, nec* PRAECIPERE *posse constat.* Si heres centum PRAECIPERE iussus sit: *l. 125. D. de legat. I.* PRAECEPTO fundo rogatus restituere hereditatem: *l. 1. §. 16. D. ad SC. Trebell.* Si legata vnus ex pluribus heredibus PRAECIPERE iubeatur: *l. 107. D. de legat. I.* Qui annua legata PRAECIPERE ad distribuendum iussus erat: *l. 7. D. si cui plus quam per leg. Falcid.* Si scriptus ex parte, rogatus sit PRAECIPERE pecuniam: *l. 96. §. 3. D. de legat. I.* Quum vnus ex heredibus certam pecuniam PRAECIPERE iussus esset: *l. 10. D. de alim. et cibar. legat.* Quum praecepta aliqua re aut summa rogatus sit heres instituere: *l. 63. §. 3. D. ad SC. Trebellian.* PRAECEPTIS quibusdam rebus restituere hereditatem: *l. 27. §. 14. D. eod. titul.* Nec vero in hereditariis dumtaxat praelegatis huic verbo locus est. Nam et socius praecipere dotem a socio communibus bonis numeratam dicitur, *l. 80. D. pro socio.* Et quod ex re alterius dominorum communis seruus quaesiit, is, cuius ea res fuit, PRAECIPERE dicitur: *l. 45. D. commun. diuidund.* ¶. 3. Praecipere aliquando est, per praeceptionem relinquere. Sic; alumno PRAECEPIT militiam: *l. 102. §. 2. D. de legat. III.*

PRAECIPITARE, est praecipitem se ex alto mittere, et deiicere. Seruus, qui de ponte se PRAECIPITAVIT: *l. 17. §. 6. D. de aedilit. edict.* Qui in hoc progressus est, vt se PRAECIPITARET: *l. 17. §. 4. D. eod. tit.* Si se seruus PRAECIPITAVERIT: *l. 9. §. 7. D. de pecul.* Si quis de ponte aliquem PRAECIPITAVERIT: *l. 7. §. 7. D. ad leg. Aquill.* Non potest quis sic damnari, vt de saxo PRAECIPITETVR: *l. 25. §. vlt. D. de poen.* [PRAECIPITARE pecora: *l. 51. D. de furt.* Si quis ex alto se PRAECIPITAVERIT, et super alium venerit, eumque occiderit, lege Cornelia de sicariis non tenetur: *l. 7. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Factum sponte se PRAECIPITANTIS, innocenti criminis periculum auferre non potest: *l. 12. C. de accusat.*] ¶. 2. PRAECIPITARE, alias est vrgere. Qui donaturum non PRAECIPITAVIT ad solutionem: *l. 33. D. de iur. dot.* Interest viuentium, ne PRAECIPITENTVR heredes, quando iuste deliberant: *l. 6. D. de interrogat.* Si adhuc se deliberare dicant, PRAECIPITANDI non sunt: *l. 1. §. 12. D. de successor. edict.* [Sic Virgil. *Lib. XI. Aeneid. v. 3.*

PRAECIPITANT *curae, turbataque funere mens est.*]

PRAECIPVVS, A, VM. Singularis, eximius, commendatione dignus, potior. Non caussae, sed personae succurritur, quae meruit PRAECIPVVM fauorem: *l. 42. D. de administr. et peric. tutor.* Dotium caussa semper et vbique PRAECIPVA est: *l. 1. D. solut. matrimon.* [Placuit in omnibus rebus PRAECIPVAM esse iustitiae aequitatisque, quam stricti iuris rationem: *l. 8. C. de iudic* id est, potiorem.] ¶. 2. PRAECIPVA, Donatus in *Virgil. Aeneid. Lib. V.* scribit, dici, *quae praeter communionem singulis proprio nomine deputantur, vt fit saepe in testamentis, quum aliqua per praeceptionem singulorum esse heredum conscribit testator.* Sueton. *Galb. Cap. V. Mortuae testamento paene ditatus est, sestertium namque quingenties quum PRAECIPVVM inter legatarios habuisset, quia vero notata iam praescripta.* Sidon. Apollin. *Lib. VI. Epist. 12. Illud autem deberi tibi, quodam, vt dicunt iureconsulti, PRAECIPVI titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias.* Et ita qui testamento filium suum et vxorem heredes instituerat, postea epistolam scripsisse dicitur, qua et quidquid in peculio habuit filius, ei donauit, et adiecit PRAECIPVA haec, eum, suique iuris et post mortem suam habere velle: *l. vlt. D. de legat. II.* Vnde etiam PRAECIPVVM habere quis dicitur, quod neque in collationem, neque in diuisionem venit Nec castrense, nec quasi castrense peculium fratribus confertur: hoc enim PRAECIPVVM esse oportet: *l. 1. §. 15. D. de collat.* Quum peculium castrense filius etiam inter legitimos heredes PRAECIPVVM retineat: *l. 23. §. 2. D. de fideicommiss. libertat.* Miles

PRAE-

PRAECIPVA habere debet, quae tulit secum in castra concedente patre: *l. 3. D. de castrens. pecul.* Mulier habebit PRAECIPVVM, dotem cum suis fructibus: *l. 2. §. vlt. D. de dote praeleg.* Nec ob eam rem arbitrum dimisionis PRAECIPVAM caussam filiae fore: *l. 77. §. 21. D. de legat. II.* [Emolumenta PRAECIPVA familiaris substantiae, pro iis, quae excepta sunt, et immunia ab annonis et tributis, in *l. 1. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1*] ¶. 3. PRAECIPVA ciuitatis, in *l. 35. D. ad municipal.* ἐξαίρετα, quaenam sint ex *l. 27. §. 1. D. eod. tit.* explicant, et in vso fori, templi, balnei, spectaculorum, consistere iudicant Cuiac. et Franc. Modius ad *l. 3. C. de incol.* quos alii sequuntur. Sed quum forum, balneum, ceteta que id genus etiam aduentantibos exteris et peregrinis communia sint, amplius aliquid illa PRAECIPVORVM voce erit intelligendum: cuius tamen significationem nimis extendunt, quia iura praecipua publica, veluti suffragiorum, et similia eadem signari arbitrantur cum Nic. a Salis *Siciliment. p. 548.* Incolis enim tribui non debet, quod aliorum, quam ciuium esse non potest, a quibus diuersos neque cum his confundendos esse incolas, ostendit *l. 29. D. ad municipal.*]

[PRAECISE, id est, simpliciter, absolute, nnde. *§. 1. Inst. de lege Aquill.* Vnde etiam PRAECISE et *sub conditione* opponuntur, in *l. 1. §. vlt. D. vt legator. seu fideicommiss. causs. caueat.*]

PRAECISIOR, pro durior, potentior. Sic in *l. 4. §. 8. D. de re militar.* legunt Haloander et Budaeus, quum Florentiae sit *pretiosiorem.* Salmasius ad Ius *Attic. et Roman. Cap. XXI.* rescribere iubet *gratiosiorem.* A qua sententia non omnino alienus videtur V. C. Car. Andr. Duker. *de Latin. vet. iurisconf. p. 417.* HEIN.

PRAECLVDERE, est excludere. Omnis agendi via praecluditur: *l. vlt. D. de acceptilat.*

[PRAECOGITARE *abscessum*, *l. 20. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.*]

PRAECOMMODARE. Quadringentos *praecommodari* solidos decernimus: *l. vn. C. de Alexandr. primat.* cui respondet *l. 5. C. Theod. de Alexandrin. pleb. primat. Lib. XIV. tit. 27.*]

PRAEDA, spolium, et vt Non. Marcell. *corpora ipsa rerum, quae capiuntur.* Grassatores, qui PRAEDAE caussa id faciunt: *l. 28. §. 10. D. de poen.* Qui PRAEDAE caussa incenderunt: *l. 28. §. 12. D. de incend. ruin. naufrag.* Ne piscatores sibi exsecrandam PRAEDAM parent: *l. 10. D. eod. tit.* Si grauior PRAEDA vi adpetita videbitur: *l. 4. D. de incend. ruin. naufrag.* Verum est, expulsis hostibus ex agris, quos ceperint, dominia eorum ad priores dominos redire, nec aut publicari, aut PRAEDAE loco cedere: *l. 20. §. 1. D. de captiuis et postlim. reuers.* Qui PRAEDAM ex naufragio diripuissent: *l. 4. D. de incend. ruin. naufrag.* Ne aliis PRAEDAE occasionem praebeat: *l. 1. D. si ventris nomin.* Tacit. *Lib. III. Histor. cap. 19. Expugnatae vrbis* PRAEDAM *ad militem; deditae ad duces pertinere.* [Huc pertinent et sequentes loquutiones: PRAEDAS agere in naucleros: *l. 5. C. de naucular. Lib. XI.* Maximas PRAEDAS agi de prouincialibus; *l. 2. C. Theod. de discussorib. Lib. XI. tit. 26.* Ne quaedam PRAEDA nascatur collatoribus: *l. 2. C. eod. tit. Lib. X. tit. 30.* In PRAEDAM mitti possessor dicitur, qui ante tempus mittitur, eaque ratione praedae obnoxius fit: *l. 34. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.*] ¶ 2. PRAEDA, siue πραίδα, in legibus georgicis Iustiniani apud Harmenopul. *Lib. VI. tit. 4.* est quadrupedum pauperies. Moschopul. περὶ σχεδῶν· πραίδα, ἡ γινομένη βλάβη ἐν ἀμπελῶσι καὶ ἀγροῖς. PRAEDA, *damnum datum in vineis et agris.* Cuiac. *ad Lib. XXII. Paulli ad Edict. in l. 2. D. si quadrup. pauper. fecisse.*]

[PRAEDAMNATVS, est antea damnatus, *l. 2. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.* προκαταγνωσθέντας adpellant Philoxeni Glossae. Sic et *praedelegatio* dicitur, quae ante tempus emittitur, in *l. 3. C. Theod. de indiction. Lib. XI. tit. 5.*]

[PRAEDARI, et depraedari quid sit, vid. Ian. Langlaeos *Otii Semestr. Lib. VIII. Cap. 1. p. 492.*]

[PRAEDATOR, qui praedam agit. PRAEDATOR insidians, *l. 3. C. de exsequutor. et exact. Lib. XII.* pro quo insidens habet *l. 9. C. Theod. eod. tit. Lib. VIII. tit. 8.*]

[PRAEDECESSOR. PRAEDECESSORES suos Romani Pontifices vocant, non tantum proxime antecedentes, sed et longissime distantes. Pap Masson. *de vrb. Episcop. Lib. V. fol. 212.* Sam. Maresf. *de Papa femina p. 24.*] Sed haec nihil ad ius Romanum. HEIN.

PRAEDIATOR. Occurrit hoc verbum apud Ciceron. *pro Cornel. Balb. Cap. XX.* et *Lib. XII. ad Attic. Epist. 14. et 17.* et in inscriptione *l. 54. de iur. dotium.* quae scripta est ad edictum praetoris vrbani tit. de praediatoribus. Sed id verbum, qui explicet, adhuc neminem reperi. Ego autem PRAEDIATORES, vt *praedes* dictos puto, qui publico fidem suam obligabant. Vet. Glossar. PRAEDIATOR, ὑπὸ φόρῳ δήμῳ ἐνδεδεμένος, ὠνητὴς τῶν ὑπαρχόντων. Quam interpretationem comprobant haec Suetonii *in Claud. Cap. IX.* verba: *Ad eas rei familiaris angustias decidit, vt quum obligatam aerario fidem liberare non posset, in vacuum lege* PRAEDIATORIA *venalis ependerit.* Sed de PRAEDIATORIBVS, et *iure praediatorio* luculenter scripsit Theodor. Georg. Graeuius singulari dissertatione, quae est V. C. Io. Georg. Estoris *Opuscul. Tom. I. p. 765.* inserta. HEIN.

[PRAEDICABILIS, E. PRAEDICABILIS erit, *l. 2. C. Th. de famos. libell. Lib. IX. tit. 34.* id est, laudem maximam ac praemium consequetur, *l. 7. eod. tit.* siue vt *l. 4. C. ad leg. Iul. repetund.* et victoriam reportabit et gloriam. Idem ergo est PRAEDICABILIS, quod inclytus, gloriosus, praedicatione laudeque dignus, ἔνδοξος,

ἐπαίνε ἄξιος, vt interpretatur Gothofredus. Sic Cicero *Lib. V. Tuſculan. Quaeſt. cap. 17. Nec in miſera vita quidquam eſt*, inquit, PRAEDICABILE *aut gloriandum: nec in ea, quae nec miſera ſit, nec beata. Et eſt in aliqua vita* PRAEDICABILE *aliquid, et gloriandum, et prae ſe ferendum.* et mox: *Quod ſi beata vita glorianda et prae ſe ferenda eſt; nihil eſt enim aliud, quod praedicandum et prae ſe ferendum ſit.*]

PRAEDICERE, eſt ante dicere, et denunciare. Si ego ſciſſem talem eſſe ſeruum, nec PRAEDIXISSEM, vt poſſis praecauere: *l. 26. §. 7. D. mandat.* Si PRAEDIXERIT exercitor, vt vnusquisque res ſuas ſeruet, neque damnum ſe praeſtaturum, et conſenſerint vectores *praedictioni*, non conuenitur: *l. vlt. D. naut. caupon. ſtabular.* Si furtum domino ſeruus fecerit, non eſt neceſſe, hoc in venditione ſerui PRAEDICERE: *l. 52. D. de aedil. edict.* Quum redhibitoria actione de ſanitate agitur, permittendum eſt, de vnoquoque agere et PRAEDICERE: *l. 48. §. 7. D. eod. tit.* Aequiſſimum erit, etiam hoc PRAEDICI: *l. 17. §. 19. D. de aedilit. edict.* Dummodo PRAEDICETVR iudici liberalis cauſſa, ne vllum adminiculum libertatis ex teſtamento admittat; *l. 7. §. vlt. D. de heredit. petit.* PRAEDICENDVM petitori, fideiuſſorem non vſurum priuilegio: *l. 7. D qui ſatisdare cogant.* Eo ſenſu et veteres verbo vſi ſunt Terent. *Andr. Act 1. ſcen. 2. v. 34. Ne tibi dicas non* PRAEDICTVM. Lamprid. *in Commod. Cap. X. Si quis ſane ſe mori velle praedixiſſet, hunc inuitum praecipitari iubebat.* HEIN.

PRAEDIOLVM meum: *l. 88. §. 6. D. de legat. II.*

PRAEDITVS, quis non modo artibus, verum et dignitate et poteſtate dicitur. Mancipia diuerſis artibus PRAEDITA: *l. 5. C. de ſeru. fugitiu.* Qui magna PRAEDITVS eſt dignitate, vel auctoritate: *l. 5. D. ad SC. Trebellian.* Licere ſtatuimus ſenatoribus et quibuscumque ampliſſimis dignitatibus PRAEDITIS: *l. 7. C. de inceſt. nupt.* Qui neque a principe poteſtate aliqua PRAEDITVS eſt: *l. 81. D. de iudic.* Adire aliquem poteſtate PRAEDITVM: *l. vlt. D. quod met. cauſſ.* Si quis ordinaria vel qualibet PRAEDITVS poteſtate; *l. 1. C. ſi quacumque praedit. poteſt.*

PRAEDIVM. Antiquiſſimis temporibus, vt Varro notat, erant bona, ſiue illa pecunia, ſiue mancipia, ſiue res ſoli eſſent, reipublicae a praede pignori data, et obligata. *Sunt autem praedes*, inquit Varro *Lib. IV. de Lingu. Lat. p. 11. et* PRAEDIA, *a praeſtando dicta, quod ea pignori data publico, ni mancupes fidem praeſtent.* vid. Graeuii *Diſſert. de iure praediatorio Cap. 1. §. 4.* et Duker *de Lat. vet. iuriſc. p. 83.* Poſtea autem hoc verbum ad res ſoli quaslibet translatum eſt. HEIN. Eſt vero PRAEDIORVM generalis adpellatio, et tam aedes vrbanas, quam villas complectitur. PRAEDIA ergo alia ſunt vrbana, alia ruſtica. *rubric. D. de ſeruit. vrban. et ruſtic. praed. l. 37. D. de vſu et vſufruct. legat.* Vet. Gloſſar. PRAEDIA *ruſtica ſunt, quae ſine aedibus ſunt ſiue in aedibus, ſiue in agro.* PRAEDIA *vrbana ſunt, quae habent aedificia et ſunt in vrbe.* Quum PRAEDIA vrbana et ruſtica negligentia poſſeſſorum peiora ſint facta: veluti, quia vineae, pomaria, horti extra conſuetudinem patrisfamilias defuncti culta ſint: *l. 54. §. vlt. D. de heredit. petit.* Iura PRAEDIORVM vrbanorum et ruſticorum; quae etiam ſeruitutes vocantur: *l. 2. §. vlt. D. de diuiſion. rer.* PRAEDIVM ſeruiens, vel cui ſeruitus debetur: *l. 140. §. vlt. D. de verb. obligat.* Ius aquae ducendae datur interdum praediis: *l. 1. §. 43. D. de aqu. quotid. et aeſtiu.* PRAEDIA diuerſis pagis Seiae legauit: *l. 12. D. de annuis legat.* Nepoti legauerat, quae certa regione PRAEDIA habuerat: *l. 6. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.*

PRAEDO, pro graſſatore, latrone, ſiue terra, ſiue mari praedas agant, quos et piratas vocamus. Impetus PRAEDONVM a nullo praeſtantur: *l. 23. D. de reg. iur.* A latronibus vel praedonibus vi oppreſſus: *l. 9. D. ex quib. cauſſ. maior.* Et ita furi PRAEDO adiungitur: *l. 16. D. commodat. l. 31. §. 1. D. depoſiti.* Vis hoſtium, PRAEDONVM, latronum: *l. 30. D. ad leg. Falcid.* Si quis vi PRAEDONVM vel hoſtium ſtupratus eſt: *l. 1. §. 6. D. de poſtuland.* PRAEDONES ſunt, qui nullo publice legitimeque indicto bello terra marique graſſantur et praedas agunt: *l. 24. D. de captiu. et poſtlim. reuerſ. l. 118 D. de verb. ſignific.* Ideoque ab hoſtibus vtrobique ſeparantur. Si argentum, quod vtendum acceperit, PRAEDONVM hoſtiumue incurſu amiſerit: *l. 1. §. 1. D. de obligat. et action.* Si procurator in hoſtium PRAEDONVMVE poteſtate ſit: *l. 19. D. de procurat.* [PRAEDO publicus, in *l. 22. C. Theod. de bon. proſcript. Lib. IX. tit. 42.* dicitur Stilico, barbaros in imperium Romanum eo conſilio immittens, vt Eucherium filium ſuum Imperio hac ratione admoueret] Piratae praedonum nomine in ſequentibus intelliguntur. Quod PRAEDONES abſtulerint, eum perdere, cuius fuerit: *l. 2. §. 3. D. ad leg. Rhod. de iact.* Qui aliquid PRAEDONIBVS nauim expugnantibus rapiat: *l. 3. §. 1. D. de incend. ruin. naufrag.* Sueton. *in Iulio Cap. IV. Circa Pharmacuſam inſulam a* PRAEDONIBVS *captus eſt*, id eſt, a piratis, vt eſt apud Feneſtell. *epitomar. Lib. II.* citante Diomede *Lib. I. p. 361* edit. Hel. Putſchii. ¶. 2. PRAEDONES etiam vocantur, qui nullam cauſſam poſſidendi habent. Sic in hereditatis petitione praedones intelliguntur, qui quum ſcirent ad ſe non pertinere hereditatem, inuaſerunt bona: ſcilicet quum nullam cauſſam haberent poſſidendi: *l. 25. §. 3. D. de heredit. petit.* PRAEDO etiam in eodem tractatu definitur, qui interrogatus, cur poſſideat, reſponſurus ſit, quia poſſideo: nec contendit ſe heredem, vel per mendacium, nec vllam cauſſam poſſeſſionis poſſit dicere. *l. 11. §. vlt. l. 12. et l. 13. D. de heredit. petit.* Et ita PRAEDONEM accipio: *l. 34. §. 9. D. de ſolution. l. 13. §. 10. D. de ſeru. corrupt. l. 1. §. 3. D. ſi ventr. nomin.* Si forte PRAEDO poſſideat hereditatem, fingens ſibi aliquem titulum ab inteſtato poſſeſſionis: *l. 1. §. 9. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* Sed et alias quilibet iniuſtus et malae fidei poſſeſſor, PRAEDO vocatur. *l. 35. D. de con-*

conduct. indeb. l. 22. §. 2. D. de pignorat. act. l. 7. §. 4. D. commun. diuid. l. 5. l. 64. D. de iudic. [Hoc tamen differt a malae fidei possessore PRAEDO, quod hic nullum plane habeat titulum, ille cootra. *l. 13. §. 8. D. de petit. hered.* Fingit enim praetenditque malae fidei possessor semper titulum aliquem, *l. 1. §. 9. D. si quis omiss. causs. test.* Ita quoque Cuiac. ad *l. 126. D. de reg. iur.* et Ant. Faber ad *l. 13. §. 8. D. de hered. petit.* distinguunt, quorum hic, *non omnis*, inquit, *malae fidei possessor est PRAEDO: licet omnis PRAEDO sit malae fidei possessor.*] PRAEDONES et hi, qui bona fide possident, opponuntur, *l. 13. D. de noxal. action.* Atque adeo vel bonae fidei possessor post petitam hereditatem PRAEDO dicitur: *l. 31. §. 3. D. de petit. hered.* quia post controuersiam motam omnes incipiunt malae fidei possessores esse. *l. 27. §. 7. D. eod. tit.* PRAEDONIS item loco habetur is, qui tacitam fidem interposuit, vt non capienti restitueret hereditatem: *l. 46. D. de hered. petit.* Nemo certe PRAEDO est, qui pretium numerauit: *l. 13. §. 8. D. eod. tit.* Quo pertinet *l. 126. D. de reg iur.* Non est etiam PRAEDO, qui dolo caret, quamuis in iure errauerit: *l. 27. §. 6. D. de hered. petit.* Sed nec fideiussorem imperite lapsum, PRAEDONEM videri in specie *l. 32. princ. D. de negot. gest.* Papinianus respondit. Si ex stipulatione tibi Stichum debeam, et non tradam eum, tu autem nactus sis possessionem, PRAEDO es. *ibid.* PRAEDONEM etiam eum, qui manumissus ex caussa peculiari habeat rem, non concesso sibi peculio, vocat Vlpianus *l. 13. §. 8. D. de adquir. possess.* Velut PRAEDONEM alienis bonis incumbere: *l. 3. §. 15. D. de suspect. tutor.* Qui ab initio mente PRAEDONIS res hereditarias adprehendit, *l. 25. §. 5. D. de heredit. petit.* Si de fundo proprietarium et fructuarium PRAEDO expulerit: *l. 10. D. de vi et vi armat.*

PRAEDONIVS. Si conscius ad se nihil hereditatem pertinere, PRAEDONIO more versari coepit: *l. 25. §. 5. D. de hered. petit.*

PRAEESSE, dicuntur, qui cuilibet muneri praefecti praepositique sunt. Qui se meminerit armato PRAEESSE: *l. 12. §. 1. D. de re militar.* Qui exercitui PRAESVNT: *l. 12. §. vlt. D. eod. tit.* Episcopi, qui PRAESVNT pani; *l. vlt. §. 7. D. de muner. et honor.* PRAEESSE prouinciis dicuntur, qui prouincias regunt; vt puta proconsules, praesides, aut alii id genus. Is, qui prouinciae PRAEEST: *l. 9. §. vlt. D. de offic. procons. l. 3. D. de offic. praesid. l. 11. D. de custod. et exhib. reor.* Eum, qui prouinciae PRAEEST: *l. 8. l. 9. D. de offic. praesid.* Quum praefectus Aegypti PRAEERAT prouinciae: *l. 1. §. 1. D. ad leg. Corn. de fals.* Qui prouinciae PRAESVNT: *l. 7. D. de interd. et relegat.* Ad proconsules legatosque eorum, et ad eos, qui prouinciis PRAESVNT: *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* PRAEESSE iurisdictioni et tribunali accipimus magistratus, quiue in aliqua potestate positi ius dicunt. Priuatorum consensus iudicem non facit eum, qui nulli PRAEEST iudicio: *l. 3. C. de iurisd. omn. iudic.* Qui quum magistratus esset, publicoue iudicio PRAEESSET: *l. 1. D. ad leg. Corn. de sicar.* Qui iuri dicundo PRAEEST: *l. 1. C. vt in possess.* Eos, qui iuri dicundo PRAESVNT: *l. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu.* Sic *l. 2. §. 13. D. de orig. iur.* qui iuri dicendo PRAESVNT. In Leg. Mamil. *Cap. 3.* apud Guil. Goes. *Scriptor. rei agrar. p. 339. qui iuri dicundo* PRAEERIT. Qui iurisdictioni PRAEEST, neque sibi ius dicere debet, neque vxori: *l. 10. D. de iurisdict.* Is, qui iurisdictioni PRAEEST ad similia procedere, atque ita ius dicere debet: *l. 12. D. de legib.* Qui neque iurisdictioni PRAEEST, neque a principe aliqua potestate praeditus est: *l. 81. D. de iudic.* In iure apud eum, qui iurisdictioni PRAEEST: *l. 1. §. 2. D. de postul.* Ex pontificibus constituebatur, quis quoquo anno PRAEESSET priuatis: *l. 2. §. 6 D. de orig. iur.* Quaestioni alicui PRAEESSE apud Ciceron. *pro Rosc. Amer. Cap. VI.* et *pro Cluent. Cap. XXXIII.* Idem *de Orat. Lib. I. Cap. 10. Id nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem, multisque PRAEESSEM, qui aut interdicto tecum contenderent, aut ex iure manu consertum vocarent, quod in alienas possessiones tam propere irruisses.*

PRAEFARI. PRAEFATA iura, id est, supra dicta, *l. 19. §. vlt. D. commun. diuidund.* Ex PRAEFATIS modis: *l. 12. §. 1. D. qui potior. in pignor.*

PRAEFATIO, pro prooemio. Si in foro caussas dicentibus nefas, vt ita dixerim, videtur esse, nulla PRAEFATIONE facta iudici rem exponere: *l. 1. D. de orig. iur.* PRAEFATIONES nos libentius ad lectionem propositae materiae producunt. *ibid.* Nec orationum modo, sed et conuentionum et testamentorum PRAEFATIONES dicuntur. Plerumque ea, quae PRAEFATIONIBVS conuenisse concipiuntur, etiam in stipulationibus repetita creduntur: *l. 134. §. 1. D. de verb. obligat.* Neque post PRAEFATIONEM adiecturum testatorem fuisse res corporales: *l. 95. D. de legat. III.*

PRAEFECTIANVS, Praefecti praetorio adparitor, *l. 8. C. de offic. rector. prouinc. l. 2. l. 3. C. de adparitor. praefect. praetor. Lib. XII. rubric. C. Theod. ne praefect. exactoris vel curiosi, fungatur offic. Lib. XII. tit. 10.* in quibus tamen locis vulgo *praefectiarioi*, et *praefectiarius* vitiose scriptum est.

PRAEFECTORIVS, dicitur, qui praefecturam gessit. PRAEFECTORIVS vir, in *l. 1. D. de senator.* et *Constit. omnem reipublicae de conceptione Digestor.* [Exceptis PRAEFECTORIIS: *l. 12. C. Theod. de legat. Lib. XII. tit.* 12. PRAEFECTORII domus suas habeant, quoad vixerint, hospitibus liberatas: *l. 10. C. de metat. Lib. XII. tit. 41. Interea legati prouinciae Galliae Tonantius Ferreolus* PRAEFECTORIVS, *Afranii Syagrii consulis e filia nepos.* κ. τ. λ. Sidon. Apollin. *Lib. I. Epist.* 7. qui et *Paulli praefectorii* cum honore meminit, *ibid. epist. 9.*] PRAEFECTORIA *familia* apud Sidonium *Lib. V. Epist. 16.*

PRAEFECTVRA, Praefectorum honor. Praetorianae vel vrbanae PRAEFECTVRAE sublime fastigium; *l. 25. C. de procurat.* PRAEFECTVRA *praetoriana* apud Cassiodor. *Lib. VI. Variar.*

Variar. Epist. 3. PRAEFECTVRA *urbana*, Ambros. *Lib. III. Offic. cap. 8.* PRAEFECTVRA vrbi: *l. 1. D. de offic. praef. vrb.* ¶. 2. PRAEFECTVRAE etiam vocabantur aliquot alia oppida, in quae quotannis praefecti iuris dicundi caussa mittebantur, nec municipiorum iure censebantur. Festus Pompei. PRAEFECTVRAE *eae adpellabantur in Italia, in quibus et ius diceba-tur et nundinae agebantur, et erat quaedam eorum respublica, neque tamen suos magistratus habebant; in quas legibus praefecti mittebantur quotannis, qui ius dicerent, quarum genera fuerunt duo. Alterum, in quas solebant ire praefecti quatuor, (sexvirum pro populi suffragio creati erant: in haec oppida Capuam, Cumas, Casilinum, Vulturnum, Liternum, Puteolos, Acerras, Suessulam, Attellam, Calatiam. Alterum, in quas ibant, quos praetor urbanus quotannis in quaeque loca miserat legibus, vt fundos Formias, Caere, Venefrum, Alifas, Primerium, Anaginam, Fusinonem, Reate, Saturniam, Mursiam, Arpinum, aliaque complura.* Et ita in legibus antiquis PRAEFECTVRA a municipio, conciliabulo separatur. vid. Norisii *Cenotaph. Pisan. Dissert. 1. pag 14.*

PRAEFECTVS, I. PRAEFECTORVM in libris iuris ciuilis haec potissimum, quae subieci, recensentur genera. PRAEFECTVS *Aegypti, Annonae, Praetorio, vigilum, vrbi.* PRAEFECTO *Aegypti* imperium ad similitudinem proconsulis, lege sub Augusto datum est. *l. 1. D. de offic. praefect. August.* Ab Augusto siquidem primum praefectus hic institutus: cuius principatu primus Aegypto praefuit Cornelius Gallus, quemadmodum Sueton. *August. Cap. LXVI.* et Dio Cassius *Lib. LI. p. 455.* referunt. Vnde et PRAEFECTI *Augustalis* hic *praefectus Aegypti* inuenit: ita quippe adpellatur *rubr. D. de offic. praef. Augustal. l. vn. C. de ratiocin. oper. publ. l. 29. C. de adpellat. l. vlt. C. de mod. mulct. l. 13. C. de aduocat. diuers. iudic. l. 3. §. 1. C. de canon. largit. Lib. X. l. vlt. C. de legation. Lib. X. l. 3. D. de nauicular. Lib. XI.* Et *Augustalis* vel Αὐγυστάλιος absolute, in *l. 32. C. de adpellat.* et *Nouell. XXIII. Cap. 3. et XXIV. Cap. 4.* Sub dispositione huius erat Libya vtraque, Thebais, Aegyptus, Arcadia, Augustanica. Apud PRAEFECTVM *Aegypti* possum seruum manumittere, ex constitutione D. Augusti: *l. 21. D. de manum. vindict.* PRAEFECTVS *Aegypti* non prius deponit praefecturam et imperium, quam Alexandriam ingressus sit successor eius: *l. 1. D. de offic. praefect. Augustal.* PRAEFECTVS *Aegypti* reipublicae caussa abest: *l. 30. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* Seuerus lege Cornelia de falsis, damnauit PRAEFECTVM *Aegypti*, quod instrumentis suis, quum praeerat prouinciae, falsum fecit: *l. 1. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fals.* A PRAEFECTO *Aegypti* perpetuo cautiones agere prohibitus: *l. 1. C. de postuland.* Fit et huius PRAEFECTI mentio apud Sueton. *in Vespasian. Cap. VI.* et Tacit. *Lib. I. Histor. Cap. 11.* et Strabon. *Geograph. Lib. XVII. p. 1147. edit. nou.* ¶. 2. PRAEFECTVS *aerarii*, qui aerarii publici curam gerebat. Curam enim aerarii a Quaestoribus esse ad PRAEFECTVM tandem translatam, Gellius *Lib. XIII. Cap. 23.* auctor est, quod Neronianis temporibus factum significat Tacitus *Lib. XIII. Annal. Cap. 29.* quum ait: *dein princeps curam tabularum publicarum a quaestoribus ad* PRAEFECTOS *transtulit.* Nam in templo Saturni non minus tabularium quam aerarium populi Romani Plutarchus *in Quaestion. Roman. p. 275. Tom. II.* tradit. Tribus edictis a PRAEFECTO *aerarii*, delator adesse iussus: *l. 15. §. 4. D. de iur. fisc.* Si quis arguetur falsas rationes ad aerarium detulisse, de eo PRAEFECTVS *aerarii* cognoscat: *l. 15. §. vlt. D. eod. tit.* Fit et Arriani Seueri PRAEFECTI *aerarii* mentio, *l. 42. D. eod. tit.* Alias semper PRAEFECTI aerarii numero multitudinis dicuntur. D. Marcus heredis, cuius nomen peracto testamento testator induxerat, caussam ad PRAEFECTOS aerarii misit: *l. 12. D. de his, quae vt indign.* Si non certioratis PRAEFECTIS aerario bona fuerunt libertatis conseruandae caussa addicta: *l. 4. §. 20. D. de fideicommiss. libertat.* Duos etiam fuisse *aerarii* PRAEFECTOS, Plinius indicat, qui se huiusmodi praefecturam cum Tertullo Cornuto, quem et collegam in consulatu habuit, gessisse se testatur, *Lib. V. Epist. 15. et in Panegyr. Cap. XCII.*

¶. 3. PRAEFECTVS *annonae*, non est magistratus, sed extra ordinem vtilitatis caussa constitutus est: *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* Vlpianus PRAEFECTVM propter ministerium annonae, vocat in *l. 1. §. 18. D. de exercitor. action.* Apud PRAEFECTVM *annonae* actam caussam contra dominum pro pretio hordei, et ab eo ad imperatorem prouocatum, indicat *l. vlt. D. quod cum eo, qui in alien. potest.* Mulierem propter publicam vtilitatem ad annonam pertinentem audiri a PRAEFECTO *annonae* deferentem, Diuus Seuerus et Antoninus rescripserunt: *l. 13. D. de accusat.* Vbi videndum, ne pro *Seuero, Verus* restituendus sit. Aut enim Marcianum, aut Papirium Iustum falli in Imperatorum nomine, necesse est, qui Imperatores Antoninum et Verum Augustos in haec verba rescripsisse refert: *Etsi non soleant hoc genus nuntiationis mulieres exercere, tamen quia demonstraturam te, quae ad vtilitatem annonae pertinent, polliceris,* PRAEFECTVM *annonae* docere potes: *l. vlt. D. ad leg. Iul. de annon. Publio Minutio* PRAEFECTO *annonae extra portam trigeminam columnam vnciaria stipe, collata stipe positam*, Plinius *Lib. XXXIV. Histor. natural. cap. 5.* narrat. Ad huius autem officium posterioribus temporibus pertinuisse, vt annona vrbi praepararetur, et vbique panis copia redundaret, pondereque iusto ac munditie debita panis veniret, Cassiodor. *Lib. VI. Variar. in formula praefecturae annonariae* docet: ideoque eius examini pistores et suarios subiectos fuisse, quemadmodum etiam ex *l. 3. l. 12. et l. 15. C. Theod. de pistorib.* patet. Tesseras etiam frumentarias ab eo acceptas fuisse, ostendit *Nouell. LXXXVIII. Cap. 2.* Τινὰς παραγγέλλοντας τοῖς χορηγοῦσι τὸ δημόσιον σιτηρέσιον, ἢ καὶ ψήφους ποριζομένους παρὰ τοῦ τῶν ἀννώνων ὑπάρχου, βουλομένους ἀναρτηθῆναι τὴν χορηγίαν, καὶ τὸν ἐντεῦθεν μόνον, ὡς εἰκὸς, τρεφόμενον ἀποστερῆσαι τῆς χορηγίας. quae sic vertit V. C. Hombergk zu Vach. *p. 615. Aliqui denunciando illis, qui publicam annonam praebent, vel etiam decreta* (vel tesseras) *a* PRAEFECTO *annonarum accipiendo, velint erogationem suspendi, eumque, qui exinde solum forte alitur, erogatione priuare, ex qua ille omnem victum accipit.* ¶. 4.

PRAE-

PRAEFECTVS *cohortis* vel *equitum*, *l. 63. D. de rit. nuptiar.* ¶. 5. [PRAEFECTVS *pagi*, *l. 7. C. quae res pignor. oblig.* non *pacis*, vt habet *l. 1. C. Theod. de pignor. Lib. II. tit. 30.* quae una cum *l. 49. in fin. C. Th. de decurion.* ex Iustinianeo Codice emendanda est, vti notat Gothofredus. Iidem cum hoc *praefecto* sunt *pagorum praepositi*, vt vocantur in *l. 1. C. Th. de erogat. militar. annon. Lib. VII. tit. 3* vbi procuratoribus seu susceptoribus et horreorum praepositis, io *l. 49. de decurion.* autem susceptoribus etiam diuersarum specierum iunguntur. De iisdem etiam *l. 1. C. Theod. de iis, quae administr. Lib. VIII. tit. 15. l. 2. C. de susceptor. Lib. X. tit. 70.* quae est *l. 8. C. Theod. eod. tit. Lib. XII. tit. 6.* Quod ad munus eorum et officium attinet, Iac. Gothofredus inter cetera annonae militaris exigendae, suscipiendae, et vicissim erogandae curam eos praestitisse, tradit in *Comment. ad l. 1. C. Theod. de erogat. militar. annon.* Add. supra verb. PAGI.] ¶. 6. PRAEFECTVS *praetorio*. PRAEFECTI *praetorio* ad similitudinem magistrorum equitum a principibus electi sunt, data est plena licentia, ad disciplinae publicae emendationem: *l. 1. D. de offic. praefect. praetor.* Magistrorum equitum, qui dictatoribus iungebantur, officium fere tale erar, quale hodie PRAEFECTORVM *praetorio*, ait Pomponius, *l. 2. §. 19. D. de orig. iur.* Ac primum ex equestri ordine legebantur, *primusque ex ordine senatorio Titus eam praefecturam suscepit, numquam ad id tempus, nisi ab equite Romano administratam*, vt Sueton. *in Tito Cap. 6.* scribit. PRAEFECTOS *praetorio* auditorium habuisse testimonio est *l. 40. D. de reb. credit.* io qua Paullus proponit in auditorio Aemilii Papiniani PRAEFECTI *praetorio* iurisconsulti cautionem. PRAEFECTI etiam *praetorio* ex sua sententia in integrum possunt restituere, quamuis adpellari ab his non possit: *l. 17. D. de minorib.* Adpellari a PRAEFECTIS *praetorio* non posse, item a sententia eorum, minores aetate, ab aliis magistratibus, nisi ab ipsis PRAEFECTIS *praetorio* restitui possent, tradit Arcadius, *l. 1. D. de offic. praef. praetor.* PRAEFECTIS *praetorii* suasi, ait Pomponius, *l. 3. §. 3. D. de vsur.* Titius crimen intendit quasi iniuriam passus, atque in eam rem testationem apud PRAEFECTVM *praetorio* recitauit. PRAEFECTVS nullam iniuriam Lucium Tirium passum esse a Seio pronunciauit: *l. 21. D. de his, qui not. infam.* PRAEFECTORVM autem *praetorio* auctoritatem potestatemque Zosimus *Lib. II. Cap. 32.* ita perstringit: Συνετάραξε δὲ, de Constantinu verba facit, τὰς πάλαι καθεσαμένας ἀρχάς· δύο γὰρ τῆς αὐλῆς ὄντων ὑπάρχων, καὶ τὴν ἀρχὴν κοινῇ μεταχειριζομένων, ὐ μόνον τὰ περὶ τὴν αὐλὴν τάγματα τῇ τύτων ᾠκονομεῖτο φροντίδι καὶ ἐξυσίᾳ, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὰ ἐπιτετραμμένα τὴν τῆς πόλεως φυλακὴν, καὶ τὰ ταῖς ἐσχατιαῖς ἐγκαθήμενα πάσαις· ἡ γὰρ τῶν ὑπάρχων ἀρχὴ δευτέρα μετὰ τὰ σκῆπτρα νομιζομένη, καὶ τῶν σιτήσεων ἐποιεῖτο τὰς ἐπιδόσεις καὶ παρὰ τὴν στρατιωτικὴν ἐπιστήμην ἁμαρτανόμενα ταῖς καθηκύσαις ἐπανώρθυ κολάσεσι. *Conturbauit et magistratuum officia, iam olim instituta. Nam quum duo essent* PRAEFECTI *praetorio, qui hoc officium communiter gerebant, non palatini tantum ordines eorum cura potestateque gubernabantur, sed etiam ii, quibus vrbis erat commissa custodia, et quotquot in omnibus limitibus erant collocati. Hic enim praefectorum praetorio magistratus, qui post Imperatorem secundus existimabatur, et annonas erogabat, et contra militarem disciplinam admissa conuenientibus poenis corrigebat.* Ante Zosimum vero etiam Herodianus *Lib. V. Cap. 1.* PRAEFECTVRAM *praetorianam* secundae post principem potestatis esse scripserat. Hoc enim sibi vult Opilius Macrinus in suis ad senatum litteris, quum ait: τὸ πρᾷον τῆς διοικηθείσης πρότερον πράξεως, ὐ πολὺ τῆς ἐξυσίας καὶ δυνάμεως βασιλικῆς ἀποδεύσης, (ὅπυ γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐπάρχυσι τῶν στρατοπέδων πεπίστευται) περιττὸν νομίζω μακρηγορεῖν. *Quae mansuetudo in ea potestate explicata, quae non multum obest a principatu, (siquidem ipse quoque imperator fidei se cohortis PRAEFECTI credit,) superuacuum esse arbitror multis explicare.* Quorum verborum sententia Latinum interpretem latuit, qui non vidit, de *praefectura* praeroriana haec accipienda esse. Macrinum enim, ex cuius epistola haec verba sumta funr, ante Antonini caedem PRAEFECTVM *praetorio* fuisse, et ex praefecto praerorio Imperatorem a militibus factum constat. Aorel. Victor. *de Caesarib. p. 145.* Dehinc *Opilius Macrinus, qui* PRAEFECTVS *praetorio erat, cum filio Diadumeno facti imperatores.* Etenim et idem ipse Herodisnus Opilium Macrinum sub Commodo praefecturam praetorio cum Audentio gessisse, significat *Lib. IV. Cap. 12.* his verbis: ἦσαν δὲ αὐτῷ (Antonino scilicet) ἐπάρχοντες τῦ στρατοπέδυ δύο Ἄυδεντος καὶ Μακρῖνος. *Erant autem illi praefecti praetorio duo, Audentius et Macrinus.* Denique et Socrates *Histor. Ecclesiast. II, 11.* praefecturam praetorianam vocat: μείζονα ἄλλων τῶν ἀρχόντων ἐξυσίαν, δευτέραν δὲ μετὰ βασιλέα, *maiorem ceteris magistratibus potestatem, et ab imperatore secundam.* Hinc vocabatur *sublimissima sedes*, *l. 16. C. de iudic. l. 27. C. de fideiussor. Nou. CLXV. rubr.* ipsique PRAEFECTI *praetorio* ἐνδοξότατοι seu *gloriosi*, vti ostendimus in *Commentar. ad Leg. Iul. et Pap. Poppaeam Lib. II. Cap. 2. §. 2. p. 143.* HEIN. PRAEFECTI autem *praetorio* non vno eodemque semper numero foerunt. Ante Constantini quidem tempora duos tantum fuisse fatis constat. Quamquam sub Comoiodo rres quoque *praefectos praetorio* casu potius quam more arque ordine factos, Lamprid. *in Commod. Cap. VI.* scribit in hunc modum: *Praefectus etiam Ebutianus inter hos est interemtus, in cuius locum ipse Cleander, cum aliis duobus, quos ipse delegerat, Praefectus est factus. Tuncque primum tres* PRAEFECTI PRAETORII *fuerunt.* Sane Constantinum Praefectorum numerum auxisse, eisque alios duos adiecisse, Zosimus eius factum improbans *Lib. II. Cap. 33.* refert his verbis: Κωνσαντῖνος δὲ τὰ καλῶς καθεσῶτα κινῶν, μίαν ὖσαν ἐς τέσσαρας διεῖλεν ἀρχάς· ὑπάρχῳ γὰρ ἑνὶ τὴν Ἄιγυπτον ἅπασαν πρὸς τῇ Πενταπόλει Λιβύης, καὶ τὴν ἑώαν ἄχρι Μεσοποταμίας, καὶ προσέτι γε Κίλικας, καὶ Καππάδοκας, καὶ Ἀρμενίυς, καὶ τὴν παράλιον ἅπασαν ἀπὸ Παμφυλίας ἄχρι Τραπεζῦντος, καὶ τῶν παρὰ τὸν Φάσιν φρυρίων, παρέδωκε τῷ αὐτῷ καὶ Θρᾴκην ἐπιτρέψας Μυσίαν τε μέχρις Ἄιμυ καὶ Ῥοδόπης καὶ μέχρι Δοβήρυ πόλεως ὁριζομένην Καὶ Κύπρον μέντοι, καὶ τὰς Κυκλάδας νήσυς, δίχα Λήμνυ καὶ Ἴμβρυ καὶ

PRAE.

Σαμοθρᾴκης· ἑτέρῳ δὲ Μακεδόνας, καὶ Θεσσαλὸς, καὶ Κρῆτας, καὶ τὴν Ἑλλάδα, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἀμφοτέρας Ἠπείρους, καὶ πρὸς ταύταις Ἰλλυριοὺς, καὶ Δάκας, καὶ Τριβαλλοὺς, καὶ τοὺς ἄχρι τῆς Βαλερίας Παίωνας, καὶ ἐπὶ τούτοις τὴν ἄνω Μυσίαν· τῷ δὲ τρίτῳ τὴν Ἰταλίαν ἅπασαν, καὶ Σικελίαν, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους, καὶ ἔτιγε Σαρδόνα, καὶ Κύρνον, καὶ τὴν ἀπὸ Σύρτεων Κυρήνης ἄχρι Λιβύην· τῷ δὲ τετάρτῳ τοὺς ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις Κελτούς τε καὶ Ἴβηρας πρὸς τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ· *Constantinus autem recte constituta loco mouens, vnum hunc magistratum in quatuor imperia discerpsit. Nam vni* PRAEFECTO *praetorio totam Aegyptum cum Libyae Pentapoli, et orientem ad Mesopotamiam vsque, et praeterea Cilices, Cappadoces, Armenios, oramque maritimam totam, a Pamphylia Trapezuntem vsque, et vsque ad castella propter Phasidem sita tradidit: eidem et Thracia commissa, et Mysia, Haemi, ac Rhodopes, ac Doberi oppidi finibus circumscripta. Praeterea Cyprum adiecit, et Cyclades insulas; Lemno et Imbro et Samothracia exceptis. Alteri Macedones attribuit, et Thessalos et Cretenses et Graeciam et circumiacentes insulas, et Epirum vtramque; praeter has et Illyrios et Dacas et Triballos, et Pannonios ad Valeriam vsque, et Mysiam superiorem. Tertio totam Italiam et Siciliam et circumiacentes insulas, et Sardiniam et Corsicam et Africam a Syrtibus Cyrenen vsque. Quarto transalpinos Celtas, et Hispanos cum insula Britannica commisit. Notitia* quoque *dignitatum vtriusque Imperii* Mariani Scoti *p. 8.* edit. Pancirol. quatuor nobis PRAEFECTOS *praetorio* exhibet, quorum duo in partibus Orientis constituti erant: videlicet PRAEFECTVS *praetorio* per *Orientem*, et PRAEFECTVS *praetorio* per *Illyricum*. Totidem in partibus occidentis, videlicet PRAEFECTVS *praetorio* per *Italiam*, et PRAEFECTVS *praetorio* per *Gallias*. Sub dispositione PRAEFECTI *praetorio Orientis* erant dioeceses quinque: Oriens, Aegyptus, Asiana, Pontica, Thracia. Oriens autem prouincias continebat V. Aegytus VI. Asiana X Pontica X. Thracia VI. Sub dispositione vero PRAEFECTI *praetorio* per Illyricum erant dioeceses duae: Macedonia, et Dacia, quarum haec prouincias V illa VI. complectebatur. Sub dispositione PRAEFCETI *praetorio* Italiae erant dioeceses tres; Italia, Illyricum, Africa. Prior prouinciis XVII. circumscribebatur, altera XVI. posterior VII. Sub dispositione PRAEFECTI *praetorio* Galliarum erant dioeceses duae; Hispania et Britannia. Illa VII haec V. prouinciis concludebatur. Iustinianus vero debellatis et exactis Vandalis Africam a praetoriana Italia praefectura exemit, eique propriam praefecturam dedit: *l. 1. l. 2 C. de offic. praefect praetor. Afric.* Ita additus est quatuor superioribus quintus, PRAEFECTVS *praetorio Africae*, eique subditae sunt septem prouinciae; Tingitana, Carthago, Tripolis, Numidia, Mauritania, Sardinia, Bizicum. Sic enim postrema haec prouincia scribenda est, quum ex vetustis codicibus, tum ex *Notitia dignitatum*. In qua tamen vno in loco Byzantium perperam legitur, quem errorem etiam euincit *l. 2. C. de offic. praef. praet. Afric* Vbi prouincia haec *Byzacena*, non *Byzantina* adpellatur. Et Plin. *Lib. IV. natural Hist. cap. 4.* qui Byzacium in Africae regiunibus numerat. De PRAEFECTI *praetorio* potestate sub Theodorico, vid. Cassiodor. *Lib. VI. Variar. Epist. 3.* ei *adsurgi* solitum a principibus idem indicat *Lib. III. Epist. 20.* PRAEFECTVM *praetorio* ὕπαρχον τῆς αὐλῆς vocat Procop *de bello Persic. Lib. I.* non semel. [Sed de PRAEFECTI *praetorio* munere, auctoritate, dignitate, insignibus, fuse et diligenter egit Petr. Faber *Lib. I. Semestr. Cap. 1. 2. et 3.*] Immo et Philipp Berterius Πιθανῶν *Diatrib. 1.* apud Euer Otton *in Thesaur. iur. ciu. Tom. IV. p. 801.* Ceterum a PRAEFECTO *praetorio* diuersus fuit PRAEFECTVS *praetorianorum*, qui praeerat militibus praetorianis, summoque olim honore habitus est. Est hic, qui postea *Comes Aulicorum*, *cura palatii*, et tandem sub Iustiniano *Curopalates* vocatus est Euagr. *Histor. Ecclesiast. V, 1.* Add. Car. du Fresne *Glossar. Latin. Tom. II p 1239. edit. nou.* HEIN.

¶ 7. PRAEFECTVS *Vigilum* non est magistratus, sed vtilitatis caussa extra ordinem constitutus: *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* Augustus septem cohortes vigilum oportunis locis constituit, vt binas regiones vrbis vnaquaeque cohors tueretur praepositis eis tribunis, et super omnes spectabili viro, qui PRAEFECTVS vigilum adpellatur: *l. 3. princ. D de offic. praef. vigil.* Cognoscit PRAEFECTVS vigilum de incendiariis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus: nisi si qua tam atrox, tamque famosa persona sit, vt praefecto vrbi remittatur: *l 3. §. 1. D. eod. tit.* Vetus Glossar. PRAEFECTI *Vigilum, sunt praefecti nocturni, qui excubias agebant, praesunt incendiis arcendis.* Iustinianus *Nouell. XIII. praefat.* τοὺς λαμπροτάτους τῆς ἀγρυπνίας ἄρχοντας, *clarissimos vigilum praefectos*, patria Romana lingua PRAEFECTOS *vigilum* adpellari, Graeca vero lingua, ἐπάρχους τῶν νυκτῶν, *praefectos noctium*, quam adpellationem, vt parum decoram, abolens Iustinianus πραίτωρας δήμων, *praetores plebis* nominari constituit, ἐπὶ τῇ φυλακῇ τε καὶ εὐταξίᾳ τεταγμένους, καὶ τὴν δημώδη καθιστᾶν ἰσχύοντας ἀταξίαν· *quia ad custodiam et disciplinam constituti sunt, popularesque seditiones cohibere possunt.* Qui furem deducit ad PRAEFECTVM *vigilibus*: *l. 56. § 1. D. de furt.* Attius seruum tradidit PRAEFECTO *vigilum*, quasi in facinore deprehensum. PRAEFECTVS *vigilum* eum summo supplicio adfecit: *l. 15. D. de condict. causs. dat.* Atqoi in ea non *vigilum*; sed *vrbis* PRAEFECTVM legi oportere, censet Gerard. Noodt *Probabil. Lib. II. Cap. 5.* Sed fures effractoresque nocturnos a PRAEFECTO *vigilum* coercitos esse satis constat, adeoque emendatione non est opus. Corn. van Bynkersh. *Lib. II. Obseru. Cap. 8.* HEIN *Annei Sereni* PRAEFECTI Neronis *vigilum* meminit Plin. *Lib. XXII Hist. natur. cap. 23.*

¶. 8. PRAEFECTVS *vrbis*, vel *vrbi*, sic enim promiscue vocatur. Quoties magistratus proficiscuntur, vnus relinquitur, qui ius dicat, is vocatur PRAEFECTVS *vrbi*, qui praefectus olim constituebatur, postea fere Latinarum feriarum caussa introductus est, et quotannis obseruatur: *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* Caussam ergo huic magistratui creando ferias Latinas dedisse, Pomponius ait. Vnde et PRAEFECTVM vrbi, πολίαρχον ἐν ταῖς ἀνοχαῖς, *praefectum vrbi feriarum*, (Latinarum scilicet.) *caussa* Dio Cass. *Lib. XLIII. p. 238.* vocat, quem locum male habuit interpres, *aedilem feriis constitutum*

tum vertens. Valef. *ad Excerpt. Peirefc. p.72.* HEIN. Sueton. *Claud. Cap. III.* ex Epiftola Augufti ad Liuiam: *In Albanum montem ire eum* (de Claudio loquitur) *non placet nobis aut effe Romae Latinarum diebus. Cur enim non praeficitur vrbi, fi poteft fratrem fuum fequi in montem?* Gell. *Lib. XIV. Cap vlt.* PRAEFECTVM *vrbi Latinarum cauffa relictum Senatum habere poffe Mutius negat.* Magiftratum fuum certe ipfis Latinarum feriarum diebus inibant, aufpicabanturque. Sueton. *Neron. Cap. VII. Aufpicatus eft, et iurisdictionem* PRAEFECTI *vrbis atque Latinarum celeberrimis patronis, non translatitias, vt adfolet, fed maximas plurimasque poftulationes certatim ingerentibus, quamuis interdictum a Claudio effet.* Tacit. *Lib. IV. Annal. Cap. 36. Poftulandis reis tam continuus annus fuit, vt feriarum Latinarum diebus* PRAEFECTVM *vrbis Drufum aufpicandi gratia tribunal ingreffum adierit, Calpurnius Saluianus in Sextum Marium.* Contrariis autem populi ftudiis ac partibus effectum, vt fine hoc magiftratu respublica anni vnius fpatio fuerit. Dio *Lib. LIV. p. 525.* ταραχῆς δέ τινος περὶ τὴν τοῦ πολιάρχου τοῦ διὰ τὰς ἀνοχὰς αἱρουμένου χειροτονίαν συμβάσης, οὐκ ἐπεκράτησεν αὐτῆς, ἀλλὰ ἄνευ τῆς ἀρχῆς ταύτης τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον διεγένοντο. *Tumultum autem, qui propter* PRAEFECTVM *vrbis feriarum cauffa conftituendum exftiterat, quum componere non potuiffet, annus ille fine hoc magiftratu transactus eft.* Dein Auguftum lege lata fanxiffe, vt quotannis PRAEFECTVS vnus *vrbi* crearetur, ibidem *p. 532.* fubiicit: διενομοθέτει δὲ, inquiens, τὸν πολίαρχον τὸν ἐς τὰς ἀνοχὰς καθιστάμενον ἕνα ἀεὶ αἱρεῖσθαι· *conftituit, vt vnus femper praefectus vrbi feriarum cauffa conftitueretur.* Ea cauffa eft, cur PRAEFECTVRAM *vrbis* inter officia ab Augufto excogitata numerauit Tranquill. *in Auguft. cap. XXXVII.* Nam Augufto vetuftiorem antiquioremque fuiffe hunc magiftratum, non eft ignotum, et vel vnius Varronis teftimonio fatis liquet ex eius epiftolicis quaeftionibus. Gell. *Lib. XIV. Cap. 7.* locum laudat, quo inter ceteros, per quos more maiorum Senatus haberi poterat, PRAEFECTVM vrbi ponit. Ab Augufto vtique lectos ad id munus ex equeftri ordine, atque adeo impuberes, Dio *Lib. XLIX. p. 416.* narrat. Ait enim: ἐν δὲ ταῖς ἀνοχαῖς, αἱρετοὶ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος πολίαρχοι, παῖδες ἄνηβοι, ἐξ ἱππέων, ἀλλ' οὐκ ἐκ βουλευτῶν γεγονότες, ἦρξαν. *Feriarum cauffa autem PRAEFECTI vrbi a Caefare conftituti funt pueri impuberes, equeftri non fenatorio genere nati.* Facta eft autem PRAEFECTI vrbis iurisdictio et poteftas Diuorum fratrum conftitutionibus, tum maxime epiftola Seueri et Commodi ad Fabium Cilonem, cuius fit mentio in *l. 1. D. de offic. praef. vrb. l. 6. §. 1. D. de interd. et relegat. l. 1. §. 4. D. de legat. III.* Eoque perducta demum res eft, vt omnia crimina fibi PRAEFECTVS *vrbi* vindicaret. Sub difpofitione vero PRAEFECTI *vrbis* Romae labentis imperii temporibus erant Praefecti annonae et vigilum, comites riparum, et aluei Tiberis et cloacarum et portuum, Magifter cenfus, Rationalis vinorum, Tribunus fori fuarii, confularis aquarum, curatores operum, maximorum operum publicorum, ftatuarum, horreorum, centenarius portus, vt in Notitia traditur. Iuuat hic quaedam fymbolae loco addere. PRAEFECTVRA *vrbana* ab Augufto non quidem primum inftituta, (nam et fub regibus, et libera republica abfentibus magiftratibus PRAEFECTOS *vrbi* creatos, nouimus *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* Tacit. *Annal. Lib. VI. Cap. 11.* Dionyf. Halicarnaff. *II, p. 85.* Liu. *Lib. III. Cap. 29.*) fed in perpetuum et ordinarium magiftratum mutata, vt effet, qui coerceret feruitia, et quod ciuium audacia turbidum, nifi vim metueret. Tacit. *ibid.* Poftea ampliffima eius in vrbe poteftas, imperium merum, et vrbis vniuerfae cura, ceu patet ex *tit. D. de offic. praefect. vrbi.* Appellationes omnium dignitatum poteftatumque addidit Florianus Imp. Vopifc. *Florian. Cap. VI. l. 17. C. de adpellat.* quamuis ab ipfo PRAEFECTO *vrbi* ad principem adpellaretur, *l. 38. princ. D. de minorib. l. 23. C. Theod. de adpellat.* Parem quoque *vrbanae* ac *praetorianae praefecturae* fuiffe dignitatem, quin primum ei in Senatu locum competiiffe, docuit Phil. Berter. *Pithanôn Diatrib. I. Cap. 3. p. 818.* Hinc Aufonius *in Mofella v. 409.*

Quique caput rerum, populumque, patresque,
Tantum non primo rexit fub nomine.

Edictorum ab illis propofitorum exempla funt apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXVII. Cap. 9. et Lib. XXVIII. Cap. 4.* in primis vero apud Gruter. Infcript. *p. 747. 6. 7.* vbi bina Turcii Aproniani Praefecti vrbi edicta integra fuperfunt. HEIN. Iudicem dare poffunt, quibus id more conceffum eft propter vim imperii, ficut PRAEFECTVS *vrbi* iudicem dederit, vel praetorio, ipfe erit prouocandus, qui eum dederit iudicem: *l. 1. D. quis a quo adpell.* A PRAEFECTO *vrbis* dati tutores: *l. 45. §. 3. D. de excufation.* Si filius matrem aut patrem, quos venerari oportet, contumeliis adficit, vel impias manus ei infert, PRAEFECTVS *vrbis* ad publicam pietatem pertinens pro modo eius vindicat: *l. 1. D. de obfequ. parent.* Si quis dicat fe fuis numis emtum, poteft confiftere cum domino fuo: Romae quidem apud PRAEFECTVM *vrbi*: *l. 5. D. de manumiff.* Si quis inftrumenta fua prodita effe dicat, etiam huius rei exfequutio PRAEFECTO *vrbis* a diuis fratribus data eft: *l. 8. D. de extraord. crimin.* Pegafus temporibus Vefpafiani PRAEFECTVS *vrbi* fuit: *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* PRAEFECTI vtique nomine in *l. 2. D. de in ius vocand.* PRAEFECTVS *vrbi* accipiendus eft.

PRAEFERRE, anteferre. Pupillus legatum PRAETVLIT: *l. 26. D. de liberat. legat.* id eft, elegit, feu maluit habere. [Non fratrem folum heredem PRAETVLIT fubftitutis, fed et eius liberos: *l. 85. in fin. D. de hered. inftit.*] In popularibus actionibus is, cuius intereft, PRAEFERTVR: *l. 3. D. de popular. action.* PRAEFERRI etiam dicitur creditor, qui ex bonis communis debitoris primus id, quod fibi debetur, aufert. Refpublica creditrix communibus chirographariis creditoribus PRAEFERTVR: *l. 38. §. vlt. D. de reb. auctor. iudic.* PRAEFERRI rempublicam fifco debere: *l. 8. D. qui potior. in pignor.* Tertius creditor fecundo PRAEFERENDVS eft: *l. 12. §. 8. D. eod. tit.* An Seia fit PRAEFERENDA fifco, et in illis rebus, quas Titius tempore obligationis habuit: *l. vlt. D. qui potior. in pign.* ¶. 2. PRAELATO die, *l. 1. §. 2. D.*

2. *D. de edendo. l. 28. D. ad leg. Cornel. de falſ.* id eſt, antelato, ſeu repetito, vt loquitur *l. 3. D. de fide inſtrument.* [Cuiac. *Lib. III. Obſeru. Cap.* 7. *praeferre diem*, anteuertere et anticipare interpretatur. Sic enim et apud Liuium *Lib. XXXIX. Triumphare menſe Ianuario ſtatuerat, ſed* PRAETVLIT *Triumphi diem.*]

PRAEFICERE, eſt rei cuilibet, ſeu muneri praeponere. Irenarchae, qui diſciplinae publicae et corrigendis moribus PRAEFICIVNTVR: *l. vlt. §. 7. D. de muner. et honor.* Stichum tam rei ruſticae, quam rationibus fundi PRAEFICIT teſtator: *l. 31. D. de aliment. legat.* PRAEFICI *vrbi*, apud Soeton. *Claud. Cap. III.*

PRAEFINIRE, id eſt, praeſcribere, praeſtituere, conſtituere. Si dies non ſit ab his, qui legauerunt, PRAEFINITVS: *l. 17. §. vlt. D. quando dies vſusfr.* Poſtquam dies periculo PRAEFINITVS exactus fuerit: *l. 6. D. de nautic. foen.* id eſt, praeſtitutus, vt *ibid.* Ante PRAEFINITVM diem: *l. 10. D. de excuſat.* Vltra diem de praeſtando PRAEFINITVM: *l. 4. princ. D. de peric. et commod. rei vend.* Intra numerum PRAEFINITVM: *l. 1. D. de decret. ab ord. fac.* Per octo annos PRAEFINITAM quantitatem dedit: *l. vlt. D. de condict. indebit.* Quinquennium ad inchoandam retractationem PRAEFINITVM: *l. 2. §. 3. D. de colluſ. deteg.* Summae quibus modis generaliter PRAEFINIRI non poteſt: *l. 5. D. de adminiſtr. et peric. tut.* Edictum praetoris, quo PRAEFINIT tempus, intra quod adeatur hereditas: *l. 23. Inſtit. de heredib. inſtit.* Non PRAEFINITVR certum tempus in ea ſtipulatione: *l. 29. §. vlt. D. de euiction.* Priusquam filius PRAEFINITVM tempus aetatis impleret: *l. 46. D. ad SC. Trebell.* Tempus ſexaginta dierum PRAEFINITVR redhibitioni: *l. 31. §. 22. D. de aedilit. edict.* Intra tempus a praeſide PRAEFINITVM: *l. 18. D. de accuſation.* Intra tempus a praetore PRAEFINITVM: *l. 6. D. de option. legat.* Si tredecim ſoluta intra tempus PRAEFINITVM non eſſent: *l. 47. D. de pact.* Quum duo amplius tempore ſeruitutibus PRAEFINITO aquam duxiſſent: *l. 5. §. vlt. D. de aqua quotid.* Prouocationis tempore PRAEFINITO: *l. 8. D. de adpellation.* Siue PRAEFINITO tempore in metallum dato imperitia dantis, decennii tempora PRAEFINITA videntur: *l. 23. D. de poen.* Si necdum tempora PRAEFINITA exceſſerint: *l. 3. C. de in integr. reſtit.* Conueniſſe de non expellendo colono intra tempora PRAEFINITA: *l. 54. §. 1 D. locat.* Intra tempora vacatione PRAEFINITA: *l. 8. D. de legation.*

PRAEFINITIO, praeſtitutio, determinatio. Si cum PRAEFINITIONE annorum legatum fuerit: *l. 20. D. quand. dies legator.* Centum dierum PRAEFINITIONE non excluderis: *l. 1. C. de ſuis et legit.* Quum ſine PRAEFINITIONE temporis legatum ita datum fuerit: *l. 19. D. quand. dies legator.*

[PRAEGNANS, grauidus. Liberam, quae PRAEGNANS vltimo ſupplicio damnata eſt, liberum parere, et ſolitum eſſe ſeruari eam, dum partum ederet: *l. 18. D. de ſtat. homin.* Si paterfamilias mortuus eſſet, relicto vno filio et vxore PRAEGNANTE: *l. 28. D. de iudic.* Negat lex Regia, mulierem, quae PRAEGNANS mortua ſit, humari, antequam partus ei excidatur: *l. 2. D. de mort. inferend.* Si vxore PRAEGNANTE deceſſerit fideicommiſſarius: *l. 20. D. ad SC. Trebell.* PRAEGNANS mulier: *l. 1. princ. et ſequentibus §§. D. de inſpic. ventre.*]

PRAEGRAVARE, id eſt, praeponderare, praeualere. Si nulla cauſſa PRAEGRAVET, id eſt, ſi omnia nomina ſimilia fuerint, *l. 5. D. de ſolution.* Sueton. *in Iul. Cap. LXVIII.* PRAEGRAVANT *tamen cetera facta, dictaque deridet.*

¶. 2. PRAEGRAVARE, onerare. Non oportet ex ſententia, ſiue iuſta, ſiue iniuſta pro alio habita alium PRAEGRAVARI *l. 21. D. de his, qui not. infam.* id eſt, onerari, vt *l. 2. §. 1. D. de procurator.* Si vnius pars PRAEGRAVARI videbitur: *§. 20. Inſtit. de actionib.*

PRAEIVDICARE, eſt praeiudicium facere. Res inter alios actas abſenti non PRAEIVDICARE: *l. vlt. C. quib. res iudic.* Res inter alios iudicatas aliis non PRAEIVDICARE: *l. 63. D. de re indic.* Ne publicae cauſſae PRAEIVDICETVR: *l. 35. D. de iur. fiſc.* Vt non conditioni eius, qui ſe filium eſſe contendat, PRAEIVDICETVR: *l. 3. §. 11. D. de Carbon. edict.* Actio ciuilis criminali non PRAEIVDICARE: *rubr. C. quando ciuil. act. crim. non praeiudic.* Dominio tuo nihil PRAEIVDICAVIT: *l. 4. C. de iis, qui a non domin.* Priuato iudicio legi Corneliae PRAEIVDICARE: *l. 7. D. de iniur.* Non debet publico iudicio priuata actione PRAEIVDICARI: *l. 2. §. 1. D. vi bonor. raptor.* ſtatui ingenuae PRAEIVDICARI: *l. vlt. C. de ingen. manumiſſ.* Quae inuito te acta ſunt, tibi non PRAEIVDICANT: *l. 27. D. de procurat.*

PRAEIVDICIALIS, E, quod praeiudicium continet. PRAEIVDICIALES actiones in rem eſſe videntur, quales ſunt per quas quaeritur, an aliquis liber, an libertus ſit. *§. 13. Inſt. de action.* ¶. 2. PRAEIVDICIALIS mulcta in *l. 50. et l. 65. C. Th. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* et apud Symmach. *Lib. X. Epiſt. 51.* dicitur, quae irrogatur ei, qui ante ſententiam aduerſus ſe latam, adeoque a futuro grauamine, adpellat. Addat. Cuiac. *Lib. XII. Obſeru. Cap. 6.* HEIN.

PRAEIVDICIVM, dicitur, quidquid prius iudicatum ſequentibus iudiciis exemplum aliquod adlaturum eſt. Aſcon. *in Diuinat. Cicer. cap. IV.* ad haec verba: *de quo non* PRAEIVDICIVM, *ſed plane iudicium factum eſt.* PRAEIVDICIVM, inquit, *dicitur res, quae quum ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum, quod ſequantur. Iudicium autem res, quae cauſſam litemque determinat.* Quinctilianus PRAEIVDICIA ponit inter *probationes, quas extra dicendi rationem accipit orator, eorumque vim omnem ſeruari vel in rebus, quae aliquando ex paribus cauſſis ſunt iudicatae, quae exempla rectius dicuntur, vel in iudiciis ad ipſam cauſſam pertinentibus, vnde etiam nomen ductum eſt. Vel quum de eadem cauſſa pronunciatum eſt, confirmari-*

marique praecipue duobus, auctoritate eorum, qui pronunciauerunt, et similitudine earum, de quibus quaeritur. Vide plura apud eumdem auctorem, *Lib. V. Instit. orat. cap. 1. et 2.* Ita rei maioris pecuniae PRAEIVDICIVM fieri videtur, quum ea quaestio in iudicium deducitur, quae vel tota vel ex aliqua parte communis est quaestioni de re maiori: *l. 21. D. de exception.* ¶. 2 PRAEIVDICIVM, pro incommodo, dispendio, damno. Itaque PRAEIVDICIVM adferre et facere dicitur, quod ob rem ante meditatam, vel alia qua de caussa obest, nocet. Vnde PRAEIVDICIVM irrogare et emolumentum adferre, opponuntur, *l. 2. C. quib. res iudic.* Hoc aliis PRAEIVDICIVM adferre non potest: *l. 19. D. locat.* Si quis in coheredum PRAEIVDICIVM se condemnari patitur: *l. 5. D. de adpellat.* PRAEIVDICVM fieri Corneliae non debet: *l. 23. §. 9. D. de dol. mal.* Absenti creditori nullum PRAEIVDICIVM debitor facit: *l. 4. §. 1. D. de adpellat.* Donationem dominis nullum PRAEIVDICIVM attulisse: *l 5. C. si quis alteri vel sibi.* Non oportere huiusmodi consultationem PRAEIVDICIVM facere: *l. 60. D. de manumiss. testam.* Filiom nihil PRAEIVDICII passum: *l. 29. D. eod. tit.* Si per huius quaestionem PRAEIVDICIVM futurum est: *l. 1. D. ne de statu defunct.* Futurum est PRAEIVDICIVM hereditati, si arbiter sententiam dicat: *l. 32. §. 10. D. de recept. arbitr.* [Quod PRAEIVDICIVM hereditati non fiat: *l. 13. D. de except.* Quod PRAEIVDICIVM hereditati non fiat inter actorem et eum, qui venumdedit: *l. 25. §. 17. D. de hered. petit.*] Ne aliquod fiat PRAEIVDICIVM impuberi per puberis personam: *l. 3. §. 8. D. de Carbon. edict.* Nihil in PRAEIVDICIVM eius iudicii fieri debet: *l. 5. §. 2. D. de hered petit.* Ne PRAEIVDICIVM iuri tuo aliquod comparasses: *l. 5. C. de liber. causs.* Ne PRAEIVDICIVM libertati fiat: *l. 24. §. vlt. D. de liber. causs.* Sine vllo litis PRAEIVDICIO: *l. 27. D. de testam. tut.* [Si quid forte PRAEIVDICII videatur oblatum: *l. 3. C. quib. res iudic.* Iustae absentiae ratio et necessitatis publicae obsequium te ab huiusmodi PRAEIVDICIO defendit: *l. 2. C. quib. non obiic. long. temp. praescript.*] Municipes non aliquod origini patroni faciunt PRAEIVDICIVM: *l. 22. §. 2. D. ad municipal.* Nec PRAEIVDICIVM periorio alterius fiet: *l. 28. §. vlt. D. de iureiur.* Exceptionem, quod PRAEIVDICIVM praedio non fiat, vtilem tibi fore: *l. 16. D. de exception.* Interdum euenit, vt PRAEIVDICIVM iudicio publico fiat: *l. 5. D. de public. iudic.* Sine PRAEIVDICIO rerum iudicatarum: *l. 1. C. quib. res iudic. non noc.* prioris sententiae: *l. 16. D. qui potior. in pign.* Si per quaestionem numariam PRAEIVDICIVM statui videbitur fieri: *l. vlt. D. ne de statu defunct.* Veritati PRAEIVDICIVM adferre: *l. 2. C. de lucr. aduocat.* Alimentorum caussa veritati non facit PRAEIVDICIVM: *l. 10. D. de his, qui sui vel alien. iur.* Eam rem PRAEIVDICIVM non facere veritati: *l. 5. §. 9 D. de agnosc. vel alend. liber.* Nollo PRAEIVDICIO voluntati facto: *l. 40. §. vlt. D. de testam. milit.* ¶. 3. PRAEIVDICIVM etiam adpellatur quaestio controuersa, caussa, de qua prius cognoscendum, statuendum, decernendumque est, quam de alio negotio quaeratur, propterea, quod ei praeiudicium facit. Vnde ea iudicia, quae de statu personae redduntur, quibus disceptatur, an filius quis sit, an pater, an libertus, an patronus, an ingenous, an seruus, an liber, PRAEIVDICIA vocantur. Si quis ex seruitute in libertatem, vel ex libertinitate in ingenuitatem proclamet, vel si pater ex se natum filium neget, nec partum admiserit, PRAEIVDICIVM redditur. Theophil ad *§. 13. Instit. de action.* PRAEIVDICIVM δέ ἐςι, *τύπος ἀπὸ ἰντεντίωνος μόνης συγκείμενος· ἐδὲ γὰρ ἔχει κατάδίκην ἐν ἑαυτῇ.* PRAEIVDICIVM *est formula, ex sola intentione constans. Neque enim condemnationem in se habet.* Quaestiones enim, quae in PRAEIVDICIIS vertuntur, sequens iudicium morantur, futuraeque condemnationi viam sternunt. Quoties ergo de hoc contenditur, an libertus quis sit, siue operae, siue alimenta quasi a liberto petantur, siue obsequium desideretur, siue in ius vocetur, qui se patronum dicit, PRAEIVDICIVM redditur: *l. vlt. D. si libert. ingen.* Petuntur liberi, personae, quae sunt iuris nostri PRAEIVDICIIS, aut interdictis, aut cognitione praetoria: *l. 1. §. 1. D. de rei vindic.* PRAEIVDICIVM de partu agnoscendo similiter agendum: *l 3. §. 2. et 5. D. de liber. agnoscend.* In PRAEIVDICIO possessor patronus esse videtur: *l. 18. D. de probat.* Si qui PRAEIVDICIO pronuncietur esse libertus: *l. 8. D. de in ius vocand.* Alimentum decretum non tollet liberto facultatem, quo minus PRAEIVDICIO certare possit: *l. 5. §. 18. D. de agnoscend. vel alend. liber.* PRAEIVDICIVM edicto perpetuo propositum: *l. 9. C. de patr. potest.* In PRAEIVDICIIS is actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id, quod intendit: *l. 2. D de exception.* Eos, qui bona sua negant iure venisse, PRAEIVDICIO experiri debere: *l. 30. D. de reb. auctor. iudic. possidend.* Et ita PRAEIVDICIA ab actionibus separantur. Non solum si actio postuletur a procuratore, sed et praeiudicium, vel interdictum: *l. 35. §. 2. D. de procurat* Actionis verbo continetur PRAEIVDICIVM: *l. 36. D. de obligat. et actionib.* [Docte argumentum omne, quod est de PRAEIVDICIIS, illustrauit Iac. Raeuardus singulari libro *de praeiudiciis.*]

PRAELEGARE, dicitur, qui quid vni ex heredibus praeter hereditariam portionem legat, *l. 69. §. 4. l. 77. §. 8. D. de legat. II. l. 27. §. 1. l. 34. §. vlt. D. de legat. III. l. 86. et l. 94. D. ad leg. Falcid.* PRAELEGATA itaque et *per praeceptionem* data eadem sunt, *l. 32. D. de legat. III.* PRAELEGARI etiam dos dicitur, quod, antequam eius reddendae dies venerit, ea numerari a mariti heredibus iubetur: *l. 77. §. 12. l. 82. princ. l. 88. §. 7. D. de legat. II. l. 41. §. vlt. D. eod. tit. l. 38. in fin D. de vsur. l. 8. §. vlt. l. 10. D. de legat. praestand. l. 27. D. de vsu et vsufr. legat. l. 17. D. de reb. dub. l. 1. §. 7. et 13. l. 9. princ. D. de dot. praeleg. l. 30. D. de pact. dotal.* [Obligatio PRAELEGATA: *l. 8. §. penult. D. de liberat. legat.*] PRAELEGARI etiam peculium dicitur, *l. 1. §. 4. D. de except. rei vend. l. 3. §. 2. D. de statulib. l. 10. §. vlt. D. de pecul. legat.*

PRAELEGATIO, pro praelegatum, in *l. 1. et §. 5. l. 2. princ. D. de dot. praeleg. l. 31. §. 1. D. de adimend. legat. l. 95. D. de legat.*

legat. III. in quibus tamen locis Florentiae legitur *relegatio. l. 2. C. de iur. dot.*

PRAELVM, in *l. 19. §. 2. D. locat.* et *l. 28. D. de instruct. vel instrum. legat.* trabem significat, qua olea vel vua calcata premitur, quemadmodum etiam Isidorus *Lib. vlt. Etymolog. Cap. 14.* definit.

PRAEMATVRE, id est, ante. PRAEMATVRE pars data: *l. 22. D. ad SC. Trebell.* Qui PRAEMATVRE petit, plus petere videtur: *§. 33. Instit. de action.* PRAEMATVRE restitutionem postulari: *l. 1. C. de Carbon. edict.* Nec videri PRAEMATVRIVS agi, non finito stipulationis die; *l. 118. §. 2. D. de verbor. obligat.*

· PRAEMATVRVS, A, VM. PRAEMATVRA est spes collationis, quum adhuc viuat is, cuius de bonis quarta debetur: *l. 1. §. 21. D. de collat. bonor.* Compensanda est heredi libertatis celeritas, PRAEMATVRAE pecuniarum solutioni; *l. 41. §. 1. D. de manumiss. testam.*

PRAEMITTERE. Praetor titulum rerum creditarum PRAEMISIT: *l. 1. D. de reb. credit.* Ante PRAEMISSO, quod, *l. 9. D. de iur. et fact. ignor.* Quibus ante PRAEMISSIS: *l. 9. D. de castrens. pecul.*

PRAEMIVM, quod remonerandi caussa datur. Lege Cornelia cauetur de PRAEMIIS accusatorum: *l. 25. D. de SC. Silan.* Religiosa sollicitudo, ad augendam prouocandamque fidei obseruationem iuris, PRAEMIO adfici debet: *l. 1. C. quib. ex causs. serui pro praem. libert. accip.* Si filius patrem, aut pater filium, qui ad patriam delendam venerit, occidisset, sine scelere, etiam PRAEMIO adficiendum: *l. 35. D. de religios.* Commoda PRAEMIORVM, quae propter coronas sacras praestantur: *l. 40. D. de re iudicat.* PRAEMIVM, quod patri propter numerum liberorum competit: *l. 36. §. vlt. D. de excusation.* PRAEMIVM immunitatis propter filios patribus datum; *l. 3. §. 6. D. de muner. et honor.* PRAEMIVM meruisse dicitur, qui illicitae mercis negotiatorem detulerat: *l. 1. D. de his, quae vt indign.* Vulgare PRAEMIVM delatorum: *l. 13. §. 4. D. de iur. fisc.* ad differentiam eius, quod ex edicto D. Traiani datur, qui antequam caussa eorum ad aerarium deferatur, professi sunt vel palam, vel tacite, relictum sibi quod capere non poterant, qui partem dimidiam feruot: *l. 13. l. 15. §. 3. D. de iur. fisc.* Omnes, qoi vt indigni repellentur, summouendi sunt a PRAEMIO, qood secundum edictum D. Traiani datur his, qui se deferunt: *l. 5. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* Qui noo PRAEMIO consequendi gratia aduersarium suum deferunt: *l. 2. D. de iur. fisc.* Ne quis doli sui praemium ferar: *l. 31. D. de recept. arbitr.* Bonos non solum metu poenarum, verumetiam PRAEMIORVM quoque exhortatione efficere cupientes: *l. 1. §. 1. D. de iustit. et iur.* Hoc PRAEMII loco merentibos tributum: *l. 26 D. de testam. milit.* PRAEMII loco veteranis concessum: *l. 13. §. 2. D. de re milit.* Omnes propter

PRAEMIVM in scenam prodeuntes: *l. 2. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* vbi praemium significat mercedem, vt est apud Nepotem *in praefat.*

PRAEOCCVPARE, ante occupare. PRAEOCCVPABAT hic casus mortem: *l. 29. D. de poen.* [PRAEOCCVPARE litem violentia, in *l. 2. princ. C. Theod. vnde vi Lib. IV. tit. 22.* dicitur, qui neque vulgato rescripto, neque aduersario sollemniter intimato, possessorem quietum dominio suo huiusmodi impetrati rescripti terrore turbat, adeoque praepostere et mature litem occupat]

PRAEPARARE. Quemadmodum PRAEPARASSE litem quis dicatur, vt possit transmittere actionem inofficiosi, vid. *l. 7. D. de inoffic. testam. l. 36. C. eod. tit.* Eo tempore, quo lis PRAEPARABATVR: *l. 7. §. vlt. D. de liberal. caussa.* Si litem PRAEPARANDAM curauerit: *l. 1. D. de adpellat. recip.* Coepta controuersia vel PRAEPARATA. *l. 6. §. vlt. D. de inoffic. testam.* Non PRAEPARAT hoc interdictum caussam, vt superiora interdicta: *l. 1. §. vlt. D. de aqua quotid. et aestiu.* A domino, cui se aduersarium PRAEPARAVIT: *l. 15. §. 1. D. de vsurpat.* [Qui PRAEPARANDI gratia ad possessionem venerit: *l. 5. C. de metat. Lib. XII. tit. 41. l. 10. C. Th. eod. tit. Lib. VII. tit. 8.*] ‖. 2. PRAEPARARE, conficere est. [PRAEPARARI buccellatum deuotissimis militibus: *l. 2. C. de excoct. et translat. militar. annon. Lib. VII. tit. 4.*]

PRAEPARATIO caussae, *l. 19. § vlt. D. de recept. arbitr.*

PRAEPARATORIVS, A, VM. Interdictum de liberis exhibendis PRAEPARATORIVM est huius interdicti. *l. 3. §. 1. D. de liber. exhib.* id est, praeparat caussam, vt *l. 1. §. vlt. D. de aqua quodit.*

PRAEPONERE, est alicui rei vel muneri praeficere. Qui administrationi rerum ciuitatis PRAEPOSITVS est: *l. 4. D. quod iussu.* Seruus PRAEPOSITVS debitis exigendis: *l. 37. D. de administr. et peric. tut.* Procurator exactioni PRAEPOSITVS: *l. vlt. §. vlt. D. qui potior. in pign.* Qui in prouincia seroum Stichum kalendario PRAEPOSVIT: *l. 41. D. de reb. credit.* Qui magistrum PRAEPONIT: *l. 1. §. 2. 4. 5. D. de exercit. act.* Cui rei magister quis sit PRAEPOSITVS: *l. vlt. D. eod. tit.* Cui merci emendae seruus fit PRAEPOSITVS: *l. vlt. §. vlt. D. de exercit. act.* In eum, qui naui PRAEPOSITVS sit: *l. 6. §. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* Qui custodiae gratia nauibus PRAEPONVNTVR: *l. 1. §. 3. D. naut. caup. stabul.* Cuicumqoe negotio PRAEPOSITVS fit, institor recte adpellabitur: *l. 5. D. de institor. act.* Qui pecuniis exigendis PRAEPOSITVS est: *l. 66. §. 3. D. de furtis.* Si soluta fit pecunia seruo pecuniis exigendis PRAEPOSITO: *l. 11. §. 5. D. de pignorat. act.* Si ambo socii seruum alterius PRAEPOSVERINT: *l. 42. D. pro soc.* Si seruus vnius ex sociis societati a domino PRAEPOSITVS *l. 23. §. vlt. D. eod. tit.* Qui institorem tabernae vel negotio PRAEPOSVIT: *l. 1. D. de exercit. act.* Si

Si institor tabernae sit PRAEPOSITVS, an cuilibet alii negotiationi; l. 3. D. de institor. act. Qui tributis recipiendis PRAEPOSITVS fuerat: l. 5. §. vlt. D. de censib.

☞ PRAEPOSITIO, est actus praeponendi. Lex vel conditio PRAEPOSITIONIS, in l. 11. §. 5. D. de instit. act. est mandatum institori datum, quod excedere non potest. HEIN.

PRAEPOSITVRA, dicitur vt praefectura. [PRAEPOSITVRA horreorum et pagorum: l. 2. C. de susceptor. Lib. X. tit. 70. l. 8. C. Th. eod. tit. Qui militiae praerogatiua ad Tribunatus PRAEPOSITVRASVE peruenerint: l. 18. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13.]

PRAEPOSITVS, praefectus. Qui PRAEPOSITVM suum protegere noluerunt, vel deseruerunt: l. 3. §. vlt. D. de re milit. Qui PRAEPOSITVM suum non protexit: l. 6. §. vlt. D. eod. tit. Qui manus intulit PRAEPOSITO: l. 3. §. 1. D. eod. tit.

☞ PRAEPOSITI, in militia sequiorum temporum chiliarchi dicebantur. Veget. de re milit. Lib. II. Cap. 12. Lactant. de mort. persequut. Cap. XLVI HEIN.

[PRAEPOSITI agentium in rebus: rubr. C. de susceptor. praeposit. et arcar. Lib. X. tit. 70. et C. Th. Lib. XII. tit. 6] PRAEPOSITI sacri cubiculi: rubr. C. de praepos. sacri cubic. Lib. XII. PRAEPOSITI laborum: rubr. C. de praepos. labor. Suid. Tom. III. p. 170. πραιπόσιτος, εἶδος ἀξιώματος. PRAEPOSITVS dignitatis genus.

PRAEPOSTERE, visus est petere exonerari priori munere, vtrisque iam implicitus: l. 6. §. vlt. de oper. publ.

PRAEPOSTERVS, A, VM, dicitur, quod in ordine conuerso et turbato. Vt debitum tibi ante aditam hereditatem soluatur; ac tunc, si ad te pertineret hereditas, quaeri iubeamu, PRAEPOSTERA petitio est: l. 5. C. de heredit. act. Esse PRAEPOSTERVM ante nos locupletiores dici, quam adquisierimus: l. 63. D. ad leg. Falcid. Stipulatio, quae PRAEPOSTERA nuncupatur, valet: §. 13. Instit. de inutil. stipulat.

PRAERIPERE, interdum est proripere. Qui quum animaduerteret verberibus se adficere velle, PRAERIPVIT se ad amicum: l. 17. §. 1. D. de aedil. edict. ‖. 2. PRAERIPERE alias est praeoccupare. Sic: alienum ius sibi praeripere.

[PRAEROGARE, est ante diem erogare. Sic: PRAEROGARE expensas: l. 19. C. Theod. et l. 20. C. Iustin. de decurion. Sic et l. 6. C. Theod. de Praetor. Lib. VI. tit. 4. Cuncta, quae PRAEROGATA fuerint. PRAEROGAVIT pensionem integram; l. 19. §. 6. D. locat.

Cuiac. Lib. IV. Respons. Papin. ad l. 4. de offic. adsess.] ‖. 2 [PRAEROGATA lex, in l. vn. princ. C. Theod. de Episcop. iudic. Lib. XVI. tit. vlt. pro ea, quae olim lata rogataque est. Sic et praecaueri iuris ordine, in l. 2. C. Theod. de pact.]

PRAEROGATIVA, pro iure quodam praecipuo, speciali, seu priuilegio. Habent quaedam ciuitates PRAEROGATIVAM, vt hi, qui territoria eorum possident, certum quid frumenti pro mensura agri, per singulos annos praebeant: l. vlt. §. 25. D. de muner. et honor. Contentus esse debet hac PRAEROGATIVA: l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict. Non posse vti PRAEROGATIVA deductionis: l. 11. D. de administr. et peric. tut. Non minus ad edicti PRAEROGATIVAM pertinet: l. 2. C. de in integr. restit. minor. PRAEROGATIVA generalis; ibid. Aduersus alium si velit, PRAEROGATIVA iurisiurandi vti: l. 9. §. vlt. D. de iureiur. Quicunque huiusmodi priuilegio munitus est, vel postea talem PRAEROGATIVAM quolibet modo meruerit: l. vlt. C. de fructib. et lit. expens. PRAEROGATIVA minoris aetatis sine adpellatione non rescinditur sententia pro libertate data: l. vlt. C. si aduers. libert. Palatina vel militari intra palatium PRAEROGATIVA moniti: l. 12. C. de excusat. muner. Lib. X. PRAEROGATIVA pensitationum perpetua: l. 10. C. eod. tit. Qui praefatas PRAEROGATIVAS praetendunt: l vlt. C. de fruct. et lit. expens. Magni facerent prouinciales, seruari sibi huiusmodi PRAEROGATIVAS: l. 4. §. 5. D. de offic. procons. PRAEROGATIVA temporum inter creditores seruanda: l. vlt. §. 9. C. de iur. deliber. Nec temporis, nec stipendiorum PRAEROGATIVA eum defendat: l. 4. C. de fabricens. Lib. XI. tit. 9. Veteranorum priuilegium, inter cetera etiam in delictis habet PRAEROGATIVAM: l. 1. D. de veteran.

PRAERVPTVS, A, VM. Agro vsus non est, quia via PRAERVPTA erat: l. 1. §. 6. D. de itiner. act. priu. Seditio PRAERVPTA: l. 6. §. 9. D. de iniust. rupt. irrit.

PRAES, DIS. PRAEDES, vt Varro Lib. IV. de lingu. Latin et Festus Lib. XIV. tradunt, dicebantur, qui populo et in publicum se magistratu interrogante obligabant. Quorum bona praedia dicebantur, auctore Asconio, qui in III. Verrin. PRAEDES, ait, dicuntur satisdatores locupletes pro re, de qua apud iudicem lis est, ne interea, qui tenet, diffidens caussae possessionem deteriorem faciat, tecta dissipet, excidat arbores, et culta deserat. Si damni infecti in solidum PRAEDIBVS caueris: l. 6. §. 7. D. commun. diuid. Cornel. Nepos in Attic. Cap. 17. Ad hastam publicam numquam accessit, nullius rei PRAES, neque manceps. Ausonius certe Technopaegn. Idyll. V. v. 100. Vadem a PRAEDE eo separat, quod ille in capitalibus iudiciis, hic in lite numaria interueniat, quemadmodum in vindiciis olim PRAEDEM datum Cicero Verrin. I. Cap. 57. et Valer. Probus in Notis vbi explicat P. P. L. V. pro praede litis vindiciarum. ostendunt. A praestando opem PRAEDES

 adpel-

adpellatos Varro *Lib. IV. de lingu. Latin.* scribit. Item Festos *Lib. III.* tradit, *qui eiusdem rei populo sponsores fiebant.*

PRAESCRIBERE, vulgo significat praestituere, praefinire, vnde PRAESCRIPTVM tempus, id est, praestitutum. Tempus, quod constitutione PRAESCRIPTVM est: *l. 18. C. de excusat. tutor.* Tempus a testatore PRAESCRIPTVM: *l. 28. §. 8. D. de liberet. legat.* Temporibus ad praesentiam partis aduersae PRAESCRIPTIS: *l. 8. C quomod. et quand.* Eadem conditione PRAESCRIPTA: *l. 27. D ad leg. Falcid.* Vnde ¶. 2 PRAESCRIPTIS verbis, est praefinitis, et ita PRAESCRIPTIS *verbis actio*, id est, actio, quae praescriptis verbis rem gestam demonstrat, *l 6. C. de transact.* seu ciuilis incerti actio. Ciuilis incerti actio oriri potest, id est, PRAESCRIPTIS *verbis*: *l 15. D de praescript verb* Ciuilem incerti actionem sufficere, id est, PRAESCRIPTIS *verbis*: *l. 7. D. de pact.* quae et ciuilis intentio incerti vocatur: *l. 6. D de praescript. verb.* Cessantibus namque iudiciis proditis et vulgaribus actionibus, seu quum deficiunt vulgaria et vsitata actionum nomina, PRAESCRIPTIS verbis agendum est. In quam necesse est confugere, quoties contractus exsistunt, quorum adpellatione nullae iure ciuili proditae sunt: *l. 1. l. 2. l. 3. D eod. tit.* Vet. Glossar. Graecum: PRAESCRIPTIS *verbis*, *ἡ τῶν συμφωνημένων ἀγωγή.* ¶. 3. PRAESCRIBERE, alias significat excipere, seu exceptionem opponere. Sosipater Charis. *Lib. II Instit Grammat. p. 210.* edit. Putschii. PRAESCRIBO, ait, *παραγράφομαι significat, quales sunt praescriptiones apud iurisconsultos.* Sic enim eum locum, vbi vulgo legitur *subscriptiones*, emendo. Quinctil. *Declam. CCXLIX.* PRAESCRIBIS *tamen, ne egam, id est, ne nomen tuum deferam, ne te legibus obligem.* Idem *Declam. CCL. Tum enim* PRAESCRIBERE *debuisti, si poteras, quum delatus es. Et in hoc ipsum* PRAESCRIBERE *ne deferret, neque enim vlla praescriptio inchoata iudicia peragi vetat, si inchoari aliquando prohibet. Actio isti, cui* PRAESCRIBIS, *data est.* [Cicero *Lib. V. de finib. cap. 29. Quae quum Zeno didicisset a nostris, vt in actionibus* PRAESCRIBI *solet, de eadem re dixit alio modo.* Hanc enim veram huius loci lectionem, vocisque PRAESCRIBERE eumdem cum nostro hic significatum esse, ostendit Petr. Faber. *Lib. I. Semestr. cap. 21.*] Sic: PRAESCRIBERE accusatori, est eum exceptione submouere. Si reus accusatori publico iudicio PRAESCRIBAT: *l. 3. D. de praeuaric.* PRAESCRIBI, id est, exceptio obiici. An PRAESCRIBI coheredibus possit a parte vxoris defuncti: *l. 34. §. 3. D. de legat. II.* Non debere PRAESCRIBI ei, qui petit: *l. 52. §. vlt. D. de iudic.* Non enim PRAESCRIBI heredi instituto debet, cur metuat hereditatem adire, vel cur nolit: *l. 4. D. ad SC. Trebell.* An PRAESCRIBI possit ab his, quorum nomina comprehensa non sunt, quasi aduersus ipsos adquieuerit sententiae: *l. 3. D. de adpell* Hereditariam litem inferenti PRAESCRIBI ex ea sententia possit: *l. 10. D. de exception.* Quum iniuriarum actio annuo tempore praescripta sit: *l 5. C. de iniur.* ¶ 4 PRAESCRIBERE, est litteris mandare. Antequam testamentum litteris PRAESCRIBERETVR: *l. 40. D. de testam. milit.* [Sic et *l. 14. C. Theod. de exaction. Lib. XI. tit. 7.* titulorum debita et conlationum summas relationis suae fide et adnotatione PRAESCRIBANT. Triboniano magis placuit, *perscribant*, *l. 5. C. de exactorib. tributor. Lib. X. tit. 19.*] ¶ 5 [PRAESCRIBERE, pro iubere, sancire. Quod publico iure PRAESCRIPTVM est: *l. 1. C. de praescript. XXX. vel XL. annor.* Iure PRAESCRIBIMVS: *l. 1. C. de tutor. vel curator. illustr*]

PRAESCRIPTIO, exceptionem significat, qua reus agentem accusantemve repellit ac submouet. PRAESCRIPTIO triginta annorum: *rubr. C. de praescript. XXX. annor.* id est, exceptio, quae ex XXX. annis oritur, vt *l. vlt. C. eod. tit.* PRAESCRIPTIONE quinque annorum crimen incesti coniunctum adulterio, non excluditur: *l. 39. §. 5. D. ad leg. Iul. de adulter* PRAESCRIPTIONES legibus reis datas auferri non oportet: *l. 5. C. ad leg. Iul. de adulter.* PRAESCRIPTIONES ciuiles: *l. 33. C. eod. tit.* Petentem te doli mali PRAESCRIPTIO excludet: *l 91. D de solution.* [Explosis atque reiectis PRAESCRIPTIONIBVS: *l 1. C. de consort. lit. l. 1. C. Theod de domin rei quae posc.*] Fori PRAESCRIPTIO: *l. 7. D. qui satisd. cogant. l. 1. C. vbi senator. l. 3. C. de heredit. petit.* *φόρου παραγραφή*, vt Iustinianus vocat *Nou VIII.* PRAESCRIPTIONES fori in principio litis a litigatoribus opponendas esse: *l. vlt C. de except* Iudicatae rei PRAESCRIPTIO: *l. 29. D. de except. rei iudic. l. 42. D. de liberal. causs. l. 1. C. quib. res iudic. l. 1. C. si ex fals. instrum.* An PRAESCRIPTIO possit locum habere: *l. 50. §. vlt. D. de iudic.* Si non est tibi opposita PRAESCRIPTIO militiae: *l. 13. D. de procur.* [PRAESCRIPTIO moratoria, in *l. 2. C. de precib. Imper. offerend. l. 3. C. Theod. de diuers. rescript. Lib. I. tit. 2.* est dilatoria exceptio, sic dicta, quod iudicium moratur.] PRAESCRIPTIONE motus ab excusatione: *l. 1. princ. D. de operib. publ.* PRAESCRIPTIONES, quae obiici solent accusationibus adulterii: *l. 15. §. 7. D. ad leg Iul. de adulter.* Sed nec hodie ad PRAESCRIPTIONEM operatur, quod venditionis tempore maior viginti annis fuerit: *l 5 C. de liberal. causs.* An PRAESCRIPTIO ei opponi possit: *l. 11. D. de except.* Si emtor adpellauit, et bonam caussam vitio suo ex PRAESCRIPTIONE perdidit: *l. 63. D. de euiction.* [Peremtoria PRAESCRIPTIO, in *l. 2. C. de precib. Imp. offer.* et *l. 3. C. Th. de rescript.* est, quae, vt verba legis habent, *totius negotii conditionem*, siue vt rectius *C. Th cognitionem tollit, et vires principalis negotii exhaurit*, atque eumdem habet effectum, quem sententia definitiua, vt ostenditur *l. 37. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* Cuiac. *Obseru. Lib II. cap. 11.*] PRAESCRIPTIONE non petiti tutoris praescribi: *l. 3. C. ad SC. Tertull.* PRAESCRIPTIO longae possessionis: *l. 76. D. de contrah. emt. l. 3. l. 13. D. de diuers. temporal. praescript.* id est, exceptio, vt *l. 5. §. vlt D. eod. tit.* Nec fratrem iudicio tutelae rationes quandoque PRAESCRIPTIONE demonstratae quantitatis exclusurum: *l. 77. §. 39. D. de legat. II.* PRAESCRIPTIONE remouendus non est: *l. 12. § 2. D. de inoffic. testam.* An PRAESCRIPTIONI subiiciatur: *l. 1. D. de adpellat.* Patronum non esse

esse PRAESCRIPTIONE submouendum: *l. 5. D. si ingen. lib. esse dic.* PRAESCRIPTIONE non submouetur; *l. 9. D. de transact.* PRAESCRIPTIONE submotus sit: *l. 19. D. de adpellat.* Excusatio temporis PRAESCRIPTIONE submouetur; *l. 1. princ. D. de oper. publ.* Accusationem intulit, qui PRAESCRIPTIONE submoueri poterat, vt quilibet adulterii masculo post quinque annos continuos ex die commissi adulterii, vel feminae post sex menses diuortii: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpillian.* Arnob. *Lib. VII. aduers. gentes. Aut cuius ipse est auiditatis Deus, qui nisi vbi fuerit* PRAESCRIPTIONE *submotus, cupiditatem suam protendat vlterius.* PRAESCRIPTIO temporis: *l. 5. D. si ingen. esse dicat. l. 5. C. de oper. publ.* PRAESCRIPTIO longi temporis: *l. 8. C. arbitr. tutel.* Temporis PRAESCRIPTIONE submouetur: *l. 11. C. de excus. tutor.* Temporales PRAESCRIPTIONES: *rubr. D. de diuers. temporal. praescript.* Vet. Glossar. *Temporalis* PRAESCRIPTIO, *παραγραφὴ εἰς καιρὸν ὡρισμένον ἐπαγομένη.* PRAESCRIPTIO factae transactionis: *l. 9. D. de transact.* PRAESCRIPTIONE vti: *l. 50. §. vlt. D. de iudic. l. 76. D. de contrah. emt.* ¶. 2. [PRAESCRIPTIO, pro praescripto. PRASCRIPTIONES caelestes, pro rescriptis et concessionibus imperialibus: *l. 26. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit 4.*]

PRAESCRIPTVM, pro sanctione. PRAESCRIPTO legis teneri; *l. 27. D. ad leg. Cornel. de fals.*

PRAESENS, absenti opponitur, *l. 23. D. ex quib. causs. maior.* PRAESENS habetur, et qui in hortis est, et qui in foro, in vrbe, in continentibus aedificiis. Et ideo procurator eius PRAESENS esse videtur: *l. 5. l. 6. l. 7. D. de procurator.* Si procuratori PRAESENTIS fuerit cautum: *l. 79. D. de verb. obligat.* Plane, quod ad praescriptiones attinet, PRAESENTES habentur, qui in eadem prouincia domicilium habent; *l. vlt. C. de praescript. long. temporis.* Aequum erit PRAESENTIBVS, id est, qui non sint in captiuitate, subueniri: *l. 23. §. 3. D. ex quib. causs. maior.* ¶. 2. PRAESENS interdum idem valet, quod purum: videlicet quod neque in diem, vel conditionis tempus differtur. Hoc sensu PRAESENS debitum, PRAESENTEM dotem, PRAESENS legatum et PRAESENTEM obligationem dicimus. Si PRAESENS sit debitum: *l. 13. §. 5. D. de pignor. et hypoth.* Dos, quae PRAESENS reddi solet: Vlpian. *Tit. VI. Regul. §. 8. et 13.* Cui opponitur, quae sub pensionibus, vel vt loqui solebant, annua, bima, trima die reddi solebat. Vlpian. *ibid.* HEIN. Si vir vxori soluto matrimonio PRAESENTEM dotem reddidisset: *l. 17. §. vlt. D. quae in fraud. credit.* PRAESENS legatum: *l. 88. D. de condit. et demonstrat. l. 49. D. de legat. I. l. 19. D. quand. dies legator.* Si dies adposita legato non est, PRAESENS debetur: *l. 21. D. quand. dies legator.* PRAESENS legatum debetur: *l. 17. D. de annuis legat.* PRAESENTIA legata, quibus dies adpositus non est, vel conditio adscripta. Sermo, quo PRAESENTIA legata data in diem proferuntur: *l. 12. §. vlt. D. de legat. I.* PRAESENS obligatio, est pura, quae neque in diem, neque sub conditione concepta est, *l. 9. D. de reb. credit.* PRAESENS obligatio est, in diem autem dilata solutio: *l. 46. D. de verb. obligat.* PRAESENS etiam simili notione pecunia dicitur numerata et repraesentata. Pecunia accepta PRAESENTI: *l. 5. §. 9. D. de institor.* Si caussa aliqua vrgeat PRAESENTIS pecuniae: *l. 8. §. 9. D. de transact.* Nisi seruus PRAESENTEM pecuniam soluat: *l. 41. §. vlt. D. de manumission.* Atque ita PRAESENS et *in diem* opponuntur. *l. 4. D. de verb. obligat.* Quidquid te dare facere oportet PRAESENS in diemue: *l. 76. §. vlt. D. eod. tit.* Quidquid mihi Titium dare facere oportet PRAESENS in diemue: *l. 46. D. de legat. II.* Quidquid te mihi facere oportet oportebit PRAESENS in diemue: *l. 18. §. vlt. D. de acceptilat.* Si quum in diem deberetur, fraudator PRAESENS soluerit: *l. 10. §. 12. D. quae in fraud. credit* Vsusfructus vel PRAESENS vel ex die dari potest: *l. 4. D. de vsufruct.* Libertatem debere aut PRAESENTI die, aut in diem, aut sub conditione: *l. 22. D. de condit. instit.* Si seruus PRAESENTI die daretur: *l. 40. D. de manumiss. testam.* Quoties in obligationibus dies non ponitur, pecunia PRAESENTI die debetur: *l. 41 §. vlt. D. de verb. obligat.* Debere aut PRAESENTI die, aut in diem, aut sub conditione seruitutem: *l. 22. D. de condit. instit.* Quod PRAESENTI die debetur: *l. 76. §. vlt. l. 125. D. de verb. obligat.* Puta pactam mulierem, vt PRAESENTI die dos redderetur: *l. 27. §. 3. D. de pact.* Fideicommissum quasi iam PRAESENTI die datum: *l. 24. D. de legat. II.* Quum PRAESENTI die relictum sit fideicommissum: *l. 25. D. de legat. II.* Si Titius ab herede suo fundum Maeuio PRAESENTI die legauerit: *l. 84. D. de legat. I.* Qui ducenta in bonis relinquebat, legauit mihi centum PRAESENTI die: *l. 88. § vlt. D. ad leg. Falcid.* Quum legatum PRAESENTI die datum est: *l. 46. §. vlt. D. de condit. et demonstrat l. 8. §. 21. D. de transact.* Vt PRAESENTI die legatum debeatur: *l. 30. D. de legat. I.* Si legata quaedam PRAESENTI die relicta sint: *l. 1. §. 7. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.* Quae PRAESENTI die praestare debuerunt: *l. 24. §. 3. D. locat.* Quum vxor quartam partem hereditatis PRASENTI die alii rogata a testatore fuisset restituere: *l. 78. §. 11. D. ad SC. Trebell.* Parte pretii PRAESENTI die soluta: *l. vlt. D. de rescind. vendit.* ¶. 3. PRAESENS et futurum opponuntur, *l. 8. D. de verb. signif.* Si quod in PRAESENTI, siue quod post tempus venditionis contigerit: *l. 23. D. de seruit. praed. vrb.* Quum contenti modico PRAESENTI: *l. 8. D. de transact.* Quum testamento PRAESENTI seruus liber esse iussus est: *l. 14. D. de pecul.* Si non esset in ipsis emtoris negotiis, quae gerebat, vnde sibi in PRAESENTI redderet: *l. 35. D. de negot. gest.* Si participes maleficii sint, in PRAESENTI cognoscendum: *l. 2. D. de Carbon. edict.* Si res exigat, non tantum priuati sed et magistratus, si in PRAESENTI sint, testimonium dicant: *l. 21. §. 1. D. de testib.* ¶. 4. PRAESENS aliquando et praeteritum *ἀντίκειται.* Iusta pretia non ex praeterita emtione, sed ex praesenti aestimatione constitui: *l. 3. §. 5. D. de iur. fisc.* ¶. 5. *In rem* PRAESENTEM *venire* dicitur, qui rem oculis suis subiicit, vt loquitur *l. 8. §. vlt. D. finium regund.* quo genere loquen-

loquendi saepius Cicero vtitur: Plinios *Lib. III. Epist. 9. Non potui te magis in rem* PRAESENTEM *perducere.* Et *Lib. X. Epist. 85. Ipse in re* PRAESENTI *fui, et vidi tuam quoque statuam in bibliotheca positam.* Atque ex hoc loquendi genere moltas Seneca μεταφορὰς traxit, veluti *Lib. IV. de benefic. Cap. 35. In rem* PRAESENTEM *venturus fui, sed aeger filius, sed vxor puerpera fuit.* Idem *Epist. XXX. Libenter haec, mi Lucili, audio non tamquam noxa, sed tamquam in rem* PRAESENTEM *perductus: Epist. LXVI. Non potest ferre sententiam, nisi in rem* PRAESENTEM *perductam.* Idem *Lib. II. de ira Cap. 36. Velut in rem* PRAESENTEM *adducti non agnouernnt.* Quinctil. *Lib. VI. Cap. 1. Velut in rem* PRAESENTEM *animos ducentium* Tertull. *Lib. III. aduers. Marcion. Cap. 17. De speciebus doctrinarum et signorum illud differamus, quasi in rem* PRAESENTEM. Nunciationem *in re* PRAESENTI faciendam meminisse oportebit, id est, eo loci, vbi opus fiat, siue quis aedificet, siue inchoet aedificare: *l 5. §. 2. D. de oper. nou. nunciat.* Quod verissimum *in re* PRAESENTI cognoscitur, sequi iodicem oportet· *l. 6. D. ad leg. Fab de plagiar.* Si *in re* PRAESENTI consenserint: *l. 1. §. 21. D. de adquir. possess.* ¶. 6 [PRAESENTES, et administratorum honore functi opponuntur: *l. 13. C. Theod. de accusat. et inscript. Lib. IX. tit. 1*]

PRAESENTALIS, qui praesens est. PRAESENTALES magistri militum, qui in praesenti erant, hoc est, comitatui principis iuncti: *l. vlt §. 1. C. de re milit. Lib. XII. l. vlt. C. de offic. magistr. milit.* et in *Notitia dignitat. Imper. Rom.* Sic et PRAESENTALES domestici, in *l. 6. §. 3. C. de aduoc. diuers. iudic. l. vlt. C. de domestic. et protector. Lib XII.* qui scilicet praesentes diuino obseqoio priocipis deputati erant, vt *l 13. D. de re militar. Lib. XII.* significat. Sic et PRAESENTALES milites, et PRAESENTALES numeri, in *l. 18. l. vlt. §. vlt. C. eod. tit.* et PRAESENTALIVM *ordines* apud Nicephor. *Lib. XVII. Hist. Eccles Cap. 1.* Et PRAESENTALIS curiosus cursus publici, in *Notit. dignit. Imp. Rom.* et στρατηγὸς τῶν πραισενταλίων, in *Edicto Iustiniani XIII.* [Vid. Iac. Gothofred. *Comment. ad l. 1. C. Theod. de domestic. et protector. Lib. VI. tit. 24.* Guther. *de offic. dom. August. Lib. II. Cap. 5.* Lindenbrog. *ad Ammian. Marcellin. p. 7.* et Ger. Voss. *Lib. III. de vitiis Serm Cap. 37*]

PRAESENTIA, absentiae opponitur. Quum neque in PRAESENTIA vllum emolumentum hereditati adquiratur: *l. 16. §. vlt. D. quand dies legat.* ¶. 2. PRAESENTIAM sui facere, id est, copiam, seu potestatem conspectus. Qui litteris euocatus PRAESENTIAM sui facere contemnet: *l. 53. D. de re iudic.* Si saepe conuenti PRAESENTIAM sui facere noluerint: *l. 47. §. vlt D de re iudicat.* Si apud arbitrum PRAESENTIAM tui facere non potuisti; *l. 2. C. quib ex causs. maior.* In eumdem locum omnium PRAESENTIAM fieri oportet: *l. 1. D. de quib. reb. ad eumd. iudic.* PRAESENTIAM corporis praebere· *l. 22. D. de verb signif.*
¶. 3. In PRAESENTIARVM, pro in praesens dixit Vlpian. *l. 1. §. 15. D. de magistrat. conuen.* vid. Lib. IX.

PRAESERTIM, non secus ac *maxime* interdum sic accipitur, quasi alias idem non sit: *l. 32. D. ad leg. Aquill. l. 3. §. vlt. D. de act. emt.*

PRAESES. PRAESIDIS nomen generale est, eoqoe et proconsoles, et Legati Caesaris et omnes prouincias regentes, licet Senatores sint, PRAESIDES adpellantur, *l. 1. D. de offic. praesid.* Itaque, qui *Bithyniae proconsul* passim apud Plin. *Lib. X. Epistolar.* is PRAESES adpellatur in *l 3. §. 2. D. de decurion.* Et qui *proconsul Cretae* in *l. 14. D. ad SC. Turpill.* is a Gellio *Lib II. Noct. Attic. Cap 2.* PRAESES vocatur Item *Lib. V. Cap. 14.* qoem *Proconsulem Africae*, statim post PRAESIDEM vocat. PRAESIDES prouinciarum vocantur ἡγούμενοι, in *l. 19 D. de adpellat* item ἄρχοντες: PRAESIDES prouinciarum, praeter eos, quos iam attigi, in Pandectis memorantur Mysiae, Daciarum, Syriarum, Hispaniae, Britanniae, in *l. 3. D. de offic. adsessor. l. 9. D de captiu. et postlimin. reuers. l. 7. §. 10. et 14. D. de interd. et relegat. l. 2. §. vlt. D. de vulgar. et pupillar. subst.* Aliorum PRAESIDVM nomina enumerantur in *Nouell. VIII.* et in *Notit. Imper. Rom* PRAESES *Mauritaniae*, apud Tertullian *ad Scapul. Cap. IV.* PRAESES Lyciae apud Plin. *Lib. XIII. Cap. 13.* Aduersus PRAESIDEM vel ducem milites: *l. 6 § 1. D. de re milit.* Per PRAESIDEM prooinciae eas restituere cogetur; *l. 11. C. de donation.* Ad solutioonem per PRAESIDEM prouinciae compellantur: *l. 1. D. de administr. rer. ad ciuit. pertinent.*

PRAESIDALIS, E. An a PRAESIDALIBVS actis discedendum sit: *l. 6. D. de hered. petit.* [PRAESIDALIS administratio: *l. 7. C. Th. de bonorat. codicill.* industria: *l. 1. C. Th. de offic. rect. prou.*] Iudicio PRAESIDALI experiri: *l. 17. C. de his, qui accusar. non poss.* id est, iudicio, qood per PRAESIDEM exercetur. Accusationem exercere in PRAESIDALI iudicio: *l. 5. C. eod. tit.* PRAESIDALIS iussio, quae a praeside prouinciae proficiscitur, *l. 11. C. de pignor. act.* [Nominis PRAESIDALIS honorarii codicilli: *l. 7. C. Th de bonorar. codicill. Lib. VI. tit. 22.*] PRAESIDALIS notio, quam praeses prouinciae accommodat, impartitur: PRAESIDALI notione conuenire: *l. 20. C. de pignor.* Haec omnia sollemniter PRAESIDALI notione decidi debent: *l. 13. C. de liberal. causs.* Notione PRAESIDALI experiri; *l. vlt. C. de vi bonor. raptor.* PRAESIDALI notione postulare debes: *l. vlt. C. de condict ex leg.* Requirendi fugitioos potestatem fieri dominis PRAESIDALIS officii est: *l. 2. C. de seru. fugitiu.* Vt ab officio PRAESIDALI praedia tua distraherentur: *l. 1. C. de praescript. XXX. vel quadrag. annor.*

[PRAESIDATVS praerogatiua laetari: *l. 4. C. Theod. de decurion Lib. XII. tit. 1.* PRAESIDATVM gerere: *l. 2. C. Th. de princip. agent. in reb. Lib. VI. tit. 28*]

PRAESIDENTES, pro praesidibus,

bus; *l. 13. C. Theod. de diuers. offic. et adparit. Lib. VIII. tit. 7.*]

PRAESIDERE, est praeesse, προκαθίζεσθαι. Seruius *ad Virgil. Aeneid. Lib. V. v. 10.* verb. *arces, quibus Apollo praesidet.* PRAESIDET, inquit, *qui praeest, defendit.* HEIN. PRAESIDERE certaminibos, ludis, dicuntur agonothetae. Qoo minus filii PRAESIDERENT certamini: *l. 10. D. de pollicitat.* Annuam pecuniam ad ludos ciui tatis reliquit, quibus PRAESIDERE heredes voluit: *l. 6. D. de annuis legat.* Soeton. *Claud. cap. II. Gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae patr ias edebat, palliolatus nouo more* PRAESEDIT.

[PRAESIDIALIS, id est, praesidalis. PRAESIDIALIS officii Eufratensis deploratione comperimus: *l. 2. princ. C. Theod. de venat. ferar. Lib. XV. tit. 11.* Obseretur, ne veteranorum seu militum filii officiis PRAESIDIALIBVS adgregentur: *l. 8. C. Th. de fil. milit. adparit. Lib. VII. tit. 22.* cui obstare videtur *l. 2. C. Th. de veteran Lib. VI. tit. 20.* sed vide Iac. Gothofredi *comment.* Ammian. Marcellio. *Lib. XVIII. p. 383. Maximinus obscurissime natus est patre tubulario* PRAESIDIALIS *officii.*]

PRAESIDIVM, pro loco, qoi praesidio et propugnaculo est. Festus: PRAESIDIVM, ait, *esse quod vtilitate et salute alicuius auxilii gratia proponitur: subsidium quod postpositum est ad subueniendum laborantibus.* Quum hi, qui nobis hostes sunt, aliquem ex nostris ceperunt, et intra PRAESIDIA sua perduxerunt: *l. 5. D. de captiu. et postlimin.* ¶. 2. PRAESIDIVM μεταφορικῶς pro quouis auxilio, tutela. Sic PRAESIDII caussa numi repositi: *l. 79. D. de legat. II.* Quod PRAESIDII caussa seponeretur: *ibid.* [PRAESIDIA firmissima aduersus calumnias comparata sunt: *l. 8. C. Th. de famos. libell. Lib. IX. tit. 34.* Sanctionum PRAESIDIO cautum est minoribus: *l. vlt. C. si aduers. vendit. l. 1. C. Th. de in integr. restit. Lib. II. tit. 16.* Armatae adparitionis PRAESIDIVM: *l. 31. in fin. C. Theod. de Episcop.* quod militare auxilium vocatur in *l. 10. in fin. C. eod. tit.*]

[PRASTANTIAE titulus tributus magistro militum, *l. vn. C. Theod. de lusor. Danub. Lib. VII. tit. 17.* Comiti sacrarum largitionum; *l. 39. C. Th. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.*]

PRAESTARE, est tradere, dare, soluere, reddere, exhibere, praebere, tribuere, latissimae enim significationis verbum est. Aestimationem PRAESTITIT: *l. 34. D. de oblig. et action.* Si quis litis aestimationem PRAESTITERIT: *l. 25. §. 10. D. famil. ercisc.* Alimenta PRAESTARI: *l. vlt. C. de alend. liber.* Nec minus triennio alimenta et vestiaria PRAESTITISSE: *l. 1. C. de fideicommiss.* Vt post litis contestationem caussa PRAESTETVR: *l. 2. D. de vsur.* Post litem contestatam actori caussa PRAESTANDA est; *l. 3. §. 1. D. de vsufruct.* Non solum fructus, sed etiam omnem caossam PRAESTANDAM: *l. 17. D. de rei vindic.* Cautionem

PRAESTARE: *l. 1. D. de bonor. possess. furios.* Haec cautio debebit PRAESTARI: *l. 1. §. 2. D. vsufruct. quemadm. cau.* Cautione PRAESTITA his, quorum interest: *l. 65. §. 1. D. ad SC. Trebell.* Curator ventris constituendos est, qui cibum, potum, vestitum, tectum mulieri PRAESTET pro facultatibos defuncti: *l. 1. §. 19. D. de ventr. in possess. mittend.* In emtiooibus scimus, quid PRAESTARE debitor debeat, quidque ex contrario emtor; *l. 43. D. de pact.* Debitores idoneos PRAESTARE: *l. 111. D. de condit. et demonstrat.* Quod pater oon consensit honoribus siue muneribus filii, ne illius patrimonium oneri subiiciatur, PRAESTAT defensionem, *l. 3. §. 5. D. de muner. et honor.* id est, praebet. Si ea, quae me tibi ex emto PRAESTARE oporteret, PRAESTITISSEM: *l. 58. D. de pact.* PRAESTARE emtori vel non: *l. 2. §. 6. et 7. D. de hered. vel act. vend.* Numerus liberorum excusationem non PRAESTAT, *l. 2. §. 1. D. de vacat. et excusat. muner.* id est, operatur, praebet. Ex qua persona qois lucrum capit, eius factum PRAESTARE debet: *l. 149. D. de diuers. regul. iur.* Si dominus seruorum suorum factum PRAESTARET: *l. 1. §. 15. D. de vi et vi armat.* Factum socii praestabitur societati: *l. 21. D. pro socio.* PRAESTARI fideicommissum: *l. 9. D. de fideicommiss. libertat.* Fideiussor a matre PRAESTITVS: *l. 6. C. ad SC. Vellei.* id est, datus. PRAESTARE fidem, id est, implere. Qui fidem, quam aduersarius sequutus est, noo PRAESTAT: *l. 6. §. 5. D. de his, qui notant. infam.* Heres pacto, quod defunctus fecit, fidem PRAESTARE debet: *l. 52. D. de pact.* Venditorem fructus, quos percepit, venditi iudicio PRAESTATVRVM: *l. 4. §. 1. D. in diem addict.* Recte hoc dici, oec esse, qood Grammatici hanc formatiooem in iurisconsultis vellicent, ex Vossio *Lib. III. de Analog. cap. 20.* ostendit V. C. Duker. de *Latin. vet. iurisconsult. p. 387.* HEIN. Immunitati, quae nauiculariis PRAESTATVR: *l. 5. §. 4. D. de iur. immunitat.* Legata PRAESTARE: *l. 1. C. de bon. possess. contra tabul.* Legata PRAESTARI: *l. 19. §. vlt. D. de fideicomm. libertat.* Agi ex testamento potest, vt liberatio PRAESTETVR: *l. 19. §. vlt. D. quand. dies legator.* Res pro re soluta liberationem PRAESTAT: *l. 46. D. de solution.* PRAESTARE libertatem: *l. 33. D. de minor. l. 40. D. de manumiss. testam. l. vlt. D. de curator. furios.* Quum heres ignorans, quasi ex fideicommisso libertatem seruis PRAESTITISSET: *l. 23. D. de iur. patron.* Qui voluntate seruo suo libertatem gratuitam PRAESTITIT: *l. 1. C. de libert. et eor. liber.* Dominus manumitteodo libertatem seruo hereditario PRAESTITIT: *l. 3. C. de iis, quae non a domin* Libertatem PRAESTARI: *l. 20. D. de manumiss. testam.* Vt libertas seruo PRAESTETVR: *l. 24. §. 7. D. de fideicomm. libert.* Si ex falsis codicillis per errorem libertas PRAESTITA ab herede fuisset: *l. 47. D. de manumiss. testam.* Fiducia libertatis, quae ex fideicomisso PRAESTANDA est: *l. 43. D. de liberal. causs.* Libertas seruo ex fideicommissi caussa PRAESTATVR: *l. 15. §. 2. D. de leg. Cornel. de fals.* Stichum, cui libertas ex caossa fideicommissi PRAESTANDA est: *l. 72. §. 5. D. de solution. l. 43. D. de liber. caussa.* Si libertas ab eo, qui se heredem esse

ad-

PRAE.

adfirmat, PRAESTITA est: *l. 10. C. de quaestion.* Locupletem esse debitorem non debere PRAESTARE: *l. 4. D. de hered. vel act. vendit.* Si sponte sua libertus mercedem patrono PRAESTITERIT: *l. vlt. §. 1. D. qui et a quib. manum.* Nisi obsequium PRAESTARET libertus: *l. 1. D. de bonis libertor.* Operas PRAESTARE: *l. 35. D. de oper. libert. l. 8. C. eod. tit. l. 57. D. de condit. et demonstr. l. 56. D. de solution.* id est, edere, exhibere. Qui operas promisit, operas PRAESTANDO potest liberari: *l. vlt. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* Optimum ex artificio PRAESTARE: *l. 18. § vlt. D. de aedilit. edict.* Certae summae PRAESTARI poenam; *l. 22. C. de vsur.* Possessionem PRAESTARE: *l. 6. D. de diuers. tempor. praescript.* Praedia ex caussa fideicommissi auo tuo PRAESTITERVNT: *l. 2. C. de fideicommiss.* Probationem PRAESTARE: *l. 5. D. de probation.* Integram quantitatem PRAESTARE: *l. 88. §. 8. D. de legat. II.* Totius temporis rationem PRAESTARE: *l. 11. C. arbitr. tutel.* [PRAESTARE rationem, *l. 76. §. vlt. D. de rit. nuptiar.* id est, reddere.] Rem, quam ex emto PRAESTARE debebam; *l. 31. D. de action. emt.* Rem suam factam PRAESTARE: *l. 3. D. depositi.* Si quis ex caussa fideicommissi singulas res PRAESTITERIT: *l. 16. §. 7. D. de hered. petit.* Satisdationem super excipienda lite PRAESTARE: *l. 1. C. de satisd.* Hanc seruitutem mihi PRAESTARE debebis: *l. 20. D. de seruit. praed. rustic.* Legatorum stipulatio PRAESTANDA est: *l. 1. §. 17. D. vt legator. seu fideic.* Ab his oneribus, quae possessionibus, vel patrimonio iodicantur, nulla priuilegia PRAESTANT vacationem: *l. 10. D. de vacat. et excusat. muner.* Legitimas vsuras PRAESTARE: *l. 1. C. de vsur. pupill.* Vsuras PRAESTARI: *l. 62. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. de vsur. pupill.* Post diem vsurarum PRAESTITARVM: *l. 2. §. 6. D. de dol. mal. except.* Si quid libertatis caussa maritus seruo imposuit, id vxori PRAESTABIT: *l. 64. D. solut. matrim.* ¶. 2. PRAESTARE est aliquando implere quod dictum promissumue est. Hi, quod adseuerarunt, non PRAESTANT: *l. 17. §. vlt. D. de aedilit. edict.* PRAESTARE, quod dixit: *l. 20. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* Venditorem quaedam, etsi dixerit, non PRAESTARE: *l. 19. D. de aedilit. edict.* ¶. 3 PRAESTARE casum, culpam, dolum, est euentum et exitum culpae, casus, et doli praestare, siue damnum culpa, dolo, casu datum resarcire. [Dici haec per σύλληψιν, vel πλεχὴν, vel antiphrasin aut hypallagen alii obseruant. Nisi ellipsin continere hanc loqoutinnem malimus dicere, et subaudiendam esse euitationem sub poena, vt in illo Paulli *1 Corinth. 7. v. 2.* διὰ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. *Propter fornicationem* (scilicet vitandam) *quisquie habeat vxorem suam.*] Casum PRAESTARE: *l. 11. D. de negot. gest.* Culpam et dolum PRAESTARE: *l. 11. D. eod. tit. l. 72. §. 1. D. de iur. dotium. l. 6. D. de muner. et honor. l. 5. §. 2. D. commodat. l. 17. princ. D. de iur. dot.* Et apod Ciceron. *Lib. I. de orat. cap. 24. Lib. IX. ad famil. Epist. 16. de Legib. Lib. III. cap. 16.* Dolum malum dumtaxat in ea re, non etiam culpam maritus PRAESTARE debet: *l. 9. D. solut. matrim.* Licet in dotalibus rebus non solum dolum, sed et culpam maritus PRAESTET: *l. 18. §. 1. D. solut. matrim.* PRAESTANDO dolum, culpam et quantam in suis rebus diligentiam *l. 1. D. de tutel. et rationib. distrah.* Solam latam negligentiam tutores PRAESTARE: *l. 7. §. 2. D. de administr. et peric. tutor.* Damnum, quod ex cessatione accidisset, popillo PRAESTANDVM esse: *l. 2. C. arbitr. tutel.* ¶. 4. PRAESTARE *actionem*, id est, cedere, mandare. *l. 39. §. 14. D. de administr. et peric. tutor. l. 1. §. 11. D. depositi. l. 88. §. 8. D. de legat. II.* Tecum agere possum, vt PRAESTES mihi aduersus venditorem emti *actiones*: *l. 45. princ. D. mandat.* Vt creditor, quam habet aduersus debitorem *actionem*, eam PRAESTET: *l. 38. D. de euiction.* PRAESTARE *actiones*: *l. 1. §. 1. D. de superfic. l. 95. §. 10. D. de solution. l. 33. §. vlt. D. de fideicommiss. libert l. 31. princ. D. de action. emt. l. 31. §. vlt. D. de reb. credit. l. 60. §. 2. D. locat. l. 36. D. de fideiussor. l. 18. D. de hered. petit. l. 16. §. vlt. D. eod. tit. l. 2. l. 16. D. deposit. l. 25. D. de adimend. legat.* PRAESTARE *actiones* nostras: *l. 6. §. vlt. D. naut. caupon. stabul.* *Actiones* suas PRAESTARE: *l. 17. §. 1. D. de rei vind.* Si debitor nondum sit aliquid consequutus, *actiones* suas PRAESTABIT: *l. 14. §. vlt. D. de reb. auctor. iudic. poss.* *Actiones* suas PRAESTABIT heres: *l. 2. D. deposit.* Si actor *actiones* suas aduersus ceteros PRAESTARE non recuset: *l. 47. D. locat.* In hoc tantum, vt *actiones* tuas PRAESTES: *l. 21. §. 1. D. de negot. gest.* Si *actiones* tuas quas aduersus Titium habere mihi PRAESTITERIS: *l. 17. §. vlt. D. mandat.* Aduersus reum *actiones* PRAESTARE: *l. 10. D. de liber. legat.* *Actionem* PRAESTARE cogimur: *l. 45. §. 5. D. mandat.* Cauere se *actiones* PRAESTATVRVM: *l. 69. D. de rei vindic.* *Actio* PRAESTARI: *l. 20. §. vlt. D. de tutel. et ration. distrah.* PRAESTARI *actiones*: *l. vlt. D. rem pupill. salu. l. 22. D. famil. ercisc. l. 73. D. de condit. et demonstr. l. vlt. princ. D. de donation. l. 5. princ. D. de censib.* Vt fideiussori, qui conueniretur, *actiones* PRAESTARENTVR: *l. vlt. D. rem pupill. salu. for.* *Actiones* aduersus patrem filio PRAESTARI non possunt: *l. 7. D. de obligat. et action.* Legatarius agere potest, vt *actiones* PRAESTENTVR: *l. 50. §. vlt. D. de legat. II.* Ad PRAESTANDAS *actiones* teneor: *l. 80. D. de furt.* ¶. 6. [PRAESTARE pro promittere. Gratia PRAESTITVM sit: *l. 1. C. de heredib tutor.*] ¶. 7. Non a re alienum erit, quaedam hoc loco de singulari ratione, qua iurisconsulti verbum PRAESTARE formarunt, notare. Sic PRAESTARI παθητικῶς pro PRAESTARE dixit Papinianus, *l. 36. §. 2. D. de militar. testam.* licet et Florentiae ita vitiose scribi putet Antou Augustin. *Lib. I. Emendat. Cap. 2.* Alia tamen ratione defendi posse, ostendit V. C. Car. Andr. Duker. *de Latin. vet. iurisconf. p. 353.* HEIN. [PRAESTAVIMVS pro *praestitimus* quaedam editiones habent, *l. 19. § 4 D. de negot. gest.* Videtur quidem *praestauit* sibi inuenisse apud Ammian Mareell. *Lib. XXXI. Cap. 11.* Io. Ker *Tom. II. Obseruat. Lingu. Latin.* Sed Valesius ibi legit *prostrauit.* HEIN. Sic et PRAESTARIM, pro *praestiterim*, in *l. 37. in fin. D. de vsur.* Neque est, qood ex mutatione B. in V. de qua Popma *de vsu antiqu. loquut. Lib. I. Cap. 3.* et Brisson. *in Parerg.* natum esse illud *praestauimus*, censeamus. Nam nec PRAESTABIMVS locum habere potest,

est,

eſt, quum non de futura, ſed de praeterita praeſtatione ſermo ſit.] Nec minus *repraeſtauerit* dixit Paull. *l. 47. de action. emt.* ſi ſequamur Florentinam lectionem. Cuiacius tamen *Lib. III. Obſeru. Cap. 15. et Lib. XIII. cap 35.* legi iubet *repraeſentauerit.* vid. laud. Duker. *p. 337.* HEIN. [PRAESTATV *iri*, antique pro *praeſtatum iri*, in *l. 66. D de contrab. emt.* et PRAESTITV *iri*, ſecundum nonnullas editiones, in *l. 10. D. de hered. vel act. vend.* Sic *datu iri*, in *l. 38. D. de verb. oblig. debitu iri*, *l. 20. l. 38. D. de reb. credit. traditu iri*, *l. 47. D. de rei vindic. l. 47. §. 3. D. de fideic. libert.* vid. Anton Auguſtin. *Lib. II. Emendat. cap. 2.* et Auſon. Popm. *de vſu antiqu. loquut. Lib. I. cap. 5.*]

PRAESTATIO, pro ſolutione. Angariorum PRAESTATIO: *l. 10. §. 2. D. de vacat. et excuſat. muner.* Vſumfructum locauit ſub certa annua PRAESTATIONE: *l. 10. C. de vſufruct.* Non facit inutilem ſtipulationem difficultas PRAESTATIONIS: *l. 2. D. de verb. oblig.* PRAESTATIO *dotis*: *l. 34. §. 5. D. de legat. II. l. 16. D. de dot. praeleg.* Fideicommiſſorum et legatorum; *l. 43. D. de condit. et demonſtrat.* Fructuum: *l. 3. D. de act. emt.* Libertatis: *l. 24 §. 8. et 19. D. de fideicommiſſ. libert.* Operarum: *l. 57. D. de condit. et demonſtrat. l. 20. princ. D. de oper. libert.* Partis: *l. 1. D. de bonis libertor.* Partium: *l. 2. D. de verb. obligat.* Operae, quae quaſi in pecuniae PRAESTATIONE conſiſtunt: *l. 6. D. de oper. libert.* In PRAESTATIONE eſſe penum: *l. 1. D. de pen. legat.* Rei PRAESTATIO: *l. 22. §. vlt. D. famil. erciſc.* PRAESTATIO in tempus collata: *l. 64. D. de verbor. obligat.* PRAESTATIO vectigalis: *l. 7. D. commun. diuid.* Vſurarum: *l. 2. §. 11. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.* ¶. 2. PRAESTATIONES etiam vocantur, quae inuicem et vtrimque ſeu retro citroque a contrahentibus praeſtantur. In permutatione et emtione multum differunt PRAESTATIONES: *l. 1. princ. D. de rer. permut.* Pro ſocio actio magis ad perſonales inuicem PRAESTATIONES pertinet: *l. 1. D. commun. diuid.* Sicut ipſius rei diuiſio in communi diuidundo iudicio, ita etiam PRAESTATIONES veniunt: *l. 4. §. 2. D. commun. diuid.* Familiae erciſcundae iudicium ex duobus conſtat, id eſt, rebus et PRAESTATIONIBVS, *l. 22. §. 4 D. fam. erciſc.* [*Praeſtationum* autem nomine hic veniunt ſumtus et expenſae, *l. 18. §. 3. D. eod. tit.* lucra ſeu commoda, *l. 19. D. eod. tit.* incommoda *ibid.* Fundo legato ob reliquas PRAESTATIONES, quae legatum ſequuntur, agetur: *l. 66. §. 6. D. de legat. II.* Vetus Gloſſar. Graec. PRAESTATIONES, *τὰ κατὰ πρόσωπον ἐγκλήματα, ἔνθα τις ἐγκαλεῖται ὡς ἢ βλάψας τὰ ἐπίκοινα, ἢ καρπωσάμενος αὐτὰ μόνος ἐξ ἄλλης αἰτίας.*

PRAESTITVERE, eſt praefinire, praeſcribere. Certam aetatem ſorti ſoluendae PRAESTITVTAM: *l. 26. §. 1. D. quand. dies legat.* Placuit PRAESTITVI annum: *l. 1. §. 12. D. de ſucceſſor. edict.* Auxilium bonis PRAESCRIPTVM: *l. 50. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam.* Certam diem PRAESTITVIT legiſlator, intra quem manumittere non liceat: *l. 12. D. qui et a quib. manumiſſ.* Dies triginta ad denunciandum PRAESTITVIT ſenatus: *l. 1. §. 10. D. de liber. agnoſc.* Dies cautioni PRAESTITVTVS: *l. 4. D. de damn. infect.*

PRAESTITVTA die: *l. 23. §. 3. D. de fideicomm. libert.* Ante diem PRAESTITVTVM: *l. 23. §. vlt. D. de adpellat.* Intra diem ex die mortis PRAESTITVTVM: *l. 3. §. 31. D. ad SC. Silanian.* Poſt diem PRAESTITVTVM: *l. 7. D. de leg. commiſſor.* Poſt PRAESTITVTVM pretii ſoluendi diem: *l. 4. C. de pact. inter emtor.* Intra PRAESTITVTOS dies amiſſa naue: *l. 6. D. de nautic. foenor.* Intra PRAESTITVTOS dies; *l. 12. D. ad SC. Turpillian.* Si luſtrum ab initio fuerat conductioni PRAESTITVTVM: *l. 13. §. vlt. D. locat.* Quatenus modus legis Falcidiae PRAESTITVTVS patitur: *l. 17. C. ad leg. Falcid.* PRAESTITVS numerus: *l. 5. C. de profeſſ. Lib. X.* Quos efficiendo operi reſpublica PRAESTITVIT: *l. 2. §. 1. D. de operib. publ.* Salarium, quod a legatis PRAESTITVTVM eſt: *l. 4. C. de offic. adſeſſor.* Niſi forte aliud tempus vel mente vel verbis teſtator PRAESTITVIT: *l. 1. D. de pen legat.* Tempus coheredi PRAESTITVERE: *l. 11. §. 23. D. de legat. III.* E re putauit *Praetor* PRAESTITVERE tempus his, quibus bonorum poſſeſſionem detulit: *l. 1. D. de ſucceſſor. edict.* Seruo heredi inſtituto non PRAESTITVIMVS tempus ad deliberandum: *l. 1. D. de iur. delib.* Circa PRAESTITVENDVM tempus ſubſtituto: *l. 69. D. de adquir. vel omitt. heredit.* Tempus poſt impletam minorem aetatem PRAESTITVTVM: *l. 1. D. de temp. in integr. reſtitut.* Tempus exigendis vectigalibus PRAESTITVTVM: *l. 4. C. de vectigal.* Ante tempus in integrum reſtitutionis PRAESTITVTVM: *l. 1. C. ſi aduerſ. ſolution.* Temporis finem, quod ſingulis PRAESTITVTVM eſt: *l. 10. §. vlt. D. de diuerſ. temporal. praeſcript.* Tempora reſtitutioni PRAESTITVTA: *l. 4. C. de in integr. reſtit.* Tempora edicto PRAESTITVTA: *l. 1. C. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* PRAESTITVTA tempora reſtitutionis: *l. vlt. D ſi aduerſ. donation.* Intra tempora vacationis PRAESTITVTA; *l. 12. D. de vacat. et excuſat. muner.* Intra tempora PRAESTITVTA: *l. 1. §. 1. D. quand. adpelland. l. 1. D. de adminiſtrat. et pericul. tutor. l. 9. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ.* Intra PRAESTITVTA tempora: *l. 3. C. de dol. mal.*

[PRAESTRINGERE. PRAESTRINGIMVS huius legis auctoritate, id eſt, praeſtituimus, comminamur, denunciamus, *l. 5. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.*]

¶. 2. [PRAESTRICTI multae competentis denunciatione, in *l. 7. C. Theod. de legat. Lib. XII. tit. 12.* id eſt, obligati, obnoxii.]

PRAESVMERE, pro opinari. Ab hoſtibus reuerſo filio, quem pater falſo obiiſſe PRAESVMSERAT: *l. 3. D. de condict. indeb.* Ne fides communium liberorum decipiat patrem, qui melius de matre PRAESVMSERAT: *l. 67. §. vlt. D. de legat. II.* ¶. 2. PRAESVMI etiam id dicitur, quod pro certo et pro regula conſtituitur, donec probetur contrarium. Sic: Vulgo PRAESVMITVR alium in litem non debere iurare, quam dominum litis: *l. 7. D. de in lit. iurand.* Qui ſe filio teſtatoris impuberi tutorem adſcripſit, etſi ſuſpectus eſſe PRAESVMITVR, *l. 1. §. 1. D. ad leg. Cornel. de falſ.* Quod et PRAESVMI oportet: *l. 73. §. 3. D. de legat. III.* PRAESVMTVM eſt, quosdam ſeruos bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata: *l. 31. §. 21. D. de aedilit. edict.* PRAESVMTVM eſt, voluiſſe teſtatorem: *l. 2. D. ad SC.*

Trebell. PRAESVMTVM est, ea mancipia, quae rudiora sunt, simpliciora esse: *l. 37. D. de aedilit edict.* Quod PRAESVMTVM esse debet, nisi contrarium ab herede probetur: *l. 33. §. vlt. D. de legat. III.* ¶ 3. [PRAESVMERE, pro ante sibi sumere, vel eligere: *l. 11. C. Theod. de metat.* iunct. *l. 5. eod. Lib. VII. tit. 8.* aliquando idem est, ac praeter id, quod debetur, sumere, vt in *l. 5. C. Theodos. de pascuis, Lib. VII. tit. 7.* ibi: nec vero milites aliquid PRAESVMERE debent.

¶. 4. [PRAESVMERE etiam est aliquid contra legis praescriptum vel iudicii ordinem, vel alio illicito modo agere. Sic PRAESVMTVM negotium, in *l. vlt. C. Theod. de relation. Lib. XI. tit. 29.*]

PRAESVMTIO, pro opinione, vel coniectura ducta a lege siue iudice ab eo, quod ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidere solet. Toties sua PRAESVMTIO proficit, quoties concurrit cum veritate: *l. 30. §. 3. 4. D. de adquir. heredit.* Si non leui PRAESVMTIONE eredat: *l. 44 §. 4. D. de vsurpation.* In qua PRAESVMTIONE sunt, qui in quaque regione sunt et immorantur: *l. 18. §. 3. D. de instruct. vel instrum. legat.* Quasi per PRAESVMTIONEM priore masculo edito: *l. 10. §. vlt. D. de reb. dub.* Licet PRAESVMTIONE debitor liberatus esse videtur: *l. 24. D. de probation.* PRAESVMTIONEM pro eo esse, qui accepit: *l. 25. princ. D. eod. tit.* PRAESVMTIO propter naturalem adfectum, facit omnia patri videri concessa: *l. 28. §. 2. D. de liberat. legat.* Ad exemplum PRAESVMTIONIS Carboniani edicti: *l. 3. §. vlt. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* Quum ex PRAESVMTIONE libertas praestita esse videtur: *l. 24 §. 8. D. de fideicomm. libertat.* PRAESVMTIONEM ad filii debitum spectare verisimile est: *l. 57. D. de iur. dotium.* ¶. 2. [PRAESVMTIO, actionem iniustam, iouasionem, alienaeque rei illicitam vsurpationem notat, io *l. 14. C. Theod. de oper. public. Lib. XV. tit. 1.* ibi: PRAESVMTIONEM iudicum vlterius prohibemus.]

[PRAESVMTOR infaustus dicitur Ioannes tyrannus, qui mortuo Honorio imperatore, inuaserat imperium, malisque artibus ad se traxerat, in *l. vlt. C. Theod. de episcop. Lib. XVI. tit. 2*]

PRAETENDERE, obtendere, praetexere, velamento aliquo se defendere. Si PRAETENDENTIBVS aliquod fine iudice credatur: *l. 1. D. de vacat. et excusat. muner.* Creditore iura hypothecae siue pignoris PRAETENDENTE: *l. 1. C. si propt. publ. pensitat.* Delator PRAETENDENS mandatorem caussae decessisse: *l. 23. D. de iur. fisc.* Fideiussor non potest facti ignorantiam PRAETENDERE: *l. 7. D. ad SC. Velleian.* Ignauiam PRAETENDENTES audire non oportere: *l. 78. §. 2. D. de legat. II.* Si miles nihil tale PRAETENDAT: *l. 6. §. 7. D. de re militar.* Mulier, quae aetatem filii PRAETENDIT ad eludendam legitimam accusationem: *l. 11. §. 9. D. ad leg. Iul. de adulter.* Qui se ignorasse edicti seueritatem PRAETENDANT: *l. 15. D. ad leg. Cornel. de falf.* Vnus tutor plurium pupillorum nomine vnum debitum PRAETENDENTIVM: *l. 9. D. de pact.* Totores Valerianae filiae Antonini egestatem eius PRAETENDEBANT: *l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell.*

[PRAETER, pro citra, absque, sine, in *l. 3. C. de silentiar. et decurion. cor. Lib. XII. tit. 16. l. 3. C. Th. eod. tit. Lib. VI. tit. 23.*]

PRAETEREA in fine clausulae a Modestino vsurpatur, *l. 34 §. 5. D. de legat. II. et l. 16. D. de legation.* [ac vtroque quidem loco *praesertim* videtur notare.] ¶. 2. [PRAETEREA, pro praeter, in *l. 17. in fin. C. Theod. de proxim. comit. Lib. VI. tit. 26.*]

PRAETERIRE. Annus diesue PRAETERIISSE dicitur, qui iam exactus et expletus est. Si annus PRAETERIERIT: *l. vlt. D. quod vi aut clam. l. 14. D de aqu. et aqu. pluu. arcend.* Quum, quantumlibet ex duodecimo anno venisset, aut PRAETERIISSET: *l. 41. D. de manumiss. testam.* Omnibus partibus PRAETERITI anni: *l. 42. D. de verb. obligat.* Non nisi PRAETERITO biennio: *l. 27. § vlt. D. eod. tit.* Si dies patrono bonorum possessionis agnoscendae PRAETERIERIT: *l. 2. D. de bonis libert.* Quum dies pecuniae PRAETERIERIT: *l. 9. §. 1. D. de administrat. et peric. tutor.* Non ante aget, quam dies stipulationis PRAETERIERIT: *l. 18. D. rat. rem haber.* Posteaquam dies degustandi PRAETERIIT: *l 4. D. de pericul. et commod. rei vend.* PRAETERITA die: *l. 5. D. de precar.* Si PRAETERITA die domious nunciaret: *l. 13 D. de oper. nou. nunciat.* PRAETERITIS centum diebus: *l. vlt. §. 1. D. quis ordo in bonor. possess.* PRAETERITO triennio: *l. 41. §. vlt. D. de manumiss. testam.* Sic et PRAETERIISSE dicitur tempus, quod effluxir, transactumque est. Tempus PRAETERIISSE bonorum possessionis: *l. 1 §. 3. D. de iur. et fact. ignor.* Si nondum PRAETERIERIT tempus: *l. 1. §. 4. D. de migrand.* Si nondum PRAETERIERIT temporis tantum, quo sulcire poruerit redemtor: *l. 98. §. vlt. D. de verb. obligat.* Si tempora nondum PRAETERIERVNT: *l. 1. C. si aduers. dotem.* Quum soluendi tempus obligationi additur, nisi eo PRAETERITO, peti non potest: *l. 186. D. de regul. iur.* Ex PRAETERITO tempore: *l. 15. D. de manumiss. vindict.* PRAETERITI temporis tributum: *l. 36. D. de iur. fisc.* vectigal: *l. 7. D. de publican. et vectigal.* Ac generatim PRAETERITVM dicitur, quidquid iam factum commissumue est, et tam praesenti, quam futuro opponitur. De alimentis PRAETERITIS transigi potest: *l. 8. C. de transact.* Fructus, quos tibi iuxta PRAETERITAM consuetudinem deberi constiterit: *l. 18. C. de locat.* Dolus PRAETERITVS: *l. 13. §. 2. D. de heredit. petit.* Ex PRAETERITO dolo: *l. 95. § 9. D. de solution.* Vt dolus PRAETERITVS in hereditatis petitionem veniat: *l. 27. §. 3. D. de rei vindic.* Multa reperimus tractata de dolo PRAETERITO: *l. 20. §. 6. D. de heredit. petit.* Qui praedo est, et ante litem contestatam doli nomine tenebitur: hic eoim est dolus PRAETERITVS: *l. 25. §. 7. D. eod. tit.* Non tantum PRAETERITVS dolus in depositi actione veniet, sed etiam futurus: id est, post litem cootestatam: *l. 1. §. 20. D. deposit.* Iuxta pretia non ex PRAETERITA emtione, sed ex praesenti aestimatione: *l. 3. §. 5. D. de iur fisc.* PRAETERITI facti poena: *l. vlt. §. 1. D. de homin. liber. exhib.* PRAETERITI fructus: *l. 2. D. si quid in fraud. patron. l. 56. D. famil. ercisc. l. 5.*

l. 5. §. 4. D. si vsufr. petat. Tam in PRAETERITVM, quam in futurum: *l. 88. §. 2. D. de legat. II.* PRAETERIRE operae non possunt, antequam fuerint indictae: *l. 13. §. 2. D. de oper. libert.* PRAETERITAE operae: *l. 4. l. 8. D. eod. tit.* PRAETERITAE operae et futurae opponuntur: *l. 37. §. 5. D. de oper. libert.* Si inquilinus pro PRAETERITA pensione satisfacere paratus sit: *l. 34. D de damn. infect.* Sine vlla quaestione poenae PRAETERITAE: *l. 1. C. qui non poss. ad libert.* ¶ 2. PRAETERIRE, interdum est nomen alicuius testamento praetermittere, vt loquitur Cicero *pro Cluent. Cap. XV.* Vet. Glossar. Graec. PRAETERIRI, *ἀμνημονεύτης ἐαθῆναι.* Et ita PRAETERIRE filium pater dicitur, qui nullam eius mentionem testamento facit, eumque nec heredem instituit, nec exheredat: *l. 31. D. de liber. et postum.* Si miles sciens filium suum silentio PRAETERIERIT: *l. 41. §. 3. D. de testam. milit.* A primo, item a secundo gradu PRAETERITVS filius: *l. 8. §. 1. et §. 5. D. de bonor. possess. contra tabul.* Et ita PRAETERITVM filium, nepotem postumum accipe, *l. 31. l. vlt. D de liber. et postum. l. 1. l. 12. l. 17. D. de iniust. rupt. irrit. fact. testam. l 6 D. de bonor. possess. contra tabul.* Vet Glossar. PRAETERITVS, *ἀμνημόνευτος.* PRAETERITI liberi, quod ad bonorum possessionem contra tabulas attinet, intelliguntur, qui neque heredes instituti, neque, vt oportet, exheredati sunt: §. 12. *Instit. de hered. quae ab intestat.* Bene autem Iustinianos: aut nec vt oportet. Etenim non quaeuis exheredatio filium summouet a contra tabulas bonorum possessione, sed quae rite facta est, *l. 8. §. 2. D. de bonor. possess. contra tabul.* In testamentis ordinandis principale ius est de liberis heredibus instituendis vel exheredandis, ne PRAETERITIS istis rumpatur testamentum: *l. 37. D. de liber. et postum.* Si patronum PRAETERIERIT libertus: *l. 31. § 3. D. de fideicomm. libertat.* Ventre PRAETERITO: *l. 24. D. de adquir. vel omitt. hered.* PRAETERITVS autem venter dicitur, si in supremis ordinandis testator eius mentionem non habuerit, vt loquitur *l. 36 § 2. D. de testam. milit.* ¶ 3. PRAETERITI *senatores* dicebantur, *qui senatus lectione praetermissi, neque lecti erant*, vt docet Festus, in verbo *praeteriti.* Liu. *Lib. XL. Cap 51. Tres eiecti de senatu, retinuit quosdam Lepidus a collega* PRAETERITOS.

PRAETERMITTERE, omittere, negligere. Si fideiussor sciens PRAETERMISERIT exceptionem: *l. 29. princ. D. mandat.* id est, omiserit, vt: ead. *l. 29. §. 4. D. eod. tit.* Per ignorantiam stipulatio PRAETERMISSA est: *l. 10. D. de praescript. verb.* ¶. 2. PRAETERMITTERE, pro praeterire. Si quis eum, qui in vtero est, PRAETERMISERIT: *l. 4. §. vlt. D. de bonor. possess. contra tabulas.* ¶. 3. PRAETERMITTERE alias est repudiare. Hereditatem PRAETERMITTERE: *l. 59. D. de adquir. vel omitt. hered.* Si pecuniam a substituto acceperis, vt PRAETERMITTERES: *l. 3. D. si quis omiss. causs. testam.* PRAETERMITTERE caussam testamenti videtur, qui quum posset iubere, noluit id facere: *l. 1. §. 1.*

PRAE.

D. eod. tit. PRAETERMITTERE caussam testameoti est, si quis repudiauerit hereditatem: *l. 1. §. 6. D. si quis omiss. causs. testam.*

[PRAETEXTATVS, in *l. 3. §. 6. D. de liber. exhib.* puerum notat a XIV. anno aetatis ad XVII. quo tempore toga vtebantur, cui praetextus erat limbus purpureus. Voss. *Instit. Orat. Lib. IV. Cap. 8. sect. 8.* Postea sumebant togam virilem. Pancirol. *Var. Lection. Lib. I. Cap. 15.* Eodem sensu dicitur PRAETEXTATA, in *§. 1. Inst. de iniuriis.*] Qui puero PRAETEXTATO stuprum aliudue flagitium abducto ab eo, vel corrupto comite persuaserit: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 4. §. 14.* vbi vid. Schulting. *pag. 443.*

PRAETEXTVS, colorem et obtentum significat. Sub PRAETEXTV, id est, sub obtentu, vt loquitur *l. 35. D. de re iudic.* seu sub specie, vt *l. 4. C. eod. tit.* Sub PRAETEXTV accusationis: *l. 10. C. de donat. inter vir. et vxor.* Accusationis institutae vel futurae PRAETEXTV: *l. 9. C. de contrab. vel committ. stipul.* Sub PRAETEXTV adiuuantium militares viros: *l. 6. §. 3. D. de offic. praesid.* Ne vel aedificia sub hoc PRAETEXTV diruantur: *l 1. D. de tign iunct.* Sub PRAETEXTV aetatis pupilli debitoris hereditarii, creditorum exactionem differri non posse: *l. 4. C. de heredit. action.* Sententiam pro ingenuitate dictam, et collusionis PRAETEXTV semel retractare permittitur: *l. vlt. D. de collusion. detegend.* Fideicommissaria libertas PRAETEXTV compilatae hereditatis non differtur: *l. 23. D. de fideicomm. libertat.* Res iudicatae sub PRAETEXTV computationis instaurentur, nullus erit litium finis: *l. 2. C. de re iudicat.* PRAETEXTV debiti pensionum: *l. 5. C. in quib. causs. adpell.* PRAETEXTV debiti restitutio commodati non probabiliter recusatur: *l. vlt. C. de commod.* Sub PRAETEXTV debiti procurationem contra priuatos fiscum praestare, abhorret a nostro saeculo: *l. 3. C. ne fiscus vel reipubl. procurat.* PRAETEXTV humanae fragilitatis delictum decipientis in periculo homines, innoxium esse non debet: *l. 6. §. 7. D. de offic. praesid.* Condictione repetere pecuniam, quasi sub PRAETEXTV hereditatis acceptam: *l. 3. §. vlt. D. de transact.* Adumbrare patientiam PRAETEXTV incredibilitatis: *l. 29. D. ad leg Iul. de adulter.* PRAETEXTV legis vti: *l. 6. D. de muner. et honor.* Vitticus et priuignus inuicem sibi donare PRAETEXTV matrimonii non prohibentur: *l. 60. D. de donat. inter vir. et vxor.* PRAETEXTV mioorís pensionis locatione facta, si nullus dolus aduersarii probari possit, rescindi locatio non potest: *l. 23. D. locat.* Sub PRAETEXTV nominis: *l. 6. D. de administr. et peric. tut.* Periurii PRAETEXTV caussa retractari non potest: *l. 1. C. de reb. credit.* Sub PRAETEXTV religioois, vel sub specie soluendi voti coetus illicitos nec a veteranis tentari oportet: *l. 2. D. de extraord. criminib.* Non oportet vt indignis heredibus successiones auferri PRAETEXTV, quod in sepultura supremis iudiciis vel voluntatibus defunctorum obtemperatum non suisset: *l. 5. C. de his, quib. vt indign.* Sub PRAETEXTV specierum post repertarum, generali transactione finita, rescindi pro-

hibent iura: *l. 29. C. de transact.* PRAETEXTV terminorum temporis antecedentis: *l. 16. D. fin. regund.*

PRAETOR. Initio ipsi *consules* PRAETORES dicebantur, quod *praeirent populo*, vt Liuius *Lib. III. Cap. 55.* et Varro *Lib. II. de vit. popul. Rom.* referente Nonio *Cap. I. sect. 91.* scribunt. Quin etiam *militares duces* a Romanis PRAETORES adpellatos, quod *exercitui praeirent*, cum Varrone *Lib IV. de lingu. Latin.* Iustinianus *Nouell. XXV. et XXVI.* tradit. [Quin et a Paullo *Lib. I. Sent. Tit. 15. §. a.* *Aedilis* vocatur PRAETOR, vid. Cuiac. *ad hunc loc.*] Postea vero hoc nomen ad eos magistratus, quibus vrbana, vel inter ciues et peregrinos iurisdictio attributa fuit, translatum est. Cuius magistratus de incunabulis et incrementis non possum commodius, quam ipsiusmet nostri Pomponii adsutis verbis referre, quae ita habent. Quumque consules auocarentur bellis finitimis, neque esset, qui in ciuitate ius reddere posset, factum est, vt PRAETOR quoque crearetur, qui vrbanus adpellatus est, quod in vrbe ius redderet. Post aliquot deinde annos non sufficiente eo PRAETORE, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem veniret, creatus est et alius PRAETOR, qui peregrinus adpellatus est, ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia totidem PRAETORES, quot prouinciae in ditionem venerant, creati sunt: partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus praeessent. Deinde Cornelius Sulla quaestiones publicas constituit: veluti de falso, de parricidiu, de sicariis, et PRAETORES quatuor adiecit: deinde C. Iulius Caesar duos PRAETORES constituit. Diuus deinde Augustus sedecim PRAETORES constituit. Post deinde Diuus Claudius duos PRAETORES adiecit, qui de fideicommisso ius dicerent, ex quibus vnum D. Titius detraxit, et adiecit D. Nerua, qui inter priuatos et fiscum ius diceret. Ita decem et octo PRAETORES in ciuitate ius dicunt. *l. 2. §. 27. et 32. D. de orig. iur.* Pomponio itaque Tacitus dissentit; de Tiberio enim loquens *Lib. I. Annal. Cap. 14. Candidatos*, ait, *Praeturae duodecim nominauit, numerum ab Augusto traditum, et hortante Senatu, vt augeret, iureiurando obstrinxit, se non excessurum.* ¶. 2. Ceterum adpellationibus inuicem pro iurisdictionis varietate distinguebantur PRAETORES. Non tantum enim *vrbanus* et *peregrinus*, sed et *fideicommissarius* et *tutelaris* PRAETOR in libris nostris memoratur. PRAETORES quoque *aerarii* legere est apud Tacitum *Lib. IV. Histor Cap. 9.* quos Dio Cassius *Lib. LX. p. 680.* τὺς ϛρατηγὺς τὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως vocat. Cui adpellationi locus in vrbe fuit, quamdiu curam aerarii PRAETORES aut *praetorii viri* ex Augusti instituto sustinuerunt, quod ad Claudii vsque tempora seruatum Sueton. *in August. Cap. XXXVI. et in Claud. Cap. XXIV. docet.* ¶ 3. PRAETOR *Constantinianus*. Decreti interpositio a *Constantiniano* PRAETORE celebranda est: *l. vlt. C. de praed. et aliis reb.* De quo eiusque officio vid. Histor. nostr. iur. Lib. I. §. CCCLVII. *) et Balduin. *Const. M. p. 177.* HEIN. ¶. 4.

PRAETOR *fideicommissarius*, qui de fideicommissis cognoscebat: *l. 4. extr. D. quib. ad libert. procl. l. 78. §. 6. D. de legat. III.* PRAETOR qui de fideicommisso ius dixit: *l. 2. C. qui potior. in pignor.* Atque PRAETORIS nomine fideicommissarius iste exaudiendus est: *l. 29. D. de vsu et vsufruct. legat. l. 83. §. vlt. D. de hered. instit.* ¶ 5. PRAETORIS *fiscalis* a Nerua constituti mentio fit *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* ¶ 6. Erat et alius, qui *de liberalibus caussis* cognoscebat PRAETOR. Iustinian. *Nou. XIII. Cap. 1.* Καὶ ὥσπερ ἕτεροι πραίτωρές εἰσι ἐν τῇ συγκλήτῳ βουλῇ, οἱ τῶν ἐλευθεριῶν καὶ τῶν ἐπιτρόπων καὶ τῶν τοιούτων προκαθήμενοι. *Et quemadmodum in Senatu alii PRAETORES sunt, qui libertatibus, alii, qui tutoribus, et similibus praesunt.* Atque hic est, quem adiri, et cuius partes interponendas ait Vlpian *l. 3 §. 1. et l. 5. D. de liberal. causs.* ¶. 7. PRAETOR *peregrinus*, siue qui *inter ciues et peregrinos ius dicit.* Eius fit mentio, *l. 10. §. 4 D. de dol mal.* ¶ 8. PRAETOR *tutelaris*, de cuius officio librum singularem scripserat Vlpianus, qui laudatur a Modestino in *l. 6. §. 13. D. de excusat.* et ex quo sumtae sunt *l. 3. 5. et l. 9. D. eod. tit.* vt docet inscriptio. Hunc a Marco Antonino Philosopho primum institutum Iul. Capitolinus *in eius vita Cap. X.* scribit. PRAETORE clarissimo viro, qui *tutelaribus cognitionibus* praesidet. *l. 1. C. de tutor et curat. illustr. l. 3. C. Th. eod. tit.* PRAETOR qui *impertiendis tutoribus* praesidet; *l. vlt. C. Th. de tutor et curat. creand.* Atque ad huiusmodi PRAETOREM tutelarem pertinet *l. 9. C. arbitr. tutel.* ¶ 9. PRAETOR *vrbanus*, vir clarissimus adeatur: *l. 1. D. de reb. eorum, qui sub tutel.* ¶. 10 Notanda etiam sunt, quae sequuntur. PRAETOR *actionem dare, denegare, interuenire, partes suas interponere, decernere* dicitur. Si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittat, officio PRAETORIS continetur, ex huiusmodi obligationibus actionem denegari: *l. 27. D. de verbor. obligat.* Ius bonorum possessionis introductum est a PRAETORE emendandi veteris iuris gratia. Quod autem PRAETOR solus vocat ad hereditatem, heredes quidem ipso iure non sunt: nam PRAETOR heredem facere non potest; Sed quum PRAETOR dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, et vocantur bonorum possessores: *princ. Instit. de bonor. possess.* Quid aliud agebat PRAETOR, quam hoc, vt controuersias eorum dirimeret, a quibus si sponte recesserunt, debebit id ratum habere: *l. 1. §. 10. D. de oper. nou. nunciat.* PRAETORVM edicta non modicam obtinent iuris auctoritatem: *§. 7 Inst. de iur. natur. gent. et ciuil.* Non minus autem peregrinus quam vrbanus PRAETOR suum in albo propositum edictum habebat, vt ex indice librorum Labeonis adparet, in quorum numero eius ad edictum PRAETORIS *vrbani*, nec non PRAETORIS *peregrini* libri recensentur. Actiones, quae ex propria PRAETORIS iurisdictione pendent, plerumque intra annum viuere: nam et ipsius PRAETORIS intra annum erat imperium. *princ. Inst. de perpet. et temporal. action.* Vbicumque PRAETOR salua maiestate imperii sui, saluoque more maiorum ius dicere constituit: *l. 11. D. de iustit. et iur.* Ad officium PRAETORIS perti-

pertinet lites deminuere: *l. 21. D. de reb. credit.* Si quis ludos edens PRAETOR scenicis commodauit: *l. 5. §. 10. D. commodat.* Conuenit PRAETORI, omnes, quos in possessionem misit, tueri: *l. 1. §. 1. D. ne vis fiat ei, qui in possess.*

PRAETORIANVS, A, VM, pro praetorius. PRAETORIANVS tutor: Vlpian. *Tit. XI. Regul.* §. 24. id est, praetorius, vt est in §. *vlt. Instit. de auctor. tut.* ¶. 2. [PRAETORIANA scrinia, id est, praefecti praetorio, *l. 13. princ. C. Theod. de indulgent. debit. Lib. XI. tit. 28.*] PRAETORIANI milites, Zosim. *Lib. II. cap. 9.* *τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν στρατιώτας, οὓς πραιτωριανοὺς καλοῦσιν. aulicos milites, quos praetorianos vocant.*

PRAETORIVM, pro auditorio iudicum vsurpatur. Quin etiam aedes publicas magistratuum iudicumue caussa exstructas significat. *l. 14. C. de offic. rector. prouinc.* Iustinian. *Nouell. XXIV. prooem.* Praetores adpellatos scribit tam eos, qui in vrbe ius dicebant, quam eos, qui exercitui praeerant, addit, *ὅθεν καὶ τὰ δικαστικὰ καὶ στρατηγικὰ πραιτώρια καλεῖν ἔταξαν. vnde etiam iudiciariae domus,* PRAETORIA *vocari, constituerunt.* Vopisc. *in Aurelian. Cap. XLV. Forum nominis sui in Hostiensi ad mare fundare coepit, in quo postea PRAETORIVM publicum constitutum est.* Sic PRAETORIVM *praesidis* Tertullian. *ad Scapul. Cap. III.* dixit. B. Ambros. *Serm. XVII. Ingrediuntur* PRAETORIA, *aures iudicum et publicas inquietant.* Paullio. *in vita B. Ambrosii: Quum ad* PRAETORIVM *Macedonii, tunc magistri officiorum, pro quodam intercedendo perrexisset.* Et ita hoc verbum accipe apud eundem, quum ait: *Infans in area* PRAETORII *in coena positus.* PRAETORIVM etiam praefecturae Galliarum signat D. Gregor. *Lib. VIII. Epist. 8. Perlatum ad nos est, Basilicum Episcopum velut vnum de vltimis in caussis occupari, et* PRAETORIA *inutiliter obseruare.* PRAETORIA iudicum oportet publico iuri atque vsui semper vindicari: *l. 3. C. de operib. publ.* Ciuitates, in quibus sacra palatia aut PRAETORIA sunt: *l. 14. C. de offic. rector. prouinc.* Dei operam iudex vt PRAETORIVM suum ipse componat: *l. 3. C. Th. de offic. omnium iudic.* Cunctos iudices scire volumus, a PRAETORIIS ordinariorum iudicum, his praesentibus abstinendum: *l. 3. C. de metat. Lib. XII.* A turbulenta PRAETORII obseruatione vacare: *l. 31. §. 1. D. de episcop. et cleric.* Atque hoc vocabulum e Latio in Graeciam quoque migrauit. D. Matthaeus *Euangel. Cap. XXVII. v. 27.* *τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον. Tunc milites praesidis suscipientes Iesum in* PRAETORIVM. D. Marc. *Cap. XV. v. 16.* *οἱ δὲ στρατιῶται ἀπήγαγον αὐτὸν ἔσω τῆς αὐλῆς, ὅ ἐστι πραιτώριον. Milites vero abduxerunt eum intra aulam, id est, praetorium.* D. Ioann. *Cap. XIX. v. 9.* *Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ πραιτώριον πάλιν. Et rursum ingressus est* PRAETORIVM. D. Paull. *ad Philipp. Cap. 1. v. 13.* *ὥστε τοὺς δεσμούς μου φανεροὺς γενέσθαι ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ. vt vincula mea manifesta fierent in toto* PRAETORIO. Hoc autem *πραιτώριον* Ioann. Chrysostom. *in Praefat. Homiliar. in Epist. Paull. ad Philipp. Tom. VI. Oper. p. 2.* *τὰ βασίλεια τοῦ Νέρωνος, palatium Neronis* interpretatur. Sane Constantinopoli vinctos in PRAETORIO adseruatos, indeque ad supplicium raptos ostendit Zonaras *Tom. III. Annal. p. 65.* *πλείστας δὲ τῷ ἐπάρχῳ παρέδωκεν, ἵνα κολάσῃ αὐτοὺς. οἱ ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθείρχθησαν. Plurimos praefecto ad supplicium in* PRAETORIO *custodiendos tradidit.* Idem *p. 90.* *Καὶ συρόμενος ἐκ τῆς τοῦ πραιτωρίου εἱρκτῆς ἄχρι τοῦ Πελαγίου, ἐκεῖ μετὰ τῶν κατακρίτων ἐῤῥίφη. Et a* PRAETORII *carcere protractus vsque ad Pelagium, illic cum condemnatis est proiectus.* Idem *p. 93.* *εἰς τὸ πραιτώριον ἐναπέθετο, ὅπου τινὲς αὐτῶν καὶ τὴν ψυχὴν τῷ κυρίῳ παρέθεντο. In* PRAETORIVM *inclusit, vbi eorum quidam animas suas in manus Domini deposuerunt.* Idem in *Irene p. 94.* *Καὶ τοὺς παῖδας μαστίξασα ἐκείνου, καὶ τῶν τριχῶν ἀφελομένη, ἐν τῷ πραιτωρίῳ καθεῖρξε. Et liberos flagris caesos et rasos in carcerem* PRAETORII *coniecit.* ¶. 2 PRAETORIVM etiam adpellarunt veteres partem villae lautius et splendidius aedificatam, et patrisfamilias habitationi inseruientem. *l. 2. D. de seruitut. praed. rusticor. l. 12. D. de vsu et habit. l. 34. §. 3. de legat. II. l. 91. §. 1. D. de legat. III. l. 13. §. vlt. D. de iniur.* PRAEDIA cum PRAETORIO: *l. 91. §. 1. D. de legat. III.* PRAETORIA voluptati tantum deseruientia: *l. 198. D. de verb. signif.* Et ita PRAETORIVM accipe apud Sueton. *in Caligul. Cap. XXXVII.* Pallad. *Lib. I. Cap. 8.* Tertullian. *de idololatr. Cap. VIII.* Statium *Lib. I. Silu. III v. 25.* Symmach. *Lib. I. Epistol. 4. Lib. XVII. Epist 9. et Lib. VI. Epist. 67.*

PRAETORIVS, A, VM, qui praeturam gessit, vt praefectorius, qui praefecturam. Quum quidam vir PRAETORIVS decessisset: *l. 19. D. ad SC. Velleian.* PRAETORII, apud Sueton. *in August. Cap. XXXVI.* id est, *Praetura functi*, vt idem loquitur *in Claud. Cap. XXIV.* ¶. 2. PRAETORIVM etiam dicitur, quidquid a Praetore est. Sic: PRAETORIA actio: *l. vlt. C. quod cum eo, qui in alien. potest.* PRAETORIAE actiones, quae et honorariae, quas Praetor ex sua iurisdictione comparatas habet, vt loquitur Iustinian. *§. 3. Inst. de actionib.* Siue quae ex propria PRAETORIS iurisdictione pendent, vt *princ. Inst. de perpet. et tempor. action.* PRAETORIIS actionibus vti: *l. 63. §. 9. D. ad SC. Trebell.* Si alter ex heredibus cautionem PRAETORIAM accepit: *l. 32. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Nec PRAETORIA iurisdictione ita seruus obligatur, vt cum ea actio sit: *l. 7. §. 1. D. de capit. minut.* Post operis noui nunciationem committunt se litigatores PRAETORIAE iurisdictioni: *l. 1. §. 9. D. de oper. nou. nunciat.* PRAETORIVM ius est, quod praetores introduxerunt, adiuuandi, vel supplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia, propter vtilitatem publicam, quod et honorarium dicitur, ad honorem Praetorum sic adpellatum: *l. 7. D. de iustit. et iur.* PRAETORIVM ius ciuile subsequitur: *l. 14. D. de testib.* PRAETORII iuris beneficio: *l. 3. D. de legitim. heredib.* PRAETORIO iure: *l. 18. D. si quis omiss. causs. testam.* Nec ex PRAETORIO nec ex sollemni iure priuatorum conuentione quidquam immutandum est: *l. 27. D. de*

regul. iur. [PRAETORIO iure emolumentum successionis quaesitum esse videtur pupillo, cui sine tutoris auctoritate bonorum possessionem postulanti, sciens hoc competens iudex eam dedit. *l. 7. C. qui admitti ad bonor. possess.*] PRAETORIVM pignus: *l. 12. D pro emtor. rubr. D. de praetor. pignor.* vid. supra. Praetor non coget eum, qui per dolum venit in potestatem decedere PRAETORIA potestate: *l. 1. §. 1. D. si ventr. nomin. mul.* PRAETORIAE stipulationes legem accipiunt de mente praetoris, qui eas proposuit: *l. 52. D. de verb. obligat.* Stipulationes, quae PRAETORIAE sunt instar actionum obrinent, vt damni infecti, legatorum et si quae sunt similes: *l. 37. D. de obligat. et action.* In stipulationibus, quae instar actionum habent, id est, PRAETORIIS, compensatio locum habet: *l. 10. §. vlt. D. de compensat.* PRAETORIAE autem stipulationes sunt, quae a mero praetoris officio proficiscuntur, veluti damni infecti. PRAETORIAS autem stipulationes sic audiri oportet, vt in his etiam contineantur aedilitiae: nam et hae ab iurisdictione veniunt: *l. 5. D. de verbor. obligat. tot. tit. D. de praetor. stipulation.* PRAETORII successores: *l. 2. §. 19. D. pro emtor.* id est, honorarii.

PRAETVRA, honor et officium praetoris. [PRAETVRA functus Romae Barbarius Philippus, seruus fugitiuus: *l. 3. D. de offic. praetor.* Viribus PRAETVRAE compulsus: *l. 2. in fin. D. de iudic.*]

PRAEVALENTIA, pro conditione plus valendi. In omnibus istis, in quibus mea res, per PRAEVALENTIAM, alienam rem trahit, meamque efficit: *l. 23. §. 4. D. de rei vindic.* vid. Cl. Duker. *p. 335.*

PRAEVALERE dicitur, quod praeponderat, quod potius potentiusque est, ac vincit. Auctoritates Seruii PRAEVALVIT: *l. 69. D. de euiction.* Quum PRAEVALET caussa dandi: *l. 98. §. 6. D. de solut.* PRAEVALERE rei iudicatae clausulam: *l. vlt. D. iudicat. solu.* PRAEVALVIT etiam culpae nomine teneri eum: *§. vlt. Inst. de societ.* Donatio PRAEVALEBIT: *l. 22. D. de donat. inter vir et vxor.* Fauor libertatis PRAEVALET: *l. 14. D. de legat. II.* Legatum propter voluntatem defuncti PRAEVALET: *l. 14. D. de legat. II.* Si PRAEVALET libertas: *l. vlt. §. 1. D. de vulgar. et pupill. substit.* In obscuro libertatem PRAEVALERE: *l. 50. D. de fideicomm. libertat.* PRAEVALET quod principale est: *l. 18. §. vlt. D. de iniur.* Agitabatur, quid magis PRAEVALERET: *l. 3. §. 1. D. de iur. fisc.* Seruius Sulpicius, cuius sententia PRAEVALVIT, contra sensit: *§. 2. Instit. de societat.* Proculi sententia merito PRAEVALVIT: *§. 2. Inst. de emt. et vendit.* Sexus, qui in hermaphrodito PRAEVALET: *l. 10. D. de stat. homin.* Hermaphroditus, si in eo virilia PRAEVALEBVNT: *l. 6. D. de liber. et postum.*

PRAEVARICARI, est vera crimina abscondere, *l. 1. princ. D. ad SC. Turpillian.* Vet. Glossar. PRAEVARICARI, ἀληθῆ ἐγκλήματα ἀποκρύπτειν. Qui PRAEVARICATVR ex vtraque parte constitit, quin immo ex altera: *l. 1. D. de praeuaric. l. 4. §. vlt. D. de his, qui notant. infam.* Plin. *Lib. III. Epist. 9. Reum postulauit tamquam in caussa vxor haec Classici* PRAEVARICARETVR. Nec accusator modo, sed et aduocatus, licet minus proprie PRAEVARICARI dicitur. Aduocatus siue priuato iudicio, siue publico PRAEVARICATVS sit, hoc est, prodiderit caussam: *l. 1. D. de praeuaricat.* Si non docueris aduocatum PRAEVARICATVM: *l. 1. C. de aduocat. diuersor. iudicior.*

PRAEVARICATIO, adpellatur crimen, quod admittit is, qui praeuaricatur. *rubric. D. de praeuaricat.* Cicer. *Partition. Cap. XXXVI. Vt si in reo absoluto rursusque reuocato* PRAEVARICATIONEM *accusator esse definiat, omnem iudicii corruptelam ab reo. Defensor autem non omnem, sed tantummodo accusatoris corruptelam ab reo.* Et postea ex nomine ipso vim huius verbi deprehendi ait, quod significat, *quum in contrariis caussis quasi varie positus esse videatur.* Quinctil. *Lib. VII. Cap. 2. Vt absoluatur reus, aut innocentia ipsius sit, aut interueniente aliqua potestate, aut vi, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut PRAEVARICATIONE.* Accusator in PRAEVARICATIONE: *l. 5. D. de praeuaric.* PRAEVARICATIONIS arguere: *l. 11. C. de accusat.* Si PRAEVARICATIO arguatur: *l. 1. C. de sentent. aduers. fisc. Lib. X.* PRAEVARICATIONIS crimen: *l. 3. D de praeuaric.* et apud Plin. *Lib. III. Epist. 9.* PRAEVARICATIONVM *crimina*, apud Quinctilian. *Lib. VII. Cap.* 2. Si PRAEVARICATIONIS fuerit damnatus prior accusator: *l. 3. §. 13. D. de homin. liber.* Plin. *Lib. III. Epist. 9. Accidit res contraria et noua, vt accusatore PRAEVARICATIONIS damnato reus absolueretur.* Quae PRAEVARICATIONIS damnata est: *l. 43. §. 11. D. de rit. nuptiar.* Nisi prioris delatoris PRAEVARICATIO detegatur: *l. 10. D. de diuers. tempor. praescript.* PRAEVARICATIONIS iudicium: *l. 3. D. de praeuaric.* Reus per PRAEVARICATIONEM absolutus: *l. 6. D. eod. tit.* PRAEVARICATIONE fiscum victum esse: *l. 1. D. de iur. fisc.* Plinius tamen *Lib. I. Epist. 20.* verbi huius potestatem latius porrigens, nimiam caussidicorum breuitatem in hoc PRAEVARICATIONIS iudicium vocat. PRAEVARICATIONEM certe in aduocato adpellat, *transire dicenda, et cursim ac breuiter attingere, quae sunt inculcanda, infigenda, repetenda.*

¶ 2. [PRAEVARICATIO significat apostasiam, παραβασιν, in *l. 3. C. Th. de apostat. Lib. XVI. tit. 7.* Sed et de inconstantia heredis modo probantis, modo improbantis defuncti iudicium, eadem vox dicitur, in fine *d. l. 3.* vbi vid. Gothofred. *in not.*]

PRAEVARICATOR, est, qui colludit cum reo et translatitio munere accusandi defungitur, eo quod proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero rei accusationes admitteret. *l. 1. princ. D. ad SC. Turpillian.* PRAEVARICATOR est quasi *varicator*, qui diuersam partem

partem adiuuat prodita caussa sua: *l. 4. §. vlt. D. de his, qui not. infam.* Is autem proprie PRAEVARICATOR dicitur, qui publico iudicio accusauerit. Ceterum aduocatus non proprie PRAEVARICATOR dicitur, *l. 1. D. de praeuaricat.* "PRAEVARICATORES eos adpellamus, qui caussam aduersariis suis donant, et ex parte actoris in partem rei concedunt: a varicando enim PRAEVARICATORES dicti sunt: *l. 212. D. de verbor. signif.* Vetus. Glossar. Graec. PRAEVARICATOR, *συκοφάντης ὁ προδιδοὺς τὴν ἰδίαν δίκην, καὶ τῷ ἀντιδίκῳ αὐτοῦ βοηθῶν.* Et rursus: PRAEVARICATOR *ἐστὶ ὁ συμπαίζων μετὰ ἐναγομένου, καὶ μεταφορικῶς λειτούργημα τοῦ κατηγορῆσαι πληρῶν, διότι τὰς μὲν οἰκείας ἀποδείξεις προσποιεῖται, τὰς δὲ ψευδεῖς τοῦ ἐναγομένου ἀπολογίας προστίθεται.* Et Vlpianus quidem oomen hoc a *varicando*, Labeo vero a *varia certatione* tractum putabat, *l. 1. D. de praeuar.* et *l. 4. § vlt. D. de his, qui not. infam.* Vlpiani opiniooi suffragatur Plinii auctoritas, qoi *Lib. XVIII. Cap. 19.* ita scribit: *Arator, nisi incuruus, praeuaricatur. Inde translatum hoc crimen in forum.* [Vid. Cuiac. *Lib. IX. Obseru. Cap. vlt.* et Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIX.*] *PRAEVARICATOR caussae publicae*, apod Cicer. *Lib. VIII. ad diuers. Epist. 11.* Plin. *Lib. III. Epist. 9.* *Est lege cautum, vt reus ante peragatur, tunc de PRAEVARICATORE quaeratur, videlicet, quia aptius ex accusatione ipsa accusatoris fides accusatur.* Ambros *Lib. IV. Exhemer. Cap. 3.* *Naturalis iuris* PRAEVARICATOR.

PRAEVENIRE, interdum occupare: et ita PRAEVENIRE dicitur, qui prior agit. Si maritus PRAEVENERIT, accusareque instituerit: *l. 4. princ. D. ad leg. Iul. de adulter.* Si maritus non negligentia PRAEVENTVS est: *l. 4. §. vlt. D. eod. tit.* Si pater PRAEVENERIT: *l. 2. §. 8. D. ad leg. Iul. de adulter.* Si maritus sit in magistratu, potest PRAEVENIRI a patre: *l. 15. princ. D. eod. tit.* Si quis posteaquam in ius vocatus est, miles vel alterius fori esse coeperit, in ea caussa ius reuocandi forum non habebit, quasi PRAEVENTVS: *l. 7. D. de iudic.* Si mater absens a liberis PRAEVENTA est: *l. 2. §. 27. D. ad SC. Tertullian.* Si PRAEVENTVM sit ab aliquo, et actum de peculio: *l. 1. §. vlt. D. de in rem vers.* PRAEVENIT caussam pignoris fiscus: *l. 28. D. de iur. fisc.* Ius fisci caussam tuam PRAEVENIT: *l. 2. C. de priuileg. fisc.* Officium arbitri diuidendae hereditatis PRAEVENIENOO: *l. 22. C. famil. ercisc.* Non poenae festinatione, sed PRAEVENIENDI periculi metu: *l. 6. §. 9. D. de iniust. rupt. irrit.* Testator morte PRAEVENTVS: *l. 77. §. vlt. D. de legat. II. l. 6. D. de diuort. et repud.* PRAEVENTO morte nepote: *l. 3. C. de inutil. stipulat.* Si mater mortalitate filii PRAEVENTA est: *l. 2. §. 43. D. ad SC. Tertull.*

PRAG.

[PRAGMATICARII, in *l. 17. princ. C. de diuers. rescript.* in sacris principis scriniis occupati, quorum ingeniis pragmaticae adnotationes, sanctiones, acta cognitionom, arcana committebantur. Guther. *de offic. dom. August. Lib. III. Cap. 7. p. 570.*]

PRAGMATICI, in *l. 9. §. 4. D. de poen.* erant tabelliones, qoi libellos concipiebant et testationes consignabant. Graecis *ἀντιγραφεῖς, συμβολαιογραφεῖς.* *Antecessorum* etiam nomine hos esse PRAGMATICOS comprehensos, ex *glossis iuris* probat V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. VI Obseruat. Cap. 3.* vbi et Salmasio *Obseruat. ad ius Attic. et Rom. Cap. XXIX. p. 819. l. 9. §. 4. et 5. D. de poen.* alia, quam vulgo legitur, ratione dispungenti, consentit. HEIN.]. 2.
A Graecis vero PRAGMATICOS vocatos iuris interpretes, qui mercedula adducti, ministros se in iudiciis oratoribus praebebant, et quasi tela agentibus subministrabant, Cicero *Lib. I. de orator. Cap. 59.* et Quinctil. *Lib. III. Cap. 8.* et *Lib. XII. Cap. 3.* scribunt. Isidorus etiam *Lib. V. Cap. 2.* PRAGMATICVM, ait, *caussarum actorem adpellatum.*

PRAGMATICVS, A, VM. PRAGMATICAS suas sanctiones, iussionesqoe Imperatores nonnumquam vocant, *l. 10. C. de sacrosanct. eccles. l. 33. l. 35. C. de episcop. et cleric. l. vlt. C. de diuers. rescript. l. vlt. in fin. C. de bon. petit. Lib. X. tit. 12. l. vn. C. vt nemin lic. in emt. specier. Lib. X. tit. 27. §. penult. Const. Haec quae necessario. de nou. Codice fac. §. 4. Constit. Summa reip. de Iustin. Cod. confirm.* vel PRAGMATICAS et sacras adnotationes, vt *l. 12. C. de vectigal. et commiss.* Vetus Glossar. PRAGMATICA *est illa constitutio, quam constituit Imperator, habito prius tractatu cum principibus.* [Vocantur et PRAGMATICA absolute, vt *in l. 36. C. Thiod. de annon. et trib. Lib. XI. tit. 1. l. 52. C. Th. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5. et l. 3. C. Th. de decurion. et silentiar. Lib. VI. tit. 23* in qua postrema tamen Iustin. Codex pro *generalitate pragmatici*, habet *generalitate pragmatica.*]

PRAT.

[PRATVM, est, in quo ad fructum percipiendum falce dumtaxat opus est: ex eo dictum, quod *paratum* sit ad fructum capiendum: *l. 31. D. de verb. signific.* Quam vocis etymologiam amplectuntur Varro, Columella, Plinius, Isidorus. Sed a Dorico *πρατία* cum Scaligero deriuare mauult Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. XXXIX.*]

PRE.

PRECARIO, precatiue. Sic PRECARIO accipere, concedere, dare, rogare iurisconsulti dicunt. Eum qui PRECARIO dederit, et eum qui PRECARIO acceperit: *l. 3. §. 5. D. de adquir. possess.* PRECARIO concedere: *l. 4. §. vlt. l. 18. §. 3. D. de precar.* Si tibi fuodum PRECARIO concessero: *l. 1. §. 11. D. de itiner. actuqu. priu.* Si PRECARIO vicinus in tuo materiam duxerit: *l. 17. D. commun. praedior.* Qui PRECARIO habet: *l. 4. §. 1. D. de precar.* Habere PRECARIO videtur, qui possessionem vel corporis vel iuris adeptus est, ex hac solummodo caussa, quod preces adhibuit, et impetrauit, vt sibi possidere, aut vti liceat: *l. 2. §. vlt. D. de precar.* Qui vi aut clam aut PRECARIO ab aduersario possidet. Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 6. §. 1.* Eodemque modo in

PRE.

do in interdictis PRECARIO possidendi, vtendi, ducendique verba intelligenda sunt, *l. 1. D. vti possidet. l. 1. D. de superficieb. l. 1. D. de itiner. actuqu. priuat. l. 1. D. de aqu. quotid. et aestiu. l. 1. D. de riuis l. 1. D. de cloac.* Quo adludere videtur illud Terentianum, *Eunuch. Act. II. scen. 3. v. 26.*

Hanc tu mibi, vel vi vel clam, vel PRECARIO *fac tradas.*

Tertullian. *Lib. V. aduers. Marcion. Cap. 12. Nisi si etiam paradiso creatoris* PRECARIO *vsus est, sicut et mundo.* Idem *aduersus Hermogenem Cap. IX. De alieno ergo vsus, aut* PRECARIO *vsus est, qua egens eius, aut et iniuria, qua praeualens eius. His enim tribus modis aliena sumuntur, iure, beneficio, impetu, id est, dominio, precario, vi.* PRECARIO possidere, in *l. 2. C. de praescript. XXX. vel XL. annor.* est non animo domini, aut sibi, sed alteri possidere. Quo etiam modo conductores rei locatae possessionem PRECARIO detinere dicuntur: *l. 34. C. de locat.* Si PRECARIO sit in possessionem: *l. 11. §. 12. D. quod vi aut clam.* Ac si defunctus cum eo loquatur, quem PRECARIO remuneratur: *l. 75. D. de legat. II.* PRECARIO rogare: *l. 3. l. 4. §. vlt. l. 6. §. 1. l. 8. D. de precar. l. 1. §. 11. D. de itiner. actuqu. priuat. l. 10. D. de adquir. possess.* Qui fundum PRECARIO rogauerit: *l. 36. D. de adquir. possess.* Quum is, qui pro herede rem possidebat, PRECARIO ab herede eam rogauit: *l. 21. D. de adquir. possess.* Quum quid PRECARIO rogatum est: *l. 2. D. de precar.* Si me PRECARIO rogaueris, vt per fundum meum ire, vel agere tibi liceat: *l. 3. D. eod. tit.* Si fundus PRECARIO traditus sit: *l. 11. §. 12. D. quod vi aut clam.* Ceterum, qui PRECARIO quid indulgebant, id publice proscribebant, adiecto simul modo, ne alter vel abuteretur, vel precarium in seruitutem mutaret. Huc pertinet elegans inscriptio apud Reines. *Class. II. Inscript. 48.*

PRECARIO AQVA
RECIPITVR TE
GVL. LXXXX.

quam de aquaeductu perperam accepisse Reinesius videtur, quum ad stillicidium precario receptum manifesto pertineat. HEIN.

PRECARIVM est, quod precibus petenti vtendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui concedit, patitur. *l. 1. D. de precar.* PRECARII rogatio: *l. 4. D. de precar. l. 11. §. 12. D. quod vi aut clam.*

PRECARIVS, A, VM, precatiuus. PRECARIA possessio: *l. 5. §. 4. D. commun. diuidund. l. 13. §. 21. D. de action. emt.* Heres eius, qui PRECARIAM possessionem tenebat: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 5. §. 17.* Si non PRECARIAM possessionem tradidit: *l. 3. C. de pact. inter emtor.* PRECARIA verba adpellantur, quae non directa, nec imperatiua, sed inflexa et rogatioe concepta: *l. 2. l. 4. C. de codicill. l. 14. C. de fideicommiss. l. 41. §. 3. D. de vulgar. et pupillar. substit. l. 24. C. famil. ercisc. l. 10. C. de collat. l. vlt. C. de fals. causs. l. 15. C. de testament. l. 11. l. 13. C. de fideicommissar. libert.* Qualia sunt, rogo, peto, mando, deprecor, volo, cupio, desidero, iniungo, opto, fideicommitto, exigo, scio te restiturum, credo et spero te daturum. Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 1. §. 6. l. 2. C. de legat. l. 118. D. de legat. I. l. 35. D. de aur. argent. legat.* Nam qui ita loquitur, nihil pro imperio facit, iubet, praecipit, sed preces adhibet, et obtestatione magis, quam iussione vtitur. Haec verba fideicommissi dicuntur, *l. 69. §. vlt. D. de legat. II. l. 11. §. 1. D. de legat. III.* Fideicommissa enim precatiuo modo relinquuntur, vt Vlpian. *tit. XXIV. Regul. §. 1.* id est, vt Isidor. *Lib. V. Cap. 24* tradit, *non directis verbis, sed precatiuis.* Sic PRECARIAM substitutionem fideicommissariam accipimus in *l. 16. C. de pact.* et PRECARIAM voluntatem in *l. 66. D. de legat. II.* Ea quae PRECARIVM vsum habebat: *l. 4. C. de iis, qui a non domin.* ‖. 2. PRECARIVM *interdictum*, in *l. 15. §. 3. et l. 19. §. 1. D. de precar. et in rubric. C. eod. tit.* quod de PRECARIO redditur, quodque alias adpellatur, *quod precario.*

[PRECATIO, pro precibus Principi oblatis, in *l. 2. C. de fund. et saltib. rei domin. Lib. XI. tit. 66.* quae est *l. 15. C. Theod. de iur. fisc. Lib. X. tit. 1.* Sic PRECATIONEM offerre. *l. 36. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

PRECATIVVS, A, VM, pro precarius. Ea, quae PRECATIVO modo relinquuntur, fideicommissa vocantur. Vlpian. *Tit. XXIV. Regul. §. 1.* id est, *precatiue* vt idem Vlpian. *Tit. XXIV. §. 1.*

PRECES, VM, in libris iuris desideria libellis, quae Imperatori porriguntur, comprehensa, seu desideria in libellum principi oblatum collata significant. *tit. C. de precib. imperat. offer.* Quum PRECIBVS adseueras: *l. 9. C. si cert. petat.* Quum ex iis PRECIBVS, quas libello complexa es, declaretur: *l. 2. C. de instit. et substit.* Si vera sunt, quae PRECIBVS complexus es: *l. 9. C. de transact.* Confessionem lenocinii PRECES tuas continere: *l. 5. C. de condict. ob turp. causs.* Id quod in PRECEM contulisti: *l. 10. C. de rei vindic.* Ea, quae in PRECE contulisti: *l. vlt. C. si minor se maior.* Voluntatis non iuris quaestionem in PRECES tuas contulisti: *l. 14. C. de donat. inter vir. et vxor.* Si libello dato aduersarius tuus veritatem in PRECIBVS ab eo datis non adiecit: *l. 29. D. ad leg. Cornel. de fals.* PRECIBVS tuis manifestius exprimere debebas: *l. 8. C. de impub. et aliis substit.* Quum PRECVM tuarum conceptio expresserit: *l. 9. C. de liber. causs.* PRECES fundere, supplicare est. Is, contra quem PRECES fundis: *l. 5. C. de rer. permut. l. 5. C. de donat.* Is, contra quem PRECES funditis: *l. 17. C. de rei vindic. l. 19. C. de donat.* Sic et *componere* PRECES et *mentiri* in PRECIBVS accipe apud D. Augustin. *Tract. VII. in Cap. 1. D. Ioannis.* Verbis testamenti, quae PRECIBVS inseruisti: *l. 2. C. de vsufruct.* Id, cuius in PRECIBVS meministi: *l. 8. C. ad exhibend.* Ceterorum, quorum PRECIBVS fecisti mentionem: *l. 14. C. de praed. et reb. minor. l. 6. C. de ingen. manumitt.* Praedia, quae PRECVM tuarum confessio ostendit: *l. 8. C. de praed. minor.* PRECIBVS tuis proposita,

PRE.

sita, descripta: *l. 3. C. de inoffic. donat.* De iis, quae PRECIRVS significas: *l. 11. C. de furt.* Quum PRECIRVS tuis significes: *l. 18. C. de probat. l. 13. C. de pignor.* Quum PRECES tuae testentur: *l. vlt. C. ad SC. Turpill.* De veritate PRECVM inquiri oportet, *l. 4. C. si contra ius vel util.*

PREMERE oleam, vuas, ficus. Quibus ad PREMENUAM oleam vtimur: *l. 19. D. locat.* Seruitus in tuo vuas PREMENOI; *l. 14. in fin. D. de aliment. vel cib. legat.* ¶. 2. PREMERE alias ponere, plantare, terrae mandare, et defigere significat. Si vicini arborem ita terra PRESSERIM, vt in meum fundum radices ageret: *l. 7. §. vlt D. de adquir. rer. domin.* [Prorsus aliter Iustinianus in *§. 32. D. de rer. diuision.* Si vicini arbor ita terram Titii PRESSERIT, vt in eius fundum radices egerit. Sed non intellexisse Tribonianum verba Caii in *d. l. 7. §. vlt.* vnde sumtus *§. 32. Inst. de rer. diu.* censet Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. IX.*] Eadem loquendi figura est in illo Virgil. *Lib. II. Georg. v. 346.*

Quaecumque PREMES *virgulta per agros.*

¶. 3. PREMERE μεταφορικῶς pro grauare, onerare, opprimere. Vt PREMERET atque oneraret libertinas personas: *l. 2. D. de oper. libert.* Priusquam accusati sa criminis, quo PREMVNTVR, exuerint: *l. 19. C. de his, qui accusar. non poss.*

[PRESBYTER citra iniuriam quaestionis testimonium dicat: *l. 8. C. de Episcop. l. 10. C. Th. de fide testium. Lib. XI. tit. 39.* Si qui ad PRESBYTERORVM gradus peruenerint: *l. 49. princ. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Si PRESBYTERI esse meruerunt: *l. 63. C. Th. eod. tit.* PRESBYTERORVM vocabulo, quod proximum est Episcoporum nomini, religionem mentiri: *l. 5. C. Th. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.* PRESBYTERI fastigium suscipere: *l. 121. C. Th. de decurion.*]

[PRESSVRA luminis; *l. 17. §. 2. D. de seruit. praedior. vrban.*]

PRETIOSVS, A, VM, quod magni pretii est. Vnde PRETIOSVM et vile aduertantur. *l. 1. §. 3. D. de damn. infect.* Ornamenta PRETIOSA: *l. 37. §. 1. D. de euiction.* PRETIOSVS pictor: *l. 23. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Quod sub pignoribus PRETIOSIS debetur: *l. 5. D. de ventr. in possess. mittend.* Non delinquendo quisque PRETIOSIOR non fit: *l. 63. D. ad leg. Falcid.* Duplam promitti oportere de his rebus, quae PRETIOSIORES essent: *l. 37. §. 1. D. de euiction.* Si alter ex sociis plures vel PRETIOSIORES res amiserit: *l. 40. §. 1. D. de damn. infect.* Argentum PRETIOSIVS fuerat: *l. 4. D. de rei vindicat.* PRETIOSIOR facta res dicitur, cuius pretium, ob impensas in eam factas, auctum est. Vsque adeo dumtaxat, quo PRETIOSIOR factus est fundus: *l. 8. D. de rei vindicat.* Quanti domus PRETIOSIOR facta est: *l. 3. §. 4. D. de in rem vers.* Quatenus PRETIOSIOR res facta est: *l. 29. §. 2. D. de pignor.* Si alius PRETIOSIORES alius viliores aedes habeat: *l. 3. §. 1. D. de damn. infect.* Si quod fuit in agro PRETIOSISSIMVM, hoc euictum est, aut quod fuit in agro vilissimum: *l. 1. D. de euiction.* Pars fundi, quae PRETIOSISSIMA sit: *l. 25. D. de seruit. praedior. rustic.* Plerumque in insulis in horreisque homines PRETIOSISSIMAM partem fortunarum suarum reponunt: *l. 3. §. 2. D. de offic. praefect. vigil.*

PRETIVM, proprie est, quod pro re emta datur, et in veteri Glossario definitur τίμημα ἐπὶ τοῖς ὠνίοις καταβαλλόμενον. Sunt autem PRETII haec adiuncta: aequum, certum, iustum, suum, verum, et contra; immensum, immodicum, iniquum. Si coheredes PRETIVM acceperunt, et praesentes venditioni adfuerunt: *l. 12. D. de euiction.* Aliud est PRETIVM, aliud est merx: *l. 1. D. de contrah. emtion. l. 2. D. de rer. permut.* Si certo PRETIO sit damnatus facere, necesse habebit tanti vendere, quanti damnatus est: *l. 49. §. vlt. D. de legat. I.* Nulla emtio sine PRETIO esse potest, sed certum debet esse PRETIVM: *§. 1. Inst. de emtion. et vendit.* PRETIVM in numerata pecunia consistere debet: *§. 1. Inst. de emt. vendit.* liberatur tamen emtor, PRETII caussa non numerata pecunia, sed pro ea pecoribus in solutum consentienti datis: *l. 9 C. de rescind. vendit.* PRETIA non ex momentis temporum, nec ex ea, quae raro accidat, caritate constituantur: *l. 63. §. 2. D. ad leg. Falcid.* Emtio et venditio ita contrahitur, si de PRETIO conuenerit: *l. 2. princ. D. locat. conduct.* Simulatque de PRETIO conuenerit: *princ. Instit. de emtion. vendit.* [PRETIVM formale, in *l. 62. in fin. D. ad leg. Falcid.* vid. supra Lib. VI.] Qui PRETIO fruitur, non minus habere intelligitur, quam qui principali re vtitur fruitur: *l. 39. D. de vsufruct.* PRETIVM grani, quod inuehitur, statuere non est ius ordini cuiusque ciuitatis: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Iul. de annon.* Ofilius impensae verbo negat PRETIVM significari: *l. 40. §. 1. D. de condit. et demonstr.* PRETIVM hominis venditi non ex re, sed propter negotiationem percipitur: *l. 21. D. de hered. vel act. vend.* Non est aequum PRETIO, id est, quanti res est, litem aestimare: *l. 8. D. de in lit. iurand.* Si maior annis viginti venum se dari passus sit ad actum gerendum, PTETIVMVR participandum: *l. 6. §. 5. D. de iniuste rupt. irrit.* Si magni PRETII praedia sint: *l. 7. §. 3. D. de donat. inter vir. et vxor.* Longe aliud est rei PRETIVM, aliud possessionis: *l. 3. in fin. D. vti possidetis.* Qui dolo malo emit, bona fide autem ementi vendidit, in solidum PRETIVM rei, quod accepit, tenebitur: *l. 9. in fin. D. quae in fraud. creditor.* PRETIA rerum non ex adfectu, nec vtilitate singulolorum, sed communiter funguntur: *l. 63. princ. D. ad leg. Falcid. l. 33. princ. D. ad leg. Aquill.* Nonnullam PRETIO varietatem loca temporaqua adferunt: *l. 63. §. 2. D. ad leg. Falcid.* Qui damnatur fundum vendere, hoc solum damnatur, vt vendat vero PRETIO; *l. 49. §. 8. D. de legat. I.* Verum PRETIVM seruorum: *l. 5. princ. D. de in rem vers.* ¶. 2. PRETIVM *facere* dicitur, qui rei, quam venalem habet, pretium statuit, definit. Qui de vestibulo liceri cogatur, necesse habet interdum totarum aedium PRETIVM *facere*: *l. 19. §. 1. D. communi diuidund.* Plaut. *Pers. Act. IV. scen. 4.*

Iudica, FAC PRETIVM.

Martial. *Lib. I. Epigramm. 86.*

Qui FACERET PRETIVM, *nisi qui sua perdere vellet*

Omnia.

[In alia tamen omnia discedit Guil. Forner. *Lib. I. Selection Cap. 14.* qui PRETIVM *facere* interpretatur licitari et emere.] ¶. 3. PRETIVM praeterea mercedem, quae pro conductione operisue praestatur, et quidquid praemii remunerationisue loco datur, significat. Ita PRETIVM conductionis: *l. 28. §. 1. D. locat.* operaa; *l. 52. §. a. D. pro socio.* Hinc et *manupretium*, id est, manus seu artis et operis facti merces, vt *Lib. IV. Selectar. Antiquit. Cap. vlt.* exposui. Denique PRETIVM etiam pro mercede ponitur, *l. 10. in fin. D. de adquir. possess. l. vlt. §. vlt. D. ad leg. Rhod. de iact. l. 51. §. 1. l. 58. D. locati.* Varro *Lib. IV. de lingu. Latin.* PRETIVM, inquit, *quod aestimationis emtionisue caussa constituitur, dictum a peritis, quod hi solum possunt facere recte id. Si quid datum pro opera, aut operae merces, a merendo, quod manu factum erat, et datum pro eo manupretium, a manibus et pretio.* PRETIVM tamen depositionis a mercede separat Vlpianus, in *l. a. §. 24. D. vi bonor. raptor.* PRETIVM pro praemio in *l. 5. §. vlt. D. de iniur.* accipitur. Vt et apud Liuium *Lib. XXII.* his verbis: *Haud satis dignum tanti laboris periculique PRETIVM erat.* In eamdemque sententiam verbom hoc idem auctor vsurpat *Lib. XXI. et Lib. XXIX.* Vopisc. *in Aurelian. Cap. VI.* [et Tacit. *Lib. XI. Annal. Cap. 7.* in vulgato illo: *Sublatis studiorum* PRETIIS, *etiam studia peritura.* Sic et Plaut. *Menaechm. Act. V. scen. 6. v. 9.*

Verbera, compedes, molae, magna
Lassitudo, fames, frigusque durum:
Haec PRETIA *sunt ignaniae.*]

PRI.

[PRIAPVS, est pars corporis maxime necessaria, *l. 7. D. de aedilit. edict.*] Ibi vero nihil de *Priapo.* Cur tamen hanc corporis partem, quae sexcenta alias nomina fert, isthoc nomine non alio signet is, cui hanc laciniam debemus, difficile dictu est. Forte vt locum inueniat.

[PRIDEM, particula quae cum similibus de longiore tempore, decem et viginti dierum, aot mensis, mensiumue, et nonnumquam annorum, pro conditione accipienda est. Laur. Valla *Lib. II. Elegantiar. Cap 34.* Actionibus, quas PRIDEM habuisti, vteris: *l. 1. C. si aduers. transact*] PRIDEM obseruatum est: *l. 77. §. 17. D. de legat. II.* PRIDEM placuit: *l. 2. C. de municip. et orig. Lib. X. tit. 38.* Iam PRIOEM placuit: *l. 1. C. de aedil. action.*

PRIDIE, semper accusatioo iungitur. PRIOIE Kalendas: *l. 1. D. de manumission.* PRIOIE Kalendas Ianuarias: *l. 5. D. de feriis. l. 7. D. de vsurpat.* PRIDIE Kalendas Maias: *l. vlt. D. de institor. act.* PRIDIE Idus Martias: *l. 20. §. 6. D. de heredit. petit.* PRIDIE aequinoctium auctumnale: *l. 1. D. de aqua quotid. et aestiu.* Si mulier PRIDIE vindemias doti dedit; *l. 7. D. solut. matrimon.* [Brissonio consentit Saoctius in Mineru. *Lib. I. Cap. 16.* At genitiuo etiam non raro iungi, docent exempla apud Ciceron. *Lib. I. ad diuers. Epist. 4. Sententiam Bibuli de tribus legatis, PRIDIE eius diei fregeramus.* et *Lib. XI. ad Attic. Epist. 20. Philotimum Rhodum PRIDIE eius diei venisse.* Sic et Vlpianus *l. 5. D. qui testam. fac. poss. etiamsi PRIDIE Kalendarum fecerit.* Immo *genitiuo seruire* hanc particulam, *nonnumquam tantum accusatiuo*, pro regula sumere non dubitauit Laur. Valla *Lib. II. Elegantiar. Cap. 10.* PRIDIE vero priorem tantum siue praęcedaotem diem notat, vt in prioribus exemplis; est tamen, vbi et longius etiam tempus significat, vt in *l. 7. §. vlt. D. de fideicommiss. libert.* et apud Cicer. *Lib. IX. Epist. ad Attic. 12*]

[PRIMARII curiarum, in *l. 39. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* iidem sunt, qui principales.]

PRIMAS aduocatorum: *l. 3. princ. C. de aduocat. diuers. iudic. l. 7. §. 3. eod. tit.* id est, prior in sede, vt loquitur *l. 10. C de aduocat. diuersor. iudiciorum.* [PRIMATES adpellantur, *l. 4. C. Th. de decurion.* PRIMATES vrbium, vicorum castellorumque. *l. 13. C. Th. de deserter. Lib. VII. tit. 18.* PRIMATIBVS praesentibus: *l. vlt. pr. C. Th. de administrat. et peric. tut. Lib. III. tit. 9.* pro quo sub praesentia publicarum personarum est *l. 24. C. Iustin. eod. tit.* PRIMATES ciuitatum: *l. 13. C. Theod. de pagan. Lib. XVI. tit. 10.* PRIMATES officii; *l. 2. C. Th. ad leg. Iul. de ambit. Lib. IX. tit. 26. l. 6. C. de Episcop. audient.* quae pars est *l. 40. C. Th. de poen.* Periculo PRIMATVM officii Cancellarios iudicibus applicari iubemus: *l. 8. C. de adsessor. et domest. l. 3. C. Th. eod. tit. Lib. I. tit. 12.* PRIMATES Iudaeorum: *l. 8. C. Th. de Iudaeis. Lib. XVI. tit. 8.*]

PRIMICERIATVS officium: *l. 1. C. de Decan. Lib. XII. tit. 27. l. 1. C. Th. eod. tit. Lib. VI. tit. 33.* Cassiodor. *Lib. X. Variar. Epist. 11.* De PRIMICERIATVS et *Secundiceriatus* dignitate quaedam habet Reines. *Praefat. ad Inscription. pag. 8* HEIN.

PRIMICERIVS, non est, vt quibusdam, et in his Alciato ad *tit. C. de Primicer.* et Iac. Gutherio *Lib. III. de offic. dom. August. Cap. 9.* videtur, iunctum verbum. Non enim aliud in eo verbo notandum est, quam *primus*, reliquum extensionis loco additum est. Itaque bene Suidas *Tom. III.* πριμικήριον, τὸν πρῶτον τῆς τάξεως, *primum ordinis* interpretatur. Nam qui in quocumque ordine primum locum obtinet, PRIMICERIVS vocatur. Proinde non *Notariorum* tantum PRIMICERIVS dicitur, *l. 1. et l. 2. C. de primicer. et secundicer. Lib. XII. tit. 7.* quod verbum in *Nouell. VIII.* saepius repetitum est, sed et PRIMICERIVS *fabricae*, in *l. 2. C. de fabricensib. Lib. XI.* PRIMICERIVS *domesticorum, protectorum, equitum, l. 2. l. vlt. C. de domestic. et protector.* PRIMICERIVS *mensorum*: *l.*

vn. C.

vn. C. de mensorib. Lib. XII. PRIMICERIVS *adiutor: l. vlt. C. de offic. praefect. vrb.* et PRIMICERIVS *exceptorum, singulariorum, Augustalium, scriniorum, deputatorum, sacri cubiculi, l. vn. C. Theod. qui a praebit. tiron.* et apud Cassiodor. *Lib. XI. Variar. 25. 30. 31. 32.* PRIMICERIVS *in officio praefectorum praetorio*, apud Veget. *Lib. II. de re milit. Cap. 21.* PRIMICERIVS *protectorum* apud Ammian. Marcellin. *Lib. XVIII. Cap. 3.* Sic PRIMICERIVS *legionum* apud Guil. Tyrensem Pontif. *Lib. II. de bello sacro Cap. 19.* et alias saepe. Sic et PRIMICERIVS *defensorum*, et PRIMICERIVS *scholae cantorum*, et *Cardinalis* PRIMICERIVS apud Luitprandum *Lib. VI. de reb. per Europ. gest.* PRIMICERIVS *tabulariorum*, Reines. *Class. VI. Inscript. 71. pag. 433.* *Candidatus* PRIMICERIORVM. Id. *Class. XX. inscr. 12. p. 900.* HEIN. PRIMICERIVM qui sequebatur, eadem figura *Secundicerius* dicebatur: et qui post hunc erat, *Tertiocerius. rubr. C. de primicer. et secundicer. l. vn. C. de praeposit. agentib. in reb.* et in *Notitia dignitatum vtriusque Imperii* aliquoties. Sic et *Cardinalis Secundicerius* apud Luitprandum. Sed PRIMICERIVM in *Veteri Vocabulario* inuenio dici, qui *primum cereum portabat ante Episcopum vel regem*, de dignitate, dicique a *primus* et *cereus*. Inde PRIMICERIA eius dignitas, sicut *Primiuirgius*, qui *primam virgam* fert ante regem vel Episcopum. [Accursio debemus hanc etymologiam ad *rubric. C. de primicer.*]

PRIMIPILARIS et PRIMIPILARIVS, qui primipili honorem gessit. PRIMIPILARIS: *l. 38. §. 4. D. de legat. III. l. 33. §. 3. D. de aur. argent. legat. l. 10. §. vlt. D. de excus. tutor. l. vlt. §. 24. D. de muner. et bonor. l. 27. C. de Episcop. et cler.* PRIMIPILARIVS: *l. vlt. C. de fil. official. Lib. XII. l. 5. C. de cohortal. Lib. XII.* Suid. *Tom III. p. 173.* Πριμιπιλάριος· ὁ τὸ μεῖζον ἀξίωμα τῶν στρατιωτῶν ἔχων παρὰ Ῥωμαίοις. PRIMIPILARIVS *a Romanis vocabatur, qui maximam inter milites dignitatem habebat.* Glossar. Graec. Πριμιπιλαρίοις· πρῶτος τῶν ἀκοντιστῶν, πρωτεύων τῶν δορυφόρων· πῖλυμ γὰρ ὁ ὑσσὸς ἤτοι γῦντος τὸ σιδηροῦν ἐμβόλιον, τὸ ἀκόντιον, τὸ δόρυ. HEIN.

PRIMIPILVS, quis diceretur, explicat Dinoys. Halicarnass. *Lib. IX. p. 567.* Ἑνὸς, ait, τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ ἀρχῇ κεκοσμημένος, ᾧ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαί τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος, τούτους Ῥωμαῖοι τοὺς ἡγεμόνας τῇ πατρίῳ γλώττῃ πριμοπίλους καλοῦσιν. *In vna legionum illustri ornatus imperio, cuius ductum et iussa sexaginta centuriones cum suis manipulis sequi lex iubet. Quos duces Romani vernacula lingua* PRIMIPILOS *vocant.* Liuius *Lib. VII. Cap. 41. Id propter P. Salonium postulatum est a coniuratis, qui alternis prope annis Tribunus militum et primus centurio fuit, quem nunc* PRIMIPILVM *adpellant.* PRIMIPILVS itaque primi pili ductorem significat, *l. 23. D. de adimend. legat.* et in *C. Iustin.* saepe. Centuriones autem ad PRIMIPILATVS dignitatem prouectos esse patet ex Martial. *Lib. I. Epigram. 32.*

Hos tibi, Phoebe, vouet totos a vertice crines,
Encolpus domini centurionis amor,
Grata Pudens meriti tulerit cum praemia
PILI.

HEIN.

Centurionem autem primi pili non solum aquilae praefuisse, verum etiam quadringentos milites in prima acie gubernasse, et tamquam caput totius legionis merita consequutum et commoda, Veget. *Lib. II. Cap. 8. et Cap. 21.* scribit. Vetus Glossar. πριμιπίλιον δημοσίων χρεωστημάτων, siue vt Labbaeus; τιμῶν. Sed de PRIMIPILO, qui et *primopilus* in lapidibus vocatur, accuratissime egit Pancirol. *ad Notit. Imper. Orient. Cap. 21.* et Ald. Manutius *in Quaesit. per Epistol. Lib. II. Epist. 3.* HEIN.

PRIMISCRINIVS, in *l. vlt. C. de numer. Lib. XII. l. vlt. C. de adparitor. praef. praet. Lib. XII. l. 3. C. de diuers. offic. Lib. XII. tit. 59.* et apud Symmach. *Lib. I. Epist. 33.* et in *Notit. Imperii saepe.* Dicebatur hic et PRIMICERIVS *tabulariorum*, quod scrinio tabulariorum, seu tabulario praeesset. Reines. *Inscript. Class VI. inscr. 71. p. 433.* Salmas. *ad Script. Histor. August. p. 293.* HEIN.

[PRIMITIVVS. Serui PRIMITIVI mentio fit in *l. 1. §. vlt. D. de quaestion.* Meminerunt etiam duorum eiusdem nominis Inscriptiones Gruter. *Tom. I. p. LXXXV.* Sed et apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXV. p. 329.*]

[PRIMITVS, pro prius, in *l. 12. C. Th. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.*]

PRIMORDIVM, initium. Quasi PRIMORDIVM gerendorum honorum: *l. 1. §. vlt. D. de offic. quaest.* Obligationes, quae ex mulieris persona calliditate creditoris sumserunt PRIMORDIVM: *l. 19. C. ad SC. Velleian.*

PRIMORES, primi, principes. Adhibitis PRIMORIBVS ciuitatis: *l. 16. D. de vsu et vsufr.* Si legatio de PRIMORIBVS viris desideret, personas: *l. 4. D. de legationib.* [In officii PRIMORES capitaliter vindicatur: *l. 1. in fin. C. de desertor. Lib. XII. tit. 46. l. 4. C. Th. eod. tit. Lib. VII. tit. 18.*]

PRIMVM, primo loco, ante omnia. *l. 34. D. de legib.* Vt PRIMVM fructus decerptus esset, coloni esse coepisset: *l. 26. D. de furt.*

PRIMVS, A, VM, prior. A PRIMA aetate: *l. 17. D. de iis, qui accus.* PRIMA quaque die: *l. 25. D. ad SC. Trebell.* Intentionem defuncti PRIMA facie refragari: *l. 10. D. de alim. et cibar. legat.* Videtur quidem in PRIMA facie rem: *l. 39. §. 2. D. de legat. II.* Quod non PRIMA facie videtur esse iniquum: *l. 31. §. vlt. D. de fideicommiss. libert.* PRIMA fronte aequius videtur: *l. 12. D. de probation.* PRIMO gradu scriptos heredes accipere debemus omnes, qui primo loco scripti sunt: *l. 2. §. 4. D. de bonor. possess. secund. tabul.* quos principali loco institutos vocant Imperatores, in *l. 13. C. de fideicommiss.* Quibus qui substituuntur, secundi heredes, id est, secundo

cundo gradu scripti vocantur, vt Lib. XVII. docebimus. PRIMAE Kalendae. Cato *de re rustic. Lib. I. Cap. 5.* Intra Kalendas Apriles PRIMAS: *l. 135. §. 2. D. de verb. oblig.* Si Kalendis Aprilibus PRIMIS diuurtium fuerit sequutum: *l. 7. §. 2. D. solut. matrim.* Si vir ex Kalendis Nouembribus PRIMIS fundum fruendum locauerit: *l. 7. §. 1. D. solut. matrim.* PRIMVS heres dicitur, qui PRIMO gradu scriptus est: *l. 23. D. quae in fraud. creditor. l. 14. D. de liber. et postum. l. 104. §. penult. l. 113. §. 2. D. de legat. I. l. vlt. in fin. D. de fideicommiss. libert. l. 25. D. qui testamenta facer. poss.* Quinctil. *Declam. CCCLXXXVIII. Nam neque diu de PRIMO herede cogitandum fuit, habenti filium, neque de secundo, habenti priorem.* Lucius Titius heredibus PRIMIS et secundis salutem; *l. vlt. §. vlt. D. de fideicomm. libert.* Si is, qui testamentum faceret, heredibus PRIMIS nuncupatis, priusquam secundus exprimeret heredes: *l. 25. D. qui testament. fac.* Duae caussae sunt, per quas in PRIMI heredis persona conditio impletur: *l. 34. D. de statuliber.* Vt autem PRIMVS heres ad differentiam substituti, ita et PRIMVS legatarius eodem sensu in *l. 6. C. de legat.* Fructus post PRIMAM litem absumi non oportuisse: *l. 38. D. de iur. fisc.* Qui pueros PRIMAS litteras ducent: *l. 2. §. vlt. D. de vacat. et excusat. muner.* Qui PRIMIS litteris pueros imbuerint: *l. 11. §. vlt. D. de muner. et honor.* Primo loco et secundo heredes scribere: *l. 60. D. de hered. instit.* Cic. *Lib. I. in Verr. Cap. 43. Lib. XIII. ad diuers. Epist. 61. pro Cluent. Cap. XI. Topic. Cap. IV.* Tutor, qui administrauit, si soluendo sit, PRIMO loco eiusque successores conueniendus esse, non ambigitur: *l. vlt. C. de diuid. tut.* Intra sex PRIMOS menses; *l. 15. D. de administrat. et peric. tutor.* Quo filia post PRIMAS nuptias indotata constitueretur, ad secundas nuptias cautionem extendi non oportere: *l. 77. §. 9. D. de legat. II.* Ex PRIMA parte edicti, et ex illa parte edicti: *l. 2. D. de bon. libertor.* Quod PRIMA ratione poterit videri iniquum: *l. 32. §. 9. D. de recept. arbitr.* Illud in PRIMA specie potest dispici: *ibid.* PRIMAE *tabulae* paternae accipiendae sunt in *l. 41. §. 6. D. de vulgar. et pupill. substit. l. 2. §. 3. l. 36. D. de statulib.* Idque ratione pupillarium, quae secundae idcirco adpellantur. Qua de re pluribus *Lib. III. Selectar. Antiquit. Cap. 11.* disserui. Neque interest, vtrum in PRIMIS *tabulis* hoc fiat, an in pupillaribus: *l. 1. §. 1. D. si cui plus quam per leg. Falcid.* Quum legatum PRIMIS *tabulis* Titio datur, secundis autem *tabulis* eadem res Sempronio: *l. 41. §. 6. D. de vulgar. et pupill. substit.* Legata, quae *tabulis* secundis relinquuntur, quasi PRIMIS sub conditione relicta intelliguntur: *l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcid.* Ei, qui PRIMO vendit: *l. 56. D. de contrah. emtion.*

¶ 2. In PRIMIS, (non enim iungendae hae voces sunt,) pro praesertim, praecipue, maxime. *l. 5. §. 9. 11. D. de reb. eorum, qui sub tutel.* Quod in PRIMIS est: *l. 34. §. 5. D. de legat. II.* In PRIMIS sciant heredes mei: *l. 34. §. 3. D. eod. tit.*

¶. 3. [PRIMVS, supremus in dignitate et honore. PRIMVS curiae, quum muneribus vniuersis expletis ad summum peruenit gradum: *l. 56. C. de decurionibus et fil. eor. Lib. X. tit. 31.* Idem est, qui tamquam PRIMVS curiam regere, *l. 171. in fin. C. Th. eod. tit. Lib. XII. tit. 1.* et PRIMVM in sua curia obtinere locum dicitur, *l. 127. C. Th. eod. tit.*] ¶. 4. [PRIMVS honor, pro vltimo seu infimo, qui scilicet primus alicui defertur: *l. 4. C. Theod. de agentib. in reb. Lib. VI. tit. 27.* sicut contra vltimus gradus dicitur, qui supremus et habita dignitatis ratione primus est, sed vltimo, et reliquis omnibus superatis, defertur. *l. 6. C. Th. de proxim. Comit. Lib. VI. tit. 26.*]

PRINCEPS, proprie idem est, quod primus et praecipuus. Qui PRINCEPS fuerit delicti: *l. 10. D. de seruo corrupt.* Familiae adpellatione et ipse PRINCEPS familiae continetur, ait Caius *l. 196. D. de verb. significat.* qua significatione et Vlpianus familiarum suarum PRINCIPES, patrem familiae itemque matrem familiae adpellat *tit. IV. Regul. §. 1.* ¶. 2. PRINCEPS, pro Imperatore. Sic apud Martial. *Lib. X. Epigr. 72. Hoc* PRINCIPE, id est, imperante hoc. Adoptio, quae per PRINCIPEM fit: *l. 2. D. de adoption.* PRINCIPIS auctoritate adoptamus eos, qui sui iuris sunt: *l. 2. D. de adoption.* Constitutionibus PRINCIPVM continetur; *l. 24. D. ad municip.* Nuper constitutum est a PRINCIPE, ait Pomponius *l. 85. D. de legat. III.* Quae PRINCEPS alicui ob merita indulsit: *l. 1. D. de constit. princip.* PRINCIPIS Maximi elogio designatur Septimius Seuerus a Papiniano, in *l. 17. D. de quaestion.* A PRINCIPE permitti vel vetari solita: *l. 1. §. 42. D. de aqua quotid. et aestiu. l. 2. D. de fluminib.* A PRINCIPE peti solet: *l. 15. D. de seruitut.* A PRINCIPE nostro rescriptum est: *l. vlt. D. de postuland.* Vetus Glossar. Πριγγίψ, αὐτοκράτωρ, βασιλεὺς, ἄρχων, πρωτεύων. HEIN. ¶. 3. [PRINCIPES *agentium in rebus*, qui et Magisteriani vocantur. De iis singularis est titulus in vtroque Codice. Exstat et separatus ab hoc titulus de *cohortalibus* PRINCIPIBVS. De his vid. Iac. Gother. *de offic. dom. August. Lib. III. Cap. 11.*]

PRINCIPALIS, E. primus, praecipuus. PRINCIPALES auctores: *l. 2. C. de excusation.* PRINCIPALIS caussa: *l. 30. D. de iureiur. l. 129. l. 178. D. de regul. iur.* [PRINCIPALIS caussa, siue negotium, dicitur caussa proprietatis, *l. 15. C. Theod. de adpellation. Lib. XI. tit. 30. l. 1. C. Th. vnde vi. Lib. IV. tit. 22. l. 44. C. Th. quor. adpellat. non recip. Lib. XI. tit. 36. l. 7. C. Iustin. ad leg. Iul. de vi public.* quae et quaestio PRINCIPALIS vocatur, *l. 10. C. de iudic. l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. II. tit. 18.*] De PRINCIPALI caussa denuo quaeretur: *l. 1. C. de aduocat. diuersor. iudicior.* Quae pars eius stipulationis PRINCIPALEM caussam haberet: *l. 37. D. de stipulat. seruor.* [PRINCIPALE coniugium, pro primo, cui alia matrimonia, id est, secundae nuptiae opponuntur: *l. 3. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.*] Quamuis iudicio conuento PRINCIPALI debitore mandator non liberetur: *l. 71. D. de fideiussor.* Nisi PRINCIPALES debitores defecerint: *l. 3. §. 8. D. de iur. fisc.* An soluendo sit PRINCIPALIS fideiussor: *l. 27. D. de fideiussor.* Cuius bonitas PRINCIPALEM gradum bonitatis habet: *l. 75. D. de ver-*

verbor. obligat. PRINCIPALI loco heres institutus: *l. 13. C. de fideicommiss.* Exactores, qui PRINCIPALI locu ad exactionem fuerant destinati: *l. 2. C. de conueniend. fisc. debitor.* PRINCIPALIS obligatio ad differentiam fideiussoriae, quae accessoria est, *l. 3. D. de separation.* Vsurae PRINCIPALIS pecuniae medii temporis: *l. 24. D. de adpellat.* Quaestio PRINCIPALIS ablatae pecuniae; *l. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* PRINCIPALIS reus is adpellatur, pro quo fideiussor intercessit: *l. 66. D. de fideiussor. l. 49. D. de minorib. l. 45. §. 11. D. de iur. fisc. l. 3. C. si reus vel accusat. l. 58. l. 65. D. de fideiussor.* Tempus reo PRINCIPALI indultum: *l. 1. D. iudicat. solu.* Venditor actionis, quam aduersus PRINCIPALEM reum habet: *l. 23. D. de hered. vel action. vendit.* Reum PRINCIPALEM conuenire: *l. 3. C. de fideiussor.* Eumdem vt reum PRINCIPALEM in partes conuenire: *l. 11. D. de duob. reis.* Minor se in id, quod fideiussit, vel mandauit, in integrum restituendo, reum PRINCIPALEM non liberat: *l. 43. D. de minorib.* Nisi patuerit, PRINCIPALES reos idoneos non esse: *l. 4. C. quand. fisc. vel priuat.* Defensiones, quibus reus PRINCIPALIS munitus est: *l. 11. C. de exception.* PRINCIPALE testamentum paternum dicitur ad differentiam pupillaris, seu secundarum tabularum; quod tabulas pupillares habet, quae secundae sunt, et minus PRINCIPALES tabulae, *l. 2. l. 44. D. de vulgar. et pupill. substit. l. 5. §. 14. D. de his, quae vt indign.* quomodo et PRINCIPALES tabulae et secundae accipiendae sunt in *l. 2. §. 1. et l. pen. D. testam. quemadmod. aperiant.* Si PRINCIPALE ruptum sit testamentum: *l. 2. D. de vulgar. et pupill. substit.* Qui PRINCIPALE testamentum arguit, et a secundis tabulis repellendus est; *l. 5. §. 14. D. de his, quae vt indign.* Si PRINCIPALI testamento quaedam sub conditione legata sunt: *l. 1. §. 12. D. ad leg. Falcid.* ¶. 2. PRINCIPALIS aliquando significat directus. Sic PRINCIPALIS actio opponitur contrariae. Contraria commodati actio etiam sine PRINCIPALI moueri potest; *l. 17. §. 1. D. commodat.* ¶. 3. PRINCIPALE opponitur accessioni. Quum quaerimus, quid cui cedat, illud spectamus, quid cuius rei ornandae caussa adhibetur, vt accessio cedat PRINCIPALI: *l. 19. §. 13. D. de aur. et arg. legat.* Quae accessionum locum obtinent, extinguuntur, quum PRINCIPALES res peremtae fuerint: *l. 2. D. de pecul. legat.* ¶. 4. PRINCIPALES ciuitatium et curiarum decuriones dicti, quod praesint magistratibus. Isidor. *Lib. IX. Etymolog. cap. 4.* PRINCIPALES *et magistratus et Duumuiri curialium officiorum ordines sunt; PRINCIPALES dicti, quod praesint magistratibus.* Iul. Firmic. Matern. *Lib. V. Mathes. cap. 2. Curatores vel PRINCIPALES ciuitatium publicis rationibus praepositos.* Horum PRINCIPALIVM fit mentio, in *l. 41. C. de liberal. causs. l. 2. §. 1. C. quando et quib. l. vn. in fin. C. de lucr. descript. Lib. X. l. 5. C. de cohortal. Lib. XII. l. 33. l. 40. et l. 42. D. de decurion. Lib. X. l. 4. C. Theod. de extraord. muner.* De decurionibus et PRINCIPALIBVS ciuitatium, qui capitale admiserunt; *l. 27. §. penult. D. de poen.* Si qui ex PRINCIPALIBVS alicuius ciuitatis latrocinium fecerint; *l. 27. §. vlt. D. eod. tit.* PRINCIPALES ciuitatum: *l. 1. D. de curs. publ.* Saluian. Massiliens. *Lib. V. de vero Dei iudic. p. 89. Quis ergo, vt dixi, locus est, vbi* PRINCIPALIBVS *ciuitatum viduarum et pupillorum viscera deuorentur?* Ita: Alexandrinae ciuitatis PRINCIPALES, *l. 56. C. de decurion. Lib. X.* Antiochensium ciuitatis PRINCIPALES: *l. 2. C. de excusat. muner. Lib. X.* In tractatu quondam Epicur. et Stoic. qui B. Augustino tribuitur: *atque eis nominatur quidam Dionysius Areopagita, id est, Atheniensium* PRINCIPALIS. *Areopagus enim Atheniensium curia vocatur.* Vir PRINCIPALIS apud Apuleium *Lib. VIII. de asin aur. p. 216 et Lib. IV. Floridor. p. 363.* [PRINCIPALI honore munitae personae: *l. 17. C. de quaestion.* pro quo *principalitatis* honore *l. 6. C. Th. eod tit. Lib. IX. tit. 35.*] Vet. Glossar. πριγγιπαλία, ἐξουσία ἀστικῶ, siue vt Labbaeus: ἐξουσιαστική. ¶. 5. PRINCIPALES etiam in exercitu et legionibus quidam vocabantur. Inreuerens miles non tantum a tribuno, vel centurione, sed etiam PRINCIPALI coercendus est; *l. 13. §. 4. D. de re militar. l. 16. §. 7. C. de erogat. militar. annon. Lib. XII.* Imperator salutatus a PRINCIPALIBVS officiorum: *l. 1. C. de sentent. pass. et restitut.* et apud Veget. *Lib. II. Cap. 15. et Cap. 19.* ¶. 6. PRINCIPALIS, E, quod a Principe siue Imperatore est. PRINCIPALI auctoritate: *l. 50. in fin. D. de hered. petit.* Agri publici, qui in perpetuum locantur, a curatore sine PRINCIPALI auctoritate reuocari non possunt: *l. 21. §. 1. D. de publican.* Quemadmodum legitimis heredibus auctoritate PRINCIPALI prospicitur: *l. 40. D. de vulgar. et pupillar. substit.* Et de amplianda vel minuenda poena damnatorum post sententiam dictam sine PRINCIPALI auctoritate nihil est statuendum: *l. 45. D. de re iudic.* PRINCIPALE auxilium implorandum est: *l. 13. §. 4. D. ad SC. Trebell.* Beneficio PRINCIPALI Latinus ciuitatem Romanam accipit, si ab Imperatore ius Quiritium impetrauerit; Vlpian. *tit. III. Regul. §. 1. et 2* Ius eorum, qui accepto vsu togae Romanae, vt ciues Romani semper egerint, ab obsidis conditione separatum esse beneficio PRINCIPALI: *l. 32. D. de iur. fisc.* A damno liberantur, qui beneficio PRINCIPALI hereditate abstinuerint: *l. 98. D. de adquir. hered.* Poena falsi tibi PRINCIPALI beneficio remittitur; *l. 2. C. de iis, qui sibi adscrib.* Beneficia PRINCIPALIA ipsi Principes solent interpretari; *l. 43. princ. D. de vulgar. et pupill. substit.* Eo tempore testator decessit, quo testamentum eius ad beneficium PRINCIPALE pertinere desierat: *l. 92. D. ad leg. Falcid.* Qui veniam aetatis a PRINCIPALI clementia impetrauerunt: *l. 1. C. de iis, qui veniam aetat.* Tutor subito ad PRINCIPALEM cognitionem profectus: *l. vlt. D. vbi pupill. educar.* PRINCIPALES constitutiones, *l. 9. D. ad municipal.* id est, quod ipse princeps constituit, *l. 2. §. 11. D. de orig. iur. l. 4. §. vlt. D. de castrens. pecul.* Quaecumque Princeps constituit, et pro lege seruentur, *l. 2. §. 12. D. de orig. iur. l. 33. D. si cert. petat. l. 17. D. de excusat.* Vlpian. *Tit. VII. Reg. §. 1. et Tit. XXII. §. 6.* PRINCIPALIBVS constitutionibus cauetur: *l. 15. §. 1. D. ad leg. Corn. de fals. l. 11. D. de pollicit. l. 33. D. de reb. credit. l. 11. D. qui et a quib. manum. l. 3. D. de collus. detegend. l. 4. §. vlt. l. vlt. §. 4. D. de publican. l. 37. D. de iniur.* PRIN-

CIPALIBVS constitutionibus manifeste cauetur: *l. 11. D. de exception.* Constitutionibus PRINCIPALIBVS cautum est: *l. 9. D. ad municip.* Plurifariam PRINCIPALIBVS constitutionibus praecipitur: *l. 2 D. de iur. fisc.* PRINCIPALIBVS constitutionibus permissum est; Vlpian. *tit. XXIII. Regul. §. 10.* Sic filiusfamilias miles per constitutiones PRINCIPALES ius ignorare potest: *l. 9. §. 1. D. de iur. et fact. ignorant.* Reus delatus etiam ante sententiam honores petere, PRINCIPALIBVS constitutionibus prohibetur: *l. 7. D. de muner. et honor.* PRINCIPALIBVS constitutionibus declaratur: *l. 33. §. vlt. D. de administr. et peric. tutor.* Beneficium PRINCIPALIVM constitutionum locum habet; *l. 18. D. de stipulat. seruor.* Vt aliquo decreto PRINCIPALI refertur constitutum: *l. 2. D. de offic. adsessor.* Exemplo decretorom PRINCIPALIVM: *l. 1. §. 1. D. de vacat. et excusat. muner.* Seruus effectus non idcirco, quod postea indulgentia PRINCIPALI libertatem consequutus est: *l. 3. D. de obligat. et action.* Nisi specialiter PRINCIPALI iussione prorogatio fuerit inhibita: *l. 2. §. 2. D. de iudic.* De latronum familiis descendentibus ex largitione PRINCIPALI, vel auctoritate fiscali seruis factis retro principes libertatem denegari decreuerunt: *l. 2. C. quib. ad libert. proclam.* Nisi hoc PRINCIPALIS liberalitas specialiter indulserit; *l. 10. D. de re militar.* An commoda et PRINCIPALES liberalitates debeantur: *l. 35. D. de legat. III.* Candidati principis solis libris PRINCIPALIBVS in senatu legendis vacant; *l. 1. D. de offic. quaest.* Crimen maiestatis a iudicibus non in occasionem ob PRINCIPALIS maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate: *l. 7. §. 3. D. ad leg. Iul. maiestat.* Nec calumnia facultatem ex PRINCIPALI maiestate capi oportet: *l. 91. D. de heredit. instit.* Mandatis PRINCIPALIBVS cauetur: *l. 4. §. 6. D. ad leg. Iul. peculat. l. 35. D. de poen.* Mandatis PRINCIPALIBVS praecipitur: *l. 1. D. de collegiis.* Quidquid animi largitate et munificentia PRINCIPALI praestitimus; *l. 5. C. de aduoc. diuers. iudicior.* Possessiones ex PRINCIPALI praecepto distractas: *l. 11. D. de euictionib.* PRINCIPALIS prouidentia, in *l. 22. D. de adoption.* constitutionem D. Pii significat, quae qoartam impuberi adrogato relinqui praecipit, *l. 8. §. 15. D. de inoffic. testam. l. 1. § 21. D. de collat. bonor.* Adoptio duobus modis fit, aut PRINCIPALI rescripto, aut imperio magistratus: *princ. Instit. de adoption.* Hoc rescripto PRINCIPALI significetur: *l. 7. D. deposit.* PRINCIPALIBVS rescriptis specialiter exprimitur: *l. 28. §. 1. D. de pact.* Ex quo PRINCIPALI rescripto intelligi potest: *l. 5. §. 10. D. de iur. immunit.* PRINCIPALIA rescripta: *l. 3. §. 8. D. de iur. fisc.* Nonnulla exstant PRINCIPALIA rescripta: *l. 27. D. de poen.* Post PRINCIPALIA rescripta: *l. 3. §. 5. D. de sepulcr. violat. l. 2. §. vlt. D. de iur. fisc.* PRINCIPALIS sententia: *l. 1. D. de offic. praefect. praetor.* Secundum PRINCIPALIVM statutorum tenorem: *l. 1. C. de praescript. XXX. vel XL. annor.* Si fundum Albanum, qui PRINCIPALIBVS vsibus deseruit, legauerit quis: *l. 39. §. vlt. D. de legat. I.*

PRINCIPALITER, valet directo, in *§. vlt. Instit. quod cum eo, qui in alien. potest.* Vnde PRINCIPALITER et per successionem opponuntur. Qui per successionem, quamuis longissimam, defuncto heredes constiterunt, non minus heredes intelliguntur, quam qui PRINCIPALITER heredes existunt: *l. 194. D. de regul. iur. l. vlt. §. 1. D. de legat. III.* Non PRINCIPALITER sed per successionem bona fratris ad eum peruenerunt: *l. vlt. §. 1. D. de legat. III.* Qui non PRINCIPALITER in Titii hereditatem succedit: *l. 7. D. de his, quae vt indign.* Quoniam PRINCIPALITER ipsa debitrix fuisti; *l. 2. C. ad SC. Velleian.* Adiectio absentis, cui PRINCIPALITER obligatio quaerebatur: *l. 126. §. 2. D. de verbor. oblig.* Vbi non PRINCIPALITER ea de re agitur, quae habet publicam excusationem: *l. 7. §. 1. D. de iutur.* [Equidem Grammaticis non placet hoc aduerbium, licet iurisconsulti eodem inter vocabula discretiua libenter vtantur. Sic in *l. 46. §. 4. D. de procurat.* Quod ex lite consequutus erit, siue PRINCIPALITER ipsius rei nomine, siue extrinsecus ob eam rem debet mandati iudicio restituere. Vossius *de vitiis Latin. Serm. Lib. 1. Cap. 25.* qui tamen in eo errat, quando vocabulum PRINCIPALITER pro *praecipue* in ea lege vsurpari tradit, quum oppositio non fiat inter praecipuum et secundarium, sed inter id, quod ipsius *rei* nomine, et quod ob eam rem datur.]

PRINCIPATVS, pro Imperio. Maius imperio est submittere legibus PRINCIPATVM: *l. 4. C. de legib.* HEIN. PRINCIPATVS: *l. 2. C. Th. ad leg. Iul. de ambit.* PRINCIPATVS officium: *l. vlt. C. Th. eod. tit. l. 14. C. Th. de cohortal.*
¶. 2. [PRINCIPATVS, pro officio principum agentium in rebus, et cohortalium. PRINCIPATVS officiorum: *l. 5. C. Th. de iis, quae administrant. Lib. VIII. tit. 15.* PRINCIPATVS honoraria dignitas; *l. 19. C. Th. de agent. in reb.* ¶. 3. [PRINCIPATVM scaeui dogmatis qui retinent, hoc est, Episcopi, Presbyteri, diaconi: *l. 19. C. Th. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.* vbi PRINCIPATVS notat *ἱερωσύνην*, omne ministerium Ecclesiasticum.]

PRINCIPIVM, pro initio. PRINCIPIO duodecimi anni: *l. 41. D. de manumiss. testam.* ¶. 2. [PRINCIPIA, sunt loca castrorum, in quibus Praefecti et tribuni militum ius dicebant, et alia quaecumque militaris iurisdictionis exercebant. *l. 12. in fin. D. de re milit. l. vlt. C. quae sit long. consuet. §. 4. Const. Summa reip. de Iustinian. cod. confirm. l. 16. §. 1. C. de erogat. militar. annon. Lib. XII. l. 1. pr. C. de veteran. Lib. XII. l. 2. C. Th. eod. tit. Lib VII. tit. 20.* Clare id ostendit *l. 12. D. de re milit.* vbi Macer, officium tribunorum est, inquit, vel eorum, qui exercitui praesunt, milites in castris continere, mensorum fraudem coercere, delicta secundum suae auctoritatis modum castigare, PRINCIPIIS *frequenter interesse*, querelas commilitonum audire. Crebra horum PRINCIPIORVM fit mentio a scriptoribus veteribus. Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 67. Tunc contractos in PRINCIPIA, iussosque dicta cum silentio accipere.* Idem *Lib. I. Histor. Cap. 48. Legati Caluisii Sabini vxor, mala cupidine visendi situm*

tum castrorum, per noctem militari habitu ingressa, quum vigilias et cetera militiae munia eadem lasciuia temerasset, in ipsis PRINCIPIIS *stuprum ausa.* Add. *Lib. III. Hist. Cap.* 13. Corn. Nepos *in Eumen. Cap. VII. In* PRINCIPIIS *nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum sceptro et diademate iussit poni, eoque omnes quotidie conuenire, vt ibi de summis rebus consilia caperentur.* Iustin. *Lib. XI. Cap.* 6. *Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit: vt si* PRINCIPIA *castrorum cerneres, Senatum te alicuius priscae reipublicae videre diceres.* Apuleius *Libro de mundo p.* 74. *Magistratus tribunalia*, PRINCIPIA *milites frequentabant, recuperatores iudiciis praesidebant.* Meminit etiam Flor. *Lib. III. Cap.* 10. *Lib. IV. Cap.* 2. Sueton. *in Othon. Cap.* 1. et Liuios passim. Vid. Lipsium *Lib. V. de milit. Rom. Cap.* 4. et Iac. Gothofred. *ad l.* 2. *C. Theod. de veteran.* Aliquando tamen et sequiori aeuo, non ipse ille in castris locus, de quo hactenus, sed Duces et Praefecti, adeoqoe principes militum, PRINCIPIA adpellantur: vt apud Veget. *Lib. III. Cap.* 2. *et Cap.* 8. Ammian. Marcellin. *Lib. XX. p.* 221. 223. *et Lib. XXV. p.* 317. quo etiam *l.* 1. *C. de veteran.* trahit Gronou. *Lib. IV. Obseruat. Cap.* 10. *pag.* 154. Pollionis autem locus in Regilliano: *Quum alia die mane processisset a* PRINCIPIIS, *imperator est salutatus*, meliore forsan iure huc trahi posset, licet in dioersam abeat sententiam Iac. Gothofredus.]

PRIOR est, quem aliquis sequitur, et posteriori opponitur. Si PRIOR conuenerit de pignore, licet posteriori tradatur, adhuc potiorem esse PRIOREM: *l.* 10. *D. qui potior. in pignor.* PRIORES curatores, siue tutores: *l.* 44. *D. de administrat. et peric. tut.* In memoriam PRIORIS dignitatis: *l. vlt. D. de decurion.* id est, decurionatus, quem prius gesserat. Si PRIORI hypotheca obligata sit, nihil vero de conditione conuenerit, posterior vero de hypotheca vendenda conuenerit, verius est, PRIOREM potiorem esse: *l.* 10. *D. qui potior. in pignor.* In PRIORE matrimonio: *l.* 5. *D. ad leg. Iul. de adulter.* PRIOR scriptura posteriorem corrigit, commutat, rescindit: *l.* 17. *D. de adimend. et transfer. legat.* Siquis PRIORE facto testamento, posterius fecerit testamentum: *l.* 29. *D. ad SC. Trebellian.* ¶. 2. PRIOR aliquando est potior. PRIOR caussa: *l.* 15. *D. qui potior. in pignor.*

PRISCVS, vetus. PRISCA lingua: *§.* 15. *Instit. de actionibus.*

PRISCVS *Fulcinius*, iurisconsultus. *l.* 49. *§.* 2. *D. de legat. II.* Alias Fulcinii nomen citatur *l.* 7. *D. quib. ex causs. in possess. eatur. et l. penult. D. de mortis causs. donat.* PRISCI cognomen Fulcinio in sola *l.* 49. *§.* 2. *D. de legat. II.* attribuitur. Ego puto legendum: PRISCVS *ad Fulcinium.* Neratium enim PRISCVM ad Folcinium notasse, patet ex *l. penult. D. de mortis caussa donat.* Floruisse eum post Tiberium et ante Traianum recte vidit Guil. Grotius *de vit. iuriscon-sult. II,* 5. Vid. et supra *Fulcinius.* HEIN.

PRISCVS *Iauolenus*, iurisconsultus. Eum in Africam et Syriam cum aliquo imperio profectum, ex eo coniicio, quod Iulianus eum in Africa et Syria seruos suos manumisisse, quum consilium praeberet, refert *l.* 5. *D. de manumiss. vindict.* De PRISCO *Iauoleno* apud Plin. *Lib. VI. Epist.* 15. Eum Iulianus praeceptorem suum vocat in *l.* 5. *D. de manumiss. vindict.* PRISCVS ait: *l.* 2. *§.* 6. *D. pro emtore.* Hactenus Brissonius. Nobis pauca addere liceat. Floruit PRISCVS *Iauolenus* sub Traiano et Hadriano, iurisconsultus laetioris famae, et Saluii Iuliani praeceptor, quamuis eum dubiae sanitatis esse censeat Plinius *Lib. VI. Epist.* 15. non alia de caussa, quam quod interroganti recitatori: PRISCE IVBES? respondit: EGO VERO NON IVBEO. Nimirum non ferre hunc iocum poterat Plinius, recitationum, si quis alius, studiosus. Et tamen prudentiores illas grauiter reprehendebant, in primis Iuuenalis *Sat. I. v.* 1. *et* 12. *Sat. III. v.* 8. *Sat. VII. v.* 39. *sequ. et v.* 47. *sequ.* et Persius *Sat. I.* Quis enim paullo occupatior aequo animo interesse potuisset illi hominum congressui, in quo audiendum erat miserum poema, vel oratio, vel integra historia, aliquando alii surrepta? Quis ab adulandi studio paullo alienior sine indignatione perdidisset bonas horas, audissetque illas adulantium plausus et voces: *ὦ θαυμάσιε, καλῶς κἀγαθῶς*, et similes. An itaque ideo dubiae sanitatis fuerit Iauolenus, qui vexatus toties rauci Theseide Codri, recitatori senili dicacitate respondit: EGO VERO NON IVBEO. Ad Antonini Pii tempora eum peruenisse oportet, si vera scripsit Iul. Capitolin. *Cap. XII.* Et sic satis mature desipere coeperit. Scripsit ex Cassio Lib. XV. Epistolarum Libros XIV. ex Plautio libros V. libros ex Posterioribus Labeonis, eorumque Epitomen, quorum in fragmentis profecto nullum deprehendas dubiae sanitatis vestigium. HEIN.

PRISCVS *Neratius* iorisconsultus, Traiano, cuius in consilio fuit, *l.* 5. *D. si a parent. quis manumiss.* tam carus fuisse fertur, vt moriens ei diceret: *Commendo tibi prouincias, si quid mihi fatale acciderit.* Spartian. *in Hadrian Cap. IV.* Eodem loco fuit apud Hadrianum. Spartian. *ibid. Cap. XVIII.* vbi Neratium *in his, quos Hadrianus in consilio habuit*, numerat. Fratrem Marcelli fuisse putat Merill. *Obseru. Lib. I. Cap.* 28. Sed Neratii ille frater Marcellus, de quo *l.* 12. *§.* 43. *D. de instruct. vel instrum. legat.* plane alius fuit, ac ab Vlpio Marcello diuersissimus. Neratius nimirum Marcellus, de quo Plin. *Lib. II. Epist.* 8. consul fuit collega Annio Vero, *l.* 6. *D. ad leg. Cornel. de sicar.* quamuis de anno non liqueat. Scripsit Regularum libros XV. Membranarum Lib. VII. Responsorum libros III. Laudantur etiam eius Epistolae *l.* 12. *§.* 35. *D. de instruct. vel instrum. legat.* libri ex Plautio, *l.* 5. *D. de seruit praedior. rusticor.* libri de noptiis a Gellio *Lib. IV. Cap.* 4. memorantur. Notae ad Fulcinium, *l.* 43. *D. de mort. causs. donat.* Vicissim ad eum Iulium Paollom Notarum libros III. scripsisse constat. HEIN. Ad eum pertinent sequentia. PRISCVS Neratius existimabat: *l.* 8. *§.* 1. *D. de liberat. legat.* Neratius PRISCVS: *l.* 19. *D. de dolo malo. l.* 71. *D. de reg. iur. l.* 67. *D. de legat. II.* Et PRISCVS et Neratius putant: *l.* 10. *§.* 2. *D.*

2. *D. de vsu et habitat.* id est, PRISCVS Iauolenus, et Neratius. Aristo PRISCO Neratio scripsit; *l. 3. D. quae res pignor.*

PRISTINVS, A, VM, anterior, prior. In PRISTINAM caussam res redit soluta venditione; *l. 10. §. vlt. D. quib. mod. pign.* In quaestionibus nominati capitalium criminum PRISTINAM interim dignitatem retinent: *l. 17. §. 12. D. ad municipal.* Ager ad PRISTINVM dominum pertinet: *l. 30. §. 3. D. de adquir. rer. domin.* Sicut debitori, ita et creditori PRISTINVM ius restituitur: *l. 10. D. quib. mod. pign.* Sic iure PRISTINO peculium pater habebit: *l. 4. D. de castrens. pecul.* PRISTINA obligatio: *l. 46. D. de solution.* Omnes debitores, qoi in fraudem creditorum liberantur per hanc actionem, reoocantur in PRISTINAM obligationem: *l. 17. D. quae in fraud. creditor.* Sicut liberis captis ab hostibus ac postliminio reuersis status PRISTINVS restituitur, sic serui domino: *l. 10. C. de postlim. reuers.* Ad tempus in opus publicum damnati PRISTINVM quidem statum retinent: *l. 6. C. ex quib. causs. infam. irrog.* In PRISTINVM statum restitui: *l. 3. C. de curator. furios.*

[PRIVATIANI, dicebantur officiales Comitis rerum priuatarum. *l. 24. C. Theod. de Palatin sacrar. largit. et rer. priuat. Lib. VI. tit. 30.* qui et PRIVATORVM nomine intelliguntur. Vid. Pancirol. *ad Not. Imp. Orient. Cap. LXXXVIII.* Guther. *de offic. domus August. Lib. III. Cap. 24.*]

PRIVATIM, et publice opponuntur. Bona sua PRIVATIM facta venditione concessit: *l. vlt. §. 2. D. de condict. indeb.* Si quis PRIVATIM sacrum sibi constituerit, sacrum non est; *l. 6. §. 3. D. de diuis. rer.*

PRIVATVS, A, VM. PRIVATVM dicitur, quod est singulorum, *l. 1. D. de rer. diuision.* a verbo antiquo *priuus*, quod singulos significat, quo et Cato *de re rustica Cap. III. X. et XI.* Vnde PRIVATVM ius id esse definitur, quod ad singulorum vtilitatem pertinet, *l 1. §. vlt. D. de iustit. et iur.* Et PRIVATA iudicia a Latinis dicuntur, quae ad rem familiarem cuiusque pertinentia per arbitros iudicesque datos expediuntur. Cic. *Lib. I. de orator. Cap. 38. Nam volitare in foro, haerere in Praetorum tribunalibus, iudicia PRIVATA magnarum rerum obire.* Idem *Topic. Cap. XVII.* PRIVATA *iudicia maximarum quidem rerum in iurisconsultorum mihi videntur esse prudentia.* Plin. *Lib. VI. Epist. 33. Interuenit acribus illis et erectis frequens necessitas iudicandi, ac paene calculos tabulamque poscendi, vt repente in priuati iudicii formam centumuirale verteretur.* [In *l. 3. §. 1. D. de crim. stellion.* PRIVATA iudicia videntur dici, quae ex contractibus competunt.] PRIVATA delicta sunt, qoae ad rem familiarem et priuatam pertinent, nec cuiuis e popolo, sed ei dumtaxat, cui damnum datum iniuriaoe facta est, competunt. Qualia sunt furtum, rapina, iniuria, damnum iniuria datum. *tit. Instit. de priuat. delict. l. 1. §. vlt. D. de poenis. l. 7. D. de public. iudic.* Actio certe ex lege Cornelia de iniuriis, etsi pro publica vtilitate exercetur, priuata est tamen, *l. 42. §. 1. D. de procurat. l. vlt. C. de iniur. l. vlt. C. vbi Senator.* PRIVATAM etiam furti actionem vocat Quinctilian. *declam. CCCXLI. extrem.* Sic et actio iniuriarum, quam inter PRIVATA delicta veteris ioris auctores connumerant: *l. vlt. C. de iniur.* PRIVATAE noxae, hoc est, quae committuntur ex delictis, non publicis criminibos: *l. 17. §. 18. D. de aedilit. edict.* Hinc PRIVATVM et publicum opponuntur, *l. 10. D. de diuision. rer.* Ne publica coercitio PRIVATA pactione tollatur: *l. 5. D. de pact. dotal.* PRIVATA pactione pignorati: *l. 5. C. quae res pignor.* Huc pertinet, quod dicitur: Libertinae conditionis constitutis PRIVATIS pactis immutare statum suum oon licere, *l. vlt. C. de collus. deteg.* Hoc seosu accipitur, quod dicitur: seruitus itineris ad sepulcrum PRIVATI iuris manet: *l. 14. D. de seruitut.* PRIVATA etiam loca dicuntur quoque respectu poblicorum: *l. 32. D. ad leg. Aquill.* Sic aedilitas inter eos magistratus habetur, qui PRIVATIS muneribus excusati soot, *l. 17. §. 4. D. de excusation.* Senatusconsultum ad PRIVATOS heteditatis petitores pertinet: *l. 1. C. de petit. heredit.* [PRIVATARVM litiom cognitor: *l. 3. C. ad leg. Iul. repetund. l. 5. C Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 27.*] ¶. 2. PRIVATVM opponitur commoni. Sic: ex PRIVATO agro in agrum communem aqua immittatur: *l. 11. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* ¶. 3. PRIVATVS militi opponitur. Si PRIVATVS a milite petat: *l. 66. §. 1. D. de euictionib.* [Quisquis cum militibus, vel PRIVATIS scelestam inierit factionem, *l. 5. princ. C. ad leg. Iul. maiestat.* Adpellandi PRIVATO licentia denegetur: si vero miles aut promotus in gradum, *l. 1. C. de falsa monet. l. 2. C. Th. eod. tit. Lib. IX. tit. 21.* PRIVATAE conditionis qoispiam, vel noo castellanus miles: *l. 2. C. de fund. limitroph. Lib. XI. tit. 59.*] ¶. 4. [PRIVATI vocantur omnes, praeter principem, *l. 1. C. Th. de expens. ludor. Lib. XV. tit. 9. l. 3. C. Theod. de metat. Lib. VII. tit. 8.* Vnde indulgentiae etiam a iudicibus datae nihilominus dicuntur PRIVATAE, *l. 5. C. Theod. de oper. public. Lib. XV. tit. 1.*] ¶. 5. PRIVATA, siue *res* PRIVATAE sunt, quae sunt in patrimonio Principis. Vetus Glossar. Graec. PRIVATA, *ἰδιόκτητα τὰ τῇ βασιλείᾳ ἰδιάζοντα διαφέρειν*, et PRIVATAE res Principis Theodoret. *Hist. eccles. ἴδια βασιλέως χρήματα, propria PRINCIPIS bona.* Iulian. *in Epistol. ad Ecebolum, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πριβάτοις.* Iul. Capitolin. *in Marco Cap. IV.* PRIVATVM *patrimonium principis.* Sic res fiscales quasi propriae et PRIVATAE principis sunt: *l. 2. §. 4. D. ne quid in loc. publ.* Res Caesaris; *l. 1. D. de offic. procur.* Caesar. Vode et Comes rerum PRIVATARVM dicitur, *rubr. C. de officio comit. rer. priuat.* [Res PRIVATAE aliquando absolute PRIVATAE: *l. 16. l. 18. C. Theod. de palatin. sacr. largit. Lib. VI. tit. 30. l. 9. C. Iustin. eod. tit. Lib. XII. tit. 23. l. vlt. in fin. C. Theod. de locat. fund. emphyteut.* Qoo sensu etiam Comitiua PRIVATARVM dicitur, in *l. 49. C. Theod. de adpellat. et consult. Lib. XI. tit. 30.* et apud Cassiodor. *Lib. III. Variar. epist. 12.* Comes sacrarum et PRIVATARVM: *l. 120. C. Theod. de decu-*

decurion.] ¶. 6. PRIVATI opponuntur Senatoribus, l. 4. C. Iuſtin. et Theod. de naufrag. vt et magiſtratui. l. 17. princ. D. qui et a quib. manum. Sic etiam apud Ciceron. in Catilin. III. Cap. 6. extrem. P. Lentulus, quum magiſtratu ſe abdicaſſet, PRIVATVS adpellatur. HEIN.

¶. 7. PRIVATVS, etiam dicitur reſpectu ad fiſcum habito. l. 6. l. 35. D. de iur. fiſc. Huc ſpectat, quod dicitur: in his, quae ſunt in fiſci patrimonio, neque facere quidquam, neque prohibere PRIVATVS poteſt: l. 2. §. 4. D. ne quid in loc. publ. Hoc ſenſu etiam dicitur PRIVATVS creditor: l. 3. C. de reuocand. his, quae in fraud. credit. Item: quod in PRIVATIS debitis obſeruandum eſt: l. 11. C. de fideiuſſor. ¶ 8 [PRIVATI iudices, pro arbitris. PRIVATORVM iudicum ſententiae valeaor: l. 9. princ. C. Theod. de infirm. his, quae ſub tyrann. Lib. XV. tit. 14] ¶. 9. [PRIVATVM in l. 12. C. Theod. de aedific. priuat. balneum priuatum, vt Galli le privé, pro latrina dicunt. Cuiac. ad l. 1. C. de aedific. priu. Et ita Graeci quoqoe vocem hanc ioterpretantur, et ipſe Tribonianus in l. 6. C. de metat. vid. Iac. Gothofred. ad l. 12. C. Th. de aedific. priuat.]

PRIVIGNVS, vxoris meae filius ex alio viro natus. Vnde PRIVIGNVS dicitur relatione facta ad vitricum. l. 3. §. 7. D. de muner. et honor. Liberi quoque, quos ex alia vxore habeo, vxori meae PRIVIGNI ſuot. l. 4. §. 5. D. de gradib. et adfin. Plane, quod ad cauſſam prohibitarum ouptiarum attinet, non ſolum vxoris noſtrae ex alio marito filia, ſed etiam neptis, proneptis PRIVIGNAE adpellatione intelliguntur: l. 14. §. vlt. D. de rit. nuptiar. PRIVIGNI cum compriuignis, l. 34. §. 2. D. de ritu nuptiar. Si adhuc PRIVIGNA tua eſt, id eſt, ſi mater eius tibi nupta eſt: §. 6. Inſtit. de nuptiis. Moſchopul. ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. PRIVIGNOS προγόνους a Graecis dici ita oſtendit. Πρόγονοι καὶ οἱ ἀπὸ προτέρου γάμου γεγεννημένοι, ὧν ὁ πατὴρ ἢ μήτηρ εἰς δεύτερον ἦλθε γάμον. Λέγονται τε πρόγονοι πρὸς τοὺς ἀπὸ τοῦ δευτέρου γάμου γεγεννημένους. PRIVIGNI, ex priore nati matrimonio, quorum pater vel mater ad ſecundas venit nuptias. Dicuntur autem PRIVIGNI reſpectu eorum, qui ex ſecundis nuptiis nati ſunt.

PRIVILEGIARIVS, priuilegio munitus. PRIVILEGIARII ab hypothecariis ſeparantur, l. 10. D. qui potior. in pign. Sic PRIVILEGIARIVS creditor: l. 3. D. quod cum eo, qui in alien. poteſt. An PRIVILEGIARIIS abſentibus haec pactio noceat: l. 10. princ. D. de pact. Quorum pecunia ad creditores PRIVILEGIARIOS peruenit. PERVENISSE autem videtur, ſiue ſtatim profecta eſt ab inferioribus ad PRIVILEGIARIOS, ſiue per debitoris perſonam, ſi modo non poſt aliquod interuallum id ſactum ſit: l. 24. §. vlt. D. de reb. auctor. iud. poſſid.

PRIVILEGIVM, ius ſingulare eſt, in certae perſonae vel cauſſae gratiam, fauorem (quin et odium poenamue, HEIN.) conſtitutum, et lex de vno homine lata, quaſi priua lex, id eſt, priuato lata, vt Gell. Lib. X. Cap. 20. et Iſidor. Lib. V. Cap. 18. ſcribunt. Victorin. Afer de orthographia p. 2466. edit. Hel. Putſch. Lex enim PRIVILEGII in vnum hominem eſt dicta. Quo ſenſu PRIVILEGIVM a Cicerone in Paradox. IV. extr. et Lib. III. de legib. cap. 19. PRIVILEGIA quaedam cauſſae ſunt, quaedam perſonae: l. 196. D. de regul. iur. PRIVILEGIVM cuiusque ciuitatis vel corporis vel officii, in quo quisque eſt: l. 36. §. vlt. D. de fideicommiſſ. libertat. Praedicendum fideiuſſori, non vſurum eum PRIVILEGIO: l. 7. D. qui ſatisd. cog. PRIVILEGIVM fiſci eſt, inter omnes creditores primum locum retinere: Paull. Lib. V. Sentent. tit. 12. §. 10. PRIVILEGIVM fori: l. 1. D. ſi quis in ius vocat. non ierit. l. 7. princ. D. qui ſatisd. cog. l. 2. §. 5. D. et l. 5. D. de iudic. In bonis curatoris PRIVILEGIVM furioſi furioſaeue ſeruatur: l. 15 §. vlt. D. de curat. furioſ. Idem PRIVILEGIVM, hoc eſt, idem ius, l. 1. C. ad leg. Iul. de adulter. Legati ceterique in ea ſunt cauſſa, vt in ius vocati veniant, PRIVILEGIA ſua allegaturi: l. 5. D. de iudiciis. PRIVILEGIVM militum: l. 40 D. de adminiſtr. et peric. tutor. PRIVILEGIVM, quod militibus datum eſt: l. 24. D. de teſtam milit. Licere militibus proprio PRIVILEGIO etiam heredibus extraneis, poſtquam heredes exſtiterint, mortuis ſubſtituere: l. 6. C. de teſtam. milit. Teſtamentum ad PRIVILEGIA militum non pertinebit: l. 20. §. vlt. D. eod. tit. [PRIVILEGIIS muniri: l. 12. C. de excuſat. muner. Lib. X. tit. 47. l. 64. l. 65. C. de decurion. Lib. X. tit. 31. l. 2. §. 32. D. ad SC. Tertull. l. vlt. C. de fructib. et litium expenſ.] Qui nouo PRIVILEGIO vtitur, non videtur in eadem cauſſa ſiſti: l. 12. D. ſi quis caution. [PRIVILEGIA priuata opponuntur dignitati, hoc eſt, priuilegiis ob dignitatem, qoam quis habet, competentibus, l. 4 C. Theod. de muner. Lib. XV. tit. 2.] PRIVILEGIVM pupilli in bonis tutoris: l. 42. l. 44. D. de adminiſtr. et peric. tutor. PRIVILEGIVM io bonis magiſtratus pupillus non habet: l. 1. §. 14. D. de magiſtrat. conuen. Deſenſor tutoris condemnatus non auſert PRIVILEGIVM pupilli: l. 22. D. de tutel. et ration. diſtrah. Qoi PRIVILEGIO ſubnixus eſt: l. 30. §. 1. D. de excuſat. Tutelae PRIVILEGIO locus eſt: l. 9. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tutor. PRIVILEGII velamentum: l. 1. C. de quib. muner. nem. ſe lic. excuſ. Lib. X. Veteranorum PRIVILEGIA vſurpari: l. 7. C. de fid. inſtrument. ¶. 2. PRIVILEGIVM quoque praelationem et praerogatiuam quamdam ſiguificat, quae inter actiones perſonales vertitur, qua in debiti repetitione chirographarii creditores aliis chirographariis praeferuntur. Sic hoc verbum accipitur in tit. de priuilegiis creditorum, qui in vulgatis codicibus diſtinctus eſt ab aliis; in Pandectis vero Piſanis continenter haeret cum tit. de bonis auctor. iud. poſſid. Sic et l. 74. D. de iur. dotium. l. 52. princ. §. 1. et §. vlt. D. de pecul. l. 52. §. 10. D. pro ſoc. l. 6. l. 33. l. 37. D. de iur. fiſc. l. 10. D. ad municip. l. 23. §. vlt. D. ſolut. matrim. l. 2. C. de ſeru. pign. dat. l. 9. §. 1. D. de adminiſtr. et peric. tutor. l. 1. D. de ceſſion. bonor. l. 25. D. ſi cert. petat. l. 58. §. vlt. D. mandat. l. 15. §. 1. D. de curat. furioſ. l. 1. §. 14. D. de magiſtrat. conuen. PRIVILEGIVM, quod inter perſonales actiones

 verti-

vertitur: *l. 74. D. de iur. dot.* [Proprietatis nostrae PRIVILEGIVM, de rebus Caesaris, *l. vlt. C. ne rei dominic.*] Creditori, qui ob restitutionem aedificiorum crediderit, PRIVILEGIVM exigendi datur: *l. 1. D. de cession. bonor.* Sufficere, quod PRIVILEGIVM deductionis dominus perdidit: *l. 5. §. 6. 7. D. de tributor. action.* In ceteris creditoribus habenda est ratio PRIVILEGIORVM: *l. 52. D. de pecul.* ¶. 3. PRIVILEGIA etiam pro ipsis creditoribus, qui priuilegia habent, ponuntur, in *l. 7. §. 2. D. deposit. l. 24. §. 2. D. de reb. auctor. iudic. possid. l. 17. § penult. D. de excusat. tutor.* (qui locus pertinet ad priuilegia alia, a muneribus scilicet.] Sunt hi, qui alias PRIVILEGIARII adpellantur. ¶. 4. [PRIVILEGIBVS accedentibus ipsorum, qui militaturi sunt, *l. 7. C. Theod. de tiron.* pro PRIVSLEGIIS, quod inde defendi et seruari posse Iac. Gothofredus existimat, quod priuilegia nihil aliud sint, quam *priuae leges.* De defensione Grammatici videant.]

PRIVS, ante. PRIVS cognoscendum de vi, quam de proprietate rei: *l. 37. D. de iudic.* PRIVS est, vt, *l. 1. C. de his, qui accus. non poss.* PRIVS de possessione pronunciare, et ita crimen violentiae excusare praeses prouinciae debuit: *l. 1. C. de adpellat.*

[PRIVSQVAM, antequam. PRIVSQVAM in suam tutelam veniat, *l. 8. §. 1. D. de bon. possess. secund. tabul.*]

PRO.

PRO, praepositio non vnius significationis est. Accedens enim quibusdam verbis derogationem significat. Sosipater Charis. *Lib. II. Instit. Grammat. p. 209 edit. Hel. Putsch.* PRO *interdum significat derogationem, id est,* στέρησιν, *quum dicimus profanus locus, id est, non sacer, quasi porro a fano positus, quod Graeci* βέβηλον *dicunt.* PRO accedens cognationum adfinitatumque nominibus, gradus profert, atque promouet. Veluti PROAVVS, PROAVIA, aui nostri pater, mater. *l. 5. §. 1. D. de adgnosc. et alend liber.* PRONEPOS, PRONEPTIS, nepotis filius, filia. PROAVVNCVLVS, PROMATERTERA, id est, proauiae frater, soror. PROPATRVVS, PROAMITA, id est, PROAVI frater, soror, *l. 1. §. vlt. D. de grad. et adfin.* Quos etiam auunculos, patruos, amitas, materteras, maiores vocant, *l. vlt. §. 16. D. eod. tit.* Atque haec ex cognatione petita sunt nomina. Ex adfinitate vero eiusdem generis sunt haec: PROSOCER, PROGENER, PRONVRVS. *l. 3. §. vlt. D. de postuland. l. 15. §. vlt. D. rer. amotar.* PROSOCER, (quo nomine Plinius *in Epistolis* Fabatum passim adpellat,) is est, qui ab aliis socer magnus dicitur, nimirum vxoris meae auus, cuius ego sum PROGENER. PROSOCRVS mihi vxoris meae auia est, ego sum illius PROGENER; *l. 4. §. 6. D. de gradib. et adfin.* PROSOCRVS enim vxoris nostrae auia, PRONVRVS vero nepotis vel pronepotis nostri vxor nobis adpellatur, *l. 14. §. vlt. D. de rit. nuptiar. l. 15. §. vlt. rer. amotar. l. 4. §. vlt. D. de grad. et adfin. l. 8. §. vlt. D. de legat. praestand.*
¶. 2. PRO, est secundum. PRO admissi criminis qualitate: *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adulter.* PRO dominii portione: *l. 50. D. de legat. I.* PRO facundia aduocati: *l. 1. §. 10. D. de extraord. cognit.* PRO facultatibus defuncti et depositione patrimonii: *l. 3. D. de annuis legat.* PRO quantitate sumtuum: *l. 25. D. de pignorat. act.* ¶. 3. PRO, aliquando est in. Sic: PRO tribunali, et PRO tribunali sedere, id est, in tribunali. Ἐπὶ τοῦ βήματος, dicunt D. Matthaeus *Euangel. Cap. XXVII. v. 19.* et D. Ioannes *Euangel. Cap. XIX. v. 13.* Bonorum possessio, quae PRO tribunali datur: *l. 2. §. 2. D. quis ordo in bonor. possess.* ¶. 4. Iurisconsulti etiam caussam siue titulum possessionis significaturi, PRO dote, PRO emtore dicunt possidere. PRO donato possidet, cui res donationis caussa tradita est. *l. 1. D. pro donato. l. 25. §. 7. D. famil. erciscund.* PRO dote possidet, qui rem alienam ignorans doti accepit, *l. 13. §. 10. D. de heredit. petit. l. 8. D. de peric. et commod. rei vend. l. 1. et tot. tit. D pro dot.* PRO emtore possidet, qui a non domino emit, quum eum dominum esse existimaret, *l. 33. §. 1. D. de vsucap. l. 8. D. de peric. et commod. rei vend. l. 6. §. 3. D. de precar. l. 11. in fin. D. de institor. act. l. 13. §. 1. D. de heredit. petit. tit. D. pro emtor. l. 25. §. 7. D. famil. ercisc.* PRO legato vero, cui res aliena legata est, aut testatoris quidem, sed ademta codicillis ignoratur: *l. 1. l. 4. D. pro legat.* PRO possessore possidet praedo, qui interrogatus, cur possideat, responsurus sit, quia possideo, nec vllam aliam caussam possessionis possit dicere: *l. 11. §. vlt. l. 12. l. 13. D. de heredit. petit.* PRO soluto, qui rem debitam, vel aliud quid in solutum eius loco accepit: *l. 1. D. pro emtor.* PRO suo possessio ad omnes possessionum species porrigi potest, quas quis ex iusta caussa nactus est. Sed huic proprie locus est, in his, quae proprium et speciale adquisitionis nomen non habent, vt puta in his, quae caelo, terra, mari, vel ab hostibus capta, possidemus; item, quae, vt in rerum natura essent, fecimus, et quae quasi donata, legata, vel emta, vel ex stipulatu, aut ex caussa dotis debita, quum veritas non subesset, accipimus, *l. 1. l. 2. l. penult. in fin. D. pro suo. l. 3. §. vlt. D. de adquir. possess. l. 68. D. de iur. dot. l. 5. l. 27. l. 32. D. de vsucapion.* ¶. 4. Alias quasdam huius praepositionis significationes promiscue notabimus. [PRO qua persona testator senserit, id est, ἀντὶ τοῦ, *l. 62. in fin. D. de heredib. instituend.* PRO quo actio competit, id est, ex cuius facto aduersus dominum actio competit, *l. 2. §. 1. D. si ex noxal. causs. agat.* PRO certo liber est, *l. 3. §. 7. D. de homin. lib. exhib.* PRO auro et argento et veste solui vel promitti vsuras, id est, propter vsum auri. *l. 25. C. de vsur.*]

[PROBA, id est, probatio, in *l. 1. C. de strator. Lib. XII. tit. 25.* quo verbo vtitur etiam Ammian. Marcellinus *Lib. XXI. in fin. p. 219*]

PROBABILIS, E. verisimilis. PROBABILIS caussa: *l. 4. in fin. C. de testam. milit.* Receptis et PROBABILIBVS caussis: *l. 2. §. 7. D. de vacat. et excusat. muner.* [PROBABILIA et manifesta documenta, pro certis et talibus, quae plenam fidem faciunt, *l. 28. C. Th. de Iudaeis. Lib. XVI. tit. 8.*] PROBABILIS modus sumtuum, *l.*

7. §.

7. §. 13. *D. de SC. Macedon.* id est, quos probabiliter pater fecisset. Minus PROBABILI ratione deposcis: *l. 3. C. de peric. tutor.* PROBABILITATIONE placuit: *l. 6. D. de except. rei iudicat.* [PROBABILES res, in *l. 6. C. Theod. de legat. et decret. Lib. XII. tit. 12.* sunt, quae probabiliter principibus adseruntur, vt loquitur *l. 9. C. Th. eod. tit.*] Qui sumtus necessarios PROBABILES in communi lite fecit: *l. 31. §. vlt. D. de negot. gest.* Quae sententia mihi videtur PROBABILIS: *l. 1. §. 5. D. de exercitor. act. l 4. D. de hered. instit.* Cassii et Pegasi sententia PROBABILIS est: *l. 11. D. de iurisdict.* ¶ 2. PROBABILE etiam dicitur, probatum, licitum, probum. [Sic Cassiodor. *Lib. XI. Variar. Epist. 37. Bene antiqua moderatione prouisum est, ne quis haberetur praeteritus, qui* PROBABILI *actione fuerat laudandus*] PROBABILI consilio matrimonio iungere: *l. 2. C. de instit. et substit.* [Cunctatio PROBABILIS: *l. 3. C. Th. de legat. et decret.* PROBABILIS saeculo disciplina, pro clericali et sacerdotali professione, *l. 19. C. de Episc. et cleric. l. 44. C. Theod. eod. tit. Lib. XVI. tit. 2.* PROBABILE negotium, *l. vn. vtroque Cod., de his, qui potentior. nom. tit. praed. adsig.* id est, iustum, vt interpres C Theod adpellat, *boni meriti negotium.*] Vsque ad PROBABILEM quantitatem, *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* id est, licitam. [PROBABILIVM sacerdotum communio et consortium: *l. 3. C. Theod. de fid. cathol. Lib. XVI. tit. 1.* Ex scenicis natae, si ita se gesserint, vt PROBABILES habeantur: *l. 2. C. Th. de scenic. Lib. XV. tit. 7.* quibus illae, quas vulgarem vitam conuersatione et moribus exercere constat, opponuntur. *ibid.*] Minus PROBABILEM sententiam aequo animo ferre: *l. 27. §. 3. D. de recept. arbitr.* id est, iniquam. [PROBABILIS vitae studium, *l. 4. C. de Episcop. et cler. l. 7. C. Th. eod. tit.*]

[PROBAMENTA, pro probationes. *l. 10. C. Theod. de praed. nauicul. Lib. XIII. tit. 6.*]

PROBARE, vulgata significatione, est, quod dubium et obscurum, certum reddere et efficere. Minor viginti quinque annis adito Praeside ex adspectu corporis falso PROBAVIT perfectam aetatem: *l. 32. D. de minorib.* Falso PROBATA aetate: *l. 7. C de in integr. restit. minor.* Praetorem adiri feriaticis diebus, vt aetates PROBENTVR: *l. 2. D. de feriis.* Caussam PROBARE: *l. 5. C. de fideicomm. libert.* Nisi euidenter PROBETVR: *l. vlt. §. 1. D. ad SC. Turpill.* Sic etiam fideiussores PROBARI dicuntur, in quorum facultates inquiritur, vt, idonei sint, nec ne, pateat, *l. 9. l. 10. D. qui satisdar. cogant. l. 7. §. 3. D. de minorib.* Inde ad fideiussores PROBANDOS dati arbitri accipiuntur, qui ad aestimandas fideiussorum vires dantur, *l. 9. D qui satisdar. cogant. l. 2. D. a quibus adpell. non. lic.* PROBARE furem: *l. 13. §. 2. D. de iureiurand.* Si competenti iudici annua legata val fideicommissa tibi relicta PROBAVERIS: *l. 1. C. quand. dies legator.* PROBARI liquido: *l. vlt. princ. D. de iureiur.* manifeste PROBARE: *l. 2. C. de error. aduocat.* ¶ 2. Sed et de re aliqua PROBARE iurisconsulti dicunt. De aetate sua aut de numero liberorum PROBASSE: *l. 1. §. 2. D. quae sentent. sine adpellat. rescind.* Si de crimine fuerit PROBATVM: *l. vlt. §. vlt. D. de bonis eor. qui ante sentent.* Si de quibusdam excusationibus non PROBAVERIT: *l. 21. D. de excusation.* Quamdiu de iure suo PROBET: *l. 60. §. vlt. D. de vsufruct.* Si iudex de iure suo PROBANTEM admiserit: *l. 1. §. 2. D. quae sentent. sine adpellat. rescind.* ¶ 3. PROBARE etiam est adprobare. PROBANDVM est, *l. 12. D. de in ius vocand.* Exigere posse PROBANDVM est: *l. 50. D. locati.* PROBANDVM est, si arbor communibus aedibus impendeat: *l. 1. §. 5. D. de arbor. caedend.* PROBATVM est, *l. 53. D. de obligat. et action.* id est, placuit. Instrumenta, quae PROBARI non possint: *l. 31. D. ad leg. Corn. de fals.* Sic etiam PROBARE nomen, agnoscere est, et suscipere, eoque vt bono contentum esse. Qui nouissimus nomen PROBAVIT: *l. 36. §. vlt. D. ad municipal.* PROBARI etiam opus dicitur, quod tamquam e lege dicta factum adprobatur, *l. 26. l. 38. l. vlt. D. locat. l. 7 § 2. D. de leg. Iul. repetund.* Frontin *Lib. XI de Aquaeduct. Eorum operum probandorum curam fuisse per Censores aliquando et Aediles.* Et in veteri monumento Neapolitano, quod legem parieti faciundo dictam habet, apud Gruter. *Inscript. p. CCVII.* QVOO. EORVM. VIGINTI. IVRATI. PROBAVERINT. PROBVM. ESTO. QVOO. IEIS. INPROBAVERINT. INPROBVM. ESTO. Huc etiam pertinet, quod dicitur; PROBATAM a marito vxorem: *l. 26. D. ad leg. Iul. de adulter.* ¶ 4. [PROBARI etiam dicuntur milites, si inquiritur, an ad militiam idonei eiusque capaces sint. *l. 2. l. 5. C. Theod. de filiis mil. adparit. Lib. VII, tit. 22. l. 10. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1. l. 1. C. Th. de tiron. Lib. VII. tit. 13. tit. C. Theod. quid probar. debeant ad quamc. milit. venient. Lib. VII. tit. 2.* Similis probatio est, cuius mentio fit in *l. 4. C. Theod de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.*] ¶ 5. PROBARE aliquando est facere periculum, experiri. Sic accipe, quod dicitur: Mensuras publice PROBATAS: *l. 32. §. 1. D. ad leg. Corn. de fals.* An per te steterit, quo minus in continenti pecunia PROBARETVR: *l. 39. D. de solution.* Si degustando male PROBAVIT vinum: *l. 15. D. de peric. et commod. rei vendit.*

PROBATIO, est actus, qua cuicumque, maxime vero iudici fides fit. Aliis argumen[illegible] ita PROBATIONI admouetur, vt sola confessio seruorum deesse videatur: *l. 1. §. 1. D. de quaestion.* Dilucidis PROBATIONIBVS adprobare: *l. 14. §. vlt. D. qui et a quib. manumiss.* PROBATIONES euidentes: *l. 27. §. 1. in fin. D. de liber. causs. l. 7. C. de fide instrum. l. 10. C. de distract. pignor. l. 6. C. solut. matrim.* Euidentissimae: *l. 45. D. de heredit. petit. l. 6. D. de condict. causs. dat. l. 2. princ. D. de condit. instit. l. 34. §. 3. D. de legat. I. l. 63. §. 4. D. ad SC. Trebellian.* Indubitata PROBATIONE manifestare: *l. 1. §. 11. C. de Latin. libert. tollend.* PROBATIONIBVS instruere, atque minuere accusationem: *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* PROBATIONES legitimae: *l. 40. D. de testam. milit.* Liquidae ac ma-

PRO.

manifestae PROBATIONES: *l. 14. C. de contrah. et commutt. ſtipul.* Liquidis PROBATIONIBVS oſtendere: *l. 5. C. de peric. tutor. et curator.* Liquidis PROBATIONIBVS commendari: *l. 2. C. qui teſtam facer. poſſ.* Manifeſtis PROBATIONIBVS probare: *l. 17. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam.*

PROBATORIA, in Imperatorum conſtitutionibus atteſtationem illam, vt cum vulgo loquar, ſignificat, qua, qui in ordinem aliquem adſciſcitur, idoneus et probatus renunciatur. *l. 3. C. de agent. in reb. l. 12. l. 17. C. de re militar. l. 2. C. de cohortalib. l. 6. l. 9. l. 10. C. de diuerſ. offic. et adparit. Lib. XI.* Vſurpat hoc verbum etiam Iuſtinianus *Edict. XIII.* Exſtat autem apud Caſſiodorum *Lib. VII. Variar. formul. 43.* PROBATORIAE *Chartariorum.*

PROBE, bene, aeque. Parum PROBE, id eſt, improbe: *l. 13. §. 11. D. de damn. infect.* Parum PROBE de hereditate viuentis pueri aget: *l. 27. §. 4. D. ad SC. Trebell.* Parum PROBE poſtulat ab eo caueri ſibi: *l. 13. §. 11. D. de damn. infect.*

[PROBROSVS. PROBROSA conhibentia: *l. 27. C. Th. de Epiſcop. Lib. XVI. tit. 2.* PROBROSIS notis inuritur femina intra anni ſpacium alteri nubens: *l. 2. C. de ſecund. nupt.* PROBROSVM atque poſtremum eſt: *l. 39. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

PROBRVM, et opprobrium idem eſt. [Scilicet in XII. tabulis, vt interpretatur Cuiacius, et in edicto de iniuriis, vt cenſet Goeddeus ad *l. 42. D. de verb. ſignificat.* quum compoſita ſimplicium ſignificationem non abiiciant] PROBRA autem quaedam natura turpia ſunt, quaedam ciuiliter et quaſi more, inſtitutoque ciuitatis, vt exponit Vlpianus, *l. 42. D. de verbor. ſignif.* Valde hic locus Grammaticos, genus irritabile, concitauit, qui *probrum* crimen, *opprobrium* ignominiam eſſe volunt. Hos tamen Vlpiano conciliare ſtuduit V. C. Duker. *de Latin. veter. iuriſconſ. p. 119.* HEIN. PROBRVM etiam intelligitur et in his mulieribus, quae turpiter viuunt, vulgoque quaeſtum faciunt, etiamſi non palam, *l. 41. D. de rit. nuptiar.*

PROBVS, bonus. PROBI numi et reprobi aduerſantur, *l. 24. D. de conſtit. pecun. l. 40. D. ſi cert. petat. l. 24. §. 1. D. de pignorat. act.* apud Ciceronem *Lib. III. de offic. Cap. 23. Bonis numis adulterini* opponuntur.

[PROCACIA venditoris, pro contumaci mora. *l. 4. C. de action. emt.*]

[PROCACITAS ſtupri, *l. 2. C. Theod. de repud. Lib. III. tit. 16.* Ne viduitatem ſtupri PROCACITATE commaculet.]

[PROCAX licentia, *l. 2. C. Theod. de Maium. Lib. XV. tit. 6.* PROCAX *libertas*, apud Phaedrum *Lib. I. fab. 2.* quam *vltimum in libertate* Tacit. *in Agricol. Cap. 2.* Corn. Nepos *Alcibiad. Cap. IV. immoderatam licentiam* adpellat.]

PRO.

PROCEDERE, eſt progredi, accedere. Qui PROCESSIT ad delationem iuriſiurandi: *l. 37. D. de iureiur.* Damnare, ne de domo ſua PROCEDAT: *l. vlt. D. de interdict. et relegat.*

¶. 2. PROCEDERE etiam eſt valere, proficere. Quod PROCEDIT; *l. 32. D. de heredit. petit.* Quod ita PROCEDIT, ſi: *l. 11. §. 7. D. de donat. inter vir.* Quae quaeſtio ita PROCEDIT, ſi: *l. 21. §. 5. D. de recept. arbitr.* Hoc in ſeruo non PROCEDIT: *l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquill.* Item, PROCESSISSE ſolutionem: *l. 18. C. de ſolution.* An tempus longae poſſeſſionis heredi PROCEDERE poteſt: *l. 7. D. pro emtor.* Sic PROCEDERE temporis ſuffragium: *l. 24. D. de donat. int. vir. et vxor.* Emtori venditoris tempus ad vſucapionem PROCEDIT: *l. 2. §. vlt. D. pro emtor.* ¶. 3. [PROCEDERE aliquando peragi ſignificat, vt in *l. 12. §. 4. C. de reb. credit. et iureiur.* Sic non PROCEDENTE contractu: *l. 17. in fin. C. de fide inſtrument.* Creatione tutorum et curatorum cum omni PROCEDENTE cautela: *l. 25. princ. C. de adminiſtrat. tutor.*]

¶. 4. [Alio rurſus ſenſu haec vox vſurpatur in his, quae ſequuntur: Res, quarum pretia in legata vel fideicommiſſa, vel alios creditores PROCESSERVNT: *l. vlt. §. 5. C. de iur. deliberand.* Res, quae a ſacratiſſimis Imperatoribus, non a fiſcalibus rebus, ſed ex priuata eorum ſubſtantia PROCEDVNT: *l. vlt. C. de quadrienn. praeſcript.* Alienationes de aula PROCEDENTES: *ibid.* Aditiones, quae circa defunctorum hereditates PROCEDEBANT: *l. 1. §. 1. C. de caduc. tollend.* In dotem PROCEDERE: *l. vn. §. 1. C. de rapt. virgin.*]

[PROCERES, primores, in *l. 1. C. Th. de nupt. l. 12. C. Th. de Praetor. Lib. VI. tit. 4.* et apud Caſſiodor. *Lib. VI. Variar. Epiſt. 12.* vbi pro Senatoribus. PROCERES Iudaeorum, *l. 9. C. de Iudaeis. l. 10. C. Theod. eod. tit. Lib. XVI. tit. 8.* iidem videntur, qui in *l. 3. C. et l. 1. C. Th. eod. tit.* maiores adpellantur. PROCERES officii: *l. 5. C. de metat. Lib. XII. tit. 41.*

[PROCERITAS. Mediocritas PROCERITATIS ab armatae militiae conditione quoſdam ſubmouere, dicitur in *l. 5. C. Theodoſ. de re militar. Lib. VII. tit. 1.* Certa enim ſtatura, quae militaris inde adpellatur in *l. 9. C. Theod. de deſertor.* in milite olim exigebatur, de qua *l. 3. C. Theod. de tiron. Lib. VII. tit. 13.*] Sic etiam *Veget. Lib. I. de re milit. Cap. 5.* PROCERITATEM *tironum a conſule Mario ſcio ſemper exactam.* Quem locum plerique corruptum cenſent. In quodam Vegetii codice, quem olim Chorerius ſeruauit, ita legitur: *Scio tironum menſuram III. C.* (id eſt, trium cubitorum) *ſemper exactam.* Vid. Burneti *Iter Helueticum Epiſtol. I. p. 6.* HEIN.

[PROCESSVS, pro progreſſu. PROCESSVS iuris: *l. 2. princ. et §. 13. D. de orig. iur.* PROCESSVS temporis: *l. 3. C. Theod. tribut. in ipſis ſpecieb. Lib. XI. tit. 2.*] ¶. 2. PROCESSVS, pro ſollemnitate et pompa, qua in publicum prodibant magiſtratus. Ad PROCESSVS

svs viri donare: *l. 41. D. de donat. inter vir. et uxor.* Qui PROCREAVA *l. 42. D. eod. tit.* explicantur, *bonoris caussa; vt si vxor viro laticlauii petendi gratia donet, vel vt equestris ordinis fiat, vel ludorum gratia*, vt videtur V. C. Car. Andr. Dukero *de Latin. veter. iurisconsult. p. 433.* Alii de processibus sumtuosissimis consulum, de quibus *l. 2. et l. 4. C. de consulib.* alii aliter. HEIN.

PROCINCTVS, In PROCINCTV versantur milites, qui in expeditione belli sunt, *l. un. D. de bonor. possess. ex testam. milit.* Vnde in PROCINCTV facta testamenta apud veteres dicebantur, quae cinctis iam militibus, et e castris in praelium iamiam exituris fiebant. Vlpian. *Tit. XX. Regul.* §. 2. *§. 1. Instit. de testament.* Cicer. *Lib. II. de Natur. Deor. cap. 3.* et *Lib. I. de orator. cap. 53.* Festus *Lib. V. de verb. signif.* Plutarch. *in Coriolan. To. II. oper. pag. 217.* Ἦν δὲ τότε τοῖς Ῥωμαίοις ἔθος, εἰς τάξιν καθισαμένοις, καὶ μέλλουσι τοὺς θυρεοὺς ἀναλαμβάνειν, καὶ περιζώννυσθαι τὴν τήβεννον, ἅμα καὶ διαθήκας ἀγράφους γίνεσθαι, τριῶν ἢ τεττάρων ἐπακουόντων ὀνομάζοντας τὸν κληρονόμον. *Moris erat id temporis in acie stantibus Romanis, quum iam sumturi scuta essent et togam praecincturi, testamenta IN PROCINCTV facere, et tribus aut quatuor exaudientibus nuncupare heredem.* Vetus Glossar. In PROCINCTV, ἐκ τοῦ σχήματος ἐζωσμένος καὶ ἕτοιμος εἰς παράταξιν. Auson. *in Consulatn. n. 392. edit. Vinet.* [PROCINCTIAVS bellicis idonei: *l. 2. C. Theod. de domestic. et protector. Lib. VI. tit. 24*]

PROCLAMARE, est clamare, vel signum clamore dare, *l. 31. D. ad leg. Aquill. l. 4. §. vlt. l. 7. D. ad leg. Cornel. de sicar. Paull. Lib. V. Sentent. tit. 23.* §. 12. [Si ipsi, qui hanc iniuriam passi sunt, PROCLAMAVERINT, audire eos Praeses prouinciae debet, qui virilitatem amiserunt: *l. 4. §. 2. D. ad leg. Cornel. de sicar.*] ¶. 2. PROCLAMARE ad libertatem, vel in libertatem dicuntur, qui ex seruitute se in libertatem vindicant, et adserunt. *tot. tit. D. quib. ad libert. proclam. non lic. l. 7. princ. et §. 2. de liberal. causs. l. 41. §. 10. D. de fideicommissar. libert. l. 11. §. vlt. D. de iniur. l. 3. §. 10. D. de adquir. possess. l. 8. D. de probation. l. 3. §. 9. D. de iur. fisc. l. 59. §. 1. D. de manumiss. testam.* Inde Basilic. Ἀναφωνεῖν εἰς ἐλευθερίαν, εἴτε εἰς εὐγένειαν. *proclamare in libertatem siue in ingenuitatem.* Eo pertinent *l. 42. D. de noxal. action. l. 7. §. vlt. D. de liberal. causs.* Sed et PROCLAMARE in ingenuitatem, *l. 4. D. si ingen. esse dicat. l. 1. D. de collus. detegend.* PROCLAMARE ad seruitutem: *l. 59. §. 1. D. de manumiss. testam.*

PROCLAMATIO in libertatem, vel ad libertatem, *l. 25. §. 1. l. 34. D. de liberal. causs.*

PROCLAMATOR denegatur, *l. 13. D. de liberal. causs. l. vlt. C. quib. ad libertat. proclam. non lic.*

PROCLIVIS, E. id est, facilis. Caesar *de bell. ciuil. Lib. I. cap. 48. Quibus erat* PROCLIVE *tranare flumen, quod consuetudo eorum omnium est, vt sine vtribus ad exercitum non eant.* PROCLIVIOR sim: *l. vlt. D. de condict. causs. dat. l. 11. §. 15. D. de legat. III.* PROCLIVIOR est sententia: *l. 13. §. vlt. D. de reb. dub.* id est, facilior, verior.

PROCONSVL. Hanc adpellationem specialem esse, neque tam late patere, quam Praesidis, Vlpianus in *l. 1. D. de offic Praesid.* scribit. Nam post diuisionem prouinciarum ab Augusto factam, qui limitaribus et limitaneis prouinciis sibi reseruatis, pacatas et tranquillas populo habendas, et more pristino administrandas reliquit, PROCONSVLES adpellati sunt, qui ex ordine senatorio ad regendas populi prouincias mittebantur, vt Dio Cassius *Lib. LIII. p 504.* Strab. *Lib. XVII. p. 1197.* et Tranquill. *in August. Cap. XLVII.* scribunt. PROCONSVLES autem in Achaiam, Baeticam, Cretam, Macedoniam missos; ex *l. 2. D. de his, qui sunt sui vel alien. iur. l. 3. §. 3. D. de testib. l. 10. in fin. D. de offic. proconf. l. 14. D ad SC. Turpillian.* intelligimus. Quarum duas posteriores a Tiberio in curam suam translatas, Claudius populo reddidit, auctore Sueton. *Claud. Cap. XXV.* PROCONSVL Achaiae: *l. vlt. D. ad SC. Trebell.* PROCONSVL Africae: *l. 4. D. de offic. eius, cui mand. iurisd.* et apud Gell *Lib. V. Cap. 14. Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. XV. §. 3.* et PROCONSVL prouinciae Africae: *l 5. §. 1. D. de iur. immun.* PROCONSVL Asiae, Tacit. *Lib. III. Cap. 32. XIII. Annal. Cap. 43.* PROCONSVL Cretae, *l. 14. D. ad SC. Turpillian.* Senec. *Lib. IX. Controuers. 4. Sequutus erat in prouinciam Cretam Oppium Flaminium* PROCONSVLEM. PROCONSVL Macedoniae: *l. 3. §. 3. D. de testib.*

[PROCONSVLARIS prouincia *l. vlt. C. Th. de tironib. Lib. VII. tit. 13 l. 34. et inscript. l. 63. C. Th. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5. inscript. l. 29. C. Th. de annon. Lib. XI. tit. 1. l. 13. C. Th. de indulg. debitor. Lib. XI. tit. 28. inscript. l. 26. C. Theod. de erogat. militar. annon. Lib. VII. tit. 8.* PROCONSVLARIS prouinciae horreis praefici: *l. vlt. C. Th. de susceptor. Lib. XII. tit. 6.* Legatio prouinciae PROCONSVLARIS: *l. 186. C. Th. de decurionib. Lib. XII. tit. 1.* quibus omnibus locis Africae prouincia siue Carthaginensis denotatur. vid. Gothofred. ad *l. 26. C. Th. de erogat. militar. annon.*]

[PROCONSVLATVS insignibus adornari: *l. 1. vtroqu. Cod. de comit. rei militar.*]

[PROCRASTINARE, differre. PROCRASTINATA auctoritate sententiae: *l. 7. C. Theod. de desertor. et occultator. eor. Lib. VII. tit. 18.*]

PROCREARE, generare. PROCREARE post emancipationem: *l. 5. §. 1. D. si tabul. testam. null. exstab.* PROCREARE filium: *l. 3. D. de coniung. cum emancip. lib. l. vlt. §. 1. D. de legat. praestand.* PROGENERARE nepotem: *l. 6. D. de bonor. possess. contra tabul.* PROCREATVS ex libera: *l. 9. D. de decurion.*

[PROCVL dubio, id est, sine exceptione. *l. vn. C. Theod. de offic. vicar. Lib. I. tit. 6.*]

PROCVLVS Sempronius, iurisconsultus. De eo, quum pleraque incerta sint, pauca notabimus. Alii eum e gente Iulia, alii, vti Reinesius Inscript. *Class. VI. inscr. 122. p. 459.* e Licinia; alii, quod maxime probabile, ex Sempronia arcessunt. V. C. Ev. Otto *praefat. Tom. I. Thesaur. iur.* Plane L. SEMPRONIVS PROCVLVS laudatur in marmore apud Gruter. *Inscript. p. DLX.* Eum Neruae successisse ait Pomponius, *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* quumque Nerua anno V. C. ꟾↃCCLXXXVI. vitam inedia finierit, Tacit. *Lib. VI. Annal. Cap. 26* PROCVLVM sub Tiberio florere coepisse, oportet, vt merito mireris, Petrum Perrenonium *Animaduers. Lib. II. Cap. 23.* existimare, eum sub Iulio Caesare vixisse, alios autem ad eum referre illa Martialis, *Epigramm. I. 71.*

Vade salutatum pro me, liber, ire iuberis
Ad PROCVLI *nitidos, officiose lares.*

quum hoc plane non ferat temporum ratio. Praeter libros Epistolarum, non octo, sed plures, (vid. *l. 69. D. de contrah. emtion. l. 12. D. de praescript. verb. l. 17. D. de pact. dotal.*) scripsit Notas ad Labeonem. *l. 10. §. 1. D. de negot. gest. l. 69. D. de condit. et demonstrat.* HEIN. PROCVLI fit mentio, *l. 26. §. vlt. D. de legat. I. l. 21. §. 9. D. de recept. arbitr. l. 26. D. de damn. infect.* Is Labeonis et Neruae, qui Labeonis successor, partes amplexus, Sabino et Cassio scholam contrariam instituit, vt refert Pomponius, *l. 2. §. penult. D. de orig. iur.* Cuius sectatores PROCVLEIANI, Sabinianis et Cassianis aduersi memorantur *§. 25. Inst. de rer. diuis. §. 2. Instit. de emt. vendit.* Vlpian. *Tit. XI. Regul. §. 28.* PROCVLEIANI autem fuerunt PEGASVS, Celsus pater, Celsus filius, et Priscus Neratius, vt ex Pomponio liquet. PROCVLVM autem a Nepote saepe per litteras consultum, indicant *l. 67. D. de iur. dot. l. 125. D. de verb. signif.* Item PROCVLVM non leuem iuris auctorem vocant diui fratres, in *l. 17. D. de iur. patronat.* PROCVLI et Sabini discordia: *l. 93. D. de solution.*

PROCVRARE, administrare. PROCVRARE vero dicitur, qui negotium aliquod siue mandato alterius et iussu, siue sponte suscipit, quiue alicui rei et negotio praeest. PROCVRARE aliquid, *l. 5. C. mandat.* PROCVRARE negotia: *l. 24. D. mandat. l. 34. D. eod. tit.* Cic. *Lib. XIII. ad diuers. Epist. 34 et 44.* Sic etiam PROCVRARE alicui dicitur, vt patri, *l. 34. §. 1. D. de legat. III.* Senatori, *l. 44. §. 3. D. de excusat.* Sic alibi PROCVRARE principi. PROCVRARE patrono: *l. 44. in fin. D. de excusat.* PROCVRARE mercibus vel tabernis exercendis: Paull. *Lib. II. tit. 8. §. 1.* At ibi non legitur PROCVRAVIT, sed *praeposuit.* HEIN. PROCVRARE operibus: *l. 2. §. 17. D. ne quid in loc. publ.* PROCVRARE in Cilicia: *l. 86. D. de procurator.* PROCVRARE aequaliter: *l. 77. §. 25. D. de legat. II.* Ibi vero *promeruerint aequaliter* est. HEIN. Caesar *de bello ciuil. p. 290. qui eo PROCVRANDAE hereditatis caussa venerat.* ❡. 2. [PROCVRARE etiam is intelligi videtur, qui occasionem rei praestat, vt fiat, *l. penult. §. 1. in fin. C. de reb. credit.*]

PROCVRATIO, administratio negotii. PROCVRATIONEM suscipere: *l. vlt. D. de iur. fisc. l. vlt. D. de inoffic. testam.* PROCVRATIO mandari potest praesentibus: Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 3. §. 1.* PROCVRATIO locorum publicorum: *l. 3. §. 4. D. quod vi aut clam.*

PROCVRATOR est, qui aliena negotia domini mandato administrat, *l. 1. in fin. D. de procurator.* Eodem modo et vetus Glossar. Graec. *ὁ Φροντιστὴς ἢ ἐντολεὺς πρᾶγμα ἑτέρου κατ' ἐντολὴν αὐτοῦ διοικῶν.* PROCVRATORVM autem varia sunt genera. PROCVRATOR enim aut ad litem, aut ad omne negotium, aut ad partem negotii, aut ad res administrandas datur. Paull. *Lib. I. Recept. Sent. tit. 3. §. 2.* HEIN. De variis autem *procuratorum* differentiis *Lib. V. de Formul. Pop. Rom. Cap. LVI. seq.* egimus. *Litis* PROCVRATORES sunt, qui ad mouendas instituendasque actiones, vel lites exsequendas dantur. *l. 86. D. de solution.* Huiusmodi PROCVRATOREM *ad actionem factum procuratorem* vocat Paull. *l. 14. D. de pact.* Hic litis contestatione dominus litis efficitur, adeo vt alterum procuratorem dare possit: *l. 4. §. vlt. D. de adpellat.* Ad hunc PROCVRATOREM pertinent sequentia. Per PROCVRATOREM accusare, respondere: *l. 35. §. 1. D. de procurator.* Pertinet hoc ad caussas publicas, quod raro fit. PROCVRATOR et actioni praepositus: *l. vlt. §. vlt. D. qui potior. in pignor.* Per PROCVRATOREM adire praetorem vel praesidem: *l. 1. C. si tutor. vel curat.* Adpellationes pecuniariae etiam per PROCVRATORES exerceri possunt: *l. 2. C. de procurat.* Per PROCVRATOREM agere, et agi caussa: *l. 1. D. an per alium causs. adpellat.* Per PROCVRATOREM arguere: *l. 4. D. de obsequ. par. et patron.* PROCVRATOR datus ad defendendum: *l. 1. §. 8. D. quar. rer. act.* Per PROCVRATOREM iudicium accipere: *l. 2. D. de obsequ. parent. praest.* PROCVRATOR ad communi diuidundo iudicium datus: *l. 15. §. 1. D. de procurat.* Ad litem dare PROCVRATOREM: *l. 66. §. 2. D. de euiction.* PROCVRATOR ad litem datus: *ibid.* Per PROCVRATOREM litigare: *l. 4. §. 3. D. de alienat. iudic. mut.* Per PROCVRATOREM persequi: *l. 3. C. quor. adpellat. non recip.* PROCVRATOR datus ad petendum: *l. 9. §. 6. D. de iureiur.* Ad rem mobilem petendam datus PROCVRATOR: *l. 56. D. de procur.* Ad legatum petendum: *l. 62. D. eod. tit.* Per PROCVRATOREM caussam probare: *l. 15. §. 3. D. de manumiss. vindict.* PROCVRATOR satisdedit amplius non peti: *l. 23. D. rem ratam haber.* ❡. 2. Alii sunt negotiorum PROCVRATORES, quibus vel certa vna res, vel generaliter vniuersa negotia administranda mandantur, qui omnium rerum PROCVRATORES, *l. 13. D. de pact. l. 6. D. de institor. l. 7. princ. D. de calumniat.* et totorum seu vniuersorum bonorum PROCVRATORES vocantur, *l. 63. D. de procurat. l. 17. §. vlt. D. de iureiur.* PROCVRATOR cui omnium rerum administratio concessa est: *l. 4. §. 18. D. de dol. mal.*

mal. except. In illis edicti de iniuriis verbis; NEQVE PROCVRATOR, QVI EO NOMINE AGAT, *procuratorem* accipimus non vtique eum solum, cui specialiter procuratio data est actionis, sed sufficit esse eum, cui omnium rerum administratio mandata est, *l. 17. §. 10. et 16. D. de iniur.* Similiter in eo, quod dicitur, PROCVRATOREM iudicatum solui stipulari posse, non eum tantum, cui ea res specialiter mandata fuerit, intelligimus, sed et eum, qui vniuersorum bonorum mandatum susceperit. Sed et si ratum fuerit habitum, PROCVRATOR videbitur. *l. 3. §. 2. D. iudicat. solu.* Eodem modo in aedilitio edicto PROCVRATOR accipitur, *l. 1. §. 1. l. 25. §. 3. D. de aedilit. edict. l. 17. §. vlt. D. de iureiur.* In interdicto quoque, VNDE VI, ex sententia magis, quam ex verbis, PROCVRATOREM non eum tantum, *qui legitime* PROCVRATOR *dicitur, omnium rerum eius, qui absit, quasi paene quidam dominus, hoc est, alieni iuris vicarius*, sed et quemlibet, qui aliquid nostri negotii gerat, *clientem* videlicet, *vicinum, colonum*, aut *libertum, aut qui illam vim deiectionemque rogatu aut nomine nostro fecerit*, intelligi, eleganter Cicero *pro Caecin. Cap. XX.* tradit. Atque adeo in plerisque librorum nostrorum locis is, qui sine mandato se negotiis alienis offert, et qui aliquid nostro nomine negotii nostri gerit, PROCVRATOR vocatur, qui verus negotiorum gestor est, *l. 34. §. 6. l. 12. §. vlt. l. 58. D. de solution. l. 13. §. 12. D. de hered. petit. l. 8. §. 6. D. de liberat. legat. l. 22. §. 1. l. vlt. D. ratam rem haber.* ¶. 3. *Verus* PROCVRATOR is dumtaxat exaudiendus est, qui mandatum habet, et cui vel id ipsum, quo de agitur, specialiter mandatum, vel totorum negotiorum administratio commissa et credita est, *l. 40. §. 2. D. de procurat. l. 56. D. de iudic. l. 1. in fin. D. quod iussu. l. 26. §. 5. D. mandat. l. 12. princ. D. de solut. l. 22. §. 8. D. rem ratam haber. l. 5. §. 18. D. de oper. non. nunciat. l. 1. §. 13. D. de vi et vi armat. Verus* PROCVRATOR is solum accipitur, cui nominatim id mandatum est, vt Accursius illic notat. *Vero* PROCVRATORI *falsus* opponitur, *l. 1. §. 13. D. de vi et vi arm. Falsus* autem adpellatur, qui mandatum non habet, aut qui sine mandato procuratorio nomine quid facit, *l. 1. in fin. D. quod iussu. l. 3. § vlt. D. rem ratam haber.* Interdum plane *falsus* PROCVRATOR est, qui mala mente et intercipiendi animo procuratorem se simulat, et procuratoris personam induit. *l. 43. §. 1. l. 44. princ. D. de furt. l. 14. in fin. D. de condict. causs. dat.* ¶ 4. PROCVRATOR *in rem suam* datus dicitur, cui in rem vtilitatemque suam mandatae sunt actiones, *l. 8. §. vlt. D. mandat. l. 2. in fin. D. famil. ercisc. l. 3. §. 5. D. de in rem vers. l. 24. D. de minorib. l. 3. §. 1. D. quod quisqu. iur. in alter. stat. l. 8. C. de hered. vend. l. 25. in fin. l. 28. 29. 30. 33. §. vlt. l. 34. 42. 55. 61. D. de procurator.* Nam hic, quum mandatas sibi et cessas ab alio actiones exerceat, *procurator* est, sed quia non in alienam, sed in suam rem, id est, commodum suum, propriumque lucrum, actiones praestitae sunt, lucrumque omne et compendium eum respicit, idcirco in rem suam factus datusue procurator dicitur, *l. 4. C. de procurat. l. 25. §. vlt. D. eod. tit. l. 4. princ. D. de re iudic. l. 1. §. 11. 12. D. quand adpelland. sit. l. 20. §. 1. D. de adpellat. l. 13. §. 1. D. de pact. l. 18. princ. D. de compensat. l. 6. D. de obligat. et action.* [quo posteriore loco PROCVRATOR *in rem suam* fit, cui nomen in solutum datum est.] Is, qui nomen emit, *in rem suam* fit PROCVRATOR *l. 1. C de contrar. iudic. tutel.* Venditor quoque ab emtore datus ad litem PROCVRATOR, *in rem suam* datus videtur: *l. 66. §. 2. D. de euiction.* Huc pertinent, quae dicuntur; *In rem suam* PROCVRATOREM facere: *l. 6. D. de oblig. et act.* Si mihi hac actione cedas, et PROCVRATOREM me *in rem meam* facias: *l. 8. §. vlt. D. mandat. l. 2. §. vlt. D. famil. ercisc. l. 3. §. 5. D. de in rem vers. l. 24. princ. D. de minor.* PROCVRATOR *in rem suam* factus: *l. 8. C. de hered. vel act. vend. In rem suam* factus PROCVRATOR: *l. vlt. §. 2. D. de condict. indebit.* PROCVRATOR *in rem suam* datus, non in alienam: *l. 4. D. de re iudicat. l. 8. §. 2. D. quib. mod. pign.* PROCVRATOR in rem suam factus loco domini habetur: *l 13. §. 1. D. de pact.* ¶. 5. PROCVRATOR *Caesaris*, quis fuerit, et quale eius munus, exposui *Lib. III. Selectar. Antiquit. Cap. 18.* Nimirum inter fiscum et priuatos ius dicebat; in lite priuatorum competens iudex non erat: *l. 1. C. de iurisdict. omn. iudic.* Eius fit mentio *rubr. et l. 1. pr. §. 1. et §. vlt. D. de offic. procurat. Caesar. l. 23. §. 1. D. de adpellat. l. 4. §. 1. D. eod. tit. l. 16. D. de publican. l. 5. §. 10. D. de iur. immunit. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. Tit. XIV. §. 3. l. 25. D. de adquir. vel omitt. heredit.* PROCVRATOR *Caesaris* vice praesidis fungetur: *l. 2. C. de poen.* PROCVRATOR *caesaris* vicem praesidis tuetur: *l. 4. C. ad leg. Fab. de plagiar.* PROCVRATOR *Caesaris* non solum, cui rerum prouinciae cuiuscumque PROCVRATIO mandata erit, sed et is, cui rerum quantumuis non omnium: *l. 35. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* Huc spectat, quod alibi dicitur: PROCVRATORES *principum* in prouinciis tenentur: *l. 32. D. eod. tit.* Idem et PROCVRATOR *Imperatoris* dicitur, in *l. vlt. D. de iur. fisc.* et simpliciter PROCVRATOR, *l. 3. §. 5. D. de iur. fisc.* Dicitur et *curator Caesaris, l. 3. princ. D. de offic. procur. Caesar.* quin et Rationalis *Caesaris*, ceu probat V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. II. Obseru. Cap. 20.* Vbi, vt et *Cap. 21. eiusd. Libri* docte de PROCVRATORE Caesaris egit. HEIN. ¶. 6 Memorantur in iure et alii PROCVRATORES, quos hic notabimus, per lancem saturam. [PROCVRATORES *domus Augustae, l. vn. C. Theod. de priuileg. dom. Aug. Lib. X. tit. 35.* PROCVRATORES *annonae*, scilicet militaris: *l. 1. princ. C. Th. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.* PROCVRATORES *curiarum*: *l. 32. princ. C. Theod. de erog. milit. annon.* PROCVRATORES et *procuratio* cursus clabularii, *inscript. et l. 23. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5.*] PROCVRATORES domus dominicae: *l. 8. C. vbi causs. fiscal.* PROCVRATORES *hereditatium*, *l. 32. D. de iur. fisc.* PROCVRATORES *vicesimae hereditatium*, in Inscriptionibus, quas collegit Petr. Burmannus *de Vectigal. Pop. Rom. Cap. XI. p. 187. Metallorum*, item *Baphiorum, textrinorum* seu *Gynecaeorum*, et *Linificiorum* et *Bastagarum*, et *saltuum* erant PROCVRATORES, quorum in *l. 4. C. de metallar. Lib. XI. l. penult. C. de murilegul. Lib. XI.* et in Notitia Imperii Rom. fit mentio. [Inter

metal-

metallorum PROCVRATORES referendi et PROCVRATORES *aurarii*, qualem in antiquo marmore intelligit Reinef. *Claff. I. Infcr. 6.*] PROCVRATORES *rei dominicae*: *l. penult. C. de conueniend. fifc. debitor. Lib. X.* PROCVRATORES *fummae rei*: *l. vlt. C. propt. publ. penfit.* qui et *Rationales fummae rei*, vt in *infcript. l. 7. vbi cauff. fifcal.* [PROCVRATORES *rei priuatae*: *rubr. C. Theod. de actor. procur. et conduct. rei priu. Lib. X. tit. 4.* quales etiam intelligendi funt in *l. 5. C. ad leg. Iul. repetund. l. 7. C. Th. eod. tit. Lib. IX. tit. 27.* et in *l. 1. C. Theod. de domib. ad rem priuat.* Eosdem PROCVRATORES *fuos* vocant Imperatores in *l. 1. C. Theod. de equor. conlat. Lib. XI. tit. 17.* PROCVRATORES *fuarum poffeffionum*, *l. 13. C. Th: de pagan. Lib. XVI. tit. 10*, neque alii ab his funt, qui PROCVRATORES rei dominicae, fummae rei, domus dominicae, aliisque fimilibus a Briffonio adpellantur. PROCVRATORES autem *fummae rei* diuerfos effe ab illis, qui fummae rei imponuntur, contra Cuiacium adferit Gutherius *de offic. dom August. Lib. III. Cap. 18*] PROCVRATORES *reipublicae*, *l. 3. §. 4. et l. 5. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 2. §. 4. D. de administr. rer. ad ciuitat. pertin.* (quibus tamen locis *curator reipublicae* legitur. HEIN) *l. 7. C. ne de ftat. defunct. l. 30. C. de decurion. Lib. X.* PROCVRATORES et actores fenatorum: *l. 2. C. Th. quib. equor. vfus. Lib. IX. tit. 30*] ¶. 7. Notandae adhuc loquutiones. Per PROCVRATOREM emere: *l. 23. D. de liberal. cauff.* PROCVRATOREM facere: *l. 24. D. de administr. et peric. tutor.* PROCVRATOR dicitur factus et datus: *l. 33. §. vlt. D. de procurat.* Ceterum PROCVRATOR etiam curator dicitur, *l. vlt. D. de offic. procur. Caefar.* Sic qui in Codice PROCVRATOR reipublicae, in Pandectis Curator dicitur. [Viciffim vero CVRATOR *procurator* adpellatur in *l. 23. §. 2. et 3. D. de hered. inftit. l. 3. D. de tutel. et ration. diftrah.*]

PROCVRATORIVS, A, VM.

PROCVRATORIAE exceptiones vocantur, quae procuratorio nomine agentibus opponuntur, fiue quod non effe hoc eis mandatum dicatur, quod perfequuntur, fiue quod omnino procuratores effe, vel fieri potuiffe negetur, vel ab eo dati dicantur, qui procuratores dandi ius non habuit, *l. 57. l. 62. D. de procurator. l. 2. l. 3. D. de exception. l. 29. §. 4. D. mandat. l. 19 §. 1. D. de probation. l. 39. §. penult. D. de damn. infect. §. penult. Inft. de fatisdat. l. 6. D. de oper. nou. nunciat.* Quinctil. *Lib. IV. Inftit. Orat. Cap. 4.* Qua de re incidere crebro in iudiciis quaeftionem Quinctil. *Lib. VII. Cap. 1.* admonet. *Procurator*, ait, *alicuius pecuniam petit ex foenore hereditario. Poteft incidere quaeftio, an huic effe procuratorem liceat. Finge nos poftquam tractauimus eam remittere, vel etiam conuinci: quaeretur, an ei, cuius nomine litigatur, procuratorem habendi fit ius.* Idem *Lib. IV. Cap. penult. Vt contra petitionem pecuniae male petis. Procuratori enim sibi effe non licuit. Sed nec illi, cuius nomine litigas, habe procuratorem.* PROCVRATORIO nomine agere et fuo opponuntur, *l. 3. D. famil. ercifc. l. 2. §. vlt. D. de except. l. 2. D. quand. adpelland. fit. l. 1. §. vlt. D. de oper. nou. nunciat. l. 5. §. 18. D. eod. tit. l. 31. l. 34. D. de procurat.* PROCVRATORIO nomine experiri: *l. 6. C. de procurator.* PROCVRATORIO nomine repetere: *l. 23. D. rat. rem haber.*

PRODERE,

pro praeuaricari, et per collufionem aduerfario vel hofti rem fibi creditam detegere, vel tradere. Sic: PRODITVS ab aduocatis: *l. 18. D. de minorib.* PRODERE cauffam: *l. 1. D. de praeuaric. l. 15. D. de iur. fifc.* PRODERE cauffam et rem: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 13. §. 2.* PRODITAE cauffae: *l. 1. §. vlt. D. de iur. fifc.* PRODITA ciuitas hoftibus: *l. 10. l. vlt. D. ad leg. Iul. maieft.* Sic et PRODITA cuftodia dicitur, *l. 14. princ. D. de cuftod. et exhib. reor.* PRODITVS exercitus hoftibus: *l. 4. D. ad leg. Iul. maieft.* PRODERE inftrumenta aduerfario: *l. 38. §. 8. 9. D. de poen.* Hac fignificatione et PRODITA inftrumenta, *l. 1. §. 6. D. de leg. Cornel. de falf. l. 8. D. de extraord. crim.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 25. §. 8.* PRODERE iura pupilli: *l. 2. C. de diuid. tutel.* PRODIDISSE legem: *l. 2. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* [PRODERE teftimonia vtrique parti: *l. 16. D. de teftib.* Alber. tamen Gentilis *Lib. II. Hifpan. aduoc. Cap. 4.* dare et dicere, interpretatur.] ¶. 2 PRODERE, id eft, detegere et indicare. PRODERE fugitiuum: *l. vlt. D. de cuftod. et exhib. reor.* PRODERE indicia: *l. 6. §. 3. D. ad SC. Turpillian.* PRODITA mors: *l. 39. D. ad leg. Falcid.*

¶. 3. PRODERE aliquando eft conftituere, edere, probare. Sic: PRODITA actio: *l. 17. princ. D. de furt.* PRODITAE actiones: *l. 5. D. de obligat. et action.* Actiones, quae legibus PRODITAE funt: *l. 11. D. de praefcript. verb.* Contractus, quorum adpellationes nullae iure ciuili PRODITAE funt: *l. 3. D. de praefcript. verb.* PRODITA iure iudicia: *l. 15. C. de iur. dotium.* Ceffantibus iudiciis PRODITIS: *l. 1. D. de praefcript. verb.* PRODITA iure probatio: *l. 15. C. de liber. cauff.* PRODITIS iure probationibus: *l. 12. C. de probation.* PRODITVM eft: *l. vlt. D. vfufruct. quemadm caueat.*

¶. 4. [PRODERE canonem, id eft, foluere. *l. 5. C. Theod. de conlat. donat. Lib. XI. tit. 20*]

¶. 5. [PRODITI ac orti curialibus, hoc eft, editi et prognati: *l. 1. C. Theod. de proxim. comit. Lib. VI. tit. 26.*]

PRODESSE.

PRODEST exceptio: *l. 55. D. ad SC. Trebell.* PRODERIT exceptio: *l. 49. et l. 67. D. de fideiuff.* PROFVTVRA eft exceptio: *l. 7. §. 3. l. vlt. §. 2. D. quod vi aut clam.* PROFVTVRAM exceptionem: *l. 4. §. 3. D. de dol. mal. except.* PROFVTVRA replicatio: *l. 7. §. 2. D. de curator. furiof.*

PRODIGERE,

eft confumere. Sic PRODIGATVR, eft confumatur, in *l. 18. D. de offic. praefid.* [PRODIGERE neceffariam modicamque confumtionem notare videtur in *d. l. 18. D. de offic. praefid.* vt vocabulum fit ἐκ τῶν μέσων.] PRODIGERE pretium: *l. 1. §. 16. D. fi quid in fraud. patron.* PRODIGERE et donare differunt: *l. 1. §. 16. et 17. D. fi quid in fraud. patron.*

[PRODIGIALIS,

prodigiofus. Sic vocantur Encratitae, in *l. 9. C. Th. de haeretic*]

PRODIGIOSVS, monstrosus, *l. 14. D. de statu homin.*

[**PRODIGIVM** lutuleotum vocatur Eutropius, quod diuinum praemium consulatus contagione foetlauit: *l. 17. C. Theod. de poen. Lib. IX. tit. 40.* Nefanda PRODIGIA sectarum: *l. 6. princ. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.*]

PRODIGVS, est qui neque modum neque finem expensarum habet, sed bona sua dilapidando et dissipando profundit, *l. 1. D. de curat. furiosor.* *Euersorem* adpellat Caius *Lib. I. Instit. Tit. 8. §. 1.* Solet et in libris nostris hoc verbum circuitu designari, *is, cui bonis interdictum est*, *l. 18. D. qui testam. facer. poss. l. 6. D. de verb. oblig. l. 3. D. de nouation. l. 18. §. 1. et sequ. D. de castrens. pecul. l. 10. D. de curat. furios. l. 9. §. 6. D. de reb. credit.* Nam PRODIGIS per praetorem vrbanum bonis interdicebatur, vt Paull. *Lib. III. Rec. Sentent. tit. 4 §. 7.* et Valer. *Max. Lib. III. Cap. 5. Lib. VIII. Cap. 6.* ostendunt. Sic et famae suae PRODIGI dicuntur, in *l. 1. C. de his, qui potentior. nom.* [PRODIGVS sui raptor, *l. vlt. C. Theod. de rapt. et matrim. sanctim. Lib. IX. tit. 25.*] ¶ 4. [PRODIGA in *l. 5. C. de fid. et iur. hastae. Lib. X. tit. 3. et l. 1. C. Theod. eod. tit. Lib. X. tit. 17.* dicuntur, quae pro vsu quotidiano prodigi et consumi oportet, puta species annonariae, veluti frumentum, esculenta, poculenta, quae omnia prodigi hoc sensu dicuntur in *l. 18. D. de offic praesid.* vid. Iac. Gothofred. *Comment. ad d. l. 1. C. Th*]

PRODIRE in scenam, *l. 1. l. 3. D. de his, qui not. infam.*

PRODITIO, indicium. PRODITIONES latronum: *l. 1. §. 26. D. de quaestion.* ¶ 2. [PRODITIO seu negligentia tutorum et curatorum, *l. 3. C. Th. de administrat. et peric. tut. Lib. III tit. 19.* hoc est, dolus et culpa, vt habet *l. 23. C. Iustin. eod. tit.*]

PRODITOR, qui prodit. PRODITOR libertatis: *l. 4. § 10. D. de re milit.* ¶. 2 [PRODITOR, pro indice et delatore, PRODITOR studiosus et diligens dominium consequatur: *l. vn. C. de mendic. valid. Lib. XI. tit. 25.* PRODITOR et delator, *l. 6. C. de delator.*]

PRODVCERE, est ducere. PRODVCERE aduersarium ad album: *l. 1. §. 1. D. de edendo.* PRODVCI in ius, est ad praetorem duci: *l. 5. §. 2. D. ne quis eum, qui in ius vocat. l. 4. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* ¶. 2. PRODVCERE, foras ducere, publice exhibere. Sic: PRODVCERE in publicum: *l. 3. §. 8. D. de homin. lib. exhib.* De domo PRODVCERE: *l. 1. §. 3. D. de quaestion.* [PRODVCTI e custodiis rei: *l. 18. C. Th. de accusat. et inscript. Lib. IX. tit. 1.* PRODVCTI rei de custodia carcerali: *l. 9. C. de Episcop. audient. l. vlt. C. Theod. de custod. reor. Lib. IX. tit. 3.*] PRODVCI seruus: *l. 2. C. ad exhib.* PRODVCI ad interrogationem serui: *l. 7. C. de quaestion.* PRODVCERE testem: *l. 20. D. de quaestion.* PRODVCI testes: *l. 23. l. 24. D. de testib. l. vlt. C. eod. tit.* PRODVCIT testes: *l. 21. D. qui testam. fac. poss.* PRODVCERE de domo testes: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 15. §. 1.* PRODVCTVS testis apud Liu. *Lib. I.* Iuuenal. *Sat. XVII. v. 32.*

Citius falsum PRODVCERE *testem*
Contra paganum possit.

PRODVCI etiam dicebantur, qui in scena populo spectandi praebebantur, atque exhibebantur. Sueton. *in Neron. Cap. IV. Equites Rom. matronasque ad agendum mimum* PRODVXIT *in scenam.* De quo et Senec. *Lib. VII. controuers. 3. Diuus Iulius ludis suis mimum* PRODVXIT. Quinctil. *Lib. III. Cap. 6. Qui se praetori in hortis ostenderat, nec erat* PRODVCTVS, *sedit XIV. ordinibus.* Plin. *Lib. VII. epist. 24. Proximis sacerdotalibus ludis* PRODVCTVS *in commissione pantomimus, quum simul theatro ego et Quadratus egrederemur.* Macrob. *Lib. II. Cap. 7.* de Publio Mimo, *quum mimos componeret, ingentique adsensu in Italiae oppidis agere coepisset, PRODVCTVS Romae per Caesaris ludos omnes, qui tunc scripta et operas suas in scenam locauerunt, prouocauit.* Et in inscriptione Lanuuina apud Gruter. *p. CCCXXX. 3.* M. AVREL. AVG. LIB. AGELLIO SEPTENTRIONI PRIMO SACERDOTI SYNHODI APOLLINIS PARASITO ALVMNO FAVSTINAE AVGVSTAE PRODVCTO AB IMPER. M. AVREL. COMMODO. ¶. 3. PRODVCERE, id est, protrahere et perpetuare. PRODVCERE obligationem: *l. 91. §. 4. D. de verb. obligat.* Sic PRODVCI pactum ad perpetuam praestationem, dicitur in *l. 52. §. vlt. D. de pact.* Item PRODVCI ad consequentias: *l. 14. D. de legib.* et, eo vsque PRODVCENDVM: *l. 61. D. de furt.*

PROFANVS, A, VM. PROFANVM Varro *Lib. IV. de Lingu. Latin.* id esse ait, *quod extra fanaticam caussam sit, quasi procul a fano et religione secretum.* Trebatius vero, vt Macrob. *Lib. III. Saturnal. Cap 3.* refert, PROFANVM id proprie dici tradit, *quod ex religioso vel sacro in hominum vsum proprietatemue conuersum et promiscuum humanis actibus accommodatum est.* Aggenus quoque Vrbicus *in Comment. ad Frontin. p. 61.* edit. Goes. PROFANVM, ait esse, *quod dum sanctum fuisset, postea in vsu hominum, hoc est, extra fanum, extra sanctuarium* venit. Vid. quoque Sosipat. Charis. *Lib. II. p. 209.* edit. Putsch. PROFANIS ergo res sacrae et religiosae opponuntur, *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.* Sic et PROFANVM et sacrum, *l. 6. §. 3. et l. 9. §. 3. D. de verb. diuis.* PROFANVS locus et religiosus, *l. 40. D. de religios. et sumtib. funer. l. 73. D. de contrah. emtion.* De PROFANIS locis agitur *l. 4. C. de religios. et sumt. fun.* ¶. 2. PROFANVM vero id esse etiam, quod quis sibi priuatim sacrum constituerit, Marcianus tradit, in *l. 6. §. 3. D. de rer. diuision.* Agrum quoque purum monumento cohaerentem PROFANI iuris esse, Imperatores rescripserunt, *l. 9. C. de religios. et sums. funer.* ¶ 3. PROFANVM etiam dicitur, quidquid a religione alienum, improbum, scelestum est. [Sic PROFANVS, pro apostata. *l. 4. C. de apostat.* PROFANA institutio haereticorum: *l. 3. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.* PROFANA mente omnipotentis Dei contaminare mysterium: *l. 26. C. Theod.*

Theod. eod. tit. PROPANI ritus: *l. 17. C. Theod. de pagan. l. 16. tit. 10. l. 4. C. eod. tit.* Qui PROFANO pagaoi ritus errore seu crimine polluuntur, hoc est, gentiles: *l. 21. C. eod. tit.*] ¶. 4 [PROFANVS, pro priuato: *l. 2. C. de offic. vicar.*]

PROFECTIO, pro itinere, PROFECTIO necessaria: *l. 18. D. de indic. l. 5. D. de condict. causs. dat.*

PROFECTITIVS, A, VM, dicitur, quod a patre, vel aliunde contemplatione patris prouenit. PROFECTITIA dos: *l. 6. C. de iur. dotium. l. 4. C. de collat.* quae et PROFECTA a patre dos, vt *l. 4. C. solut. matrimon.* PROFECTITIVM peculium, *l. 38. D. de condict. indebit.* Vetus Glossar. Graecum: τὸ μετὰ τῶν πατρῴων πραγμάτων ἐπικτηθὲν παρὰ τῦ ὑπεξουσίυ.

PROFERRE, est edere et palam facere, producere, exhibere. PROFERRI acta: *l. 45. §. 7. D. de iur. fisc.* PROFERRI chirographum: *l. 3. §. 3. D. de iur. fisc.* PROFERRI codicilli: *l. 12. D. de transact.* Si postea codicilli PROFERVNTVR: *l. 12. D. de interrogat.* PROLATI codicilli: *l. 2. D. de condict. indeb. l. 101. D. de legat. I.* PROLATIS postea codicillis: *l. 21. 31. D. de except. rei iudicat.* Si nihil PROLATVM esset, praeter codicillos: *l. 37. §. 1. D. de legat. III.* PROFERRI instrumenta: *l. 7. C. ad leg. Cornel. de fals.* PROFERRI instrumentum venditionis: *l. 39. D. de pignorat. act.* PROFERRI instrumenta apud iudices: *l. 34. D. ad leg. Cornel. de fals.* PROFERRE inuentarium: *l. 4. C. de in lit. iurand.* PROLATVM iudicatum: *l. 3. C. quomod. et quand. iudic.* PROFERRE in iudicium: *l. 6. §. 1. D. ad SC. Turpillian.* PROLATVM iusiurandum: *l. 3. C. de in litem iurand.* PROFERRI legata: *l. 12. §. vlt. D. de legat. I.* PROFEREBAT legatarius: *l. 97. D. de legat. III.* PROLATVM in notitiam: *l. 1. D. de testam. milit.* PROFERRI rationes: *l. 1. §. 3. D. de tutel. et ration.* PROFERRI scriptura: *l. 35. D. eod. tit.* PROLATA scriptura: *l. 5. C. de codicill. l. 1. C. de sent. praefect.* PROFERRI tabulae: *l. 47. D. de legat. II. l. vlt. D. de tabul. exhib. l. 22. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. §. 2. D. de bonor. possess. secund. tab. l. 1. §. 1. D. de dol. mal.* PROLATAE tabulae: Paull. *Lib. V. tit. 25 §. 6* PROFERRE tabulas testamenti Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 7. §. 3.* PROLATAE tabulae testamenti: *l. 9. §. 2. D. de dol. mal.* PROFERRI testamentum: *l. 4. D. de condict. indebit. l. 1. C. quemadmod. testam. l. 70. D. de adquir. vel omitt. hered. l. vlt. C. de successor. edict. l. 3. D. de transact:* PROLATIS testibus, id est, productis. *l. 6. D. de quaestion.* ¶. 2. PROFERRE, id est, pronunciare. PROFERRE sententiam, est pronunciare, *l. 26. l. 36. D. de re iudic. l. 1. D. de feriis. l. 36. l. 57. D. de re iudic. l. 1. C. de condict. furtiu. l. 9. C. de accusat. l. 1. D. ad leg. Cornel. de fals.* Item PROFERRI sententia: *l. 1. §. 6. D. quand. adpelland. sit. l. 23. D. de inoffic. testam. l. 45. §. vlt. D. de re iudic.* PROLATA sententia: *l. 19. D. de adpellat. l. 9. C. de sentent. passis. l. 4. §. 5. D. de re iudic. l. 1. C. famil. ercisc. l. 1. C. si aduers. rem iudic.* PROLATAE sententiae: *l. 7. §. 1. D. de interdict. l. 1. D. quand. adpelland.*

¶. 3. PROFERRE, differre, prorogare. Sic: PROFERRE diem: *l. 33. l. 25. l. 27. l. 32. §. 11. D. de recept. arbitr.* Liuius *Lib. XXII. Cap. 33. Legati missi ad stipendium, cuius dies exierat, poscendum, aut si diem PROFERRE vellet, obsides accipiendos.* PROFERRE diem soluendae pecuniae: *l. 26. D. quand. dies legator.* PROFERRE diem legatorum: *l. 74. D. de legat. II.* PROFERRI dies, id est, prorogari, *l. 12. D. de legatis I. l. 26. D. quand. dies legator.* PROFERRI dies pacto: *l. 4. D. de distract. pignor.* PROLATA die: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de fals.* PROFERRE rem dissimulatione, id est, protrahere, *l. vlt. C. de vsur. pupillar.* PROLATVM tempus: *l. 26. D. quand. dies legator.*

PROFESSIO, pro confessione, editione. PROFESSIO facta, *l. 42. §. 1. D. de iur. fisc.* id est, delatio sui ipsius. Diuersae PROFESSIONES de aetate: *l. 13. D. de probat.* PROFESSIO natalis: *l. 6. C. de fid. instrument. l. 15. C. de liberali caussa.* Huc pertinent tabulae PROFESSIONVM, *l. 1. C. si minor se maior.* De hac natali PROFESSIONE, vide quae diximus in *Comment. ad Leg. Iul. et Pap. Lib. II. Cap. 8. §. 6.* HEIN. PROFESSIO pecuniae solutae: *l. 14. C. de solution.* [PROFESSIO publicae functionis: *l. 3. C. Theod. ne conlat. translat. Lib. XI. tit. 22.*] PROFESSIONES censuales: *l. vlt. §. 16. D. de muner. et bonor. l. 7. C. de donation. l. 2. D. de censib.* et in *fragm. regul. ex vet. iurisc. §. vlt.* apud Schulting. *in Iurisprud. vet. anteiustin. p. 809.* PROFESSIONES mercium apud publicanos: *l. 3. C. de vectigal. l. vlt. §. 12. D. de publican.* De *censuali* et *natalis* PROFESSIONE vide *profiteri.* PROFESSIO excusationis: *l. 6. C. de excusat. tutor.* ¶. 2. PROFESSIO, pro quauis arte et scientia, societate, artificio. PROFESSIO artis et scientiae, apud Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 23. §. 18. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XV. §. 2.* PROFESSIO Venatorum: *l. 6. C. de excus. muner. Lib. X. tit. 46.* Qui PROFESSIONES aliquas seu negotiationes exercent: *l. vlt. C. de iurisdict. omn. iudic.* [Sic et PROFESSIO inhonesta dicitur mulierum, quae scenicis ludis se immiscuerunt: *l. 23. §. 1. C. de nupt.* PROFESSIO *flagitii*, de impudicis et meretricibus, apud Tacit. *Lib. II. Annal. Cap. 8.* PROFESSIONE interdici Praefectos vrbi potest: *l. 1. §. 13. D. de offic. Praefect. vrb.*] Sed et argentariorum et aliorum omnium vitae generum PROFESSIO dicitur. *l. 6. §. 9. l. 9. §. 1. D. de edend. l. 26. in fin. C. de Episcop. et cleric.*

PROFESSOR, qui artes liberales profitetur. PROFESSORVM autem nomine neque medicos, neque Philosophos, neque iurisperitos contineri traditur, *l. 1. sequ. de var. et extraord. cognit. rubr. C. de professor. et medic. Lib. X.*

[PROFESSVS, pro professione. PROFESSVS sacrae religionis: *l. 39. C. Theod. de bon. proscript. Lib. IX. tit. 42.*

PROFICERE, prodesse. PROFICERE exceptionem: *l. 16. D. de except. rei iudic.* id est, prodesse, *vt l. 42. D. de action. emt. l. 54. §. 1.*

PRO.

§. 1. D. locat. PROFICERE heredibus et heredum commodo: l. 88. §. 1. D. de legat. II. PROFICERE praescriptionem: l. 6. C. de religios. et sumt. funer.

PROFICISCI, pro oriri, prouenire, venire. Ex hoc edicto nulla proprie actio vel cautio PROFICISCITVR: l. 24. §. 8. D. de minor. PROFECTA a patre dos: l. 4. C. solut. matrim. Fideicommissum est, quod non ciuilibus verbis relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis PROFICISCITVR: Vlpian. tit. XXV. Regul. §. 1. PROFECTA in rem pecunia: l. 3. C. quand. ex fact. tut. Pecunia a me ad te PROFECTA: l. 15. D. de reb. credit. A me substantia PROFICISCITVR: l. 20. D. de contrahend. emt. ¶. 2. PROFICISCI, pro intercedere, interueuire. [Mutuum non potest esse, nisi PROFICISCATVR pecunia: creditum autem, etiamsi nihil PROFICISCATVR: l. 2. §. 3. D. de reb. credit.]

PROFITERI, confiteri, siue se ipsum deferre. PROFITETVR capere non posse: l. 1. princ. D. de iur. fisc. [PROFESSIS testatisque sceleribus inuolutus: l. vlt. C. Theod. de bonis proscript. Lib. IX. tit. 42.] PROFITERI libello: l. 21. D. ratam rem haber. ¶. 2. PROFITERI aliquando edere et indicare significat. Sic PROFITERI agrum: l. 4. §. 2. D. de censib. PROFITERI censum: Vlpian. Tit. I. Regul. §. 8. Inde PROFESSIO censualis, de qua item et de natali professione abunde diximus, Lib. I. Selectar. Antiquitat. Cap. 5. Ammian. Marcellin. Lib. XIX. Cap. XI. p. 174. -suali PROFESSIONI speciosa fiducia releuato. Vnde quod D. Lucas Euangel. Cap. II. v. 1. ait ἀπογράφεσθαι, hoc vetus interpres PROFITERI vertit. PROFITERI ad publicanum. Varro. Lib. II. de re rustic. Cap. 2. et Quinctil. Declam. p. 52. siue PROFITERI merces, id est, apud publicanos eas insinuare, tributi pro his debiti exsoluendi caussa, l. vlt. §. 6. et §. 12. D. de publican. l. 3. C. de vectigal. et commiss. Quinctilian. Declam. CCCXLI. Quod quis PROFESSVS non est apud publicanos pro commisso tenetur. Idem Declam. CCCXLIX. talem legem fingit: Publicano scrutari liceat, quod quis PROFESSVS non fuerit, perdat. Sic quoque pro insinuationibus mercium apud publicanos Tertullian. Apolog. Cap. XLIII. accipit. Vt si ineatur, quantum vectigalibus pereat fraude et mendacio vestrarum PROFESSIONVM, facile ratio haberi possit. PROFITERI indicium, in l. 1. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 24. D. ad leg. Cornel. de fals. Hirtius Lib. IV. de bello Alexandrin. Cap. LV. Item Calpurnium Saluianum, qui PROFITETVR indicium coniurationeque numerum auget. Q. Curt. Lib. VIII. Cap. 6. Nec cunctatus Eurylochus non ex tota domum suam auersari deos dixit, quia frater ipsius quamquam impium facinus ausus foret, tamen et poenitentiam ageret, et per se potissimum PROFITERETVR indicium. Macrobius in Somn. Scipion. Cap. I. Quidquid emensus inter vtramque vitam diebus egerat, videratue tamquam publicum PROFESSVS indicium humano generi nunciauit. Sallustius in bello Iugurthin. Cap. XXXV. n. 6. Sed ipse deprehensus multis hortantibus, et in primis Albino Consule indicium PROFITETVR. Sueton. in Domitiano Cap. XVII. PROFESSVSQVE conspirationis indicium, et ob hoc admissus, legenti traditum a se libellum et attonito suffodit inguina. Plin. Lib. III. epist. 16. Eadem apud Claudium vxori Scriboniani, quum illa PROFITERETVR indicium: ego, inquit, te audiam, cuius in gremio Scribonianus occisus? Vnde fit, vt pro confiteri indicia PROFITERI legendum putem in l. 3. §. 4. D. ad leg. Cornel. de sicar. PROFITERI libello, l. 21. D. rem ratam haber. PROFITERI apud eum, cuius iurisdictio est: Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. IV. §. 3. PROFESSA apud magistratum: l. 37. princ. D. de legat. III. ¶. 3. PROFITERI artem, pro exercere: Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XV. §. 2.

PROFLIGARE, id est, exigere tributa in plerisque Imperatorum rescriptis. l. vlt. C. de vsur. rei iudicat. l. 26. princ. C. de fideiuss. l. 7. C. de offic. rector. prouinc. l. 11. C. de annon. et tribut. Lib. X. l. 3. C. de exsequut. et exactor. l. 4. in fin. C. Theod. de collat. translat. Lib. XI. tit. 22. [l. 6. C. de praescript. XXX. annor. l. 4. C. de metallar. l. 1. C. Th ne quis in palat. man. Lib. VII. tit. 10. l. vlt. C. de fund. patrim. Lib. XI. tit. 61. l. 12. §. 1. D. de proxim. scrin. Lib. XII. tit. 19.] Inde

PROFLIGATIO debitorum, pro exactione, in l. 10. C. Theod. de palat. sacrar. largit. Lib. VI. tit. 30.

PROFLVERE aqua [illegible] fonte: l. 6. C. de seruitut.

PROFVGERE, pro aufugere. PROFVGERE villam suam, pro a villa sua, in l. 2. D. de SC. Silan. quod loquendi genus auctoritate Senecae Agamemn. v. 121. Hygini fab. vlt. Curtii Lib. X. Cap. 2. et Columell. Lib. I. Cap. 3. defendit Duker. p. 356. HEIN.

[PROFVGVS, fugitiuus. Coloni PROFVGI: l. 7. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.]

[PROFVNDERE. PROFVNDENDI licentia: l. vlt. C. Theod. de praetor. Lib. VI. tit. 4.]

PROFVNDVS. PROFVNDVM pro ma[illegible] §. 2. prooem. Instit. In PROFVNDO esse res: l. 15. D. de legat. III.

PROGENER. Auo neptis vir PROGENER est, vt auus neptis marito prosocer. Socer magnus dicitur vxoris meae auus, ego sum illius PROGENER. Prosocrus mihi vxoris meae auia est, ego sum illius PROGENER. l. 4. §. 6. D. de gradib. et adfin. Sueton. in August. Cap. XIX. et Auson. p. 65. Tacit. Lib. V. Hist. Cap. 9. PROGENER Caesaris. Tacit. Lib. VI. Annal. Cap. 45. PROGENER Caesaris destinatus, Tacit. Lib. III. Annal. Cap. 75. et apud Gruter. Inscript. p. CCCCXII. 3.

PROGRAMMA, edictum monitorium,

rium, publice propositum. PROGRAMMATE admoniti: *l. 6. C. de remission. pignor. rubr. et l. 6 C. comminationes, epistolae, programmata.* [PROGRAMMA criminale: *l. 29. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.*]

[PROGREDI. Vlterius non progrediatur metus, quam reperitur delictum: *l. 22. C. de poenis.*]

PROHIBERE, vetare, interdicere, impedire. PROHIBERI qois intelligitur, quo minus faciat, si quolibet actu prohibentis, id est, vel dicentis, se PROHIBERE, vel manum opponentis, lapillumue iactantis prohibendi gratia: *l. 19. §. 1. D. quod vi aut clam.* Aedificare PROHIBET, qui prohibet eam materiam conuehi, quae aedificationi necessaria sit, aut qui operi necessarios venire prohibet: *l. 1. §. penult. D. de mort. inferend.* PROHIBERI honores: *l. 2. §. 2. D. de donation.* PROHIBERI honoribus: *l. 6. §. 2. D. de muner. et honor.* PROHIBITVS muneribus, cui muneribus interdictum est. *l. 7. §. vlt. D. de interdict.* Nihil PROHIBET: *l. 41. D. de solution.* PROHIBETVR possidere et qui in solo aedificare prohibetur: *l. penult. §. 1. D. de adquir. possess.* PROHIBERI a possessione: *l. 1. §. 7. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* PROHIBET vti frui, qui vi deiicit vtentem fruentem, aut non admisit eum, qoum ex fundo exisset non vsusfructus deferendi caussa: *l. 3. §. 13. D. de vi et vi armat.*

PROHIBITORIVS. PROHIBITORIVM edictum: *l. 43. D. de procurator.* PROHIBITORIA interdicta sunt, quibus praetor aliquid fieri vetat, *l. 1. §. 1. l. 2. D. de interdict. l. 1. D. vti possidet. §. 1. Instit. de interdict. l. 1. D. de cloac. l. 2. D. ne quid in loc. publ.* De PROHIBITORIO interdicto etiam in *l. 20. §. 10. D. de oper. nou. nunciat. l. 1. §. 1. D. de itiner. actuqu. priuat. l. 1. D. de aqua quotid. l. 1. §. 1. D. de mort. inferend. l. 1. D. de precar. l. 3. §. 2. D. ne vis fiat ei, qui in possess.*

PROIECTIO, seu PROIECTVM, quod extra tectum proiicitur, vt maeniana. Itaque Lexicon Latino Graecum PROIECTA recte interpretatur *ἀνατεταμένα, ἀνάτησιν ἔχοντα ἐπ' οἰκίας.* Inter PROIECTVM vero et *immissum* hoc interesse Labeo dicebat, quod PROIECTVM esset id, quod ita protenderetur, vt nusquam quiesceret, qualia maeniana et suggrundae essent; *immissum* autem, quod ita fieret, vt aliqoo loco reqoiesceret, *l. 242. §. 1. D. de verb. signif.* Et ideo PROIICERE et *immittere* separantur in *l. 5. §. 10. D. de nou. oper. nunciat.* Sic PROIECTVM tignorum accipe in *l. vlt. §. vlt. D. de seruit. praed. vrb.* et PROIECTVM *tectum* apud Ciceron. *Topic. Cap. IV.* et PROIECTA in *l. 8. D. de contrab. emt. l. vlt. §. penult. D. quod vi aut clam. l. 3. §. 5. et §. 6. D. vti possidet.* PROIECTIO supra vicini solum *ibid.* Vetus Glossar. Graecum: PROIECTVM, *τὸ ἐξέχον ὥστε ἐπιτίθεσθαι αὐτῷ ἐξώστην.*

PROIICERE, est protendere aliquid extra tectum, vt maeniana. PROIICERE in nostrum: *l. 5. §. 10. D. de oper. nou. nunciat.* Vnde PROIICIENDI seruitus, est ius proiiciendi supra vicini solum, et vt Theophil. *ad §. 2. Instit. de actionib.* interpretatur, *δίκαιον τοῦ ὑπερτείνειν ἐξώστην κατὰ τοῦ σοῦ μεσαύλου. ius proiiciendi maenianum in aream tuam. l. 1. l. 2. D. de seruitut. praed. vrb. l. penult. D. si mensor. fals. mod. dixer.*

PROINDE, pro perinde, *l. 15. et l. 29. D. ad leg. Cornel. de fals. l. vlt. §. 2. D. de verb. obligat.* [PROINDE pro similiter, *l. 7. D. de solution.* PROINDE pro exinde, *l. 1. D. de edendo.*] PROINDE ac: *Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. VIII. §. 2.* PROINDE atque. Vlpian. *tit. 1. Regul. §. 12.* (ibi vero legitur perinde. HEIN.)

PROLABI. Res PROLAPSAE: *l. 9. §. 2. D. de damn. infect.* id est, lapsae, vt *ibidem.*

PROLATIO sententiae, id est, pronunciatio. *l. 19. C. ad leg. Iul. de adulter.*

PROLATOR, qui profert qoid et producit. [Scripturam PROLATOR adfirmet: *l. vn. C. Theod. si certum petat. de chirograph. Lib. II. tit. 27.* Quae ipsa verba habentur quoque *Lib. V. Capitular. Carol. M. et Ludouici Pii Cap. 378. Tom. I. p. 903.* edit. Baluz.] PROLATOR tabulae: *l. 11. §. 8. D. de interrogation. in iur. faciend.*

PROLETARII in lege XII. tabularum qoinam dicerentur, Gellius *Lib. XVI. Noct. Attic. Cap. 10.* ita explicat. *Qui in plebe Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius, quam mille quingentum aeris in censum deferebant,* PROLETARII *adpellati sunt.* Et paullo post: *Et non capitis censum, sed prosperiore vocabulo a munere officioque prolis edendae adpellati sunt, quod cum re familiari parua minus possent rempublicam iuuare, sobolis tamen gignendae copia ciuitatem frequentarent.* Exstat apod me libellus quidam Eadmondi Anglorum regis, in quo quum de Anglis et oriundis ageretur, ita scriptom est: *Qui quum saepius bello lacessiti se et suos defensarent fortiter: illi vero ignauiae operam dantes, quasi* PROLETARII *ad solam voluptatem domi residerent.* Vnde Remigius in commentariis Martiani Capellae notat ore suo *vxorios* dictos huiusmodi sceleratos, qoi gignendae proli inseruirent. Gellius *Lib. III. Cap. 8. classicus adsiduusque aliquis scriptor, non proletarius.*

PROLIXITAS, diuturnitas. PROLIXITAS temporis: *l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 9. C. de postlimin. reuers.* PROLIXITAS temporum: *l. 3. C. de praescript long. temp.*

PROLIXVS, A, VM. longus, diuturnus. PROLIXAE aetatis homines: *l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* PROLIXIORIS temporis spatium: *l. 45. §. 10. D. de iur. fisc.* ¶. 2. PROLIXVS, amplus. [PROLIXA stipendia: *l. 22. C.*

C. Th. de palatin. sacrar. largition. Lib. VI. tit. 30.] PROLIXIOR tractatus: l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebell.

[PROLVERE. PROLVENDI pauimenti caussa: l. 28. D. de seruit. praed. urban.]

PROLVSORIVS. PROLVSORIVM iudicium, pro cullosorio et per collusionem facto, in l. 14. D. de adpellation. Quod verbum alibi hac notione vix inuenias. V. C. Duker. de Latin. veter. iurisconf. p. 408. HEIN.

PROLYTAE, dicebantur iuris studiosi, qui quartum studiorum annum transegerant. Constit. omnem reip. §. 5. ad Antecessor. non LORITAE aut COLORITAE, vti habet Accursius, nec COLORITAE, vti Constantin. Landus Exercitat. p. 1391. Tom. III. Thesaur. iur. ciuil. HEIN.

PROMERCALIS, E. venalis. PROMERCALES res: l. 4. §. 2. D. de pen. legat. l. 10. D. de impens. in res dotal. fact. et apud Columell. Lib. I. Cap. 8. et Lib. XI. Cap. 1. Sueton. in Iulio Cap. 54.

PROMERCIVM, pro commercio. Et ita PROMERCII caussa haberi dicuntur, quae in hoc habeutur, vt veneant: l. 3. §. 4. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 41. §. 5. D. de legat. I. l. 2. D. de vi publ. Paull. Lib. V. Sentent. tit. 23. §. 13. Hoc verbum iurisconsultis proprium videtur, nec a quoquam praeter hos vsurpatum; nisi id fuerit in SC. sub Hadriano facto, de quo in l. 41. §. 1. D. de legat. I. et Casaubon. ad Spartian. Hadrian. Cap. XVIII. Vid. Cl. Duker. de Latinit. veter. iurisconsult. pag. 364. HEIN.

PROMERE. [PROMERE consensum: l. 49. princ. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1. Coacta PROMERE largitate, pro donare, l. 6. C. Theod. de iis quae adminiftr. Lib. VIII. tit. 15. PROMTAE dudum diualis legis discrimen, id est, latae, l. 74. C. Theod. de decurionib.] PROMERE scripturam: l. 1. C. de solut. et liberat. [PROMERE sententias: l. 8. princ. C. Theod. de infirmand. his, quae sub tyrann. Lib. XV. tit. 14. Quum iam coeperit PROMI sententia: l. 1. C. Theod. de Episcop. iudic. Lib. XVI. tit. vlt. PROMENOAE indictionis tempus: l. 8. C. Th. de extraord. muner. Lib. XI. tit. 16. Debitae vltionis acrimonia, quae erga sacrilegos iure PROMENOA est: l. 5. in fin. C. de sacrosf. eccles. l. 40. C. Theod. de Episcop. Lib. XVI. tit. 2.]

PROMERERE, et PROMERERI, merere. l. 20. D. de manumiss. testam. PROMERERI officio debito: l. vlt. C. de alien. lib. [PROMERERE canonis releuationem: l. 5. C. Theod. de conlat. donat. Lib. XI. tit. 20.]

PROMISCERE, confundere. PROMISCERI ceteris creditoribus: l. 3. §. 1. D. de separat.

PROMISCVE appellare: l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter. PROMISCVE vti, l. 4. §. 2. D. de pen. legat. id est, communiter, l. 1. §. vlt. D. de adquir. poss.

PROMISCVVS. PROMISCVA conditio dicitur l. 11. §. 1. D. de condit. et demonstrat. Non PROMISCVAE conditiones: l. 11. §. vlt. D. eod. tit. PROMISCVA facultas: l. 14. §. 5. D. de muner. et honor. [PROMISCVA generalitate decernimus, in l. vnic. C. Th. ne in sua caussa quis iud. Lib. II. tit. 2. Idem ac generali lege, quod repofuit Tribonianus in l. vnic. C. eod. tit.] PROMISCVAE vtilitates: l. 5. §. 12. D. de iur. immunit. PROMISCVVS vsus: l. 17. C. de furt. l. 9. D. de vsu et habit. PROMISCVI vsus: l. 45. l. 49. §. 2. D. de legat. III. l. 17. C. de furt. [Plures locos congessit Cuiac. ad Paull. Lib. XXX. ad Edict. l. 17. §. 2. D. de instit. act. quos luculenta explicatione declarauit.]

PROMISSIO. PROMISSIONIS verbum et ad nudam promissionem siue pollicitationem et ad sponsionem refertur. l. 19. §. 1. D. de aedilit. edict. l. 1. C. de iur. dot. l. 1. §. 4. D. de constit. pecun. l. 132. D. de verbor. obligat. PROMISSIO dotis: l. vlt. princ. D. de dol. mal. except. l. 98. princ. D. de solution. l. 19. D. de obligat. et action.

PROMISSOR adpellatur, qui stipulanti spopondit, l. 15. §. 1. l. 34. §. 1. D. de solution. l. 49. §. 1. l. 62. l. 82. §. vlt. D. de verb. obligat. l. 30. D. de fideiussor. PROMISSOR: l. 15. §. vlt. D. de vsucap. l. 2. D. de verb. obligat. l. 5. §. vlt. D. de damn. infect. PROMISSOR serui: l. 72. §. vlt. D. de solution. Stichi PROMISSOR; l. 73. §. 2. D. de verb. obligat.

PROMISSVS, VS, promissio. Ex PROMISSV meo: l. 18. §. vlt. D. de deposit.

PROMITTERE, polliceri, ad stipulationem spondere. PROMITTERE dotem: l. 41. princ. §. 1. et §. 3. et §. vlt. D. de iur. dot. videlicet per stipulationem. Vlpian. tit. VI. Regul. §. 1. et 2. Quibus ita PROMISSIS: l. 9. D. de castrens. pecul. Si scriptum in testamento fuerit, PROMISISSE aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione praecedente responsum fit: §. 17. Instit. de inutilib. stipulat. ¶. 2. PROMITTIT et Praetor, veluti bonorum possessionem, l. 2. l. 4. princ. et §. 12. D. vnde cognat. l. 3. D. de collat. bonor. PROMITTI bonorum possessio: l. 3. §. 1. D. de Carbonian. edict. ¶. 3. PROMITTERE aliquando ponitur pro repromittere, vt in l. 8. §. 3. D. de oper. nou. nunciat. l. 10. D. de damn. infect.

[PROMOTI, in l. 1. C. de fals. monet. l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 21. l. 2. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5. l. vn. C. ad leg. Iul. de ambit. l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 26. et apud Ammian. Marcellin. Lib. XXXI. p. 495. sunt, qui et in officiali, et in armata militia ad gradum aliquem promoti, adeoque munificibus, id est, gregariis, contrarii sunt, definiente Iac. Gothofredo Comment. ad l. 2. C. Th. de fals. monet. Differunt a beneficiariis, vt genus a specie: quum omnes beneficiarii quidem promoti sint, sed non vicissim omnes promoti etiam beneficiarii, sicut contra Cuiacium, qui eosdem esse putabat, ostendit laudatus Gothofredus.] Vode intelligitur, quid sit

PRO.

[PROMOTIO. Qui alios PROMOTIONIS tempore et codicillorum adeptione praecesserit, eum loco (sic enim emendandum ex Cod. Theod) volumus esse potiorem: *l. 1. C. de praefect. praetor. Lib. XII. tit. 4.* et *l. 1. C. Theod. eod. tit. Lib. VI. tit. 7.* PROMOTIONIS ordo custodiendus est, vt primus in officio sit, qui prior fuerit in consequendo beneficio principali: *l. 1. C. Th. de diuers. offic. Lib. VIII. tit. 7.* PROMOTIONIS codicilli atque chartulae: *l. 1. §. 7. C. de offic. praef. praetor. Afric.* PROMOTIONES honestae: *l. 14. C. Theod. de decurionib. Lib. XII. tit. 1.*] ¶ 2 [PROMOTIONE accusationis confidere, insolens loquutio, in *l. 4. C. Theod. de famos. libell. Lib. IX. tit. 34.* idem significans, ac fiduciam accusandi gerere, vt loquitur *l. 2. C. Th. eod. tit.* adeoque certo persuasum habere, se posse accusationem probare. Vid. Iac. Gothofred.]

PROMTVARIVM, penus. *l. 4. §. 1. D. de pen. legat.*

PROMTVS. In PROMTVM contradictio est: *l. 72. §. 1. D. de solution.* In PROMTV esse: *l. 19. D. de adquir. possess.* In PROMTV est dicere: *l. 10. §. vlt. de captiu. et postlim.*

PROMTVS, paratus. PROMTVM est: *l. vlt. D. de adimend. legat.* PROMTAM probationem habere: *l. 1. C. quando prouocat. non est necess.*

PROMVLGARE, publicare, PROMVLGARE sententiam: *l. 3. C. de funer.*

[PROMVLSIDARIVM in *l. 19. §. 10. D. de aur. arg. leg.* vas est, in quibus promulsis ponitur. Turneb. *Lib. XXVIII. cap. 23. Aduersarior.*]

PROMVTVVM, est quasi mutuum, mutuum tacitum, quod prorogatur et in antecessum datur: Graeci προχρείαν vocant. *l. 40. §. 5. D. de statuliber. l. 15. §. 6. D. locat.* si modo lectio integra est. [Vid. Fabroti *Enarrat. ad Cuiac. Paratitl. C. de condict. indeb.*]

[PRONEPOS: *l. 11. C. de suis et legit. liber. l. 8. C. Theod. de legitim. liber. Lib. V. tit. 1.* Donationes circa filium filiamue, nepotem neptemue, PRONEPOTEM PRONEPTEMVE, celebratae: *l. 9. C. de reuoc. donat.* PRONEPOTES sexus vtriusque: *l. 9. in fin. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.*]

PRONVNCIARE, palam et aperte exprimere est. *l. 11. §. 18. D. de action. emt. l. 1. l. 31. §. 1. D. de aedilit. edict. l. 69. §. 1. D. de euiction. l. 15. §. 1. D. de statuliber.* quibus in locis venditores conditionem rei, quam vendunt, PRONVNCIARE dicuntur. Eadem significatione Latini auctores PRONVNCIANDI verbo vtuntur pro palam aliquid pollicitum et promissum significantes. Sic: PRONVNCIARE *nummos*, apud Sueton. *in Iul. Cap. XIX.* PRONVNCIARE *epulum*, apud eund. *in Iulio Cap. XXV.* PRONVNCIARE *donatiuum militibus*, *in Galba Cap. XVI.* PRONVNCIARE *tesseras*, *in Domitian. Cap. IV. extr.* PRONVNCIARE *praemia militibus*. Liuius *Lib. II.* ¶. 2. PRONVNCIARE praeterea sententiam ferre significat, idque sollemne in sententiis ferendis verbum erat, vt *Lib. II. de form. Pop. Rom.* probauimus. *l. 59. §. 1. l. 60. D. de re iudicat. l. 37. D. de aur. argent. legat.* PRONVNCIASSE autem et statuisse dicimus eos, qui ius habent cognoscendi: *l. 215. D. de verb. signif.* Vet. Glossar. Graec. PRONVNCIARE τὸ ἀπόφασιν δοῦναι τῆς δικαίας. PRONVNCIARE de adpellatione: *l. 1. §. 1. D. nihil innouar. pendent. adpell.* Ex adpellatione PRONVNCIARE: *l. 25. D. pro socio.* Quoties iniusta adpellatio PRONVNCIATVR: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 37. §. 1.* PRONVNCIATVM aduersus eum: *l. 122. §. vlt. D. de verb. obligat.* PRONVNCIARI calomniatores: *l. 6. C. de calumniat.* Per collusionem PRONVNCIATVS: *l. 4. D. de collus. detegend.* PRONVNCIARE contra vel secundum aliquem: *l. 50. §. 1. D. de legat. I.* PRONVNCIARE contra aliquem: *l. 3. §. 3. D. de reb. cor. qui sub tutel.* PRONVNCIATVM contra: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 33. §. 2.* PRONVNCIASSE contra constitutionem: *l. 1. C. ad leg. Iul. maiest.* PRONVNCIATVM est: *l. 53. D. de manumiss. testam.* PRONVNCIATVS exheredatus: *l. 12. §. 3. D. de bon. libertor.* PRONVNCIATVM falsum testamentum: *l. 47. D. de manum. testam. l. 4. C. de bonor. possess. contra tabul.* Falsi PRONVNCIATI codicilli: *l. 1. C. de fideicomm. libertat.* PRONVNCIATVM fideicommissum sine scriptura: *ibid.* PRONVNCIATVS heres, patronus, filius, libertus, seruus dicitur, qui talis iodicatus, et per sententiam declaratus est. *l. 9. §. 1. D. de in ius vocand. l. 8. D. de his, quae vt indign. l. 8. C. de sentent. et interloquut. l. 11. D. de admin. et peric. tutor. l. 29. in fin. D. de liberal. causs.* PRONVNCIARE heredes: *l. 25. D. qui testam. facer. poss.* PRONVNCIATO indigno herede: *l. 8. D. de his, quae vt indign. aufer.* PRONVNCIAVIT imperator: *l. 38. D. de [illegible]icomm. libert.* PRONVNCIATVS ingenuus: *l. 3. l. 4. D. de collus. deteg. l. 1. D. de ingen. l. 8. §. 5. D. mandat. l. 58. l. 67. D. de condict. indebit. l. 4. D. de accusat.* PRO[illegible]NCIATVM inofficiosum testamentum: *l. 4. C. [illegible]inoffic. testam.* PRONVNCIARE iudex dicitur, *l. 1. D. quae sentent. sin. adpellat. l. 1. C. de codicill. l. 35. D. de adquir. possess.* PRONVNCIATVM de iure: *l. 35. D. de action. emt.* PRONVNCIATVS liber: *l. 4. l. 27. D. de liber. causs.* PRONVNCIATA libera: *l. 25. C. de euiction.* PRONVNCIARE de libertate: *l. 47. §. 2. D. de fideicomm. libert.* PRONVNCIATVS modus: *l. 69. §. vlt. D. de euiction.* PRONVNCIAVIT praeses: *l. 19. D. de fideicomm. libert.* PRONVNCIAVIT praetor: *l. 5. l. 20. l. 22. §. vlt. l. 26. §. 7. D. de fideicomm. libert.* PRONVNCIATVM recte vel perperam: *l. 8. §. 4. D. si seruit. vindicet.* PRONVNCIARE rem dominii mei esse: *l. 6. §. 2. D. de confess.* PRONVNCIARE secundum aliquem: *l. 5. C. de petit. hered.* PRONVNCIATA serua: *l. 10. C. de iniur.* PRONVNCIATVS est seruus: *l. 23. D. de manumission. l. 31. C. de liber. causs. l. 19. D. qui et a quib. manum.* PRONVNCIATVS non esse seruus: *l. 5. C. de ord. cognit.* ¶. 3. PRONVNCIARE etiam in scena actores dicuntur, *l. 1. D. de his, qui notant. infam.* Plinius *Lib. VII. cap. 48.* *Luceia Mima centum annis in scena* PRONVN-

CIA-

CIAVIT. Sueton. *in Caligu. Cap. LIV. Vt ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus et tragoedo* PRONVNCIANTI *concineret.*

PRONVNCIATIO, loquutio. PRONVNCIATIO sermonis: *l. 195. D. de verb. signif.* Ex ipsa PRONVNCIATIONE adparet: *l. 74. D. de verb. obligat.* ¶. 2. PRONVNCIATIO pro sententia: *l. vn. C. Theod. de offic. praefect. praet. Lib. I. tit. 5.* PRONVNCIATIO condemnationis: *l. 1. §. vlt. D. ad SC. Turpillian.* PRONVNCIATIO iudicis: *l. 1. D. de re iudicat. l. 37. D. de excusation.* PRONVNCIATIONIS verba: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpillian.*

PRONVRVS, est nepotis et pronepotis vxor: *l. 50. D. de verb. signif.* προνύμφην Graeci interpretantes vocant. *l. 8. §. 4. D. de legat. praestand* Ouid. *Heroid. epist. XVII. v. 206.*

PRONVS. PRONIOR esse debet praetor: *l. 7. §. 2. D. de reb. eor. qui sub tutel.* PRONIOR ad lenitatem: *l. 11. D. de poen.*

PROPAGARE vineas: *l. 12. D. de impens. in res dotal. fact.* PROPAGARE vites: *l. 3. D. eod. tit.* ¶. 2. [PROPAGARE aliquando est extendere. PROPAGARI ad eum debet vltio seueritatis congruae: *l. 3. C. Theod. de iurisd. Lib. II. tit. 1.* Olim PROPAGATAE legis ordinem salubri rursus imperio PROPAGAMVS, id est, publicamus, *l. 1. princ. C. Th. de episcop. iudic. Lib. XVI. tit. vlt.* Vid. Gothofred. *Comment.*]

☞ PROPAGATIO. PROPAGATIONES facere: *l. 24. §. 3. D. locat.* Recte hoc verbum vsurpauit Paullus, neque, vt putat rigidus Latinitatis iurisconsultorum censor, pro *propagine* dixit. Sed eo sensu, quo Cato *de re rustic. cap. LII.* et Columella *de arboribus Cap. VII.* Vid. saepe laudat. Dukerus *p. 398.* HEIN. Vet. Glossar. προκατορυγμός.

PROPAGO. Fest. Pomp. PROPAGES, PROPAGINES *a propagando, vt faciunt rustici, quum vitem vetulam supprimunt, vt ex ea vna plures faciant.* [PROPAGO generis sui, id est, pater ac mater, frater ac soror, filius ac filia, nepos ac neptis, succedat his, qui quum essent Christiani, idolorum se superstitione impia maculauerint. *l. 6. C. Theod. de apostat. Lib. XVI. tit. 7.*]

PROPE est, loquutio iurisconsultis familiaris, quae licet dubitationis speciem habeat, adfirmat tamen et definit. *l. 9. D. de fideicommiss. libert. l. 95. §. penult. D. de solut. l. 71. §. 3. D. de condit. et demonstr. l. 5. §. 6. D. de re militar. l. 118. pr. D. de verb. oblig. l. 18. §. 1. D. de stipulat. seruor.* PROPE est, vt: *l. 19. §. 1. D. ad SC. Velleian.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 26. §. 2.* et in *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. IV. §. 12.* Sic et PROPIVS, vt infra dicemus: PROPE furtum est: *l. 67. D. de furt.* Eadem PROPE ὠνὴ est: *l. 9. §. vlt. D de contrab. emtion.* PROPE confinium: *l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* Vt PROPIVS accedamus: *l. 13. D. de rib. dub.* ¶. 2. PROPIOR remotiori opponitur. PROPIOR gradus: *l. 1. D. ad leg. Iul. repetund.* PROPIORIS gradus liberi: *l. 11. C. de quaestion.* RROPIOR gradus et vlterior opponuntur, in *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XVI. §. 2.* ¶. 3. PROPIVS *sobrino*, PROPIVS *sobrina*, hi sunt patrui magni, amitae magnae, auunculi magni, materterae magnae, filius, filia, hoc est, patris matrisue eius, de cuius cognatione quaeritur, consobrinus, consobrina, siue frater patruelis, vel amitinus, vel amitina. *l. 1. §. vlt. l. 2. D. de gradib. et adfin. §. 5. Instit. de gradib. cognat.* Paullus in *l. vlt. D. de grad. et adfin.* patrui magni filius, ait, ei, de cuius cognatione quaeritur, PROPIVS *sobrino* vocatur. Nam, vt et Massurius ait, eum quis adpellat PROPIVS *sobrino*, qui est patris matrisue consobrinus aut consobrina. Similiter Festus *Lib. XIV.* PROPIVS *sobrino*, ait, *mihi est consobrini mei filius, et consobrinae meae filia, et patris mei, matrisue meae consobrinus.* Imperator *in l. 2. C. vnde legitimi priorem sobrinum* interpretatur, *natum ex consobrina.* Et ita in *l. 2. C. commun. de successionib.* in veteri codice *propiori sobrino* scriptum est, licet impressi PROPIVS habeant. In Theophilo vero mendose πρόπειος κονσοβρῖνος legitur.

¶. 4. PROPIVS et longius tempus opponuntur. *l. 17. D. de pact. dotal.* PROPIORE tempore: *ibid.* ¶. 5. Dicunt etiam iurisconsulti PROPIVS *est*, pro magis est. *l. 140. D. de verb. obligat. l. 18. D. de in rem vers. l. 31. l. 38. in fin. D. de action. emt. l. 54. in fin. D. de hered. instit. l. 67. D. de iur. dot. l. penult. §. 10. D. de iur. immunit. l. 124. D. de legat. I. l. 1. §. 3. D. quod vi aut clam. l. 29. D. de vsucap. l. 5. D. de precar. l. 125. D. de verb. signific. l. 23. D. ad SC. Trebell. l. 25. l. 32. D. de reb. credit. l. 36. §. vlt. D. mandat. l. 44. D. de donat. int. vir. et vxor.* Vtuntur in eodem sensu voce PROPEMODVM, *l. 6. D. vt in possess. legator. l. 113. D. de verb. obligat. l. 18. D. rem rat. haber. l. 88. D. de verb. signif.* PROPIVS est vt existimem: *l. 67. D. de iur. dot. l. 14. in fin. D. de adquir. rer. domin. l. 140. D. de verb. obligat.*

PROPENSVS. PROPENSIOR animus: *l. 14. D. de manumiss. vindict.* PROPENSIOR adfectus: *l. 3. in fin. D. quod fals. tutor. auct.* PROPENSIORE ira: *l. 2. §. D. ad leg. Iul. de adulter.* PROPENSIORES esse: *l. 47. D. de obligat. et action.*

[PROPERANTISSIME, citissime. PROPERANTISSIME ad comitatum nostrum volumus adferri. *l. 8. princ. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.*]

[PROPERARE in parentis aut filii fata. *l. vn. C. de his, qui liber. vel parent. occid. l. vn. C. Th. de parricid. Lib. IX. tit. 15.*]

PROPERE. Nimis PROPERE: *l. 1. C. de exsequut. rei iudic.*

ΠΡΟΠΕΤΩΣ, in *l. 13. in fin. D. de iureiur.* inconsulto calore significat, vt in *l. 2. C. eod. tit.*

PROPINQVVS. PROPINQVA mors: *l. 3. D. de donation.*

PRO-

PROPONERE. PROPONI dicebantur, quae vt oculis ciuium patereot, in publico proponebantur. Ita PROPONI actiones dicuntur, quoniam in albo scriptas et in edicto praetor in publicum edebat, vt ex *l. 1. C. de interdict. et §. 4. Instit. de action.* patet. PROPONERE actiones praetor: *l. 1. D. de contrar. tutel. act. l. 1. D. de eo, qui pro tut. vel curat.* et PROPOSITA edicto actio: *l. vlt. C. de tuit. pignor.* Sic et edicta PROPONI dicebantur. PROPONERE edictum: *l. 6. D. de extraord. criminib. l. 25. D. ad leg Cornel. de fals. l. 1. D. si famil. furt. fecisse dic. l. 1. §. 1. D. de publican. l. 13. D. de iur. fisc.* PROPOSITVM edictum: *l. 53. l. 54 D. de re iudicat. l. 25. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 8. D. de quaestionib.* PROPOSITA edicta: *l. 32. D. ad leg. Cornel. de fals.* PROPONERE exceptionem: *l. 4. §. 33. D. de dol. except.* PROPONERE interdictum: *l. 1. §. 1. D. de superfic. l. 1. D. ne quid in loc. publ. l. 20. D. de oper. nou. nunciat. l. 1. D. de migrand. l. 1. D. vt in flum public. l. 1. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* PROPONIT interdictum praetor: *l. 1. D. ne quid in flum. publ.* PROPONI interdicta: *l. 1. C. de interdict. l. 1. C. quod legator. l. 1. D. vt in flum. publ. l. 1. §. 17. D. de oper. nou. nunciat.* PROPONITVR interdictum: *l. 1. D. de liber. exhib.* PROPOSITO interdicto: *l. 1. C. de liber. exhibend.* PROPONIT iudicium praetor: *l. vlt. §. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* PROPONERE etiam stipulationes praetor dicitur, quae ex ipsius iurisdictione veniunt. *l. 52. D. de verb. obligat.*

¶. 2. PROPONI etiam a iurisconsultis dicuntur, quae a consulturibus referuntur, consilii accipiendi graria, vt in responsis Scaenolae saepe: *secundum ea, quae* PROPONERENTVR. Sic et PROPONENDI verbum in *l. 52. §. 2. et l. 76. D. de iudic.* Huc refer verba: PROPONE, *l. 2. §. vlt. D. de suis et legit. hered.* PROPONAMVS: *l. 1. §. 11. D. ad SC. Tertullian. l. 26. §. vlt. D. de fideicomm. libertat.* Si PROPONAS: *l. 1. §. 1. D. de action. emt. l. 5. D. de iur. dot. l. vlt. D. de tign. iunct. l. 16. §. 9. D. ad SC. Trebell. l. 21. §. 6. D. de furt.* Sed si PROPONAS: *l. 3. §. 5. D. de legat. praestand.* Si mihi PROPONAS: *l. 12. D. de solution.* PROPONI: *l. 3. D. qui testam. fac.* PROPOSVERIT: *l. 46. §. 4. D. de furt.* Nihil PROPONI: *l. vlt. D. de suspect. tutor.* Nihil PROPONI ait: *l. 90. D. de solution.* Si PROPONATVR: *l. 17. §. 7. D. de iniur.* Si duo PROPONANTVR: *l. 90. D. de solution.* Si vt PROPONATVR: *l. 61. D. de fideiussorib.* PROPONEBATVR: *§. Instit. de iur. natur. l. 2. D. de magistrat. conuen. et l. 76. D. de iudic.*

¶ 3. PROPONI etiam dicebantur, quae Imperatoribus prudentibusue in facti specie enarrabantur, prout ex facto acciderant forte. Inde illa: *quum* PROPONIS, *secundum ea, quae* PROPONERENTVR, et *in* PROPOSITO, quae fuisse in Imperatorum rescriptis prudentiumque responsis recepta verba, abunde docui *Lib. III. de Form. pop. Rom. Cap. LXXXVIII.* Sic in PROPOSITA caussa: *l. 87. §. vlt. D. de legat. II* In PROPOSITA quaestione: *l. 9. D. de reb. dubiis. l. 22. D. ad SC. Trebell.* In PROPOSITA specie: *l. 28. D. ad SC. Trebell.* In PROPOSITO et in hac specie: *l. 18. §. 2. D. de stipul. seruor. l. 38. §. 1. D. de solution. l. 9. §. vlt. D. qui potior. in pign. l. 24. D. de praescript. verb. l. 30. D. de action. emt.* Huc refer verba; quod ad PROPOSITVM attinet: *l. 23. D. de liber. et postum.* Sic et PROPOSITIO propositam speciem significat, in *l. 6. D. vt in possess. legat.* PROPOSITA stipulatio: *l. 2. C. de vsur. et fruct.* Item ex stipulatione PROPOSITA: *l. 57. D. de donat. inter vir. et vxor.*

¶. 4. PROPONERE, est proscribere, seu proscriptum habere. Sic: libellum ad aedes PROPONERE: *l. 4. §. 6. D. de damn. infect.* PROPOSITVM habere: *l. 11. §. 2. D. de instit. action. l. 60. §. 6. D. locat.* quod tamen ibi non animaduerterunt interpretes. [Animaduertit tamen iam ante Brissonium Anton. Goueanus *Lib. II. Variar. Lect. iur. ciuil. Cap. 23.*] Sueton in *Caligul. Cap. IV. Vectigalibus indictis atque* PROPOSITIS, et paullo post: PROPOSVIT *quidem legem.*

¶. 5 PROPONERE seruum mutuis pecuniis dandis, *l. vlt. D. quod cum eo, qui in alien. potest.* vt et PROPOSITVS exigendis pecuniis. *l. 66. §. 3. D. de furtis.* sed repone *praeponere* et *praepositus.*

¶. 6 [PROPONERE venalia, est exponere. *l. 9. C. de Iudaeis.* PROPOSITA bona, *l. 1. C. Theod. de fisc. debit.* Nec in quibuscumque nundinis interfuerint, vllam ob venditionem PROPONENDAM dare debebunt, veterani scilicet, de quorum priuilegiis agitur. *l. 1. C. de veteran. Lib. XII. tit. 47.* Paullo aliter Codex Theodos. in *l. 2. eod. tit. Lib. VII. tit. 20.* vbi ita legitur: In quibuscumque nundinis interfuerint, nulla PROPONENDA dare debebunt, substantiue accepta PROPONENDORVM voce, pro eiusmodi peosione, quae ob merces publice venum propositas et expositas, nundinarum tempore ciuitati, in qua nundinae celebrantur, solui solet: quemadmodum ibi Iac. Gothufredus fusius exponit.]

PROPOSITIO, propositum. PROPOSITIO animi: *l. 225. D. de verb. signif.* PROPOSITIO *animi* et Cicero dixit *Lib. II. de Inuent. Cap 54.* Vid. V. C. Duker. de Latin. vet. *iurisc. p. 386.* HEIN.

¶ 2. PROPOSITIO edicti: *l. 7. D. de iurisdict. l. 4. D. quib. ad libert.*

¶ 3. PROPOSITIO in *l. 6. D. vt in possess. legat.* propositam speciem significat.

PROPOSITVM, pro animi intentione ac deliberatione accipitur. Sic: PROPOSITVM habere: *l. 5. C. de inoffic. testam. l. 4. princ. D. de reb. credit.* PROPOSITVM: *l. 7. D. de iurisdict.* PROPOSITVM est praetori: *l. 17. D de legat. praestand. l. 8. §. vlt. D. de bon. possess. contra tabul.* [Vorax et fraudulentum numerariorum PROPOSITVM: *l. 1. C. de numerar. actuar. Lib. XII. tit. 5.* Probatae fidei et PROPOSITI castioris: *l. 7. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.*] PROPOSITO possidendi: *l. 46. D. de adquir. possess.* PROPOSITO delinquere: *l. 11. §. 2. D. de poen.* PROPOSITVM delinquentis: *l. 53. D. de furt.* In PROPOSITO: *l. 4. D. quib. ad libert. l. 13. D. de action. emt. l. 47. §. 1 D. de hered. instit. l. 61. §. 8. D. de furt. l. 19. D. de testam. milit. l. 57. D. de condit. et demonstr. l. 14. D. de iur. codicill. l. 88. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 95. §. 5. D. de solution. l. 9. C. de castrens. pecul. l. 14. D. de reb. credit. l. 18. D. ad leg. Falcid.* In PROPOSITO interest: *l. vlt. C. qui non poss.* Orto

PROPOSITO dominum relinquere: *l. 17. §. 2. D. de aedilit. edict.* licet manuscriptum exemplar ita habeat, repone *certo.*

PROPRIE, *l. 2. D. de vsufruct. eam rer. quae vsu. consum.* id est, reuera. PROPRIE et per abusionem opponuntur: *l. 8. D. de suis et legit. hered.* PROPRIE expressum, id est, specialiter. *l. 2. §. penult. D. de administrat. rer. ad ciuit. pertin. l. 2. princ. D. de vacat. et excusat. muner.* [PROPRIE res commodata dicitur, quae soli est: *l. 1. §. 1. D. commod.* PROPRIE pignus dicimus, quod ad creditorem transit: *l. 9. §. 2. D. de pignorat. act.* Haec PROPRIE donatio adpellatur: *l. 1. princ. D. de donat.*] Cicer. *Lib. V. ad Attic. epistol. 2. Cui deposcenti mea mandata cetera vniuersa mandauit. Illud* PROPRIE *ne pateretur, quantum in ipso esset, prorogari nobis prouincias.* PROPRIAM etiam pro speciali dixit Paullus in *l. 21. in fin. D. ad municipal. l. 21. D. de oblig. et action. l. 19. princ. D. de praescript. verb.*

PROPRIETARIVS, A, VM. PRORIETARIA res: Paull. *Lib. V. Sentent. Recept. tit. 7. §. 3.* Schultingius tamen PROPRIETARII edidit, quamuis ita in Sichardi, Lugdunensi, Parisiensi, et Geneuensi legatur. HEIN.

PROPRIETARIVS, dominus proprietatis. *passim in tit. de vsufruct.* et *l. 46. §. 1. D. de furtis.* et fructuario opponitur, *l. 1. §. 1. l. 20. et l. 22. D. de damn. infect. l. 7. §. 4. D. de dol. mal. l. 25. §. vlt. D. de vsufruct.*

PROPRIETAS, ius dominii significat, *l. 34. D. de dolo mal.* Haec *plena* vocatur, si ei vsusfructus coniunctus sit, vel *nuda*, si ab ea abscessit vsusfructus: *l. 2. D. quib. mod. vsusfruct. l. 71. D. de iur. dot.* PROPRIETATIS tuae ius: *l. 5. C. de distract. pignor.* Nudae PROPRIETATIS aestimatio: *l. 78. §. 3. D. de iur. dot.* PROPRIETATIS dominus, qui et proprietarius. *l. 15. §. penult. et §. vlt. l. 13. l. 25. §. 1. D. de vsufr. l. 12. D. ad leg. Aquill.* PROPRIETAS mercium: *l. 9. §. 6. D. de adquir. rer. domin.* PROPRIETAS solida et plenum dominium: *l. 26. princ. D. de vsu et vsufr. legat.* PROPRIETAS operarum officialium: *l. 9. §. 1. D. de oper. libertor.* Omnis PROPRIETAS: *l. 54. C. de Episcop. et cleric.*

PROPRIVS, A, VM, est suum cuiusque, vt Non. Marcell. *de varia signific. Cap. IV. p. 683. edit. Gothofred* exemplis confirmat. Cicero *Lib. VII. ad Diuers. epist. 30. Cuius quando te esse* PROPRIVM *scribis mancipio et nexu, meum autem vsu et fructu, contentus isto sum. Id enim cuiusque est* PROPRIVM, *quo quisque fruitur atque vtitur.* Respondet vero Cicero epistolae Curii, *Lib. VII. epist. 29.* qua scripserat, χρήσει esse Ciceronis, κτήσει δὲ Attici. Ergo inferens, fructus est tuus, mancipium illius. Horat. *Lib. II. Epistol. 2. v. 158.*

Si PROPRRIVM *est, quod quis libra mercatus et aere est.*

Vnde PROPRIVM et alienum opponuntur. *l. 21. D. de condit. institut.* PROPRIA actio vel cautio: *l. 24. §. vlt. D. de minorib.* vbi opponitur praetoris cognitioni, adeo vt propria actio videatur, quae est ordinaria. PROPRIA actione obligatus: *l. 30. D. de constit. pecun.* PROPRIAS actiones habet, *l. 39. §. 1. D. ad leg. Aquill.* id est, singulares, speciales. PROPRIAE aedes et communes opponuntur: *l. 32. D. de damn. infect.* PROPRIA et hereditaria bona opponuntur: *l. 15. §. 3. D. ad leg. Falcid.* PROPRIA caussa: *l. 38. §. vlt. D. de iur. fisc.* PROPRIA caussa et aliena opponontur, *l. 1. §. 11. D. quand. adpelland. sit.* PROPRIA caussa quae sit, quaeri solet in tempore adpellationum, quod in propria caussa angustius et breuius, in aliena laxius datur. Et placuit, PROPRIAM esse caussam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. *ibid.* Itaque si procurator quis in rem suam datus sit, eius PROPRIA caussa dicetur. Sed et quicumque sua interesse dicit, PROPRIAM caussam defendere intelligitur. *l. 2. §. 1. et §. vlt. D. quand. adpell. sit.* Sic dicitur PROPRIAM caussam acturus, in *l. 3. §. vlt. D. de iur immunit.* PROPRII cognati: *l. 1. D. de inoffic. testam.* [PROPRIIS contractibus: *l. 21. C. de donation. inter vir. et vxor.* Ager amissa PROPRIA forma: *l. 7. § 5 D. de adquir. rer. domin.* PROPRIJ fundi, seu loca sui dominii: *l. 10. C. de aedific. priuat.* [PROPRIA iurisdictio, pro ea, quam quis ipse habet, in *l. 4 princ. D. de offic. eius, cui mandat. iurisdict.* et *l. vlt. C. vbi et apud quem cognit.* vbi iurisdictioni alienae opponi videtur. PROPRIVM ius: *l. 13. C. de testam. milit* PROPRIO iure: *l. 84. D. de hered. instit.* PROPRIO iure vti: *l. 10. C. de seruit. et aqu.* PROPRIVM ius, id est, ciuile, seu quod Romanae ciuitati PROPRIVM est, *l. 6. D. de iustit. et iur.* PROPRIA lex ciuitatis: *l. 21. §. vlt. D. ad municipal. l 31 §. vlt. D. eod. tit. l. 1. C. de vendend. reb.* PROPRIA lis dicitur procuratoris in rem suam dari: *l 25. §. vlt. D. de procurator.* PROPRIVM negotium gerere, quod alias suum: *l. 58. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* Nihil PROPRIVM: *l 31. D. de offic. proconsul. l. 1. §. 1. D. de offic. eius, cui mandat. iurisdict.* PROPRIO nomine et alieno opponuntur. *l. 1. §. 3. D. de agnoscend. et alend. liber. l. 2 C. de his, qui accusar. non poss.* Sic PROPRIO nomine disceptans: *l. 10. D. de exception.* PROPRIO numine: *l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid. l. 78. §. 5. D. de legat. III.* PROPRIO nomine et ex persona heredis opponuntur, *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* PROPRIA et hereditaria obligatio opponuntur, *l. 10. D. de action. emt. vendit.* PROPRIAM et personalem habere obligationem: *l. 95. §. 3. D. de solution.* PROPRIVM patrimonium: *l. 3. §. 5. et §. 10. D. de minor. XXV. ann.* PROPRIVM priuilegium: *l. 6. C. de testam. milit.* PROPRIVS seruus et alienus opponuntur, *l. 21. D. de condit. instit.* PROPRIVS seruus ad differentiam communis: *l. 1. §. 7. D. de adquir. possess.* Alias ad differentiam fructuarii. Visus, qui tuus PROPRIVS est: *l. 10. D. de vsufructuar. quemadm. caueat.*

¶. 2. PROPRIVM, id est, speciale, et quod circumscriptam qualitatem specialiter seruat, quodque vnius est. Sic PROPRIAE actiones: *l. 39. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* PROPRIA qualitas: *l. 26. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* PROPRIA poena: *l. 2. C. de noxalib. action.* PROPRIA verborum

significatio: *l. 18. §. 3. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 6. princ. D. de legat. III.* Item proprietas scripturae vel verborum: *l. 2. D. de obligat. et action.* vbi scripturae proprietas est sollemnis stipulatio, in scripturam redigenda: quod in litterarum obligatione fieri solebat. Theophil. *Paraphr. Instit. de litterarum oblig. p. 509.* ῥήμασι καὶ γράμμασι τυπικοῖς, *verbis et litteris sollemnibus.* HEIN. et PROPRIIS nominibus ac vocabulis: *l. 69. D. de legat. III.* Sic PROPRIIS nominibus expressis: *l. 24. D. de religios.* PROPRIVM nomen hominis et PROPRIA adpellatio fundi: *l. 75. D. de verb. oblig.* PROPRIAM pro speciali etiam dixit Paull. *l. 21. in fin. D. ad municip. l. 1. princ. D. de obligat. et act. l. 19. princ. D. de praescript. verb.* ¶. 3. PROPRIVM aliquando est diuturnum et perpetuum, vt et Non. Marcellus notat. Horat. *Lib. II. Sermon. Sat. 6.*

Nihil amplius oro,
Maia nate, nisi et PROPRIA *haec mihi munera faxis.*

[PROPTER, id est, ob, vel alicuius rei caussa. Non de bonis sui, sed PROPTER bona postea vis accessit: *l. 1. §. 14. D. de coniung. cum emancip. liber.* Non ex ipso mandato, sed PROPTER mandatum ex alio contractu nascitur actio: *l. vn. C. si seru. exter. se emi mand.* Diutornum hominis venditi, non ex re, sed PROPTER negotiationem percipitur: *l. 21. D. de hered. vel act. vendit.* Magis PROPTER rem meam, quam ex re mea pecunia datur: *l. 50. in fin. D. de pecul.* Non in societatem, quamuis PROPTER societatem impensum: *l. 60. §. 1. D. pro socio.* De quibus omnibus eleganter egit Cuiac. in *Papinian. ad l. 54. D. mandati.*] ¶. 2. [PROPTER, pro praeter, in *l. 66. §. 6. D. de legat. I*] ¶. 3. [PROPTER, pro ad, in *l. 1. §. 1. D. ad leg. Falcid.*] ¶. 4. [PROPTER videtur poni positum pro propterea, in *l. 73. D. de procurator.*]

[PROPTEREA quod, pro propter quod, *l. 49. §. 1. D. de fideiussor.*]

PROPVLSARE, tueri se ab aliqua re. PROPVLSARE vim: *l. 1. C. vnde vi.* Vt vim atque iniuriam PROPVLSEMVS: *l. 3. D. de iustit. et iur.*

PROQVIRITARE, verbum fuit XII. tabularum, quod promulgare significabat. Sidon. Apollin. *Lib. VIII. epist. 6. Per ipsum fere tempus vt decemuiraliter loquar, lex de praescriptione tricennii* (sic enim legendum est.) *fuerat* PROQVIRITATA. *Quiritari* vtique in veterum libris, fidem Quiritium inuocare est.

PRORETA, in *l. 11. § 2. D. de publican.* qui proram nauis regit. [Turneb. *Lib. XXVIII. Aduersar. Cap. 43.* PRORETA est, qui in prora ventos aucupatur et captat, et eorum conuersiones dicit in flectendis promontoriis gubernatori, quique rupes scopulosque, ne nauis eis impingatur, prospicit et explorat. Hunc gubernatori opponit Plautus *Rudent. Act. IV. scen. 3. v. 75.*

Si tu PRORETA *isti naui es, ego gubernator ero.*]

Idem PRORETA videtur, qui *ducator* ab Alfeno vocatur, *l. 29. §. 4. D. ad legem Aquill.* V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. IV. Obseruat. Cap. 17.* HEIN.

PRORITARE, pro irritare. PRORITARIT in se feram bestiam: Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 15. §. 3.* Arnob. *Lib. V. aduers. gent. p. 105. edit. Elmenhorst. Quis est enim mortalium tam pudicis moribus institutus, quem non ad huiusmodi furias deorum documenta* PRORITENT. HEIN.

PROROGARE, est proferre diem. *l. 19. l. 30. D. de legat. I. l. 2. D. de re iudicat. l. 24. D. locati.* Sic PROROGATVS dies: *l. 13. §. 18. D. de action. emt.* PROROGARE tempus: *l. 2. l. 31. D. de re iudicat. l. 15. D. de annuis legat.* PROROGARI tempora: *l. 45. §. 10. D. de iur. fisc. l. 2. D. de iudic.* ¶. 2. PROROGARE aliquando idem valet, quod repraesentare: *l. 3. §. 1. D. de contrar. tutel. et vtil. act. l. 4. §. 1. et §. 5. D. de manum. l. 19. §. 6. D. locati.* (vbi tamen in quibusdam editis *praerogauit* legitur.) *l. 27. C. eod. tit. l. 53. D. de pact. l. 29. C. de decurionib.* Lib. X. Sic: PROROGARE pro colonis: *l. 27. C. de locato et cond.* PROROGARE sumtus: *l. 53. D. de pact.* ¶. 3. PROROGARE, pro procurare. Sic: PROROGANDAE soboli prospicere: *l. 1. C. qui et aduers. quem.* ¶. 4. [PROROGATA iussio, pro ea, quae iam ante rogata promulgata est, in *l. 1. C. de pascuis publ.* Notanda et sequentia: PROROGATA sententia: *l. vlt. princ. C. de Castrensian. et ministerian. Lib. XII. tit. 26.* PROROGATA pittacia: *l. 11. C. Theod. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.*]

[PROROGATIO, *l. 2. §. 2. D. de iudic.* qui locus, quum de iurisdictione agat, notandus est contra Bocerum *Cap. VII. de iurisdict. n. 3.* negantem PROROGATIONIS vocem in iure ciuili de iurisdictione vsurpari.] Vsurpatur quidem τὸ PROROGARI de iurisdictione, idque fortassis nec Bocerus ignorauit: sed tunc idem est, ac proferre diem, quod et ipse Brissonius in *prorogare*, adducta *l. 2. D. de iudic.* obseruauerat. Id modo quaeritur, an recte dicatur *prorogari iurisdictio*, si quis se subiiciat iurisdictioni iudicis incompetentis? Eo enim sensu a veteribus accipi vocabulum, negat etiam Perizonius *Animaduers. Histor. Cap. VI. p. 229.* ac proinde magis Latine iurisdictionem *propagatam* dici posse contendit. Quin ideo emendat locum Liuii *Lib. XLII. Cap. 30.* vbi *imperium propagari* ratione loci dicitur. HEIN.

PROSCENIVM, locus ante scenam est, siue vt Velius Longus *de orthographia p. 2245.* edit. Hel. Putschii [et Seruius *ad Lib. II. Georgic. Virgil. v. 381.* scribunt, *pulpita ante scenam, in quibus ludicra exercentur.* PROSCENIA theatri: *l. 4. C. de spectacul. Lib. XI. tit. 40.*]

PROSCINDERE agrum: *l. 13. §. 2. D. de vsufruct.*

PRO-

PROSCRIBERE, est palam ac publice proposito libello significare, *l. 11. §. 1. D. de instit. action. l. 34. §. vlt. D. de statuliber. l. 15. §. 32 D. de iniur. et famos. libell. l. 4. C. de distract. pignor. l. 6. C. de fide et iur. hast. fisc. Lib. X. tit. 3.* Sueton. *in Iulio Cap. XLIX. Missa etiam facio Bibuli edicta, quibus* PROSCRIPSIT *collegam suum,* BITHYNICAM REGINAM. Palam autem PROSCRIPTVM id intelligi Vlpianus in *l. 11. §. 1. D. de instit. act.* interpretatur, quod ita positum est, vt de plano legi possit. Sosipater Charis. *Lib. II. Instit. Grammatic. p. 210.* PROSCRIBO *est palam et aperte scriptum propono, vt quum bona alicuius* PROSCRIBO. PROSCRIBI dicebantur ea, quae edicto vel libello proposito denunciabantur. Cicer. *Lib. IX. ad Attic. epistol. 17. Senatum velle se sequentem adesse etiam Formiis* PROSCRIBI *iussit.* PROSCRIPTIONIS autem haec refertur a Theophilo *de successION. sublat. quae fieb. per bonor. vendit. p. 460.* ὁ δεῖνα ὁ χρεωστὴς ἡμέτερος ὑπάρχων εἰς αἰτίαν ἐνέπεσε διαπράσεως. ἡμεῖς κρεδίτωρες ὄντες τὴν τούτου διαπιπράσκομεν οὐσίαν. ὠνητὴς ὁ βουλόμενος προσίτω. *Ille debitor noster in ea caussa est, vt bona eius diuendi debeant. Nos creditores patrimonium eius distrahimus. Quicumque emere volet, adsit.* Add. *Select. Antiquit. Lib. III. Cap. 8.* vbi et de proscriptione vendundorum et locandorum. PROSCRIBERE in pacto conuenro: *l. 71. D pro socio.* ¶. 2. [PROSCRIBERE etiam relegare et deportare est. Sic: PROSCRIBI in tempus: *l. 5. C. de metatis. Lib. XII. tit. 41.*]

[PROSCRIPTIO, venditio bonorum a fisco facta. Decursis hastis et PROSCRIPTIONE habita res comparare: *l. 6. C. de fid. et iur. hast. fisc. Lib. X. tit. 3.* PROSCRIPTIONIS tempestate totius substantiae aliquem percellere, nulli iudicum liceat: *l. vn. C. ne sin. iussu princ. cert. iud. lic. confisc.* Tristi PROSCRIPTIONIS tempestate percellere: *l. vn. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 41.*] ¶. 2. [PROSCRIPTIO etiam deportationem significat, in rubr. et *l. 7. l. 9. princ. et §. vlt. D. de bon. proscriptor.* vt et *in rubr. et l. 1. 5. 7. 11. 12. 13. 15. 17. 18. 20. C. Th. eod. tit. Lib. IX. tit. 42. l. 42. l. 51. 56. 63. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5*]

PROSEQVI, sequi est. PROSEQVI cadauer: *l. 3. D. de in ius vocand.* PROSEQVI custodiam, Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 31. §. 2.* PROSEQVI *legatis.* Iul. Capitolin. *in Antonino Pio, Cap. XIII.* id est, legatis honorare. Sic et apud Sueton. *in Claud. Cap. III. et V. legato* PROSEQVVTVS.

PROSEQVVTORES, secundum scriptorum codicum scripturam non *persequutores* legere oportet, in *l. 9. C. de curs. publ. Lib. X. et l. 1. cum rubr. C. de auri publ. persequut.* Quod confirmat *l. 12. C. Th. de susceptor.* Adpellantur autem hoc nomine, qui ad transmissionem transuectionemque publicarum specierum animalia principum vsui necessaria prosequuntur.

PROSILIRE ad accusationem: *l. 3. §. 14. D. ad SC. Silan. l. 11. l. 15. §. 6. D. ad legem Iul. de adulter. l. 7. D. de accusat.* PROSILIRE ad maleficia: *l. 14. C. de poenis.* PROSILIRE ad munus; *l. 7. C. de professor. et medic.*

PROSOCER, est nobis vxoris nostrae auus. *l. 15. §. vlt. D. de act. rer. amotar.* Sic Plinius Fabatum PROSOCERVM adpellat, cuius neptem in matrimonio habebat, vt adparet ex *Lib. VIII. epist. 10.* vid. *Lib. V. epist. 15.* et inscription. *Lib. VII. epist. 16. VIII, 20. et 12.*

PROSPECTVS. In PROSPECTV: *l. 5. D. de oper. nou nunciat.* PROSPECTVI obesse: *ibidem.* Seruitus de PROSPECTV: *l. 12. D. de seruit. praed. vrb. l. 16. D. eod. tit.*

PROSPERE gesta res: *l. 9. D. ad SC. Turpillian.*

PROSPICERE, consulere, et commodo seruire, cauere. PROSPICERE alumno: *l. 71. D. de condit. et demonstrat.* PROSPICERE sibi cautione: *l. 13. §. 2 D. de damn. infect. l. 3. §. 4. D. de alimend. legat. l. 17. D. de heredit. petit. l. 9. §. 4. D. ad exhibend.* PROSPICERE per cautionem: *l. 25. §. 13. D. famil. ercisc.* PROSPICIT arbiter cautionibus: *l. 38. D. pro socio.* PROSPICERE coheredibus: *l. 25. §. 12. D. famil. ercisc.* PROSPICERE compendio suo: *l. 22. §. 5. D. de leg. Cornel. de falsis.* PROSPICERE debet conductor: *l. 11. §. 2. D. locat.* PROSPEXIT constitutio: *l. 4. §. 17. D. de fideicomm libert.* PROSPICI creditori per stipulationem: *l. 11. D. de damn. infect.* PROSPEXIT legislator: *l. 12. D. qui et a quib. manum.* PROSPEXIT lex: Vlpian. *tit. XXIX. Regul. §. 3.* PROSPEXIT lex creditoribus: *l. 27. D. qui et a quib. manum.* PROSPECTVM lege. Vlpian. *tit. XVI. Regul. §. 1.* PROSPICITVR legibus: *l. 1. D. de vi et vi armat.* PROSPICI libertate: *l. 27. D. de fideic. libertat.* PROSPEXIT praetor: *l. 1. D. si ventr. nomin. mul. in possess. l. 1. princ. D. ne quid in flum. publ.* PROSPICERE pupillo in tutore dando: *l. 32. D. de excusat.* PROSPECTVM est Senatusconsulto; Paull. *Lib. IV. Sentent tit. 2. §. 1.* Vlpian. *tit. XXII. Regul §. 5.* PROSPICERE per stipulationem: *l. 1. §. 12. D ad leg Falcid. l. 3. §. 8. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.*

PROSTITVERE ancillam: *l. 1. §. 1. D. de in ius vocand. l. 6. l. 9. D. de seru. exportand. l. 56. D. eod. tit.* PROSTITVI mancipia: *l. 1. §. 8. D. de offic. praefect. vrb.* PROSTITVTA meretricio more: *l. 22. C. ad leg. Iul. de adulter.* Nihil interest, ipse abducas et PROSTITVAS, an patiaris PROSTITVTAM esse, pretio accepto, quum possis eximere: *l. 7. D. qui sin. manumiss.* [PROSTITVTA contra legem venditionis, venditorem habebit patronum, si hac lege venierat, vt si PROSTITVTA esset, fieret libera; *l. 10. §. 1. D. de in ius vocand.* Nam vt in lege venditionis aliarum rerum, quaedam excipi solebant, ita in mancipiorum venditione sollemnem fuisse exceptionem: *ne prostituerentur*, patet ex *l. 9. D. de seru. export. l. 56. D. de contrah. emt. l. 34. princ.*

D. de euiction. l. vn. §. 6. C. de Latin. libert. toll. tit. 6. si mancipium ita venier. ne prostituatur. Huc pertinet locus Senecae *Lib. I. controuers. 2. Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil.* Hanc enim lectionem Gronouius contra Lipsium vindicat.]

[PROTECTORES describuntur *l. 9. C. Th. de domestic. et protector. Lib. VI. tit. 24.* PROTECTORES deuotissimi, qui armatam militiam subeuntes non solum defendendi corporis, verum etiam PROTEGENDI lateris nostri sollicitudinem patiuntur, vnde etiam PROTECTORVM nomen sortiti sunt. Ab his separantur *domestici,* seu PROTECTORES *domestici, l. 9. l. 1. C. eod. tit. Lib. XII. tit. 17. l. 4. l. 6. l. 7. C. Th. eod. tit.* vbi vid. Gothofred. *Paratitl.* et Guther. *de offic. dom. August. Lib. II. Cap. 15.* PROTECTORVM fabricae meminit *l. 2. C. de fabricensib. Lib. XI. tit. 9.* quos ab aliis distinguit Guthet. *Lib. III. Cap. 12.* Sed inane glossema esse, quod contra veterum et meliorum librorum fidem, *l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. X. tit. 21.* auctoritatem in Iostinianeo additum legitur, ostendit Gothofredus; vbi et illos redarguit, qui *fori rerum venalium* PROTECTORVM nouum genus ex male distincta *l. 14. C. Theod. de erogat. militar. annon. Lib. VII. tit. 4.* commenti sunt, Gutherium forte intelligens, qui inter varios PROTECTORES, quos ipse partim sibi finxit, et hos numerat.]

[PROTECTORIVS. PROTECTORIA dignitate cumulati veterani: *l. 2. C. de veteran. Lib. XII. tit. 47. l. 5. C. Theod. eod. tit. Lib. VII. tit. 20.* Ambire ad honores PROTECTORIAE dignitatis: *l. 2. C. Th. de testim, ex tribun. et protector. Lib. VII. tit. 21.*]

PROTECTVM, est proiectum tectum ad arcendas imbrium iniurias. *l. 6. in fin. D. arbor. furtim caesar. l. 15. §. 2. D. de precar. l. 5. §. 6. et §. vlt. D. de his, qui effud. l. 2. D. de seruit. praed. vrb.* Vetus Glossar. PROTECTVM *est, cui nulla columna superposita in aedibus adpendet, vel terram etiam attingat.* PROTECTVM supra domum alienam: *l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquill.* PROTECTVS tignorum et rigor stillicidii; *l. vlt. §. 1. D. de seruit praed. urban.* PROTECTVM recidere; *l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquill.*

PROTEGERE, tueri, defendere. PROTEGERE caussam; *l. 3. C. de in lit. dand. tutor.* PROTEGERE dominum: *l. 1. §. 37. D. ad SC. Silan.* PROTEGERE filios: *l. 6. C. de suspect. tutor.* PROTEGERE fratris filios: *l. 5. C. de excusat. tutor.* PROTEGI iura rationibus: *l. 1. C. de vacat. publ. muner.* Qui praepositum suum non PROTEXIT: *l. 6. §. vlt. D. de re milit.* PROTEGENDAE pudicitiae: *l. 39. D. ad leg. Iul. de adulter.* PROTEGENDAE rei suae caussa: *l. 44. D. de iur. fisc.* PROTECTVS status; *l. 7. C. ne de statu defunct.* ¶. 2. PROTEGERE, protectum habere. Sic: PROTEGERE *aedes*, apud Ciceron. *Topic. Cap. IV.* PROTEGENDI seruitus, *l. 1. l. 2. D. de seruit. praed. vrban.* ius est, vt *protectum* habere liceat: *l. 2. D eod. tit.*

PROTELARE, in *l. 4. princ. D. de seruit. praed. vrb.* Idem verbum est in *l. 4. princ. D. de damn. infect. l. 2. §. penult. D. de iudic. l. 13. §. 1. C. de iudic. l. 29. C. de iur. deliber.* Probum illud est, et Latinum, si pro propellere vel proturbare ponitur: at omnibus his locis accipitur pro differre vel prorogare. De ea notione vid. Cort. *ad Sallust. de bello Catilin. Cap. XLIII.* Duker *de Latinit. iureconsf. p. 331.* et V. A Corn. van Bynkersh. *Obseru. Lib. VIII. Cap. 19.* HEIN.

PROTESTARI, testari est. *l. 14. §. 8. D. de religios. et sumt. funer. §. 1. prooem. Instit.* Ad PROTESTANDAM fidem: *l. vlt. D. de institor. action.* Si PROTESTATA est mater: *l. 34. D. de negot. gest.*

PRO TESTIMONIO vacillare, id est, in testimonio: *l. 15. pr. D. de quaestionib.*

PROTHYRVM, quod in aedibus fieri solet, aedium esse, Labeo scribit, *l. 245 D. de verbor. signif.* An vero id monete operae pretium fuit? quaerit Salmasius *ad Scriptor. Histor. August. p. 155.* Putat ergo Pomponium scripsisse πρόφορα, vel Latine PROPHYRVM, idque Tribonianum mutasse in PROTHYRVM. PROPHORVM autem interpretatur *proiectum* vel maenianum. Quid vero, si quis et hic quaeretet: an vero id monere operae pretium fuit? Nihil ergo opus emendatione. Facilius dubitari potuir, an περίεργα forium, veluti statuae, colossi, cippi, clathra pars aedium sint, quam an proiecta et maeniana aedibus accenseri debeant. HEIN.

[PROTINVS, sine vlteriore disquisitione. *l. 1. C. de pagan.*]

PROTOCOLLVM, vt ex *Nouell. XLIV. Cap. vlt.* patet, significat notam seu scripturam chartis impressam, quae vnam eamdemque formam non habebat. Nam quarumdam chartarum PROTOCOLLVM praepositam non habebat inscriptionem, quae sub quo comite sacrarum largitionum, quo tempore, et a quo praeparatae fuissent chartae indicabat. Aliae alias et diuersas continebant adnotationes. Atque in vrbe quidem Constantinopolitana, in qua prioris generis chartarum copia erat, vetat Iustinianus in mundum redigi instrumenta in aliis chartarum generibus. Similes itaque hae chartae quodammodo fuerunt nostris signatis, vel typario publico notatis, quas vulgo apud nos vocant *Stempel-Papier.* Quum vero haec nota primae paginae imprimebatur, quae veteribus erat πρωτόκολλον, tota id nomeo ferebat. Alioquin in libris primum folium, cui nomen auctoris, locus, tempus, inscribebantur, vocabatur πρωτόκολλον, quemadmodum postremum ἐσχατοκόλλιον. Martial. *Lib. II. epigr. 6.*

I nunc, edere me iube libellos,
Lectis vix tibi paginis duabus,
Spectas ἐσχατοκόλλιον, Seuere.

Alibi *summam schedam* vocat idem poeta, *Lib. IV. epigr. 91.*

Ohe, iam satis est, ohe, libelle,
Iam peruenimus vsque ad vmbilicos,

Tu

Tu procedere adhuc et ire quaeris,
Nec summa potes in scheda teneri.

in *summa scheda*, id est, ἐν τῷ ἐσχατοκολλίῳ. Add. Claud. Salmas. ad Scriptor. Hist. August. *p.448.* HEIN.

PROTOSPATARIVS, officium fuit io aula Constantinopolitana, cui qui praeerant, iudicandi munere fungebantur. Meminit eios Constant. *Lib. I. epistolar.* non semel, et Luitprandus *Lib. III. de reb. per Europ. gest. Cap.* 7. Paull. Warnefrid. *Adpendic. ad Eutrop. Lib. vlt. et Notitia Graeca*, et Zonaras *Tom. III. Annal. p. 184.*

PROTOSTASIA. PROTOSTASIAE munus: *l. 8. C. de munerib. patrimon. l. 3. C. de filiisfam. et quemadm. pro his pat. Lib. X. et tot. tit. C. Theod. de prostas. Lib. X. tit. 23.* [PROTOSTASIAM autem fuisse principalem et summam tributorum curam in singulis municipiis et territoriis per orientem, periculo PROTOSTATAE, Iac. Gothofred. *in Comment. p. 168.* tradit.]

[PROTOTYPIA, munus, cuius mentio fit in *l. 3. C. Th. de priuil. eor. qui in sacr. palat. Lib. VI. tit. 35. l. 7. pr. C. Th. de tironib. Lib. VII. tit. 13. l. 2. C. Th. de protostas. Lib. XI. tit.* 23. occupatum fuisse in aestimatione tironum, seu in adaerandis tironibus et aestimandis, atque adeo io forma pretii pro iisdem statuendi, eamque aestimationem temonarios exactores postea exegisse, notat Iac. Gothofred. *ad l. 2. C. Th. de protostas.* vbi et de differentia PROTOTYPIAE et *protostasiae.* Add. eumd. *ad l. 2. C. Th. de tironib.*]

PROTRAHERE, differre, extrahere. PROTRAHERE exsequutionem: *l. 41. D. de vsur.* Negotium: *l. 6. C. quand. prouocat.* PROTRAHI manumissio: *l. 20. §. vlt. D. de statuliber.* ¶. 2. PROTRAHERE etiam extendere significat. Sic: PROTRAHERE vsque ad Graecum sermonem: *l. 1. §. 6. D. de verbor. obligat.*

PRO TRIBVNALI, id est, in tribunali, vt *pro rostris. l. 5. §. 16. D. vt in possess. legat.* vt explicat Diomedes *Lib. I. de arte Grammat. p. 408. edit. Putsch.* Vid. Gell. *Lib. XI. Noct. Attic. Cap. 3.* Sic PRO TRIBVNALI sedere: *l. 7. D. de in integr. restit.* PRO TRIBVNALI respondere: *l. 23. §. vlt. D. de adpellat* PRO TRIBVNALI interpositum decretum; *l. 7. §. vlt. D. de confirm. tut. l. 3. §. 8. D. de bonor. possess.*

PRO TVTELA negotium gerere, id est, pro tutore. *l. vlt. D. de tutel. et ration. distrah.* PROTVTELAE actio, quae aduersus eum competit, qui PRO TVTORE negotia gessit, quum tutor non esset. *l. 1. l. 4. C. de testam. tutel. l. vlt. D. de tutel. et ration. distrah. l. 1. §. 1. et l. 3. §. 8. D. de contrar. tutel. et vtil. action.*

PRO TVTORE negotia gerit, qui munere tutoris fungitur in re impuberis, siue se putat tutorem, siue scit non esse, fingit tamen. *l. 1. §. 1. D. de eo, qui pro tutor. l. 24. et l. vlt. D. de tutel. et rat. distrab. l. 3. §. penult. D. de contraria tutel. et vtil. action. l. 4. §. 24. D. de doli exceptiom. l. 29. §. 1. D. de reb. auctor. iudic. possidend.* et apud Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 4. §. 8.* Inde PRO TVTELAE actio, de qua supra.

[PROVECTIO, pro promotione, in *l. 31. C. de Episcop. et cleric.*]

PROVIDENTER lex effecit: *l. 1. D. de tign. iunct.*

[PROVIDENTIA diuina: *l. 1. C. de vet. iur. enucleand.*]

PROVIDERE, prospicere. PROVIDEBIT iudex: *l. 5. C. vt in possess. legator.* PROVIDENDVM est eorum nouitati decurionom: *l. 23. C. de decurion Lib. X. tit. 31.* PROVISVM Senatusconsulto: *l. vlt. D. de adsign. libert.* et PROVIDENTIA legis, *alibi.*

PROVINCIA, regio a Romanis bello parta, et in formam prouinciae redacta. PROVINCIA Africa: *l. vlt. §. 20. D. de muner. et honor.* PROVINCIA Asia: *l. vlt. D. de censib.* PROVINCIA Macedonia: *ibid.* PROVINCIA Mauritaniae: *l 4. C. de institut. et substit.* PROVINCIA Palaestina: *Nouell. CIII. Cap. 2.* Qui PROVINCIAE praeest: *l. 10. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. PROVINCIAM etiam, vt quum dicimus aliquem absentem, qui in aliena est prouincia, accipimus pro iurisdictione et territorio.

¶. 3. [PROVINCIAE etiam verbum officium seu munus, ipsamqoe prouinciae administrationem saepe significat. Plin. *Lib. III epist. 9. Bona Classici, quae babuisset ante PROVINCIAM, placuit Senatui a reliquis separari.* Inde latius porrecta vocabuli vis de qoouis munere vsorpari coepit, eaque ratione exactionis et susceptionis PROVINCIA dicitur, *l. 18. C. Theod. de susceptor. Lib. XII. tit. 6.*]

PROVINCIALIS, est noo is tantum, qui ex prouinciis oriundus est, sed et qui in prouincia domicilium habet. *l. 190. D. de verb. signif. l. 7. D. de offic. proconf. l. 19. §. 3. D. de iudic. l. 10. D. de offic. proconf. l. 4. §. 4. D. eod. tit. l. 8. C. de quaestion.* Vetus Glossar. Graecum: PROVINCIALES *εἰσὶν οἱ τὴν οἴκησιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἔχοντες, ἢ μὴν οἱ ἐν αὐταῖς τεχθέντες.* PROVINCIALIS creditor: *l. 47 §. vlt. D. de administrat. et peric. tutor.* PROVINCIALIS debitor, et PROVINCIALIS contractus: *l. 47. §. 2. D. eod. tit.* PROVINCIALE edictum: inscript. *l. 2. D. vnde cognat.* PROVINCIALES functiones: *l. 3. C. de aduocat. diuers. iudic.* PROVINCIALES fundi: *l. 14. C. de praed. minor.* PROVINCIALIS homo: *l. 19. §. 3. D. de iudic.* PROVINCIALES legati, qui a prouinciis mittuntur, *l 35. in fin. D. de iureiur.* PROVINCIALE praedium: *l. 12. C. de praed minor. l. 2. C. de seruitut. l. 6. D. de oper. nou. nunciat.* Res PROVINCIALES: *l. 111. D de legat. I. l. 39. §. 7. D. de administr. et peric. tutor. l. 19. D. de excusation. tutor.* PROVINCIALIVM rerum tutores: *l. 100. D. de solutionib* PROVINCIALES serui: *l. vlt. C. de aedilit. edict. l. 5. C. de vectigal.*

PROVISIO praesidis: *l. 1. C. de cunct. inlunct muner. Lib. XI. tit. 37.*

PROVOCARE, ad iodicem vocare significat. PROVOCARE iudicem: *l. 6. D. de iur.*

Theod. eod. tit. PROFANI ritus: *l. 17. C. Theod. de pagan. l. 16. tit. 10. l. 4. C. eod. tit.* Qui PROFANO pagani ritus errore seu crimine polluuntur, hoc est, gentiles: *l. 21. C. eod. tit.*] ¶. 4 [PROFANVS, pro priuato; *l. 2. C. de offic. vicar.*]

PROFECTIO, pro itinere, PROFECTIO necessaria: *l. 18. D. de iudic. l. 5. D. de condict. causs. dat.*

PROFECTITIVS, A, VM, dicitur, quod a patre, vel aliunde contemplatione patris prouenit. PROFECTITIA dos: *l. 6. C. de iur. dotium. l. 4. C. de collat.* quae et PROFECTA a patre dos, vt *l. 4. C. solut. matrimon.* PROFECTITIVM peculium, *l. 38. D. de condict. indebit.* Vetus Glossar. Graecum: *τὸ μετὰ τῶν πατρῴων πραγμάτων ἐπικτηθὲν παρὰ τῷ ὑπεξουσίῳ.*

PROFERRE, est edere et palam facere, producere, exhibere. PROFERRI acta: *l. 45. §. 7. D. de iur. fisc.* PROFERRI chirographom: *l. 3. §. 3. D. de iur. fisc.* PROFERRI codicilli: *l. 12. D. de transact.* Si postea codicilli PROFERVNTVR; *l. 12. D. de interrogat.* PROLATI codicilli: *l. 2. D. de condict. indeb. l. 101. D. de legat. I.* PROLATIS postea codicillis: *l. 21. 31. D. de except. rei iudicat.* Si nihil PROLATVM esset, praeter codicillos: *l. 37. §. 1. D. de legat. III.* PROFERRI instrumenta: *l. 7. C. ad leg. Cornel. de fals.* PROFERRI instrumentum venditionis: *l. 39. D. de pignorat. act.* PROFERRI instrumenta apod iudices: *l. 34. D. ad leg. Cornel. de fals.* PROFERRE inuentarium: *l. 4. C. de in lit. iurand.* PROLATVM iudicatum: *l. 3. C. quomod. et quand. iudic.* PROFERRE in iodicum; *l. 6. §. 1. D. ad SC. Turpillian.* PROLATVM iusiorandum: *l. 3. C. de in litem iurand.* PROFERRI legata: *l. 12. §. vlt. D. de legat. I.* PROFEREBAT legatarius: *l. 97. D. de legat. III.* PROLATVM in notitiam: *l. 1. D. de testam. milit.* PROFERRI rationes; *l. 1. §. 3. D. de tutel. et ration.* PROFERRI scriptura; *l. 35. D. eod. tit.* PROLATA scriptura: *l. 5. C. de codicill. l. 1. C. de sent. praefect.* PROFERRI tabulae: *l. 47. D. de legat. II. l. vlt. D. de tabul. exhib. l. 22. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 1. §. 2. D. de bonor. possess. secund. tab. l. 1. §. 1. D. de dol. mal.* PROLATAE tabulae: Paull. *Lib. V. tit. 25 §. 6* PEOFERRE tabulas testamenti Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 7. §. 3.* PROLATAE tabulae testamenti: *l. 9. §. 2. D. de dol. mal.* PROFERRI testamentum: *l. 4. D. de condict. indebit. l. 1. C. quemadmod. testam. l. 70. D. de adquir. vel omitt. hered. l. vlt. C. de successor. edict. l. 3. D. de transact:* PROLATIS testibus, id est, productis. *l. 6. D. de quaestion.* ¶. 2. PROFERRE, id est, pronunciare. PROFERRE sententiam, est pronunciare, *l. 26. l. 36. D. de re iudic. l. 1. D. de feriis. l. 36. l. 57. D. de re iudic. l. 1. C. de condict. furtiu. l. 9. C. de accusat. l. 1. D. ad leg. Cornel. de fals.* Item PROFERRI sententia: *l. 1. §. 6. D. quand. adpelland. sit. l. 23. D. de inoffic. testam. l. 45. §. vlt. D. de re iudic.* PROLATA sententia: *l. 19. D. de adpellat. l. 9. C. de sentent. passis. l. 4. §. 5. D. de re iudic. l. 1. C. famil. ercisc. l. 1. C. si aduers. rem iudic.* PROLATAE sententiae: *l. 7. §. 1. D. de interdict. l. 1. D. quand. adpelland.*

PRO.

¶. 3. PROFERRE, differre, prorogare. Sic: PROFERRE diem: *l. 33. l. 25. l. 27. l. 32. §. 11. D. de recept. arbitr.* Liuius *Lib. XXII. Cap. 33. Legati missi ad stipendium, cuius dies exierat, poscendum, aut si diem PROFERRE vellet, obsides accipiendos.* PROFERRE diem soluendae pecuniae: *l. 26. D. quand. dies legator.* PROFERRE diem legatorum: *l. 74. D. de legat. II.* PROFERRI dies, id est, prorogari, *l. 12. D. de legatis I. l. 26. D. quand. dies legator.* PROFERRI dies pacto: *l. 4. D. de distract. pignor.* PROLATA die: *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de fals.* PROFERRE rem dissimulatione, id est, protrahere, *l. vlt. C. de vsur. pupillar.* PROLATVM tempus: *l. 26. D. quand. dies legator.*

PROFESSIO, pro confessione, editione. PROFESSIO facta, *l. 42. §. 1. D. de iur. fisc.* id est, delatio sui ipsius. Diuersae PROFESSIONES de aetate; *l. 13. D. de probat.* PROFESSIO natalis: *l. 6. C. de fid. instrument. l. 15. C. de liberali caussa.* Huc pertineot tabulae PROFESSIONVM, *l. 1. C. si minor se maior.* De hac natali PROFESSIONE, vide quae diximus in *Comment. ad Leg. Iul. et Pap. Lib. II. Cap. 8. §. 6.* HEIN. PROFESSIO pecuniae solutae: *l. 14. C. de solution.* [PROFESSIO publicae functionis: *l. 3. C. Theod. ne conlat. translat. Lib. XI. tit. 22.*] PROFESSIONES censuales: *l. vlt. §. 16. D. de muner. et bonor. l. 7. C. de donation. l. 2. D. de censib.* et in *fragm. regul. ex vet. iurisc. §. vlt.* apud Schulting. *in Iurisprud. vet. anteiustin. p. 809.* PROFESSIONES mercium apud publicanos: *l. 3. C. de vectigal. l. vlt. §. 12. D. de publican.* De *censuali* et *natalis* PROFESSIONE vide *profiteri.* PROFESSIO excusationis; *l. 6. C. de excusat. tutor.* ¶. 2. PROFESSIO, pro quauis arte et scientia, societate, artificio. PROFESSIO artis et scientiae, apod Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 23. §. 18. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XV. §. 2.* PROFESSIO Venatorum: *l. 6. C. de excus. muner. Lib. X. tit. 46.* Qui PROFESSIONES aliquas seu negotiationes exercent: *l. vlt. C. de iurisdict. omn. iudic.* [Sic et PROFESSIO inhonesta dicitur mulierum, qoae scenicis ludis se immiscuerunt: *l. 23. §. 1. C. de nupt.* PROFESSIO *flagitii*, de impudicis et meretricibus, apod Tacit. *Lib. II. Annal. Cap. 8.* PROFESSIONE interdici Praefectos vrbi potest: *l. 1. §. 13. D. de offic. Praefect. vrb.*] Sed et argentariorum et aliorum omnium vitae generum PROFESSIO dicitur. *l. 6. §. 9. l. 9. §. 1. D. de edend. l. 26. in fin. C. de Episcop. et cleric.*

PROFESSOR, qui artes liberales profitetur. PROFESSORVM autem nomine neque medicos, neqoe Philosophos, neque iurisperitos contineri traditur, *l. 1. sequ. de var. et extraord. cognit. rubr. C. de professor. et medic. Lib. X.*

[PROFESSVS, pro professione. PROFESSVS sacrae religionis: *l. 39. C. Theod. de bon. proscript. Lib. IX. tit. 42.*

PROFICERE, prodesse. PROFICERE exceptionem: *l. 16. D. de except. rei iudic.* id est, prodesse, *vt l. 42. D. de action. emt. l. 54.*

§. 1. D. locat. PROFICERE heredibus et heredum commodo: *l. 88. §. 1. D. de legat. II.* PROFICERE praescriptionem: *l. 6. C. de religios. et sumt. funer.*

PROFICISCI, pro oriri, prouenire, venire. Ex hoc edicto nulla proprie actio vel cautio PROFICISCITVR: *l. 24. §. 8. D. de minor.* PROFECTA a patre dos: *l. 4. C. solut. matrim.* Fideicommissum est, quod non ciuilibus verbis relinquitur, nec ex rigore iuris ciuilis PROFICISCITVR: Vlpian. *tit. XXV. Regul. §. 1.* PROFECTA in rem pecunia: *l. 3. C. quand. ex fact. tut.* Pecunia a me ad te PROFECTA: *l. 15. D. de reb. credit.* A me substantia PROFICISCITVR: *l. 20. D. de contrahend. emt.* ¶. 2. PROFICISCI, pro intercedere, interuenire. [Mutuum non potest esse, nisi PROFICISCATVR pecunia: creditum autem, etiamsi nihil PROFICISCATVR: *l. 2. §. 3. D. de reb. credit.*]

PROFITERI, confiteri, sive se ipsum deferre. PROFITETVR capere non posse: *l. 1. princ. D. de iur. fisc.* [PROFESSIS testatisque sceleribus inuolutus: *l. vlt. C. Theod. de bonis proscript. Lib. IX. tit. 42.*] PROFITERI libello: *l. 21. D. ratam rem haber.* ¶. 2. PROFITERI aliquando edere et indicare significat. Sic PROFITERI agrum: *l. 4. §. 2. D. de censib.* PROFITERI censum: Vlpian. *Tit. I. Regul. §. 8.* Inde PROFESSIO *censualis*, de qua item et de *natali professione* abunde diximus, *Lib. I. Selectar. Antiquitat. Cap. 5.* Ammian. Marcellin. *Lib. XIX. Cap. XI. p. 174. ...suali* PROFESSIONI *speciosa fiducia releuata.* Vnde quod D. Lucas *Euangel. Cap. II. v. 1.* ait ἀπογράφεσθαι, hoe vetus interpres PROFITERI vertit. PROFITERI ad publicanum. Varro. *Lib. II. de re rustic. Cap. 2.* et Quinctil. *Declam. p. 52.* siue PROFITERI merces, id est, apud publicanos eas insinuare, tributi pro his debiti exsoluendi caussa, *l. vlt. §. 6. et §. 12. D. de publican. l. 3. C. de vectigal. et commiss.* Quinctilian. *Declam. CCCXLI. Quod quis* PROFESSVS *non est apud publicanos pro commisso tenetur.* Idem *Declam. CCCXLIX.* talem legem fingit: *Publicano scrutari liceat, quod quis PROFESSVS non fuerit, perdat.* Sic quoque pro insinuationibus mercium apud publicanos Tertullian. *Apolog. Cap. XLIII.* accipit. *Vt si ineatur, quantum vectigalibus pereat fraude et mendacio vestrarum PROFESSIONVM, facile ratio haberi possit.* PROFITERI indicium, in *l. 1. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 24. D. ad leg. Cornel. de fals.* Hirtius *Lib. IV. de bello Alexandrin. Cap. LV. Item Calpurnium Saluianum, qui PROFITETVR indicium coniuratione que numerum auget.* Q. Curt. *Lib. VIII. Cap. 6. Nec cunctatus Eurylochus non ex toto domum suam auersari deos dixit, quia frater ipsius quamquam impium facinus ausus foret, tamen et poenitentiam ageret, et per se potissimum* PROFITERETVR *indicium.* Macrobius *in Somn. Scipion. Cap. I. Quidquid emensus inter vtramque vitam diebus egerat, videratue tamquam publicum PROFESSVS indicium humano generi nunciauit.* Sallustius *in bello Iugurthin. Cap. XXXV. n. 6. Sed ipsa deprehensus multis hortantibus, et in primis Albino Consule indicium* PROFITETVR. Sueton. *in Domitiano Cap. XVII.* PROFESSVSQVE *conspirationis indicium, et ob hoc admissus, legenti traditum a se libellum et attonito suffodit inguina.* Plin. *Lib. III. epist. 16. Eadem apud Claudium vxori Scriboniani, quum illa* PROFITERETVR *indicium: ego, inquit, te audiam, cuius in gremio Scribonianus occisus?* Vnde sit, vt pro *confiteri indicia* PROFITERI legendum putem in *l. 3. §. 4. D. ad leg. Cornel. de sicar.* PROFITERI libello, *l. 21. D. rem ratam haber.* PROFITERI apud eum, cuius iurisdictio est: *Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. IV. §. 3.* PROFESSA apud magistratum: *l. 37. princ. D. de legat. III.* ¶. 3. PROFITERI artem, pro exercere: *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XV. §. 2.*

PROFLIGARE, id est, exigere tributa io plerisque Imperatorum rescriptis. *l. vlt. C. de vsur. rei indicat. l. 26. princ. C. de fideiuss. l. 7. C. de offic. rector. prouinc. l. 11. C. de annon. et tribut. Lib. X. l. 3. C. de exsequut. et exactor. l. 4. in fin. C. Theod. de collat. translat. Lib. XI. tit. 22.* [*l. 6. C. de praescript. XXX. annor. l. 4. C. de metallar. l. 1. C. Th. ne quis in palat. man. Lib. VII. tit. 10. l. vlt. C. de fund. patrim. Lib. XI. tit. 61. l. 12. §. 1. D. de proxim. scrin. Lib. XII. tit. 19.*] Inde

PROFLIGATIO debitorum, pro exactione, in *l. 10. C. Theod. de palat. sacrar. largit. Lib. VI. tit. 30.*

PROFLVERE aqua [illegible] fonte: *l. 6. C. de seruitut.*

PROFVGERE, pro aufugere. PROFVGERE villam suam, pro a villa sua, in *l. 2. D. de SC. Silan.* quod loquendi genus auctoritate Senecae *Agamemn. v. 121.* Hygini *fab. vlt.* Curtii *Lib. X. Cap. 2.* et Columell. *Lib. I. Cap. 3.* defendit Duker. *p. 356.* HEIN.

[PROFVGVS, fugitiuus. Coloni PROFVGI: *l. 7. C. Theod. de annon. et tribut. Lib. XI. tit. 1.*]

[PROFVNDERE. PROFVNDENDI licentia: *l. vlt. C. Theod. de praetor. Lib. VI. tit. 4.*]

PROFVNDVS. PROFVNDVM pro mari. *§. 2. prooem. Instit.* In PROFVNDO esse res: *l. 15. D. de legat. III.*

PROGENER. Auo neptis vir PROGENER est, vt auus neptis marito *prosocer.* Socer magnus dicitur vxoris meae auus, ego sum illius PROGENER. Prosocrus mihi vxoris meae auia est, ego sum illius PROGENER. *l. 4. §. 6. D. de gradib. et adfin.* Sueton. *in August. Cap. XIX.* et Auson. *p. 65.* Tacit. *Lib. V. Hist. Cap. 9.* PROGENER Caesaris. Tacit. *Lib. VI. Annal. Cap. 45.* PROGENER Caesaris destinatus, Tacit. *Lib. III. Annal. Cap. 75.* et apud Gruter. *Inscript. p. CCCCXII. 3.*

PROGRAMMA, edictum monitorium,

rium, publice propositum. PROGRAMMATE admoniti: *l. 6. C. de remission. pignor. rubr. et l. 6 C. comminationes, epistolas, programmata.* [PROGRAMMA criminale: *l. 29. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.*]

[PROGREDI. Vlterius non progrediatur metus, quam reperitur delictum: *l. 22. C. de poenis.*]

PROHIBERE, vetare, interdicere, impedire. PROHIBERI quis intelligitur, quo minus faciat, si quolibet actu prohibentia, id est, vel dicentis, se PROHIBERE, vel manum opponentis, lapillumue iactantis prohibendi gratia: *l. 19 §. 1. D. quod vi aut clam.* Aedificare PROHIBET, qui prohibet eam materiam conuehi, quae aedificationi necessaria sit, aot qui operi necessarios venire prohibet: *l. 1. §. penult. D. de mort. inferend.* PROHIBERI honores: *l. 2. §. 2. D. de donation.* PROHIBERI honoribus: *l. 6. §. 2. D. de muner. et honor.* PROHIBITVS muneribus, cui muneribus interdictum est. *l. 7. §. vlt. D. de interdict.* Nihil PROHIBET: *l. 41. D. de solution.* PROHIBETVR possidere et qui in solo aedificare prohibetur: *l. penult. §. 1. D. de adquir. possess.* PROHIBERI a possessione: *l. 1. §. 7. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* PROHIBET vti frui, qui vi deiicit vtentem fruentem, aut non admisit eum, quum ex fundo exisset non vsusfructua deferendi caussa: *l. 3. §. 13. D. de vi et vi armat.*

PROHIBITORIVS. PROHIBITORIVM edictum: *l. 43. D. de procurator.* PROHIBITORIA interdicta sunt, quibus praetor aliquid fieri vetat, *l. 1. §. 1. l. 2. D. de interdict. l. 1. D. vti possidet. §. 1. Instit. de interdict. l. 1. D. de cloac. l. 2. D. ne quid in loc. publ.* De PROHIBITORIO ioterdicto etiam in *l. 20. §. 10. D. de oper. nou. nunciat. l. 1. §. 1. D. de itiner. actuqu. priuat. l. 1. D. de aqua quotid. l. 1. §. 1. D. de mort. inferend. l. 1. D. de precar. l. 3. §. 2. D. ne vis fiat ei, qui in possess.*

PROIECTIO, seu PROIECTVM, quod extra tectum proiicitur, vt maeniaoa. Itaque Lexicon Latino Graecum PROIECTA recte interpretatur *ἀνατεταμένα, ἀνάτησιν ἔχοντα ἐπ' οἰκίας.* Inter PROIECTVM vero et *immissum* hoc interesse Labeo dicebat, quod PROIECTVM esset id, quod ita protenderetur, vt nusquam quiesceret, qualia maeniana et suggrundae essent: *immissum* autem, quod ita fieret, vt aliqoo loco requiesceret, *l. 242. §. 1. D. de verb. signif.* Et ideo PROIICERE et *immittere* separantur in *l. 5. §. 10. D. de nou. oper. nunciat.* Sic PROIECTVM tignorum accipe in *l. vlt. §. vlt. D. de seruit. praed. vrb.* et PROIECTVM *tectum* apud Ciceron. *Topic. Cap. IV.* et PROIECTA in *l. 8. D. de contrab. emt. l. vlt. §. penult. D. quod vi aut clam. l. 3. §. 5. et §. 6. D. vti possidet.* PROIECTIO supra vicini solum *ibid.* Vetus Glossar. Graecum: PROIECTVM, *τὸ ἐξέχον ὥστε ἐπιτίθεσθαι αὐτῷ ἐξώστην.*

PROIICERE, est protendere aliquid extra tectum, vt maeniana. PROIICERE in nostrum: *l. 5. §. 10. D. de oper. nou. nunciat.* Vnde PROIICIENDI sequitus, est ius proiiciendi supra vicini solum, et vt Theophil. *ad §. 2. Instit. de actionib.* interpretatur, *δίκαιον τοῦ ὑπερτείνειν ἐξώστην κατὰ τοῦ σοῦ μεσαύλου. ius proiiciendi maenianum in aream tuam. l. 1. l. 2. D. de seruitut. praed. vrb. l. penult. D. si mensor. fals. mod. dixer.*

PROINDE, pro perinde, *l. 15. et l. 29. D. ad leg. Cornel. de fals. l. vlt. §. 2. D. de verb. obligat.* [PROINDE pro similiter, *l. 7. D. de solution.* PROINDE pro exinde, *l. 1. D. de edendo.*] PROINDE ac: *Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. VIII. §. 2.* PROINDE atque. Vlpian. *tit. 1. Regul. §. 12.* (ibi vero legitur perinde. HEIN.)

PROLABI. Res PROLAPSAE: *l. 9. §. 2. D. de damn. infect.* id est, lapsae, vt *ibidem.*

PROLATIO sententiae, id est, pronunciatio. *l. 19. C. ad leg. Iul. de adulter.*

PROLATOR, qui profert quid et producit. [Scripturam PROLATOR adfirmet: *l. vn C. Theod. si certum petat. de chirograph. Lib. II. tit. 27.* Quae ipsa verba habentur qooque *Lib. V. Capitular. Carol. M. et Ludouici Pii Cap. 378. Tom. I. p. 903.* edit. Baluz.] PROLATOR tabulae: *l. 11. §. 8. D. de interrogation. in iur. faciend.*

PROLETARII in lege XII. tabularum quinam dicerentur, Gellius *Lib. XVI. Noct. Attic. Cap. 10.* ita explicat. *Qui in plebe Romana tenuissimi pauperrimique erant, neque amplius, quam mille quingentum aeris in censum deferebant,* PROLETARII *adpellati sunt.* Et paullo post: *Et non capitis censum, sed prosperiore vocabulo a munere officioque prolis edendae adpellati sunt, quod cum re familiari parua minus possent rempublicam iuuare, sobolis tamen gignendae copia ciuitatem frequentarent.* Exstat apud me libellus quidam Eadmundi Anglorum regis, in quo quum de Anglis et oriundis ageretur, ita scriptum est: *Qui quum saepius bello lacessiti se et suos defensarent fortiter: illi vero ignauiae operam dantes, quasi* PROLETARII *ad solam voluptatem domi residerent.* Vnde Remigius in commentariia Martiani Capellae ootat ore suo *vxorios* dictos huiusmodi sceleratos, qui gignendae proli inseruirent. Gellius *Lib. III. Cap. 8. classicus adsiduusque aliquis scriptor, non proletarius.*

PROLIXITAS, diuturnitas. PROLIXITAS temporis: *l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 9. C. de postlimin. reuers.* PROLIXITAS temporum; *l. 3. C. de praescript long. temp.*

PROLIXVS, A, VM. longus, diuturnus. PROLIXAE aetatis homines: *l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* PROLIXIORIA temporis spatium: *l. 45. §. 10. D. de iur. fisc.* ¶. 2. PROLIXVS, amplus. [PROLIXA stipendia: *l. 22. C.*

C. *Th. de palatin. sacrar. largition. Lib. VI. tit. 30.*] PROLIXIOR tractatus: *l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebell.*

[PROLVERE. PROLVENDI pauimenti caussa: *l. 28. D. de seruit. praed. urban.*]

PROLVSORIVS. PROLVSORIVM iudicium, pro cullosorio et per collusionem facto, in *l. 14. D. de adpellation.* Quod verbum alibi hac notione vix inuenias. V. C. Duker. *de Latin. veter. iurisconf. p. 408.* HEIN.

PROLYTAE, dicebantur iuria studiosi, qui quartum studiorum annum transegerant. *Constit. omnem reip. §. 5. ad Antecessor.* non LORITAE aut COLORITAE, vti habet Accursius, nec COLOSITAE, vti Constantin. Landus *Exercitat. p. 1391. Tom. III. Thesaur. iur. ciuil.* HEIN.

PROMERCALIS, E. venalis. PROMERCALES res; *l. 4. §. 2. D. de pen. legat. l. 10. D. de impens. in res dotal. fact.* et apud Colomell. *Lib. I. Cap. 8. et Lib. XI. Cap. 1.* Sueton. *in Iulio Cap. 54.*

PROMERCIVM, pro commercio. Et ita PROMERCII caussa haberi dicuntur, quae in hoc habentur, vt veneant: *l. 3. §. 4. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 41. §. 5. D. de legat. I. l. 2. D. de vi publ.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 23. §. 13.* Hoc verbum iurisconsultis proprium videtur, nec a quoquam praeter hos vsurpatum; nisi id fuerit in SC. sub Hadriano facto, de quo in *l. 41. §. 1. D. de legat. I.* et Casaubon. *ad Spartian. Hadrian. Cap. XVIII.* Vid. Cl. Duker. *de Latinit. veter. iurisconsult. pag. 364.* HEIN.

PROMERE. [PROMERE consensum: *l. 49. princ. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Coacta PROMERE largitate, pro donare, *l. 6. C. Theod. de iis quae administr. Lib. VIII. tit. 15.* PROMTAE dudum diualis legis discrimen, id est, latae, *l. 74. C. Theod. de decurionib.*] PROMERE scripturam; *l 1. C. de solut. et liberat.* [PROMERE sententias; *l. 8. princ. C. Theod. de infirmand. his, quae sub tyrann. Lib. XV. tit. 14.* Quum iam coeperit PROMI sententia: *l. 1. C. Theod. de Episcop. iudic. Lib. XVI. tit. vlt.* PROMENDAE indictionis tempus: *l. 8. C. Th. de extraord. muner. Lib. XI. tit. 16.* Debitae vltionis acrimonia, quae erga sacrilegos iure PROMENDA est: *l. 5. in fin. C. de sacros. eccles. l. 40. C. Theod. de Episcop. Lib. XVI. tit. 2.*]

PROMERERE, et PROMERERI, merere. *l. 20. D. de manumiss. testam.* PROMERERI officio debito: *l. vlt. C. de alien. lib.* [PROMERERE canonia releuationem: *l. 5. C. Theod. de conlat. donat. Lib. XI. tit. 20.*]

PROMISCERE, confundere. PROMISCERI ceteris creditoribus: *l. 3. §. 1. D. de separat.*

PROMISCVE appellare; *l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* PROMISCVE vti, *l. 4. §. 2. D. de pen. legat.* id est, communiter, *l. 1. §. vlt. D. de adquir. poss.*

PROMISCVVS. PROMISCVA conditio dicitur *l. 11. §. 1. D. de condit. et demonstrat.* Non PROMISCVAE conditiones: *l. 11. §. vlt. D. eod. tit.* PROMISCVA facultas: *l. 14. §. 5. D. de muner. et honor.* [PROMISCVA generalitate decernimus, in *l. vnic. C. Th. ne in sua caussa quis iud. Lib. II. tit. 2.* Idem ac generali lege, quod reposuit Tribonianus in *l. vnic. C. eod. tit.*] PROMISCVAE vtilitates: *l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* PROMISCVVS vsus: *l. 17. C. de furt. l. 9. D. de vsu et habit.* PROMISCVI vsus: *l. 45. l. 49. §. 2. D. de legat. III. l. 17. C. de furt.* [Plures locos congessit Cuiac. *ad Paull. Lib. XXX. ad Edict. l. 17. §. 2. D. de instit. act.* quos luculenta explicatione declarauit.]

PROMISSIO. PROMISSIONIS verbum et ad nudam promissionem siue pollicitationem et ad sponsionem refertur. *l. 19. §. 1. D. de aedilit. edict. l. 1. C. de iur. dot. l. 1. §. 4 D. de constit. pecun. l. 132. D. de verbor. obligat.* PROMISSIO dotis: *l. vlt. princ. D. de dol. mal. except. l. 98. princ. D. de solution. l. 19. D. de obligat. et action.*

PROMISSOR adpellatur, qui stipulanti spopondit, *l. 15. §. 1. l 34 §. 1. D. de solution. l. 49. §. 1. l. 62. l. 82. §. vlt. D. de verb. obligat. l. 30. D. de fideiussor.* PROMISSOR: *l. 15. §. vlt. D. de vsucap. l. 2. D. de verb. obligat. l. 5. §. vlt. D. de damn. infect.* PROMISSOR serui: *l. 72. §. vlt. D. de solution.* Stichi PROMISSOR; *l. 73. §. 2. D. de verb. obligat.*

PROMISSVS, VS, promissio. Ex PROMISSV meo: *l. 18. §. vlt. D. de deposit.*

PROMITTERE, polliceri, ad stipulationem spondere. PROMITTERE dotem: *l. 41. princ. §. 1. et §. 3. et §. vlt. D. de iur. dot.* videlicet per stipulationem. Vlpian. *tit. VI. Regul. §. 1. et 2.* Quibus ita PROMISSA: *l. 9. D. de castrens. pecul.* Si scriptum in testamento fuerit, PROMISISSE aliquem, perinde habetur, atque si interrogatione praecedente responsum sit: *§. 17 Instit. de inutilib. stipulat.* ¶. 2. PROMITTIT et Praetor, veluti bonorum possessionem, *l. 2. l. 4. princ. et §. 12. D. vnde cognat. l. 3. D. de collat. bonor.* PROMITTI bonorum possessio: *l. 3. §. 1 D. de Carbonian. edict.* ¶. 3. PROMITTERE aliquando ponitur pro repromittere, vt *in l. 8. §. 3. D. de oper. nou. nunciat. l. 10. D. de damn. infect.*

[PROMOTI, in *l. 1. C. de fals. monet. l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 21. l. 2. C. Theod. de curs. publ. Lib. VIII. tit. 5. l. vn. C. ad leg. Iul. de ambit. l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 26.* et apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXXI. p. 495.* sunt, qui et in officiali, et in armata militia ad gradum aliquem promoti, adeoque munificibus, id est, gregariis, contrarii sunt, definiente Iac. Gothofredo *Comment. ad l. 2. C. Th. de fals. monet.* Differunt a beneficiariis, vt genus a specie: quum omnes beneficiarii quidem promoti sint, sed non vicissim omnes promoti etiam beneficiarii, sicut contra Cuiacium, qui eosdem esse putabat, ostendit laudatus Gothofredus.] Vnde intelligitur, quid sit

[PROMOTIO. Qui alios PROMOTIONIS tempore et codicillorum adeptione praecesserit, eum loco (sic enim emendandum ex Cod. Theod.) volumus esse potiorem: *l. 1. C. de praefect. praetor. Lib. XII. tit. 4.* et *l. 1. C. Theod. eod. tit. Lib. VI. tit. 7.* PROMOTIONIS ordo custodiendus est, vt primus in officio sit, qui prior fuerit in consequendo beneficio principali: *l. 1. C. Th. de diuers. offic. Lib. VIII. tit. 7.* PROMOTIONIS codicilli atque chartulae: *l. 1. §. 7. C. de offic. praef. praetor. Afric.* PROMOTIONES honestae: *l. 14. C. Theod. de decurionib. Lib. XII. tit. 1.*] ¶ 2 [PROMOTIONE accusationis confidere, insolens loquutio, in *l. 4. C. Theod. de famos. libell. Lib. IX. tit. 34.* idem significans, ac fiduciam accusandi gerere, vt loquitur *l. 2. C. Th. eod. tit.* adeoque certo persuasum habere, se posse accusationem probare. Vid. Iac. Gothofred.]

PROMTVARIVM, penus. *l. 4. §. 1. D. de pen. legat.*

PROMTVS. In PROMTVM contradictio est: *l. 72. §. 1. D. de solution.* In PROMTV esse: *l. 19. D. de adquir. possess.* In PROMTV est dicere; *l. 10. §. vlt. de captiu. et postlim.*

PROMTVS, paratus. PROMTVM est: *l. vlt. D. de adimend. legat.* PROMTAM probationem habere: *l. 1. C. quando prouocat. non est necess.*

PROMVLGARE, publicare, PROMVLGARE sententiam: *l. 3. C. de funer.*

[PROMVLSIDARIVM in *l. 19. §. 10. D. de aur. arg. leg.* vas est, in quibus promulsis ponitur. Turneb. *Lib. XXVIII. cap. 23. Aduersarior.*]

PROMVTVVM, est quasi mutuum, mutuum tacitum, quod prorogatur er in antecessum datur: Graeci προχρείαν vocant. *l. 40. §. 5. D. de statuliber. l. 15. §. 6. D. locat.* si modo lectio integra est. [Vid. Fabroti *Enarrat. ad Cuiac. Paratitl. C. de condict. indeb.*]

[PRONEPOS: *l. 11. C. de suis et legit. liber. l. 8. C. Theod. de legitim. liber. Lib. V. tit. 1.* Donationes circa filium filiamue, nepotem neptemue, PRONEPOTEM PRONEPTEMVE, celebratae: *l. 9. C. de reuoc. donat.* PRONEPOTES sexus vtriusque: *l. 9. in fin. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.*]

PRONVNCIARE, palam et aperte exprimere est. *l. 11. §. 18. D. de action. emt. l. 1. l. 31. §. 1. D. de aedilit. edict. l. 69. §. 1. D. de euiction. l. 15. §. 1. D. de statuliber.* quibus in locis venditores conditionem rei, quam vendunt, PRONVNCIARE dicuntur. Eadem significatione Latini auctores PRONVNCIANDI verbo vtuntur pro palam aliquid pollicitum et promissum significantes. Sic: PRONVNCIARE *numos*, apud Sueton. *in Iul. Cap. XIX.* PRONVNCIARE *epulum*, apud eumd. *in Iulio Cap. XXV.* PRONVNCIARE *donatiuum militibus*, *in Galba Cap. XVI.* PRONVNCIARE *tesseras*, *in Domitian. Cap. IV. extr.* PRONVNCIARE *praemia militibus.* Liuius *Lib. II.* ¶ 2. PRONVNCIARE praeterea sententiam ferre significat, idque sollemne in sententiis ferendis verbum erat, vt *Lib. II. de form. Pop. Rom.* probauimus. *l. 59. §. 1. l. 60. D. de re iudicat. l. 37. D. de aur. argent. legat.* PRONVNCIASSE autem et statuisse dicimus eos, qui ius habent cognoscendi: *l. 215. D. de verb. signif.* Vet. Glossar. Graec. PRONVNCIARE τὸ ἀπόφασιν δοῦναι τῆς δικαίας. PRONVNCIARE de adpellatione: *l. 1. §. 1. D. nihil innouar. pendent. adpell.* Ex adpellatione PRONVNCIARE: *l. 25. D. pro socio.* Quoties iniusta adpellatio PRONVNCIATVR: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 37. §. 1.* PRONVNCIATVM aduersus eum: *l. 122. §. vlt. D. de verb. obligat.* PRONVNCIARI calumniatores: *l. 6. C. de calumniat.* Per collusionem PRONVNCIATVS: *l. 4. D. de collus. detegend.* PRONVNCIARE contra vel secundum aliquem: *l. 50. §. 1. D. de legat. I.* PRONVNCIARE contra aliquem: *l. 3. §. 3. D. de reb. eor. qui sub tutel.* PRONVNCIATVM contra: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 33. §. 2.* PRONVNCIASSE contra constitutionem: *l. 1. C. ad leg. Iul. maiest.* PRONVNCIATVM est: *l. 53. D. de manumiss. testam.* PRONVNCIATVS exheredatus: *l. 12. §. 3. D. de bon. libertor.* PRONVNCIATVM falsum testamentum: *l. 47. D. de manum. testam. l. 4. C. de bonor. possess. contra tabul.* Falsi PRONVNCIATI codicilli: *l. 1. C. de fideicomm. libertat.* PRONVNCIATVM fideicommissum sine scriptura: *ibid.* PRONVNCIATVS heres, patronus, filius, libertus, seruus dicitur, qui talis iudicatus, et per sententiam declaratus est. *l. 9. §. 1. D. de in ius vocand. l. 8. D. de his, quae vt indign. l. 8. C. de sentent. et interloquut. l. 11. D. de admin. et peric. tutor. l. 29. in fin. D. de liberal. causs.* PRONVNCIARE heredes: *l. 25. D. qui testam. facer. poss.* PRONVNCIATO indigno herede: *l. 8. D. de his, quae vt indign. aufer.* PRONVNCIAVIT imperator: *l. 38. D. de fideicomm. libert.* PRONVNCIATVS ingenuus: *l. 3. l. 4. D. de collus. deteg. l. 1. D. de ingen. l. 8. §. 5. D. mandat. l. 58. l. 67. D. de condict. indebit. l. 4. D. de accusat.* PRONVNCIATVM inofficiosum testamentum: *l. 4. C. de inoffic. testam.* PRONVNCIARE iudex dicitur, *l. 1. D. quae sentent. sin. adpellat. l. 1. C. de codicill. l. 35. D. de adquir. possess.* PRONVNCIATVM de iure: *l. 35. D. de action. emt.* PRONVNCIATVS liber: *l. 4. l. 27. D. de liber. causs.* PRONVNCIATA libera: *l. 25. C. de euiction.* PRONVNCIARE de libertate: *l. 47. §. 2. D. de fideicomm. libert.* PRONVNCIATVS modus: *l. 69. §. vlt. D. de euiction.* PRONVNCIAVIT praeses: *l. 19. D. de fideicomm. libert.* PRONVNCIAVIT praetor: *l. 5. l. 20. l. 22. §. vlt. l. 26. §. 7. D. de fideicomm. libert.* PRONVNCIATVM recte vel perperam: *l. 8. §. 4. D. si seruit. vindicet.* PRONVNCIARE rem dominii mei esse: *l. 6. §. 2. D. de confess.* PRONVNCIARE secundum aliquem: *l. 5. C. de petit. hered.* PRONVNCIATA serua: *l. 10. C. de iniur.* PRONVNCIATVS est seruus: *l. 23. D. de manumission. l. 31. C. de liber. causs. l. 19. D. qui et a quib. manum.* PRONVNCIATVS non esse seruus: *l. 5. C. de ord. cognit.* ¶ 3. PRONVNCIARE etiam in scena actores dicuntur, *l. 1. D. de his, qui notant. infam.* Plinius *Lib. VII. cap. 48.* *Luceia Mima centum annis in scena* PRONVN-

CIA-

PRO.

CIAVIT. Sueton. *in Caligul. Cap. LIV. Vt ne publicis quidem spectaculis temperaret, quo minus et tragoedo* PRONVNCIANTI *concineret.*

PRONVNCIATIO, loquutio. PRONVNCIATIO sermonis: *l. 195. D. de verb. signif.* Ex ipsa PRONVNCIATIONE adparet: *l. 74. D. de verb. obligat.* ¶. 2. PRONVNCIATIO pro sententia; *l. vn. C. Theod. de offic. praefect. praet. Lib. I. tit. 5.* PRONVNCIATIO condemnationis: *l. 1. §. vlt. D. ad SC. Turpillian.* PRONVNCIATIO iudicis: *l. 1. D. de re iudicat. l. 37. D. de excusation.* PRONVNCIATIONIS verba: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpillian.*

PRONVRVS, est oepotis et pronepotis vxor: *l. 50. D. de verb. signif.* προνύμφην Graeci interpretantes vocant. *l. 8. §. 4. D. de legat. praestand.* Ouid. *Heroid. epist. XVII. v. 206.*

PRONVS. PRONIOR esse debet praetor: *l. 7. §. 2. D. de reb. eor. qui sub tutel.* PRONIOR ad lenitatem: *l. 11. D. de poen.*

PROPAGARE vineas: *l. 12. D. de impens. in res dotal. fact.* PROPAGARE vites: *l. 3. D. eod. tit.* ¶. 2. [PROPAGARE aliquando est extendere. PROPAGARI ad eum debet vltio feueritatis congruae: *l. 3. C. Theod. de iurisd. Lib. II. tit. 1.* Olim PROPAGATAE legis ordinem salubri rursus imperio PROPAGAMVS, id est, publicamus, *l. 1. princ. C. Th. de episcop. iudic. Lib. XVI. tit. vlt.* Vid. Gothofred. *Comment.*]

☞ PROPAGATIO. PROPAGATIONES facere: *l. 24. §. 3. D. locat.* Recte hoc verbum vsurpauit Paullus, neque, vt putat rigidus Latinitatis iurisconsultorum censor, pro *propagine* dixit. Sed eo sensu, quo Cato *de re rustic. cap. LII.* et Columella *de arboribus Cap. VII.* Vid. saepe laudat. Dukerus *p. 398.* HEIN. Vet. Glossar. προκατορυγμός.

PROPAGO. Fest. Pomp. PROPAGES, PROPAGINES *a propagando, vt faciunt rustici, quum vitem vetulam supprimunt, vt ex ea vna plures faciant.* [PROPAGO generis sui, id est, pater ac mater, frater ac soror, filius ac filia, nepos ac neptis, succedat his, qui quum essent Christiani, idolorum se superstitione impia maculauerint. *l. 6. C. Theod. de apostat. Lib. XVI. tit. 7.*]

PROPE est, loquutio iorisconsultis familiaris, quae licet dubitationis speciem habeat, adfirmat tamen et definit. *l. 9. D. de fideicommiss. libert. l. 95. §. penult. D. de solut. l. 71. §. 3. D. de condit. et demonstr. l. 5. §. 6. D. de re militar. l. 118. pr. D. de verb. oblig. l. 18. §. 1. D. de stipulat. seruor.* PROPE est, vt: *l. 19. §. 1. D. ad SC. Velleian.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 26. §. 2.* et in *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. IV. §. 12.* Sic et PROPIVS, vt infra dicemus: PROPE furtum est: *l. 67. D. de furt.* Eadem PROPE *iorsa* est: *l. 9. §. vlt. D de contrah. emtion.* PROPE confinium: *l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. dom.* Vt PROPIVS accedamus: *l. 13. D. de reb. dub.* ¶. 2. PROPIOR temotiori opponitur. PROPIOR gradus: *l. 1. D. ad leg. Iulia repetund.* PROPIORIS gradus liberi: *l. 11. C. de quaestion.* PROPIOR gradus et vlterior opponuntur, in *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XVI. l. §. 2.* ¶. 3. PROPIVS *sobrino*, PROPIVS *sobrina*, hi sunt patrui magni, amitae magnae, auunculi magni, materterae magnae, filios, filia, hoc est, patris matrisue eius, de cuius cognatione quaeritur, consobrinus, consobrina, siue frater patruelis, vel amitinos, vel amitina. *l. 1. §. vlt. l. 2. D. de gradib. et adfin. §. 5. Instit. de gradib. cognat.* Paullus in *l. vlt. D. de grad. et adfin.* patrui magni filius, ait, ei, de cuius cognatione quaeritur, PROPIVS *sobrino* vocatur. Nam, vt et Massurius ait, eum quis adpellat PROPIVS *sobrino*, qui est patris matrisue consobrinus aut consobrina. Similiter Festus *Lib. XIV.* PROPIVS *sobrino*, ait, *mihi est consobrini mei filius, et consobrinae meae filia, et patris mei, matrisue meae consobrinus.* Imperator in *l. 2. C. vnde legitimi priorem sobrinum* interpretatur, *natum ex consobrina.* Et ita in *l. 2. C. commun. de successionib.* in veteri codice *propiori sobrino* scriptum est, licet impressi PROPIVS habeant. In Theophilo vero mendose πρόπριος κονσοβρῖνος legitur.

¶. 4. PROPIVS et longius tempus opponuntur. *l. 17. D. de pact. dotal.* PROPIORE tempore: *ibid.* ¶. 5. Dicunt etiam iurisconsulti PROPIVS *est*, pro magis est. *l. 140. D. de verb. obligat. l. 18. D. de in rem verf. l. 31. l. 38. in fin. D. de action. emt. l. 54. in fin. D. de hered. instit. l. 67. D. de iur. dot. l. penult. §. 10. D. de iur. immunit. l. 124. D. de legat. I. l. 1. §. 3. D. quod vi aut clam. l. 29. D. de vsucap. l. 5. D. de precar. l. 125. D. de verb. signific. l. 23. D. ad SC. Trebell. l. 25. l. 32. D. de reb. credit. l. 36. §. vlt. D. mandat. l. 44. D. de donat. int. vir. et vxor.* Vtuntur in eodem sensu voce PROPEMODVM, *l. 6. D. vt in possess. legator. l. 113. D. de verb. obligat. l. 18. D. rem rat. haber. l. 88. D. de verb. signif.* PROPIVS est vt existimem: *l. 67. D. de iur. dot. l. 14. in fin. D. de adquir. rer. domin. l. 140. D. de verb. obligat.*

PROPENSVS. PROPENSIOR animus: *l. 14. D. de manumiss. vindict.* PROPENSIOR adfectus: *l. 3. in fin. D. quod fals. tutor. auct.* PROPENSIORE ira: *l. 2. §. D. ad leg. Iul. de adulter.* PROPENSIORES esse: *l. 47. D. de obligat. et action.*

[PROPERANTISSIME, citissime. PROPERANTISSIME ad comitatum nostrum volumus adferri. *l. 8. princ. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.*]

[PROPERARE in parentia aut filii fata. *l. vn. C. de his, qui liber. vel parent. occid. l. vn. C. Th. de parricid. Lib. IX. tit. 15.*]

PROPERE. Nimis PROPERE: *l. 1. C. de exsequut. rei iudic.*

ΠΡΟΠΕΤΩΣ, in *l. 13. in fin. D. de iure-iur.* inconsulto calore significat, vt in *l. 2. C. eod. tit.*

PROPINQVVS. PROPINQVA mors: *l. 3. D. de donation.*

PRO-

PROPONERE. PROPONI dicebantur, quae vt oculis ciuium paterent, in publico proponebantur. Ita PROPONI actiones dicuntur, quoniam in albo scriptas et in edicto praetor in publicum edebat, vt ex *l. 1. C. de interdict. et §. 4. Instit. de action.* patet. PROPONERE actiones praetor: *l. 1. D. de contrar. tutel. act. l. 1. D. de eo, qui pro tut. vel curat.* et PROPOSITA edicto actio: *l. vlt. C. de luit. pignor.* Sic et edicta PROPONI dicebantur. PROPONERE edictum: *l. 6. D. de extraord. criminib. l. 25. D. ad leg. Cornel. de falf. l. 1. D. si famil. furt. fecisse dic. l. 1. §. 1. D. de publican. l. 13. D. de iur. fisc.* PROPOSITVM edictum: *l. 53. l. 54 D. de re iudicat. l. 25. D. ad leg. Cornel. de falf. l. 8. D. de quaestionib.* PROPOSITA edicta: *l. 32. D. ad leg. Cornel. de falf.* PROPONERE exceptionem: *l. 4. §. 33. D. de dol. except.* PROPONERE interdictum: *l. 1. §. 1. D. de superfic. l. 1. D. ne quid in loc. publ. l. 20. D. de oper. nou. nunciat. l. 1. D. de migrand. l. 1. D. vt in flum. public. l. 1. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* PROPONIT interdictum praetor: *l. 1. D. ne quid in flum. publ.* PROPONI interdicta: *l. 1. C. de interdict. l. 1. C. quod legator. l. 1. D. vt in flum. publ. l. 1. §. 17. D. de oper. nou. nunciat.* PROPONITVR interdictum: *l. 1. D. de liber. exhib.* PROPOSITO interdicto: *l. 1. C. de liber. exhibend.* PROPONIT iudicium praetor: *l. vlt. §. D. ne vis fiat ei, qui in possess.* PROPONERE etiam stipulationes praetor dicitur, quae ex ipsius iurisdictione veniunt. *l. 52. D. de verb. obligat.*

¶. 2. PROPONI etiam a iurisconsultis dicuntur, quae a consultoribus referuntur, consilii accipiendi gratia, vt in responsis Scaeuolae saepe: *secundum ea, quae* PROPONERENTVR. Sic et PROPONENDI verbum in *l. 52. §. 2. et l. 76. D. de iudic.* Hinc refer verba: PROPONE, *l. 2. §. vlt. D. de suis et legit. hered.* PROPONAMVS: *l. 1. §. 11. D. ad SC. Tertullian. l. 26. §. vlt. D. de fideicomm. libertat.* Si PROPONAS; *l. 1. §. 1. D. de action. emt. l. 5. D. de iur. dot. l. vlt. D. de tign. iunct. l. 16. §. 9. D. ad SC. Trebell. l. 21. §. 6. D. de furt.* Sed si PROPONAS: *l. 3. §. 5. D. de legat. praestand.* Si mihi PROPONAS: *l. 12. D. de solution.* PROPONI: *l. 3. D. qui testam. fac.* PROPOSVERIT: *l. 46. §. 4. D. de furt.* Nihil PROPONI: *l. vlt. D. de suspect. tutor.* Nihil PROPONI ait: *l. 90. D. de solution.* Si PROPONATVR: *l. 17. §. 7. D. de iniur.* Si duo PROPONANTVR: *l. 90. D. de solution.* Si vt PROPONATVR: *l. 61. D. de fideiussorib.* PROPONEBATVR: *§. Instit. de iur. natur. l. 2. D. de magistrat. conuen. et l. 76. D. de iudic.*

¶. 3. PROPONI etiam dicebantur, quae Imperatoribus prudentibusue in facti specie enarrabantur, proot ex facto acciderant forte. Inde illa: *quum* PROPONIS, *secundum ea, quae* PROPONERENTVR, et *in* PROPOSITO, quae fuisse in Imperatorum rescriptis prudentiumque responsis recepta verba, abunde docui *Lib. III. de Form. pop. Rom. Cap. LXXXVIII.* Sic in PROPOSITA caussa: *l. 87. §. vlt. D. de legat. II* In PROPOSITA quaestione: *l. 9. D. de reb. dubiis. l. 22. D. ad SC. Trebell.* In PROPOSITA specie: *l. 28. D. ad SC. Trebell.* In PROPOSITO et in hac specie: *l. 18. §. 2. D. de stipul. seruor. l. 38. §. 1. D. de solution. l. 9. §. vlt. D. qui potior. in pign. l. 24. D. de praescript. verb. l. 30. D. de action. emt.* Huc refer verba; quod ad PROPOSITVM attinet: *l. 23. D. de liber. et postum.* Sic et PROPOSITIO propositam speciem significat, in *l. 6. D. vt in possess. legat.* PROPOSITA stipulatio: *l. 2. C. de vsur. et fruct.* Item ex stipulatione PROPOSITA: *l. 57. D. de donat. inter vir. et vxor.*

¶. 4. PROPONERE, est proscribere, seu proscriptum habere. Sic: libellum ad aedes PROPONERE: *l. 4. §. 6. D. de damn. infect.* PROPOSITVM habere: *l. 11. §. 2. D. de instit. action. l. 60. §. 6. D. locat.* quod tamen ibi non animaduerterunt interpretes. [Animaduertit tamen iam ante Brissonium Anton. Goueanus *Lib. II. Variar. Lect. iur. ciuil. Cap. 23.*] Sueton in *Caligul. Cap. IV. Vectigalibus indictis atque* PROPOSITIS, et paullo post: PROPOSVIT *quidem legem.*

¶. 5. PROPONERE seruum mutuis pecuniis dandis, *l. vlt. D. quod cum eo, qui in alien. potest.* vt et PROPOSITVS exigendis pecuniis. *l. 66. §. 3. D. de furtis* sed repone *praeponere* et *praepositus.*

¶. 6. [PROPONERE venalia, est exponere. *l. 9. C. de Iudaeis.* PROPOSITA bona, *l. 1. C. Theod. de fisc. debit.* Nec in quibuscumque nundinis interfuerint, vllam ob venditionem PROPONENDAM dare debebunt, veterani scilicet, de quorum priuilegiis agitur. *l. 1. C. de veteran. Lib. XII. tit. 47.* Paullo aliter Codex Theodos. in *l. 2. eod. tit. Lib. VII. tit. 20.* vbi ita legitur: In quibuscumque nundinis interfoerint, nulla PROPONENDA dare debebunt, substantiue accepta PROPONENDORVM voce, pro eiusmodi pensione, quae ob merces publice venum propositas et expositas, nundinarum tempore ciuitati, in qua nundinae celebrantur, solui solet: quemadmodum ibi Iac. Gothofredus fusius exponit.]

PROPOSITIO, propositum. PROPOSITIO animi: *l. 225. D. de verb. signif.* PROPOSITIO *animi* et Cicero dixit *Lib. II. de Inuent. Cap 54* Vid. V. C. Duker. de Latin. vet. *iurisc. p. 386.* HEIN.

¶. 2. PROPOSITIO edicti: *l. 7. D. de iurisdict. l. 4. D. quib. ad libert.*

¶. 3. PROPOSITIO in *l. 6. D. vt in possess. legat.* propositam speciem significat.

PROPOSITVM, pro animi intentione ac deliberatione accipitur. Sic: PROPOSITVM habere: *l. 5. C. de inoffic. testam. l. 4. princ. D. de reb. credit.* PROPOSITVM: *l. 7. D. de iurisdict.* PROPOSITVM est praetori: *l. 17. D de legat. praestand. l. 8. §. vlt. D. de bon. possess. contra tabul.* [Vorax et fraudulentum numerariorum PROPOSITVM: *l. 1. C. de numerar. actuar. Lib. XII. tit. 5.* Probatae fidei et PROPOSITI castioris: *l. 7. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.*] PROPOSITO possidendi: *l. 46. D. de adquir. possess.* PROPOSITO delinquere: *l. 11. §. 2. D. de poen.* PROPOSITVM delinquentis: *l. 53. D. de furt.* In PROPOSITO: *l. 4. D. quib. ad libert. l. 13. D. de action. emt. l. 47. §. 1 D. de hered. instit. l. 61. §. 8. D. de furt. l. 19. D. de testam. milit. l. 57. D. de condit. et demonstr. l. 14. D. de iur. codicill. l. 88. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 95. §. 5. D. de solution. l. 9. C. de castrens. pecul. l. 14. D. de reb. credit. l. 18. D. ad leg. Falcid.* In PROPOSITO interest: *l. vlt. C. qui non poss.* Orto

PRO-

PROPOSITO dominum relinquere: *l. 17. §. 2. D. de aedilit. edict.* licet manuſcriptum exemplar ita habeat, repone *certe.*

PROPRIE, *l. 2. D. de vſufruct. ear. rer. quae vſu. conſum.* id eſt, reuera. PROPRIE et per abuſionem opponuntur: *l. 8. D. de ſuis et legit. hered.* PROPRIE expreſſum, id eſt, ſpecialiter. *l. 2. §. penult. D. de adminiſtrat. rer. ad ciuit. pertin. l. 2. princ. D. de vacat. et excuſat. muner.* [PROPRIE res commodata dicitur, quae ſoli eſt: *l. 1. §. 2. D. commod.* PROPRIE pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit: *l. 9. §. 2. D. de pignorat. act.* Haec PROPRIE donatio adpellatur: *l. 1. princ. D. de donat.*] Cicer. *Lib. V. ad Attic. epiſtol. 2. Cui depoſcenti mea mandata cetera vniuerſa mandauit. Illud* PROPRIE *ne pateretur, quantum in ipſo eſſet, prorogari uobis prouincias.* PROPRIAM etiam pro ſpeciali dixit Paullus in *l. 21. in fin. D. ad municipal. l. 21. D. de oblig. et action. l. 19. princ. D. de praeſcript. verb.*

PROPRIETARIVS, A, VM. PRORIETARIA res: Paull. *Lib. V. Senteut. Recept. tit. 7. §. 3.* Schultingius tamen PROPRIETARII edidit, quamuis ita in Sichardi, Lugdunenſi, Pariſienſi, et Geneuenſi legatur. HEIN.

PROPRIETARIVS, dominus proprietatis. *paſſim in tit. de vſufruct.* et *l. 46. §. 1. D. de furtis.* et fructuario opponitur, *l. 1. §. 1. l. 20. et l. 22. D. de damn. infect. l. 7. §. 4. D. de dol. mal. l. 15. §. vlt. D. de vſufruct.*

PROPRIETAS, ius dominii ſignificat, *l. 34. D. de dolo mal.* Haec *plena* vocatur, ſi ei vſusfructua coniunctus ſit, vel *nuda*, ſi ab ea abſceſſit vſusfructus: *l. 2. D. quib. mod. vſusfruct. l. 71. D. de iur. dot.* PROPRIETATIS tuae ius: *l. 5. C. de diſtract. pignor.* Nudae PROPRIETATIS aeſtimatio: *l. 78. §. 3. D. de iur. dot.* PROPRIETATIS dominus, qui et proprietarius. *l. 15. §. penult. et §. vlt. l. 13. l. 25. §. 1. D. de vſufr. l. 12. D. ad leg. Aquill.* PROPRIETAS mercium: *l. 9. §. 6. D. de adquir. rer. domin.* PROPRIETAS ſolida et plenum dominiom: *l. 26. princ. D. de vſu et vſufr. legat.* PROPRIETAS operarum officialium: *l. 9. §. 1. D. de oper. libertor.* Omnis PROPRIETAS: *l. 54. C. de Epiſcop. et cleric.*

PROPRIVS, A, VM, eſt ſuum cuiusque, vt Non. Marcell. *de varia ſignific. Cap. IV. p. 683. edit. Gothofred* exemplis confirmat. Cicero *Lib. VII. ad Diuerſ. epiſt. 30. Cuius quando te eſſe* PROPRIVM *ſcribis mancipio et nexu, meum autem vſu et fructu, contentus iſto ſum. Id enim cuiusque eſt* PROPRIVM, *quo quisque fruitur atque vtitur.* Reſpondet vero Cicero epiſtolae Curii, *Lib. VII. epiſt. 29.* qua ſcripſerat, χρήσει eſſe Ciceronis, κτήσει δὲ Attici. Ergo inſerens, fructus eſt tuus, mancipium illius. Horat. *Lib. II. Epiſtol. 2. v. 158.*

Si PROPRRIVM *eſt, quod quis libra mercatus et aere eſt.*

Vnde PROPRIVM et alienum opponuntur. *l. 21. D. de condit. inſtitut.* PROPRIA actio vel cautio: *l. 24. §. vlt. D. de minorib.* vbi opponitur praetoris cognitioni, adeo vt propria actio videatur, quae eſt ordinaria. PROPRIA actione obligatus: *l. 30. D. de conſtit. pecun.* PROPRIAS actiones habet, *l. 39. §. 1. D. ad leg. Aquill.* id eſt, ſingulares, ſpeciales. PROPRIAE aedes et communes opponuntur: *l. 32. D. de damn. infect.* PROPRIA et hereditaria bona opponuntur: *l. 15. §. 3. D. ad leg. Falcid.* PROPRIA cauſſa: *l. 38. §. vlt. D. de iur. fiſc.* PROPRIA cauſſa et aliena opponuntur, *l. 1. §. 11. D. quando adpelland. ſit.* PROPRIA cauſſa qoae ſit, quaeri ſolet in tempore adpellationum, quod in propria cauſſa anguſtius et breuius, in aliena laxius datur. Et placuit, PROPRIAM eſſe cauſſam, cuius emolumentum vel damnum ad aliquem ſuo oomine pertinet. *ibid.* Itaque ſi procurator quis in rem ſuam datus ſit, eius PROPRIA cauſſa dicetur. Sed et quicumque ſua intereſſe dicit, PROPRIAM cauſſam defendere intelligitur. *l. 2. §. 1. et §. vlt. D. quand. adpell. ſit.* Sic dicitur PROPRIAM cauſſam acturus, in *l. 3. §. vlt. D. de iur immunit.* PROPRII cognati: *l. 1. D. de inoffic. teſtam.* [PROPRIIS contractibus: *l. 21. C. de donation. inter vir. et vxor.* Ager amiſſa PROPRIA forma: *l. 7. § 5 D. de adquir. rer. domin.* PROPRII fundi, ſeu loca ſui dominii: *l. 10. C. de aedific. priuat.* [PROPRIA iorisdictio, pro ea, quam quis ipſe habet, in *l. 4 princ. D. de offic. eius, cui maudat. iurisdict.* et *l. vlt. C. vbi et apud quem coguit.* vbi iurisdictioni alienae opponi videtur. PROPRIVM ius: *l. 13. C. de teſtam. milit.* PROPRIO iure: *l. 84. D. de hered. inſtit.* PROPRIO iure vti: *l. 10. C. de ſeruit. et aqu.* PROPRIVM ius, id eſt, ciuile, ſeo quod Romanae ciuitati PROPRIVM eſt, *l. 6. D. de iuſtit. et iur.* PROPRIA lex ciuitatis: *l. 21. §. vlt. D. ad municipal. l. 31. §. vlt. D. eod. tit. l. 1. C. de vendend. reb.* PROPRIA lis dicitur procuratoris in rem ſuam dati: *l. 25. §. vlt. D. de procurator.* PROPRIVM negotium gerere, quod alias ſuum: *l. 58. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* Nihil PROPRIVM: *l. 31. D. de offic. proconſul. l. 1. §. 1. D. de offic. eius, cui mandat. iurisdict.* PROPRIO nomine et alieno opponuntur. *l. 1. §. 3. D. de agnoſcend. et aleud. liber. l. 2. C. de his, qui accuſar. non poſſ.* Sic PROPRIO nomine diſceptans: *l. 10. D. de exception.* PROPRIO nomine: *l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid. l. 78. §. 5. D. de legat. III.* PROPRIO nomine et ex perſona heredis opponuntur, *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* PROPRIA et hereditaria ohligatio opponuntur, *l. 10. D. de action. emt. vendit.* PROPRIAM et perſonalem habere obligationem: *l. 95. §. 3. D. de ſolution.* PROPRIVM patrimonium: *l. 3. §. 5. et §. 10. D. de minor. XXV. ann.* PROPRIVM priuilegium: *l. 6. C. de teſtam. milit.* PROPRIVS ſeruus et alienus opponuntur, *l. 21. D. de condit. inſtit.* PROPRIVS ſeruus ad differentiam communis: *l. 1. §. 7. D. de adquir. poſſeſſ.* Alias ad differentiam fructoarii. Vſus, qui tuos PROPRIVS eſt: *l. 10. D. de vſufructuar. quemadm. caueat.*

¶. 2. PROPRIVM, id eſt, ſpeciale, et quod circumſcriptam qualitatem ſpecialiter ſeruat, quodque vnius eſt. Sic: PROPRIAE actiones: *l. 39. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* PROPRIA qualitas: *l. 26. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* PROPRIA poena: *l. 2. C. de noxalib. action.* PROPRIA verborum ſignifi-

significatio: *l. 18. §. 3. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 6. princ. D. de legat. III.* Item proprietas scripturae vel verborum: *l. 2. D. de obligat. et action.* vbi scripturae proprietas est sollemnis stipulatio, in scripturam redigenda: quod in litterarum obligatione fieri solebat. Theophil. *Paraphr. Instit. de litterarum oblig. p. 509.* ῥήμασι καὶ γράμμασι τυπικοῖς, *verbis et litteris sollemnibus.* HEIN. et PROPRIIS nominibus ac vocabulis: *l. 69. D. de legat. III.* Sic PROPRIIS nominibus expressis: *l. 24. D. de religios.* PROPRIVM nomen hominis et PROPRIA adpellatio fundi: *l. 75. D. de verb. oblig.* PROPRIAM pro speciali etiam dixit Paull. *l. 21. in fin. D. ad municip. l. 1. princ. D. de obligat. et act. l. 19 princ. D. de praescript. verb.* ¶. 3. PROPRIVM aliquando est diuturnum et perpetuum, vt et Non. Marcellus notat. Horat. *Lib. II. Sermon. Sat. 6.*

Nihil amplius oro,
Maia nate, nisi et PROPRIA *haec mihi munera faxis.*

[PROPTER, id est, ob, vel alicuius rei caussa. Non de bonis aui, sed PROPTER bona postea vis accessit: *l. 1. §. 14. D. de coniung. cum emancip. liber.* Non ex ipso mandato, sed PROPTER mandatum ex alio contractu nascitur actio: *l. vn. C. si seru. exter. se emi mand.* Pretiom hominis venditi, non ex re, sed PROPTER negotiationem percipitur. *l. 21. D. de hered. vel act. vendit.* Magis PROPTER rem meam, quam ex re mea pecunia datur: *l. 50. in fin. D. de pecul.* Nop in societatem, quamuis PROPTER societatem impensum; *l. 60. §. 1. D. pro socio.* De quibus omnibus eleganter egit Cuiac. in *Papinian. ad l. 54. D. mandati.*] ¶. 2. [PROPTER, pro praeter, in *l. 66. §. 6. D. de legat. I*] ¶ 3. [PROPTER, pro ad, in *l. 1. §. 1. D. ad leg. Falcid.*] ¶. 4. [PROPTER videtur poni positum pro propterea, in *l. 73. D. de procurator.*]

[PROPTEREA quod, pro propter quod, *l. 49. §. 1. D. de fideiussor.*]

PROPVLSARE, tueri se ab aliqua re. PROPVLSARE vim: *l. 1. C. vnde vi.* Vt vim atque iniuriam PROPVLSEMVS; *l. 3. D. de iustit. et iur.*

PROQVIRITARE, verbum fuit XII. tabularum, quod promulgare significabat. Sidon. Apollin. *Lib. VIII. epist. 6. Per ipsum fere tempus vt decemuiraliter loquar, lex de praescriptione tricennii* (sic enim legendum est.) *fuerat* PROQVIRITATA. *Quiritari* vtique in veterum libris, fidem Quiritium inuocare est.

PRORETA, in *l. 11. § 2. D. de publican.* qui proram nauis regit. [Turneb. *Lib. XXVIII. Aduersar. Cap. 43.* PRORETA est, qui in prora ventos aucupatur et captat, et eorum conuersiones dicit in flectendis promontoriis gubernatori, quique rupes scopulosque, ne nauis eis impingatur, prospicit et explorat. Hunc gubernatori oppoit Plautus *Rudent. Act. IV. scen. 3. v. 75.*

Si tu PRORETA *isti naui es, ego gubernator ero.*]

Idem PRORETA videtur, qui *ducator* ab Alfeno vocatur, *l. 29. §. 4. D. ad legem Aquill.* V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. IV. Obseruat. Cap. 17.* HEIN.

PRORITARE, pro irritare. PRORITARIT in se feram bestiam: Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 15. §. 3.* Arnob. *Lib. V. aduers. gent. p. 105. edit. Elmenhorst. Quis est enim mortalium tam pudicis moribus institutus, quem non ad huiusmodi furias deorum documenta* PRORITENT. HEIN.

PROROGARE, est proferre diem. *l. 19. l. 30. D. de legat. I. l. 2. D. de re iudicat. l. 24. D. locati.* Sic PROROGATVS dies: *l. 13. §. 18. D. de action. emt.* PROROGARE tempus: *l. 2. l. 31. D. de re iudicat. l. 15. D. de annuis legat.* PROROGARI tempora: *l. 45. §. 10. D. de iur. fisc. l. 2. D. de iudic.* ¶. 2. PROROGARE aliquando idem valet, quod repraesentare: *l. 3. §. 1. D. de contrar. tutel. et vtil. act. l. 4. §. 1. et §. 5. D. de manum. l. 19. §. 6. D. locati.* (vbi tamen in quibusdam editis *praerogauit* legitur.) *l. 27. C. eod. tit. l. 53. D. de pact. l. 29. C. de decurionib. Lib. X.* Sic: PROROGARE pro colonis: *l. 27. C. de locato et cond.* PROROGARE sumtus: *l. 53. D. de pact.* ¶. 3. PROROGARE, pro procurare. Sic: PROROGANDAE soboli prospicere: *l. 1. C. qui et aduers. quem.* ¶. 4. [PROROGATA iussio, pro ea, quae iam ante rogata promulgata est, in *l. 1. C. de pascuis publ.* Notanda et sequentia: PROROGATA sententia: *l. vlt. princ. C. de Castrensian. et ministerian. Lib. XII. tit. 26.* PROROGATA pittacia: *l. 11. C. Theod. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 4.*]

[PROROGATIO, *l. 2. §. 2. D. de iudic.* qui locus, qoum de iurisdictione agat, notandus est contra Bocerum *Cap. VII. de iurisdict. n. 3.* negantem PROROGATIONIS vocem in iure ciuili de iurisdictione vsurpari.] Vsurpatur quidem τὸ PROROGARI de iurisdictione, idque fortassis nec Bocerus ignorauit: sed tunc idem est, ac proferre diem, quod et ipse Brissonius in *prorogare*, adducta *l. 2. D. de iudic.* obseruauerat. Id modo quaeritur, an recte dicatur *prorogari iurisdictio*, si quis se subiiciat iurisdictioni iudicis incompetentis? Eo enim sensu a veteribus accipi vocabulum, negat etiam Perizonius *Animaduers. Histor. Cap. VI. p. 229.* ac proinde magis Latine iurisdictionem *propagatam* dici posse contendit. Quin ideo emendat locum Liuii *Lib. XLII. Cap. 30.* vbi *imperium propagari* ratione loci dicitur. HEIN.

PROSCENIVM, locus ante scenam est, siue vt Velius Longus *de orthographia p. 2245. edit. Hel. Putschii* [et Seruius *ad Lib. II. Georgic. Virgil. v. 381.* scribunt, *pulpita ante scenam, in quibus ludicra exercentur.* PROSCENIA theatri: *l. 4. C. de spectacul. Lib. XI. tit. 40.*]

PROSCINDERE agrum: *l. 13. §. 2. D. de vsufruct.*

PROSCRIBERE, est palam ac publice proposito libello significare, *l. 11. §. 1. D. de instit. action. l. 34. §. vlt. D. de statuliber. l. 15. §. 32 D. de iniur. et famos. libell. l. 4. C. de distract. pignor. l. 6. C. de fide et iur. hast. fisc. Lib. X. tit. 3.* Sueton. *in Iulio Cap. XLIX. Missa etiam facio Bibuli edicta, quibus* PROSCRIPSIT *collegam suum,* BITHYNICAM REGINAM. Palam autem PROSCRIPTVM id intelligi Vlpianus in *l. 11. §. 1. D. de instit. act.* interpretatur, quod ita positum est, vt de plano legi possit. Sosipater Charis. *Lib. II. Instit. Grammatic. p. 210.* PROSCRIBO *est palam et aperte scriptum propono, vt quum bona alicuius* PROSCRIBO. PROSCRIBI dicebantur ea, quae edicto vel libello proposito denunciabantur. Cicer. *Lib. IX. ad Attic. epistol. 17. Senatum velle se frequentem adesse etiam Formiis* PROSCRIBI *iussit.* PROSCRIPTIONIS autem haec refertur a Theophilo *de successión. sublat. quae fieb. per bonor. vendit. p. 460.* ὁ δεῖνα ὁ χρεωστὴς ἡμέτερος ὑπάρχων εἰς αἰτίαν ἐνέπεσε διαπράσεως. ἡμεῖς κρεδίτωρες ὄντες τὴν τούτου διαπιπράσκομεν οὐσίαν. ὠνητὴς ὁ βουλόμενος προσίτω. *Ille debitor noster in ea caussa est, vt bona eius diuendi debeant. Nos creditores patrimonium eius distrahimus. Quicumque emere volet, adsito.* Add. *Select. Antiquit. Lib. III. Cap. 8.* vbi et de proscriptione vendundorum et locandorum. PROSCRIBERE in pacto conuento: *l. 71. D pro socio.* ¶. 2. [PROSCRIBERE etiam relegare et deportare est. Sic: PROSCRIBI in tempus: *l. 5. C. de metatis. Lib. XII. tit. 41.*]

[PROSCRIPTIO, venditio bonorum a fisco facta. Decursis hastis et PROSCRIPTIONE habita res comparare: *l. 6. C. de fid. et iur. hast. fisc. Lib. X. tit. 3.* PROSCRIPTIONIS tempestate totius substantiae aliquem percellere, nulli iudicum liceat: *l. vn. C. ne sin. iussu princ. cert. iud. lic. confisc.* Tristi PROSCRIPTIONIS tempestate percellere: *l. vn. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 41.*] ¶. 2. [PROSCRIPTIO etiam deportationem significat, in rubr. et *l. 7. l. 9. princ. et §. vlt. D. de bon. proscriptor.* vt et in *rubr. et l. 1. 5. 7. 11. 12. 13. 15. 17. 18. 20. C. Th. eod. tit. Lib. IX. tit. 41. l. 42. l. 51. 56. 63. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5*]

PROSEQVI, sequi est. PROSEQVI cadauer: *l. 3. D. de in ius vocand.* PROSEQVI custodiam, Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 31. §. 2.* PROSEQVI *legatis.* Iul. Capitolin. *in Antonino Pio, Cap. XIII.* id est, legatis honorare. Sic et apud Sueton. *in Claud. Cap. III. et V. legato* PROSEQVVTVS.

PROSEQVVTORES, secundum scriptorum codicum scripturam non *persequutores* legere oportet, in *l. 9. C. de curs. publ. Lib. X. et l. 1. cum rubr. C. de auri publ. persequut.* Quod confirmat *l. 12. C. Th. de susceptor.* Adpellantur autem hoc nomine, qui ad transmissionem transuectionemque publicarum specierum animalia principum vsui necessaria prosequuntur.

PROSILIRE ad accusationem: *l. 3. §. 14. D. ad SC. Silan. l. 11. l. 15. §. 6. D. ad legem Iul. de adulter. l. 7. D. de accusat.* PROSILIRE ad maleficia: *l. 14. C. de poenis.* PROSILIRE ad munus: *l. 7. C. de professor. et medic.*

PROSOCER, est nobis vxoris nostrae auus. *l. 15. §. vlt. D. de act. rer. amotar.* Sic Plinius Fabatum PROSOCERVM adpellat, cuius neptem in matrimonio habebat, vt adparet ex *Lib. VIII. epist. 10.* vid. *Lib. V. epist. 15.* et inscription. *Lib. VII. epist. 16. VIII, 20. et 12.*

PROSPECTVS. In PROSPECTV: *l. 5. D. de oper. nou nunciat.* PROSPECTVI obesse: *ibidem.* Seruitus de PROSPECTV: *l. 12. D. de seruit. praed. vrb. l. 16. D. eod. tit.*

PROSPERE gesta res: *l. 9. D. ad SC. Turpillian.*

PROSPICERE, consulere, et commodo seruire, cauere. PROSPICERE alumno: *l. 71. D. de condit. et demonstrat.* PROSPICERE sibi cautione: *l. 13. §. 2. D. de damn. infect. l. 3. §. 4. D. de adimend. legat. l. 17. D. de heredit. petit. l. 9. §. 4. D. ad exhibend.* PROSPICERE per cautionem: *l. 25. §. 13. D. famil. ercisc.* PROSPICIT arbiter cautionibus: *l. 38. D. pro socio.* PROSPICERE coheredibus: *l. 25. §. 12. D. famil. ercisc.* PROSPICERE compendio suo: *l. 22. §. 5. D. de leg. Cornel. de falsis.* PROSPICERE debet conductor: *l. 11. §. 2. D. locat.* PROSPEXIT constitutio: *l. 4. §. 17. D. de fideicomm libert.* PROSPICI creditori per stipulationem: *l. 11. D. de damn. infect.* PROSPEXIT legislator: *l. 12. D. qui et a quib. manum.* PROSPEXIT lex: Vlpian. *tit. XXIX. Regul. §. 3.* PROSPEXIT lex creditoribus: *l. 27. D. qui et a quib. manum.* PROSPECTVM lege. Vlpian. *tit. XVI. Regul. §. 1.* PROSPICITVR legibus: *l. 1. D. de vi et vi armat.* PROSPICI libertate: *l. 27. D. de fideic. libertat.* PROSPEXIT praetor: *l. 1. D. si ventr. nomin. mul. in possess. l. 1. princ. D. ne quid in flum. publ.* PROSPICERE pupillo in tutore dando: *l. 32. D. de excusat.* PROSPECTVM est Senatusconsulto: Paull. *Lib. IV. Senteut tit. 2. §. 1.* Vlpian. *tit. XXII. Regul §. 5.* PROSPICERE per stipulationem: *l. 1. §. 12. D. ad leg. Falcid. l. 3. §. 8. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.*

PROSTITVERE ancillam: *l. 1. §. 1. D. de in ius vocand. l. 6. l. 9. D. de seru. exportand. l. 56. D. eod. tit.* PROSTITVI mancipia: *l. 1. §. 8. D. de offic. praefect. vrb.* PROSTITVTA meretricio more: *l. 52. C. ad leg. Iul. de adulter.* Nihil interest, ipse abducas et PROSTITVAS, an patiaris PROSTITVTAM esse, pretio accepto, quum possis eximere: *l. 7. D. qui sin. manumiss.* [PROSTITVTA contra legem venditionis, venditorem habebit patronum, si hac lege venierat, vt si PROSTITVTA esset, fieret libera; *l. 10. §. 1. D. de in ius vocand.* Nam vt in lege venditionis aliarum rerum, quaedam excipi solebant, ita in mancipiorum venditione sollemnem fuisse exceptionem: *ne prostituerentur*, patet ex *l. 9. D. de seru. export. l. 56. D. de contrah. emt. l. 34. princ.*

D. de euiction. l. vn. §. 6. C. de Latin. libert. toll. tit. 6. si mancipium ita venier. ne prostituatur. Huc pertinet locus Senecae *Lib. I. controuers. 2. Vendit pirata, emit leno, excipitur nihil.* Hanc enim lectionem Gronouius contra Lipsium vindicat.]

[PROTECTORES describuntur *l. 9. C. Th. de domestic. et protector. Lib. VI. tit. 24.* PROTECTORES deuotissimi, qui armatam militiam sobeuntes non solum defendendi corporis, verum etiam PROTEGENDI lateris nostri sollicitudinem patiuntur, vnde etiam PROTECTORVM nomen sortiti sunt. Ab his separantur *domestici*, seu PROTECTORES *domestici*, *l. 9. l. 1. C. eod. tit. Lib. XII. tit. 17. l. 4. l. 6. l. 7. C. Th. eod. tit.* vbi vid. Gothofred. *Paratitl.* et Guther. *de offic. dom. August. Lib. II. Cap. 15.* PROTECTORVM fabricae meminit *l. 2. C. de fabricensib. Lib. XI. tit. 9.* quos ab aliis distinguit Guther. *Lib. III. Cap. 12.* Sed ioane glossema esse, quod contra veterum et meliorum librorum fidem, *l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. X. tit. 21.* auctoritatem in Iustinianeo additum legitur, ostendit Gothofredus; vbi et illos redarguit, qui *fori rerum venalium* PROTECTORVM nouum genus ex male distincta *l. 10. C. Theod. de erogat. militar. annon. Lib. VII. tit. 4.* commenti sunt, Gotherium forte intelligens, qui inter varios PROTECTORES, quos ipse partim sibi finxit, et hos numerat.]

[PROTECTORIVS. PROTECTORIA dignitate cumulati veterani: *l. 2. C. de veteran. Lib. XII. tit. 47. l. 5. C. Theod. eod. tit. Lib. VII. tit. 20.* Ambire ad honores PROTECTORIAE dignitatis: *l. 2. C. Th. de testim. ex tribun. et protector. Lib. VII. tit 21.*]

PROTECTVM, est proiectum tectum ad arcendas imbrium iniurias. *l. 6. in fin. D. arbor. furtim caesar. l. 15. §. 2. D. de precar. l. 5. §. 6. et §. vlt. D. de his, qui effud. l. 2. D. de seruit. praed. vrb.* Vetus Glossar. PROTECTVM *est, cui nulla columna superposita in aedibus adpendet, vel terram etiam attingat.* PROTECTVM supra domum alienam: *l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquill.* PROTECTVS tignorum et rigor stillicidii: *l. vlt. §. 1. D. de seruit praed. vrban.* PROTECTVM recidere; *l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquill.*

PROTEGERE, tueri, defendere. PROTEGERE caussam: *l. 3. C. de in lit. dand. tutor.* PROTEGERE dominum: *l. 1. §. 37. D. ad SC. Silan.* PROTEGERE filios: *l. 6. C. de suspect. tutor.* PROTEGERE fratris filios: *l. 5. C. de excusat. tutor.* PROTEGI iura rationibus: *l. 1. C. de vacat. publ. muner.* Qui praepositum suum non PROTEXIT: *l. 6. §. vlt. D. de re milit.* PROTEGENDAE pudicitiae: *l. 39. D. ad leg. Iul. de adulter.* PROTEGENDAE rei suae caussa: *l. 44. D. de iur. fisc.* PROTECTVS status; *l. 7. C. ne de statu defunct.* ¶. 2. PROTEGERE, protectum habere. Sic: PROTEGERE aedes, apud Ciceron. *Topic. Cap. IV.* PROTEGENDI seruitus, *l. 1. l. 2. D. de seruit. praed. vrban.* ius est, vt *protectum* habere liceat: *l. 2. D eod. tit.*

PROTELARE, in *l. 4. princ. D. de seruit. praed. vrb.* Idem verbum est in *l. 4. princ. D. de damn. infect. l. 2. §. penult. D. de iudic. l. 13. §. 1. C. de iudic. l. 29. C. de iur. deliber.* Probum illud est, et Latinum, si pro propellere vel proturbare ponitur: at omnibus his locis accipitur pro differre vel prorogare. De ea notione vid. Cort. *ad Sallust. de bello Catilin. Cap. XLIII.* Duker *de Latinit. iureconf. p. 331.* et V. A Corn. van Bynkersh. *Obseru. Lib. VIII. Cap. 19.* HEIN.

PROTESTARI, testari est. *l. 14. §. 8. D. de religios. et sumt. funer. §. 1. prooem. Instit.* Ad PROTESTANDAM fidem: *l. vlt. D. de institor. action.* Si PROTESTATA est mater: *l. 34. D. de negot. gest.*

PRO TESTIMONIO vacillare, id est, in testimonio: *l. 15. pr. D. de quaestionib.*

PROTHYRVM, quod in aedibus fieri solet, aedium esse, Labeo scribit, *l. 245 D. de verbor. signif.* An vero id monere operae pretium fuit? quaerit Salmasius *ad Scriptor. Histor. August. p. 155.* Putat ergo Pomponium scripsisse πρόφορον, vel Latine PROPHYRVM, idque Tribonianum mutasse in PROTHYRVM. PROPHORVM autem interpretatur *proiectum*, vel maenianum. Quid vero, si quis et hic quaereret: an vero id monere operae pretium fuit? Nihil ergo opus emendatione. Facilius dubitari potuit, an περίεργα forium, veluti statuae, colossi, cippi, clathra pars aedium sint, quam an proiecta et maeniana aedibus accenseri debeant. HEIN.

[PROTINVS, sine vlteriore disquisitione. *l. 1. C. de pagan.*]

PROTOCOLLVM, vt ex *Nouell. XLIV. Cap. vlt.* patet, significat notam seu scripturam chartis impressam, quae vnam eamdemque formam non habebat. Nam quarumdam chartarum PROTOCOLLVM praepositam non habebat inscriptionem, quae sub quo comite sacrarum largitionum, quo tempore, et a quo praeparatae fuissent chartae indicabat. Aliae alias et diuersas continebant adnotationes. Atque in vrbe quidem Constantinopolitana, in qua prioris generis chartarum copia erat, vetat Iustinianus in mundum redigi instrumenta in aliis chartarum generibus. Similes itaque hae chartae quodammodo fuerunt nostris signatis, vel typario publico notatis, quas vulgo apud nos vocant *Stempel-Papier.* Quum vero haec nota primae paginae imprimebatur, quae veteribus erat πρωτόκολλον, tota id nomen ferebat. Alioquin in libris primum folium, cui nomen auctoris, locus, tempus, inscribebatur, vocabatur πρωτόκολλον, quemadmodum postremum ἐσχατοκόλλιον. Martial. *Lib. II. epigr. 6.*

I nunc, edere me iube libellos,
Lectis vix tibi paginis duabus,
Spectas ἐσχατοκόλλιον, Seuere.

Alibi *summam schedam* vocat idem poeta, *Lib. IV. epigr. 91.*

Ohe, iam satis est, ohe, libelle,
Iam peruenimus usque ad vmbilicos,

Tu procedere adhuc et ire quaeris,
Nec summa potes in scheda teneri.

in *summa scheda*, id est, ἐν τῷ ἐσχατοκόλλῳ. Add. Claud. Salmas. ad Scriptor. Hist. August. *p.448.* HEIN.

PROTOSPATARIVS, officium fuit in aula Constantinopolitana, cui qui praeerant, iudicandi munere fungebantur. Meminit eius Constant. *Lib. I. epistolar.* non semel, et Luitprandus *Lib. III. de reb. per Europ. gest. Cap. 7.* Paull. Warnefrid. *Adpendic. ad Eutrop. Lib. vlt. et Notitia Graeca*, et Zonaras *Tom. III. Annal. p. 184.*

PROTOSTASIA. PROTOSTASIAE munus: *l. 8. C. de munerib. patrimon. l. 3. C. de filiisfam. et quemadm. pro his pat. Lib. X. et tot. tit. C. Theod. de prostas. Lib. X. tit. 23.* [PROTOSTASIAM autem fuisse principalem et summam tributorum curam in singulis municipiis et territoriis per orientem, periculo PROTOSTATAE, Iac. Gothofred. *in Comment. p. 168.* tradit.]

[PROTOTYPIA, monus, cuius mentio fit in *l. 3. C. Th. de priuil. eor. qui in sacr. palat. Lib. VI. tit. 35. l. 7. pr. C. Th. de tironib. Lib. VII. tit. 13. l. 2. C. Th. de protostas. Lib. XI. tit. 23.* occupatum fuisse in aestimatione tironum, seu in adaerandis tironibus et aestimandis, atque adeo in forma pretii pro iisdem statuendi, eamque aestimationem temonarios exactores postea exegisse, notat Iac. Gothofred. *ad l. 2. C. Th. de protostas.* vbi et de differentia PROTOTYPIAE et *protostasiae.* Add. eumd. *ad l. 2. C. Th. de tironib.*]

PROTRAHERE, differre, extrahere. PROTRAHERE exsequutionem: *l. 41. D. de vsur.* Negotium: *l. 6. C. quand. prouocat.* PROTRAHI manumissio: *l. 20. §. vlt. D. de statuliber.* ¶. 2. PROTRAHERE etiam extendere significat. Sic: PROTRAHERE vsqoe ad Graecum sermonem: *l. 1. §. 6. D. de verbor. obligat.*

PRO TRIBVNALI, id est, in tribunali, vt *pro rostris. l. 5. §. 16. D. vt in possess. legat.* vt explicat Diomedes *Lib. I. de arte Grammat. p. 408. edit. Putsch.* Vid. Gell. *Lib. XI. Noct. Attic. Cap. 3.* Sic PRO TRIBVNALI sedere: *l. 7. D. de in integr. restit.* PRO TRIBVNALI respondere: *l. 23. §. vlt. D. de adpellat* PRO TRIBVNALI interpositum decretum: *l. 7. §. vlt. D. de confirm. tut. l. 3. §. 8. D. de bonor. possess.*

PRO TVTELA negotiom gerere, id est, pro tutore. *l. vlt. D. de tutel. et ration. distrab.* PROTVTELAE actio, quae adoersus eum competit, qui PRO TVTORE negotia gessie, quum tutor non esset. *l. 1. l. 4. C. de testam. tutel. l. vlt. D. de tutel. et ration. distrab. l. 1. §. 2. et l. 3. §. 8. D. de contrar. tutel. et vtil. action.*

PRO TVTORE oegotia gerit, qui munere turoris fungitur in re impuberis, siue se putat tutorem, siue scit non esse, fingit tamen. *l. 1. §. 1. D. de eo, qui pro tutor. l. 24. et l. vlt. D. de tutel. et rat. distrab. l. 3. §. penult. D. de contraria tutel. et vtil. action. l. 4. §. 24. D. de doli exception. l. 19 §. 1. D. de reb. auctor. iudic. possidend.* et apud Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 4. §. 8.* Inde PRO TVTELAE actio, de qua supra.

[PROVECTIO, pro promotione, in *l. 31. C. de Episcop. et cleric.*]

PROVIDENTER lex effecit: *l. 1. D. de tign. iunct.*

[PROVIDENTIA diuina: *l. 1. C. de vet. iur. enucleand.*]

PROVIDERE, prospicere. PROVIDEBIT iodex: *l. 5. C. vt in possess. legator.* PROVIDENDVM est eorum nouitati decurionom: *l. 23. C. de decurion Lib. X. tit. 31.* PROVISVM Senatusconsulto: *l. vlt. D. de adsign. libert.* et PROVIDENTIA legis, *alibi.*

PROVINCIA, regio a Romanis bello parta, et in formam prouinciae redacta. PROVINCIA Africa; *l. vlt. §. 20. D. de muner. et honor.* PROVINCIA Asia: *l. vlt. D. de censib.* PROVINCIA Macedonia: *ibid.* PROVINCIA Mauritaniae: *l. 4. C. de institut. et substit.* PROVINCIA Palaestina: *Nouell. CIII. Cap. 2.* Qui PROVINCIAE praeest: *l. 10. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. PROVINCIAM etiam, vt quum dicimus aliquem absentem, qui in aliena est prouincia, accipimus pro iurisdictione et territorio.

¶. 3. [PROVINCIAE etiam verbum officium seu monus, ipsamque prouinciae admioistrationem saepe significat. Plin. *Lib. III. epist. 9. Bona Classici, quae habuisset ante PROVINCIAM, placuit Senatui a reliquis separari.* Inde latius porrecta vocabuli vis de quoois munere vsurpari coepit, eaqoe ratione exactionis et susceptionis PROVINCIA dicitur, *l. 18. C. Theod. de susceptor. Lib. XII. tit. 6.*]

PROVINCIALIS, est non is tantum, qui ex prouinciis oriundus est, sed et qui in prouincia domicilium habet. *l. 190. D. de verb. signif. l. 7. D. de offic. procons. l. 19. §. 3. D. de iudic. l. 10. D. de offic. procons. l. 4. §. 4. D. eod. tit. l. 8. C. de quaestion.* Vetus Glossar. Graecum: PROVINCIALES εἰσὶν οἱ τὴν οἴκησιν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἔχοντες, οὐ μὴν οἱ ἐν αὐταῖς τεχθέντες. PROVINCIALIS creditor: *l. 47. §. vlt. D. de administrat. et peric. tutor.* PROVINCIALIS debitor, et PROVINCIALIS contractus: *l. 47. §. 2. D. eod. tit.* PROVINCIALE edictum: inscripe. *l. 2. D. vnde cognat.* PROVINCIALES functiones: *l. 3. C. de aduocat. diuers. iudic.* PROVINCIALES fundi: *l. 14. C. de praed. minor.* PROVINCIALIS homo: *l. 19. §. 3. D. de iudic.* PROVINCIALES legati, qui a prouinciis mittuntur, *l. 35. in fin. D. de iuretur.* PROVINCIALE praedium: *l. 12. C. de praed minor. l. 2. C. de seruitut. l. 6. D. de oper. nou. nunciat.* Res PROVINCIALES: *l. 111. D. de legat. I. l. 39. §. 7. D. de administr. et peric tutor. l. 19. D. de excusation. tutor.* PROVINCIALIVM rerum tutores: *l. 100. D. de solutionib* PROVINCIALES serui: *l. vlt. C. de aedilit. edict. l. 5. C. de vectigal.*

PROVISIO praesidis: *l. 1. C. sumt. iniuncti muner. Lib. XI. tit. 37.*

PROVOCARE, ad iodicem vocare significat. PROVOCARE iudicem: *l. 6. D. de*

tur. deliber. PROVOCARE ad iudicem, et ad iudicium: l. 13. l. 14. D. de iudic. l. 2. §. vlt. commun. diuid. PROVOCARE apud iudicem: l. 43. D. famil. ercifcund. PROVOCARE ad competentem iudicem, et ad principem: l. 122. §. 5. D. de verbor. obligat. PROVOCARE ad iudicium: l. 33. D. de vsur. l. 63. D. de regul. iur. l. vlt. C. de fund. dotal. l. 24. D. de vsur. l. vlt. C. de vsur. pupillar. l. 2. C. de bonis auctorit. iud. possid. PROVOCARE nouissimum iudicium: l. vlt. C. si quis aliquem testar. probib. PROVOCARE iudicio: l. 3. C. in quib. causs. cess. PROVOCARI iudicio: l. 12. §. 1. D. de condict. furtiu. PROVOCANTES posse per exceptionem doli consequi: l. 25. D. de administ. et peric. tutor. ¶ 2. Vt plurimum autem PROVOCARE est ab inferiori iudice ad superiorem adpellare, vt in l. 4. et l. 6. D. de adpellat. ad iudicium PROVOCARE, in l. 7. §. vlt. D. commun. diuidund. seu iudicem PROVOCARE: l. 7. §. 5. D. commun. diuid. PROVOCARE a decreto: l. 3. C. de excusat. tutor. PROVOCARE aduersus sententias: l. 18. D. de accusation. PROVOCARI iudex: l. 1. princ. et §. 1. D. quis a quo adpell. l. 1. §. 4. D. quando adpelland. ¶. 3. PROVOCARE, pro poscere, flagitare quid. PROVOCARE ad collationem: l. 9. C. de collation. PROVOCARE ad diuisionem: l. 7. princ. D. de reb. eor. qui sub tutel. ad satisdationem: l. 19. D. de testam. tutel. ¶. 4. PROVOCARI etiam ad testimonium, l. 10. §. 1. D. de quaestion. et ad quaestionem, l. 1. §. 3. D. eod. tit. dicuntur, qui quaestioni subiiciendi sunt. ¶. 5. PROVOCARE, pro lacessere, et excitare. [PROVOCAT bos bouem: l. 1. §. 11. D si quadrup. paup. feciss. dicat.] Sic etiam: aduersus se seueritatem PROVOCARE: l. 5. C. de obsequ. patron. praestand.

PROVOCATIO, pro adpellatione. PROVOCATIONEM interponere: l. 18. D. de adpellation. l. 13. §. 3. D. ad leg. Falcid. PROVOCATIONI cedere apud Liuium Lib. II. quod vulgo dicimus deferre adpellationi. Sic idem Lib. VIII. Cap. 33. Videro cessurusne PROVOCATIONI sis, cui rex Romanus Tullus Hostilius cessit?

PROXENETA, intercessor est, cuius interuentu negotia conciliantur, quique nominis faciendi, vel cuiuslibet alterius negotii gerendi caussa operam suam accommodat. l. 2. l. vlt. D. de proxenetic. Senec. Epist. XXI. Aes alienum faciat oportet, sed nolo per intercessores mutueris, nolo PROXENETAE nomen tuum iactent. Credo eos alias ab eodem auctore pararios vocari, vt supra notaui. Inde

PROXENETICVM, id est, salarium, quod proxenetae pro intercessionis opera datur. l. 1. D. de proxenetic.

PROXIMITAS. PROXIMITATIS iure ad successionem venientes ab his, qui agnationis iure veniunt, separantur. l. 5. C. de legit. hered. l. 4. D. vnde cognat. §. vlt. Instit. de success. cognat. PROXIMITATIS enim nomine bonorum possessionem praetor defert his, qui defuncto mortis tempore proximi cognati fuerunt. l. 3. D. vnde cognati. l. 8. D. de suis et legit. hered. §. vlt. Inst. de success. cognat. PROXIMITATIS nomine auunculus: l. 46. D. ad SC. Trebell. Ita PROXIMITATIS nomine bonorum possessionem competentem accipimus, l. 1. C. de legitim. hered. l. 2. C. qui admitti ad bon. possess. l. 1. C. de bon. poss. secund. tab. l. 1. D. de iur. et fact. ignor. Et PROXIMITATIS iure bona peti, l. 46. D. ad SC. Trebell. Quinctil. Lib. III. Cap. 8. Quod accidit, etiamsi de vna re quaeratur aliqua, sed eam plures petant, vel eodem iure, vel PROXIMITATIS, vel diuerso, vt quum hic testamento, ille PROXIMITATE nitatur. Cassiodor. Lib. V. Variar. epist. 24. Si reuera, vt ad nos perlatum est, nullus ei aut testamento heres exstitit, aut PROXIMITATIS iure successit.

PROXIME, id est, nuper. PROXIME Imperator Antonius constituit: l. 57. D. de legat. II. PROXIME constitutum: l. 50. D. de rit. nuptiar. id est, nuper, vt loquitur l. 85. D. de legat. III. PROXIME in cognitione principis dubitatum: l. 3. D. de his, quae in testam. PROXIME respondi: l. 14. D. de his, quae vt indign. PROXIME ex facto incidit species talis: l. 83. D. de legat. II.

PROXIMVS, est quem nemo antecedit, etiamsi solus sit: quamuis proprie proximus ex pluribus dicatur. l. 1. §. D. vnde cognati. l. 2. §. et §. de suis et legit. hered. l. 92. l. 155. D. de verb. signif. Sic PROXIMVS agnatus, id est, is, quem nemo antecedit, l. 3. D. ad SC. Tertullian. Item PROXIMVS agnatus intelligitur etiam solus, quique neminem antecedit. l. 9. princ. D. de reb. dub. Sic in XII. Tabulis, quae PROXIMO agnato hereditatem deferunt. Sic in edicto praetoris, quo PROXIMVM cognatum vocat, PROXIMI adpellatio exaudienda est, §. 5. Inst. de legit. agnator. success. Et alias quoque PROXIMVM accipimus non solum eum, qui ante aliquem sit, sed etiam eum, ante quem nemo sit, licet ipse neminem antecedat, quum solus sit, l. 34. D. de vulgar. et pupill. substit. PROXIMVS agnatus: l. 3. D. de iur. codicill. l. 22. D. de adquir. vel omitt. hered. PROXIMVS cognatus: l. 40. D. de legat. III. l. 9. D. vnde cognati. l. 1. §. 7. D. eod. tit. l. 10. D. de bonor. possess. l. 47. §. vlt. D. de fidei-comm. libertat. PROXIMI cognati: l. 8. C. de relig. et sumtib. funer. PROXIMA necessitudine coniunctus: l. 37. C. de liberal. causs. PROXIMIORIS gradus: Paull. Lib. I. Sentent. tit. vlt. §. 13. PROXIMOS gradus: l. 18. §. vlt. C. de nupt. PROXIMI et vlteriores gradus opponuntur: l. 53. D. de rit. nuptiar. PROXIMVS heres: l. 17. D. quod met. causs. PROXIMA persona: l. 10. C. de legatis. [PROXIMI, id est, vltimi, l. 3. §. 4. D. de suis et legitim. hered.] ¶. 2. PROXIMVM etiam vicinum, adfine et simile significat, vt in l. 2. D. locati et princ. Inst. eod. tit. Locatio conductio, aiunt Caius et Iustinianus, PROXIMA est venditioni, id est, vt interpretatur Theophilus, ἔοικε τῇ πράσει. Sic furioso PROXIMVM esse, Caius ait eum, qui eius aetatis est, vt nondum intelligat, quid agatur.

et

et qui non multum a furioso abest. Sic et PROXIMVM sacrilegio esse maiestatis et sepulcrorum violatorum crimen, Vlpianus et Iulianus dicunt in *l. 1. D. ad leg. Iul. maiest. l. 5. C. de sepulcr. viol.* PROXIMAM emti in factum actionem dari, ait Paull. in *l. 6. D. de rescind. vendit.* id est, similem, vt in *l. 5. §. penult. D. de praescript. verb.* PROXIMAM morti poenam metalli: *l. 28. princ. D. de poen.* quae ad eam proxime accedit, eique similis est, quum seruitutem infligat, *l. 8. §. 4. D. eod tit.* Sic et PROXIMA dolo culpa: *l. 8. princ. D. de edend. l. 4. D. de magistrat. conuen. l. 1. §. 2. si is, qui testam. lib. esse iuss. l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 47. §. 5. D. de legat. I. l. 8. §. 3. D. de precario. l. 11. D. de incend. ruin. naufrag.* PROXIMVM dolo erit: *l. 24. D. de liberat. legata. l. 29. §. 3. D. mandati.* PROXIMVM crudelitati: *l. 6. C. de seruitutib.* Grassatores PROXIMI latronibus: *l. 28. §. 10. D. de poenis.* PROXIMA caussa stipulationis: *l. 8. D. de condiction. ob turp. caussam.*

¶. 3. PROXIMVM de loco intelligitur. PROXIMAE aedes: *l. 32. D. de damn. infect.* PROXIMAE aedibus aedes: *l. 31. D. de damn. infect.* PROXIMVM locum obtinere: *l. 1. §. 7. D. vnde cognati.* In PROXIMO stantem: *l. 4. D. de iniur.* PROXIMVM praedium et inferius opponuntur, *l. 17. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu.* item PROXIMVS et inferior, *l. 1. §. 7. D. de legat. III.* PROXIMVS et superior vicinus opponuntur: *l. 18. D. de oper. non. nunciat.* ¶. 4. PROXIMVM, de tempore. Sic: PROXIMO anno: *l. 48. D. de iur. dotium.* PROXIMI anni: *l. 37. D. de vsufruct.* item PROXIMIOR annus: *l. 4. D. de censib.* PROXIMO biennio: *l. 23. §. vlt. D. de fideicommissar. libertat.* PROXIMAE Calendae: *l. 41. §. vlt. D. de vsur. l. 1. D. de in diem addict. l. 12. D. de verb. obligat. l. 9. D. qui potior. in pignor.* PROXIMIS Calendis: *l. 41. D. de verb. oblig.* id est, quae proximae futurae sunt, vt loquitur *l. 126. §. 2. D. de verb. obligat.* Ante Calendas PROXIMAS: *l. 56. §. 5. D. eod. tit.* In PROXIMIS diebus: *l. 40. D. de contrah. emtion.* PROXIMI centum dies: Vlpian. *tit. XXII. Regul. §. 28. et 33.* Idus, quae PROXIMAE sunt futurae: *l. 122. §. 1. D. de verb. obligat.* PROXIMVS infantiae. Vet. Glossar. Graecum vertit ἐγγὺς τῶν ιβ ἐτῶν. Nonae, quae PROXIMAE fuerunt: *l. 20. §. 6. D. de heredit. petit.* PROXIMVS pubertati, id est, qui non multum a pubertate abest: *l. 14. §. vlt. D. de dolo mal. l. 14. D. de SC. Silanian.* et qui prope pubertatem sunt, vt loquitur Vlpianus, in *l. 4. §. 26. D. de doli exception.* et proxime aetatem praetextati accedere dicitur, qui puberem aetatem nunc ingressus est. *l. 3. §. vlt. D. de liber. exhib.* PROXIMO quinquennio: *l. 43. D. ex quib. causs. maior. l. 4. D. de condit. et demonstrat.* PROXIMVM mortis tempus: *l. 14. D. de aliment. et cibar. legat.*

PROXIMVS admissionum apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXII.* PROXIMVS sacrorum scriniorum. *rubr. C. de prox. sacr. scrinior. Lib. XII.* Vnde PROXIMATVS, in *l. 1. C. de prox. sacror. scrinior.* et *l. 12. C. Th. de Senator. Lib. VI. tit. 2.* [Honor PROXIMI: *l. 4. C. de proxim. sacror. scrinior.* PROXIMORVM gradus: *l. 6. C. eod. tit.* Comitiua PROXIMATVS: *l. vn. C. Th. eod. tit. Lib. VI. tit. 26.* de qua etiam sunt *l. 10. 17. et l. 18. C. Th. eod. tit.* Vocabantur autem PROXIMI, qui magistris scriniorum proximi erant, primumque ab his locum et dignitatem in scriniis obtinebant. Nam qui primos et principes in scrinio, quos nemo antecedit, ipsosque adeo magistros scriniorum ita adpellatos cum Salmasio ad *Scriptor. Hist. August. p. 207. et p. 481.* autumant, eos longa aberrare via, praeter *l. vn. C. de magistr. sacror. scrinior. Lib. XII. tit. 9.* aliasque rationes, etiam sola titulorum diuersitas, quibus vtroque Codice de illis agitur, ostenderit. Vide omnino, quae ad hanc rem attulit argumenta Iac. Gothofredus ad *l. vn. C. Th. de magistr. scrinior.* Adde Guther. *de offic. dom. Augustae Lib. III. cap. 7.*]

PRV.

PRVDENS consilium: *l. 1. §. vlt. D. de quaestion.* PRVDENS *et attentus paterfamilias*: Cicer. *pro Quinct. Cap. 3.* PRVDENS et diligens paterfamilias: *l. 54. D. de act. emt.* PRVDENTIS viri consilio: *l. 2 §. vlt. D de vacat. et excusat. muner.* ¶. 2. PRVDENTES, pro iurisconsultis. *l. 4. C. de testam. milit. l. 4. C. de collat.* ita etiam accipitur *l. 3. D. de instit. et iur. l. 2. §. 5. D. de orig. iur. l. 36. D. de statulib.* et apud Plin. *Lib. IV. Epistol. qui et iurisprudentes dicuntur, l. 1. C. de ingen. manumiss. l. 2. in fin. D. quis ord. in bonor. possess. l. 31. D. de vulg. et pupill substit.* PRVDENTES dicebantur, quibus erat permissum de iure respondere. *§. 8. Instit. de iur. nat. gent et ciuil.* vbi Theophilus PRVDENTES definit σοφοὺς οἷς τὸ νομοθετεῖν ἢ δῆμος, ἢ σύγκλητος, ἢ βασιλεὺς ἐπέτρεψε. τὸ δὲ παρ' αὐτῶν νομοθετούμενον γενικῷ ὀνόματι κέκληται, ῥέσπονσον prudentium. PRVDENTES, *quibus iura condere populus, aut senatus, aut princeps concessit. Ius autem, quod ab his constituitur, generali nomine vocatur responsum* PRVDENTIVM. Sic et PRVDENTIBVS visum est: *l. 31. §. 1. D. de aedilit. edict.* PRVDENTIORES: *l. 2. §. vlt. D. quis ord. in bon. possess.* PRVDENTIORIBVS placuit: *l. 54. D. mandat.* PRVDENTES viri: *l. 6. C. de testam. milit. l. 12. C. ad SC. Velleian. l. 6. §. 2. D. ad municipal.* Vnde vide, an non possit fieri lectio apud Gellium *Lib. XII. Cap. 13.* et Sueton. *in Tiberio Cap. XXXII.* tamen aliud PRVDENTIBVS, aliud *studiosis* cadit. Absque postremis verbis fuisset, Brissonius sibi ipse contradixisset, qui *Lib. XVII. in Studiosus* vtroque loco lectionem vulgarem, qua *studiosis iuris* pro *viris* legitur, praefert. Barthio tamen *Lib. XV. Aduersar. Cap. 18.* in mentem venisse, *viris* legere, merito ridet Burmannus *ad Sueton. Tiber. Cap. XXX. p. 75. Tom. II.* HEIN. PRVDENTISSIMVS vir Paullus; *l. 11. C. ad l. Cornel. de fals. l. 6. C. de nupt.* Vir PRVDENTISSIMVS Vlpian. *l. 11. C. de quaestion.* PRVDENTIVM interpretatio; *l. 5. et 6. D. de transact.* responsa *§. 8. Instit. de iur. nat. gent. et ciu. l. 2. §. 12. D. de orig. iur. l. vlt. C. quod legator.*

PRVDENTER. PRVDENTIVS abstinetur: *l. 3. D. rat. rem haberi.* PRVDENTIVS faciet: *l. 33. D. de negot. gestis.* PRVDENTIVS fecerit: *l. 77. §. 31. D. de legat. II.*

PSAL-

PSA.

[PSALTERIVM deteriore significatione pro carmine et cantu iniurioso vsurpauit Paull. *Lib. IV. Sentent. tit.* 4 *§.* 16. PSALTERIVM vulgo dicitur canticum in alterius infamiam compositum, et publice cantatum.] Nomen traxit ab instrumento musico, quod scurrae vrbicarii proferebant in scenam, proludiique loco cantabant ridicula, quae *dicteria* adpellabantur. Vnde et *dicterium* et PSALTERIVM pro maledicto et cantilena satyrica vsurpatum. Rem omnem dixit Ioseph. Scaliger *ad Manil. Lib. V. Astronom.* et V. C. Ant. Schulting. *iurispr. vet. anteiust. p.* 445. HEIN.

PSE.

[PSEVDOCOMITATENSES legiones, ex emendatione Cuiacii in *l.* 14. *C. de re militar. Lib. XII. tit.* 36. a Gothofredo probata et defensa *in Comment. ad l. vlt. C. Theod. eod. tit. Lib. VII. tit.* 1. Erant autem inde dictae legiones PSEVDOCOMITATENSES, quod specie ipsa et ordine comitatenses ementirentur, vt idem Cuiac. *Lib. I. Obseru. Cap.* 25. existimat]

PTO.

PTOCHOTROPHIVM in *l.* 19. *C. de SS. Eccles.*

PVB.

PVBER, vel PVBES, *qui pubem generare potest. Is incipit esse a quatuordecim annis, femina a duodecim viripotens, siue patiens, vt quidam putant.* Fest. *Lib. XIV.* PVBES masculus et femina potens. Vlpian. *tit. VI. Regul. §.* 2. PVBERES feminae quidem a duodecimo anno intelliguntur, masculi vero a decimo quarto. *l. vlt. C. quand. tut. esse des. princ. Instit. quib. mod. tutel. finit.* Harmenopul. *Epitom. Lib. I. tit.* 12. *§.* 1. Secundum hanc differentiam PVBES aetas accipienda est, in *l.* 41. *§. penult. D. de vulgar. et pupill. substit. l.* 11. *C. arbitr. tutel. l.* 3. *§. penult. D. de liber. exhib. l.* 14. *D. de SC. Silan.* Ceterum in caussa alimentorum, quae pueris puellisque vsque ad pubertatem praestari quia cauit, pietatis intuitu pubertatis tempora laxiora praescribimus; et puberes masculos decimo octauo demum anno, feminas vero decimo quarto intelligimus. *l.* 14. *D. de aliment. legat.* Sed et *plena* PVBERTAS decem et octo annis circumscribitur: *l.* 40. *§.* 1. *D. de adoption.* §. 4. *Instit. eod. tit.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit.* 4. §. *vlt. Instit. quib. ex causs. manumitt. lic.* PVBES aetas: *l.* 11. *C. arbitr. tutel.* PVBES factus: *l.* 13. *§. vlt. D. de condict. indeb. l.* 1. *§.* 1. *D. commod. l.* 5. *§.* 5. *D. de administr. et peric. tutor.* ¶. 2. [PVBES de iunioribus militibus seu tironibus, in *l.* 10. *C. Th. de re milit.* Vt numerosissima pvbe crescat exercitus.]

PVBERTAS, a duodecimo et decimo quarto anno finito incipit. Tertullian. *de virgin. veland. Cap. XI.* Dio Cass. *Lib. LIV.* Macrob. *Lib. VII. Saturnal. Cap.* 7. Plena PVBERTAS decem et octo annis circumscribitur. *l.* 40. *§.* 1. *D. de adoption.* §. 4. *Inst. eod. tit.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit.* 4. *§. vlt. Inst. quib. ex causs. manum.* Proximi PVBERTATI esse dicuntur, qui non multum a pubertate absunt. *l.* 112. *D. de regul. iur. §.* 18. *Inst. de obligat. quae ex delict. l.* 14. *D. de SC. Silan. §.* 10. *Inst. de inutil. stipul.* vbi Theophilus vertit ὁ πλησιάζων τῇ ἥβῃ. Cuiusmodi aetatis qui sunt, rerum intellectum iam capiunt, et doli capaces sunt. *l.* 23. *l.* 24. *D. de furt.* Sic proxime praetextati aetatem accedere dicimus eos, qui pubertatem iam ingressi sunt. *l.* 3. *§. vlt. D. de liber. exhibend.*

PVBESCERE. Si alter eorum PVBVERIT: *l.* 3. §. 8. *D. de Carbon. edict.*

PVBLICANVS, est qui publica vectigalia, qualia sunt vectigal portus, venalium rerum, item salinarum et metallorum et picariarum conducta habet. *l* 17. *D. de verb. signific.* Sed et qui harenarias et cretifodinas et metalla et salinas, PVBLICANORVM loco sunt. *l.* 13. *D. de publican.* Etiam qui pascua conducebant, PVBLICANI dicebantur. Plin. *Lib. XIX. Cap.* 3. *Multis iam annis*, inquit, *in ea terra non inuenitur, quoniam PVBLICANI, qui pascua conducunt, maius ita lucrum sentientes, depascuntur pecorum pabulo.* Erat vero maxima Romae et potentissima PVBLICANORVM societas, isque ordo in prouinciis plurimum auctoritate et potentia valebat, vt Cicer. *Lib. XIII. ad diuersos Epist.* 10, *et Lib. III. Epist.* 8. *Lib. I. ad Q. fratrem Epist.* 1. *pro Planc. Cap. IX. et* Liuius *Lib. XXX. Cap.* 10. significant. Quibus *priuati* opponuntur, *l.* 11. *§. pen. D. de legat III.* Non omittendum hic erat, PVBLICANOS fuisse duorum generum. Primum eorum, qui vectigalia, aliaque publica suo nomine conduxerant, qui alioquin *mancipes*, ἀρχιδημόσιοι dicebantur: alterum subconductorum, quibus statio aliqua vectigalium a mancipe fuerat sublocata, quique ὑποδημόσιοι vocabantur. V. A. Corn. van Bynkersh. *ad l.* 9. *D. de leg. Rhod. de iact. Cap. III. et V.* Hoc discrimen nisi obseruaueris, vix intelliges, cur tantis laudibus ornentur publicani a Cicer. *pro Leg. Manil. Cap. VII. et pro Planc. Cap. IX.* et tamen passim male audiant non modo in sacris litteris, *Matth. XVIII,* 17. *Luc. III,* 12. 13. sed et in legibus nostris *l.* 12. *princ. D. de publican. et vectigal. l.* 9. *D. ad leg. Rhod. de iact.* nec non apud Ciceron. *de Offic. Lib. I. Cap.* 42. Tacit. *Lib. XIII. Annal. Cap.* 50. Immo non capies, quid sibi velint verba praetoris in *l.* 1. *princ. D. de publican. Quod PVBLICANVS eius PVBLICANI nomine vi ademerit, in duplum iudicium dabo.* Molimina criticorum circa hanc legem vid. apud Euer. Otton. *de Tutel. viar. III,* 7. *p.* 508. sed adde laudatissimum Bynkershoek. *ibid.* et Burmann. *de Vectigal. Pop. Rom. Cap. IX. p.* 125. HEIN. PVBLICANI vocantur δημόσιοι, *l.* 9. *D. de leg. Rhod. de iact.* PVBLICANVS, qui lacum vel stagnum conduxit: *l.* 1. *§.* 7. *D. vt in flum. public. nauig. lic.* PVBLICANORVM edicta: *l.* 34. *C. de annon. et tribut.* Vid. etiam infra in *publicus.*

PVBLICARE. PVBLICARI dicitur, quod publicum fit, et in aerarium cogitur. *l.* 23. *§.* 2. *D. de seruit. praed. rustic. l.* 27. *D. ad leg. Iul. de adulter.* et aliis infinitis locis. Sic: PVBLICARE bona: *l.* 8. *§. vlt. D. qui testam. facer.* et publicatio

tio bonorum, *l. 65. §. 12. D. pro socio.* eodem sensu PVBLICARI dicitur in *l. 22. D. de inoffic. testam.* PVBLICATA bona: *l. 6. D. de vsur. l. 22. §. 5. D. mandat. l. 1. D. de bon. damnator. l. 24. §. vlt. D. solut. matrimon.* PVBLICARI pars bonorum: *l. 1. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* PVBLICATA dos: *l. 36. D. solut. matrimon.* PVBLICARI fundus: *l. 23. §. 2. D. de seruit. praed. rustic.* PVBLICATVS fundus: *l. 33. D. locat.* PVBLICARI mancipia: *l. 6. D. de quaestion.* PVBLICARI serui: *l. 27. §. 11. D. ad leg. Iul. de adulter.* PVBLICARE partem serui: *ibid.*

¶. 2. PVBLICARE aliquando est palam facere, euulgare, indicare, deferre. [PVBLICARE delatores, in *l. 9. C. Theod. de petit. Lib. X. tit. 10.* est in iudicio sistere. PVBLICARE occultatores: *l. 10. C. Theod. de re militar. Lib. VII. tit. 1.* id est, indicare, deferre.] PVBLICARE secreta, id est, euulgare, *l. 41. D. ad leg. Aquill.* PVBLICATVM testamentum: *l. 8. C. de testament.*

PVBLICE, et priuatim opponuntur. *l. 6. §. 3. D. de diuis. rer.* PVBLICE aedificare: *l. 24. D. de damn. infect.* Conuicium PVBLICE factum: Paull. *Lib. V. Sententiar. tit. 4. §. 19.* PVBLICE innotescere: *l. 4. D. de requir. absent.* Quibus PVBLICE iudicium est: *l. 2. §. vlt. D. de iudic.* PVBLICE lauare: *l. 13. §. vlt. D. de vsufruct.* PVBLICE locari: *l. 9. §. 9. D. de poen.* PVBLICE mandatum munus: *l. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* PVBLICE manumittere: *l. 12. D. de liberat. legat.* PVBLICE notum est: *l. 14. C. ad leg. Cornel. de fals. l. 23. C. de euiction.* PVBLICE vel priuatim occurre proconsuli: *l. 4. §. 3. D. de offic. proconf.* PVBLICE opus fieri et priuatim opponuntur. *l. 24. D. de damn. infect.* PVBLICE praebere balnea: *l. 91. §. 4. D. de legat. III.* PVBLICE praeberi balneum: *l. 35. §. vlt. l. 91. §. 4. D. de legat. III.* PVBLICE prodest officium medicorum: *l. 33. D. ex quib. causs. maior.* PVBLICE profiteri: *l. 5. §. 7. D. de iur. immunit.* PVBLICE proponere libellos: *l. 7. D. de adpellat.* PVBLICE vendere et locare: *l. 3. §. 2. D. de administrat. et peric. tutor.* PVBLICE vindicanda: *l. 11. §. 1. D. de poen.* PVBLICE vtile est, absentes a quibuscumque defendi: *l. 33. §. 2. D. de procurator.* PVBLICE vtilia quaedam sunt, quaedam priuatim: *l. 1. §. 2. D. de iustit. et iur.* ¶. 2. PVBLICE aliquando est in publico loco, veluti apud acta, vel in aede sacra publica. Sic: PVBLICE deposuit, *l. 56. §. 1. D. mandat.* id est, in publico loco, vt *l. 64. D. de fideiussorib.* et *l. 19. C. de vsur. l. 1. §. 41. D. depositi.* Eo etiam pertinent *l. 56. D. mandati* iuncta *l. 7. in fin. D. qui satisdar. cogunt. l. 7. D. de minorib. l. 4. D. de statuliber.* PVBLICE iri, commeari: *l. 2. §. 45. D. ne quid in loc. publ.* ¶. 3. PVBLICE etiam est publico nomine, et publica auctoritate: *l. 3. §. 2. D. de administr. rer. ad ciu. pert. l. 24. D. de captiu. et postlim. l. 176. D. de regul. iur. l. 12. D. de fideicomm. libertat. l. 15. §. 10. l. 24. §. 1. D. de damn. infect. l. 6. §. 3. D. de rerum diuis.* PVBLICE consecrare permissu scilicet Imperatoris, *l. vlt. D. vt in possess. legator. l. 6. §. 3. D. de rer. diuision.* PVBLICE dedicata loca, quae videlicet princeps dedicauit, vel dedicandi dedit potestatem. *ibid.* PVBLICE per magistratum: *l. 176. princ. D. de regul. iur.* PVBLICE est, principali vel pontificali auctoritate; *l. vlt. D. vt in possess. legator.* ¶. 4 PVBLICE aliquando in commune significat, veluti quum dicimus, PVBLICE interesse. PVBLICE interfuit, *l. 44. D. de vsucapion.*

PVBLICIANA, Vet. Glossar. Graecum: *μίμησιν ἔχει δεσποτείας καὶ ὀ ψιλῆς νομῆς. Ἔστι δὲ ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα δεσπόσαντι καλῇ πίστει νομεῖ.* PVBLICIANA *speciem habet dominii, et non nudae possessionis. Est autem quae reuocat ei possessionem, qui propter dominium nondum est bonae fidei possessor.* Aliud Glossar. PVBLICIANA *actio rescissoria datur ei, cuius res, quum absens esset reipublicae caussa vel apud hostes, vsucapta est.* PVBLICIANA actio earum rerum persequendarum caussa datur, quas quis a non domino sibi ex iusta caussa traditas necdum vsucaptas amisit. *l. 1. cum sequ. l. 15. D. de Publician.* Nam qui a se bona fide possessa possessione ante completam vsucapionem excidit, is ad eam rem vindicandam in rem actionem habet, quae a praetoris nomine, a quo primum proposita fuit, PVBLICIANA adpellata est, quemadmodum et Fauiana, et Caluisiana, et Paulliana et Seruiana. *§. 4. Inst. de action.* Constant. Harmenopul. *Lib. II. Promtuar. tit. 1 §. 70.* *πουβλικιανή ἐστιν, ἡ ἀνακαλουμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα καλῇ πίστει νομεῖ.* PVBLICIANA *est, quae possessionem ei reuocat, qui propter dominium nondum est bonae fidei possessor.*

PVBLICIVS Gellius iurisconsultus, et Seruii Sulpicii auditor. *l. 2. §. 44 D. de orig. iur.* PVBLICII etiam mentio fit *l. 51. D. de condit. et demonstrat.* nec non *l. 50. §. vlt. D. de legat. II.*

PVBLICVS, A, VM. PVBLICA ea sola proprie dicuntur, quae sunt populi Romani. *l. 15. D. de verb. signific.* Hinc PVBLICI adpellationem in compluribus caussis ad populum Romanum respicere, dicitur *l. 17. D eod. tit.* Atque inde *ius* PVBLICVM definitur esse, quod ad statum rei Romanae spectat, *l. 1. §. 1. D. de iustit et iur.* Cuius *iuris* PVBLICI *partem esse Senatorium ius*, ait Plinius *Lib. VII. epist. 13.* RESPVBLICA ob eamdem caussam de Romana dicitur. Vnde REIPVBLICAE caussa abesse non intelligimus eos, qui pro ciuitate legatione funguntur. *l. 26. §. 9. D. ex quib. causs. maior.* ciuitates enim loco priuatorum habentur. Inde etiam *publicani* nomen habent, quod vectigal populi Romani conductum habent, quod absolute PVBLICVM adpellatur. *l. 1. §. 1. D. de publican. l. 11. §. 22. D. de fideicomm. libert.* Cicero *de Prouinc. consular. Cap. V. An qui frui* PVBLICO *non potuit, per hostem hic tegitur ipsa lege censoria?* Idem *Lib. I. ad Q. fratrem epist. 1.* PVBLICIS *male redemtis.* Quinctil. *Declam. CCCXL. Ego non ea voluntate feci, vt hic liber esset, sed vt* PVBLICA *non solueret.* Idem *Declam. CCCXLI. Ante omnia nulla lege comprehensum est, vt alienam rem non profiteri liceret, alioquin* PVBLICVM *euersum est.* Tacit. *Lib. XIII. Annal. Cap. 51. Edixit princeps, vt leges cuiusque* PVBLICI *occultae ad id tempus proscriberentur.* Sueton. *in Caligul.*

Cap. XXX. de vectigalibus a Caligula institutis agens: *additumque*, inquit, *ad caput legis, vt tenerentur* PVBLICO *et qui meretricium fecissent.* Ita PVBLICVM *quadragesimae* apud eundem accipio *in Vespasiano Cap. 1.* et PVBLICORVM conductiones in *l. 33. D pro socio.* Horat. *Lib. I. epist. 1. v. 77.*

Pars hominum gestit conducere PVBLICA.

Publicani ergo sunt, qui PVBLICO fruuntur, quique publica populi Romani vectigalia conducta habent, et omnes, qui quid a fisco conductum habent. *l. 1. §. 1. l. 1. in fin. D. de publican.* Itaque rectius forte in *l. 3. §. 6. D. de iur. fisc.* legeretur PVBLICI conductore, quam vt vulgo scriptum est: *publico conductore.* Liuius *Lib. XLIV. Cur* PVBLICA *praesenti pecunia locamus?* Cicero *Paradox. VI. Cap. 2. Nam vt iis, qui honeste rem quaerunt, mercaturis faciendis, operis dandis,* PVBLICIS *sumendis.* Valer. Max. *Lib. VI. Cap. 9. ex. 7. Quum Asiatici PVBLICI exiguam admodum particulam habuisset.* Senec. *Epist. CXX. Ille, qui et mari et terra pecuniam agitabat, qui ad* PVBLICA *quoque nullum relinqueni.* *In Fragmento Legis Thoriae* apud Goesium in *Script. rei agrar. p. 337. Quicumque ad* PVBLICVM *fruendum redemptor conductumue habebit.* [Add Io. Frid. Gronou. *Lib. IV. Obseru. cap. 23.*] PVBLICA autem vectigalia accipere debemus, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est vectigal portus, venalium rerum, item salinarum et metallorum et picariarum: *l. 17. D. de verb. signif.* PVBLICVM vectigal: *l. 2. §. 16. D. de hered. vel action. vend. l. 9. §. 9. D. de poen.* Abusiue tamen ciuitatium etiam bona vectigaliaque PVBLICA dicuntur. *l. 15. D. de verb. signif. l. 40. D. de negot. gest. l. 38. §. 1. D. ad municipal. l. 5. §. 4. D. quod vi aut clam.* ¶. 2 Deinde PVBLICA sunt, vel *iuris gentium*, vel *populi Romani.* Nam PVBLICA adpellantur, quorum vsus in commune expositus est, et omnibus patet, proprietas vero non aeque. *l. 5. D. de rer. diuision. §. 2. et §. 4. Instit. eod tit. l. 30 §. 1. D. de adquir. rer. domin.* Quae hac ratione a communibus discernuntur, quorum vt vsus communis est, ita et proprietas occupanti cedit. Ac PVBLICA quidem *iure gentium* dicuntur. *l. 7. §. 5. l. penult. §. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 45. D. de vsucap §. 4. et 5. Inst. de rer. diuision.* Sic; PVBLICVS alueus *iuris gentium*: *l. 7. §. 5. D. de adquir. rer. domin.* PVBLICVS est alueus fluminis publici: *l. 1. §. 7. D. de flumin.* Sic etiam in vsu PVBLICO esse aqua dicitur *l 2. D. de flumin.* Vet. Glossar. Graec. δημόσιον, ὅθεν οἱ ποταμοὶ καὶ αἱ λίμναι δημόσιοι λέγονται. PVBLICVM, *quemadmodum et flumina et littora publica dicuntur.* PVBLICA *iure gentium* loca; *l. 45. D. de vsucap.* PVBLICVS vsus *iure gentium*: *l. 5. D. de rer. diuisionib.* ¶. 3. Alia sunt PVBLICA *populi Romani*, quae in patrimonio et pecunia populi Romani sunt, quae tam ad eorum, quae iure gentium, quam quae ciuitatium PVBLICA sunt, differentiam ita adpellari solent. *l. 9. D. de vsucapion.* Quod ne absurdum propter nouitatem videatur, etiam aliorum auctorum testimoniis confirmabo. Cicer. *Lib. III. in Verrem Cap. 6. Perpaucae ciuitates bello a maioribus nostris subactae, quarum quum esset ager* PVBLICVS *populi Romani factus.* Hygin. *de condition. agror. p. 205. edit. Goes. Vectigales autem agri sunt obligati quidam reipublicae populi Romani, quidam coloniarum aut municipiorum aut ciuitatium aliquarum.* Liuius *Lib. III. extr. Agrum, de quo ambigitur, finium Coriolanorum fuisse, captisque Coriolis* PVBLICVM *populi Romani factum.*

¶. 4. PVBLICI adpellatio etiam id continet, quod in communi populi vsu est, et publicis vsibus destinatum, vt loquitur *l. 17. D. de verb. signif.* et *l. 6. D. de contrab. emtion.* Qualis erant Romae Campus Martius, forum, theatrum, stadium, basilicae, viae, itinera publica. Sic; PVBLICA aedificia et loca: *l. 5. §. vlt. D. de oper. public.* PVBLICVM balneum: *l. 2. §. 9. D. ne quid in loc. publ.* item PVBLICVS campus: *ibid.* PVBLICA loca, id est, publico vsui destinata *l. 2. § 7. D. ne quid in loc. publ.* PVBLICVS locus, et PVBLICA vis: *l. 14. §. vlt. D. de seruit.* ¶. 5. Aliquando PVBLICAE res, et quae sunt in patrimonio fisci separantur. *l. 72. §. vlt. D. de contrab. emt.* Sic PVBLICAE caussae a fiscalibus seiunguntur, *l. 1. §. 1. D. de calumniator.* quamquam fisci caussam publicam vocat Vlpian. *l. 20. § 9. D. de petit. hered.* Alias quae in fisci patrimonio sunt, quoniam quasi propriae et priuatae sunt principis, PVBLICI adpellatione non continentur: *l. 6. et l. 72. §. vlt. D. de contrab. emt l. 2. §. 2. cum sequ. D. ne quid in loc. publ. §. vlt. Inst. de emt. vend. l. 14. §. vlt. D. de seruit. §. 9. Instit. de vsufr.* Sic in PVBLICO vsu et in patrimonio fisci esse, opponuntur: *l. 72. §. vlt. D. de contrab. emt.* PVBLICAE res, quae non in vsu, sed in patrimonio fisci sunt. *ibid.* PVBLICA, quae in patrimonio populi sunt. *l. 14. princ. D. de adquir. rer. domin.* ¶ 6. PVBLICVM, plerumque priuato opponitur. Variae itaque notandae loquutiones, quas hic describere iuuat. PVBLICA abolitio est, quae publice fit, publiceque indulgetur ex Senatusconsulto. *l. 8. l. 12. l. 17. D. ad SC. Turpill. l. 2. C. de general. abolit.* et apud Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 17. §. 2.* Duplex enim est abolitio, PVBLICA altera, altera *priuata*, vt ibi notat Cuiacius. HEIN. PVBLICA acta, *l. 2. C. de edend.* quae in iure fiunt. PVBLICAE actiones. *l. 17. princ. C. de episcop. et cleric.* Aurum PVBLICVM: *rubr. C. de auri publ. persequutor. Lib. X.* In PVBLICIS caussis filiusfamilias loco patrisfam. habetur, veluti si magistratum gerat, si tutor detur. *l. 9. D. de his, qui sui vel alien. iur.* PVBLICA caussa nunciationis: *l. 5. §. 9. D. de oper. noui nunciat.* PVBLICAM quoque habere caussam officium et ministerium argentariorum traditur in *l. 10. §. 1. D. de edend.* Ex PVBLICA caussa fiunt conuentiones: *l. 5. D. de pactis.* PVBLICAM caussam contingi: *l. 27. §. 4 D. eod. tit.* PVBLICVM certamen: *l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquil.* PVBLICA collatio: *rubr C. de his, quae ex publ. collat. Lib. X.* PVBLICAE commoditates: *l. vlt. C. de exactor. tribut.* PVBLICO consensu: *l. 10. C. de ingen. manumitt.* PVBLICA conuentio est, quae fit per principem, aut quoties inter se duces belli paciscuntur: *l. 5. D. de pact.* PVBLICVS creditor is est, qui ex memoratis thesauris sub specie PVBLICI creditoris aurum cuiquam commodauit. *l. 2. C. de his, qui ex public. ration. Lib. X.* PVBLICI criminis accusatio: *l. 4. C. de noxal. action.* quod et PVBLICI iudicii crimen, *l. 1. C. ad SC. Turpillian. l. 7. C. de iniur.* PVBLICA custodia: *l. 9. D. ex quib. causs. maior.*

PVBLI-

PVBLICA *custodia* etiam apud Voler. Maxim. *Lib. III. Cap. 2. exempl. 6.* PVBLICVM debitum: *l. 41. §. 7. D. de legat. I.* PVBLICA dicatio: *l. 2. C. Theod. de famos. libell.* Contra PVBLICAM disciplinam: *l. 10. C. de accusation.* PVBLICAE disciplinae vigor postulat: *l. 9. §. 5. D. de publican. et vectigal.* Interest PVBLICAE disciplinae: Paull. *Lib. V. Recept. Sentent. tit. 4. §. 15.* Ad PVBLICAM curam pertinet: *l. 2. §. 2. D. qui pet. tutor.* PVBLICAM fidem sequutos eos, qui apud eos pecunias deposuerunt: *l. 24. §. 2. D. de reb. auctor. iudic. possid.* In PVBLICAM fraudem commercia: *l. 3. C. quae res vendi non poss.* PVBLICA iudicia non idcirco dicta sunt, quod, vt Iustinianus tradit, eorum exsequutio cuiuis ex populo, qui modo idoneus sit accusator, detur. Hac enim ratione popularia iudicia essent, quod est inconsequens: sed quod ex legibus PVBLICORVM iudiciorum veniant atque descendant. *l. 1. D. de public. iudic.* Idque aperte ostenditur *l. 3. D. de praeuaricat.* vbi praeuaricationis iudicium, alterum moribus esse indictum dicitur, alterum esse publicum, quod de eo lege Iulia PVBLICORVM iudiciorum caueatur. Verum est tamen, et id ex eodem Vlpiano Iustinianus hausit, PVBLICO iudicio cuilibet ex populo experiri licere, nisi si cui lege aliqua PVBLICO iudicio accusandi non est potestas. *l. 43. §. 10 D. de rit. nuptiar.* Vnde Ioann. Chrysostom. *Homil. in dictum Apostoli; vtere modico vino Tom. I. Oper. p. 19.* Κοινόν ἐςι τὸ ἔγκλημα, δημόσιον τὸ ἀδίκημα, ἔξεστιν ἑκάστῳ τῶν βουλομένων κατηγορεῖν. *Commune crimen est,* PVBLICA *iniuria, volenti cuique accusare licet.* PVBLICORVM vero iudiciorum hae sunt leges: Iulia maiestatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de sicariis et veneficis, Pompeia de parricidiis, Iulia peculatus, Cornelia de testamentis, Iulia de vi publica, Iulia de vi priuata, Iulia ambitus, Iulia repetundarum. *l. 1. D. de public. iudic. princ. Inst. eod. tit.* Quaestiones autem de falso, sicariis et parricidiis Cornelius Sulla dictator constituit. *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* Antea L. Piso Tribunus plebis de pecuniis repetundis quaestionem constituerat, vt Cicer. *in Bruto Cap. XXVII. Verrin. III. cap. 84. de Offic. Lib. II. cap. 21.* De iniuriis vero, quemadmodum vitiose in omnibus codicibus (Florentinos excipio) scriptum est, quaestio publica ab eodem non est constituta. Actio enim ex lege Cornelia de iniuriis priuata est, non publici iudicii, *l. 42. §. 1. D. de procurat. l. vlt. C. de iniur.* Natum fuisse hunc errorem, qui libros omnes ante hac occupauit, ex eorum imperitia puto, qui apud Vlpianum eam actionem pro publica vtilitate exerceri legerant: quasi vero non et priuata iudicia pro publica vtilitate exerceantur, quum et suum ius cuique tribui, et qualiacumque nocentium peccata puniri reipublicae intersit. Raptus porro crimen PVBLICVM esse dicitur in *l. pen. C. de noxalib. action.* quoniam ad legem Iuliam de vi pertinet. *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* PVBLICVM iudicium et priuatum: *l. 7. C. de iniur.* PVBLICI iudicii caussam habere crimen dicitur, quod publici iudicii est, in *l. 7. D. de public. iudic.* PVBLICVM iudicium constituunt: *l. 32. §. 6. D. de recept. arbitr.* PVBLICI iudicii crimen. *l. 1. C. ad SC. Turpillian.* PVBLICA iudicia non in aede Martis et sortitione iudicum exercebantur, sed in tertio foro. Sueton. *in August. cap. XXIX.* Generaliter PVBLICVM ius commune, et quo omnes ciuitatis eiusdem ciues vtuntur, significat. *l. 30. in fin. l. 36. §. vlt. D. de excusat. tutor. l. 8. D. de tutel. l. 29. D. de testam. tutel. l. 7. §. 6. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 5. §. 7. D. de administr. et peric. tut. l. 76. l. 77. in fin. D. de condit. et demonstrat. l. 46. l. 117. §. 1. D. de regul. iur. l. 42. D. de oper. libert. l. 1. princ. l. 15. §. 1. D. ad leg Falcid. coniuncta l. 56. D. de legat. I. l. 2. C. ne vxor pro marit. l. 1. C. vt quae desunt aduoc. l. 14. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 9. D. de magistrat. conuen. l. 5. §. 19. D. de oper. nou. nunciat.* PVBLICA iura: *l. 2. C. si min. se maior. l. 3. C. quib. ex causs. maior.* Vnde quod in *l. 38 D. de pact.* scriptum est: ius PVBLICVM pactis priuatorum mutari non posse, id a Constantino Harmenop. *Lib. I. Promtuar. tit. 9. §. 17.* sic redditur: διὰ ἰδιωτικῆς συμφώνης τὸ κοινὸν νόμιμον οὐκ ἀναλλάττεται. *pacto priuato commune ius non mutatur.* Sic et apud Terent. *in Phormion. Act. II. scen. 3. v. 64.*

Num iniquum postulo?
An ne hoc quidem adipiscar ego, quod ius publicum est.

PVBLICVM ius varie apud nostros accipitur, vt quum aiunt: iure PVBLICO adulterii accusari, non iure viri. *l. 40. D. ad leg. Iul. de adulter.* Iure PVBLICO agere: *l. 40. D. eod. titul.* Iure PVBLICO consequutus dicitur, qui vsucepit: *l. 18. D. de damn. infect.* Iure PVBLICO excusari: *l. 30. §. vlt. D. de excusat.* Iure PVBLICO habere excusationem: *l. 29. D. de testam. tutel.* Ius PVBLICVM infringi: *l. 20. D. de religios. et sumt. funer.* Iuris PVBLICI memor: *l. 5. C. de pignor.* Ius PVBLICVM permittere: *l. 8. D. de tutel.* Iuris PVBLICI persequutio: *l. 2. C. de aur. publ. persequut.* Iure PVBLICO placuisse: *l. 12. D. vt legat. seu fideicomm. seruand. causs.* PVBLICO iure vti: *l. 36. §. vlt. D. de excusation.* PVBLICA iura officiaque, in *l. 5. §. vlt. et l. 6. D. de capit. minut. l. 14. D. ad SC. Trebell. l. 2. D. de regni. iur.* magistratuum, honorum, et ciuilium munerum in republica gerendorum iura significant. add. *l. 9. D. de his, qui sui vel alien. iur sunt.* PVBLICI iuris dicitur esse testamentifactio. *l. 3. D. qui testam. fac.* Vsucapio etiam PVBLICO iure contingere, et bono PVBLICO introducta dicitur, *l. 18 §. 1. D. de damn. infect. l. 1. D. de vsucapion.* PVBLICA lex publicorum iudiciorum legem significat *l. 1. §. 1. D. ad leg. Cornel. de sicar.* PVBLICVM munus officium priuati hominis vocatur, ex quo commodum ad singulos vniuersosque ciues remque eorum peruenit, *l. 239. §. 3. D. de verb. signif.* Proinde PVBLICO munere legatus fungi dicitur *l. 27. D. de iudic.* PVBLICVM munus est iudicare: *l. 78. D. eod. tit.* PVBLICA munera, *l. 29. D. ad municipal.* PVBLICA negotia et priuata opponuntur, *l. 9. §. 1. D. de poen.* PVBLICO nomine conuenire: *l. 1. C. de peric. nominat.* PVBLICO nomine conueniri: *l. 2. D. de sentent. pass. et restitut.* PVBLICA officia: *l. 6. D. de capit. minut.* et apud Arnob. *Lib. III. aduers. gentes.* PVBLICA pecunia et priuata opponuntur, *l. 9. D. ad leg. Iul. peculat. l. 11. l. 13. D. de vsur. l. 33. D. eod. tit. l. 19. D. de compensat. l. vlt. §. vlt. D. de administr. et peric. tutor.* PVBLICAE pensitationes: *rubr. C. si propt. publ. pensit.* PVBLICAE personae

 modo

PVB.

modo magistratus et officiales, modo tabularios significant. Lysias quidem *Orat. XXIX. p. 450. edit. Vanderheid.* Νικόμαχον γραμματέα vocat δημόσιον. PVBLICAE personae: *l. 30. C. de episcop. et cleric. §. 3. Inst. de adoption.* Quo tabulariorum munere functos seruos publicos constat ex *l. 18. D. de adoption. et l. vlt. C. de decurion. Lib. X.* [PVBLICAE poenae in *l. vn. C. de emend. seruor. et l. 1. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 12.* opponuntur verberibus et simplicibus quaestionibus, quibus domesticam aduersus seruos suos immorigeros exercent potestatem domini. *l. 2. C. Theod. eod tit.*] PVBLICVM praedium: *l. 3. §. 1. D. de administr. et peric. tutor.* PVBLICA priuilegia: *l. 1. C. de excusat. veteran.* PVBLICAE quaestiones, vt et publica crimina sunt, de quibus publicum iudicium est constitutum: *l. 32. §. 6. D. de recept. arbitr. l. 2. §. 32. D. de origin. iur.* PVBLICA quaestio habenda: *l. 1. D. de SC. Silan. l. vlt. D. de tabul. exhib.* PVBLICI reditus ciuitatum: *l. vlt. D. de muner. et honor.* quos POPVLI *reditus* vocat Ouidius *Lib. V. ex Ponto Eleg. 5. v. 19.*

Aut populi reditus positam componet ad hastam.

PVBLICAS res Cicero alicubi publicam vtilitatem continentes interpretatur. Sic Ouid. *Lib. V. Fastor. v. 729.*

Nocte praetereo, populi Fortuna potentis PVBLICA. Libertas non priuata, sed PVBLICA res est: *l. 53. princ. D. de fideicomm. libertat.* PVBLICA sacra: *l. 9. D. ad leg. Iul. peculat.* PVBLICVM salarium: *l. vlt. D. de offic. adsessor.* PVBLICE praeberi salaria: *l. 16. §. 1. D. de alim. et cibar. legat.* PVBLICVS seruus: *l. 1. C. de seru. reip. manumiss. l. 11. D. de vsur.* PVBLICVM solum: *l. 2. D. ne quid in loc. public.* PVBLICOS sumtus: *l. 3. D. de oper publ.* PVBLICAE tabernae, quae in solo publico sunt, licet earum vsus ad priuatos pertineat: *l. 32. D. de contrah. emt.* PVBLICAE tabulae: *l. 4. §. 1. D. de censib. l. 8. l 9. §. 1. et l. 10. D. de leg. Iul. peculat.* PVBLICAM tutelam meret libertus: *l. 2. D. de stat. homin.* PVBLICA vis, quae armis committitur: *l. 1. D. ad leg Iul. de vi publ.* PVBLICAM vim committere: *l. 29. §. vlt. ad leg. Iul. de adulter.* PVBLICA vtilitas, quae circa tributorum praestationes et naturas versatur, adpellatur, *l. 3. C. de primipil. l. 1. C. de offic. com. sacrar. largit. l. 4. C. de offic. rector. prouinc. l. 6. C. Th de diuers. rescript.* PVBLICA etiam esse nuptiarum vtilitas traditur *l. 12. §. 3. D. de captiu. et postlimin.* et apud Paull. *Lib II. Sentent. tit. 19. §. 2.* PVBLICA vtilitas, pro libertatis fauore: *l. 10. §. vlt. D. de testam. tutel.* PVBLICAE vtilitatis interest, ex amicitia creationes fieri, sed aestimatione vera et commodo reipublicae: *l. 1. C. si propter inimicit.* PVBLICA vtilitas: *l. 2. §. 44. D ad SC. Tertullian.*

¶. 2. PVBLICVM absolute positum varie accipitur. Primo significat aerarium populi vel fiscum. Sic: ex PVBLICO accipere: *l. 25. pr. D. de SC. Silan.* In PVBLICVM redigere: *l. 25. §. vlt. D. eod. tit.* In PVBLICVM obligatae res: *l. 15. D. de dot. praelegat. l. 26. §. 1. D. de pignor. action.* Deinde PVBLICVM pro publica custodia. Itaque in PVBLICVM deduci intelliguntur fugitiui serui, qui magistratibus municipalibus vel publicis ministeriis traduntur. *l. 1. §. penult. l. 2. D. de seru. fugitiu. l. penult. eod. tit.* Et sic quoque in

PVB. PVD.

PVBLICO seruari dicuntur, qui sub publica custodia adseruantur, *l. 48. D. de verb. signif. l. 9. D. ex quib. causs. maior.* vel etiam qui in carcere sunt. Nam et Plautus *in Amphitr. Act. IV. sc. 2. v. 7. publicitus excipi* pro carcere excipi dixit imitatione Graeci sermonis, quo δημόσιον carcer adpellatur. PVBLICVM denique pro loco publico. In PVBLICO adparere. *l. 2. D. de in ius vocand.* In PVBLICO et in priuato facere, opponuntur: *l. 15. §. 1. 2. 3. D. de damn. infect.* In PVBLICO deponere, quid sit *l. 19. D. de vsur.* quae verba videntur esse Triboniani. In PVBLICO depositae tabulae: *l. vlt. D. de his, quae in testam.* Statua in PVBLICO posita: *l. 29. D. de reb. auctor. iud. possid.* In PVBLICO positum: *l. 41. D. de adquir. rer. domin.* In PVBLICO esse cum telo: *l. 3. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* In PVBLICO sui copiam facere: *l. 1. D. quand. adpell. sit.*

PVBLIVS Aelius iurisconsultus. vid. *Aelius.*

PVBLIVS Acilius maximam scientiam in profitendo habuit, primusque a populo sapiens adpellatus est: *l. 2. §. 38. D de orig. iur.* Parum accuratus hic esse Pomponius Ruperto videtur, eumque pro L. ACILIO nobis obtrudere P. ATILIVM. De illo sane Cicero *de amicit. Cap. II. Scimus L. Acilium apud patres nostros adpellatum sapientem, quia prudens esse in iure ciuili putabatur.* Eumdem *Lib. II. de legib. cap. 23.* iungit Sex. Aelio. Res nondum liquet. HEIN.

PVBLIVS Caecus, Asprenatis Nonii pater auersa sella a Bruto destitutus, quum vellet postulare: *l. 1. §. 5. D. de postul.*

PVBLIVS Mucius Scaeuola iurisconsultus. Eum Pomponius iis accenset, qui fundauerunt ius ciuile. *l. 2. §. 39. de orig. iur.* Consul fuit a. ab V. C. DCXX. collega L. Calpurnio Pisone Frugi. Vellei. Paterc. *Histor. Lib. II. Cap. 2.* Gruter. *Inscript. p. CCII. seq.* biennio post pontifex maximus factus: Cic. *Lib. XII. ad Attic. epist. 4. de orator. Lib. II. Cap. 12.* Decem eum libellos reliquisse, auctor est idem Pomponius, *l. 2. §. 39. D. de orig. iur.* e quibus non nisi paucissima in iure nostro supersunt ἀποσπασμάτια. *l. 66. D. solut. matrimon. l. 17. D. de legation. l. 4. D. de captiu. et postlim reuers.* HEIN.

PVBLIVS Rutilius Rufus, vid. *Rutilius.*

PVD.

PVDICE viuens maritus, mulieri quoque bonos mores colendi auctor est: *l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. de adulter.*

[PVDICITIA. PVDICITIAM adtentare vid. supra *adtentare.* Senec. *Lib. II. de ira Cap. 28.* PVDICITIAM *seruulorum suorum adtentari non vult, qui non pepercit suae.* PVDICITIAE praemio cessit donatio maritalis, ante tempus criminis ac reatus collata in vxorem: *l. 24. C. de donat. int. vir. et vxor.* Periniquum videtur esse,

esse, vt PVDICITIAM vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. *l. 13. §. 5. D. ad leg. Iul. de adulter.*

PVDOR, pro existimatione, dignitate, et vt vulgo loquimur, reputatione. *l. 20. D. de his, qui not. infam. l. 25. D. de procurator. l. 1. §. 5. et sequ. l. 15. §. 27. D. de iniur.* Verecundiam etiam dixit Papinianus in *l. 15. D. de condit. et demonstrat.* [Constantinus Imp. PVDOREM et verecundiam coniungit in *l. 2 C. de his, qui ven. aetat.* vbi propter PVDOREM et verecundiam feminarum coetui publico demonstrari, non cogendas eas, statuit.] Sic PVDOR oneretur. *l. 20. D. de his, qui not. infam.* PVDORI parcitur: *l. 28. D. de reb. auctor. iudic. possid.* [Damno PVDORIS, existimationis dispendio: *l. 41. C. Th. de Episcop. Lib. XVI. tit. 2.* PVDORE mansuetudinis nostrae fatigato: *l. 7. C. Theod. de diuers. rescript. Lib. I. tit. 2.*] ¶. 2. [PVDOR interdum non tam hominum famae, quam aequi et boni, aut certe eius, quod aequius melius est, respectum significat. Sic: *§. 1. Instit. de fideicommiss. hered.* fideicommissa adpellata sont, quia nullo iuris vinculo, sed tantum PVDORE eorum, qui rogabantur, continebantur; et Seneca *in Troadibus Act. II. v. 334.*

Quod non vetat lex, hoc vetat fieri PVDOR.

Grot. *Lib. III. de iur. bell. et pac. Cap. 10.*]

PVE.

[PVELLA dicitur, quae potest habere de dote repetenda actionem, hoc est, mulier seu vxor filiafamilias. *l. 22. §. 11. D. solut. matrim. l. 41. §. 7. D. de legat. III.* et plane etiam illa, quae iam vxor fuit. *l. 26. §. 4. D. de pact. dotal.* Immo etiam, quae enixa est, hoc nomine adpellatur a Gellio *Lib. XII. Cap. 1.* et quae vterum gerit Ouidio *Lib. II. Fastor. v. 451.*

Parce, precor, grauidis facilis Lucina PVELLIS,
Maturumque vtero molliter aufer onus.]

PVER. Ista adpellatio tres significationes habet: vnam, quum omnes *seruos* PVEROS adpellamus, quae in comoediis frequens est. Alteram, quum PVERVM contrario nomine *puellae* dicimus. Tertiam, quum *puerilem aetatem* et impuberem significamus. *l. 204. D. de verb. signific.* Sueton. *in August. Cap. XLI.* *Ac ne minores* PVEROS *quidem praeterit, quamuis non nisi ab vndecimo aetatis anno accipere consuessent. l. 1. princ. D. vbi pupill. educ. vel morar. deb.* ¶. 2. PVERI vtique adpellatione etiam puella significatur, non imitatione modo Graeci sermonis, sed et quod masculino sexu femininum alias quoque semper comprehenditur. *l. 163. in fin. D. de verb. signific.* Argumentum etiam huius significationis illud adfert Paullus, quod et recentes ex partu feminas *puerperas* Latini vocant. Senec. *Lib. II. controuers. 13.* *Non vi parere, delicata es, cruciatus* PVERPERAE *times.* Catull. *Saecular. Carm. ad Dianam v. 13.*

Tu Lucina dolentibus
Iuno dicta PVERPERIS.

Sueton. *in Caligul. Cap. VIII.* *Qualiscumque partus*, ait, *sine sexus discrimine PVERPERIVM vocatur, quod antiqui etiam puellas pueras, sicut et pueros puellos dictitarent.* Gellius quoque *Lib. XII. Noct. Attic. Cap. 1.* *Puerperam*, ait, dici, quae recens enixa est. Donat. *ad Terent. Andr. Act. III. scen. 2. v. 10.* *Omnis, quae peperit,* PVERPERA: *πρωτοτόκος, quae primum. Et non quod puerum, sed quod filium peperit, puerpera dicta est. Et apud veteres: puer, puellus, puera, puella.* Adde eund. Donat. *ad Andr. Act. II. scen. 3. v. 26.* Priscianus quoque *Lib. VI. p. 696. edit. Hel. Putsch.* *PVER, pueri, cuius femininum puera dicebant antiqui, vnde et puerpera dicitur, quae puerum vel pueram parit, id est, puellam, quod est diminutiuum puerae* ¶. 3. PVER pro pupillo: *l. 13. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tutel.* PVER etiam impuberem filium significat, *l. 36. D. de statulib.*

[PVERITIA pro aetate XVII. annis minore. *l. 1. §. 3. D. de postuland.* PVERITIAE prima aetas: *l. vn. C. Th. de his, qui ven. aetatis. Lib. II. tit. 17.*]

PVERPERA. Eius significationem et *ἐτυμολογίαν* non ita multo ante in *puer* dedimus. Plaut. *Amphitr. Act. II scen. 1. v. 40.* Alcumenam vocat PVERPERAM, quae nondum enixa est, sed in eo est, vt pariat. PVERPERA in *l. 14. §. 2. D. de aedilit. edict.*

PVERPERIVM. *§. 4. Inst. de SC. Tertullian.*

PVL.

PVLCHERRIMVS. PVLCHERRIMA oratio: *l. 2. §. 4. D. de orig. iur.*

PVLSARE, minus est quam verberare. Ofilius enim *l. 1. §. 5. D. de iniur. verberari* quem cum dolore, PVLSARI sine dolore, dicit. Quod exagitat suo more Laur. Valla. At comparate id videtur intelligendum, maiore puta cum dolore coniunctam esse verberationem, quam pulsationem, et hanc magis ad iniuriam pertinere. *Pulsabatur* enim quis manu, *verberabatur* loris, fustibus, flagellis. *§. 1. Inst. de iniur.* Add. Coleri *Parerg. Cap. XXXVI.* Vid. etiam V. C. Car. Andr. Duker. *de Latin. veter. iurisc. p. 146.* HEIN. Verberatus PVLSATVS: *l. 22. §. vlt. D. rat. rem haber.* Sic et promiscue accipiuntur haec verba *l. 4. §. 13. D. de iniur.* ¶. 2. PVLSARI pro iudicio conueniri, *l. 11. §. 9. D. de interrog. in iur. faciend. l. 2. v. ei quoque et §. 5. v. si agant D. de iudic.* et in Imperatorum rescriptis persaepe. Cassiod. *Lib. I. Variar. epist. 8.*

PVLSATIO pudoris, apud Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 4. §. 4.* Cuiacius interpretatur stupri illationem. Ab Aniani manu esse suspicatur Schultingius *in notis p. 439.* HEIN.

PVLSVS. Actiue PVLSVS est, pro *pepulit* legitur *l. 1. §. 3. D. ne vis fiat ei, qui in possess.*

ſeſſ. miſſ. Et ita frequenter locutos eſſe veteres oſtendit Salmaſ. *ad Scriptor. Hiſt. Auguſt. p.* 177. HEIN.

[PVLVERATICVM. Eius fit mentio in *l. 16. C. Theod. de tironib. Lib. VII. tit.* 3. vbi vid. Gothofred. *in Comment.* Carol. du Freſne *in Gloſſar. med. et infim. Latinit. hac voce.* et Cuiac. *Lib. IV. Obſeruat. Cap.* 18.]

PVN.

PVNCTVM temporis, pro momento, in *l. C. de agricol. et cenſit. Lib. XI.* Terentius *Phormion. Act. 1. ſcen. 4. v.* 7.

Tum temporis mihi PVNCTVM *ad hanc rem eſt.* Vbi Donatus: PVNCTVM, *pro momentum.* item: PVNCTVM, *anguſtiſſimum ſpatium.* Hieronym. *Epiſt. III. Quot* PVNCTIS *notarii, tot meorum ſunt damna temporum.*

PVNGERE. [PVNCTI ſolatium: in *l. 4 §. 1. C. de aduocat. diuerſ. iudicum*, quid ſit, ſe ignorare fatetur Cuiacius *Lib. XIII. Obſeru. Cap.* 2. ☞ Sed torſit Cuiacium, vt ipſe ait, varia lectio, et decepit male diſtinctus eius legis textus. PVNCTI enim vocabulum ſubſtantiue eo loco non accipiendum, neque ad ſequens *ſolatia*, ſed ad ea, quae praecedunt, referendum eſt: vt PVNCTI *diuina manu noſtrae ſerenitatis*, hoc eſt, Imperatoris idem ſit, ac manu eiusdem notati, certisque notis ſignati: quod ſingularis fauoris iudicium erat. PVNCTVM enim pro ſuffragio et fauore accipi notum eſt. Et veteres *punctis* ſuffragia notare ſolebant: vnde *expuncti* dicebantur fauore priuati, vel repulſi. Vid. Iac. Gutber. *de offic. dom. Aug. Lib. III. Cap.* 1.] Sed quis vmquam dixit: *Iubemus viros clariſſimos die feſtiuitatis Calendarum Ianuariarum inter ſpectabiles conſiſtorii noſtri comites diuina Serenitatis noſtrae manu* PVNCTI *ſolatia conſequi?* Si admittenda viri docti interpretatio: ſcribendum eſſet PVNCTOS. Nihil certius videtur, quam legendum eſſe FVNCTI *ſolatia conſequi*, vt *functi* ſit pro *functionis*. Quam lectionem editionem Cheuallonianam Pariſ. CIↃIↃXXI. agnoſcere, obſeruauit V. A. Corn. van Bynkerh. *Obſeru. Lib. I. Cap.* 7. Eſt tamen et Salmaſii coniectura *ad Scriptor. Hiſt. Auguſt. p.* 20. PVNCTVM in hac lege eſſe idem ac *ſalarium* exiſtimantis, vti Gallis ſalarium dicatur *adpunctatio: (appointement,)* ſed merito deſideres huius notionis exempla. HEIN.

PVNICVS. PVNICA lingua: *l. 11. princ. D. de legat. III.* Plin. *Lib. IV. Cap. 22. et Lib. XVIII. Cap.* 3.

PVP.

PVPILLA, contrario nomine pupilli dicitur. [Sed PVPILLA etiam adultam notat, *l. 20. D. de rit. nuptiar.* forte quia mulieres in perpetua tutela erant. PVPILLAE comparatur respublica: *l. 3. C. de iur. reip. Lib. XI. tit.* 29.]

PVPILLARIS, E, a pupillo deſcendit. PVPILLARIS aetas XIV. annis terminatur. *l. 16. D. de iur. fiſc. l. 7. C. de impub. l. 3. C. de praeſcript.*

XXX. annor. Sueton. *in Auguſt. Cap. LXVI. Aut ſi* PVPILLARI *aetate eſſent die virilis togae vel nuptiarum, cum incremento reſtituere conſueuerant.* Eius tres facit gradus Theophilus *ad §. 9. de inutil. ſtipul.* *Infantiam*, id eſt, necdum fandi potentem aetatem: *proximam infantiae*, quae iam fandi poteſtatem conſequuta eſt: et *proximam pubertati*, quae proxime pubertatem accedit. PVPILLARIBVS cenſibus regendis: *l. 3. C. Theod. de tutor. et curator.* PVPILLARIS ſubſtitutio, eſt, quae fit liberis impuberibus in poteſtate poſitis in eum caſum, quo ante pubertatis annos deceſſerint: *l. 2. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit. princ. Inſt. de pupillar. ſubſtit.* Eodemque modo PVPILLARES tabulas accipe, quas etiam PVPILLARE teſtamentum et impuberis filii teſtamentum iuriſconſulti vocant: *l. 34. §. 10. D. de legat. I. l. 8. §. 5. D. de inoffic. teſtam. l. 2. §. 2. l. 10. §. D. de vulgar. et pupillar. ſubſtitut. l. 20. l. 38. l. 43. in fin. D. eod. tit.* Et *ſecundas* tabulas vt Lib. XVII. oſtendemus. PVPILLARES vſurae; Vet. Gloſſar. Graec. Ὀρφανικοὶ τόκοι, ὡς καὶ πουπιλλαρίους λέγουσιν, οἱ ἀπὸ τρίτης ἑκατοστῆς. PVPILLARES *vſurae, tertiam centeſimam non excedentes*, id eſt, vſurae trientes. Sic et Harmenop. *Lib. III. tit. 7. §.* 11.

PVPILLVS. Eum Pomponius ita definit: qui quum impubes eſt, deſinit in patria poteſtate eſſe aut morte, aut emancipatione. *l. 239. D. de verb. ſignif.* Cornutus *ad Perſ. Satyr. II. v.* 13. PVPILLVM dicit *puerum intra pupillares annos conſtitutum, et nondum ſuae tutelae.* Plane PVPILLVS non adpellatur, qui adhuc in vtero eſt. *l. 162. D. eod. tit.* Hic enim ne vix quidem animal eſt, ſed ſpes animalis. Ne in PVPILLVM de dolo detur actio: *l. 13. §. 1. D. de dol. mal.* [PVPILLVS tuus: *l. 6 pr. D. de negot. geſt.* PVPILLVS ſi impubes eſt: *l. 4. princ. D. de in lit. iurand.* Non autem idem eſt in iure PVPILLVS et *impubes.* Nam *impuberis* nomen ſignificat tantum aetatem; PVPILLI et aetatem et conditionem, ſecundum quam ſui iuris eſt, liberum caput, paruae aetatis. Qui eſt in poteſtate patris, necdum peruenit ad annum XIV. eſt *impubes*, non etiam pupillus. Cuiac. *in recit. C. vbi pupill. educar. vel morari.*]

¶. 2 [Lata ſignificatione PVPILLVS etiam dicitur minor. *l. 1. §. 2. D. de reb. eor. qui ſub tutel.*]

¶. 3. [PVPILLVS etiam adpellatur, qui in poteſtate patris eſt. *l. 18. §. vlt. C. de iur. deliber. l. vlt. §. 2. D. de verb. obligat. l. 7. §. 3. D. de pecul.* vbi et ſeruus dicitur PVPILLVS.

PVR.

PVRE et ſub exceptione opponuntur in *l. 22. §. vlt. D. de damn. infect.* PVRE etiam eſt ſine die et conditione, *l. 8. D. de auctorit. tut.* PVRE ſtipulatus, in *l. 138. §. vlt. D. de verb. oblig.* dicitur, qui illud aut illud ſimpliciter ſtipulatus eſt, non adiecto eo, vtrum voluerit.

PVRGARE, multa ſignificat. PVRGARE crimen: *l. vlt. D ad leg. Iul. maieſt.* exiſtimationem: *l. 1. §. 6. D. de iniur.* innocentiam: *l. 22. D. de iur. fiſc. l. 6. C. de procurator.* PVRGARE moram emendare eſt. *l. 8. l. 14. D. de nouation. l. 73. §. vlt. l. 91. §. 3. D. de verb. obligat.* pudorem:

rem: *l. 25. D. de procurator.* PVRGARE debet praeses prouinciam malis hominibus: *l. 3. D. de offic. praesid.* PVRGATA probataque ratio: *l. 1. C. Theod. de bon proscript. Lib. IX. tit. 42.* [PVRGARE autem rationes est discutere atque deducere, quod sibi debetur. *l. 31. §. 3. D. de negot. gest.* vbi Cuiac. *ad Papinian. Lib. II. responsor. l. 12. C. de bon. proscript. et Obseruat. Lib. XI. Cap. 9*] PVRGARE riuum, fontem, dicimus, *l. 1. D. de riuis. l. 1. §. 7. D. de fonte.* PVRGARE viam est ad libramentum proprium redigere, sublato eo, quod superest. *l. 1. §. 1. D. de via publ.* Sic accipe in *l. 1. §. 12. D. de fluminib.*

PVRITAS sacerdotum: *l. vlt. princ. C. de Episcop. audient.*

[PVRPVRA. PVRPVRAM adorare: *l. vn C. Theod. de praepos. sacr. cubicul. Lib. VI. tit. 8.* vbi vid. Iac Gothofred. et supra *Lib. I. adorare*] PVRPVRAE nundinae vetitae: *l. vlt. C. Theod. de murilegul. Lib. X. tit. 20. et l. 5. C. Iustin. de vestib. olober. Lib. XI. tit. 8.*

PVRVS, A, VM. PVRAE *chartae* et *membranae* scriptis opponuntur. *l. 52. §. 4. D. de legat. III.* PVRAE *hastae*, quibus iouenes plerumque praemii ergo donabantur. Seruius in *VI. Aeneid. v. 760.* interpretatur *sine ferro:* additque, *nam hoc fuit praemium apud maiores eius, qui tunc primum vicisset in praelio.* Vnde a Zonara *Tom. II. Annal. p. 31.* δώρατα ἀσίδηρα, *hastae sine ferro* vocantur. Ita apud Liuium saepe et apud Vopiscum *in Aurelian. Cap. 13.* accipiendum est. PVRVM *iudicium* apud Ciceron. *de Inuentione Lib. II. Cap. 20.* est sine exceptiune. PVRA *lanx* caelatae opponitur in *l. 6. D. de rei vindic.* vt et *argentum purum* caelato aduersum facit Cicero *in Verr. IV. Cap. 22. Caenabat*, inquit, *apud eum; argentum illi ceterum PVRVM adposuerat.* Et post paullo *Cap. XXIII. Ei negotium dedit, vt quidquid Halunti esset argenti caelati, aut si quid esset Corinthiorum, vt omne statim ad mare ex oppido deportaretur.* Ibid. *Ne quem putetis sine maximo dolore argentum caelatum domo, quod alter eriperet, protulisse. Omnia deferuntur. Cybaritae fratres vocantur; Pauca improbant: quae probarant; his crustae aut emblemata detrahuntur. Sic Haluntini, excussis deliciis, cum argento PVRO domum reuerterunt.* Plin. *Lib. XXI. Cap. 3.* de lemniscis, PVRI *diu fuere: caelare primus eos instituit P. Claudius.* Atque ita magis est, vt PVRVM *argentum* apud Plinium *Lib. III. epist. 1.* interpretemur, quam quo Cataneus vir doctissimus exposuit modo. Sed PVRA vasa apud Columellam *Lib. XII. Cap. 4. et Cap. 28.* ea accipienda sunt, in quae nondum qoidquam sit infusum. PVRA *libertas*, quae pure, id est, sine die et conditione data est, *l. 59. §. 1. D. de manumiss. testam.* PVRVS *locus* interdum inaedificato opponitur, *l. vlt. D. de pignor. action.* Quo sensu et PVRA *loca* Varro *Lib. IV. de lingu. Latin. areas in vrbe adpellari* scripsit. Interdum religioso, id est, ei loco, in quem mortuus illatus est: Itaque PVRVS *locus* definitur, qui neque sacer, neque sanctus, neque religiosus est, sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacat, et profani iuris est. *l. 2. §. 4. D. de religios. et sumt. funer. l. 2. l. 6. l. 9. C. eod. tit. l. 1. §. 2. D. de mort. inferend. l. 6. §. 6. D. commun. diuid. l. 73. D. de contrah. emtion. §. 9. Instit. de rer. diuision.* Ita PVRVM *monumentum* accipio in *l. 6. in fin. D. de religios. l. 5. §. 10. D. de donat. inter vir. et vxor.* PVRA *obligatio* praesens dicitur, quae neque diem neque conditionem habet. *§. 3. Inst. de verb. obligat.* et aliis infinitis locis. Plane in *l. 5. D. de solution.* PVRA *obligatio* est, quae sine satisdatione est, cui fideiussor vel pignus non accessit. In lege Falcidia pro PVRO non habetur, quod in diem relictum est: *l. 45. princ. D. ad leg. Falcid.* Non praetermittenda loquutio elegantissima: PVRA *substantia*, καθαρὰ ὕσία, pro vacua ab aere alieno: *Nouell. I. Cap. II. §. 2.* Theophil. in *§. 2. Inst. de leg. Falcid.* Ita in *l. 20. §. 4. C. de agricol. et censit.* PVRI *reditus* sunt, qui solutis tributis supersunt. HEIN. ¶. 2. [PVRVM putum quid? Gellius *Lib. VI. Noct. Attic. Cap. 5.* fragmentum quoddam ex Alfeni Iureconsulti libro XXXIV. Digestorum, coniectaneorum II. recenset, et refutat.] Add. Fest. *Lib. IX.* in *imputatum.*

PVT.

PVTARE. PVTARI proprie arbores dicuntur. *l. 1. §. 27. D. de aqua quotid. l. 1. §. 12. D. de nou. oper. nunciat.* Festus Pompeius *Lib. IX. Imputatum*, ait, *nondum purgatum Putum enim est purum.* et *Lib. I. Amputata, id est, circumputata, quod antiqui perperam pro PVTO dixerunt.* PVTARE autem arbores Graeci καθαίρειν vocant. Leontin. apud Cassian. *Lib. X. Geoponic.* μετὰ τὴν καρπολογίαν εὐθέως καὶ τὰ μεγάλα καὶ τὰ μικρὰ δένδρα καθαρτέον.

PVTARE lex XII. Tabolarum a Modestino in *l. 25. D. de statulib.* dicitur, quod ita sensisse eam ex verbis colligitur. [PVTARE ergo hic et in *l. 6. § 1. D. pro emtor.* pro certa et seria sententia sumitur. Papinianus recte PVTABAT, non PVTABAT, *l. 23. D de donat. inter vir. et vxor.*] ¶. 2. [PVTARE aliquando accipitur pro opinione leui et falsa, vt in *l. 7. §. 8. D. ad SC. Velleian. et l. 36. D. famil ercisc.* Hinc Cuiacius *in l. 67. §. 10. D. de legat. II.* scribit: τὸ PVTO esse verbum opinantis. *Dicimus enim*, inquit, PVTO, *non quasi certi, sed quasi existimantes.*]

[PVTATIO, pro opioio, existimatio, quod quis alium esse potat. Transferri per personae PVTATIONEM ex persona filiorum ad parentes iniuria non potest: *l. 18. §. 4 D. de iniur. et famos. libell.*] Nullibi hoc verbum, nisi in Glossis vet. in quibus est οἴησις, PVTATIO, *opinatio*, reperiri, obseruauit V. C. Duker. *de Latin. veter. iurisconsult. p. 384.* HEIN.

PVTATOR, qui arborem putat, arborum ramos stringit et amputat. *l. 31. D. ad leg. Aquill. l. 18. §. 7. D. de fund. instruct.* Et apud Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 6. §. 35. et Lib. V. tit. 23. §. 12.* et apud Plinium *Lib. XXVII. Cap. 8.*

PVTA-

PVTATORIVS. PVTATORIAE falces, quae putandis arborum ramis deseruiunt, apud Paull.* *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 35.*

PVTEA. Vlpianus in *l. 17. §. 8. D. de action. emt.* Castella plumbea, PVTEA, opercula puteorum, aedium esse constat. Budaeus pro PVTEA, legit *puteal:* sed ita superflua essent sequentia. Hinc V. A. Corn. van Bynkershoek *Lib. V. Obseru. Cap. 9.* mauult *butea* vel *butia.* Βύτια vero est cupa vel cupella, admittens tamen et Budaei *puteal*, si pro statua, quae aquam fundit, accipiatur. Glossar. Petronii: *Marsyae, personae seu sigilla, ex quorum rostris aut alia corporis parte aqua salire solet, varie efficta. In fontibus ac puteis* PVTEALIA *adpellantur.* Ita sane tamquam diuersa coniungi possunt *puteal et opercula puteorum.* HEIN.

[PVTEAL, proprie operculum putei significat in *l. 13. §. vlt. D. de act. emt. l. 14. D eod. tit.* Hinc et opercula locis sacris imposita hoc nomine adpellata sunt, sicut et loca publica ita operta, ad quae variorum negotiorum caussa conueniebatur. Mid. Martin. *Lexic. Crit. hac voc.* qui illud Persii *Sat. IV.*

Si PVTEAL *multa cautus vibice flagellas.*

metonymice exponit, de hominibus obaeratis in foro conuenientibus. Quo facit eximie locus Ciceron. *pro Sextio Cap. VIII.* *Alter unguentis affluens, calamistrata coma, despiciens conscios stuprorum, ac veteres vexatores aetatulae suae, PVTEALI et foeneratorum gregibus inflatus atque perculsus.* Sed vide Rhodigin. *Lib. X. Antiqu. Lection. Cap. 17.*]

[PVTEALIS aqua perennis est, duci tamen non potest. *l. 1. §. 6. D. de aqu. quotid. et aestiu.* Vid. supra Lib. VI. in *fontana aqua.*]

PVTEOLANVS iurisconsultus, auctor librorum, quos *adsessoria* inscripsit, laudatorum ab Vlpiano, in *l. 12. D. de pact.* HEIN.

[PVTEVS. PVTEVM aperire. Venae PVTEI tui praecisae: *l. 24. §. vlt. D. de damn. infect.*]

PYR.

PYRRHICHARIVS. In ludum venatorium damnati instituuntur venatores, aut PYRRHICHARII. *l. 8. §. 11. D. de poen.* PYRRHICHIA erat genus saltationis, quae ab armatis fiebat. Damnati ad bestias nonnumquam ante lanienam gesticulari cogebantur in Amphitheatro, *ἐν χιτῶσι διαχρύσοις καὶ χλαμυδοῖς ἁλουργοῖς ἐστεφανωμένοι καὶ πυῤῥιχίζοντες, tunicis auratis et purpureis vestibus amicti et coronati, et* PYRRHICHIAM *saltantes.* Plutarch. *de sera numin. vindict. p. 554. Tom. II.* De PYRRHICHIA plura Scaliger *de art. poetic. I, 18.* et Valesius et Lindenbrog. ad Ammian. Marcellin. *Lib. XVI. Cap. 5. p. 90.* HEIN.

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XV.

[QVADRAGENI. QVADRAGENA annua esse reditus: *l. 6. in fin. D. de pact. dotal.* pro reditibus annuis quadringentorum aureorum, id est, talibus, qui singulis annis quadringentos aureos conficiunt. Cuiusmodi loquutionis similia exempla plura notauit Brissonius *in Parerg. n. 131.*]

[QVADRAGESIMA. Sacratis QVADRAGESIMAE diebus nulla supplicia sint corporis, qoibus absolutio exspectatur animarum. *l. 5. C. Th. de quaestion. Lib. IX. tit. 35.* QVADRAGESIMA autem adpellantur quadraginta illi dies, qui auspicio caerimoniarum paschale tempus anticipant, quibusque omnem criminalium quaestionum cognitionem inhiberi iubent Imperatores in *l. 6. C. de feriis.* Adde, quae hanc in rem copiose non minus quam docte disseruit Aegid. Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXVI.*]

§. 2. QVADRAGESIMA etiam vectigal est, quod portorii nomine exigebatur, antequam *octaua* inualuisset. Quinctil. *Declam. CCCLIX.* Symmach. *Lib. V. epist. 63.* *Publicum* QVADRAGESIMAE vocatur a Sueton. *in Vespasian. Cap. 1.* Add. Cl. Burmann. *de vectigal. Pop. Rom. Cap. V.* HEIN.

QVADRANS, pro tribus vnciis tam in asse hereditario, quam vsurario accipitur. Sic: QVADRANS integer, apud Vlpian. *tit. XXIV. Regul. §. 32.* Ex QVADRANTE heres scriptus: *l. 17. §. 2. D. de doli mal. et met. except.* Auxilio Falcidiae institutus heres QVADRANTEM retinere potest: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 8. §. 1.* vbi et *quarta* vocatur. *ibid. §. 2. et 3.* QVAORANS fundi: *l. 8. D. de rei vindicat* QVADRANTES vsurae: *l. 21. §. 2. D. de annuis legat.*

QVADRATARII, in *l. 1. C. de excusat. artific. Lib X. tit. 65.* qoi sint ex libello passionis Beatorum Claudii, Castorii, Nicostrati, et Symphoriani, qui *arte quadrataria* excelluisse feruntur, didici. Hic autem vno loco scriptum est: *et coeperunt artifices QVADRATARII incidere lapidem ad collyrium columnae.* Et alio loco: *tunc coeperunt in nomine Christi cauare conchas et pegas et lacus cum sigillis et cantbaris, cum magna tenuitate artis.* Et alias: *ab eadem hora coepit Simplicius omnem artem QVADRATARIAM cum ferramento suo, sicut Symphorianus bene et recte operari.* Ex quibos et aliis eiusdem libelli, quos hic omitto, locis eorum artificum industriam in columnis ex marmoreis lapidibos incidendis, marmoribusque in tenues crustas secandis et sigillis, conchis, cantharisque cauandis, et omnibus argumentis ex marmore aliisque lapidibus exprimendis versatam liquet. Quod etiam Sidonii Apollinar. *Lib. III. epist. 12.* verba comprobant. *Sed vide*, ait, *vt vitium non faciat in marmore lapicida. Quod factum sue ab industria, seu per incuriam mibi magis, quam QVADRATARIO liuidus lector adscribit.* [Cuiacius ad *d. l. 1. C. de excusat. artific.* Graecos sequutus, QVADRATARIOS eos interpretatur, qui lspides expoliebant, *οἱ τὰς διαφανεῖς λίθους ἀκονῶντες*, vt est in Basilicis. Sed si nominis quidem ratio hic habenda, et Cuiacii et Brissonii paullo generalior videtur definitio. Hanc enim si sequamur, illi tantum erunt intelligendi lapicidae et marmorarii, qui marmora et lapides quadrabant, seu in quadrum expoliebant, sicut visum quoque praeter Alciat. *ad l. 1. C. de excusat. artific.* Iac. Gothofred. *ad l. 2. C. Th. cod. tit. Lib. XIII. tit. 4.* Carolo du Fresne *in Glossar. hac voc.* Wouwerius QVADRATORES *marmorum* apod Cassiodor. *Lib. II. Variar. epist. 7.* eosdem cum QVADRATARIIS nostris esse opinatur, in *Not. ad Sidon.* Dubia tamen ibi lectio est, quod et *quadratos* habeant codices. Caue autem in primis, ne per *rem quadrantariam*, QVADRATARIORVM artem intelligas apud Senec. *Epist. LXXXVI.*]

QVADRATVS, quadrangularis. QVADRATAE lances: *l. 19. §. 4. D. de aur. arg. legat.* QVADRATVM lapidem in *l. 6. §. penult. D. si seruit. vindic.* interpretor quadrangularem et in speciem quadratam caesum: quomodo et *Zonam* QVADRATAM Festus *Lib. XV.* interpretatur. Liuius *Lib. VI. Cap. 5.* *Capitolium quoque saxo QVADRATO substructum est.* Plin. *Lib. X. epist. 46.* *Manent adhuc paucissimi arcus: possunt erigi quidam lapide QVADRATO, qui ex superiore lapide deductus est.* Sic *τετραπέδους λίθους* dixit Herodian. *Lib VIII. Cap. 4.* Hirtius *de bello Alexandrin. Cap. 11.* *Saxum* QVADRATVM.

QVADRIFARITER, pro quadrifariam dixit Paullus. *l. vlt. §. 14. D. de gradib. et adfin.* si sequamur Florentinam. HEIN.

QVADRIGA, significat iuncturam quatuor equorum. *l. 49. princ. D. de verb. obligat. l. 65. §. 2. D. de legat. I. l. 58. D. pro socio. l. 10. §. vlt. D. quib. mod. vsusfr. vel vsus amitt.* [Cuiac. in *l. 21. D. de legat. II.* complectitur etiam equos quadriiuges noo currum: ab hoc enim distinguitur apud Iul. Capitolin. *in Gordian. III. Cap. XXVII.* *QVADRIGAE elephanterum Gordiano decretae sunt, Misitheo autem QVADRIGA equorum et triumphalis currus.* Adde Iuuenal. *Satyr. VII.* et Cuiac. *ad l. 49. D. de legat. II.*]

QVADRVPES, animal est, quod dorso et collo domatur. Vlpian. *tit. XIX. §. 1.* QVADRVPEDVM alia pecudum numero sunt, alia bestiarum. *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Aquill.*

QVADRVPLARE, pro quadruplicare. Nomerus QVADRVPLATVR. *l. 10. §. 17. D. de grad. et adfin.* ¶. 2. QVADRVPLARI iudicium in *l. 14. §. 1. D. quod met. caussa.* quod in quadruplum datur. [QVADRVPLARI verum rei pretium: *l. 2. §. 13. D. de vi bonor. raptor.*]

QVADRVPLEX iudicium. Plin. *Lib. I. epist. 18.* centumuirale est. *Eram in* QVADRVPLICI *iudicio.* Idem *Lib. IV. epist. 24. et Lib. VI. epist. 34.*

QVAERERE, pro inuestigare. Sic: QVAERERE aquam: *l. 25. D. de seruit. l. 10. D. de seruit. praed. rusticor. l. 20. D. si seruit. vindic.* conditionem: *l. 29. D. de rit. nuptiar.* QVAERERE alios creditores: *l. 25. D. de pignorat. act.* QVAERERE fideiussores: *l. 8. D. de vsufr. ear. rer. quae vsu amitt.* QVAERERE maritum filiaefamilias: *l. 34. D. de ritu nuptiar.* Sic etiam in *l. 72. D de furtis.* QVAERO, non est consulo, sed inuestigo. Vix enim alias constabit verus huius legis sensus. HEIN. ¶. 2. QVAERERE, saepe est adquirere. QVAERERE actionem: *l. 3. C. de rer. permut. l. 7. C. de pact. conuent.* QVAESITA ex parte hereditaria actio: *l. vlt. C. res inter alios.* QVAESITVS natiuitate vel adoptione agnatus: *l. 2. §. 3. D. de suis et legit. hered.* QVAESITA ex emtione ancilla: *l. 7. C. de contrah. emt.* QVAESITA dignitas: *l. 9. D. de senator.* QVAERERE dominium: *l. 24. C. de rei vindic.* QVAERI dominium, id est, adquiri. *l. 19. D. de donat. int. vir. et vxor.* QVAERERE donationem: *l. 13. D. de collation.* QVAESITA donatio: *l. 11. D. si quid in fraud. credit.* QVAESITA est caossa donationum: *l. 25. C. famil. erciscund.* QVAERERE exceptionem: *l. vlt. D. de exception.* QVAESITA in seroitute filia: *l. 1. §. 3. D. ad SC. Tertull.* QVAESITVS io seruitute filius: *l. 3. D. de liberal. causs.* In seruitute QVAESITI dicuntur filii, qui ex seruis parentibus nati sunt. *l. 1. §. 1. D. ad SC. Tertull. l. vlt. D. de adoption. l. 3. D. de liberal. causs.* Per adoptionem etiam QVAESITOS filios dicimus. *l. 2. §. 3. D. de suis et legit. hered.* Hoc genus loquendi antiquum esse docet Festus *in Quaeso.* QVAERERE filium: *l. 3. §. 8. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 2. C. de donat. mort. caussa.* QVAESITVS frater: *l. 9. D. de collat. bonor.* QVAERERE fructus: *l. 16. D. de impens. in res dotal. fact.* QVAERERE hereditatem: *l. 6. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 15. C. de iur. deliber.* QVAERE tibi hereditatem: *l. 2. C. ad SC. Orfitian.* QVAESITAM hereditatem dicimus, quae vel ex testamento, vel ab intestato, vel ciuili vel honorario iure est adquisita. *l. 9. C. de petit. hered. l. 14. C. de testam. milit.* QVAESITA hereditate et noo QVAESITA: *l. 14. C. de fideicommiss.* QVAESITVS honos: *l. 8. D. de decurionib.* QVAESITA libertas manumissione: *l. 22. C. de liberal. causs.* QVAESITI iustis nuptiis liberi: *l. 1. D. de adsignand. libert.* QVAERI etiam liberi vel vulgo vel iure dicuntur, qui vel ex legitimis nuptiis vel σποράδην suscepti sunt: *l. 18. D. de bon. libert. l. 4. C. de suis et legitim.* Vnde lucem capit lepidus iocus apud Plautum Pseudol. *Act. I. scen. 1. v. 20.*

Vt opinor, QVAERVNT *litterae hae sibi liberos;*

Alia aliam scandit.

id est, videntur operam liberis dare, quod alia super aliam posita sit, Gell. *Lib. IV. Cap. 3.* *Quod iurare a censoribus coactus erat, vxorem se liberûm QVAERENDORVM gratia habiturum.* QVAESITA neptis ex filio: *l. 2. C. de donat. causs. mort.* QVAERI obligatio: *l. 2. C. si seru. exportand.* et obligationem: *l. 16. C. de pignor. l. 1. C. quae commun. res.* QVAERERE seruitutem tempore: *l. 2. C. de seruitut.* QVAESIISSET ius substitutionis: *l. 93. D. de condit. et demonstrat.* QVAERERE successionem sibi: *l. 14. C. de testam. milit. l. 2. C. quorum legator.* QVAESITA successio: *l. 4. C. de tempor. in integr. restit.* QVAESITA res successione: *l. 15. C. de postlim. reuers.* QVAERERE successorem, pro adquirere, *l. 9. C. de petit. heredit.* QVAERERE vectigalia, pro legitimo modo adquirere, *l. 10. C. de vectigal. et commiss.* ¶. 3. QVAERERE, pro controuerti. QVAERI solet: *l. 14. D. de liber. et postum.* De illo QVAERITVR: *l. 1. §. 8. D. ad SC. Trebellian.* ¶. 4. QVAERERE legibus apud veteres dicebantur, qui criminum quaestiooes exsequebantur, quique *quaestiones publicas* exercebant. Plin. *Lib. V. epist. vlt.* *Caussa dilationis Nepos praetor, qui QVAERIT legibus.* Cicero *pro Milone Cap. VI.* *Decernebat enim, vt veteribus legibus tantummodo extra ordinem* QVAERERETVR.

QVAESTIO, id est, controuersia. *l. 115. D. de verbor. signific. l. 2. D. de his, quae in testam. delent. l. 24. D. de adquir. vel omitt. hered.* Sic coepta QVAESTIO: *l. 1. §. 1. D. ne de statu defunct.* QVAESTIO vulgata: *l. 1. §. 1. D. pro dote.* Io eo QVAESTIO consistit: *l. 51. D. de adquir. possess.* QVAESTIO in eo est: *l. 66. § 4. D. de rit. nuptiar. l. 1. §. 21. D. de collat. bonor. l. 6. §. vlt. D. de precar. l. 13. D. de adquir. rer. domin.* QVAESTIO fiet: *l. 2. C. de ordin. iudicior.* QVAESTIO tam iuris vel facti: *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adulter.* QVAESTIONIS esse: *l. 13. §. 7. D. de action. emt.* QVAESTIO pendens ex iurisdictione: *l. 88. D. de solution.* QVAE-

STIO-

STIONIS est: *l. 10. §. 2. D. si quis omiss. causs. testam. l. 25. §. 3 D. de vsufruct. et quemad. quis vt. fruatur. l. 9. §. 1. D. de seru. corrupt. l. 8. l. 9. §. D. de religios. et sumt. funer. l. 11. §. 1. l. 36. D. de pecul. l. 1. §. 5. D. vbi pupill. educar. vel morar. l. 89. D. de legat. III. l. 2. §. 5. D. de iudic.* QVAESTIONIS fuit: *l. 1. §. 12. D. si quis omiss. causs. testam. l. vlt. D. de collat. bonor. l. 12. D quand. dies legat. l. vlt. D. de dotis collat.* Magnae QVAESTIONIS est: *l. 7. §. 1. D. de except. rei iudicat.* QVAESTIONEM facere et inserre: *l. 39. §. 2. D. de liberal. causs. l. 73. D. de euiction.* QVAESTIONEM referre: *l. 3. C. de fid. instrument.* QVAESTIONEM fieri: *l. 34 §. 6. D. de legat. II.* QVAESTIONEM facere de iure testamenti: *l. 30. D. de except. rei iudicat.* QVAESTIO status: *l. 1. C. de ordin. iudic. l. 3. C. de iudiciis.* QVAESTIONEM status facere: *l. vlt. D. pro derelict.* QVAESTIONEM facere de statu: *l. 1. D. de iur. patron. l. 5. D. eod. tit.* QVAESTIO interuenit: *l. 42. §. 1. D. de bon. libert.* In QVAESTIONEM venire: *l. 3. §. 1. D. de agnosc. et alend. liber.* In QVAESTIONEM venire praedia: *l. 21. C. de probation.* In QVAESTIONEM venit: *l. 49. D. de iur. fisc.* In QVAESTIONEM libertatis vocari: *l. 7. §. 3. D. de Carbon. edict.* Sine vlla QVAESTIONE possidere: *l. vlt. §. vlt. D. de rescind. vendit.* QVAESTIONES fisci: *l. 41. D. de fideiussorib.* ¶. 2. QVAESTIONES, quae et *dirae* QVAESTIONES, tormenta significant ad eruendam veritatem adhibita. QVAESTIONEM intelligere debemus tormenta et corporis dolorem ad eruendam veritatem. Nuda ergo interrogatio, vel leois territio non pertinet ad edictum. QVAESTIONIS verbo etiam ea, quam malam mansionem dicunt, continebitur. Quum igitur per vim et tormenta habita quaestio est, tunc QVAESTIO intelligitur: *l. 15. §. 41. D. de iniur. et famos. libell.* QVAESTIONEM autem sic accipimus, non tormenta tantum, sed et omnem inquisitionem et defensionem mortis. *l. 1. §. 25. D. de SC. Silanian.* QVAESTIONEM habere: *l. 2. D. de adpellat. recip.* QVAESTIONEM habere de familia: *l. 37. §. vlt. D. de bonis libert.* QVAESTIO haberi: *l. 27. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* QVAESTIO habita: Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 5. §. 9.* QVAESTIONE habita: *l. 14. C ex quib. causs. infam. irrog.* QVAESTIO habita ad vindicandos socios: *l. vlt. D. ad exhibend.* Is, de quo QVAESTIO habita est: *l. 27. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* In QVAESTIONEM peti serui: *l. 55. D. locat.* In QVAESTIONEM dare seruum: *l. 15. D. de condict. causs. dat.* ¶. 3. QVAESTIONES etiam *publicas* constitutas a Cornelio Sulla Dictatore legimus, de falsis, de sicariis, de veneficiis, de parricidiis. *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* Sic QVAESTIO publica in Epistola Constantini *ad Eluphrium.* QVAESTIO iudicii publici: *l. 5. §. 3. D. de decurion.* QVAESTIO criminum: *l. 1. C. vbi de criminib.* QVAESTIONES capitalium criminum: *l. 17. §. 12. D. ad municipal. l. 1. C. de custod. reor.* QVAESTIONES laesae maiestatis: *l. 8. D. ad leg. Iul. maiest.* Fuere et aliis auctoribus repetundarum et ambitus publicae constitutae quaestiones. QVAESTIONES hae ζητήσεις quoque a Graecis Oratoribus dicuntur. Dinarchus certe κατὰ Φιλοκλέȣς *in fine. p. 90. edit. Wechel. 1619.* ὅτι ὑμεῖς μὲν παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπαινεῖσθε ταῖς γεγενημέναις ζητήσεσιν ὑπὲρ τέτων τῶν χρημάτων. *Vobis apud omnes e factis illis de facultatibus QVAESTIONIBVS laudem parari maximam.* QVAESTIONI praeesse dicebantur praetores, qoi quaestionem exercebant. Ita iudex QVAESTIONIS: *l. 1. princ. D. ad leg. Cornel. de sicar.* QVAESTIO etiam de crimine constitui dicebatur, quum alicuius criminis inquisitionem senatus mandabat. Sueton. *in Iul. Cap. VI. Quem inter publicas caerimonias penetrasse ad eam muliebri veste, tam constans fama erat, vt Senatus* QVAESTIONEM *de pollutis sacris decreuerit.* Vide plura in PVBLICVS.

[QVAESTIONARIVS, pro tortore. *l. vlt princ. C. Theod. de episcop. iudic. Lib. XVI. tit. vlt.*]

QVAESTOR, vel QVAESITOR olim dicebatur, qui rebus capitalibos praeerat. Ascon. Paedian. *in II. Verrin. Proprie* QVAESTORES *dicuntur criminalium quaestionum.* QVAESTORES et QVAESITORES dicebantur, quasi ἐρευνάδες, vt Iustinianus *Nouell. LXXX. Cap. 1. l. 2. §. 23. D. de orig. iur.* Cicero *pro Sex. Roscio Cap. XXX. Hunc QVAESITOREM ac iudicem fugiebant, atque horrebant ii, quibus periculum creabatur.* Virgil. *Lib. VI. Aeneid. v. 432.*

QVAESITOR *Minos vrnam mouet.*

[Idem in eodem negotio non fit defensor et QVAESITOR. *l. 5. C. Th. de postuland. Lib. II. tit. 10.* pro quo in *l. 6. C. eod. tit.* Tribonianus reposuit, *non fit aduocatus et iudex.* Non male. QVAESITORIS enim nomine noo praecise iudicem et inquisitorem criminum, sed iodicem et cognitorem quemuis in *l. 2. C. Th. de postul* signari, etiam id ostendit, qood *arbiter* in fine legis vocetur, qui antea QVAESITOR: atqui arbitris cum criminali iodicio nihil commune est.] ¶. 2. Erant et Romae QVAESTORES *aerarii*, de quibus in *tit. D. de offic. quaestor.* quos et *candidatos principis* postea adpellatos docui *Lib. I. Selectar. Antiquit. Cap. 17.* ¶. 3. QVAESTORVM *sacri palatii* sub Imperatoribus Constantinopolitanis magna fuit dignitas et amplitudo. *l. 34. l. 36. C. de adpellat.* Hi enim veluti iustitiae custodes, leges tractabant, et petitionibos precibusque subscribebant, et cum Praefecto praetorio sacris iudiciis praesidebant. Sub eorum etiam dispositione laterculum minus erat, vt ex *l. 32. C. de adpellation. l. 2. C. de offic. quaestor. Nouell. Valentinian. III. et l. vlt. C. de petit. bonor. Lib. X. l. 64. et 65. C. de decurion. et Notitia Imperii Rom.* patet. Symmach. *Lib. I. Epistol. 23. QVAESTOR es, memini, consilii regalis particeps, precum arbiter, recognosco: adde huc alia mille rerum.* Zosimus *Lib. V. Cap. XXXII.* Καὶ ἐπὶ τȣ́τοις Σάλβιος, ὁ τῷ βασιλεῖ δοκȣ̃ντι τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κοιαίστωρα καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνȣ δεδώκασι χρόνοις. *Secundum hos et Saluius; cuius erat officium dictare, quae principi viderentur: QVAESTOREM a Constantini temporibus adpellarunt.* Procop. *Lib. I.*

de bell. Persic. εἰ μὴ Πρόκλος ἐκώλυσεν, ὃς βασιλεῖ τότε παρήδρευε τὴν τοῦ Κοιαίστωρος ἀρχὴν ἔχων. Et ibidem. Τριβωνιανὸς δὲ, Πάμφυλος γένος, βασιλεῖ πάρεδρος, Κοιαίστωρα τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι. QVAESTORES autem viri illustres et excellentissimi vocabantur. QVAESTOR *strenae.* Ausonius *Epist. II. v. 3.*

Proximus ex longe gradus est, QVAESTORIS *amici*
Curam pro strenis excubuisse tuis.

¶. 4. [QVAESTOR exercitus. *Nouell. XLI.* cui praecipue incumbebat cura erogandi stipendia militibus. Cuiac. *Lib. XVI. Obseru. Cap. 6.*]

QVAESTVARIVS, A, VM.

QVAESTVARIAE mulieres et QVAESTVARIA corpora, quae quaestum corpore faciunt. *l. 4. §. 2. D. de his, qui not. inf. l. 43. §. 7. et §. 9. D. de ritu nuptiar.* Valer. Maxim. *Lib. VI. Cap. 1. P. Atilium Philistum in pueritia corpore* QVAESTVM *facere coactum.* Idem *eod. cap. Sed sponsionem se facere paratum diceret, quod adolescens ille palam atque aperte corpore* QVAESTVM *factitasset.* [Priapei. *Carm. LX.*

Nota suburranas inter Telethusa puellas,
Quae puto de QVAESTV *libera facta suo est.*

De Tuscis auctor est Plautus, puellas sibi dotem corpore quaesiuisse. *Cistell. Act. II. scen. 3. vers. 20.*

Vbi ex Tusco modo
Tute tibi indigne dotem quaeras corpore.]

☞ Plura vide in *corpus.* QVAESTVARIAM mulierem pro ea, quae se quaestus caussa prostituit, parum Latine a ICtis dici, existimauit auctor anonymus *de Latinitate veterum iurisc. p. 411.* Sed ita loquutum esse Senecam *de benefic. Lib. VI. Cap. 32.* et Tertullian. *de cult. femin. Cap. XII.* obseruat V. A. Corn. van Bynkershoek *Obseru. Lib. I. Cap. 25.* Locum alium Tertulliani *de spectacul. Cap. XXX.* indicauit Lindenbrog ad Terent. *Andr. Act. 1. scen. 1.* QVAESTVOSAM mulierem, pro *quaestuaria* dixit Plaut. *Mil. Gloriof. Act. III. scen. 1. v. 183.* HEIN.

QVAESTVRA

QVAESTVRA ciuitatum. *l. vlt. D. de muner. et honor.*

QVAESTVS

QVAESTVS intelligitur, qui ex opera cuiusque descendit. B. Augustin. *Serm. XLVIII. ad diuites.* QVAESTVS, ait, *est adquisitis lucri.* Lactant. *Lib. VI. diuin. instit. Cap. 6. Itaque et* QVAESTV *et obtentu faciliores sunt malis, quam bonis.* QVAESTVS caussa in certamina descendere: *l. 2. §. vlt. D. de postuland.* QVAESTVM facere, vnde ali possit: *l. 19. D. de oper. libertor.* Quum QVAESTVS et compendii societas initur, quidquid ex operis suis socius adquisierit, in medium conferet, sibi autem quisque hereditatem adquirit. *l. 45. §. 2. D. de adquir. vel omitt. hered.* QVAESTVM facere de adulterio: *l. 3. D. de minorib.* QVAESTVM facere ex adulterio: *l. 29. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulter.*

QVAESTVS fundi, in *l. 22. D. de instruct. vel instrum. legat.* reditus est, vt adparet ex coniunctione *l. 12. §. 12. D. eod. tit.* [QVAESTVS publicus, in *l. vn. C. de mendicant. valid. Lib. XI. tit. 25.* pro stipe, quae a mendicantibus publice in

ciuitate colligitur.] Corpore QVAESTVM facere; vid. QVAESTVARIVS et CORPVS.

QVALIS, E.

QVALE et tale opponuntur. *l. 2. D. de vsur.* QVALIS est, talis dari debet: *l. 56. l. 69. §. 3. et l. 70. D. de legat. I.* Talis QVALIS: *l. 3. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 116. §. vlt. D. de legat. I.* QVALE est, quum petitur: *l. 2. D. de vsur.* QVALIS est hereditas: *l. 44. D. ad SC. Trebellian.* Nomen QVALE fuit: *l. 74. §. vlt. D. de euiction.* ¶. 2. QVALIS QVALIS, pro qualiscumque. *l. 88. D. de adquir. vel omitt. heredit. l. 1. §. 13. D. de ventr. inspic. l. vlt. §. 2. D. de diuort. l. 15. §. 44. D. de iniur. l. vlt. D. de inoffic. testam. l. 12. §. 1. D. de distract. pignor.* QVALIS QVALIS sit: *l. 1. §. 13. D. de inspic. ventr.* QVALIS QVALIS conditio: *l. 2. §. 1. D. de bonor. possess. secund. tabul. l. 13. D. de adquir. vel omitt. hered.* QVALIS QVALIS obligatio: *l. 1. D. de pecun. constit. l. 12. §. 1. D. de distract. pignor.* QVALIS QVALIS possessio: *l. 88. D. de adquir. vel omitt. hered.* QVALI QVALI voluntate: *l. 11. §. 2. D. de diuort.* QVALE QVALE sit, quod solo cohaereat: *l. 1. §. 8. D. de vi et vi armat.* Commodum QVALE QVALE sit: *l. 2. §. 11. D. ne quid in loc. publ.* QVALE QVALE ministarium: *l. vlt. D. de proxenetic.* Add. Cl. Duker. *de Latin. vet. iurisc. p. 322.*

QVALISCVMQVE.

QVALISCVMQVE accusatio: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpillian.* QVALISCVMQVE caussa probata: *l. 9. D. de manumission.* QVALIACVMQVE dolia: *l. 54. D. de action. emt.* QVALECVMQVE dominium: *l. 11. §. 5. D. de except. rei iudicat.* QVALISCVMQVE fideiussor, in edicto Praetoris, est etiam non locuples. *l. 2. §. 2. et 4. D. qui satisdar. cogant* et ita hoc verbum accipe in *l. 1. et l. 2. D. in ius vocat. vt eant.* QVALICVMQVE indicio voluntatem declarare: *l. 21. C. famil. ercifcund.* QVALISCVMQVE possessor: *l. 2. D. vti possidet. l. 12. D. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit.*

QVALITAS,

QVALITAS, pro genere et specie dicitur, vt vini, olei, frumenti et numorum. *l. 21. §. 1. D. qui testament. facer. l. 71. §. 1. D. de hered. instituend. l. 4. D. de tritic. vin. oleo. l. 75. §. 1. D. de verb. oblig.* Sic et QVALITAS criminis: *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 13. §. vlt. D. de damn. infect.* Disceptationis: *l. 28. §. 9. D. de liberat. legat.* Iniuriae: *l. 17. §. 3. D. de iniur. et famos. libell. l. 1. D. de emtion. l. 42. D. de action. emt.* QVALITAS munerum: *l. 6. §. vlt. D. de offic. procons.* Ex QVALITATE negotii motus iudex dicitur: *l. 41. D. ad leg. Iul. de adulter.* QVALITAS negotii: *l. 21. §. 3. D. de testib.* Operis: *l. 24. D. locat.* PRO QVALITATE rei: *l. 1. D. in ius vocat. vt eant.* Pro QVALITATE rei locuples: *l. 5. §. 1. D. qui satisdar. cogant.* QVALITAS sexus: *l. 15. D. de testib.* QVALITATEM et materiam pro eodem ponit Vlpian. in *l. 14. D. de contrah. emtion.*

QVALITER

QVALITER poterunt: *l. 135. D. de verb. signif.* Non QVALITER: *l. 5. D. qui satisdar. cog.* ¶. 2. QVALITER QVALITER,

LITER, pro qualitercumque, vt qualis qualis. *l. 5. §. vlt. D. de administr. et peric. tutor. l. 46. D. de furt. l. 1. §. 2. D. si is, qui testam. l. 3. §. vlt. D. de vi et vi armat. l. 63. D. de verb. signific. l. 7. D. de minorib. l. 7. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 1. D. de bon. eor. qui ante sentent. l. 11. §. 12. D. quod vi aut clam. l. 1. §. 15. D. de separat. l. 12. §. 3. D. rat. rem haber.*

QVALVS, in *l. 15. §. 1. D. de vsufruct.* est spisso vimine vel salice contexta sporta. Fuit inuersae metae similis, qualis est nostra *Hotta*, vt Columella *Lib. I. cap. 15.* indicat. Vnde Virgil. *Lib. II. Georgic. vers. 241.*

Et spisso vimine QVALI.

Inde QVALI vindemiatorii exceptoriique, quibus vuae comportantur et liquantur. *l. 8. princ. D. de instruct. vel instrum. legat.* In eadem lege habetur: Conseruandi, *quasi* dolia, licet defossa non sint, et cupae. Quum vero illud *quasi* ibi sensum non fundat, V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. VII. Obseru. cap. 25.* legit: QVALI, *dolia.* HEIN.

QVAM, pro magis quam, vel potius quam, vt Anton. Augustinus *Lib. IV. Emendat. cap. 8.* aliquibus in locis obseruauit, persaepe ponitur. *l. 2. §. 6. D. de iudic. l. 2. §. 1. D. de reb. credit. l. 7. princ. D. deposit. l. 20. in fin. D. de adquir. heredit. l. 49. D. de legat. I.* vide *l. 78. §. 6. D. de legat. III. l. 5. D. de suspect. tutor. l. 5. princ. D. de dol. except. l. 8. C. de iudic. l. 18. C. de liber. causs. l. vlt. C. de vsufruct. l. 20. §. 13. D. de non. oper. nunciat. l. 1. D. de mort. causs. donat. l. 6. §. D ad SC. Trebellian. l. 21. D. de heredit. vendit.* et apud Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 5. et tit. 6. §. 3. et Lib. V. tit. 18. §. vlt.* Et Tertullian. *de Spectacul. cap. XVI. et fors sit, sine caussa amare liceat,* QVAM *sine caussa odisse.* Ita idem loquutus est in *lib. aduers. physicos.* et *de oratione.* Sic et alii saepe auctores, vt est et Priscianus testis *Lib. XVI. p. 1030.* edit. Putsch. *Discretiuae vel electiuae coniunctiones sunt, quando diuersis praepositis aliquid ex eis nos eligere ostendimus, vt, diuce esse volo,* QVAM *pauper. Terent. in Andr. Quae inhoneste sic voluit diuitias parare,* QVAM *honeste in patria pauper viuere.* Exemplis, quae infinita prope suppetunt, ne abutar, illustriora dumtaxat proferam. Tertullian. *Lib. II. aduers. Marcion. cap. 19. Quia bonum scilicet fidere in Dominum,* QVAM *fidere in hominem.* Et in *Apologet. Cap. VIII. Sed bestiarum, inquis, opinor, hoc munus, quam hominis. et Cap. XXVIII. In ciuitatibus denique apud vos per omnes deos, quam per vnum genium Caesaris peieratur,* id est, potius, quam per genium. Sic et in *lib. aduers. Hermogen.* et *adu. Valentin. et ad Martyres* et alibi saepe idem auctor loquitur. Liu. *Lib. III. Oratio fuit precibus,* QVAM *iurgio similis.* Tacit. *Lib. I. Annal. cap. 58. Verum quia Romanis Germanisque idem conducere, et pacem* QVAM *bellum probabam.* Idem *Lib. III. cap. 8. Ad Drusum pergit, quem haud fratris interitu trucem,* QVAM *remoto aemulo aequiorem sibi sperabat. et cap. XVII. Quum accusatores ac testes certatim perorarent, respondente nullo, miseratio* QVAM *inuidia augebatur.* et alibi saepe, vt B. Rhenanus adnotauit. Censorin. *de die natal. Cap. XIV. extr.* de Aristotele loquens, *vt mirum sit* (Lindenbrog. tamen edidit *magis mirum sit.*) *ad annos sexaginta tres eum vitam pertulisse,* QVAM *vltra non protulisse.* Sic et Terent. *in Prolog. Eunuch. v. 1.* si vera est quorumdam interpretatio, loquutus est. Sic et Claudian. *de bello Gildonic. v. 186.*

Phalarim tormentaque flammae
Profuit, et Siculi mugitus ferre iuuenci,
QVAM *tales audire choros.*

¶. 2. QVAM, pro antequam, in *l. 1. C. vbi causs. fiscal.* ¶. 3. QVAM bis redditum post *tam. l. 1. in fin D. de doli mal. et met. except.* Et quidem dolo fit, *tam* in contractibus, QVAM in testamentis, QVAM in legibus.
¶. 4. QVAM, pro nisi accipitur, quum dicimus: nemo vindicare potest, QVAM qui. *l. 2. D. si seruit. vindic.* Eadem prope significatione accipitur apud Sueton. *in Galba cap. VIII. Ne ad gestandum quidem vmquam iter ingressus,* QVAM *vt secum vehiculo proximo decies HS. in auro efferret.* Tertullian. *de carne Christi Cap. IX. Quid est sanguis,* QVAM *rubens humor? quid caro,* QVAM *terra conuersa in figuras suas?* Et in *lib. de Monogamia.* Sic et *in lib. de oratione. Quid autem Deus vult,* QVAM *incendere nos secundum suam disciplinam?* Sic etiam QVAM *si*, dicitur, pro nisi. *l. 3. §. 13. D. de liber. homin. exhib. l. 3. §. 25. D. de statuliber.* vbi: non statim perueniret, QVAM *si* quinquennium praeterisset, pro non aliter vel non prius quam praeteriisset, vel non perueniret, nisi. ¶. 5. QVAM intendit et auget significationem, magis adhuc PERQVAM. Sic: PERQVAM iniquum: *l. 3. princ. D. quib. ex causs. in poss.* QVAMPRIMVM: *l. 43. D. de liberal. causs.*

QVAMDIV, pro quoad. *l. 15. D quib. mod. vsusfruct. amitt. l. 1. D. de pen. legat. l. 1. §. vlt. D. de ventr. in possess. mittend. l. vn. princ. D. nihil innouar. pend. adpellat.* Caius *Lib. II. Instit. tit. 4. §. 2. l. 46. princ. D. de iur. dot. l. vlt. in fin. D. de reb. auctor. indic. possidend. l. 8. §. vlt. in fin. D. famil. ercisc. l. 138. princ. D. de verb. obligat.* ¶. 2. [QVAMDIV, pro quatenus. *l. 20. §. 2. in fin. D. famil. ercisc. l. 28. §. 6. D. de poen. l. 25. §. vlt. D. de vsur.*]

[QVAMQVAM aduersus patronum liberto iniuriarum actio non detur, verum marito libertae nomine cum patrono actio competit. *l. 11. §. 7. D. de iniur.*]

QVAMVIS non est aduersatiua particula, in *l. 13. §. vlt. D. de his, qui not. infam.*
¶. 2. [QVAMVIS dubitandi tantum rationem indicat, non prioris sententiae mutationem: *l. 1. §. 1. in fin. D. vt legator. seu fideicommiss. l. 1. §. 2. D. de eo, per quem fact. erit.*] ¶. 3. [QVAMVIS exceptionis nota, in *§. 8. Instit. de excusat. tutor.* cum *l. 6. §. vlt. D. eod. tit.*] ¶. 4. [QVAMVIS correctionis nota. *l. 45. §. 6. D. de verb. obligat. l. 2. §. 2. D. de praetor. stipul. l. 17. §. 5. D. ad exhibend.*]

[**QVANDO**, pro quandoqoidem, familiaris Africano loquutio. *l. 21. §. 1. D. commodat. l. 17. §. 1. in fin. D. de in rem vers. l. 19. §. vlt. D. ad SC. Velleian. l. 24. D. de praescript. verb. l. 44. §. 1. in fin. D. eod. tit. l. 38. §. 2. et 3. D. de solution*]

QVANDOQVE, pro quandocumque. *l. 77. §. 25. et 30. D. de legat. II. l. 41. §. 6. D. de vulgar. et pupillar. substit.* et ita non raro in libris nostris vsurpatur. *l. 15. §. vlt. D. ex quib. causs. maior. l. 2. et l. 25. D. de condit. et demonstr. l. 7. D. de vsufruct. ear. rer. l. 35. princ. D. de iureiur. l. 51. §. 10. D. de action. emt. l. 13. §. 10. D. de reb. eor. qui sub tut. l. 1 §. 2. D. de agnoscend. liber. l. 45. D. solut. matrim. l. 55. D. de fideiussor. l. 13. §. 9. D. de acceptilat. l 28 princ. et l. 54 D ad SC. Trebell. l. 11. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 104. §. 6. D. de legat. I. l. 5. §. vlt. D. de Carbon. edict. l. 91. D. de condit. et demonstr. l. 28. l. 69 §. vlt. D. de legat. II. l. 25 l. 37. §. 4. D. de legat. III. l. 5. D. de collat. bonor. l. 1. D. de adsignand. libert. l. 7. D. de pact. dotal. l. 1. D. quod quisqu. iur. in alter. l. 6 D. de tributor. act. l. 7. D. de vulg et pupill. substit. l 9. D. de capit. minut. l. 22. §. 1. D. de adoption.* Sic: QVANDOQVE adparuerint: *l. 15. D. de legat. III.* QVANDOQVE conditio exstiterit: *l. 28. D ad SC. Trebell.* QVANDOQVE liberos habuerit: *l. 18. D. quando dies legator.* QVANDOQVE inciderint: *l. 9. D. de legib.* QVANDOQVE nupserit: *l. 30. D. quando dies legator.* Verba: QVANDOQVE restituas, in *l. 29. D. quand. dies legat.* hoc significant, quum primom potueris. QVANDOQVE sequutis nuptiis: *l. 59. §. vlt D. de iur. dotium.* QVANDOQVE venerit: *l. 2. D. de condit. et demonstrat.* Sic et *vbique*, pro vbicumque dicitur. *l. 77. D. de contrab. emt. et l. 20. in fin. D. de oper. libert.* Columell. *Lib. II. Cap. 4. et Cap. 10. et Lib. IV. Cap. 24.* QVANDOQVE *igitur*, (sic enim in vet. cod.) *vinitor hoc opus obibit, tria praecipua custodiat.* Horat. *in arte Poetic. v. 359.*

Indignor, QVANDOQVE *bonus dormitat Homerus.*

¶. 2. Alibi QVANDOQVE valet aliquando, vt *l. 22. D. de adoption. l. 7. §. 9. D. de donat. inter vir. et vxor.* At in *princ. Instit. quib. mod. re contrab. oblig.* qood ait Iustinianus, *vt* QVANDOQVE (sic enim legunt Anton. Augustin. *Lib. III. Emendat. Cap. 7.* et Lud Charondas, ceu notaoir Schulting. *ad Caii Inst. Lib. II. tit. 9. §. 1* HEIN) *non eadem, sed alia eiusdem naturae et qualitatis reddantur*, id Caius *Lib. II. Instit. tit. 9. §. 1.* eamdem rem tractans dixit *statuto tempore*. Et ita in *l. 42. D. de iur. dot.* accipi haec vox potest, et in *l. 37. §. 4. D. de legat. III. et l. 5 §. vlt. D. de Carbonian. edict.* Nota etiam, QVANDOQVE dominus *l. 7. C. de indic.* QVANDOQVE agnoscitur iudex: *l. 7. §. 7. D. de administr. et pericul. tutor.*

QVANTITAS, plerumque in iurisconsultorum libris summam pecuniae significat. *l. 11. D. de compens. l. 3. §. 3 D. de contrar. tut. et vtil. act. l. 47. §. 1. D. de iur. fisc. l. 65. D. de verb. obligat.* ¶. 2. Saepe autem ea, quae pondere, numero, mensura continentur, QVANTITATIS adpellatione demonstrantur. Et ideo a corporibus, quae neque pondere, neque mensura circumscribi solent, quas et species adpellant, separatur. *l. 34. §. 3. et 5. D. de legat. I. l. 94. §. 1. D. de solution. l. 89. D. de legat. II. l. 6. C. si cert. petat.* ¶. 3. QVANTITAS etiam modum significat. *l. 94. D. de verb. obligat* in qua quod initio Marcellus QVANTITATEM dixerat, postea *modum* vocat. Sic QVANTITATEM patrimonii, operis, transactionis, legatorum, dicimus. *l. 21. in fin. D. de oper. nou. nunciat. l. 19. D. de militar. testam. l. 72. l. 73. D. ad leg. Falcid.* QVANTITAS aquae: *l. 1. §. 1. D. ne quid in flum. public.* dotis: *l. 45. D. de solution.* emolumenti: *l. 20. D. de manumiss vind.* hereditatis; *l. 4 C. de hered. vel act.* legatorum: *l. 18. §. 4. D. de aliment. vel cibar. legat.* Magna QVANTITAS: *l. 43. D. de action. emt.* QVANTITAS operis: *l. 21. §. vlt. D. de oper. nou. nunciat.* pretii: *l. 89. §. vlt. D. de legat. II. l. 9. C. de donat. inter vir. et vxor.* Probabilis et licita QVANTITAS: *l. 1 §. 12. D de extraord. cognit.* Vsurarum QVANTITAS: *l. 24. D. de praescript. verb.*

QVANTVS, A, VM. Hoc verbum non ad oumeratam tantum pecuniam, sed et ad corpora pertinet, vt adparet ex relegatione dotis, quae ita concipi solet: QVANTA PECVNIA AD ME DOTIS NOMINE PERVENERIT, et stipulationibus emtae hereditatis, quae ita concipiuntur: QVANTA PECVNIA AD TE EX HEREDITATE ILLIVS PERVENIT. Vtroque enim sermone, tam quae in quantitate, quam quae in corpore consistunt, comprehenduntur. *l. 95. D. de legat. III. l. 42. §. 1. D. de legat. II. l. 2. D. de hered. vel act. vend. l. 7. et l. vlt. D. de dote praelegat. l. 50. in fin. D. de verb. obligat.* ¶. 2 His verbis: QVANTI EA RES EST, vel QVANTI EAM REM PARET ESSE, vera rei aestimatio significatur. *l. 179. D. de verb. significat.* Nec enim ad id, quod interest, sed ad rei aestimationem verumque pretium plurimum haec clausula refertur. *l. 93. D de verb. signific. l. 8. D. de in lit. iurand.* velut in edicto, quo aduersus eos, qui in turba damnom dederint, actio in duplum QVANTI EA RES EST, proponitur; *l. 4. §. 11. D. vi bonor. raptor.* Et ideo nonnumquam *id quod interest*, et QVANTI EA RES EST, opponuntur. *l. 1. §. vlt. D. si quis ius dicent. non obtemp. l. 4. §. 7. D. de damn. infect.* Nam *id quod interest*, verum rei pretiom plerumque egreditur, et excedit. *l. 1. D. de action emti.* Verumtamen pro re subiecta varie fit horum verborum interpretatio. Interdum enim veritatem, id est, veram quantitatem, vt in edicto, qui satisdare coguntur, et in edicto de falso tutore, interdum poenam, vt in edicto, quod contra eos, qui in ius vocatos vi exemerint, scriptum est, continent. *l. penult. §. 1. D. ne quis eum, qui in ius vocat. l. 2. §. vlt. D. qui satisdar. cog. l. 7. §. 1. D. quod falso tutor.* Nec semper corporis ipsius, sed eius iuris, de quo agitur, aestimationem continent, vt in edicto quod metus caussa. *l. 14. §. 7. D. quod met. causs.* vbi QVANTI *ea res erit*, id est, cum fructibus et omni caussa. Item de dolo, QVANTI *ea res est.* Sic accipimus QVANTI, id est, quod metu dolove extortum a nobis abest, et quod restitui

ftitui oportet: vt fi proprietas abfit, proprietas; fi poffeffio, fola poffeffio aeftimetur. *l. 14. §. 7. l. 21. §. 1. D. quod met. cauff. l. 18. D. de dol. mal.* Et in edicto de feruo corrupto, QVANTI EA RES EST, fic accipitur, quanto feruus ob id corruptus eft, minoris exfiftat. *l. 9. in fin. D. de feru. corrupt. l. 193. D. de verb. fignif.* Interdum vero, QVANTI EA RES EST, vtilitatem fignificat, et ad id, qood intereft agentis, pertinet, vt in ftipulatione, ratam rem haberi, non rei ftipulandi vel promittendi compendium fpectandum eft, fed qood intereft eius, qui ftipulatus eft, ratum haberi, quod geftum eft. *l. 3. l. 8. §. vlt. l. 19. D. rat. rem haber.* Et in interdicto, vti poffideris, QVANTI intereft vniuscuiusque poffeffionem retinere: *l. 1. §. vlt. D. vti poffidet.* Similiter in interdicto, de itinere actuque priuato, ex his verbis aeftimatur, QVANTI actoris interfit, via fiue itinere non prohiberi. *l. 1. l. 3. §. 3. D. de itiner. actuqu. priuat.* At in ioterdicto, ne vis fiat ei, qui in poffeffionem miffos erit, quum ad perfonam domini haec verba referantur, veram vtilitatem continent, vt quanti vere interfit, poffeffionem eius rei habere, in cuius poffeffionem miffus eft, tanti is, qui prohibuit, condemnetur. *l. 1. princ. et §. 5. et l. 2. D. ne vis fiat ei, qui in poffeff.* QVANTI plurimi res eft: *l. 21. l. 25. D. ad leg. Aquill.* QVANTI plurimi fuit: *l. 2. §. 1. D. de priuat. delict. l. 67. §. 1. D. de furtis.* ¶. 3. QVANTI pro quot. Tanti, QVANTI inueniantur, pro tot, quot inuenti fuerinr. *l. 65. D. de legat. I.* QVANTVS autem pro quot nprimae Latinitatis fcriptores dixiffe probat V. C. Duker. *de Lat. veter. iurisc. p. 358.* HEIN. ¶. 4. QVANTVS QVANTVS, pro fimplici QVANTVS, in *l. 1. §. 2. D. fi quid in fraud. patron.* laodatiffimus Duker. *p. 323.* HEIN.

[QVANTVSCVMQVE: QVANTAECVMQVE fuerint naoes eorum, id eft, quotcumque. *l. 5. C. Theod. de nauicular. Lib. XIII. tit. 5.*]

QVARTA, pro quarta pars. QVARTAE autem in iure ciuili complures font Vna QVARTA hereditatis, quam per legem Falcidiam heres retinet, a quo fupra dodrantem legata relicta funt. *l. 1. §. 1. et l. 9. et tot. tit. D. ad leg Falcid.* quae et legis Falcidiae beneficium dicitur, *l. 18. l. 27. l. 58. l. 59. l. 89. D. eod. tit.* ¶. 2. Alia eft QVARTA, quam heres alii hereditatem reftituere rogatus ex SC Pegafiano detrahit, quae, quia ad exemplum QVARTAE Falcidianae introducta eft, Falcidia et ipfa adpellatur. *tit. D. ad SC. Trebell. l. 11. D. de legat. I. §. 3. Inft. quib. mod. teftam. infirm.* Et Falcidiae beneficium, in *l. 16 §. 9. D. ad SC. Trebell.* et Falcidiae legis commodom, in *l. 27. §. 10. et l. 30. D. eod. tit.* et commodom Senatusconfulti: *l. 5. §. 15. D. de donat. inter vir et vxor.* ¶. 3. Adhuc alia eft QVARTA, quae liberis debetur, quae noo vt fuperiores duae quadrantem hereditatis, fed qoadrantem eius, qond ab ioteftato habituri liberi fuiffent, continet. Eft enim QVARTA eius, quod ad vnumquemque ex liberis peruenturum fuiffet, fi inteftatus paterfamilias deceffiffet. *l. 8. §. 6. l. 25. D. de inoffic. teftam.* et vt *l. 8. C. eod. tit.* ait, partis, quae inteftato patre defuncto ad liberos potuit pertinere, QVARTA. Vnde et QVARTA foccesfionis ab inteftato vocatur, in *l. penult. D. de collat. bonor.* et QVARTA debitae portionis: *l. 8. §. 8. D. de inoffic. teftam.* quandoquidem parentum bona inteftato relicta, velut debita liberi accipiunt. *l. vlt. D. de bon. damnat. l. 2. D. vnde liberi.* Haec autem QVARTA et *legitima*, et *debita portio* vocatur, vt fuis locis expofoimus. De eaque accipienda funt haec Plinii verba ex *Lib. V. epift. 1. Ibi ego fi mater, inquam, te ex parte QVARTA heredem fcripfiffet, non queri poffes? Quid fi heredem quidem inftituiffet ex affe, fed legatis ita exhauſiffet, vt non amplius apud te, quam QVARTA remaneret? Igitur fufficere tibi debet, fi exheredatus a matre QVARTAM partem ab heredibus eius accipias.* ¶. 4. Tum alia QVARTA eft, quae adrogato pupillo de bonis adrogatoris ex refcripto D. Pii debetur. *l. 22. D. de adoption. l. 8. §. 15. D. de inoffic. teftam. l. 1. §. 1. D. famil. ercifc. l. 1. §. 21. D. de collat. bonor. l. vlt. D. fi quid in fraud. patron.* ¶. 5. Poftremo eriam ex Sabiniano Senatusconfolto ei, qoi ex tribus maribus in adoptionem datus eft, QVARTA pars patris naturalis relinqui debebat. *§. 14. Inftit. de heredit. quae ab inteftat.* et ibi Theophil.

QVARTANA, pro febri QVARTANA, in *l. 60. D. de re iudic.* Leuis febricula, aut vetus QVARTANA. *l. 1. §. 8. D. de aedilit. edict.*

QVASI. Haec vox impropriétatis et fictionis, abufionisque fignificatiua eft. Sic: QVASI acceffio intelligitur pater, qoi iobet cum filio contrahi. *l. 91. §. 5. D. de verb. obligat.* QVASI ambitiofa decreta: *l. 3. D. de minor.* vbi rationem fignificat. QVASI caftrenfe peculium, qood inftar caftrenfis peculii introductum eft. *l. 1. §. 15. D. de collat. bonor. l. vlt. C. de inoffic. teftam l. 3. §. D. de bonor. poffeff.* QVASI continuatur dominium in fuos heredes: *§. Inft. de hered. quae ab inteftat.* QVASI ex contractu obligatus: *l. 11. §. 9. D. de interrogat. in iur. fac. rubr. Inft. de obligat. quae quafi ex contract. nafc.* QVASI debita hereditas, quae obuenit a patrono vel liberto: *l. 10. D. pro focio.* QVASI ex delicto: *rubr. Inft. de obligat. quae quafi ex delict.* QVASI dolofe verfati: *l. 29 in fin. C. de teftam. l. 3. princ. D. de minor.* QVASI dominus: *l. 3. §. 7. D. vti poffidet.* Vtilem actionem QVASI domino dari: *l. 22. D. de aqu et aqu. pluu. arc.* QVASI dos, quae a feruo ancillae datur, *l. 39. D. de iur. dotium.* quum enim matrimonium inter eos non coofiftat, nec dos effe intelligitur. *l. 3. D. eod. tit.* Item QVASI dos dicitur, quae a minore duodecim annis datur: *l. 13. D. de heredit. petit.* [QVASI ecclefias: *l. 5. C. de haeretic.* QVASI nulla ex ftipulatione obftante exceptione: *§. 25. D. de verb. obligat.*] QVASI factiofus: *l. 36. D. de legat. III.* QVASI falfum: *l. 1. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de falf.* QVASI filius, QVASI nepos; *l. 7. D. de fenatorib.* QVASI furiofus: *l. 19. D. de inoffic. teftam.* QVASI hereditatem deferre: *l. 8. D. de caftrenf. pecul.* QVASI heredes funt, qui vtilibos actionnibus a Praetore datis in hereditatem reftituuntur. *l. 21. § vlt. D. quod met. cauff.* Et omnes omnino praetorii fucceffores

QVASI

QVASI heredes sunt, *§. 2. Instit. de bonor. possess.* Non QVASI heres: *l. 59. §. vlt. D. ad SC. Trebellian.* QVASI infamis: *l. 1. princ. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* QVASI liberto, id est, inter libertos legatum. *l. 33. §. 1. D. de condit. et demonstrat.* QVASI maritus est, qui minorem XII. annis domum deduxit, antequam ea iustam aetatem impleuerit: *l. 32. §. 27. D. de donat. inter. vir. et vxor.* QVASI membra: *l. 44. D. de euictionib.* [QVASI mutuum, id est, nomine ac titulo mutui, vt mutuum esset, *l. 18. princ. D. de reb. credit.*] Peculium QVASI patrimonium dicitur, quum eorum dumtaxat, qui sui iuris sunt, patrimonium intelligatur, *l. 9. §. 4. l. 47. in fin. D. de pecul.* Et mulierum dos QVASI patrimonium dicitur. *l. 3. D. de religios.* QVASI pignus, quod pignoris loco retinetur, *l. 13. §. 8. D. de act. emt.* QVASI possessio, incorporalium, veluti iurium adpellatur. Proprie enim corporales tantum res possidentur. *l. 3. §. 17. D. de vi et vi armat. princ. Inst. de interdict.* vbi Theophilus QVASI possessionem definit: *ἀσωμάτου πράγματος χρῆσιν, rei incorporalis vsum.* QVASI in possessione: *l. 3. §. vlt. D. de vi et vi armat.* QVASI possessoris loco constitutus dicitur is, qui vsum caenaculi accepit. *l. 17 in fin. D. de donation.* QVASI per praesumtionem: *l. 10. §. vlt. D. de reb. dubiis.* QVASI priuilegium: *l. 22. §. vlt. D. solut. matrimon.* QVASI publica actio: *l. 1. §. 6. D. de suspect. tutor* quia omnibus patet. QVASI res dotales: *l. 22. §. vlt. D. solut. matrimon.* QVASI non sanae mentis fuerit testator, *l. 2. D. de inofficios. testam.* non quasi vere furiosus aut demens, quia alioquin nullum esset testamentum. QVASI *testamentum seruorum*, apud Plin. *Lib. VIII. Epist. 16.* QVASI a testatore relicta legata dicuntur, quae sunt relicta testamento, quod inofficiosum pronunciatum est *l. 13. in fin. D. de inoffic. testam.* QVASI testis adfuit: *l. 34. §. 2. D. de legat. II.* QVASI tutor: *l. 1. §. 1. et §. 6. et l. 3. D. de eo, qui pro tutor.* QVASI viro bono: *l. 11. §. 7. et §. 8. D. de legat. III.* QVASI vsusfructus earum rerum, quae vtendo consumuntur et pereunt, *§. 2. in fin. Inst. de vsufr. l. 2. D. de vsufruct. ear. rer. l. 1. §. 6. D. de superficieb.* ¶. 2. Solent etiam hac voce actiones vtiles designari. Sic: QVASI damni iniuria actio, pro vtili Aquilliae actione dixit Papinian. *l. 27. D. de procurator.* et alias vtilis actio damni iniuria, QVASI ex lege Aquillia: *l. 51. D. de furtis.* Sic et QVASI Fabiana vel Caluisiana, *l. vlt. D. si quid in fraud. patron.* Sic vtilem actionem QVASI institoriam dandam dixit Papinianus, *l. 10. §. 5. D. mandat.* quod alias dicitur, vtili actione ad exemplum institoriae actionis agi *l. 13. §. 25. D. de action. emt.* Eodem modo QVASI Publiciana, pro vtili Publiciana, in *l. 70. D. de rei vindicat.* Nec non hypothecaria actio, quae creditoribus ad hypothecarum persequutionem datur, quum ad exemplum Seruianae, quae de rebus coloni pignori pro mercedibus obligatis competit, introducta sit, QVASI Seruiana, et vtilis Seruiana dicitur. *l. 13. §. 1. D. ad SC. Velleian. §. 7. Inst. de action. l. 1. C. commun. de legat. l. 1. §. 2. D. de pignor.* Vtilis actio, QVASI tutelae: *l. 52. §. 1. D. de pecul.*

¶. 3. Continet etiam haec vox QVASI rationem diuersitatis vel decidendi, in *l. 63. §. 5. D. pro socio, l. 33. D. de obligat. et action. l. 5. §. 12. D. de his, qui effud. vel deiecer. l. 47. D. de fideiussor. l. 6. D. de exception. l. 36. in fin. D. de pignorat. action.* ¶. 4. QVASI aliquando veritatem significat, *l. 34. D. de damn. infect.* et valet *quod*, in *l. 5. §. 4. D. de liberat. legat. l. 3. §. 7. D. vti possidet. l. 78. princ. D. de iur. dotium. l. 5. §. 12. D. de his, qui effud. vel deiec. l. 19. princ. D. de noxal. action. l. 2. §. 1. D. eod. tit.* [*l. 1. §. 6. D. de eo, qui protutor. l. 7. §. 8. D. de dolo mal. l. 11. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 10. §. 1. D. commun. diuid. l. 65. D. de procurat. l. 6. D. solut. matrim. l. 9. §. vlt. D. de reb. credit. l. 7. §. 1. D. de suspect. tutor.* Sic et D. Ioann. *Euang. Cap. 1. v. 14. Vidimus gloriam eius, gloriam ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός*, QVASI *vnigeniti a patre.*] Vbi Chrysostomus adnotauit, hanc particulam hoc loco *βεβαιώσεως, καὶ ἀναμφισβητήτου διορισμοῦ, confirmationis et indubitatae definitionis* significationem habere: ceu ad *Ioann. I, 14.* obseruauit Camerarius. HEIN. ¶. 5. [QVASI, pro sicut *l. 16. D. de religios. et sumt. funer*] ¶. 6. [QVASI etiam significat qua vel quatenus, vt in *l. 16. §. 4. D. famil. ercisc.* vid. et *l. 3. §. 1. D. vsufruct. quemadm. caueat.*] ¶. 7. [QVASI, respondet ita, in *l. 9. §. 15. D. de poen.* QVASI plebeio editus, *ita* erit plectendus]

QVATENVS, pro quoniam, quia, in *l. 26. §. 3. D. mandat. l. 15. §. 3. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 53. D. de fideicommiss. libertat. l. 2. D. si quid in fraud. patron. l. 4. D. de gradib. et adfin. l. 49. D. de verb. oblig. l. 6. in fin. D. de reb. cred. si cert. petat, l. 3. §. 1. D. de in rem vers. l. 60. §. 1. D. de rit. nuptiar. l. 35. princ. D. de aur. argent. legat. l. 14. D. de aqu. et aqu. pluu.* Festus Lib. XI. in hac significatione veteres QVATINVS dixisse scribit, vsitata illis, quantum existimo, litterarum E. et I. commutatione. Inuenio etiam Quinctilian. *Lib. IV. Instit. Cap. 2.* sic loquutum. *Sed QVATENVS, ait, forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de his loquamur.* Et Plinium *Lib. III. epist. 7. Et* QVATENVS *nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixisse testemur.* Et Sueton. in Claud. *cap. XXVI. Confirmauitque,* QVATENVS *matrimonia sibi male cederent, mansurum se in caelibatu.* [Vid. Cuiac. ad *l. 6. D. de reb. credit.* et Rad. Forner. *Lib. IV. rerum quotidianar. cap. 28.* ¶. 2. [QVATENVS, id est, quamdiu. *§. 2. Instit. de excusation.* Cuiac. *Lib. XV. Obseruat. cap. 22.*] ¶. 3. [QVATENVS pro donec, *l. 60. §. vlt. D. de verbor. signific.*] ¶. 4. [QVATENVS etiam pro vt aliquando accipitur. Victor Vticens. *Lib. III. de persequut. Vandalor. Hanc ergo legem, fonte iustitiae profluentem, cunctis praecipimus innotescere, QVATINVS nullus sibi ignotum esse, quod praeceptum est, possit obtendere.* Quem locum idem notauit Fornerius. Sic apud Macrob. *Lib. II. Saturnal. Cap. 5. Non semel praeceperat pater;* QVATENVS (quae tamen vox in quibusdam editionibus abest.) *moderaretur profusos cultus perspicuosque comitatus.* et apud Vlpian. *l. 14. §. 11. D. quod met. causs. l. 35. §. 1. C. de inoffic. testam. l. 1. princ. C. de commun. seru. manum. l. 1. §. 1. C. commun. de manumiss. l. 16. pr. et §. 17. C. de erogat. milit. annon.*

QVA. QVE.

annon. Lib. XII. l. 22. §. 6. et 8. D. solut. matrim. in qua tamen lege Triboniani id verbum esse videtur. *l. 55. §. vlt. D. locat. l. 18. in fin. D. de castrens. pecul. l. 14. C. de vsufruct. l. vlt. §. 1. D. de mort. infer. l. 11. C. de re militar. Lib. XI. tit. 34.*]

QVATVORVIRI viarum publicarum curandarum, *l. 2. §. 30. D. de orig. iur.* QVATVORVIROS illos *τῶν ἐν τῷ ἄστει ὁδῶν ἐπιμελουμένους, intra vrbem viarum curatores*, vt vocat Dio *Lib. LIV.* circa annum V. C. circiter DX. primum creatos censet V. C. Euer. Otto *de tutel. viar. P. II. Cap. 5. p. 272.* Iidem dicti videntur VIOCVRI. Varro *Lib. IV. de Lingu. Lat. p. 6. et 38.* Gruter. *Inscript. p. CCCLXXIII. 8.* Rarius eorum mentionem faciunt scriptores veteres, frequentius marmora, in quibus modo IIIIVIRI VIAR. CVRAND. modo IIII VIAR. CVRAND. modo IIII VIRI VIAR. vocantur. Gruter. *Inscript. p. CCCCXXIII. CCCCXXX. XXVI. 10.* Qui passim in lapidibus occurrunt IIII VIRI ITER. non videntur QVATVORVIRI ITERIS, (quamuis ita flexisse veteres nomen *iter*, facile largiar,) sed QVATVORVIRI ITERVM. HEIN.

QVE.

[QVEO, pro possum. QVEVNTE, participium a QVEO, in *l. 46. §. vlt. C. de Episcop. et cleric.*]

QVERELA, pro actione vel accusatione. *l. 1. §. 10. D. de offic. praefect. vrb.* Sic QVERELA inofficiosi testamenti remedium est liberis immerito exheredatis aduersus testamenta paterna proditum, quod hoc colore instituitur, quasi parum sanae mentis testator fuerit, quum immerentes liberos a successione sua repelleret. Vet. Gloss. Graec. *ἤγουν ἡ κατὰ ἀτάκτου διαθήκη μέμψις, οὐκ ἔστιν ἀγωγὴ διαθήκης, ἀλλ᾽ αἰτία ἐστὶν ἀγωγῶν λέγω δὴ τῆς ἐρεδιτάτης πετιτζίονος, ἤγουν περὶ κληρονομίας ἀπαιτήσεως.* Querela autem haec nonnumquam actio inofficiosi testamenti, nonnumquam accusatio adpellatur, vt supra docuimus. Vocatur etiam QVERELA inofficiosi, *l. 20. princ. in fin. D. de bonor. possess. contr. tab.* QVERELA de non iure facto testamento: *l. 47. D. de heredit. petit.* QVERELA falsi: *l. 12. C. ad leg. Cornel. de fals.* QVERELAE subiectus: *l. 31. §. 3. D. de hered. petit.* QVERELA de marito delata: *l. 7. C. de nupt.* QVERELAE patronorum de libertis: *l. 1. D. de obsequ. parent. et patron.* QVERELAE patronorum aduersus libertos: *l. 1. et 7. D. de iur. patron. l. 1. §. 10. D. de offic. praef. vrb.* QVERELAE seruorum: *l. 2. §. 1. D. de his, qui sui vel alien. iur. sunt.* Sic QVERELAE ad magistratus deferuntur, quum eorum officium in his imploratur, quorum actio proposita non est. Sic serui de dominis, sic patroni de libertis querentes audiunt praesides et praefecti; *l. 3. D. de his, qui sui vel alien. iur. sunt. l. 1. D. de offic. praef. vrbi.* Valer. Maxim. *Lib. VI. Cap. 1. ex. 9. T. Veturius quum C. Plotio nexum se dare admodum adolescentulus coactus esset, seruilibus ab eo verberibus, quia stuprum pati noluerat, adfectus, QVERELAM ad consules detulit.* QVERELA nasci et perimi dicitur. *l. 1. §. 10. D.*

QVE. QVI.

de offic. praefect. vrb. QVERELAE locus erit: *l. 58. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* QVERELAM deferre: *l. 4. l. 9. et l. 10. C. de non numer. pecun. l. 11. D. de legat. II. l. 11. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 3. C. quom. et quand.* Sine vlla QVERELA: *l. 57. D. de donat. inter vir. et vxor.*

QVERI, pro accusare. Sic: de se QVERI debet: *l. 15. D. de peric. et commod. rei vend.* QVERI de se ipso: *l. 10. §. vlt. D. de edend. l. 38. D. de heredit. petit.* De se QVERI debet, qui parum diligentem socium adquirit vniuersarum fortunarum, id est, earum quoque rerum, quae posteacumque adquirentur. *l. 72. D. pro soc.* Sic: de sua negligentia QVERI: *l. 12. §. 8. D. qui potior. in pignor.* QVERENTES seruos de dominis. *l. 1. §. 8. D. de offic. praef. vrb.* qui etiam QVERI apud praefectum vel praesidem dicuntur: *l. 5. D. de manumission.*

QVERIMONIA, querela. QVERIMONIAM deferre: *l. 3. C. fin. regundor.*

QVI.

QVI, QVAE, QVOD, pronomen interrogatiuum et relatiuum. QVOD dicimus: *l. 4. D. de bonor. poss. contra tab.* QVOD magis dicendum est: *l. 67. D. de rit. nuptiar.* QVOD dici solet: *l. 32. D. de seruit. praed. rustic.* QVOD dicitur: *l. 1. D. quis et a quo adpell. l. 45. §. 1. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. QVA DE RE AGITVR, verbum fuit proprium iurisconsultorum olim, Cicer. *Topic. Cap. XXV. Sed quae ex statu efficitur contentio, eam Graeci τὸ κρινόμενον vocant. Mihi placet id: quoniam quidem ad te scribo, QVA DE RE AGITVR, vocari, Quibus autem hoc, QVA DE RE AGITVR, continetur, haec continentia vocantur.* Idem *in Bruto Cap. LXXIX.* QVA DE RE AGITVR *autem, illud quod multis locis in iurisconsultorum includitur formulis, et vbi esset, videbat.* Idem *pro Muraena Cap. XIII. Etenim quae de scripto aguntur, scripta sunt omnia: neque tamen quidquam tam anguste scriptum est, quo ego non possim* QVA DE RE AGITVR, *addere.* Quinctil. *Lib. III. Cap. vlt.* de Cicerone loquens: *Nam in rhetoricis*, inquit, *Hermogoram est sequutus, in Topicis ex statu effectum contentionem κρινόμενον existimauit. Idque Trebatio, qui iuris erat consultus, adludens,* DE QVA RE AGITVR *adpellat.* Vtitur autem hac formula Paullus, in *l. 3. D. ratam rem haber.* QVIBVS de agitur. *l. 10. §. 9. D. quae in fraud. creditor.* ¶. 3. QVA de re, pro quare: *l. penult. C. de metall.* ¶. 4. QVA, pro qua parte; *l. 25. D. si quis omiss. causs. testam.* ¶. 5. QVA, pro quatenus, qua fine, quia, eo quod. *l. 112. D. de verb. signif. l. 6. D. de re iudicat. l. 1. §. 13. D. de SC. Silan. l. 2. §. 3. D. de reb. credit. l. 1. D. de senator. l. 63. D. ad leg. Falcid. l. 28. D. si quis omiss. causs. testam. l. 44. in fin. D. de furt.* ¶. 6. [QVI indefinite, pro quis. *l. 9. §. 5. D. de offic. proconf.* et in *l. vlt. C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit. 27.*] Sic et *aliquod*, pro aliquid, in *l. 1. princ. D. de vacat. et excus. mun.* Et sic saepe

Hhhh hhh *quod*

quod et *quid* commutantur, vt docuit V. C. Car. Andr Duker. *de Lat. vet. iurisc. p. 385.* HEIN.

¶. 7. [QVI ablatiuus, pro quo, ἀρχαϊκῶς, in *l. 9. D. si quid in fraud. patron.* Sic *l. 43. D. de religios.* interdicto, QVI de iure dominii quaeritur, aget. Quamquam etiam in neutro genere positum dici possit.] ¶. 8. Verbum QVI tam masculos, quam feminas complectitur, vt tradit *l. 1. D. de constit. pecun.* adde vocem QVIS.

¶. 9. Quaedam interdicta, ab hoc verbo incipiunt. Sic: QVOD *legatorum*, interdictum adipiscendae possessionis est, et hanc caussam continet, vt quod quisque legatorum nomine non ex voluntate heredis occupauerit, id restituat heredi. Rediguntur itaque per hoc interdictum ad heredem ea, quae legatorum nomine possidentur: *l. 1. D. quod legator.* Nomen a primis interdicti verbis traxit: quae ita meo quidem iudicio concepta erant: QVOD LEGATORVM NOMINE POSSIDET, AVT DOLO DESIIT POSSIDERE, κ. τ. λ. QVOD *vi aut clam*, interdictum restitutorium est, quo qui vi aut clam aliquid moliti sunt, id restituere iubentur. *tot. tit. D. quod vi aut clam.* QVORVM *bonorum*, interdictum adipiscendae possessionis est, quod bonorum possessori adcommodatur, eiusque vis et potestas est haec, vt quod ex his bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat, id ei, cui bonorum possessio data est, restituere debeat. *§. 3. Inst. de interdict. rubr. D. quorum bonor.*

[QVIA, pro quatenus, vel si. *l. 2. D. ad SC. Trebell. l. 13. §. 2. D. de iureiur.* quemadmodum etiam videtur accipi in *l. 66. D. de heredib. instit.*] ¶. 2. [QVIA non semper sumitur ratiocinatiue. vid. *l. 1. §. 1. D. de seru. corrupt.*]

QVICVMQVE tam masculum, quam feminam complectitur. *l. 16. D de iur fisc.* Argentum omne et supellectilem QVODCVMQVE habeo, tibi dono: *l. 78. §. 1. D. de legat. III.* Σολοικίζειν hic Paullus videtur auctori, qui *de Lat. iurisc.* scripsit. Defendunt tamen V. A. Corn. van Bynkersh. *Lib. I. Obseru. cap. 25.* et Duker. *p. 360.* hoc et similia loquendi genera. HEIN.

QVIDAM, aliquis, nonnemo. QVIDAM aiunt: *l. 46. §. 1. D. de verb. obligat.* QVIDAM consulebat: *l. 57. D. de re iudicata.* [QVORVMDAM delictorum exsequutio heredibus data est: *l. 1. §. 12. D. de offic. praef. vrb.*] QVIDAM dicunt: *l. 84. D. de legat. II.* QVIDAM existimauerunt: *l. 21. D. de reb. credit. l. 30. D. de liberat. legat.* QVODAM modo, vide *quodammodo.* QVIDAM nomine Saluianus: *l. 11. §. 2. D. de minorib.* QVOSDAM mouet: *l. 24. §. 19. D. de fideic. libertat.* QVODAM postliminio rediit: *l. 11. §. 4. D. de except. rei iudic.* vbi *quidam*, vt saepe improprietatis nota est. QVIDAM putant: *l. 38. D. de rei vindic. l. 82. D. de legat. II. l. 49. §. 1. l. 6. et l. 26. D. de adimend. legat. l. 5. §. 12. D. de his, quae vt indign. l. 3. §. 3. et §. 16. D. de adquir. possess. l. vlt. l. 11. D. iudicat. solu. l. 2. D de verb. oblig. l. 46. §. vlt. D. eod. tit. l. 68. §. vlt. l. 88. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 73. D. de solution. l. vlt. D. a quib. adpell. l. 10. D. de verb. signific.* et contra QVIDAM non putant: *l. 4. §. 2. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.* QVIDAM recte putant: *l. 65. §. 1. l. 81. D. de legat. III. l. 82. D. de condit. et demonstr. l. 11. §. 8. et §. 9. D. ad leg. Falcid.* QVIDAM responderunt: *l. 18. D. de legat. praestand. l. 18. D. de collat. bonor.* QVIBVSDAM videtur: *l. 13. D. de damn. infect.*

[QVIES, requies, otium. Honoratae QVIETIS otio perfrui: *l. 3. C. Theod. de decurion. Lib. VI. tit. 23.* QVIETEM honoratam eligere: *l 2. C. Theod. eod. tit.* Honoratissima munerum QVIETE donetur: *l. 24. C. de decurionib. Lib. X. tit. 31. l. 55. C. Th. eod. tit.* QVIES popularium ad praefecti vrbi curam pertinere videtur: *l. 1. §. 12. D. de offic. praef. vrb.* QVIES trabeata. *vid. Lib. XVIII.*] Inumbratae QVIETIS conspectus: *l. 18. §. 1. D. de adquir. possess.*

QVIESCERE, interquiescere. QVIESCERE matrimonium: *l. 26. D. ad leg. Iul. de adulter.*

[QVIETVS. QVIETIS artibus immorari: *l. 11. C. de cohortal. Lib. XII. tit. 58.*]

QVILIBET. QVALIBET conditione: *l. vlt. D. de manumiss. testam.* QVILIBET defensor: *l. 18. §. vlt. D. de castrens. pecul.* QVOLIBET defugiente: *l. 85. §. 5. l. 139. D. de verb. obligat.* Multum refert palam aperteque debitorem se, vt extraneum, et QVEMLIBET faceret pupillo: *l. 54. D. de administr. et peric. tutor.* QVILIBET fideiussor, QVILIBET non vt pater, QVILIBET e populo: *l. 2. D. ne quid in loc. publ.* In CVIVSLIBET persona: *l. 36. §. 1. D. de vsufruct.* QVODLIBET postulante: *l. 1. D. de loc. et itiner.* QVALIBET ratione: *l. 3. §. 1. D. de action. rer. amotar.*

QVINCVNX, quinque vnciae. QVINCVNCES vsurae: *l. 17. D. de vsur. l. 15. l. 16. §. 2. D. de alim. et cibar. legat. l. 5. C. de vsur. l. 102. §. vlt. D. de solution.* et apud Persium *Sat. V. v. 149.*

Numos nutrire QVINCVNCE *modesto.*

[QVINGENI. QVINGENAS, pro quingentas, *l. 15. §. 1. in fin. D. de oper. libert.*]

[QVINI. QVINA accipere: *l. 6. D. de vsufr. ear. rer. quae vsu consum.* Si decem millia petantur, et exstant duo defensores, in QVINA parati defendere; *l. 38. D. de procurator.*]

QVINQVAGINTA librae auri: *l. vlt. C. si cert. petat.*

[QVINQVE simul peperit mulier Alexandrina. vid. Lib. XIV. *parere.* QVINQVE pedum praescriptio. *l. 5. C. fin. reg.* quae desumta

sumta est ex *l. 4. C. Theod. eod. Lib. II. tit. 26.*]

QVINQVENNALIS, in *l. 1. C. Th. de medic. et profess.* Hoc erat in municipiis quibusdam magistratus nomen. Spartian. *in Hadrian. cap. XIX. Per Latina oppida Dictator, et Aedilis et Duumuir fuit, apud Neapolim Demarchus, in patria sua* QVINQVENNALIS. Apulei. *Lib. X. de Asin. aur. p. 247. Gradatim permensis honoribus* QVINQVENNALI *magistratui fuerat destinatus.*

[QVINQVENNIVM absentiae: *l. 2. C. de primicer.*]

[QVINTILII par fratrum nobilissimorum, et praeter alias egregias, quibus ornati erant, animi dotes, vel ob raram concordiam aeterna laude dignissimorum. Mentio eorum fit in *l. 16. §. 4. D. de bon. libertor.* et apud Lamprid. *in Commod. Cap. IV.* vbi vid. Casaubon. et quae inde Menag. *Amoenit. Cap. XXXI. p. 189.*]

QVINTVS, A, VM. QVINTA pars patrimonii: *l. 14. D. de pollicit.*

QVINTVS Ceruidius Scaeuola. vid. Scaeuola Lib. XVII.

QVINTVS Mucius Scaeuola, iurisconsultus, Pontifex Maximus, cum Q. Mucio Scaeuola Augure non confundendus. Eius mentio fit, *l. 7. princ. D. de annuis legat. l. 1. §. 5. l. 5. §. 9. D. quod vi aut clam. l. 55. princ. D. de legat. III. l. 29. §. 2. D. eod. tit. l. 3. §. 6. D. de pen. legat. l. 27. D. de aur. argent. legat.* Vellei. Paterc. *Lib. II. cap. 26. Scaeuola Pontifex Maximus et diuini humanique iuris auctor celeberrimus.* [De eodem Q. Mucio Scaeuula Casaubonus accipit locum Iulii Capitolin. *in Gordianis Cap. V. Ex quo adparet, quantus vir eo tempore Gordianus fuerit. Amatus est ab Afris, ita vt nemo antea proconsulum: ita vt eum alii Scipionem, Catonem alii, multi* MVCIVM, *ac Rutilium aut Laelium dicerent.*

QVINTVS Saturninus. vid. Lib. XVII.

QVIRITES a Romulo, qui Quirinus vocatus est, Romanos adpellatos esse tam notum est, vt in eo confirmando, non sit longior sumenda oratio. Inde ius populi Romani ius QVIRITIVM dictum est, quod proprium sit Romanorum, vt Iustinianus §. 2. *Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.* et Isidor. *Lib. V. Cap. 9.* scribunt. Hoc autem ius multa habet praecipua, locumque et in dominiis et in libertatibus sibi vindicat. Ex iure enim QVIRITIVM dominium non nisi mancipationis vel cessionis in iure sollennitate abalienari, et in accipientem transferri poterat, vt *Lib. I. et Lib. IV. Selectar. Antiquit.* docui. Inde adeo qui vindicabant, aut qui mancipatam vel cessam in iure rem accipiebant, eam ex iure Quiritium suam esse aiebant. Quo referenda sunt verba *l. 1. §. 1. D. de rei vindic.* Ex lege QVIRITIVM, id est, ex iure Romano. *l. 1. §. penult. D. de rei vindicat.* Ex iure QVIRITIVM liber is fiebat, qui vindicta, censu, testamentoue ab eo, qui ex iure QVIRITIVM dominus erat, nullo iure prohibente manumissus, plenissimam ciuitatem consequebatur, quemadmodum Vlpian. *tit. 1. Regul. §. 6.* exponit. Quo adludens Seneca *Lib. III. Natur. Quaestion. praefat. Haec res efficit*, ait, *non vt ex iure* QVIRITIVM *sit liber, sed ex iure naturae.* Hoc ius impetrare Latini liberti vel liberis, vel iteratione, militia, naue, aedificio, pistrino promereri solebant. Vlpian. *tit. III. Regul §. 1.* Sic ius QVIRITIVM *medico datum* accipe apud Plin. *Lib. XXIX. cap. 1.* Sic et apud Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 9. §. 8.* Latinam ingenuam ius QVIRITIVM consequutam interpretare Ius autem QVIRITIVM hac nota significabatur: I. Q. vt Mango in *libello notarum iuris p 1559. edit. Putsch.* auctor est. *Quiritare* QVIRITES *ciere* interpretatur Diomedes *Lib. I. p. 377.* Plin. *Lib. X. epist. 6. Item rogo des ius* QVIRITIVM *libertis Maximillae ornatissimae feminae, Heliae et Antoninae Hermeridi. Quod a te petente patrona peto.* Add. eumd. *Lib. X. epist. 5.* Vetus Glossar. Graecum: *Ex iure* QVIRITIVM δεσπότης ἔννομος τοῦ νόμου τῶν Κυρίτων ἤτοι Ῥωμαίων. sic enim lege: legebatur enim κυριτῶν. Dominus ex iure QVIRITIVM. vid. Lib. IV. Ex iure QVIRITIVM esse. Vlpian. *tit. III. XI. XIX. et XXIV. Regul.* Ex iure QVIRITIVM habere seruum. Vlpian. *tit. 1. Regul. § 16.*

QVIS. Hoc verbum tam masculos, quam feminas complectitur: *l. 1. D. de verb. signif.* Itemque his verbis: *Si* QVIS id, quod iurisdictionis perpetuae caussa propositum, Vlpianus ait, *l. 7. D. de iurisdict.* Idemque ad illa verba: Si QVIS negotia alterius, *l. 3. §. 1. D. de negot. gest.* haec verba, ait, SI QVIS accipienda sic sunt, *siue quae.* ¶ 2. QVID iuris est, pro quaeritur, quid iuris sit: *l. 7. §. vlt. D. de distract. pignor.* ¶ 3. [QVID pro quantum. *l. 1. §. 2. D. de legat. II.*

QVISQVAM. Ne QVIDQVAM mutat; *l. 36. §. vlt. D. de condit. et demonstrat.*

QVISQVE, pro quisquis vel quicumque apud Quinctilianum *in Declam XIV. et XV.* et Ciceron. *pro Flacco Cap. XVII. Quum tabulae illae ipsae*, CVIVSQVE *modi sunt, proferuntur.* Sic accipitur in *l. 7. §. 2. D. de liberal. causs. l. 29. D. de hered. instit.* et apud Auson. *in Sententiis septem sapientum in Pittaco.*

Pareto legi, QVISQVE *legem sanxeris.*

QVISQVIS. Hoc articulo omnes significantur: *l. 29. D. de hered. instituend.* Atque ita haec clausula: QVISQVIS mihi heres erit, accipienda est, *l. 3. D. de iur. codicill. l. 3. l. 4. l. 103. et l. 123. D. de legat. I. l. 88. §. 3. D. de legat. II. l. 95. D. de legat. III. l. 29. §. 1. D. de annuis legat. l. 5. D. de vulg. et pupill. subst l. 8. §. 1. l. 10. princ. D. eod. tit.* Nam etsi plures sint gradus heredum, et scriptum sit, QVISQVIS mihi heres erit, dato:

QVI. QVO.

ad omnes gradus hic fermo pertinebit. *l. 96. D. de legat. III.* Vid. de Formul Pop. Rom. *Lib. VII. 40.* ¶. 2 [QVISQVIS in *l. 5. C. ad leg. Iul. Maiest.* fubditos non etiam peregrinos denotat. ¶. 3. QVISQVIS, quicumque, quisqoe. QVAQVA actione: *l. 30. D. de negot. gest.* fic enim Florentiae legitur. QVOQVO die tertio vel quinto: *l. 1. §. 22. D. de aqua quotid.* A quoquo eorum: *l. vn. princ. D. furt. aduers. naut.* QVOSQVOS fructus: *l. 4. v. si ita. D. de pact. dotalib.* QVOQVO genere: *l. 41. §. 11. D. de fideicommiss. libert.* QVOQVO iure: *l. 9. D. de legat. III. l. 6. §. 1. D. de statulib.* QVOQVO modo: *l. 3. D. ad leg. Corn. de fals.* QVOQVO modo vendere: *l. 10. D. de fideicomm. libert.* QVOQVO modo feparare: *l. 25. D. de vsur.* QVOQVO modo datum: *l. 54. l. 68. D. de solutionib.* QVOQVO momento: *l. 7. D. de adqu. rer. domin.* QVOQVO nomine: *l. 12. §. vlt. D. de hered. vel act. vend.* QVAQVA ratione: *l. 41. §. 9. D. de legat. III. l. 16. §. vlt. D. de iur. patronat. l. 13. D. de adimend. legat. l. 21. D. de fideicomm. libert. l. 5. de adpellat. recipiend.* QVAQVA ratione adquifitio: *l. 3. §. 1. D. pro socio.*

QVO.

QVO, pro vbi. *l. 24. §. 4. D. de damn. infect.* ¶. 2. QVO, pro ad quid. Dixerit aliquis, QVO ergo haec exceptio damnato? *l. 4. princ. D. si quis caution.* QVO bonum eft? *l. 3. §. 11.* et *l. 10. §. 4. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 13. §. 2. D. de vsufruct. l. 93. princ. D. de solution. l. 13. in fin. ad SC. Velleian.* de qua loqoutione vid. laudat Duker. *de Latin. vet. iurisconf. p. 399.* ¶. 3 QVO magis et QVO minos faepe confundontur. Sic: QVO magis pro QVO minus, *l. 3. C. de iudic.* vbi vid. Cuiac. QVO magis non, pro quo minus. *l. 3. §. 5. D. de bonor. possess. contr. tab.* QVO minus noo, pro quo magis: *l. 14. D. de adimend. legat.*

[QVOAD, pro ita vt. *l. 19. princ. D. de vsufruct.*]

[QVOD, pro quia: *l. 2. §. 13. D. de orig. iur.*] QVOD et magis: *l. 8. §. 17. D. quib. mod. pign. vel hypoth.*

QVOD legatorum, QVOD vi aut clam. vide fupra QVI.

QVODAMMODO faepe improprietatis nota eft, et valet aliquo modo. *l. 6. §. 4. D. de his, qui not. infam. l. 21. §. 1. D. de negot. gest. l. 4. D. si ex noxal. causs. agat. l. 15. D. de oblig. et act. l. 1. D. de rer. diuis. l. 19. §. 2. D. ad SC. Velleian. l. 24. §. 1. D. de minor. l. 11. D. de liber. et postum. l. 3. D. qui et a quib.* QVODAMMODO de peculio: *l. 17. §. 1. D. de in rem vers.* QVODAMMODO contrahitur: *l. 1. princ. D. quod iuss.* ¶. 2. [Aliquando modum adiectum fignificat, vt in *l. 36. D. de fideiussor. et mandator. l. 19. §. 2. D. ad SC. Velleian. l. 21. §. 1. D. de negot. gest. l. 6. §. 4. D. de his, qui not. infam. l. 1. princ. D. de rer. diuis.*]

QVO.

[QVOMODO, eft quemadmodum: *l. vlt. D. de legat. III.*]

QVONDAM, olim. QVONDAM centurio: *l. 3. C. de testam. milit.* colonus: *l. 46. D. de administr. et peric. tut.* creditor: *l. vlt. C. si aduers. vendit.* QVONDAM curatores: *l. 3. C. de in lit. iurand. l. 9. C. de iur. deliber. l. 29. C. de euiction.* debitor: *l. 3. D. de sentent. pass. l. 15. C. de distract. pignor. l. 20. C. de donat. int. vir. et vxor.* QVONDAM dominus: *l. 7. C. de liberal. causs.* domini: *l. vlt. C. an seruus.* QVONDAM frater pro defuncto. QVONDAM maritus: *l. 14. C. de SC. Velleian. l. 3. C. ne de stat. defunctor. l. 3. C. de heredit. act. l. 5. C. de nupt. l. 11. C. de donat. inter vir. et vxor. l. 27. C. de iur. dot. l. 1. C. ne pro dote. l. 14 C. de collat. l. 8. C. de institution.* QVONDAM mater: *l. 8. C. de praescript. long. temp.* nouerca: *l. 3. C. de crimin. expilat. heredit.* QVONDAM nurus: *l. 2. C. de donat. mort. causs.* peculium: *l. 13. C. de liberal. causs.* QVONDAM pignori nexae res: *l. 9. C. de pignorat. act.* QVONDAM priuignus: *l. 17. D. de rit. nuptiar.* QVONDAM pupillus, id eft, qui pupillus fuit, *l. 41. D. de fideiussor. l. 1. C. de in lit. iurand.* QVONDAM pupillo fuo: *l. vlt. C. de contrar. iudic.* QVONDAM pupilli: *l. 5. C. de magistrat. conuen.* QVONDAM pupillo debita adfectio: *l. 1. C. de in lit. iur.* QVONDAM focer: *l. 4. C. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. C. de falsa causs.* QVONDAM tutor: *l. 28. D. de liberat. legat. l. 2. C. de hered. tutor. l. 5. C. de transact. l. 3. C. de exception.* QVONDAM viri: *l. 2. C. solut. matrim. l. vlt. C. rer. amotar.* QVONDAM vxor: *l. 28. D. de religios. l. vlt. D. de fideicommiss. libert. l. 5. et l. 6. C. si quis alteri vel sibi. l. 15. C. de iur. dot. l. 18. C. de excusat. tut. l. 15. C. ad leg. Iul. de adulter. l. 15. D. de rit. nuptiar. l. 14. D. de vsurpat.*

[QVONIAM, pro fi, in *l. 10. §. 9. D. de grad. et adfin.*]

QVOQVO iret: *l. 26. §. 3. D. de pact. dotal.*

QVOT menfibus et QVOT diebus eadem figura, qua *quotannis* dicuntur: valentque in fingulos menfes et dies. *l. 8. §. 24. D. de transaction. l. 12. §. 6. D. quand. dies legator.* Varro *Lib. IV. de Lingu. Latin.* Cato *de re rustic. Cap. XLIII. Et circum capita oleagina* QVOT *menfibus vsque donec pruinae erunt, fodere oportet.* Sic et Vitruu. *Lib. IX. cap. 4. et Lib. X. cap. 7.* loquutus eft. Plura de hac loquutione dabit Alberic. Gentilis *de aliment. Cap. XI. p. 41.* Adde Clar. Duker. *de Latin. veter. iurisc. p. 256.* et Scip. Gentil. *de aliment. Cap. XI. p. 41.* HEIN.

QVOTIDIANVS, A, VM, fiue, vt fcribi folet, *cottidianum*, quod quotidie com-

competit. *l. 7. D. quemadm. seruit amitt.* QVOTIDIANA sunt haec, id est, quotidie ex facto accidunt. *l. 25. D. de liberat. legat.* QVOTIDIANA aqua: *l. 15. D. de seruit. praed. vrban.* et *tit. D. de aqu. quotidian. et aestiu.* comparatio: *l. 44. D. de vsurpation.* QVOTIDIANI penoris: *l. 4. §. 1. D. naut. caupon. stabular.* QVOTIDIANARVM rerum, siue aureorum septem libros scripserat Caius, quos Theophilus *in Prooem. Inst §. 6.* vocat κώδικας, ἔνθα διαλέγεται περὶ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινουμένων πραγμάτων. *Codices, in quibus de rebus, quae quotidie incidunt, disputat.* QVOTIDIANVS victus: *l. vlt. §. 7. D. de muner. et honor. l. 6. §. vlt. D. de offic. proconf. l. 25. §. 16. D. de hered. petit.* QVOTIDIANVS vsus; *l. 12. D. de vsu et habit. l. 7. D. de supellect. legat. l. 20. D. de auro argent. legat. l. 1. §. 6. D. naut. caup. stabular.*

QVOTIDIE, siue, vt scribitur, *cottidie.* QVOTIDIE constitui vsusfructus; *l. 1. §. 3. D. de vsufr. adcresc.* QVOTIDIE fieri constat: *l. 4. D. de sponsal.* inferi solet: *l. 15. §. 1. D. de pignor.* Inualescere videmus: *l. 12. §. 27. D. de instruct. vel instrum. legat.* Percipi fructus: *l. 1. D. quand. dies vsusfr. legat.* Poscamus ab alio: *l. 9. §. 8. D. de reb. credit.* QVOTIDIE suspecti tutores postulantur: *l. 1. D. de suspect. tutor.* Praetores restituunt: *l. 7. §. 8. D. de minor.* Precario rogantur creditores: *l. 6. §. vlt. D. de precar.* Seruitutem habere: *l. 7. D. quemadmod. seruit. amitt.*

[QVOTIES, pro quando: *l. 44. D. de adquir. vel omitt. hered.*]

[QVOTIESCVMQVE videtur positum pro quamdiu, seu quoad in *l. 22. D. de ann. legat*] QVOTIENSCVMQVE, pro quotiescumque. *l. 2. D. pro socio.*

QVOTVS. QVOTA ex parte: *l. 20. §. vlt. D. de interrogat. in iur. fac.* QVOTA portio: *l. 1. §. 10. D. de coniung. cum emancip. liber.*

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XVI.

RAB. RAD. RAG. RAP.

R litteram Appius Claudius inuenit, vt pro Valesii Valerii essent, pro Fusiis Furiis. *l. 2. §. 36. D. de orig. iur.* Quod non ita intelligendum est, quasi ante Appium ignota Romanis haee littera fuerit, sed quibusdam vocabulis eum inseruisse R. pro S. Eiusdem mutationis exempla plura sunt apud Varron. *Lib. VI. de Lingu. Latin. p. 70.* et Festum *de verb. signific. Lib. XVI. init.* Ceterum de lectione *l. 2. §. 36. D. de orig. iur.* nec non de quaestione, quis sit Appius ille Claudius, qui de littera canina tantopere meritus est, disputat V. A. Corn. van Bynkershoek *in Praetermissis.* HEIN.

RABIES furoris: *l. 2. C. qui testam. fac. poss.*

RAD.

RADERE, tondere. RADERE seruum. *l. 11. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. RADERE numos: *l. 8. D. ad leg. Cornel. de fals.*

[RADIARE, fulgere. Constitutio, quae inter imperiales RADIAT sanctiones: *§. vlt. Inst. de libertin.*]

RADICITVS arborem euellere. *l. 7. §. 1. D. arbor. furt. caesar.*

RADIX. RADICES arbor [illegible]itur agere in fundum. *l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* et apud Varron. *Lib. IV. de Lingu. Latin.* RADICES agere et porrigere, item RADICES immittere: *l. 5. §. 3. D. de rei vindic.* RADICES positae in area: *l. 1. C. de interdict.* RADICES vitium: *l. 3. §. 4. D. vbi possidetis.*

RAG.

[RAGAE, vestis barbaricae genus, quo intra vrbem Romam vti nemini concessum erat. *l. 3. C. Theod. de habit. quo vti oport. intra vrb. Lib. XIV. tit. 10.* vbi vid. Gothofred.]

RAP.

RAPERE, est per vim auferre. Eripere est de manibus auferre per *raptum. l. 4. D. ne quis eum, qui in ius voc.* Verbo plane RAPVISSE et scissum et fractum et vi raptum alicubi contineri Marcellus scribit. *l. 9. D. de verb. signif.* Et ita in *tit. D. vi bonor. raptorum* hoc verbum accipitur. Ex hoc delicto nata est actio de bonis RAPTIS: *l. 52. §. vlt. D. de furt.* quae alias vi bonorum *raptorum* dicitur. ¶. 2. RAPERE crimen est, quod lege Iulia de vi publica coercetur. RAPERE mulierem. *l. 5. §. 2. D. ad. leg. Iul. de vi publ.* RAPERE puerum: *l. 6. D. eod. tit.* RAPTA a seruo vxor: *l. 4. C. de noxal. action.* ¶. 3. RAPERE *in ius* ad Praetorem iuris experiundi caussa aduersarium recusantem cunctantemque obtorto collo trahere. Horat. *Lib. I. Sermon. Sat. 8. v. 77.*

Oppono auriculam. RAPIT *in ius: clamor vtrimque.*

Idem *Lib. II. Sat. 3. v. 72.*

Quum RAPIES *in iura malis ridentem alienis.*

¶. 4. RAPIENDA occasio est, quae praebet benignius responsum: *l. 168. princ. D. de regul. iur.*

RAPINA, pro violenta ablatione, quae casibus fortuitis adscribi solet. *l. 30. D. ad leg. Falcid. l. 24. D. de regul. iur.* Aduersus vim enim pares esse non possumus. Per RAPINAM: *l. 70. D. de rei vindic.* RAPINAM facere, pro rapere, in *l. 2. §. 1. D. de aleator. l. penult. §. 16. D. de legat. II.* Quod loquendi genus, quoniam nouum quibusdam videtur, qui ideo alienae interpretationis ansam arripuerunt in *d. §. 16.* exemplis nobis confirmandum est. Cic. *Lib. XIV. ad Attic. epist. 14.* RAPINAS *scribis ad Opis fieri.* Cyprian. *Lib. III. epist. 12.* *Coepiscopis nostris et fratribus innotescat, Nicostratum multorum criminum reum, et non tantum patronae suae carnali, cuius rationes gessit, fraudes et* RAPINAS *fecisse, verum etiam Ecclesiae deposita abstulisse.*

RAPSODIA vide RHAPSODIA.

RAPTOR, generaliter dicitur, qui per raptum aliquid aufert, *l. 13. D. de hered. petit. l. 3. §. 11. D. ad exhibend. l. 80. §. 3. D. de furt.* ¶. 2. Specialiter vero plerumque qui virgines rapiunt, RAPTORES adpellantur. RAPTORES virginum: *l. 54. C. de episcop. et cler. l. vn. C. de rapt. virgin. l. 1. et 2. C. Theod. eod. tit. l. vlt. C. Theod. de rapt. et matr. sanct.*

RAPTVS crimen, *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi public.*

RAT.

RAT.

RATA, contingentem portionem significat: l. 4. l. 6. D. si pars hered. petat. l. 20. §. 8. D. de in rem verso. l. 3. D. de aliment. legat. l. 14. D. qui potior. in pign. Sic pro RATA, in l. 6. D. de pecul. legat. l. 1. §. 19. D. vt legat. seu fideicommiss. l. 5. §. vlt. D. de tribut. act. l. 15. §. 7. D. locat. Pro RATA compensare: l. 8. §. 3. D. de bon. libert. Pro RATA computant: l. 6. §. vlt. D. si pars hered. pet. Pro RATA conferre: l. 20. D. de collat. bonor. Pro RATA damni: l. 15. §. 18. D. de damn. infect. Pro RATA debiti: l. 5. §. 19. D. de tribut. act. l. 6. C. de bon. auct. iudic. Caesar Lib. I. de bell. ciuil. cap. 17. Militibus in concione agros ex suis possessionibus pollicetur quaterna in singulos iugera, et pro RATA parte centurionibus euocatisque. Pro RATA partium: l. 10. princ. D. de vulgar. et pupill. substit. Pro RATA patrimonii: l. 25. §. 16. D. de hered. petit. l. 54. D. ad SC. Trebell. Pro RATA portione: l. 75. D. ad SC. Trebell. l. 75. l. 34. D. de bon. libert. l. 3. C. de sent. pass. Pro RATA portionis: l. 70. de D. legat. I. Pro RATA quantitate: l. 6. C. ad leg. Falcid. Pro RATA regionis: l. 64. D. de euiction. Pro RATA retinere: l. 5. D. si cui plus, quam per leg. Falcid. Pro RATA temporis: Pro RATA vnciarum: l. 95. D. ad leg. Falcid.

[RATIHABITIO, actus consentiendi iis, quae alter gessit meo nomine. RATIHABITIO mandato comparatur: l. 12. in fin. D. de solution. In maleficio RATIHABITIONEM mandato comparari: l. 1. §. 14. D. de vi et vi armat. Retro recurrere ad illud tempus, quo conuenit: l. 16. §. 1. D. de pignor. Si seruum non necessariom emero filio tuo, et tu ratum habueris, nihil agitur RATIHABITIONE: l. 6. §. 6. D. de negot. gest. RATIHABITIONES negotiorum gestorum ad illa reduci tempora oportet, in quibus contracta sunt: l. 25. in fin. C. de donat. inter vir. et vxor.]

RATIO, pro caussa a iuris auctoribus frequenter vsurpatur. Sic: haec RATIO est, quare, in l. 15. D. de adquir. possess. Sic quia RATIO innocentiae consistit, id est, caussa legitima in iudicio adparuit. l. 1. §. vlt. D. de quaestion. Non abhorret a RATIONE: l. 4. C. de muner. patrimon. RATIO admittit: l. 5. D. de impens. in res dotal. Iuris RATIO admittit: l. 5. C. de ord. cognition. RATIO aequitatis: l. 1. C. de repudiis. Aliqua RATIONE: l. 7. D. vnde cognat. et alias: quaque RATIONE: Certis RATIONIBVS motus: l. 3. C. ex quib. causs. infam. Quae RATIO illo argumento commendatur: l. 28. §. vlt. D. de stipul. seruor. RATIONI congruens est: l. 87. §. 7. D. ad leg. Falcid. RATIONI non congruit: l. 88. §. 2. D. eod. tit. RATIONIBVS iuris congruit: l. 6. C. de his, qui accusar. non poss. RATIO constat: l. 1. princ. D. de obsequ. par. et patron. l. penult. D. de re militar. De qua loquutione videndus est Lipsius ad Tacit. Annal. Lib. I. p. 15. l. 1. §. vlt. D. de quaestion. RATIONE constitutum: l. 4. C. in quib. causs. pign. Contra RATIONEM iuris: l. 3. C. vectigal. nou. l. 10. C. de donat. ante nupt. Contra iuris rationem conuenire: l. 3. C. de bon. auctor. iudic. possid. l. 4. C. qui bonis ced. Contra iuris RATIONEM desiderat: l. 1. C. ne fiscus. poscit: l. 27. C. de euiction. RATIO deposcit: l. 87. §. 3. D. de legat. II. RATIO desiderii: l. 8. C. de suspect. tutor. RATIO in contrarium ducit: l. 60. §. 2. D. de rit. nuptiar. RATIO efficit: l. 1. §. 11. D. de itiner. actuque priuat. efficiet: l. 17. D. de in rem vers. RATIONEM efficere: l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin. Iuris RATIO efficit: l. 2. C. pro soc. l. 25. D. de manumiss. RATIONEM non esse: l. 1. §. 11. D. de ventr. in possess. mitt. RATIONIS non esse: l. 2. D. de bon. eorum, qui ante sent. l. 1. C. quomod. et quand. l. 69. §. 1. D de iur. dot. RATIONIS est: l. 34. D. de rit. nuptiar. l. 48 § vlt. D. de hered. instit. l. 66. §. 4. D. de legat. II. l. 2 D. de bon. eor. qui ante sent. l. vlt. C. de peric. tutor. l. 1. C. quae res pignor. l. 29. C. de euictionib. l. 13. C. de postlim. reuers. l. 2. C. quemadmod. ciuil. muner. l. 4. C. de castrens. pecul. Eadem hac significatione RATIO pro caussa excusationis ponitur in l. 15. D. de re militar. cuius rectum intellectum Grammaticus aliquis plagiator penitus interuertit in noua sua verborum iuris compilatione. RATIO facit: l. 6. D. de seru. exportand. l. 19. D. de stipulat. seruor. l. 33. D. de aedilit. edict. l. 84. D. de adquir. vel omitt. hered. RATIONEM facere: l. 23. §. vlt. D. de adquir. rer. domin. Quae RATIO facit: l. 96. §. vlt. D. de solution. Hoc RATIO facit: l. 2. §. 6. D. de collat. bonor. RATIO hoc facit: l. 3. §. vlt. D. de in rem vers. l. 32 D de euiction. l. 33. D. de aedilit. edict. RATIO facere videtur: l. 6. D. de in diem addiction. RATIONEM habet: l. 21. §. 4. D. de recept. arbitr. l. 19. §. 2 D. de iudic. l. 2. §. 8. D. de religios. et sumtib. funer. l. 21. D. de pignorib. l. 4. §. 1. D. de leg. commissor. l. 4. C. de vsur. l. 8. D. de impens. in res dotal. l. 5. D. de tutel. RATIONEM habet distinctio: l. 18. D. de vsu et habit. RATIONEM habet sententia: l. 7. D. vsufruct. quemadmod. caueat. l. 12. §. 4. D. de vsufruct. l. 2. §. vlt. D. de noxal. action. l. 9 §. 6. D. de iureiurand. l. 3. §. 2. D. quib. mod. vsusfr. l. 18. D. de vsu et habit. l. 27. §. 11. D. ad leg. Aquill. l. 32. D. de action. emt. l. 6. D. de hered. instit. l. 39. §. D. de statuliber. l. 3. D. ex quib. causs. in possess. l. 1. C. de sentent. et interloquut. l. 5. §. 15. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 3. §. vlt. D. de Carbon. edict. l. 1. §. vlt. D. pro dote. RATIONEM magis habet sententia: l. 32. §. vlt. D. ad leg. Falcid. Summam RATIONEM habet: l. 63. D. pro socio. RATIONEM habere videtur: l. 7. §. vlt. D. commodat. Illam habet RATIONEM: l. 3. §. vlt. D. de verb. obligation. Magis RATIONEM habere videtur: l. 53. D. de legat. II. Non habet RATIONEM: l. 17. D. de tutel. et ration. distrah. Desiderium non habet RATIONEM: Nullam RATIONEM habet: l. 32. §. 20. D. de recept. arbitr. l. 14. D. de iur. fisc. Non iniusta RATIONE: l. 6. D. de manumiss. testam. RATIONE iusta ductus: l. 30. §. 3. D. de adquir. vel omitt. hered. RATIO eadem interuenit: l. 32. D. ad leg. Aquill. Ne RATIO, id est, ne caussa inueniatur, l. 24. D. de liberal. causs. eodem genere, quo Terentius in Andr. II, 3. 8. Inuenerit aliquam caussam, quam ob rem eiiciat oppido. RATIONE iuris introductum: l. 33. D. de vsucapionib. RATIO iuris: l. 15. D. de legib. l. 33. D. de vsur. l. 18. §. vlt. D. de stipulat. seruor. l. 33. D. de

de poen. l. 16. l. 23. C. de rei vindic. Secundum RATIONEM iuris: *l. 2. C. solut. matrimon. l. 9. C. de bon. auctor. iudic.* Pro RATIONE iuria: *l. 14. C. de collat.* Mala RATIONE: *l. 40. D. de statulib.* Mera RATIONE: *l. 1. D. de riuis.* Nulla RATIO est compellendi: *l. 27. §. 6 D. ad SC. Trebell.* Nulla ioris RATIONE: *l. 10. C. mandat. vel contr.* Nulla RATIONE cootendis: *l. 8. C. de donat. inter vir. et vxor.* Nulla RATIONE desiderant: *l. 3. C. de legitim. hered.* Nulla RATIONE existimas: *l. 4. C. de conditionib.* Nulla iuris RATIONE subnixa: *l. 2. C. de poen.* RATIO patitur: *l. 1. D. de rer. permut. l. 60. D. de iur. dot.* RATIO iuris patitur: *l. vlt. C. quum seruus. l. 25. D. de legib.* Vix RATIO patietur: *l. 108. §. 10. D. de legat. I.* RATIO non patitur: *l. 76. §. 2. D. de legat. II.* Iuris RATIO non patitur: *l. 1. C. de diuid. tutel. l. 16. C. de fideiussor.* RATIO iuris permittit: *l. 18. D. de stipulat. seruor.* Iuris RATIO permittit: *l. vlt. C. si aduers. credit. l. 10. C. quomod. et quand.* RATIO non permittit: *l. 13. D. de procurator. l. 7. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* Iuris RATIO non permittit: *l. vlt. C. si aduers. creditor.* RATIO pietatis constare dicitur in *l. 1. princ. D. de obsequ. parent. et patron. l. penult. D. de re militar.* Valer. Maxim. *Lib. IV. Cap. 8. p. 402. edit. Torren. Nam quum ab his oritur, tunc demum ei RATIO constat.* RATIO iuris postulat: *l. 2. C. de hered. vel act. vend.* Cum RATIONE postulare: *l. 1. C. de rer. permut.* RATIONIBVS iuris protegi: *l. 1. C. de vacation.* Illa RATIO redditur: *l. 23. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* RATIONE summa responsum est: *l. 73. D. de legat. II.* RATIO recti sermonis: *l. 8. in fin. D. de aur. arg. legat.* Non est sine RATIONE: *l. 39. D. de stipulat. seruor.* Non est sine RATIONE sententia: *l. 17. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 9. D. de heredib. instit.* Noo sine RATIONE dicetur: *l. 45. D. de action. emt.* RATIO suadet: *l. 15. §. 3. D. de castrens. pecul. l. 22. D. de condit. instit. l. 95. §. 10. D. de solutionib. l. 38. D. de administrat. et peric. tut. l. 70. D. de legat. II. l. 4. D. de vsur.* RATIO suadet et RATIONIS est: *l. 69. §. 1. D. de iur. dot.* RATIO in cootrarium trahit: *l. 11. §. 1. D. ad leg. Falcid.*

¶. 2. RATIONEM Labeo esse aiebat vltro citroque dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui caussa negotiationem, nec vllam RATIONEM a ouda debiti solutione incipere, quum et data et accepta et expensa contineat, *l. 6. §. 3. D. de edend.* RATIO accepti atque expensi: *l. 47. §. vlt. D. de pact.* RATIONES accipere: *l. 7. D. de contrah. emt. l. 5. D. eod. tit.* RATIONES accipere a seruo: *l. 26. D. de seru. corrupt.* RATIONES acceptae: *l. 56. §. 2. D. mandat.* RATIONES adulterare: *l. 1. §. vlt. D. de seruo corrupt.* RATIONES agere, administrare, gerere, pro eodem nostri dicunt: *l. 41. §. 10. D. de fideicommiss. libertat. l. 40. §. 3. D. de statuliber. l. 34. D. de liberal. causs.* RATIONI bonorum deesse: *l. 18. D. de tutel. et ration. distrah.* RATIO Caesaris et Augustae: *l. 6. §. vlt. D. de iur. fisc.* RATIO calculi: *l. 87. D. de hered. instituend.* RATIONEM codices, volumina, corpora, vide suis locis. RATIONES conficere: *l. 4. D. de edendo. l. 1. §. 3. D. de tutel. et rat. distrab.* Rationes actus sui conficere: *l. 10. D. de edendo.* RATIONIBVS continebatur: *l. 15. §. vlt. D. de alim. et cibar. legat.* RATIONES dare, reddere est. *l. 32. §. 6. D. de administr. et peric. tutor. l. 23. §. 1. D. de pecul. legat. l. 41. §. 7. D. de fideicommissar. libertat.* Descriptas RATIONES dare: *l. 6. D. de edend.* RATIONES ad aerarium deferre: *l. 15. §. vlt. D. de iur. fisc.* RATIONIBVS distrahendis actio adpellatur, quae aduersus tutores, qui pupillum in tutela fraudarunt, in duplum datur. *l. 1. §. 19. l. 2. princ. et §. vlt. D. de tutel. et ration. distrab. l. 2. D. de contrar. tutel.* vid. supra *Lib. IV.* RATIONES dominicae: *l. 5. §. vlt. D. de pecul.* quo refertur id, quod dicitur: in RATIONEM domini impendere, *l. 7. §. vlt. D. eod. tit.* et qui est RATIONES reddere iussus, intelligitur summam pecuniae, quae ex reliquis colligitur, iussus dare. *l. 69. §. 4. D. de euictionib.* rationes autem vti redderent serui, explicat *l. 82. D. de condit. et demonstrat.* A RATIONIBVS domini pecunia seponenda, vt in peculio serui sit: *l. 37. §. 2. D. de adquir. rer. domin.* RATIONES edere. vide RATIONES reddere. RATIO fisci: *l. 42. D. de pact. l. 3. §. 8. D. de iur. fisc.* RATIONIBVS fisci obligari: *l. 1. C. de iur. fisc.* vindicare: *l. 4. C. eod. tit. l. 1. C. de bon. vacant.* referri: *l. 2. C. de conuen. fisc. debitor.* RATIONIBVS fisci obligatus: *l. 2. l. 3. C. de priuileg. fisc.* RATIONES gerere, vid. RATIONES agere. Cyprian. *Lib. III. epist. 12. Non solum patronae, cuius RATIONES gessit, fraudes et rapinas fecisse.* RATIO gesta. *l. 41. §. 7. D. de fideicommiss. libertat.* RATIONEM habere seorsum: *l. 4 princ. D. de pecul.* In RATIONEM suae pecuniae habere: *l. 6. D. de manumiss.* RATIONES inspicere: *l. 10. §. 1. D. de edend.* RATIONES intercidere: *l. 1. §. vlt. D. de seru. corrupt.* Auson. *Parental. carm. XXIV. v. 9.*

Scrinia praefecti meritus. RATIONIBVS *inde*
Praepositus Libycis, praemia opima capis.

RATIO mensae: *l. 47. §. 1. D. de pact.* Nuda RATIONE debitorem neminem fieri: *l. 26. D. de donation.* RATIONES offerre: *l. 58. D. de administrat. et peric. tutor.* Ex RATIONE patris: *l. 26. §. vlt. D. depositi.* RATIO peculii: *l. 11. §. 7. D. de pecul.* In RATIONEM suae pecuniae habere: *l. 6. D. de manumiss.* Pertinere ad me RATIO, quid sit, vid. *l. 6. §. 5. D. de edend.* In RATIONES suas pecunia peruenit: *l. 31. D. de pecun. constit.* RATIONEM petere, id est, exigere: *l. 20. §. vlt. D. de liberat. legat.* RATIO poni dicitur, id est, iniri et computari: *l. 1. §. 7. D. si is, qui testam. liber esse iuss. l. 2. §. 2. D. de administrat. rer. ad ciuitat. pert. l. 41. §. 1. D. de euiction. l. 12. l. 15. §. 3. D. ad leg. Falcid. l. 89. princ. D. de solution.* Senec. *epist. LXXXVII. Sic RATIONEM ponitis.* RATIONE posita. *l. 89. princ. D. de solution.* RATIONEM etiam ponere dixit Quinctilianus *Declam. CCLXXIII.* Plura vide in *ponere.* RATIONEM praestare, id est, reddere: *l. 67. § 6. D. de*

RAT.

D. de ritu nuptiar. RATIONES priuatae rei: *l. vlt. C. de aduocat. fisc.* RATIO *putari dicitur, in qua summa sit pura*, vt Varro *Lib. V. de Lingu. Latin.* scripsit, vel vt Non. Marcellus *cap. I. p. 498.* edit. Gothofred. RATIONES *putari ea caussa dictae sunt, quoties ex his fraudis, aut falsi, aut mendacii, aut iniqui aliud separatur*, et expungitur. Putare enim veteres, auctore Gellio *Lib. VI. cap. 5.* dixerunt, *vacantia ex quaque re ac non necessaria, aut etiam obstantia et aliena auferre, et excidere, et quod esse vtile ac sine vitio videretur, relinquere.* Sic in *l. 7. D. de contrab. emtion.* accipienda sunt verba: Si RATIONES *domini arbitrio putet.* Cato *de re rustic. Cap. V.* RATIONEM *cum domino crebro putet.* Plaut. Aolular. *Act. III. scen. 5. v. 53.* *Putatur RATIO cum argentario.* RATIONES reddere longe aliud est, quam edere. Nam edere iussus inspiciendi facultatem praebere debet, reliquum reddere non debet. Reddere vero iussus hoc amplius eam pecuniam, quae ex reliquis colligitur, reddere cogitur. *l. 89. D. de verb. signific. l. 69. §. 4. D. de euict. l. 31. D de statuliber.* Etenim RATIONES reddere effecto nibil aliud est, quam reliqua soluere. *l. 32. D. de condit. et demonstrat. l. 4. C. de testam. manumiss.* Quamobrem reddendarum RATIONVM conditioni seruus ita demum satisfacit atque paret, si libros rationum edat, si legendas, examinandas, dispungendas, computandasque RATIONES offerat, si caotiones et instrumenta omnia actus sui exhibeat, et heredes notitia rationum instruat, et fidem constare omnibus, quae ab eo gesta sunt, doceat, ac denique cum fide actus sui, quod reliquum est, soluat et reddat. *l. 81. l. 82. l. 111. D. de condit. et demonstrat. l. 8. §. 5. D. de liberat. legat. l. 6. §. vlt. D. de statuliber.* Sufficit plane si ex aequo et bono RATIONEM reddat, nec ea vtiqoe, quae sine culpa sua perierint, reddere debet. *l. 22. §. vlt. D. de manumiss. testam.* Sed nec ad reliquorum onus pertioent damna, quae ita contigerint, vt nihil imputari possit. *l. 41. §. 7. D. de fideicommiss libertat.* quae tota fere lex de conditione reddendarum rationum est. RATIONVM redditione remissa scrupulosa tantum exactio remitti videtur, non etiam reliqoorum retentio vel dolus in actu gerendo commissus: *l. 72. §. 3. D. de condit. et demonstr. l 10. l. 28. §. 9. l. vlt. §. 1. et §. 2. D. de liberat. legat. l. 119. D. de legat. I.* Et ita de eo, qui tutores ἀνεκλογίστως esse, id est, RATIONIBVS reddendis minime obnoxios voluerat, Iulianus respondit, nisi bonam fidem in administratione praestiterint, damnari eos debere. *l. 5. §. 7. D. de administr. et pericul. tutor.* RATIONIBVS tutelae referre: *l. vlt. D. de rescind. vendit.* In RATIONEM referre: *l. 26. D. de donation.* In RATIONES referre: *l. 49. §. vlt. D. de pecul.* RATIONIBVS publicis referre: *l. 2. §. 6. D de administrat. rer. ad ciuitat.* RATIONES relatae olim dicebantur, quemadmodum Cicero *ad familiar. Lib. V. epist. 20.* ostendit, *quae ad aerarium referebantur.* Festus Pompeius *Lib. XVI. R. duobus in compluribus orationibus quum de actis disseritur, etiam perscribi solet, id est, RATIONVM RELATARVM, quod iis tabulis docentur iudices, quae publice data atque accepta sunt.* RATIONES seruorum: *l. 82. D. de condit. et demonstrat.* RATIONES accipere a seruo: *l. 26. D. de seruo corrupt.* Subduci RATIO etiam dicitur, in *l. 17. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* Sic Plaut. *Captiu. Act. I. scen. 2. v. 89.*

Subducam RATIVNCVLAM

Quantillum argenti mibi apud trapezitam siet.

Terent. *Adelph. Act. V. scen. 4. princ.* *Numquam ita quisquam subducta RATIONE ad vitam fuit.* RATIONES subscribere: *l. 81. D. de condit. et demonstrat.* Inde RATIONES subscriptae et expunctae: *l. 13. in fin. D de diuers. tempor. praescript. l. 41. § 10. D. de fideicommiss. libert.* vulgo dicimus: *Comte clos et adfiné.* RATIONES *sumtuariae* apud Ciceron. *ad Attic. Lib. XIII. epist. 7.* In RATIONES translata: *l. 102. D. de legat. III.* Plaut. *Trucul. Act. III. scen. 1.* ¶. 3. RATIO, pro respectu, intuitu. Sic RATIONEM habere, *l. 6. D. de poen. l. 7. §. vlt. D. deposit l 41. D. de action. emt. l. 6. D. si tabul. testam.* RATIO habebitur: *l. 25. §. 2. D. locati.* RATIONEM item habere iudex dicitur, in *l. 18. §. vlt. D. de iudic.* RATIO habita a iudice: *l. 39. D. famil. ercisc.* et iudicio: *l. 11. D. commun. diuid.* RATIONEM habere in iudicio: *l. 14. §. 10. D. de religios.* Et RATIO haberi in iudicio dicitur, in *l. 26. §. 1. D. de iniur.* et contra non habita RATIONE: *l. 4. C. de pignorib.* Sic quoque RATIO duci, pro RATIO haberi dicitur. *l. 30. D. locati.* RATIO aetatis habetur. *l. 16. §. 1. D. de poen.* RATIONEM compensationis ioducere: *l. 1. C. de crim. expil. heredit.* vt et habere, *l. 24. §. 2. D. solut. matrimon.* et contra RATIONEM compensationis non habere: *l 1. §. 4. D. de contrar. tutel. et vtil. act.* RATIO compensationis habenda non est: *l. 8. §. 2. D. de negot. gestis.* Eodem modo dicitur: RATIONEM habere damni: *l. 15. §. 32. D. de damn. infect.* Item RATIONEM habet damni iudex in iudicio; *l. vlt. D. de pignorat. act.* RATIO Falcidiae: *l. 24 D. de vulgar. et pupill. substit. l. 77 §. 1. et §. 2. D. de legat. II.* RATIONEM Falcidiae inducere. *l. 41. §. 6. D. de vulgar. et pupill. substit.* RATIONEM habere legis Falcidiae: *l. 81. §. 4. D. de legat. I.* et RATIONE legis Falcidiae: *l. 11. §. 7. D. ad leg. Falcid. l. 14 §. vlt. l. 15. §. 1. et §. 4 D. eod. tit.* RATIONE habita legis Falcidiae: *l. 22. D. de fideicommiss. libertat. l. 88. §. 12. D de legat. II. l. 5. D. de legat. praestand.* RATIO legatorum habenda: *l. 22. §. 1. D. ad leg. Falcid.* et RATIO legis Falcidiae haberi: *l. 24. D. eod. tit.* RATIO habetur fructuum: *l. 15. C. de rei vindicat.* RATIONE fructuum habita: *l. 16. D. de euiction.* RATIONEM habere impendiorum: *l. 7. D. ad SC. Trebellian.* RATIO impensarum habetur: *l. 7. D solut. matrimon.* RATIO quoque haberi sumtus dicitur in *l. 32. §. 5. D. de vsu et vsufruct. legat.* RATIONE habita sumtuum: *l. 11. C. mandati vel contra.* RATIO pietatis: *l. 23. D. de his, qui not. infam.* RATIO habetur temporis: *l. 9 §. vlt. D. vnde cognati.* item contra RATIONEM non habere iodex loci, temporis et aliarum rerum dicitur in *l. 5. D. commodat. l. 18. §. vlt. D. eod. tit. l. 12. l. 15. §. 5. et §. 7. D. locat. l. 4. princ. et §. 1. D. de leg. Rhod. de iactu.* RATIO habetur dierum: *l. 14. D. de re militar.* RATIO vsurarum ha-

haberi in iudiciis solet: *l. 13. C. ad SC. Velleian.* Cooirs aliquando non habebitur RATIO vsurarum: *l. 7. D. de vsur.* ¶. 4. RATIO, pro via er modo vsurpatur. Eleganter id verbum vsurpstur, quum dicimus bona vel msla RATIONE, de qua loquutione scripsi ad verbum MOS, MALE, et IMPROBATO MORE. RATIONE aliqua nsncisci: *l. 6. D. de adquir. possess.* RATIO inueniatur: *l. 24. D. de liberal. causs.* RATIO inuenta erit: *l. 1. §. D. de Carbon. edict.*

RATIOCINATOR, calculstor. RATIOCINATOR zabernse; *l. 5. §. 16. D. de tributor.*

[RATIOCINIVM, computatio. RATIOCINIA publica: *l. 2. vtroque C. de discussor.* Polyptycha charis sut RATIOCINIIS publicis obnoxius. *l. 1. C. de diuers. offic. Lib. XII. tit. 60.* quae est *l. 11. C. Theod. eod. tit. Lib. VIII. tit. 7.* Qui fiscalibus sctibus nexi sunt, et pro RATIOCINIIS proscribuntur. *l. 9. §. 2. C. de bonis proscript.* quae sumta est ex *l. 1. C. Th. eod. tit. Lib. IX. tit. 42.*]

RATIONABILIS, rationi congruens. RATIONABILIVS est: *l. 34. D. de obligat. et action.* RATIONABILIVS videtur: *l. 37. D. de stipulat. seruor.*

RATIONALIS, rationabilis. RATIONALIS caussa: *l. 20. D. de adquir. possess.*

RATIONALIS. Posteriorum Imperatorumtemporibus RATIONALES adpellsti sunt, qui *procuratores Caesaris* sntea dieebantur. *rubr. D. de offic. procurat. Caesar. vel rational.* Lamprid. *in Alexandr. Cap. XLV. Vbi aliquos voluisset vel rectores prouinciis dare, vel praepositos facere, vel procuratores, id est,* RATIONALES *ordinare.* Ad fiscum itaque pertinentes caussas per RATIONALEM decidi, et fiscalia negotis per ipsum expediri legimus. *l. 5. l. 8. l. 10. C. vbi causs. fiscal. l. vlt. C. ad leg. Iul. maiest. l. vlt. C. si aduers. fisc. l. vlt. C. de aduocat. fisc. l. 2. C. ne vxor. pro marit. l. 2. C. de mod. mulct. l. 3. C. de conuen. fisc. debitor. Lib. X. l. 4. C. de fid. instrum. l. 3. C. de bon. vacant. l. 5. C. vbi causs. stat.* ¶. 2. In Notitia autem Rom. Imperii quidsm RATIONALES *summarum* ponuntur per prouinciss constituti, quos puto RATIONALES *summae rei* vocari, veloti in inscript. *l. 7. C. vbi causs. fiscal. Idem Aug. ad Bulesorum* RATIUNALEM *summae rei.* At in inscriptione *l. 7. C. Theod. de iur. fisc. Verecundo* RATIONALI *summarum* scriptum est. Sic est quoque in msrmore spud Reines. *Class. XIII. inscr. 43.*

SECVNOO XX. HER.
RAT. SVMMAR. VR-
BANAE MATRI
CLIMENE COI
PRIMIGENIVS XX.

vbi ex Notitis Imp. occid. Reinesius notat, RATIONALEM *summarum* sub dispositione Comitis sscrar. lsrgitionum fuisse. REIN. ¶. 3. Alii etiam ststuuntur RATIONALES *priuatarum*, vt et *procurator priuatae rationis*, in *l. 7. C. de edend.* et RATIONALIS *priuatae rationis*, *l. vn. C. de annon. et cap.* et RATIONALIS *priuatae rei. l. 7. C. de bonis proscriptor.*

RATIS, fluuistile nauigium: *l. 5. §. 4. D. ad exhibend.* Si RATIS in sgrum meum vi fluminis delata sit: *l. 9. §. 3. l. 13. §. 8. D. de damn. infect.* RATIVM exercitores: *l. 1. §. 4. D. naut. caupon. stabular.*

RATIVNCVLA. *l. 28. D. deposit.* Chsrtae sd RATIVNCVLAM vel logarium paratae; *l. 3. §. 10. D. de pen. legat.*

RATVS, A, VM. firmus, constans, certus, comprobstus. RATVM itaque et irritom opponuntur. *l. 6. §. 11. D. de iniust. rupt. irrit.* RATVM non esse actum: *l. 41. D. de pact. dotal.* RATA sestimstio: *l. 17. §. vlt. D. de iur. dot.* RATA nou habetor suctoritas: *l. 61. D. de iur. dot.* RATI sunt codicilli: *l. 18. D. de iur. codicill.* RATOS habere eodicillos, id est, comprobare, *l. 30. §. vlt. D. de fideicomm. libertat.* RATAE conditiones: *l. 13. D. de pollicit.* RATVS consensus baberi: *l. 44. D. de adquir. vel omitt. hered.* RATOS hsberi contractus; *l. 24. C. de locato.* RATA hsbetur conuentio: *l. 31. §. 22. D. de aedilit. edict.* RATA erit denuncistio: *l. 17. D. ad leg. Iul. de adulter.* RATA esse dioisio: *l. 4. §. 1. D. pro suo.* RATVM est dioortium: *l. 9. D. de diuort.* RATA sit donatio: *l. 66. D. de donat. inter vir. et vxor.* RATAM donationem habere: *l. 4. D. pro donato.* RATAE donationes: *l. 31. §. vlt. D. de donationi.* RATAS esse donationes: *l. 3. §. 1. D. de donat. inter vir. et vxor.* RATVM esse debet: *l. 1. §. 3. D. de ventre in possess. mittend.* RATVM est: *l. 18. D. de recept. arbitr.* RATVM non est: *l. 188. D. de regul. iur.* RATVM esse fideicommissum: *l. 28. D. de legat. III.* RATVM non esse: *l. 41. §. 8. D. eod. tit.* RATVM futurum: *l. 65. D. de donat. int. vir. et vxor.* RATVM haberi: *l. 7. C. de dol. mal.* RATVM habere praetor dicitor, in *l. 1. §. 10. D. de oper. nou. nunciat.* RATA non habentur: *l. 28. D. de pactis.* RATA haberi: *l. 44. D. de adquir. vel omitt. hered.* RATVM est iudicium: *l. 1. C. de satisd.* RATVM legatum: *l. 16. D. de testament. milit. l. 12. §. 1. D. de legat. I.* RATAE sunt libertates; *l. 9. D. ad SC. Silanian.* RATA msnere; *l. 19. C. de donation. l. 5. pr. D. de oper. nou. nunciat.* RATO manente pacto: *l. 16. D. de transaction.* RATA habetur nunciatio: *l. 5. D. de oper. noui nunciat.* RATO pactio: *l. 13. D. commodati.* RATVM habetur pactum: *l. 28. D. de pactis.* RATAM rem habere, hoc est, comprobare sgnoscereque, quod a non vero procuratore nomine nostro actum est. *l. 12. D. ratam rem hab.* Idque non verbis tantum, sed et fscto explicari potest. *l. 5. D. eod. tit.* Et ita in stipulatione, qua procurator cauet, rem ratam dominum habiturum, hoc verbum accipimus, quae et *de rato cautio* et satisdatio vocatur, vt infra docebimus. RATA retentio: *l. 4. C. de vsur.* RATA est sententia: *l. 2. C. de sentent. quae sine certa quantit.* RATA seruari: *l. 4. C. pro socio.* RATA solutio, et RATAM fecerit solutionem, *l. 7. D. de dote praelegat. l. 11. C. de solution.* RATAM habere solutionem: *l. 3. C. de contrah. vel committ. stipulat.*

l. 22.

RAT. RAV. REA.

l. 22. D. rat. rem haber. RATAM solutionem haberi: *l. 22. §. 6. D. eod. tit.* RATAE habentur solutiones: *l. 104. D. de folution.* RATAM habere solutionem videtur, qui mandati agir: *l. 66. D. eod. tit.* RATAS non haberi ftipulationes: *l. 2. C. de inutilib. ftipulation.* RATA teftamenta et irrita opponuntur. *l. 6. §. 11. D. de iniufto, rupt. irrit.* RATVM erit teftamentum: *l. 16. D. de vulgar. et pupill. fubftit. l. 24. D. de teftam. milit. l. vlt. C. de condit. inftit.* RATVM effe teftamentum: *l. 3. D. de pigner.* RATA erir traditio; *l. vlt. D. de donation. int. vir. et vxor.* RATA transactio; *l. 11. C. de transaction.* RATA eft transactio; *l. 8. §. vlt. D. eod. tit.* RATAM transactionem habere; *l. 1. C. commun. diuid.* RATA manet venditio: *l. 10. C. de fide inftrum.* RATAS manere venditiones; *l. 6. C. de refcind. vendit.* RATAM haberi venditionem: *l. 2. C. fi propter public. l. 1. C. fi maior fact.* RATA voluntas; *l. 42. D. de fideicommiff. libert. l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* RATA habendi voluntas, in *l. 24. D. de teftam. milit.* RATAM voluntatem conferuari; *l. 2. C. qui teftam. facer. l. 5. C. ad SC. Trebellian.* RATAM haberi voluntatem: *l. 9. §. 3. D. de adquir. rer. domin.* et contra RATAM non haberi voluntatem: *l. 5. C. de repud.* RATAE voluntates: *l. 1. D. de bonor. poffeff. ex teftam. milit.*

2. Cautionem, RATAM rem habiturum dominum, iurisconfulti etiam cautionem vel fatisdationem *de* RATO adpellant. *l. 23. D. de adminiftr. et peric. tutor. l. 22. §. 3. D. foluto matrim.* et ftipulationem *de* RATO *habendo*, in *l. 2. D. rat. rem haber.* qua permittitur, vt Theophilus *ad §. 1. Inftit. de fatisdation.* loquitur, ὡς κύρια καὶ βέβαια τὰ παρ' αὐτοῦ πραττόμενα ὁ δεσπότης ἡγήσεται τῆς δίκης. *dominum litis ea, quae ipfe acturus fit, rata et firma habiturum.* Huc pertinet, quod dicitur: *de* RATO cauere: *l. 20. D. rem rat. haber. l. 5. §. 7. D. de iniur.* De RATO habendo cauere: *l. 3. D. rem rat. haber.* De RATO cautum, et de RATO ftipulatio: *l. 28. D. de iureiur.* De RATO ftipulari: *l. 12. D. rat. rem haber.* RATAM rem habiturum dominum Vetus Gloffar. Graec. interpretatur, δεκτὴν πρᾶξιν δεσπότου οἰκείῳ, ἤγουν εἰ ἐπίτροπος τι ποιήσει ὡς δεσπότης, ἵνα στέργῃ τοῦτο ὁ πούπιλλος. Aliud Gloffar Graec. ἀσφάλειαν μόνην, τούτεστι, ὅτι τὴν περὶ τοῦ ὅτι δεκτὸν τὸ πρᾶγμα ὁ δεσπότης ἤτοι κύριος τῆς δίκης ἡγήσεται.

RAV.

RAVCA, genus erucarum, de quo Plinius *Lib. XVII. Hiftor. natur. cap. 18.* RAVCIS fegetes corruptae; *l. 15. §. 2. D locati.* Malunt alii *erucis* legere, qnos indicauit V. C. Car. Andr Duker *de latin. vet. iurisc. p. 399.* retiner tamen hanc lectionem Cuiacius *Obferu. Lib. XV. cap. 1.* HEIN.

REA.

[REATVS. Si diutino tempore aliquis in REATV fuerit, aliquatenus poena eius fubleuanda erit: fic enim conftitutum eft, non eo modo puniendos eos, qui longo tempore in REATV agunt, quam eos, qui in recenti fententiam accipiunt: *l. 25. D. de poen.* REATV aliquo vel debitis fatigati. *l. 1. C. de his, qui ad eccle. confug. l. 2. C. Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 45.*]

REB REC.

REB.

[REBAPTIZARE, baptismum iterare. *l. 2. C. ne fanct. baptism. iteretur.*]

REC.

[RECAVERE, de fubfcriptione in crimen, vel obligatione ad eamdem poenam. Non prius infimulanti, id eft, accufatori adcommodetur adfenfus, quam follemni lege fe vinxerit, et in poenam reciproci ftilo trepidante RECAVERIT. *l. 2. C. de exhib. et transmitt. reis.*]

RECAVTA, apochae fpecies, in *Nouell. CXXX. cap. 1.* in qua Iuftinianus oftendit de RECAVTA de more παρὰ τῶν ὀπτιόνων τοῖς ὑποτελέσιν ὑπὲρ τῶν παρ' αὐτῶν δαπανωμένων, *ab optionibus fubditis facta, pro iis, quae ab ipfis expenfa funt.* Quo fit, vt in Suida *Tom. III. p. 255.* mendum effe omni adfeueratione adfirmare non dubitem, apud quem ita fcriptum eft: ῥέκαυγον παρὰ Ῥωμαίοις ἀποχῆς εἶδος, vtique enim ῥέκαυτον legi conuenit. Eadem fere habentur in Gloffis Nomicis: Ῥέκαυδον ἀποχῆς εἶδος RECAVTVM, *apochae fpecies.* In *Nouella* etiam *CXXX Cap. I. III. et VII.* numquam in fingulari RECAVTA, fed in pluratiuo numero, adeoque RECAVTVM occurrit. Hifpanis hodienum *Recaudo.* HEIN.

REC.

RECEDERE, id dicitur, quod prius acceffit. Sic: fi cuius ager totus inundatus fuerit, quum RECESSERIT aqua palam eft· *l. 7. § 6. D. de adquir. rer. domin.* Sic quoque RECEDERE a beneficio dicitur, *l. 2. C. de iur. domin.* RECESSVM a capite fuperiore: *l. 32. D. de legat. II.* RECEDI a commiffione: *l. 6. §. vlt. D. de lege commiff.* RECESSVM a contractu: *l 24. l. 72. D. de pignorat. action.* RECEDI a contractu: *l. 72. l. 74. D. de contrah. emt.* RECEDI de contractu: *l. 3. D. de refcind. vendit.* RECEDERE a controuerfiis fponte: *l. 1. §. 10. D de oper. nou. nunciat.* RECEDERE dominium ab aliquo, dicitur *l. 10. §. vlt. D de condict. furtiu.* Non RECESSIT dominium: *l. 35. D. de adquir. rer. domin.* RECEDERE a dominio: *l. 27. §. 14. D. ad leg. Iul. de adulter.* RECEDI ab emtione: *l. 58. D. de pactis. l. 1. C. quando liceat.* Non RECEDERE a filiis: *l. 34. §. 4. D. de legat. II.* Si aquam ex flumine publico duxeris, et flumen RECESSERIT: *l. 3. §. 2. D. de aqua quotid. et aeftiu.* RECEDERE a foffato: *l. 3. §. 4. D de re militar.* RECEDERE hereditas: *l. 87. §. 4. D. ad leg. Falcid.* RECEDERE ab interdicto: *l. 3. §. 7. D. de liber. hom. exhib. l. 3. §. 1. D. de folution.* RECEDI a iudicato: *l. 3. C. quomod. et quando.* RECESSISSE a priore indicio: *l. 19. D. de his, quae vt indign.* RECEDI a iure: *l. 2. D. de conftitut. pecun.* RECEDERE a legato, in *l. 24. §. D. de fideicomm. libert.* RECESSVM a primo legato: *l. 7. D. de adimend. legat.* RECESSVM ab his, quae legata erant: *l. 18. D. de aliment. vel cibar. legat.* RECESSVM a primo legatario: *l. 7. D. de adimend. legat.* RECEDI a locatione vel venditione: *l. 21. §. vlt. D. ad municipal.* RECEDI a forma mandati: *l. 45. D. mandati.* Non RECEDERE a monumento: *l. 71. §. 2. D. de condit. et demonftrat.* RECESSVM a naturali

turali obligatione: *l. 126. §. 2. D. de verb. obligat.* RECEDERE ab opinione: *l. 1. §. 9. D. ad leg. Falcid.* RECEDERE a pacto, a conuentione: *l. 8. C. de pact. inter emtor.* RECEDERE a persona; *l. 43. D. de verb. obligat.* RECEDERE a pignore: *l. 9. D. de pignorat. action.* RECEDI a placitis: *l. 5. D. de transaction. l. 10. C. eod. tit.* RECESSVM a capitis poena: *l. 4. §. 10. D. de re militar.* RECEDERE de possessione: *l. 34. D. de adquir. possess.* RECEDERE etiam possessio dicitur: *l. 16. D. eod. tit.* RECEDERE ex praediis: *l. 1. §. 25. D de vi et vi armat.* RECEDERE quoque proprietas a legatario dicitur: *l. 105. D. de condit. et demonstrat.* RECESSVM a rescripto: *l. 1. §. 19. D. de quaestionib.* a sententia; *l. vlt. §. 1. D. de minorib.* RECEDI a significatione verborum: *l. 69. princ. D de legat. III.* RECEDERE a societate: *l. 65. §. 6. et §. 15. D. pro socio.* RECEDI a priori testamento: *l. 18. D. de legat. III.* RECESSVM ab hoc tractatu: *l. vlt. D. de iur. fisc.* RECEDI a transactione; *l. 39. C. de transaction.* RECEDERE ex venditione: *l. 10. D. quib. mod. pign.* RECEDERE a verbis: *l. 88. §. 12. D. de liberat. legat.* RECEDERE a voluntate; *l. 1. D. vbi pupill educ.* a priore voluntate: *l. 22. D. de legat. II.* Nonnumquam a voluntate patris RECEDIT praetor, vbi de educatore pupilli controuersia est. *l. 1. D. vbi pupill. educ.* Sic quoque RECESSVM ab omni voluntate: *l. 27. §. 1. D. de legat. III.* et contra: non a tota voluntate RECESSISSE: *l. 30. D. de adimend. legat.* RECEDERE a voluntate ducis miles dicitur, *l. 4. §. 8. D. de re militar.* RECEDERE ab vsu: *§. vlt. Instit. de noxal. action.* RECEDERE ab vsufructu: *l. 48. princ. D. de vsufruct.* RECEDERE ab vxore: *l. 13. §. vlt. D. de annuis legat.*

RECENS, nouissimus, praesens. In RECENTI: *l. 21. D. de poen.* In RECENTI aditae hereditatis: *l. 31. §. 2. D. de priuileg. credit.* RECENTI tempore, et in praesenti vnum idemque significant: *l. 1. §. vlt. l. 2. D. de Carbon. edict.* id est, statim. Maecianus ait ad praesens, *l. 18. §. 1. D. de castrens. pecul.*

RECEPTACVLVM. RECEPTACVLA vuluae: *l. 36. D. de solutionib.*

RECEPTATORES, dicuntur, qui alias receptores, *l. 1. D. de receptator. l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil.* RECEPTATORES autem dicuntur, qui nocentes recipiunt, occultant atque celant. *l. 13. D. de offic. praesid. l. vlt. D. de abigeis.* Sic RECEPTATORES latronum: *l. 6. D. de custod. et exhib. reor.* qui et receptores dicuntur in *l. 3. §. 3. D. de incend. ruin. naufrag.*

RECEPTITIVS, A, VM. RECEPTITIA actio olim vocabatur, quae aduersus argentarios, qui pecuniam alieno nomine constituerant, dabatur. *l. 2. C. de constit. pecun.* Theophil. *ad §. 8. Inst. de action.* a verbo, opinor, *recipere*, quod nonnumquam promittere est. Vnde *ex recepto*, id est, compromisso Iustinianus interpretatur. Indeque arbitros, qui ex compromisso adeuntur, RECEPTOS dici censet *l. 12. C. de iudic.* Quod ego non nisi lente et fastidiose probare possum. Crediderim enim, quod salua Iustiniani pace dictum sit, RECEPTOS potius a *recepto arbitrio* dictos. ¶. 2. RECEPTITIA dos ea dicitur, quam is, qui dat, in mortem mulieris a marito stipulatur. *l. 31. §. 2. D. de mort. causs. donat.* et apud Vlpian. *tit. VI. Regul. §. 5.* [Cuiac. *ad Lib. XXXV. Paull. ad Edict. l. 20. D. de pact. dotal.* et *in Scaeuol. ad l. 29. D. eod.*] ¶. 3. RECEPTITIVS seruus vid. RECIPERE.

RECEPTOR est, qui et *receptator*, qui nocentes occultat, celat. *l. 1. D. de receptator.* RECEPTORES abigeorum: *l. vlt. §. vlt. D. de abigeis.* adgressorum; Paull. *Lib. V. Sent. tit. 3. §. 4.* latronum: *ibid.* sine quibus latro diutius latere non potest. *l. 13. princ. D. de offic. praesidis.* ¶. 2. RECEPTOR, pro fideicommissario, in *l. 14. §. 2. D. ad SC. Trebell.* Nam ita ibi pro *praeceptorem* legendum esse probabili ratione coniicit V. A. Cornel. van Bynkersh. *Obseruat. Lib. VI. cap. 21.* HEIN.

RECEPTVS, A, VM, comprobatum. RECEPTA cognitio: *l. 10. D de suspect. tutor.* RECEPTA est donatio, apud Paull. *Lib. II. Sent. tit. 23. §. 2.* RECEPTAE sunt donationes: *l. 9. §. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* RECEPTAE sunt institutiones, id est, adprobatae: *l. 48. §. 1. D. de hered instit.* RECEPTO iure: *l 3. C. in quib causs.* RECEPTAE leges populi iudicio, id est, comprobatae: *l. 32. D. de legib.* RECEPTVS mos. Festus in RECEPTVS. et Tacit. *Lib. II. Annal. cap. 85.* [Ita vero dicitur, quidquid a plerisque prudentibus adprobatum est. Budaeus in *l. 11. §. 1. D. de dolo malo.*] RECEPTA ratione: *l. 67. §. 5. D. de ritu nuptiar.* RECEPTA reuerentia, id est, moribus comprobata: *l. 14. §. vlt. D. solut. matrimon.* RECEPTA sententia: *l. 2. §. vlt. D. de statulib. l. 11. D. de pecul.* vid. et RECIPERE.

RECESSVS fluminis. *l. 30. §. 3. D. de adquir. rer. domin.*

RECIDERE, secunda correpta, relabi, retroire. Sic: RECIDERE administratio ad aliquem dicitur, in *l. 39. §. 3. D. de administrat. et peric. tutor.* RECIDERE in caussam: *l. 6. D. de captiu. et postlimin.* Sic etiam RECIDERE flumen dicitur, quod retrolabitur. *l. 3. D. de adquir. rer. domin.* Possessio RECIDIT ad irritum: *l. 16. §. 1. D. de inoffic. testament.* RECIDERE ad me: *l. 9. D. vsufructuar. quemadmod. caueat.* RECIDERE in potestatem patris dicitur filius auo mortuo. *l. 2. §. 1. D. ad SC. Macedonian. l. 5. D. de his, qui sui vel alien. iur. sunt. l. 40. D. de adoption. l 9. C. de sentent. pass.* Sic quoque RECIDERE in potestate: *l. 28. §. 1. D. de liber. et postum.* et RECASVRI in potestate: *l. 2. D de vulgar. et pupillar. substit. l. 3. §. 1. D. de adsignand. libert.* RECIDERE bonorum possessio ad primum: *l. 2. §. 8. D. de bonor. possess secund. tabul.* RECIDERE familia ad vnum, *l. 13. D. de option. vel elect. legat.* RECIDERE vniuersitas vel collegium ad vnum, in *l. 7. §. 2. D. quod cuiusc. vniuers. nom.*

nom. RECIDERE ius omnium in vnum; *l. 7. §. 2. D. quod cuiusc. vniuers. nom.*

RECIDERE, secunda producta, pro delibare et amputare. Sic RECIDERE dicitur Falcidia legatum, *l. 1. §. 13. D. de dote praeleg. l. 5. §. 5. D. de legat. praestand.* RECIDERE portiones; *l. 35. §. 1. D. de heredib. instit.* RECIDERE protectum, id est, deiicere. *l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquill.* RECIDERE radices: *l. 6. §. vlt. D. arbor. furt. caesar.*

RECIPERARE, pro recuperare. *l. 41. §. 7. D. de legat. III.* Qua RECIPERARE actione poterit dominus: *l. 39. D. de stipulat. seruor.* vide *in Parergis.*

RECIPERE, pro recuperare. RECIPERE ciuitatem: *l. 104. D. de condit. et demonstrat.* debitum suum: *l. 12. D. de reb. auctor. indic. possid. l. 44. D. de condict. indeb.* dignitatem: *l. 13. §. vlt. D. de leg. Cornel. de fals.* RECIPERE dotem, et RECEPTA dote: *l. 41. §. 7. D. de legat. III.* RECIPERE partem dotis: *l. 66 §. 5. D. soluto matrimon.* RECIPERE hereditatem: *l. 9. §. 4. D. de auctor. et consens. tutor.* In seruo pristinum ius RECIPERE: *l. 19. §. 5. D. de captiu. et postlim. reuers.* libertatem pristinam: *l. 7. D. de adquir rer. domin.* RECIPERE partem: *l. 32. D. de stipulat. seruor.* pecuniam: *l. 1. D. ad leg. Iulian. ambit.* RECIPERE ius possessionis: *l. 21. D. de iur. patronat.* RECIPERE pretium: *l. 12. C. de euiction.* RECIPERE pretium cum vsuris: *l. 47. §. vlt. D. de minorib.* Scaeuola dedit mutua quindecim, quae RECIPERE non potui: *l. 17. §. 1. D. de doli mali except.* RECIPERE res suas seruus dicitur, *l. 13. D. de pignorat. action.* RECIPERE pristinam speciem: *l. 14. D. de adquir. rer. domin.* RECIPERE summam: *l. 62. D. ad SC. Trebellian.* RECIPI quoque transfuga dicitur a nobis, ad quos nunc primum is peruenit: *l. 51. D. de adquir. rer. domin.* vide Cuiac. *Lib. IV. obseru. cap. 9.*

¶. 2. RECIPERE, aliquando est admittere, tolerare. RECIPERE adpellationem: *l. 57. §. vlt. D. de administrat. et pericul. tutor.* RECIPI adpellatio dicitur in *l. vlt. D. de bonis damnator. l. 26. D. de adpellation.* RECIPI adpellatio vel non. *l. 4. et l. 5. D. de adpellat. recipiend. l. 1. D. nihil innouar. pend. adpellat. l. 1. C. quor. adpellat. non recip.* Simili sensu RECIPERE aquam dicimus, id est, pati vel tolerare, vt per viam publicam aqua fluat. *l. 2. §. 18. D. ne quid in loco publico.* RECIPI caussa: *l. 15. §. 4. D. de manumiss vindict.* RECIPERE cognationem: *l. 7. D. vnde cognati.* coheredem: *l. 38. §. vlt. l. 93. §. vlt. D. de legat. III.* RECIPERE in collegium: *l. 3. D. de colleg.* RECIPERE diem vel conditionem: *l. 77. D. de regul. iur.* Contractus quidam dolum malum dumtaxat RECIPIVNT, quidam dolum et culpam, id est, quorumdam contractuum natura talis est, vt in illis tantum dolus non culpa praestetur, in aliis vero et culpa et dolus. *l. 23. D. de regul. iur.* RECIPI excusatio, id est, admitti. *l. 60. §. 4. D. de ritu nuptiar.* RECIPERE tacite in fidem suam: *l. 40. §. 1. D. de iur. fisc.* RECIPI paries dicitur, in *l. 18. §. 11. D. de damn. infect.* vbi vulgata habet *refici.* RECIPI in partem hereditatis: *l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* RECIPI non potest: *l. 23. D. de vsucapion.* RECIPERE salua: Paull. *Lib. II. Sentent. tit. 6. §. 1.* RECIPERE vsucapionem res dicitur, quae vsucapi potest: *l. 9. D. de vsucapion.*

¶ 3. RECIPERE, pro cauere seu promittere. RECIPERE arbitrium: *l. 4. D. de recept. arbitr.* Plane RECIPERE arbitrium est delatam sibi a litigantibus iudicandi potestatem in se accipere vel admittere, seque suo arbitrio controuersiam finiturum promittere. Et sic quoque Harmenopul. *Lib. I. tit. 4. §. 63.* RECIPERE custodiam, id est, promittere. *l. 55. D. locati.* et RECIPERE suo periculo. *l. 60. §. 6. D. eod. tit.* RECIPERE in se debitum, id est, constituere se debitorem. *l. 4. D. de manumission.* item RECIPERE sibi debitum: *l. 16. §. 4. D. de fideiussor.* RECIPERE in se obligationem: *l. 8. D. ad SC. Velleian.* RECIPERE periculum, id est, cauere de periculo, *l. 1. C. de administrat. tutor.* RECIPERE in se periculum: *l. 13 §. 5. D. locati. l. 21. D. de administrat. et pericul. tutor. l. 1. D. de magistrat. conueniend.* In Edicto: nautae, caupones, stabularii, verba haec: *quod cuiusque saluum fore* RECEPERINT, ad omnes res, quae in nauem cauponamue immissae, illataeque sunt, etsi specialiter adsignatae non sint, pertinent. *l. 1. in fin. D. naut. caup. stabul.* Et qui *saluum fore* RECIPIT, non solum a furto, sed et a damno RECIPERE videtur. *l. 5. in fin. D. furti aduers. naut. caupon.*

¶. 4. RECIPERE *in reos*, vel *inter reos*, est accusatum post delationem legitime inchoatam in album reorum referre et adnotare, donec crimen peragatur, finiaturue. Tacit. *Lib. III. Annal. cap. 70. Lib. II. cap. 74. Lib. XIII. cap. 10.* Et RECIPI quoque nomen eius, qui inter reos refertur, Latini auctores dicunt. Cicero *IV. Verrin. cap. 18. Et alii, qui interfuerint, quum accipientis nomen* RECIPERETVR. Valer. Maxim. *Lib. III. cap. 7. ex. 9. Quum id vitare beneficio legis Memmiae liceret, quae eorum, qui reipublicae caussa abessent,* RECIPI *nomina vetabat, in vrbem tamen recurrit.* Senec. *Lib. III. Controuers. praefat. Postulaui, vt Praetor nomen eius* RECIPERET. Sic RECIPI *rei* dicuntur, in *l. 2. §. vlt. D. de custod. et exhib. reor.* et RECIPI *inter reos*: *l. 13. C. ad leg. Iul. de adulter.* RECEPTVS *reus*: *l. 15. §. 7. D. eod. tit.* RECEPTA *inter reas*: *l. 11. §. 2. D. ad leg. Iul. de adulter.*

¶. 5. RECIPERE aliquando est celare, occultare. Sic: RECIPERE latrones: *l. vlt. D. de receptator.* RECIPERE alienum libertum: *l. vlt. C. de oper. libert.* RECIPERE rem de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata surreptam. *l. 3. §. 4. D. de incend. ruin. naufrag.* RECIPERE seruum proprie est refugium abscondendi causa seruo praestare vel in suo agro, vel in alieno loco aedificioue. *l. 1. §. 2. D de seru corrupt.* Vnde RECEPTOR et RECEPTATOR, de quibus suis locis diximus.

¶. 6 RECIPI, pro comprobari. Sic RECEPTVM esse quidpiam quum dicimus contra iuris subtilitatem et rigorem suadente aliqua vtilitate atque aequitate adprobatum intelligimus; quae integra loquutio exprimitur in *l. 5. princ. D. de obligat. et action. l. 6. D. rem pupill. saln. for.* Huc pertinent adfirmandi phrases. RECEPTVM est. *l. 41. D. de*

reb. credit. l. 1. D. de contrar. tutel. act. l. 31. D. de vsu et vsufructu legat. l. 23. D. de quaestion. l. 2. C. negot. gestor. l. 1. C. quib. ex causs. maior. l. 9. C. de fideicommiss. l. 14. D. de iurisdict. l. 3. D. de statuliber. Pridem RECEPTVM est: l. 12. C. de fideiussor. Id ita RECEPTVM est; l. 5. D. de verbor. obligat. RECEPTVM iure ciuili: l. 161. D. de regul. iur. RECEPTA iure ciuili; l. 32. D. de reg. iur. Commenticio iure RECEPTVM: l. 20. D. de poen. RECEPTVM iurisprudentibus: l. 1. C. de adquir. et retin. possess. Iure singulari RECEPTVM: l. 44. §. 1. D. de adquir. possess. l. 2. §. 16. D. pro emtore. Propter vtilitatem RECEPTVM est: l. 47. §. 1. D. de accusation. l. 40. §. 1. D. de adquir. possess. Sic quoque RECIPI sententia dicitur, quae probatur. l. 215. D. de verbor. obligat. Quae sententia RECIPI potest: l. 1. §. 1. D. de adquir. possess. vide supra in RECEPTVS. ¶. 7. RECIPERE etiam in tradendo promittendoue excipere significat. l. 5. et l. 10. D commun. praedior. l. 31. in fin. D. solut. matrimon. l. 53. §. vlt. de action. emt. l. 42. D. de mort. causs. donat. l. 30. §. 3. D. de legat. III. l. 36. §. 1. D. de vsufruct. l. 40. §. 3. et §. 4. D. de contrah. emtion. Sic: qui fundum vendidit, pomum RECEPIT. l. 205. D. de verbor. signif. Cato de re rustic. Cap. LXIV. Pabulum domino RECIPITVR. Cicer. Topic. cap. vlt. Fecique quod saepe liberales venditores solent, vt quum aedes fundumue vendiderint, rutis caesis RECEPTIS concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi caussa apte et loco positum videatur. Idem Lib. II. de oratore cap. 55. Dicet se, quum aedes venderes, ne in rutis quidem caesis solium paternum RECEPISSE. Vnde RECEPTITIVS seruus apud Catonem in suasione legis Voconiae, non vt Festus interpretatur, qui ob vitium redhibitus sit, sed vt Nonius Marcellus longe rectius: quem mulier in danda dote aut donatione exceperat. Gell. Lib. XVII. Noct. Attic. cap. 6. Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quae ex suis bonis retinebat, neque ad virum transmittebat, ea RECIPERE dicebatur, sicut nunc quoque in venditionibus, quae excipiuntur, neque veneunt. Plaut. Trinum. Act. I. scen. 2. v. 157. Porticulum hoc RECEPIT, quum aedes vendidit. RECEPTA habitatio, pro excepta in lege venditionis. l. 53. §. D. de act. emt. Etiam excipere dicitur, quod sibi in vendendo quis retinet et reseruat. l. 22. in fin. D. de condict. indebiti. l. 73. in fin. l. 76. l. 77. D. de contrahend. emtion. l. 30. D. de seruitutib. praed. rusticor. l. 6. l. 39. D. de vsufruct. Et exceptio eodem sensu dicitur. l. 39. D. de action. emti. Add. Io. Frid. Gronou. ad illa Senecae Consolat. ad Marciam Cap. X. Tamquam EXCEPTVM auctori possideas. HEIN. ¶. 8. RECIPERE in carcerem. l. 1. D. quand. adpelland. sit. l. 1. §. 13. D. de custod. reor. et apud B. Augustin. Lib. III. contra Crescon. Grammatic. Suetonius in Tiber. Cap. 62. in carcerem RECEPTI. habent tamen alii libri rapti. et apud Valer. Maxim. RECEPTAM in carcerem. ¶. 9. RECIPERE cognitionem, iudices dicuntur. RECEPTA cognitio. Plin. Lib. VI. Epist. 22. ¶. 10. RECIPERE, pro excipere aliquem hospitio. RECIPERE inquilinum. l. 1. §. vlt. D. de vsufruct. ¶. 11. RECIPERE etiam caussam rei alicuius dicitur orator, qui eam ad se delatam retinet, et vt vulgo loquimur, de ea agenda se onerat. Cicero Lib. I. de orator. Ante condemnentur ii, quorum caussas RECIPIMVS. Idem in orat. ad Quirites post reditum. Alterius caussam capitis RECEPERAM. Et pro Cluentio Cap. 25. Cum caussam bonorum Safinii Atellae RECEPISSEM. Idem in Epistol. ad Familiar. Lib. V. Epist. 10. Sic et apud Gellium Lib. V. Noctium Attic. cap. 10.

RECIPROCVS, A, VM. RECIPROCA substitutio. l. 4. D. de vulgar. et pupill. substit. [RECIPROCI poena, id est, talionis. l. 2. C. de exhib. et transmitt. reis. quae alias par poenae conditio dicitur, in l. 14. C. Theod. de accusat. Lib. IX. tit. 1. et custodiae similitudo, in l. vlt. C. eod. titul.]

RECISIO, delibatio. RECISIO legatorum; l. 35. §. 1. D. de heredib. instituend.

RECISVS. RECISIVS tempus longiori opponitur. l. 2. D. de termin. moto. RECISVM opus pro breui est apud Vellei. Patercul. II, 89. vt obseruat V. Cl. Duker. de Lat. iurisc. p. 421. cuius etiam coniectura est, apud Vitruuium pro scenam recessiorem legi debere recisiorem. HEIN.

RECITARE. Apertis tabulis, testamenta RECITARI solebant. Sic: RECITATO testamento: l. 29. D. de manumiss. testam. RECITARE testamentum: l. 6. D. eod. tit. l. 3. §. 18. l. 25. §. vlt. D. de SC. Silan. Quum in publicum prolatum et apertum testibus praesentibus publice RECITATVR. l. 1. C. testam. quemadmod. aper. l. 41. D. si cert. petat. l. 11. §. 1. D. de legat. II. l. 6. in fin. D. de extraord. crimin. l. 4. D. de iur. fisc. et apud Paull. Lib. IV. Sentent. tit. 6. RECITATVM testamentum: l. 2. §. 38. D. depositi. l. 81. §. 1. D. de hered. instit. RECITATAE tabulae: l. 1. C. de his, quib. vt indign. Et ita etiam Suetonius loquutus est in Iulio Cap. LXXV. in August. Cap. C. in Tiberio Cap. XVI. et XXIII. ¶. 2. RECITARE testator etiam heredem dicitur, quia eum palam, id est, sic vt a septem testibus exaudiri possit, nuncupat. Sic in l. 1. D. de his, quae pro non scriptis hab. Qua ex parte me Titius heredem scriptum in tabulis suis RECITAVERIT, ex ea parte heres esto. Et l. 81. §. vlt. D. de hered. instit. Quanta ex parte me a Titio heredem institutum RECITASSEM, ex ea parte mihi Sempronius heres esto. Cicero pro Caecin. Cap. XIX. Testamento si RECITATVS esset heres pupillus Cornelius. Plin. Lib. VII. Cap. 52. Post mortem testatoris et aperto testamento RECITATVS heres. ¶. 3. RECITARE, legere de scripto et palam dicere. Sic RECITARE constitutionem: l. 74. §. vlt. D. ad SC. Trebell. RECITATA constitutio: l. vlt. §. 1. D. de adpellat. l. 30. C. de iure dot. l. vlt. C. de legit. tut. l. 34. C. de donat. l. 30. C. de fideicomm. l. penult. C. de reb. cred. l. 22. C. de SS. eccles. RECITARE libellos: l. 72. D. de furt. RECITATVM est apud iudicem ius: Paull. Lib. V. Sent. tit. 25. §. 4. RECITATA in Senatu oratio: l. 8. princ. D. de transaction. l. 2. D. de feriis. l. 3. D. de fugitiu. l. 1. D. de reb. credit. RECITARE sententiam litigatoribus: l. 1. C. de sentent. et peric. recit.

recit. RECITARE falsum testamentum aduocatus dicitur. *l. 13. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. C. eod. tit.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 25. §. 1.* testimonium; *l. 3. §. 4. D. de testib.*

RECITATIO decreti: *l. vlt. C. si aduers. donat.*

☞ **RECLVSVS.** Hoc verbum *operto* opposuit Iustinianus, *§. penult. Instit. de legitim. agnat. success.* hoc est, si proprie loqui velimus, idem eidem, vt censet Rad. Forner. *Rer. Quotidian. III, 15.* Quae censura etiam cadit in *l. penult. C. de legit. hered.* vbi Iustinianus: *Germana eius ob eadem successione* RECLVDITVR. Sed similem loquutionem Vinnius ad *d. §. penult* reperit apud Iustin. *Lib. I. Cap. 9.* vbi *concubinae singulae separatim* RECLVDI dicuntur. HEIN.

RECOGNITIO, est dispunctio, in *l. 15. D. de reb. auctor. iudic. possid.* ad quam referenda est *l. 56. D. de verbor. signif.* vt inscriptionum similitudo docet.

RECOGNOSCERE, examinare, visitare. Sic RECOGNOSCERE custodiam et ergastula. vid. *custodia.* RECOGNOSCERE locum: *l. 44. D. de adquirend. possess.* RECOGNOSCERE *mancipia ergastuli:* Columell. *Lib. I. cap. 8.* seruum; *l. 3. §. 7. D. ad exhibend.* RECOGNOSCENDI singulos. *l. 1. C. de mutat. nomin.* Ad RECOGNOSCENDOS singulos: *l. 10. C. de ingen. manumiss.* ¶. 2. RECOGNOSCERE instrumenta, est relegere et cognoscere: dispungere, conferre data et accepta. *l. 56. D. de verb. significat.* Sic descriptum et RECOGNITVM faciant accipe in *l. 5. D. famil. ercisc.* ¶. 3. RECOGNOSCERE etiam dicitur, qui quod se dictante ab alio scriptum est, agnuscit. *l. 15. §. 3. D. ad leg. Cornel. de falsis.*

RECONCILIARE. RECONCILIATO matrimonio. *l. 29. §. 1. D. de pact.*

RECONDVCERE, iterum conducere. *l. 13. §. 11. D. locati.*

RECTE, arbitrio boni viri plerumque significat. *l. 17. §. vlt. D. de vsufruct. l. 73. D. de verb. significat. l. 1. §. 9. D. de collat. bonor.* vt ostendi *Lib. I. Selectar. Antiquit. cap. 9.* Sic RECTE colere: *l. 9. D. de vsufr.* RECTE defendere, id est, boni viri arbitratu defendere. *l. 5. §. 8. D. iudicat. solui.* et sufficienter, vt loquitur *l. 14. D. solut. matrimon.* Porro RECTE defendi verba in edicto, quod in *l. 5. §. vlt. D. ex quib. causs. in possess. eat.* proponitur, quam vim habeant, explicatur in *l. 63. D. de iudic. et l. 10. D. de administr. et peric. tutor.* Quas ad id argumentum pertinere indicio sunt inscriptiones. RECTE liceat: *l. 20. D. de seruit. praedior. rusticor.* RECTE negotium gerere: *l. 35. §. 3. D. de contrah. emt.* Etiam in stipulationibus RECTE verbum pro viri boni arbitrio est: *l. 73. D. de verb. signific.* sic RECTE stipulati agere: *l. 6. D. rem pupill. saluam for.* RECTE stipulari: *l. 82. D. de verb. obligat.* RECTE vti: *l. 6. D. de itiner. actuqu. priuat.* ¶. 2. RECTE alias est idonee, vtiliter, et vt oportet. *l. 2. §. 1. D. vsufructuar. quemadm. cau. l. 20. D. de seruit. praed. vrban. l. 24. D. de seruit. praedior. rustic.* RECTE cauere. Plin. *Lib. X. Epistol.* RECTE caueri: *l. 1. §. 9. D. de collat. bonor.* RECTE cauta pecunia, in *l. 2. C. de transaction.* RECTE constituta obligatio: *l. 3. C. de pactis.* RECTE contractum pignus: *l. 38. D. de legat. III.* RECTE dari: *l. 11. §. vlt. D. de duob. reis.* RECTE datur pecunia: *l. 15. §. D. de solutionib.* RECTE donare: *l. 11. D. de mort. causs. donat.* RECTE illata, id est, soluta: *l. 53. D. de manumiss. testam.* Non RECTE persolui: *l. 68. D. eod. tit.* RECTE promittere: *l. 16. D. de transact.* RECTE recipietur per condictionem: *l. 45. D. de condict. indebit.* RECTE solui: *l. vlt. D. de iur. dot. l. 56. §. 2. D. de verb. obligat. l. 46. §. 6. D. de iur. fisc. l. 10. l. 25. l. 31. §. 1. D. de nouation. l. 32. l. 35. l. 38. D. de solution. l. 21. D. de iureiurand.* RECTE soluitur: *l. 12. l. 14. §. 1. D. de solution. l. vlt. §. 3. D. de verbor. obligat.* RECTE solutum fideicommissum: *l. 22. D. ad SC. Trebell.* et contra non RECTE soluitur: *l. 128. D. de verb. obligat. l. 4. §. 4. D. de doli except.* RECTE stipulatur: *l. 98. §. 7. D. de solutionib.* RECTE teneetur, id est, obligatur: *l. 33. D. mandati.* ¶. 3. RECTE item significat legitime et secundum iuris ordinem. *l. 2. §. 1. D. ad SC. Velleian. l. 27. §. 1. D. de liberal. causs. l. 31. D. de minorib. l. 2. D. de inoffic. testam. l. 6. in fin. D. de iur. patron. l. 3. princ. D. de liber. et postum.* RECTE admitti: *l. 7. D. de bonor. possess.* RECTE adpellasse: *l. 93. D. de legat. III.* et contra non recte adpellatum: *l. 21. l. 23. §. vlt. D. de adpellation.* RECTE factae ad principem adpellationes: *l. 21. D. eod. tit.* RECTE agere: *l. 1. §. vlt. D. de rei vindic. l. 29. D. de re iudicat. l. vlt. D. de precar. l. 84. §. 4. D. de legat. I. l. 18. §. vlt. D. de vi et vi armat.* RECTE agit: *l. 25. §. 1. D. de pecun. constitut. l. 10. et l. 30. §. 2. D. locat. l. 16. §. 8. D. de pignorib.* RECTE agam: *l. 62. §. 1. D. de euiction. l. 11. D. de obligat. et action.* RECTE acturum: *l. 28. §. 1. D. de stipulat. seruor. l. 3. D. mandat. l. 17. D. de in rem vers. l. 12. D. qui potior. in pignor. l. 23. D. de vsucap.* RECTE acturos: *l. 49. D. de fideicomm. libert.* RECTE agi: *l. 1. §. 38. et §. 39. D. depositi.* RECTE cum eo agi: *l. vlt. §. 4. D. quod vi aut clam.* RECTE agitur: *l. 20. §. vlt. D. de pignorat. action. l. 7. D. de seru. exportand. l. 52. D. ad leg. Aquill.* RECTE agetur: *l. 22. D. de except. rei iudic. l. 7. §. 1. arbor. furt. caesar. l. 4. §. vlt. D. si seruit. vindic.* RECTE actum: *l. 49. D. de fideicommiss. libert.* RECTE actum videri: *l. 27. D. totam rem haber.* RECTE actum videtur: *l. 5. §. vlt. D. de rei vindic. l. 1. §. vlt. D. quand. de pecul.* huic aduersatur male agere, et non recte agere. Sic non RECTE agit, qui ante tempus pignoratitia agit: *l. 9. §. vlt. D. commun. diuidund.* Non RECTE acturum: *l. 17. §. 4. D. commodat.* Non RECTE agi: *l. 13. §. 5. D. de pignor. et hypothec.* RECTE agnita bonorum possessio: *l. 3. §. 1. D. de bonor possess.* RECTE competeret: *l. 3. §. 4. D. de bonor. possess.* RECTE condicitur: *l. 137. §. 1. D. de verb. oblig.* RECTE contractum matrimonium: *l. 16. §. vlt. D. de rit. nuptiar.*

id

id est, iure contractum. RECTE contrahi nuptiae: *l. 6. in fin. D. de iur. patron.* RECTE conueniri: *l. 116. D. de verb. obligat. l. 25. D. depositi.* RECTE conuenitur: *l. 2. D. de liber. exhibend.* RECTE datus tutor: *l. 2. C. de testament. tutor.* RECTE desiderare: *l. 38. D. de vsu et vsufr.* RECTE desiderari potest: *l. 41. §. 10. D. de fideicommiss. libert.* RECTE et sine captione possessorem dicere: *l. 1 §. 22. D. de aqu. quotid.* RECTE distrahere: *l. 2. C. si antiquior.* RECTE egisse: *l. 36. D. de solution.* RECTE experiri: *l. 1. §. vlt. D. de Saluian. interd. l. 10. D. de sepulcro violat. l. 5. §. 1. D. de Carbon. edict.* RECTE experietur: *l. 54. D. ad leg. Aquil.* RECTE facturus: *l. 14 D. de offic. praesid.* RECTE facturus videtur heres: *l. 63. §. 10. D. ad SC. Trebellian.* RECTE facturos: *l. 3. §. 1. D. de aliment. et cibar. legat.* RECTE factae: *l. 21. D. de adpellat.* RECTE facta ounciatio: *l. 5. §. 5. D. de oper. nou. nunciat.* RECTE fecerit: *l. 1. D. vsufruct. quemadm. cau.* RECTIVS fecerit praetor: *l. 7. §. 1. D. de iniur.* RECTE legatur: *l 17. D. de legat. III. l. 17. D. de aur. argent. legat. l. 1. D. de liberat. legat.* RECTE manumittit: *l. 4. §. vlt. et l. 24. D. de manumiss. vindict.* RECTE manumissus: *l. 3. D. de fideicommiss. libert.* RECTE petere et perperam opponuntur: *l. 22. §. 4. D. ratam rem haber. l. 34 D mandat.* RECTE petet: *l. 10. §. vlt. D. de annuis legat.* RECTE petitura: *l. 77. §. 9. D. de legat. II.* RECTE peti: *l. 37. D. de vsufruct.* RECTE petis: *l. 5. C. commun. de successiion.* et contra non RECTE petis: *l. 5. C. commun. de successiion.* Non RECTE peto: *l. 93. §. 4. D. de legat. III.* Non RECTE petitus: *l. 27. C. de liberal. causs.* RECTE peterem: *l. 56. §. 7. D. de verb. obligat.* RECTE postulas: *l. 19 l. 20. C. mand. vel contra.* RECTE postulat: *l. 27. C. de pact. l. 9. C. de praescript. long. tempor. l. 8. C. de contrah. stipul.* RECTE postulatis: *l. 5. C. de bonis auctor. iud. possidend.* RECTE postulatur: *l. 11. C. de rescind. vendit.* Nihil RECTE postulatur: *l. 4. C. de testament.* RECTE prohibuisse: *l. 3. D. quod vi aut clam.* RECTE pronunciasse: *l. 35. D. de aur. arg. legat.* RECTE prouocatum: *l. 20. in fin. D. de quaestion.* RECTE relictum legatum: *l. vlt. D. pro legat.* RECTE relinquitur: *l. 24. §. D. de fideicommiss. libert.* RECTE perfectum testamentum: *l. 2. D. de iniust. rupt. irrit.* RECTE factum testamentum: *l. vlt. D. de contrar. iudic. l. 1. C de liber. praeterit.* RECTE vindicare: *l. 31. §. 1. D. de donation.* RECTE vindicat: *l. 67. D. de iur. dotium.* RECTE vindicabit: *l. 46. D. de condict. indebiti.* RECTE vindicari: *l. 8. C. de iur. deliberand. l. 27. D. de adquir. rer. domin.* et contra: Non RECTE vindicare: *l. 19. D. de inofficiof. testament.*

§. 4 RECTE etiam est sine vitio, id est, non vi, non clam, non precario. *l. penult. D. de itiner. actuqu. priuat.* His enim modis non rite res agitur, vt notat Donat. ad Terent. *Eunuch. II, 3. 27.* RECTE possidere: *l. 12. C. de contrah. nupt.* RECTE possidenti: *l. 1. C. unde vi.* RECTE vsucapiet: *l. 44. D. de donat. inter vir. et vxor.*

§. 5. RECTE denique fieri dicitur, qood non male, neqoe perperam fit. RECTE ait: *l. 16. §. 9. et §. 14. D. ad SC. Trebell.* RECTE defendi: *l. vlt. D. de condict. sine causs.* RECTE defendi puto: *l. 4. §. 18. D. de doli except.* RECTE defendetur: *l. 11. D. de diuers. temp. praescript.* RECTE definiet: *l. 2. §. 9. D. vi bonor. raptor.* RECTE ita definietur: *l. 5. D. de except. rei iudic.* RECTE dico: *l. 1. §. 11. D. de itin. actuqu. priuat.* RECTE dicimus: *l. 25. D. de verb. signific.* RECTE diceret: *l. 9. D. quand. dies legator.* RECTE dixerit: *l. 24. §. 17. D. de fideicommiss. libert.* RECTE dici: *l. 10. §. 2. D. de quaestion. l. 11. D de suis et legitim. l. 8. D. de damn infect.* RECTE dicetur: *l. 6. princ. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 2. D. si quid in fraud. patron.* RECTE dictum est: *l. 15. D. rat. rem haber. l. 47. §. 2. D. de furt.* RECTIVS dicitur: *l. 1. §. 14. D. de vi et vi armat. l. 24. §. 1. D. rat. rem haber. l. 22. D. de oblig. et action.* Non RECTE dicitur. *l. 9. D. ad leg. Falcid.* RECTIVS dicetur: *l. 17. princ. D. de ann. legat. l. 18. D. de collat. bonor. l. 11. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 18. D. de legat. praestand. l. 1. D. quod legator. l. 2. D. quand. adpell. sit.* RECTIVS dicitur: *l. 98. §. 4. D. de solution. l. 3. §. vlt. D. de vi et vi armat. l. vlt. §. vlt. D. de precar. l. 63. §. 3. D. ad SC. Trebellian. l. 8. D. de gradib. et adfin.* RECTE expressum: *l. 19. §. 13. D. de aur. arg. legat.* RECTIVS fecerit: *l. 1. C. ad leg. Cornel. de fals.* RECTIVS fecerit praetor: *l. 7. §. 1. D. de iniur.* RECTIVS facturus praetor: *l. 27. §. 14. D. ad SC. Trebell.* RECTE se habet sententia: *l. 9. §. 1. D. de donat. inter vir. et vxor.* RECTE improbat: *l. 68. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* RECTE legi, non obscure: *l. 11. § 3. D. de instit. act.* Cicero *Lib. VII. ad Familiar. Epist. 18.* RECTE legisti: *l. 84. D. de legation.* RECTE negabant: *l. 10. D. de supellectil. legat.* RECTE negauerunt: *l. 12. §. 3. D. de instruct. vel instrum. legat.* RECTE obseruatur: *l. 6. D. de legat. praestand.* RECTE placuit: *l. 17. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 3. C. de legat. l. 77. §. 14. D. de legat. II. l. 3. §. 7. D. de homin. lib. exhib. l. 3. §. 5. D. eod. tit. l. 1. §. 13. et l. 5. §. 1. D. quod legator.* RECTE probat: *l. 1. §. 9. D. ad leg. Falcid.* RECTE probari: *l. 19. D. de adimend. legat.* RECTE putat: *l. 44. §. 5. D. de rit. nuptiar. l. 1. §. 11. D. ad SC. Tertullian.* et contra non RECTE putat: *l. 25. §. vlt. D. de instruct. vel instrum. legat.* RECTE putant: *l. 3. §. 2. D. de supellect. legat.* RECTE putauit: *l. 194. D. de legat. III.* RECTE putauerunt: *l. 19. D. de legat. III.* RECTE putans: *l. 5. D. de statulib. l. 3. §. 16. D. de adquir. possess.* RECTE quaeritur: *l. 1. §. 11. D. de adquir. rer. domin.* RECTE respondit: *l. 20. princ. D. de bonor. possess. contra tabul.* RECTE responderunt: *l. 3. §. 16. D. de adquir. possess.* RECTE responsum est: *l. vlt. princ. D. de liberat. legat. l. 83. §. 2. D. de verb. obligat.* RECTE restituere apud Liuium *Lib. XXXIV. et XXXVIII.* RECTE restitui: *l. 40. D. ad SC. Trebellian.* RECTE scribit: *l. 9. §. 5. l. 15. §. 25. D. de damn. infect.* RECTE scripsit: *l. 1. §. 14. D. si quid in fraud. patron.* RECTE transacto: *l. 2. D. de itiner. actuque priuat.*

RECTISSIME ait. *l. 13. §. 2. D. de manumiss. testam.* RECTISSIME definit Iulianus: *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* RECTISSIME dicitur vel dicetur: *l. 4. §. 4. D. de dol. except. l. 8. §. 3.*

REC.

§. 3. D. de fideiuſſoribus. l. 6. D de ſtipulat. ſeruor. l. 1. §. D. de cloac. l. 19. §. 5. D. de captiu. Quod RECTISSIME dicetur: *l. 18. D. de liberat. legat.* RECTISSIME praetor fecit: *l. 1. §. 10. D. de ventre in poſſeſſ. mittend.* RECTISSIME reſcripſit: *l. 8. §. 1. D. de poen.* RECTISSIME reſponſum: *l. 84. D. de legat. II. l. 13. C. de euiction.* RECTISSIME retinere; *l. 32. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* RECTISSIME ſcribit: *l. 3. §. 13. D. de Carbon. edict. l. 34. §. vlt. D. de aur. arg. legat.* RECTISSIME Iulianus ſcripſit: *l. 1. §. 11. D. de ventr. in poſſeſſ. mittend.* RECTISSIME ſcribi: *l. 62. §. 1. D. de condit. et demonſtrat.*

RECTOR prouinciae, *l. 8. C. de adpellat. l. 5. C. vbi cauſſae fiſcal. l. 2. C. de tutor. vel curator. qui ſatis non ded. l. 8. C. arbitr. tut. l. 2. C. de furt. l. 6. C. de iur. deliber. l. 2. C. quemadm. teſtam. l. 5. C. de ingen. manum. l. 2 C. quor. legator. l. 2. C. quor. bonor. l. 1. C. vti poſſidet. l. 26. C. de pignor. l. 2. C. de duob. reis. l. 10. l. 17. ad leg. Cornel. de falſ. l. 9. C. de condict. ob cauſſ. dator. l. 8. C. de condict. indeb. l. 5. C. commun. vtriusque iudic. l. 9. C. de non numer. pecun. l. 5. C. de reb. alien. non alien. l. 5. C. ſi quis alteri vel ſibi. tit. C. de offic. rector. prouinciae.* Sic RECTORES *paruulis* Sueton. *in Auguſt. Cap. XLVIII.*

RECTVS, A, VM. RECTA via: *l. 9. D. vſufruct. quemadm. caueat. l. 53. in fin. D. de condict. indeb. l. 80. D. de legat. II. l. 55. §. 2. in fin. D. ad SC. Trebell. l. 64. in fin. D. de furtis.* RECTA via vti: *l. 3. D. de itin. actuque priuat.* RECTIVS eſt: *l. 5. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* RECTA ratione placuit: *l. 29. C. de transaction.* RECTI ſermonis ratio: *l. 8. in fin. D. de aur. arg. legat.* Qui RECTO iure deſcendunt, opponuntur illis, qui ex transuerſa lines veniunt. *§. vlt. Inſt. de hered. quae ab inteſt.*

¶. 2. RECTVS pro directo et principali, et *contrario* opponitur. Sic: RECTVM iudicium. *l. 18. § vlt. D. commodati* coniuncta *l. 27. §. 1. D. eod. tit.* RECTA vindicatio: *l. 9. §. 2. D. de adquir. rer. domin.*

RECVPERARE, vel reciperare, recipere quod amiſſum erat. Contrario mandati iudicio RECVPERARE: *l. 46. §. 5. D. de procurator.* RECVPERARE libertatem: *l. 10. §. 1. D. de aliment. legat.* ſtatum priſtinum: *l. 4. C. de ſentent. paſſ.* vid. ſupra RECIPERARE.

RECVPERATIO ſumtuum: *Rubr. C. de ſumt. recuperat.*

RECVPERATORES dicebantur iudices dati ab eo, vt Theophilus ad *§. 4. Inſt. quib. ex cauſſ. manum.* quod per eos vnusquisque ſuum recipiebat. Et ita Plautus *Bacchidib. Act. III. ſcen. 3. v. 36. Poſtquam praetor* RECVPERATORES *dedit.* Vnde RECVPERATORIVM *iudicium*, quod per iudices datos exercebatur, apud Ciceron. *Lib. II. de inuention. cap. 20.* et *in Verrem Lib. III. cap. 11.* et apud Sueton. *in Veſpaſ. Cap. VIII.* et in *lege Manilia ad fin. p. 340.* edit. Goel. Plin. *Lib. III. epiſt. penult.* Vet. Gloſſ. RECVPERATORES *ſunt, qui latrones et alios delinquentes recipiunt.* Gloſſar. Graecum. ἐξισῶνται ἀνάληψιν δι' ἑαυτῶν ποιούμενοι, ὀρθῶνται τοῦ δήμου.

REC. RED.

RECVRRERE, ad auctores: *l. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.* RECVRRERE emolumentum dicitur *l. 57. §. 1. D. de vſufruct.* quod ad aliquem redit, vt loquitur *l. 2. D. de vſufruct. adcreſcend.* RECVRRENOVM eſt: *l. 4. §. 1. D. de heredib. inſtit.* RECVRSVRI ſerui, id eſt, reuerſuri, *l. 35. §. 3. D. de hered. inſtit.*

RECVRSVS fieri ad iudicem. *l. 6. C. de adpellat.*

RECVSARE quid dicitur, qui quid non vult. Sic: RECVSARE actionem: *l. 6. D. de magiſtratib. conuen. l. 4. D. de re iudicat.* defenſiones: *l. 8. D. ad leg. Cornel. de falſ.* RECVSARE Falcidiam: *l. 15. D. de his, quae vt indign.* fideicommiſſum, id eſt, nolle praeſtare. *l. 22. D. de legat. II.* fideiuſſorem: *l. 1. D. qui ſatisd. cog.* RECVSARE hereditatem, id eſt, nolle adire: *l. 6. princ. D. ad SC. Trebell.* RECVSARI hereditas: *l. 95. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 4. D. ad SC. Trebell.* Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 4. §. 1.* vbi vide interpretes, quid differat *repudiare* et *recuſare hereditatem?* RECVSARE iudicium: *l. 36. D. de iudic. l. 29. D. de noxal. action.* RECVSARE onera: *l. 6. C. de muner. patrimon.* ordinationem: *l. 1. §. vlt. D. vbi pupill. educ.* pecuniae modum: *l. 7. §. 5. D. de donat. int. vir. et vxor.* RECVSARE periculum: *l. 13. D. ad municipal.* praeſtationem: *l. 2. §. 11. D. de adminiſtrat. rer. ad ciuitat. pertinent.* reliqua: *l. 10. C. de non numer. pecun.* ſolutionem: *l. vlt. C. de peric. et commod. rei vend. l. 8. C. ſolut. matrim.* ſumtus: *l. vlt. C. de aliment. pupill.* ¶. 2. RECVSARE in iudicio pro inficiari et denegare. *l. 48. D. mandati.*

RECVSATIO, quae ἐξωμοσία Graece dicitur, vel abiuratio, vel iuratoria cautio, quid ſit, vide Conſtantin. Harmenopul. *Lib. I. tit. 2. §. 26. 27.*

RED.

REDACTVS fructuum. *l. 58. §. 1. de vſufruct. l. 88. D. de ſolutionibus.* Vt vero hoc quartae declinationis verbum eſt; ita et Iulianus dixit in ſecunda: ex REDACTO. *l. vlt. D. de curator. bonis dand.* Deſendunt hanc Latinitatem Gronou. *Obſeruat. I, 20.* V. A. Corn. van Bynkershoek *Lib. I. Obſeruat. cap. 25.* et C. A. Duker. *de Latin. vet. iuriſconſ. p. 391.* HEIN.

REDDERE eſt rem pro re dare, vt Seneca *Lib. VI. de beneſ. cap. 5.* ac REDDERE proprie ſignificat retro dare, et quod acceperis, reſtituere, *l. 21. D. de legat. II. l. 3. §. 9. l. 39. §. 2. D. de ſtatulíber.* REDDITA res non dicitur, quae deterior redditur. *l. 1. §. D. commodati.* Sic et REDDITI *agri*, vt Hyginus *de limitibus p. 207.* et Sicul. Flaccus *de condit. agror. p. 17. 18.* ſcribunt, olim dicebantur, qui veteribus poſſeſſoribus redditi erant. Sic quoque REDDERE et reſtituere

 ſaepe

saepe a nostris coniunguntur. *l. 45. D. solut. matrim. l. 37. §. 3. D. de legat. III. l. 41. §. vlt. D. eod. tit. l. 36. §. 1. D. de condit. et demonstr. l. 15. D. de auro argent. legat.* Liuius *Lib. III. Tribuni vrbis amissa* REDDENT *ac restituent.* Facit et *l. 77. §. 12. D. de legat. II. l. 28. §. 2. D. de liberat. legat.* ¶. 2. Saepissime tamen REODERE habet pet se dandi significationem. *l. 94. D. de verb. signific.* quae ex *l. 21. D. de legat. II.* id est, ex *Lib. XX. Digestor.* Celsi sumta est. Itaque REDOERE iussum simul et dare iussum Cascellius et Labeo probant: *l. 98. D. de legat. III.* Et ideo si quis alicui pecuniam REDOI iusserit, etsi debitum non adpareat ex fideicommisso, tamen ea recte petetur. *l. 93. §. 1. D. de legat. III.* In his etiam, qoae sequuntur, REOOERE pro dare est. REDOI actio; *l. 22. D. communi diuidund. l. 29. D. de dolo mal.* Ita et REDDI actiones dicuntur, quae a Praetore dantur, vel tribuuntur, vt est apud Paullum *Rec. Sent. V, 6. 8. l. 11. D. de praescript. verb. l. 52. D. de rei vindicat. §. 17. Inst. de action. l. 35. D. de oblig. et action. l. 9. §. 1. D quod fals. tutor. auctore. l. vlt. in fin. D. si ventris nom. l. 23. in fin. D. commun. diuid. l. 60. §. 1. D. de vsufruct. l. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. 15. §. 14. D. de iniur.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 6. §. 8.* REDDENDA est actio: *l. 15. §. 14. D. de iniur. l. 2. §. 1. D. si mulier. ventr. nom.* REDDITI apostoli: *l. 9. D. de iur. fisci.* REODERE caussas absentiae: *l. 71. D. de procurator.* adpellationis: *l. 6. C. de his, quae vt indign. l. 1. C. si pendente adpell. l. vlt. §. vlt. D. de adpellat.* REDDI ingenuitati; *l. 3. C. de postlim. reuers.* REDDI suae ingenuitati: *l. 4. C. de ingen. manum.* REDOERE interdictum Praetor dicitur in *l. 1. §. 7. D. de oper. nou. nunciat.* REDOI interdictum; *l. 7. §. vlt. D. de damn. infect. l. 2. D. de obsequ. parent. et patron. praest. l. 6. D. de aqua quotid. et aestiu. l. 11. D. arbor. furtim caesar. l. 4. D. de vi et vi armat. l. 1. §. 4. et l. vlt. D. vti possidetis. l. 1. §. 2. et §. 10. D. de itiner. actuqu. priuat. l. 1. D. de Saluian. interdict. l. 14. §. 11. D. de furt. l. 1. §. 4. D. quod legator. l. vn. §. penult. D. ne quid in flum. public. l. 1. § 1. D. de fonte. l. 5. in fin. D. quib. ex causs. in possess.* et apud Paull. *Lib. IV. tit. 7. §. 6. et Lib. V. tit. 6. §. 1.* Interdicto REODITO: *l. 11. D. arbor. furt. caesar.* REDDITVS index, id est, datus, *l. 3. C. arbitr. tutel.* REDDERE iudicium: *l. 21. D. de negot. gest.* et iudicia: *l. 7. D. de incend. ruin. naufrag.* Sic et REDDI iudicium: *l. 7. §. 2. D. de iniur. et famos. libell. l. 22. D. de praescript. verb. l. 4. D. de aqua quotid. et aestiu. l. penult. D. quod cuiusc. vniuers. nom. l. 2. §. vlt. D. de bon. eor. qui ante sentent.* Itaque apud Senec. *Lib. IV. natural. quaestion. cap. 7. At Cleonae iudicia REDDEBANTVR in illis, quibus delegata erat cura.* Vellei. Patercul. *Lib. II. cap. 28. n. 3. Romae petulantis conuicii iudicium etiam histrioni exoleto* REDDITVR. Item REDDI in se iudicium: *l. 73. D. de procurator.* et REDDENDVM iudicium: *l. 1. ne quis eum, qui in ius vocat.* REDDITVRVS indicia: *l. 7. D. de iniur.* REDDITVM iudicium: *l. 2. §. vlt. D. de bon. eor. qui ante sentent.* REDDITVM iudicium inter aliquos: *l. 3. C. de negot. gest.* ac REDDI turpe iudicium: *l. vlt. D. si ingenuus esse dicatur.* REDOERE ius: *l. 29. D. de offic. praesid.* REDDIT ius praetor: *l. 1. D. de diuers. tempor. praescript.* REDDI ius: *l. penult. D. de iustit. et iur.* et apud Ouidium *Lib. IV. ex Ponto Eleg. 7. et 9.* et *Lib. I. Fastor. v. 252.*

Nullus erat iustis REODERE *iura labor.*

Et Statius Papin. *Lib. I. Siluar. 4. v. 47.*

REODERE *iura foro.*

REDDERE iura magistratus: *l. 2. §. 16. D. de orig. iur.* REDDENTI ius: *l. 19. D. de offic. praesid.* Sic etiam REDDERE legata in *l. 73. §. 2. D. ad leg. Falcid.* est dare. REDDERE debitam libertatem: *l. 4. D. de manumiss. testamento.* REDDI praeiudicium: *l. vlt. D. si liber. ingen. esse dicat. l. vlt. D. quib. ad libert. l. 3. §. 5. D. de agnosc. liber.* Huc etiam pertinet loquutio: RATIONEM reddere actus: *l. 2. D. de negot. gestis.* vide supra in ACTVS et RATIO. REDDITA tutela: *l. 21. D. de tutor. et ration. distrab.* REOOITAE vsurae: *l. 17. D. de vsur.*

¶. 3. REDDI poenae dicuntur, qui ad poenam suam, quam euaserant vel ad metallum reuocantur. Plinius *Lib. X. epistol. 40.* Traianum consulens de seruis, qui ex damnatiooe in seruorum publicorum irrepserant. *Nam et* REDDERE, ait, *poenae post longum tempus plerosque iam senes et quantum adfirmatur, frugaliter et modeste viuentes, nimis seuerum arbitrabar.* Coi Traianus *epist. sequ.* sic rescribit. *Qui intra hos decem annos damnati, nec vllo idoneo auctore liberati sunt, hos oportebit poenae suae* REODI. Apulei. *Lib. VII. de Asin. aur. Quoad renascenti die sequenti deductus ad magistratus, vt aiebant, poenae* REDDERETVR. REDDITA poena est, in *l. 28. §. vlt. D. de poenis.* vbi tamen REOOERE pro statuere et exsequi est.

REDEMTIO, liberatio. *l. 13. C. de fideicomm. libertat.* REDEMTIO ab hostibus: *l. 8. C. de postlimin. reuers.* REDEMTIO nominis: *l. 24. C. de fideiussor.* REDEMTIONIS quantitatem offerre: *l. 15. D. de captiu. et postlim.* REDEMTIO seruorum: *l. 24. §. 18. D. de fideicomm. libert.*

REDEMTOR, dicitur qui quid a fisco vel priuato conduxit. Festus *Lib. XVI.* REOEMTORES *proprie atque antiqua consuetudine dicebantur, qui, quum quid publice faciendum aut praebendum conduxerant effecerantque, tum demum pecunias accipiebant. Nam antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur* REOEMTORES, *qui conduxerunt praebendum vtendumue.* Quumque generaliter, vt Festus ait, qui quid conduxere praebendum vtendumque, REDEMTORES vocentur: hinc illud in *l. 12. §. vlt. D. de vsu et habitat. si vestimenta texenda, vel insulam vel nauem fabricandam redemerit:* et in *l. 5. §. 2. D. de institor. act. redemturis faciendis praepositi*, id est, qoi ad operum rerumque aliarum conductiones praeponontur. Et sic quoque REOEMTOR et locator opponuntur. *l. 6. §. 3. D. locat. l. vlt. D. si mensor. fals. mod. l. 98. §. vlt. D. de verbor. obligat.* ¶. 2. Videamus varia REDEMTORVM genera. REDEMTOR cotoriarum: *l. 15. D. de publican. et vectigalib.* REDEMTOR *cursus publici.* Porphyrion *ad Horat. Lib. II. Epist. 1. v. 72.*

Festinat calidus mulis gerulisque REDEMTOR.

RED-

REDEMTOREM, inquit, *cursus publici significat, et animalium praebendorum.* REDEMTOR fabricae, siue qui quid fabricandum, vti insulam, nauem REDEMIT, vt est in *l. 12. §. vlt. D. de vsu et habit.* Acron *ad Horat. Lib. III. Carmin. od. 1. v. 34.*

Caementa demittit REDEMTOR.

REDEMTOR, ait, *fabricae susceptor, aut certe qui redimat terras cum famulis.* REDEMTORES pro iis, qui exercitui praebenda conduxerunt, apud Liuium *Lib. XXXIV. cap. 9.* REDEMTORES operum, qui opera facienda conduxerunt, *l. 17. §. 7. D. de vsur. l. 2. §. 11. et l. vlt. D. de administrat. rer. ad ciuit. pertin. l. 2. D. de oper. public.* et sic quemcumque operis faciendi conductorem hoc nomine adpellant *l. 51. §. vlt. l. 60. §. 3. D. locati. l. 17. §. penult. D. de vsur. l. 40. D. de rei vindic. l. 23. §. 1. D. de reb. auctorit. iudic. possid. l. 1. D. in quib. causs. pign. vel hypoth. l. 30. §. 3. D. locat. l. 38. in fin. D. de verbor. obligat.* Et ita verbum hoc interpretandum apud Martial. *Lib. XIV. epigr. 92.*

Puncta notis ilex et acuta cuspide clausa
Saepe REDEMTORIS *prodere furta solet.*

et Tacit. *Lib. I. Histor. cap. 27 n. 2. Architecto et* REDEMTORIBVS. Glossae Philoxeni: REDEMTOR, ἐργολάβος, ἐκλήμπτωρ. REDEMTORES pontis: *l. 60. §. penult. D. locati.* REDEMTOR siluae, qui siluam conduxit. *l. 29. D. locati.* REDEMTORES vectigalium: *l. 8. §. 1. D. de vacat. et excusat. muner.* qui et conductores vectigalium vocantur. *l. 2. §. 12. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.*

¶. 3. REDEMTORES rerum alienarum videri eos esse, qui cessiones aliis competentium actionum in semetipsos exponi properant: et alienis pecuniis praestitis habent actiones, ait Imperator Anastasius *l. 22. C. mandati.* ¶. 4 REDEMTORES litium sunt, qui ex euentu litis sibi certam quantitatem cauerint. *l. 9. §. 1. D. de offic. proconf. l. 6. §. vlt. D. mandat.* et qui, vt Constantinus loquitur in *l. 5. C. de postuland.* ex ipsis negotiis, quae tuenda susceperint emolumenta, sibi certae partis cum graui litigatoris damno et depraedatione paciscuntur, aut qui suspensa lite societatem futuri emolumenti caueri sibi curarunt. Adde *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.*

REDEMTVRA, conductio publicorum. Vlpian. *l. 5. D de institor. act.* REDEMTVRIS faciendis praeposuerit.

REDEMTVS ab hostibus, quasi species quaedam seruorum est, et dicitur, qui pretio pro se soluto ita nobis seruit, vt tamen pignoris tantum vinculo, donec satisfecerit, teneatur, vt adparet ex *l. 43. in fin. D. de legat. I. l. 2. l. 15. D. de captiu. et postlim. reuers. et toto prope tit.* Alias qui lytro soluto ab hostibus liberatus est, REDEMTVS ab hostibus dicitur in *l. 1. §. 4. D. de suis et legitim. hered. l. 2. §. 1. D. ad SC. Trebellian. l. 1. §. 17. D. de collation. bonor. l. 2. l. 6. C. de postlimin. reuers.* ¶. 2. REDEMTVS a testatore, est rursus emtus. *l. 9. §. 16. D. de hered. instit.*

REDHIBERE, est facere, vt rursus habeat venditor, quod habuerat, quod fit, re vendita reddita. *l. 21. princ. D. de aedilit. edict.* Sic apud Gellium *Lib. IV. cap. 2.* REDHIBITVM *enim, vt Festus ait, id proprie dicitur, quod redditum est; quum qui dedit rursus cogitur habere, quod habuerat.* Et ita REDHIBENDI verbum accipe in *tit. de aedilit. edict. l. 19. D. de vsucapion. l. 7. §. 4. D. pro emtor. l. 13. §. 2. D. de adquir. possess.* Plaut. *in Mercator. Act. II. scen. 3. v. 83.*

CH. *Quid si igitur reddatur illi, vnde emta est?*
DE. *minime gentium.*
CH. *Dixit se* REDHIBERE, *si non placet.*

¶. 2. [REDHIBERE, pro restituere. REDHIBERE sumtus: *l. 33. §. vlt. C. de Episcop. et cleric.* Compellendum rem REDHIBERE: *l. vlt. princ. C. de litigios.*]

REDHIBITIO, redditio eius, quod vitiosum est. *l. 11. §. 3. cum sequ. D. de action. emti. l. 6. in fin. D. de diuers. temporal. action.* In caussa REDHIBITIONIS esse; *l. 61. §. 2. D. de furtis.* Quinctil. *Lib. VIII. Cap. 3. An non pudeat certam pecuniam creditam periodis postulare, aut circa stillicidia adfici, aut mancipii* REDHIBITIONEM *sudare.* Hanc a Graecis ἀναγωγὴν vocari, Hesychius ostendit. Sic enim definit: ἀναγωγὴ ἡ τῶν πραθέντων ἀνδραπόδων ἀπόδοσις, ἐχόντων αἰτίαν τινά. Ἀναγωγὴ, *mancipiorum venditorum redditio, habentium caussam et vitium aliquod.* In indice βασιλικῶν. Ἀναστρέφεσθαι τὸ πραθὲν ἀνδράποδον ἢ ἕτερον ζῶον. *Reddere venditum mancipium, vel aliud animal.*

REDHIBITORIVS, A, VM. REDHIBITORIA actio, quae et REDHIBITORIA simpliciter, *l. 25. § 1. D de except. rei iudicat.* aedilitia, quae in hoc datur, vt venditor rem, quam vendiderat, propter vitium eius morbumque recipiat. *l. 1. et tot. tit. D. de aedil. edict. l. 17. §. 2. D. de furtis. l. 37. D. de negot. gest.* Graece vocatur ἀναστρέφουσα ἀγωγὴ, Harmenopul. *Lib. III. Promtuar. tit. 3. §. 68.* vel περὶ ἀναστροφῆς ἀγωγὴ. *XIX. Eclog. 10. c. 35.* Vetus Glossar. Graec. ἀγωγὴ κατὰ τῶν ἐμπαθῆ πωλούντων.

REDIGERE, cogere significat. Sic REDACTVM ex bonis fuisset: *l. 68. §. 1. D. de fideiussor.* REDIGERE debitum: *l. 2. C. de pignor.* REDIGERE fructus: *l. 5 §. 22. D. vt in possess. legator.* id est, cogere. Eodem sensu Vlpianus, quod in REDIGENDOS fructus impensum est, dicit in *l. 46. D. de vsur.* REDACTVS ex pretio numus: *l. 48. §. vlt. D. de furt.* et REDACTI numi: *l. 41. §. 10. D. de fideicomm. libert.* REDIGERE quantitatem ex locatione: *l. 38. D. de vsu et vsufruct.* Si inde REDIGI ea quantitas non possit: *l. 15. D. de SC. Silanian.* REDACTA pecunia ex reditibus: *l. 30. D. famil. ercisc.* REDACTA pecunia ex argento vendito: *l. 34. D. mandati.* Sic et Horatius *Epod. II, v. 69.*

Omnem REDEGIT *idibus pecuniam,*
Quaerit Calendis ponere,

Atqui recentiores codices tantum non omnes habent RELEGIT. Sed iam Bentleius non male praetulit alteram lectionem, non pauciorum librorum auctoritate firmatam, animaduertitque Acronem etiam in regiae societatis bibliotheca MSC. ita legisse

ſe videri. Videtur et Briſſonius, qui hic interpretem Horatii excitauit. HEIN. REDIGERE penſionem: *l. 14. C. de vſur. l. 2. D. qui potior. in pignor.* REDACTVM pretium ex rebus diſtractis: *l. 27. D. de reb. auctorit. iudic. poſſid.* REOIGI in fiſcum pretium; *l. 1. C. de vendit. rer. fiſcal.* ¶. 2. REDIGERE quoque accipitur pro conſerre. Sic in commune REOIGI: *l. 52. §. 6. et 8. D. pro ſocio. l. 73. D. eod. tit.* In commune REDACTA pecunia: *l. 1. §. 11. D. de collat. bonor.* In medium REDACTA ex venditione pecunia; *l. 62. D. pro ſocio.* ¶. 3. REDIGERE, pro referre et computare. Sic: pali et perticae in numerum materiae REOIGENDI ſunt: *l. 168. D. de verb. ſignific.* Hoc ſenſu REDIGI in portionem pro computari accipitur, in *l. 8. §. vlt. D. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* Ita quoque dicitur REDACTA res in patrimonium, quae in rem patris verſa et relata eſt, *l. 2. D. quod cum eo, qui in alien. poteſtate.* Sic quoqoe REDACTA pecunia in rem dicitur, in *l. 2. C. eod. tit.* REOACTVM in rem ex condemnatione: *l. 6. D. ad leg. Iuliam de vi priuat.* ¶. 4. REDIGERE, pro compellere, ſeu rurſum adigere. Sic: ſi in conditionem deteriorem fuerit REDACTVS: *l. 1. D. de poenis.* REDIGI in dominium noſtrum: *l. 5. §. 1. D. de ſtatu homin.* REDIGERE in familiam ſuam pupillum per adrogationem: *l. 17. §. 2. D. de adoptionib.* REDIGI ad poenam, id eſt, condemnatione adigi. *l. 1. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* REDIGERE inſtrumenta in poſſeſſionem ſuam, id eſt, poſſeſſionis, in quam quis miſſus eſt, beneficio etiam inſtrumenta retinere, ſeu in poſſeſſione rerum computare: *l. 5. §. 4. D. de Carbon. edict.* REOIGERE in poteſtatem: *l. 15. princ. l. 33. D. de adoptionib. l. vlt. D. de his, qui ſui vel alien. iur. l. 56. §. 4. D. de furt.* In poteſtatem ſubſtitotionis REDIGERE. *l. 19. princ. D. de teſtamento milit.* REDIGI ad nullum pretium ſui: *l. 50. §. vlt. D. mandati.* id eſt, effici. REDIGI in ſeruitutem: *l. 21. D. quod met. cauſſ. l. 32. §. 6. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 2. §. 1. D. ad SC. Tertullian. l. 43. §. vlt. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit.* REDACTA in ſeruitutem: *l. 32. D. de bon. libertor.* et REDACTVS in ſeruitutem: *l. 24. §. 3. D. de fideicommiſſ. libert.* REDACTI ad ſimplicem ſeruitutis conditionem, id eſt reſtitui, *l. 1. C. qui non poſſ. ad libert. prouocar.*

REDIMERE dicontur, qui quid a fiſco vel priuato conduxeruot. Cicero *in Bruto cap. XXII. Liberi ſocietatis eius, quae picarias de P. Cornelio et L. Mummio cenſoribus* REOEMISSET. Idem *Lib. I. ad Q. Fratrem epiſt. I.* Caeſar *Lib. I. de bello Gallico cap. 18. Reliquaque omnia Aeduorum vectigalia paruo pretio* REDEMTA *habere. Publicis male* REOEMTIS. Qui Cretae cotorias REDEMERAT: *l. 15. princ. D. de publican. et vectigal.* REDIMERE hordeum inſerendum annonae: *l. 14. C. de locato.* Si veſtimenta texenda REDEMERIT: *l. 5. D. de inſtitor. action.* Ab hoc verbo eſt REDEMTOR, de quo ſupra. ¶. 2. REDIMERE quem, eſt pecunia data vel promiſſa aliquem liberare. Sic in adulterio deprehenſus REDIMERE ſe dicitur *l. 4. princ. D. de condict. ob turp. cauſſ.* REOIMERE ſeruum alienum: *l. 6. l. 24. §. 12. D. de fideicomm. libertat. l. 3. D. de his, quae pro non ſcript. l. 36. D. ad leg. Falcid.* Sic quoque REDIMI ſeruus a domino ſuis oumis dicitur: *l. 4. §. 10. D. de manumiſſ.* REDEMTVS ſuis numis ſeruus: *l. 38. §. 4. D. de poenis.* Ouidius *Lib. I. Amor. Eleg. 8. v. 63.*

Quisquis eris capitis mercede REOEMTVS.

REOEMTVS ex damnatione: *l. 4. C. de ingen. manumiſſ.* REDIMERE ab hoſtibus; *l. 3. §. 3. D. de homin. libero exhib. l. 9. D. de condit. inſtitution.* REOEMTVS ab hoſtibus: vide ſupra REDEMTVS. REOIMERE aliquem a praedonibus: *l. 28. §. 1. D. de donation. int. vir. et vxor.* Sanguinem ſuum qualitercumque REDIMERE: *l. 1. D. de bon. eor. qui ante ſentent.* Eodem modo REDIMERE vſumfructum proprietarius, et contra fructuarius proprietatem dicitur, in *l. 4. §. 11. et 12. D. de manumiſſion.* REDIMERE proprietates fundi: *l. 82. §. 2. D. de legat. I.* REDIMERE rem alienam: *l. 32. §. 2. D. de fideicomm. libert. l. 14. §. vlt. D. de legat. III.* REDEMTOR rei alienae vid. in REDEMTOR.
¶. 3. REDIMERE litem proprie eſt, actionem alteri competentem pecunia data redimere et in ſe transferre. Cuiac. *Lib. VIII. obſeruat. cap. 31.* Sic: REDIMERE negotia: *l. 7. C. de procurator.* Alias futuri emolumenti litis ſocietatem paciſci eſt. *l. 7. D. mandati. l. 20. C. eod. tit. l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit. l. 15. C. de procurator. l. 53. D. de pactis.* Sic quoque REOIMERE litis incertum dicimor. *l. 20. C. mandati.* Vnde REDEMTORES litium, de quibus ſupra. ¶. 4. REDIMERE praeterea pecunia aduerſarium corrumpere, et pretio dato ſe ab accuſatore liberare ſignificat. *l. 29. l. 34. D. de iur. fiſci.* Sic REDIMERE ſe adulter pecunia dicitur, *l. 14. D. ad leg. Iul. de adulter.* quum deprehenſus eſt, *l. 3. princ. D. de condict. ob turp. cauſſ.* Sic quoque REDEMTI calumniarum accipiuotur, *l. 1. C. de his, qui potentior. nom.* REDEMTI et corrupti conuicti: *l. 1. C. de athletis.* Sic et REOIMI crimen dicitur: *l. 32. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* REDIMERE delatorem, id eſt, corrumpere, *l. 29. princ. D. de iur. fiſc.* REDIMERE iniuriam: *l. 14. C. de excuſat. tutor.* REDIMERE iudices aut adoerſarios: *l. 34. D. de iur. fiſci.* Huc quoque referri poteſt REDIMERE ſanguinem, *l. 1. D. de bonis eor. qui ante ſentent.* REDIMERE ſententiam: *l. 34. D. de iur. fiſc.* Sic etiam REDEMTOS teſtes pretio corruptos et ſubornatos dixit Iuſtinianus in *l. 14. C. de teſtib.* Sic et REDEMTVS tutor: *l. 4. C. de ſponſalib.*
¶. 5. REDIMERE rurſus emere. *l. 9. §. 16. D. de hered. inſtituend.*

REDINTEGRARE, eſt inſtaurare, reſtituere, renouare. Donatus *ad illa Terentii Andr. Act. IV. ſcen. 2. v. 5.* verba:

Vah! perii: hoc malum integraſcit.

Integratur, inquit, *quod ad integrum redit, quod repetitur, quod inſtauratur.* REDINTEGRARI dicitur actio, quae exſtincta foerat: *l. 5. D. ad SC. Trebellian.* REDINTEGRATVR quoque legatum, quod ademtum foerat. *l. 4. D. de adimend. legat.* REOINTEGRARI locatio ſeu renouari dicitur. *l. 14. D. locati.* REDINTEGRARI matrimooium dicitur, quoties poſt repudium miſſum iterum coeunt, et conueniunt, et recoociliantur coniuges. *l. 23. et l. vlt. D. rer. amotar. l. 64. D. de iur. dotium.*

tium. l. 19. D. soluto matrim. Matrimonium eodem sensu *instaurari* dicitur. *l. 62. §. 1. D. de donat. int. vir. et uxor.* REDINTEGRARI etiam matrimonium dicitur, quod captiuitate ab hostibus dissolutum quodammodo erat. *l. 14. in fin. D. de captiu. et postlim.* Hoc sensu REDINTEGRARI obligatio dicitur, quae pacto inualido erat remissa: *l. 10. D. quod metus caussa.* Simili sensu *restaurari* obligatio dicitur *l. 9. D. de praescript. verb.* REDINTEGRARI petitio: *l. 16. C. de fideiussor.* precarium: *l. 5. D. de precario.* REDINTEGRATUR seruitus, quae confusa restituitur. *l. 7. D. de fundo dotal.* REDINTEGRATUR et stipulatio, quae accepta facta restituitur, et ex integro interponitur. *l. 10. §. 1. D. quod metus caussa.* Denique REDINTEGRARI vires testamenti dicuntur, quod antea ruptum fuisse constitit. *l. 36. §. vlt. D. de testam. militis.*

REDINTERGRATIO, restitutio REDINTEGRATIO amissae caussae: *l. 2. C. in quib. causs. cessat long. temp. praescript.*

REDIRE, proprie retroire est et reuerti, vnde venerat; transfertur tamen ad alias res, et plerumque pro simplici venire vel obuenire vsurpatur. REDIRE actio. *l. 22. §. vlt. D. ratam rem haber.* REDIRE in amicitiam: *l. 4. D. de adimend. legat.* Terent. in *Andr. Act. IV. scen 6. Eius morte ad me REDIERUNT bona.* REDIRE ad excusationem; *l. 1. C. de his, qui sponte.* REDIRE hereditas dicitur, quae lege ab intestato obuenit. Papinianus in *l. 69. in fin. D de legat. II.* Peto pro hereditate, quam tibi reliqui, quaeque ad fratrem meum iure legitimo REDIRET, contentus sis centum aureis. Pompon. *l. 3. D. si quis omissa caussa testam.* Si ipse quoque praetermiserit, et quod lege ad se REDIRET, possidebit hereditatem. Terent. *in Hecyra Act. 1. Scen. 2. v. 97. Horum ad hos REDIBAT lege hereditas.* Cic. *Lib. I. de aratior. cap. 39. Claudii patricii eiusdem hominis hereditatem gente ad se REDIISSE dicerent.* Sic etiam hereditates et tutelae REDIRE dicuntur, in *l. 10. D. de gradib. et adfin. l. 73. princ. D. de regul. iur.* [REDIRE vero hereditas dicitur non tantum ad agnatos iure legitimo, vt in *l. 3. D. si quis omiss. caussa testam.* sed etiam ad coheredes iure adcrescendi. *l. 77. §. 7. D. de legat. II.* vbi Cuiac. *in Papiniano.*] REDIRE ad maritum: *l. 5. C. de repud.* REDIRE in obligationem creditorum: *l. 30. D. de obligat. et action.* Sic et REDIRE ad proprietatem vsusfructus dicitur. *l. 15. D. de vsu et vsufr. legat. l. 32. §. 1. D. eod. tit.* REDIRE ad quaestionem: *l. 1. C. de bonor. poss. contra tabul.* ad quaestiones: *l. 4. C. de postuland.* REDIRE ad supremum testamentum: *l. 26. D. de testament. milit.* REDIRE ad venditorem ob euictionem; *l. 10. D. de distract. pignor.*

REDITUS dicitur, quidquid ex re aliqua obuenit. Vnde etiam obuentiones vocantur. *l. 5. §. 9. D. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur.* REDITUS, qui ex fundo percipi poterunt: *l. 32. §. 2. D. de administr. et peric. tutor.* REDITUS patrimonii; *l. 22. D. de vsufruct. legat.* REDITUS, *redactus* fructuum dicitur, *l. 58.*

§. 1. D. de vsufruct. REDITUS pecuniae, vsura est. *l. 24. D. de praescript. verb. l. 30. D. de adimend. legat. l. 88. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* REDITUS *pecuniarius*, in inscriptione apud Gruter. *p. CCCCVIII, 1.* REDITUM pecuniae etiam dixit Cornel. Nepos *in Attico*, *Cap. XIV.* REDITUS praedii legatur, quum vindemia vel messes legantur. *l. 6. D. vsufructuar. quemadm. cau. l. 7. l. 13. §. 4. 5. D. de vsufruct.* Multum vero legatum REDITUS praedii ab vsufructo legato differt. Nam cui vsusfructus legatus est, praedium ipsum, quo vtatur fruatur, liberum relinqui debet. Ei vero, cui REDITUS legatur, satis est offerri annuam quantitatem, quam fundus largitur, nec ad habitationem praestandam heres obstringitur. *l. 38. D. de vsufruct.* Hereditatem autem exceptis REDITIBUS restituere rogatus partus ancillarum non retinebit, nec foetus pecorum, qui submissi et in locum demortuorum capitum substituti gregem retinent. *l. 38. §. 4. D. ad SC. Trebellian.* REDITUS pretii, id est, vsus. *l. 30. D. de adimend. legat.* REDITUS summae: *l. 88. §. vlt D ad leg Falcid.* REDITUS summae, in marmore apud Gruter. *Inscript. p. CCCCXIV, 2.*

REDIVIVUS, A, VM. REDIVIVA saxa in *l. 19. C. Theod. de oper. publ.* Sic adpellantur a Latinis, quae ex vetere in nouum aedificium translata de integro poliuntur, et quasi in vitam noua adsumta forma denuo reuocantur. Festus: REDIVIVUM, *est ex vetustate renouatum.* Cic. *Lib. I. in Verrem cap. 56. Virum existimatis, minus operis esse, vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide REDIVIVO.*

REDUCERE administrationem: *l. 11. §. 2. D. de minorib.* REDUCERE ad damnum: *l. 2. D. ne quid in loco publ.* REDUCTUS, qui euasit, dicitur, in *l 25. D. ad leg. Iul. de adulter.* REDUCERE fugitiuum: *l. 8. D. de legat. II.* REDUCI seruus, qui fugit, dicitur, in *l. 8. §. 1. D. eod. tit.* REDUCI in seruitutem: *l. 2. C. de oper. libertor.* REDUCERE in pristinum statum viam: *l. 2. §. 43. D. ne quid in loc. publ. l. 1. D. de via publ.* REDUCI vxor dicitur, quae repudiata erat. *l. 13. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* REDUCERE vxorem: *l. 40. §. vlt. D. eod. tit. l. 9. C. ad leg. Iul. de adulter.* id est, reuocare in matrimonium, vt loquitur *l. 17. C. de edendo.* ¶. 2. [REDUCERE pro extendere. *l. vn. C. de sentent. quae pro eo, quod interest.*]

REDUNDARE, est exundare. *l. 1. §. 1. D. de aqu. et aquae pluu. arcend.* ¶. 2. Aliquando vsurpatur hoc verbum pro pertinere, referri. REDUNDARE periculum. *l. 3. §. 1. l. 39. §. 10. D. de administr. et pericul. tutor. l. 8. C. eod. tit.* REDUNDARIT onus legatorum, *l. 50. §. 2. D. de legat. II.*

REF.

REFECTIO, reparatio. *l. 4. §. 5. D. si seruit. vindicet. l. 1. §. 1. D. de via publica.* REFECTIO-

FECTIONES necessariae; *l. 7. §. 3. D. de vsufruct.* Pro refectio, REFICTIO est, in *l. 1. §. 7. D. de riuis.* vid. REFICTIO.

REFECTVS paupertatis, pro eo, quod ex meo modico refici, id est, confici poterit. *l. 78. §. 12. D. ad SC. Trebellian.* *Reficere* pro conficere, colligere Latine dici, Gronouius ad Liuium *l. 53. et XXXV, 1.* notauit: REFECTVS autem ea notione, qua vsus est Scaeuola, vsurpari negat V. C. Car. Andr. Duker *de Latin. vet. iurisc. p. 391.* HEIN.

REFELLERE testem, quod vulgo reprobare testem, est contra eius dictum aliquid allegare. Soeton. *in August. Cap. LVI.*

REFERENDARIVS, in *Nouell. X.* et in inscriptione *l. vlt. C. de offic. eius, qui vic. alter.* In *Notitia* autem *Imp. Occident.* in officio potestatum numeratur saepe REFERENOARIVS, nonnumquam etiam REGEÑOARIVS, nisi F. in G. transierit. Per REFERENDARIOS autem, vt Cassiodorus *Lib. VI. Variar. form. 17.* scribit; *caussarum ordines principi exponebantur, interpellantiumque vota cognoscebantur, et ipsis responsa reddebantur.* Suidas *Tom. III. p. 255.* Ῥεφερενδάριος· ἀξίωμα Ῥωμαϊκόν, ἤγουν ὁ ἀναφορεύς. REFERENOARIVS *nomen dignitatis apud Romanos.* Existimo autem REFERENDOS corine pro REFERENDARIOS perperam scriptum apud Cassiodor *Lib. III. Epist. 33.* Vetus Glossar. Graecum: REFERENDARIVS, *ὁ τὰς ἀποκρίσεις κομίζων.* ¶. 2. [REFERENDARII medio aeuo dicebantur, qui nunc magistri libellorum supplicum: nempe qui Principi libellos et diplomata offerebant, vt subscriberet. Voss. *de vitiis sermonis Lib. III. cap. 41.*]

REFERRE, deferre, replicare, simolque, vt videtur, refellere. REFERRE controuersiam: *l. 11. C. de euiction. l. 2. C. si mancip. ita venier. l. 7. §. 1. D. de ventre in possess. mittend.* REFERRE quaestionem: *l. 12. C. de euiction. l. 11. 12. D. eod. tit. l. 3. C. de fide instrument. l. 5. D. de leg. Fabia de plagiar. l. 14. C. de vsur. l. 15. D. de euiction. l. 3. C. quand. fisc.* ¶. 2. REFERRE iusiurandum est delatam ab aduersario iurisiurandi conditionem in eum transferre. *l. 17. princ. l. 24. l. 25. l. 34. §. 6. 7. 8. et vlt. l. 38. D. de iureiur. l. 8. l. 9. C. de reb. credit. l. 11. §. vlt. l. 13. D. de action. rer. amotar.* ¶. 3. REFERRE crimen est accusatori crimen obiicere. Vode RELATIO criminum, in *l. 5. D. de publ. iudic.* ¶. 4. REFERRE, pro praeferre et anteuertere. *l. 33. D. de recept. arbitr.* Coiac. *Lib. III. Obseruat. cap. 7.*
¶. 5. Verbum REFERRE etiam in ratiociniis vsurpatur. *l. 82. D. de condit. et demonstrat.* REFERRE in ratione impensarum: *l. 34. D. de negot. gest.* In rationibus REFERRE: *l. 53. D. de manumiss. testam.* vide supra in RATIO. ¶. 6. REFERRE ad principem iudex dicitur, qui re ad eum delata, ex eius consilio iudicat. *tit. D. et C. de adpellat. et relation.* REFERRE principi: *l. 6. D. de iur. fisci.*
¶. 7. REFERENDI verbum a Marciano, in *l. 6. §. vlt. D. de custod. reor.* vsurpatur pro elogiis, quae ab Irenarchis officialibusque ad praesidem referebantur. Vid. etiam infra in RELATIO.
¶. 8. [REFERRE etiam est conferre. Sic REFERRE in medium: *l. 65. §. vlt. D. pro socio.*]
¶. 9. REFERRI inter nomina debitorum: *l. 6. D. de iur. fisci.* ¶. 10. [REFERRE vicem, est compensare: *l. vnic. princ. C. de suffrag.*]
¶. 11. REFERRE etiam est retrotrahere. Sic: RELATA aestimatio in id tempus, qoo furtum factum est: *l. 50. princ. D. de furtis.*
¶. 12. REFERRI inter reos, vide in RECIPERE et REVS. ¶. 13. REFERT, pro interest. Parui REFERT: *l. 6. D. de fideiussor. l. 7. D. de furt. l. 9. §. 1. D. de iniur.*
¶. 14. RELATVM est, id est, in scriptis probatum. Apud Paullum ita RELATVM est. *l. 2. §. 5. D. qui petant tutor. vel curat.* Vlpianus *l. 1. §. 1. D. de Senator.* Quod, inquit, nec vsquam RELATVM, nec receptum est. Idem *l. 3. §. 4. D. de hered. instit.* Nam est RELATVM. et *l. 2. §. 5. D. ad municipal.* Hoc et RELATVM et rescriptom est. Simili notiooe verbo REFERRE vsum esse auctorem dialogi *de corrupta eloquent. cap. XXII.* pro locum laudabilem adnotare, obseruauit, cui haec debemus, V. A. Cornel. van Bynkershoek. *Obseru. Lib. VIII. cap. 25.* HEIN.

REFICERE, reparare et restituere est. REFICIAT autem, an faciat quis, permultum interest, vt colligitur ex *l. 10. §. 1. D. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 64. l. 65. §. 1. D. de vsufruct. adcresc. l. 83. §. 5. D. de verbor. obligation. l. 8. D. de seruit. praedior. vrban. l. 10. §. 1. et §. 7. D. quib. mod. vsusfr. amitt.* Differunt et REFICERE et perficere. *l. vlt. D. de mortuo infer.* Tegere, substruere, sarcire, aedificare, adoehere, adportareque, quae ad eam rem vtilia sunt, REFICIENDI verbo contineotur. *l. 1. princ. et §. 6. D. de riuis. l. 11. D. communia praedior. l. 3. §. 15. D. de itinere actuque priuat.* Sic: REFICERE aedes, riuum, et refectio aedium: *l. 32. D. de damn. infect.* REFICERE domum: *l. 61. D. de regul. iur.* REFECTA domus: *l. 65. §. vlt. D. de legat. I.* REFECTA nauis: *l. 76. D. de iudic.* REFICERE praedia; *l. 9. §. 3. D. de reb. auctor. iud. possid.* REFICERE riuos, in interdicto de riois, est quod corruptum est, in pristinum statum instaurare. *l. 1. pr. et §. 6. D. de riuis. l. 5. §. 11. D. de oper. nou. nunciat.* REFICERE statuas corruptas: *l. 5. D. ad leg. Iul. maiestat.* REFICERE in interdicto de via reficienda, est ad pristinam formam et modum, iter et actum reducere, sic vt ne dilatet, vel producat, aut deprimat, aut exaggeret. REFICIT viam et qui aperit, et qui purgat, et omnes omnioo, qui in pristinum statum reducunt, vt Vlpianus *l. 1. princ. et §. 1. D. de via publica reficiend.* scribit.
¶. 2. REFICERE etiam est plane nouum facere. Sic: REFICERE testamentum. *l. 9. D. de testam. milit.* vid. Duker. *p. 352.* HEIN. ¶. 3. REFICERE etiam conficere, redigere est et colligere. *l. 81. D. ad leg. Falcid.* REFECTO numo: *l. 5. D. de admin. et peric. tutor.* Cicero *Lib. III. in Verr. cap. 50.* *Dominus huiusmodi an gaudeat villicoque suo delectetur, quod tanto plus mercede ex fundo* REFECTVM sit. Idem *Paradox. vlt.* *Antequam sibi ex tuis possessionibus tantum* REFICIATVR. Gronou.

Gronou. *ad Liuium Lib. I. cap. 53. et XXXV, 1.* Sic etiam iurisconsulti REFECTAM pecuniam, pro redacta dicunt. *l. 1. §. 10. D. de collat. bonor. l. 3. §. vlt. D. de vsur.* Sic et REFICI ex pignoribus pecunia dicitur, in *l. 17. C. de fideiussoribus.* REFECTA pecunia ex venditionibus: *l. 39. D. de administr. et peric. tutor.*

REFICTIO, pro REFECTIONE. *l. 1. §. 7. l. 3. §. 1. et l. vlt. D. de riuis. l. 1. §. 7. D. de cloacis.*

REFIGERE tabulas: *l. vlt. §. 2. D. quod vi aut clam.* tabulam: *l. 28. D. ad leg. Iuliam peculat.* REFIGERE: *l. 15. princ. D. de vsufruct.*

REFORMARE, mutare, vel nouare. *l. 6. C. de accusat.* REFORMARE in deterius: *l. 3. C. de pactis.* et contra in melius, *l. 3. C. commun. vtriusque iudic.* REFORMARE obligationem: *l. 3. C. de pact.* [Alia ratio pactum REFORMAT, id est, destruit. *l. 13. D. de transact.* REFORMARE res, idem est, ac pristino domioo restituere. *l. 6. §. 5. C. de his, qui ad eccles. confug.*] REFORMATA senteotia. *l. 1. C. de adpellat. et relation.*

REFRAGARI dicitur, quod contrarium est, repugnat. REFRAGARI desiderio: *l. 27. C. de euiction. l. 3. C. de adoption.* REFRAGARI iura: *l. 4. C. de duob. reis.* REFRAGATVR iuris ratio: *l. 10. D. de captiu.* REFRAGANDVM legibus: *l. 15. D. ad leg. Falcid.* REFRAGARI libertati: *l. 33. D. de poen.* Noo REFRAGABITVR: *l. 55. §. 4. D. de legat. III.* REFRAGARI voluntas: *l. 19. §. vlt. D. de regul. iur. l. 6. C. de heredib. instit. l. 10. §. vlt. D. de testament. tut.* Non REFRAGANTE vxore: *l. 8. C. de fideicommiss. libert.*

REFRENARE iusiurandum: *l. 18. princ. D. de dolo malo.*

REFVGA dicitur, qui metallo vel alii cui operi et poenae, cui addictus erar, fuga se subducit et subtrahit. *l. 8. §. 6. D. de poenis.* REFVGA custodiae: *l. 13. §. penult. D. de re militar.* REFVGAE operis metalli: *l. penult. in fin. D. de extraord. cognition.* Tertullian. *de cultu feminar. Cap. V.* de auro agens, quod per damnatos et noxios effossum in honorem ornamentorum venit: *et de poena*, ait, *in honorem metalli REFVGA mutatur. Defugas* et *confugas* eadem forma io Codice Theodosiano legimus. *l. 22. C. de Episc. et cleric. l. 4. C. Theod. de his, qui ad eccles.*

REFVGERE damnatus: *l. 8. §. 7. D. de poenis.*

REFVGIVM. Abscessus aedium et interiora loca REFVGIA vocaotur, in *l. 13. §. 7. D. de vsufruct. l. 1. §. 2. D. de seruo corrupt.*

REFVNDERE, restituere, resarcire. *l. 47. §. 1. D. de pactis. l. 22. D. de minorib. l. 7. D. de tributor. act. l. 26. §. 12. D. de condict. indebit.* REFVSVRVM: *l. 9. §. vlt. D. de pecul.* REFVNDERE fructus: *l. 6. D. de in diem addict.* REFVNDERE inuicem impensas: *l. 5. §. vlt. D. de praescript. verb.* REFVNDERE legatum: *l. 24. §. 16. D. de fideicomm. libert.* REFVSA pecunia: *l. 14. C. de transaction.* REFVNDERE pretium: *l. 1. C. de rescind. vendit.* REFVSVM pretium: *l. 19. §. 19. D. de hered. petit.* REFVNDI quantitas dicitur in *l. 34. §. vlt. D. de statuliber. l. 18. D. de fideiuss.* REFVNDERE summam: *l. 49. D. soluto matrim.*

REFVTARE, refellere. REFVTARI testis: Quinctil. *Lib. V. Instit. orator. cap. 10.*

REFVTATORIVS, A, VM, dicitur, quod refellit. REFVTATORII libelli: *l. 37. §. 1. C. de adpellat. l. 8. C. Theod. eod. tit.* REFVTATORIAE preces: *l. 1. C. de adpellat.* Iudex, a quo prouocatum erat, opinionis suae exemplum litigatoribus dare debebat, et acta edere. Quod si cui minus plena vel contraria viderentur, is REFVTATORIAS preces offerebat, quae simul mittebantur. *l. 18. C. de adpellat.* Symmach. *Lib. X. epist. 45. Cuius meritum perennitas vestra gestis ac REFVTATORIIS cohaerentibus aestimabit.*

REG.

[REGALIS, regibus editus, vel regia stirpe oriundus. REGALES: *l. 9. C. Theod. de re milit. Lib. VII. tit. 1.*]

REGERE, gubernare, ducere, praeesse. REGERE exercitum: *l. 12. D. de re milit.* REGERE iura, ait Pomponius, in *l. 2. §. 13. D. de orig. iur.* Sunt tamen codices et libri editi, vbi *reddere* legitur; sunt, vbi vtrumque, *reddere* vel REGERE. Verosimilius tamen est, Pomponium *reddere* scripsisse. V. A. Corn. van Bynkersh. *in Praeterm. ad l. 2. D. de orig. iur. p. 26.* HEIN. REGERE mulum: *l. 27. §. 34. D. ad leg. Aquill.* officium: *l. 21. D. de re militar.* REGERE prouinciam: *l. 7. §. 10. D. de interdict. et relegat. l. 13. D. de iurisdict. Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XIV. §. 3.* prouincias: *l. 2. C. si aduers. rem iudicat.* Qui prouinciam REGIT: *l. 1. C. de praescript. trigint. annor. l. 2. C. de inoffic. donat.* Qui REGVNT prouincias: *l. 6. §. 8. D. de offic. praesid.* Vnde RECTORES prouinciae, de quibus supra.

¶. 2. REGERE fines, est terminare. REGI *fines*, interprete Boethio *ad Topic. Cicer. cap. 10.* dicuntur, *quoties propriis quisque ager finibus terminatur.* Inde, quae ad terminos constituendos inter eos, qoi confines agros possideot, datur *actio finium* REGVNDORVM vocatur. Cicero *Topic. cap. 10. Si in vrbe de finibus controuersia est, quia fines agrorum magis esse videntur, quam vrbis, finibus REGENDIS arbitrum adigere non possis.* Et alias: *Si in vrbe fines non* REGVNTVR, *nec in vrbe aqua arceatur.* Idem *Lib. I. de legib. cap. 21. Nec Manilia lege singuli, sed ex duodecim tres arbitri fines* REGEMVS. Idem *in Orat. pro Murena Cap. IX.* Imperatoris et iurisconsulti differentias recen-

censens: *ille*, inquit, *exercitatus est in propagandis finibus, tu in* REGENDIS. Tibull. *Lib. I. Elegia III. v.* 43.

Non fixus in agris.

Qui REGERET *certis finibus arua, lapis.*

[REGESTA, sunt acta publica praefecturae praetorianae, et aliorum iudiciorum vel officiorum, quae pertinent ad publicam vtilitatem. Fr. Raguell. *in Comm. ad Constit. Iustin. de codice confirm. Cap. V.* vbi REGESTA *scribarum* apud Vopiscum *in Probo cap.* 2. interpretatur *les Régitres.* Sic Theodosius *de confirm. C. Th. tit.* 1. Exceptis his, quae habentur apud militum sancta principia, vel de titulis publicis expensarum aliarumque rerum gratia, quae in REGESTIS diuersorum officiorum relata sunt. Eodem modo securitates REGESTAE polyptychis, pro iis, quae in libros censuales relatae sunt, dicuntur in *l.* 2. *C. de discussor.* et REGESTA scilicet constitutio, in subscriptione *l.* 14. *C. Th. de indulgent. debit. Lib. II. tit.* 28. pro ea, quae ad speciale aliquius iodicis officium pertinebat, et in eius gesta seu acta relata erat. vid. Iac. Gothofred *in Comm.*] Singulis officiis suos codices vel indices fuisse, in quos, quidquid actum in iis esset, referretur, iisdemque praepositos REGENDARIOS vocari a Cassiod. *Lib. II. Var. epist.* 29. notum est. Plura hanc in rem dixerunt Cuiac. *Lib. XV. Obseruat. cap.* 37. Petr. Faber *ad l.* 92. *D. de regul. iur.* Pancirol. *ad Notitiam dignit. orient. Cap. XVIII.* et Claud. Salmas. *ad Histor. August. p.* 426. HEIN.

REGIMENTVM, pro regimine. *l.* 1. *D. de offic. praef. praetor.* REGIMENTIS reipublicae translatis: *l. vn. princ. C. de offic. praef. praetor.*

REGIO, pars terrae vel vrbis. REGIONES ergo fundorum partes sunt certis mensuris dispartitae. *l.* 8. *l.* 29. *D. de acquir. rer. domin.* REGIO certa fundi: *l.* 1. *C. fin. regund.* REGIONE fundi infita: *l.* 26. *§.* 1. *D. de except. rei iudic.* REGIONIBVS diuisus fundus: *l.* 31. *D. de vsu et vsufr. legat.* REGIONIBVS certis inter plures dominos diuisus fundus: *l.* 23. *§. vlt. D. de seruit. praed. rusticor.* REGIONIBVS diuisis communis insula: *l.* 29. *D. de adquir. rer. domin.* REGIONES vrbis Romae XIV. fuisse, ex *l.* 3. *D. de offic. praef. vigil.* et ex Tacito *Lib. XIV. Annal. cap.* 12. et *Lib. XV. cap.* 40. et ex P. Victore *de regionibus vrbis Romae* constat. Diuisa est autem Roma in regiones ab Augusto, vt Tranquillus *in eius vita cap. XXX.* scribit. De his REGIONIBVS *earumdemque aedificiis* eruditum commentarium scripsit Pancirolus, qui *Comm. eiusdem ad Notitiam dignitatum vtriusque Imp.* adiectus est, *p.* 159. REGIONIBVS diuisa tutela, vt alius vrbica, alius peregrina negotia adminiftret: *l.* 51. *D. de administr. et peric. tut.*

REGIVS, A, VM. REGIA lex, in *§.* 6. *Instit. de iur. nat. gent. et ciuil. l.* 1. *D. de constit. princ. collat. Leg. Mosaic. et Rom tit. IV. §.* 8. *l.* 11. *D. de mortuo inferend.* REGIA potestas: *l.* 2. *§.* 16. *D. de orig. iur.* REGIA vrbs: *l.* 6. *C. de adoption.* REGIAE vrbis nomine, *l.* 11. *C. de metat. Lib. XII. tit.* 41. et apud B. Gregorium *Lib. V. epist.* 60. *Lib. VI. epist.* 4. *et* 27. *Lib. VII. epist.* 82. vrbs Constantinopolitana intelligenda est.

REGREDI, reuerti, redire. REGREDI dos: *l.* 71. *D. de euictione.* REGREDI ad maritum: *l.* 4. *C. de nuptiis.* REGREDI in ordinem: *l.* 15. *D. ad municipial.* REGRESSVS in ordinem; *ibid.* REGREDI in possessionem: *l.* 17. *§. vlt. D. de furt.* REGRESSI postliminio: *l.* 17. *§.* 6. *D. ad municipal.* REGREDI in potestatem, id est, reuerti. *l.* 27. *§.* 11. *D. ad leg. Iul. de adulter.* REGREDI ad proprietatem: *l.* 3. *C. de vsufruct.*

REGRESSVS. Habere REGRESSVM ad aliquem vel quid dicitur, qui quod ab hoc, vel eo modo consequi non potest, ab alio, vel alio modo consequitur. REGRESSVS dandus: *l.* 14. *§.* 9. *D. de aedilit. edict.* REGRESSVS ad aliam actionem: *l.* 9. *§.* 1. *D. de tributor. act.* REGRESSVM habere ad bona: *l.* 3. *D. de collation. l. vlt. §.* 1. *D. quae in fraud. cred.* REGRESSVM aduersus auctorem habere: *l.* 8. *C. de euictione.* REGRESSVM habere dicitur emtor euicta re ad venditorem: *l.* 2. *D. ad SC. Velleian. l.* 22. *in fin. l.* 25. *§.* 1. *D. de pignorat. actione.* REGRESSVS ad venditionem: *l.* 3. *princ. D. si famil. furt. fecisse.* REGRESSVM habere in venditionem: *l.* 1. *l.* 34. *D. de euictione.* Vendito a creditore pignore, si euicta sit possessio emtori, REGRESSVM creditor ad mandatorem habere. *l.* 59. *§.* 4. *D. mandati.*

REGVLA, norma. REGVLA quid? *l.* 1. *D. de regul. iur.* Quinam ex veteribus iurisconsultis REGVLARVM libros composuerint, recenset Schultingius *in iurisprud. vet. anteiustin. p.* 560. REGVLA iuris: *l.* 15. *D. de legib. l.* 27. *§. vlt. D. de testam milit. l.* 15. *§. vlt. D. de tut. et curat. dat.* REGVLA iuris ciuilis: *l.* 12. *§.* 2. *D. de legat. I.* Secundum REGVLAS iuris ciuilis: *l.* 4. *D. qui testam. facer.* Contra iuris ciuilis REGVLAS: *l.* 28. *princ. D. de pact.* REGVLA est: *l.* 9. *D. de iur. et fact. ignor.* REGVLA sequenda: *l.* 11. *§. vlt. D. de dol. mal. except.*

REGVLARITER, secundum regulam est. REGVLARITER dicimus: *l.* 3. *§.* 2. *D. de in rem verf.* REGVLARITER dicendum: *l.* 71. *§.* 1. *D. de legat. I. l.* 9. *D. de hered. petit. l.* 20. *D. de tutor. et curat. dat. l.* 1. *D. de auctor. et consens. tutor. l.* 16. *§. vlt. D. quand. dies legat. l.* 13. *D. de liber. et postum.* REGVLARITER definit: *l.* 25. *§.* 5. *D. de vsufruct. l.* 9. *§.* 7. *D. ad SC. Macedon. l.* 22. *§. vlt. D. de pignorat. action.*

REI.

REIICERE, verbum erat iuris, quod significabat recusare seu repudiare iudices, quod verbum frequentissimum est apud Cicer. *Verr. III. Cap.* 11. 13. 59. 60. Plin. *Panegyr. Cap. XXXVI. Sors et vrna fisco iudicem adsignat; licet* REIICERE, *licet exclamare: hunc nolo.* Cicero in *Vatinium Cap. XI. Et quoniam crebro vsurpas legem te de alternis consiliis* REIICIENDIS *tulisse.* et post: *commodiorem inimico suo sententionem* REIECTIONIS *dari*

dari nolniffe. Lexicoo B. Germani: REIECTIO, ἀποβολή, ἀπόληψις κριτῶν. Sic etiam miles REIICI militia dicitur, *l. 6. §. 6. D. de re milit.* et REIICI castris: *l. 29. D. de liberal. cauſſ.* REIECTI tutores: *l. 2. §. 2. D. qui petant. tutor.* Propria fignificatione vſorpatur hoc verbum in *l. 14. D. quib. mod. vſusfr.* REIECTA terra.

REL.

[RELAPSI qui dicantur? *l. 16. C. de haeretic.*]

RELATIO eſt, quum ad principem refertur. *tit. D. et C. de adpell. et relat.* Sic et accipitur apud Symmach. *Lib. I. epiſt. 41. et 44.*
¶. 2. RELATIONES in *l. 14 C. de accuſation.* elogia interpretor, quae ab Irenarchis officialibusque ad praeſides referebantur. Nam *referendi* verbo in hac re vtitur Marcianus, in *l. 6. ad fin. D de cuſtod. reor.* ¶. 3. [RELATIO criminum, pro mutua accuſatione, in *l. 5. D. de public. iudic.* Add. Cuiac. *ad rubr. C. de his, qui accuſare non poſſ.*]

RELAXARI condemnatione, id eſt, remitti. *l. 14. §. 11. D. quod metus cauſſ.*

RELEGARE, pro repetito legare. *l. 3. §. 2. D. quib. mod. vſusfr. vel vſus.* Sic RELEGARE in ſingulos annos: *l. 13. D. de vſu et vſufr. legato.* RELEGARI actori ſuo: *l. 97. D. de legat. III.* RELEGARI dos dicitur. *l. 8. D. de fund. dotal. l. 41. §. vlt. l. 48. D. de legat. II. et l 1. 2. 3. 5. D. de dote praeleg.* Et RELEGARE ſaepe ab eo, quod reddi magis quam dari legari videtur. *l. 77. §. 12. D. de legat. II. l. 2. §. vlt. D. de dote praeleg.* RELEGARE reliqua: *l. 97. D. de legat. III.* RELEGARE vſus: *l. 18. D. de vſu et habitat.* RELEGARI vſusfructus dicitur, in *l. 23. D. de vſufruct. legat.*
¶. 2 RELEGARI pro deportari videtur accipi in *l. n. D. de teſtament. tutel. l. 27. §. 1. D. de poen.* Quo ſenſu et tunc accipienda RELEGATIO, quando tamquam mors ciuilis deſcribitur. Cuius rei exempla obſeruauit Iu. Frid. Gronou. *Diatrib. ad Papin. Stat. Addend. p. 402.* HEIN.

RELEGATIO, quaſi retrolegatio. RELEGATIO dotis: *l. 95. D. de legat. III.*
¶. 2. RELEGATIO in inſulam, poenae genus, quae neque libertatem, neque ciuitatem adimit. Ammian. Marcellinus *Lib. XV. cap. 17. inſularem poenam* vocat *l. 8. §. 1. D. qui teſtam. facer.* Sic et RELEGATIO inſulae. Paull. *Lib. V. ſentent. tit. 4. §. 17.* RELEGATORVM autem duo eſſe genera Vlpianus ſcribit. Quidam enim in inſulam relegantur. *l. 4. l. 24. l. 28. §. 10. et 13. l. 30. D. de poenis.* Sunt, qui ſimpliciter relegantur, vt prouinciis iis interdicatur, non etiam inſula iis adſignetur *l. 7. D. de interdict. et relegat.* Vnde *relegatos* Aelius Gallus apud Feſtum definit, *quibus ignominiae aut poenae cauſſa neceſſe eſt, ab vrbe Roma, aliove quo loco abeſſe, lege, Senatusconſulto, aut edicto magiſtratuum.* Sed *relegatum* ab exſule ſeparat Ouidius *Lib. II. Triſt. eleg. 2. et Lib. V. eleg. 3. et 12.* Inter *deportationem* autem et *relegationem* quidam hanc differentiam ſtatuunt, quod illa perpetuum, haec temporarium exſilium contineat. Sed et in perpetuum fit *relegatio. l. 4. l. 28. princ. l. 38. §. 8. D. de poenis. l. 3. C. qui pet. tutor. l. 14. §. 3. D. de ſolution.* et apud Plin. *Lib. III. epiſt. 9. n. 12.* Alii, in quibus Iſidorus *Lib. V. cap. 27.* inter *relegatum* et *deportatum* hanc differentiam ſtatuunt, quod relegatum bona ſequantur, deportatum non ſequantur. Sed haec differentia perpetua non eſt. Nam et ademtis bonis aut parte aliqua eorum relegatos legimus. *l. 1. D. ſi pendent. adpellat. l. 11. §. 3. D. ad leg. Falcid. l. 38. §. 5. et 8. D. de poenis.* Quod in his dumtaxat, qui in perpetuum relegantur, iure licito factum, et Paullus et Vlpianus teſtes ſunt, tametſi aliter plerumque ſeruabatur. *l. 5. l. 7. §. 4. D. de interdict. et releg.* Illa certiſſima differentia, quod ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus quis relegaretur, aliter atque quum deportabatur, et ciuitatem Romanam et patriam in liberos poteſtatem, et teſtamentifactionem, et omnia omnino iura ſua, et bona, praeterquam ſi qua ei ademta erant, retinebat. Tantum inſula ei egredi non licebat, cuius vinculo quodammodo contiebatur. *l. 4 l. 7. §. 2. D. de interd. et releg.* Eaque ex ipſis condemnationis verbis diuerſitas intelligebatur. RELEGATIS autem excedendi dies a Praeſidibus definiebatur. Moris enim erat ita pronunciari: *pronuncia illa inſulisque illis RELEGO, excedereque debebit intra illum diem l. 7. §. 17. D. de interdict. et relegat;* Tertullian. *Apologetic. Cap. XII. In inſulas RELEGAMVR. Solet et in inſula aliqua deus veſter aut naſci aut mori.* Plin. *Lib. VI. epiſtol. 30. Centurionem exauctorauit atque etiam RELEGAVIT.*

RELEVARE factum: *l. 4. C. ad leg. Iul. de adulter.* rem iudicatam: *l. 7. D. de transaction.* ſatisdatione procuratorem: *l. 65. D. de procurator.* RELEVARE ſe: *l. 2. §. 4. D. ad leg. Iul. de adulter.* RELEVARE *onus tributorum.* Gregor. *Lib. III. epiſt. 5.* RELEVARI, *l. 13. D. de cuſtod. reor. l. 4. §. 1. D. de poenis.* RELEVARI debiti quantitas dicitur, in *l. 1. D. de pignor. action.*

RELIGIO, proprie erga Deum eſt. *l. 30. D. famil. erciſc. l. 14. D. de ſeruitut. l. 21. D. de vſufruct.* Cicero *Lib. II. de inuention. cap. 22. et 53.* RELIGIO ſepulcri: *l. 14. D. de ſeruitut.* Sic etiam RELIGIO iurisiurandi dicitur. *l. vlt. D. de liberal. cauſſ. l. 21. D. de dolo mal. l. 1. l. 5. D. de iureiur.* ſic dicta, quoniam diuini numinis teſtationem habet. *l. 1. D. de iureiur. l. 2. C. de reb. credit. l. vlt. D. de liberal. cauſſ. l. 8. C. ſi minor ſe maior. l. 77. §. 23. D. de legat. II.* RELIGIO ſacramenti: *l. 8. C. de legat. l. 3. C. ſi minor ſe maior. l. 4. C. de recept. arbitr.* RELIGIO ſacramenti militaris: *l. 8. C. de legat.* RELIGIONE adſtricti: *l. vlt. D. de liberal. cauſſ.*
¶. 2. RELIGIO, pro officio. RELIGIO iudicantium: *l. 13. D. de teſtib.* vbi vid. Cuiac. *in Papinian.* RELIGIO iudicantis. Ammian. Marcellin. *Lib XXX.* RELIGIO iudicationis: *l. 6. C. ſolut. matrimon.* RELIGIO iudicis: *l. 33. D. de*

de re iudicata. l. 1. C. ſi tutor. vel cur. falſ. alleg. l. 5. C. de praed. minor. princ. Inſtit. de obligat. quae quaſi ex del. l. 11. D. ad leg. Cornel. de ſicar. Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 5. §. 10.* RELIGIONIS partem iudex implebit: *l. 3. C. arbitr. tutel.* RELIGIO iudiciaria. *l. 5. C. de teſtib.* RELIGIO praeſidis prouinciae: *l. 6. §. 2. D. de offic. praeſid.* Ad RELIGIONEM praeſidis prouinciae pertinet: *l. 2. §. vlt. D. de vacat. et excuſat. muner.* Sic etiam praeſidis religioſa conſtantia adpellatur, in *l. 10. D. de incend. ruin. naufrag.* RELIGIO praetoris: *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui ſub tutel. l. 6. §. 4. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam. l. vlt. princ. D. de ſuſpect. tutor.* ¶. 3. Dicitur et RELIGIO iuris, *l. 3. C. quae res pignor.* RELIGIONIS et humanitatis ratio: *l. 23. C. de excuſat. tutor.*

RELIGIOSE, ex religione. RELIGIOSISSIME conſtituit. *l. 5. C. de repud.*

RELIGIOSVS, A, VM. a ſacro et ſancto diſtinguitur. Feſtus *Lib. XVI. Aelium Gallum*, ait, *inter ſacrum et ſanctum et RELIGIOSVM differentias belliſſime referre.* Aelius itaque Gallus RELIGIOSVM definit *ſepulcrum, vbi mortuus ſepultus et humatus eſt.* Feſtus: RELIGIOSVM *ac ſacrum eſt, vt templa omnia atque aedes, quae etiam ſacratae dicuntur, id quod per ſe religioſum eſt, non vti.* RELIGIOSA a ſacris ſeparata accipiuntur, *l. 4. l. 22. l. 51. D. de contrahend. emt. l. 6. §. 3. 4. D. de rer. diuiſ. l. 4. D. ad leg. Iul. pecul. l. 20. §. vlt. D. quod vi aut clam.* et in aliis omnibus iuris ciuilis locis. RELIGIOSO loco *purus* opponitur, ſacro profanus. RELIGIOSVM locum facere: *l. 17. D. de vſufruct. l. 2. D. de religioſ. et ſumtib. funer. l. 105. D. de condit. et demonſtrat.* RELIGIOSVS autem locus fit, mortuum inferendo. *l. 53. §. 1. D. de legat. I.* RELIGIOSA vetus Gloſſarium vertit *τὰ μνήματα. monumenta.* Et RELIGIOSVM locum ſuum quisque mortuum inferendo facit. *l. 6. §. 4. D. de rer. diuiſion. l. 27. D. de religioſ. l. 6 §. 6. D. commun. diuidundo. l. 3. C. quae res pignor. l. 53. §. 7. D. de legat. I. §. 9. Inſtit. de rer. diuiſ.* RELIGIOSVS locus non fit, vbi inuenitur theſaurus. *l. 4. §. 6. D. ad leg. Iul. pecul.* Nec vero monumenta aliter RELIGIOSA ſunt, quam ſi in ea corpus illatum ſit. *l. 7. D. de rer. diuiſ.* Vide quae *Lib. II. Antiquit ſelect. cap. 15.* diximus. RELIGIOSVS fiebat locus ſola illatione mortui, ſeu ſepultura, eximebaturque locus commercio. *l. 66. §. 4. D. de legat. II.* RELIGIOSVM praeterea locum illum eſſe, vbi, quod eſt principale, conditum eſt, id eſt, caput, reſpondit Paullus, in *l. 44. D. de religioſ. et ſumt. funer.* [Emund. Merill. *Lib. II. obſeru. cap. vlt.*] ¶. 2. RELIGIOSVM praeterea dicitur, quidquid ex religione, fide et officio fit. Praeſidis RELIGIOSA conſtantia: *l. 10. D. de incend. ruin naufrag.* RELIGIOSARVM habitationum loca vocantur ſynagogae Iudaeorum: *l. 4. C. de Iudaeis.* RELIGIOSA pecunia: *l. 4. D. ad leg. Iul. peculat.* Iuris RELIGIOSISSIMVS princeps: *l. 67. §. 1. D. de legat. II.* RELIGIOSA res eſt philoſophia: *l. 1. §. 4. D. de extraord. cognit.* Minus RELIGIOSAM rem facere videatur liberi, qui parentum concubinas vxores ducunt. *l. 4. C. de nupt.* RELIGIOSA ſollicitudo: *l. 1. C. quib. ex cauſſ. ſeruit.*

RELINQVERE. Hoc verbum proprie ad vltimas voluntates pertinet. *l. 1. §. vlt. D. de tabul. exhibend. l. 62. §. 1. D. de fideicomm. libert.* Ita tam ex teſtamento, quam ab inteſtato RELINQVI res dicitur. Inde quod teſtamento datum legatum eſt, RELICTVM toties in libris noſtris dicitur, vt exemplorum difficilius ſit exitum, quam initium reperire. Itaque in *l. 2. C. de natural. liber.* *largiendi* et RELINQVENDI verba ſeparantur, vt hoc ad teſtatoris legata, illud ad donationes inter viuos pertineat, id eſt, vt Iuſtinianus *Nouell. LXXXIX* interpretatur: ὐδὲ δωρεῖσθαι, ὀυδὲ ἐκ τελευταίας διδοναι βυλήσεως. Martial. *Lib. X. epigr. 47.*

RES non parta labore, ſed RELICTA.

Cicero *pro domo cap. LVIII. Liberis noſtris ſatis amplum patrimonium* RELINQVEMVS. Idem *Lib. II. ad Famil. epiſt. 16. Filio meo, ſi vlla eſt respublica, ſatis amplum patrimonium* RELINQVAM, *memoriam nominis mei.* Sic etiam heredem RELINQVERE quem dicimus. Martial. *Lib. III. epigr. 10.*

Idem te moriens heredem ex aſſe RELIQVIT.

Cicero *pro Quinctio Cap IV. heredem teſtamento* RELIQVIT. Sic: RELICTVS heres: *l. 34. D. de iudic.* Herede RELICTO deceſſit: *l. 35. D. de bon. libertor.* Extraneo herede et patrono RELICTVM: *l 10. D. eod. tit.* Extraneos RELINQVIT heredes: *l. 36. D. eod. tit.* Herede RELICTO defunctus eſt: *l. 42. princ. D. de bon. libert.* RELINQVI etiam hereditas dicitur. RELINQVERE legitimam hereditatem: *l. 8. §. 1. D. de iur. codicill.* RELICTA hereditas: *l. 1. C. vbi fideicommiſſ.* Sic Salluſtius *de bello Iugurthin. Cap. LXXXV. v. 30. Nec enim hereditate* RELICTA, *ſed quae ego mihi periculis et laboribus quaeſiui.* RELINQVERE *tutorem filio* dixit Valer. Maxim. *Lib. VI. Cap. 6.* Terent. *Phormion. Act. II. ſcen. 2. v. 47.*

At ſi talentûm rem RELIQVISSET *decem.*

¶. 2. RELINQVERE etiam pro legare vel per fideicommiſſum relinquere frequenter vtuntur iurisconſulti. Quidam per fideicommiſſum alimenta RELIQVERAT: *l. 14. §. vlt. D. de aliment. et cibar. legat.* Per fideicommiſſum *relinquere*: Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 1. §. 7.* Si legatum RELIQVERO: *l. 17. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 20. §. vlt. D. de praeſcript. verb.* Non iure RELINQVI legatum: *l. vlt. D. pro legato.* Legatum liberto RELICTVM: *l. 35. D. de bonis libert.* Legatum RELICTVM agnoſcere: *l. 8. §. 1. D. eod. tit.* Pars legati RELICTI: *l. 44. §. vlt. D. eod. tit.* RELICTA liberatio, id eſt, legata. *l. 1. §. 2. D. vt in poſſeſſ. legat.* Liberationem RELINQVERE: *l. 50. §. vlt. D. de bonis libert.* RELINQVERE libertatem: *l. 28. §. 1. D. de manum. teſtam.* Fideicommiſſo libertas RELICTA: *l. 26. §. 1. D. de fideicomm. libert. l. 12. C. eod. tit.* De RELICTA parte: *l. 34. D. de bon. libert.* RELICTA ſeruitus: *l. 2. §. 1. C. quod legator.* Per fideicommiſſum RELINQVERE dicunt iurisconſulti, licet verbo RELINQVO cum effectu olim fidei-

fideicommitti potuisse neget Paullus *Lib. IV. Sent. tit. 1. §. 6.* RELINQVO *vero et commendo nullam fideicommissi pariunt actionem.* Paullo tamen Scaeuola non consentire videtur in *l. 78. § 8. D. ad SC. Trebell.* vid. Schulting. *in Iurispr. vet. anteiustin. p. 386.* HEIN. ¶. 3 RELINQVI etiam dicitur, qui a patre vel testatore superstes relinquitur. RELICTVS in familia: *l. 20. §. vlt. D. de bonor. possess. contra tabul.* RELINQVERE filium: *l. 18. D. vt legator. nom.* RELICTVS liber: *l. 17. §. 16. D. de aedilit. edict.* RELICTVS in potestatem: *l. 11. D. de coniung. cum emancip. lib.* RELICTIS in potestate filiis; *l. 22. D. ad SC. Trebell.* ¶. 4. RELINQVERE, id est, deserere. Sic: RELINQVERE actionem: *l. 21. D. de inofficios. testam.* RELINQVENDI adfectione: *l. 4. C. de adquir. possess.* RELINQVERE conductionem: *l 25. §. 2. D locati.* domum: *l. 15. §. 35. D. de damn. infect.* Hoc sensu etiam hereditatem RELINQVERE pro omittere et repudiare Iustinianus dixit *§. 5. Instit. de hered. qualit.* RELINQVERR partem pro derelinquere. *l. 3. D. pro derelicto.* RELINQVERE seruum noxae nomine: *l. 57. D. de aedilit. edict.* RELINQVERE seruum pro noxae deditione: *l. 31. D. de pignorat. actione.*

RELIQVARI dicitur, qui reliquis obnoxius est, vt ait *l. 24. D. ad municipal.* siue qui rationibus subductis reliquator et debitor manet, vel qui reliqua trabit, vt est in *l. 46. princ. D. de administr. et peric. tutor.* RELIQVARI: *l. 24. D. ad municipal. l. 6. §. 1. D. de muner. et honor. l. 20. §. 6. D. famil. ercisc. l. 40. D. de statuliber.* RELIQVATVS est ex administratione: *l. 4. D. ad municipal.* Debitum, quod ex conductione RELIQVATVS est: *l. 46. princ. D. de admin. et peric. tutor.* RELIQVATVS est amplam summam: *l. 20. §. 1. D. de instruct. vel instrum. legat.* Summas, quibus RELIQVATVS erat; *l. 23. princ. D. de pecul. legat.* Non impeditur reliquas exigere, quas quis si RELIQVAVERIT: *l. 9. D de liberat. legat.* Sic etiam glossae pro *reliquor.* RELIQVO, λοιποχρεωῶ, λοιπάζω.

RELIQVATIO, obligatio ex reliquis est. *l. 44. §. 1. D. de administr et peric. tutor. l. 53. D. de manumiss. testam.* Quod verbum etiam Tertullianus vsurpauit in libro *de anima cap. LVI. Donec* RELIQVATIO *compleatur aetatis.*

RELIQVATOR, qui reliqua traxit, vel reliquatus est: *l. 102. §. 2. D. de solution. l. 9. §. 2. D. de publican. et vectig.* Vectigalium RELIQVATORES; Paull. *Lib. V. tit. 12. p. 483.*

RELIQVIAE, quod superest, remanet, vestigia. RELIQVIAE voluntatis: *l 8. D. de his, qui sui vel alien. iur. sunt.* ¶ 2. RELIQVIAE pro cineribus defunctorum, sicut in autographo Florentinarum Pandectarum scribitur, in *l. 42. et l. 44. in fin. D. de religios. l. vlt. D. de mortuo infer. l. 38. §. 4. D. de legat. III.* quas Graeci λείψανα vocant. *l. 53. §. 5. D de legat. I.* Quae tamen scriptura immutata est ab his, qui Pandectas excuderunt. *l. 27. D. de condit. institut. l. 3. D. famil. ercisc.* RELIQVIAE conditae in fundo; *l. 30. D. famil. ercisc.* RELIQVIAE hominis conditae: *l. vlt. D. de mort. infer.* RELIQVIAE filii: *l. 1. C. de religios. et sumt. funer.* RELIQVIAE mortuorum: *l. 12. C. de religios.* RELIQVIAE testatoris: *l. 27. D. de condit. institut.*

RELIQVVS, A, VM, quod superest, remanet, restat. Et RELIQVA: Vlpian. *tit. XXII. Reg. §. 33. l. 6. §. 1. D. de dote praeleg.* RELIQVA dos, deducta tertia parte: *l. 23. D. de pactis dotal.* RELIQVA pars: *l. 75. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* [RELIQVA pars opponitur sextae: *l. 45. D. de bon. libertor.*] In RELIQVAM partem tenere: *l. 9. §. vlt. D. de solution.* Ex RELIQVIS pattibus: *l. 32. l. 42. D. de legat. III. l. 49. D. ad leg. Falcid. l. 34. §. vlt. D. de vsu et vsufr. legat.* Ex RELIQVIS portionibus: *l. 78. §. 7. D. ad SC. Trebell. l. 9. D. de iur. fisc.* RELIQVVM pretium: *l. 135. D. de verb. obligat.* RELIQVVM mihi a te debetur. *l. 16. D. de verb. oblig.* In RELIQVVM exsolutae quantitates: *l. 44. §. 11. D. de iur. fisc.* RELIQVA ratio exsoluta: *l. 53. D. de manum. testam.* ¶. 2. RELIQVVM vel RELIQVA in pluratiuo numero, sunt quae rationibus subductis, acceptisque et expensis computatis, debita remanent et supersunt: *l. 32. l. 80. l. 81. et l. 110. D. de condition. et demonstrat. l. 6. §. 7. D. de statuliber. l. 29. §. 7. et l. vlt. §. 1. D. de liberat. legat. et in l. 3. C. de susceptor. Lib. X.* in qua verbum *annis* in contextum ex Accursiano glossemate irrepsit, vitiumque creauit Absolute enim RELIQVIS legendum est, vt ex *l. 10. C. Theod. eod. tit.* patet, in quo *noui ac recentes*, non vt in Iustinianeo codice, *adcrescentes* legitur. RELIQVA enim sunt debitae praeteriti temporis pensiones, quas *arreragia* (arrerages) vulgo dicimus. RELIQVA, pro reliqua censuum, in *rubric. C. sine censu vel reliquis.* RELIQVA colonorum et villicorum, sunt pensiones a colonis et villicis debitae. *l. 32. §. vlt. D. de vsufruct. l. 78. §. 3. D. de legat. III. l. 20. princ. et §. 3. l. 27. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 91. et l. 101. §. vlt. D. de legat. III.* et apud Plin. *Lib. III. epist. 19. Lib. IX. epist. 37.* RELIQVIS actorum vel colonorum legatis, ea legata videntur, quae de reditu praediorum in eadem caussa manserunt, non etiam, quae in aliam caussam versa sunt. *l. 91. princ. D. de legat. III.* RELIQVA collegarum: *l. 21. D. ad municipal.* Sic et RELIQVA conductionis accipe, in *l. 10. C. ad SC. Velleian.* RELQVA contracta: *l. 5. C. an seru. pro suo fact.* RELIQVA habere, id est, debere: *l. 81. D. de condit. et demonstrat.* RELIQVA inferri: *l. 39. §. 3. D. de statulib.* RELIQVORVM pecunia: *l. 31. D. eod. tit.* RELIQVA reddere: *l. 13. §. 2. D. de manumiss. testam. l. 82. D. de condit. et demonstr.* RELIQVORVM solutio: *l. 6. §. vlt. D. de statulib.* RELIQVA trahere, seu contrahere, in *l. 3. §. 1. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin. l. 46. princ. D. de admin. et peric. tut. l. 34. §. 1. D. de statuliber. l. 1. C. de conuen. fisc. debitor. Lib. X.* Cl. Dukerus trahere RELIQVA explicat, *solutionem reliquorum differre. de Latin. iurisc. p. 425.* RELIQVA tributorum: *l. 2. C. si propt. public.* RELIQVA vectigalis: *l. 47. D. de iur. fisc.*

REL. REM.

RELOCARE, eſt ab integro locare. RELOCARE opus: *l. 13. §. 10. D. locati.*

RELVCTARI, repugnare. Non RELVCTANTE lege contractus. *l. 7. C. de diſtract. pignor.*

REM.

REMANCIPARE. REMANCIPATAM fiduciam: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 13. §. 3.*

REMANERE, manere. REMANET actio: *l. 34. §. vlt. D. de oblig. et action.* REMANERE apud aliquem actiones: *l. 3. C. de nouation.* REMANERE in conductione: *l. 13. §. 11. D. locati.* REMANSIT dominium: *l. 4. C. de dolo malo. l. 4. C. de donation.* REMANERE in familia: *l. 3. §. 5. D. de adſignand. libert.* in eadem familia: *l. 5. §. vlt. D. de bon. libertor.* REMANENT obligati; *l. 14. D. de obligat. et action. l. 7. D. eod. tit.* REMANERE in obligatione: *l. 98. §. 5. D. de ſolution.* REMANET poſſeſſio: *l. 5. §. 1. D. de precario.* REMANERE in poſſeſſione: *l. 12. §. 2. D. de captiu.* in poteſtate: *l. 6. C. de collat. l. 20. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* REMANERE quaeſtio: *l. 3. C. ſi pendente adpell.* REMANERE tutor: *l. 37. D. de excuſat.* ¶. 2. [REMANERE improprie dicitur, pro eo, qood reſtituitur: *l. 7. C. de douat. ante nupt.*]

REMANSOR, pro emanſore, in *l. 4. §. 13. D. de re milit. l. 5. §. 6. D. eod. tit.* niſi forte ibi quoque legendum *emanſor*, quod ſuſpicatur Io. Frid. Gronou. *ad Senec. Epiſt. LIII.* Add. V. C. Car. Andr. Duker. *de Latin. iuriſc. p. 426.* HEIN.

REMEARE, redire. REMEARE ab hoſtibus: *l. 141. D. de verb. ſignific.* REMEARE iudicia: *l. 1. C. qui pro ſua.* [REMEARI legitur in *l. 1. C. Theod. de ſtud. liberal. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 9*]

REMEATVS, redeundi poteſtas: REMEATVM dare: *l. 4. D. de poenis.*

REMEDIVM, pro quouis auxilio, ſaepe etiam pro medio ius ſuum vel conſeruandi, vel perſequendi accipitur. REMEDIVM etiam frequentisſime, vbi id verbum occurrit, idem eſſe ac *εὕρημα*, *cautionem*, vel vti vulgo vocant, *cautelam*, obſeruat Henr. Brenkman. *de Eurematic. Cap. I. §. 7. p. 16.* HEIN. REMEDIVM adhibere: *l. 27. D. de rei vindic.* REMEDIVM adhibere veteri aedificio ſuſtinendo. *l. 1. §. 13. D. de oper. nou. nunciat.* REMEDIIS adhibitis: *l. 3. C. de ſuſpect. tutor.* REMEDIVM admiſſum: *l. 7. D. de condit. et demonſtrat.* REMEDIVM adoptionis: *l. 42. D. de bonis libert.* REMEDIVM adpellationis: *l. vlt. C. de error. aduocat.* REMEDIVM alimentorum: *l. 9. C. de patr. poteſt.* REMEDIO nullo attentari ſententia poteſt: *l. 23. §. 1. D. de condict. indeb.* REMEDIO carere: *l. 132. D. de verb. obligat.* REMEDIVM cautionis: *l. 79. §. 3. D. de condit. et demonſtr.* REMEDIVM Mucianae cautionis: *l. 79. §. 3. l. 7. princ. D. eod. tit.*

REM.

REMEDIO competenti auxilium ferat: *l. 7. D. de offic. praeſid.* REMEDIVM decreti: *l. 41. D. de bonis libert.* REMEDIVM exceptionis: *l. 14. C. ad SC. Velleian.* REMEDIVM dedit: *l. 11. §. 1. D. ad SC. Trebell.* expediendarum litium: *l. 1. D. de iureiur.* REMEDIVM extraordinarium; *l. 12. D. de legat. praeſtand. l. 12. D. vt in poſſeſſ. legator.* quod et auxilium extraordinarium dicitur, in *l. 16. D. de minor.* REMEDIVM fideicommiſſi: *l. 3. §. 3. D. de vſur.* indemnitatis; *l. 2. C. de bon. auctor. iudic. poſſ.* REMEDIO introducto; *l. 2. D. de vſufruct. ear. rer. quae vſu conſum.* REMEDIVM iuris; *l. 9. C. de oblig. et action.* REMEDII loco; *l. 3. §. 2. D. de ſtatuliber.* REMEDIO locus: *l. 65. D. de euict.* REMEDIVM monſtrauit: *l. 7. §. 5. D. de donat. int. vir. et vxor.* REMEDIVM operis noui nunciationis: *l. 1. D. de oper. nou. nunciat. l. 5. §. 17. D. eod. tit.* Eo REMEDIO obuiam eundum eſt; *l. 13. §. 1. D. de offic. praeſid.* REMEDIVM praetoris; *l. 69. D. de adquir. vel omittend. hered.* REMEDIIS praetoriis: *l. 1. §. 3. D. de inſpic. ventr.* Item REMEDIA praetoria pignoris capionem et diſtractionem ac mulctae dictionem adpellat Vlpian. *l. 1. D. de inſpic. ventr.* REMEDIVM prouocationis: *l. 1. §. vlt. D. ad SC. Turpill.* REMEDIVM ſeruari: *l. 5. § 16. D. vt in poſſeſſ. legator.* REMEDIVM ſtipulationis; *l. 23. C. famil. ercisc.* REMEDIO ſuccurri heredi: *l. 80. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* REMEDIO eo vti: *l. 1. §. 3. D. de tutel. et ration. diſtrah.* Hoc REMEDIO vti ſolemus: *l. 13. §. 10. D. de acceptil.* ¶. 2. REMEDIA, pro releuatione tributorum apud Saluian. Maſſilienſem *p. 106. 107. et 159.*

REMIGES, qui remos agunt. *l. 1. §. 2. D. naut. caupon. ſtabular.*

REMISSE, negligenter, laxe. REMISSIVS conſtitui, id eſt, laxius, minusque. *l. 4. §. 1. D. de incend. ruin.* REMISSIVS puniri: *l. 21. D. ad leg Cornel. de falſ.* Paullo REMISSIVS verſari, id eſt, negligentius. *l. 61. §. 6. D. de furtis.*

REMISSIO mercedis penſionisue, relaxationem et exonerationem et releuationem ſignificat, vt in *l. 16. §. vlt. l. 17. princ. l. vlt. D. locati.* Sueton. *in Iulio Cap. XX. Publicanos REMISSIONEM petentes tertia mercedum parte releuauit.* Plin. *Lib. X. epiſt. 24. Praeterea continuae ſterilitates cogunt me de REMISSIONIBVS cogitare, quarum niſi praeſens rationem inire non poſſum.* Idem *Lib. IX. epiſt. 37. Quum me neceſſitas locandorum praediorum retineat. Nam priore luſtro, quamquam poſt magnas REMISSIONES, reliqua creuerunt.* Columella *Lib. I. cap. 7. Si ſedulo colitur ager, plerumque compendium, numquam, niſi caeli maior vis aut praedonis inceſſit, detrimentum adfert. Eoque REMISSIONEM petere colonis non audet.* REMISSIO colono data ob ſterilitatem: *l. 15. § 4. D. locati.* ¶ 2. REMISSIO, in *l. 1. §. 7. et l. 20 §. 4. D. de oper. nou. nunciat. et in tit. D. de remiſſion.* accipitur, qua remittitur prohibitio per nunciationem noui operis facta. *l. 1. princ. l. 5. §. 16. D.*

REM.

16. D. de oper. nou. nunciat. l. 7. §. 2. D. quod vi aut clam. Eſt igitur REMISSIO nunciationis. l. 5. §. 16. l. 8. §. 4. D. de oper. nou. nunciat. REMISSIONEM deſiderare: l. 5. §. 19. D. eod. tit.

¶. 3. REMISSIONEM facere praeſes dicitur, qui ad ordinem remittit. l. 1. §. 3. D. quand. adpelland.

REMITTERE, pro mittere. REMITTERE repudium. Nonius Marcell. Cap. IV. p. 701. REMISSVM, miſſum. Lucil. Lib. XXIX. Cohibet domi moeſtus ſe Albinus: repudium, quod filiae REMISIT. Hoc ſenſu REMITTERE apud Terent. Phormion. Act. V. ſcen. 7. v. 35. et apud Senecam Lib. VII. controuerſ. 6. Et ſcribere apud Tertullianum Apologet. Cap. VI. Per annos ſexcentos, nulla repudium domus ſcripſit. Neque alio hoc verbum ſenſu vſurpari videtur in ſequentibus. REMITTERE enim pro eo eſt, quod vulgo dicimus renuoyer, transmittere. REMITTI ad interdictum: l. 1. § 3. D. vti poſſidet. l. 2 §. vlt. D. teſtam. quemadm. aperiant. REMITTERE ad iudicem, id eſt, ad virum bonum. l. 137. §. 1. D. de verb. obligat. REMITTERE negotium ad iudicem: l. 6. C. de adpellat. REMITTENDVM ad iudicem ſuum: l. 4. §. 6. D. de re militar. REMITTERE ad iudicis cognitionem: l. 135. §. 2. D. de verb. oblig. REMITTI ad ius ordinarium: l. vlt. D. de priuat. delict. REMITTI ad cognitionem Imperatorum; l. 13. D. quib. ex cauſſ. in poſſeſſ. eat. REMITTI in alium locum: l. 7. §. 2. D. qui ſatisd. cogunt. REMITTERE ad magiſtratus: l. 4. §. 1. D. de damn. infect. l. 1. §. 5. D. de magiſtrat. conuen. REMITTERE in municipium: l. 8. §. 5. D. qui ſatisdar. cog. REMITTERE ad ordinem: l. 1. §. 3. D. quand. adpell. REMITTI ad praefectum: l. 1. C. de adminiſtr. tutor. ad praefectum vrbi: l. 1. §. 7. D. de offic. praef. vrbi. l. 1. §. 1. l. 3. §. 15. D. de ſuſpect. tutor. REMITTI ad praeſidem: l. 7. D. de inceud. ruin. naufrag. l. 6. D. de cuſtod. reor. REMITTERE negotia ad praeſides prouinciarum per reſcriptiones; l. 9. D. de offic. praeſid. REMITTERE cum elogio ad praeſides: l. 6. l. 11. D. de cuſtod. reor. Sic etiam remiſſionem facere praeſes dicitur. l. 1. §. 3. D. quand. adpell. ſit. REMITTERE ad praetorem: l. 7. D. de confeſſ. et contra REMITTIT praetor; l. 2. D. de inſpic. ventre. REMITTENDVM ad principem: l. 6. D. de poen. Sic etiam REMISSA cognitio ad principem: l. 22. et l. 26. D. de adpellat. REMITTERE in prouinciam: l. 7. §. vlt. D. de accuſation. l. 1. C. vbi cauſſ. ſtat. REMITTI in prouincia: l. 5. §. 3. D. vt legator. ſeru. cauſſa cau. REMITTI litigatores ad prouincias: l. 6. C. de adpellat. Ad Senatum REMISSVS reus, Plin. Lib. IV. epiſt. 9.

¶. 2. REMITTERE, pro condonare, gratis concedere, relaxare: Sic REMITTERE actionem: l. 7. §. vlt. D. de liberat. legat. Commodati agendo REMITTERE actionem Aquilliae: l. 7. §. 1. D. commodati. REMITTERE commodati actionem: l. 53. §. 7. D. de furt. REMISSA actio: l. 28. C. de donation. REMITTERE fuſtium caſtigationem: l. 3. §. 1. D. de offic. praef. vigil. Cautio dicitur legatario REMITTI, quando ab implemento conditionis et praeſtatione cautionis liberatus et exoneratur. l. 20. l. 72. §. 1. l. 77. §. vlt. D. de condit. et demonſtr. l. 8. §. 3. cum l. ſequ. D. de condit. inſtit. l. 5. §. 3. D. quando dies legator. l. 12. D. vt legator. cauſſ. caueat. REMITTI cautio fructuaria dicitur: l. 9. §. 2. D. vſufruct. quemadm. cau. REMITTERE conditionem: l. 20. D. de bonis libertor. REMITTI conditio: l. 8. D. de vſu et habitat. l. 5. D. quand. dies legat. l. 2. C. de condition. l. 7. l. 8. §. 4. et 5. l. 9. D. de condit. inſtit. l. 63. §. 7. D. ad SC. Trebell. l. 71. D. de condit. et demonſtrat. REMITTI conuentio: l. 7. C. de pact. inter emtor. REMITTERE crimen: l. 38. §. 1. D ad leg. Iul. de adulter. REMITTI culpa pacto: l. 9. §. 11. D. de condit. et demonſtrat. REMITTERE exceptionem: l. 57. D. de procurat. REMITTERE gratis; l. 29. §. 2. D. ad leg. Iul. de adulter. REMITTERE iniuriam: l. 17. §. 6. l. 11. §. 1. D. de iniuriis. l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ. REMITTERE ius hypothecae: l. 11. C. de non numer. pecun. ius pignoris; l. 7. C. de remiſſ. pignor. REMITTIT iuſiurandum, qui deferente ſe, quum eſſet paratus aduerſarius iurare, gratiam ei facit, contentus voluntate ſuſcepti iuriſiurandi, l. 6. l. 32. D. de iureiurando. Sic REMISSVM iuſiurandum accipe l. 9. §. 1. D. et l. 8. C. eod. tit. REMITTITVR iuſiurandum: l. 8. §. vlt. D. qui ſatisd. cogant. Sic et REMITTI iuſiurandum legatario dicitur, qui neceſſitate ſoluitur per praetoris edictum. l. 8. §. vlt. D. de condit. inſtitut. l. 14. §. 1. D. de legat. III. l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertullian. REMITTERE mercedem: l. 5. D. locati. l. 24. §. vlt. l. 33. D. eod. tit. REMITTERE molctam: l. 6. §. vlt. D. de offic. praeſid. Liuius Lib. XXXVII. Mulctae ex iuſſu populi REMISSAE. Plin. Lib. IV. Epiſt. 29. Mulcta REMISSA. REMITTERE munera, gratiam munerum gerendorum facere: l. 5. §. 2. D. de iure immunit. REMITTITVR neceſſitas: l. 18. C. de fideicommiſſ. l. 35. D. de fideicomm. libert. REMISSA neceſſitas: l. 63. D. de euiction. l. 1. D. de remiſſion. l. 72. §. 7. D. de condit. et demonſtrat. REMITTITVR neceſſitas manumittendi: l. 33. D. de minorib. REMITTERE nunciationem, id eſt, miſſam facere et relaxare. l. 5. §. 17. D. de oper. nou. nunciat. REMITTI nunciatio: l. 5. §. 18. D. eod. tit. id eſt, miſſa fieri, vt ead. l. 5. §. 17. D. eod. tit. REMITTERE obligationem: l. 34. C. de transaction. REMITTI obligatio: l. 4. C. de duob. reis. REMITTERE penſionem, eſt releuare, exonerare. l. 19. C. de locato. REMITTERE mercedem et penſionem: l. 5. D. locati. l. 24. §. vlt. l. 33. D. eod. tit. REMITTERE periculum: l. 21. C. de euiction. petitionem: l. 21. §. 1. D. de donation. int. vir. et vxor. REMITTERE pignus: l. 18. D. quae in fraud. cred. l. 1. C. de precar. REMISISSE ius pignoris: l. 7. C. de remiſſ. pignor. REMITTERE poenam: l. 2. D. ſi quis in ius vocat. non ierit. REMITTI poena: l. 2. C. de his, qui ſibi adſcrib. l. 14. C. de poen. l. 15. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de falſ. l. 6 C. de re militar. l. 15. §. 3. D. de teſtam. milit. REMISSA poena: l. 1. C. ad leg. Cornel. de falſ. l. 3. D. de ſentent. paſſis. REMISSVM ex pretio: l. 31. §. 3. D. de donat. int. vir. et vxor. REMITTERE pro-

prohibitionem: *l. 3. C. ex quib. cauſſ. infam.* REMITTI prohibitio: *l. 11. D. de oper. nou. nunciat.* REMITTITVR ſatisdatio: *l. 1. D. vt in poſſeſſ. legator.* REMITTI ſatisdatio: *l. 2. D. de contrar. tutel. et vtil. act. l. 5. §. 18. D. vt in poſſeſſ. legat. l. 2. l. 7. C. eod. tit.* REMITTI ſeruitutem: *l. 6. l. 14. §. 1. D. de ſeruitut.* REMITTI ſupplicium: *l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adulter.* Non REMITTI tempora, id eſt, ſtricte cogi ad temporum obſeruationem: *l. 20. §. vlt. D. de adpellation.* REMITTERE tributum: *l vlt. D. de cenſibus.* REMITTI vltio: *l. 35. D. de fideicommiſſ. libert.* REMITTERE vſuram: *l. 13 l. 23. D. de donationibus.* ¶. 3. [REMITTERE, pro promittere, in *l. vlt. D. commun. praedior.* Eodemque ſenſu hoc verbum vſurpatum in *l. 5. § 11. D de reb. eor. qui ſub tut. vel cur. l. 22 §. vlt. D. ad leg Iul. de adulter. l. 3. §. 2. D. de ſtellionat.* Sic et Tacitus *Lib. 1. Annal. cap. 8. n. 6. REMISIT Caeſar adroganti moderatione, populumque edicto monuit.* Vid. Cuiac. *praefat ad Lib. LX. Baſilic. et Lib. XXI. Obſeru. cap. 29*] ¶ 4. [REMITTERE, pro omittere. *l. vlt. C. de donation.*]

☞ REMMIA, vel RHEMMIA, vel MEMMIA, ſic enim ſcribunt quidam, vid. interpretes ad Cicer. *pro Sex Roſc. Amer. Cap. XX.* lex de calumniatoribus. Eius meminit *l. 1. §. 1. D ad SC. Turpillian. et l. 13. D. de teſtib.* Antiquiſſimam eam eſſe, neque multo duodecim tabulis poſteriorem, exiſtimat Henr. Brenkman. *de lege Remm. cap. III.* Id certum eſt ex Cicer. *pro Sex. Roſc. Cap. XX.* et Iulian. Μισοπώγ *p 357.* ea cautum fuiſſe, vt K. littera calumniatorum fronti inureretur HEIN.

REMOTIO tutoris: *l. 4 D. de ſuſpect. tutor.* REMOTIO exceptionis: *l. 10. D. de verb. ſignific.*

REMOTVS, pro exheredato: *l 3. §. 4. D. de liber. et poſtum.* ¶. 2. REMOTO loco, et in euidenti opponuntur, in *l. 11. §. 3. D. de inſtitor. actione.* ¶. 3. REMOTVM dicitur alienum, contrarium. Pactum REMOTVM a iure communi: *l. 7. §. 16. D. de pact.* REMOTVM a re priuata: *l. 27. §. 4. D. eod. tit.* Corn. Nepos *in praef. ab honeſtate* REMOTVM. ¶. 4. REMOTA hac vel illa re, id eſt, praeter eam, excepta ea, ſi illa non interceſſiſſet. Hoc ſenſu dicitur; REMOTA adpellatione: *l. 2. C. ſi a non compet. iudic.* Electione matris REMOTA: *l. 77. §. 10. D. de legat. II.* REMOTO fideicommiſſo: *l. 77. §. 1. D. de condit. et demonſtrat.* REMOTA lege Falcidia: *l. 30. §. 2. D. ad leg. Falcid.* Cicero *pro Caelio Cap. XIII. Sin iſta muliere REMOTA, nec crimen vllum, nec opes ad oppugnandum Caelium illis relinquetur.* REMOTA poſtulatione: *l. 67. §. 1. D. ad SC. Trebell.* REMOTA ſtipulatione: *l. 6. D. de ſeruis exportand.* ſucceſſione: *l. 40. D. de adquir. vel omitt. hered.* REMOTIS tabulis: *l. 12. D. de vulgar. et pupill. ſubſtitut.*

REMOVERE, repellere. REMOVERI ab accuſatione: *l. vlt. D. de inoffic. teſtam.* id eſt, repelli. *l. 31. §. vlt. D. eod. tit* REMOTVS ab actu diſpenſator; *l. 51. D. de ſolution.* REMOVERI ab adminiſtratione: *l. 3. §. 8. D. de ſuſpect. tutor.* ab auxilio; *l. 1. C. qui et aduerſ. quem.* a bonis: *l. 7. §. 2. D. de curator. furioſ.* a bonorum poſſeſſione: *l. 14. D. de bon. libert.* a compendio: *l. 2. C. ſi quis aliquem teſt. probib.* a cura: *l. 10. D. de ſuſpect. tut.* REMOVETVR donatio: *l. 7. D. de mort. cauſſ. donat.* ab emtione: *l. 14. C. de contrab. emtion.* REMOVERI exceptione: *l. 2. C. de remiſſ. pignor. l. 12. D. de recept. arbitr.* REMOVERI exceptio per replicationem: *l 18. C. ad SC. Velleian.* REMOVERE ab honore miniſtrandae vel adminiſtrandae rei: *l. 51. §. vlt. D. de manumiſſ. teſtam.* REMOVERE inſtitorem: *l. 11. D. de inſtitor. action.* REMOVERI inſtitor: *l. 11. D. eod. tit.* REMOVERI a legato: *l. 5. §. 16. D. de his, quae vt indign.* REMOVERI ob negligentiam: *l. vlt. C. de ſuſpect. tutor.* REMOVERE negotio: *l. 5. §. 1. D. de manumiſſ. teſtam.* REMOVERI ab officio: *l. 8. D. de cuſtod. reor.* REMOTAE ab officio: *l. 12. D. de edendo. l. 1. D. de regul. iur.* REMOTIS omnibus, id eſt, iuſſis exire. *l. 3. D. de his, quae in teſtam. delent.* REMOVERI ordine: *l. 2. D. de decurion.* REMOVENDAE perſonae, id eſt, repellendae ab interdicto: *l. 3. §. 10 D. de homin. liber. exhib.* REMOVERI a petitione per exceptionem: *l. 13. D. de regul. iur.* REMOVERE a poſtulando: *l 1. §. 6. D. de poſtul.* REMOTVS procurator: *l. 35. §. vlt. D. de procurat.* REMOVERI praeſcriptione: *l. 12. §. 2. D. de inoffic. teſtam.* a querela: *l. 8. §. 15. D. eod. tit.* REMOTVS a ſenatu: *l. 3. D. de ſenatorib.* REMOVERI a ſucceſſione parentum: *l. 18. D. de bonor. poſſeſſ contra tabul.* et ita in *l. 8. D. eod. tit.* REMOTOS accipe. REMOTI vt ſuſpecti; *l. 2. §. 41. D. ad SC. Tertull.* REMOVERI a tutela: *l. 2. C. de tutor. qui ſatis non ded. l. 1. C. ſi contra matrimon.* REMOTVS a tutela: *l. 4. D. de contrar. tut. act.* REMOTVS a tutela vt ſuſpectus; *l. 26. et l. 35. D. de excuſat. l. 3. D. de ſuſpect. tutor. l. 4. D. de auctor. et conſenſ. tutor.* Et ſimpliciter REMOTVS pro a tutela remotus: *l. 14 §. 1. D. de ſolutionib.* REMOVERE tutores, et REMOVERI tutor: *l. 1. D. de ſuſpect. tutor. l. 4. C. in quibus caſib.* REMOVERI a vindicatione: *l. 12. D. quib. mod. pign.*

REMVNERARE, pro remunerari. ☜ *l. 10. §. vlt. D mandat.* Vlpianum auctoritate Ciceronis *orat. poſt redit. in Senatu cap. 12.* Quinti *de petit. conſulat. Cap. IX.* et Quinctil. *Declam. II.* defendit Cl. Duker. *de Latin. iuriſconſ. p. 329.* HEIN.

REN.

RENASCI, rurſus naſci, redintegrari. RENASCI actio: *l. 10. §. 9. D. de in rem verſo. l. 49. §. vlt. D. de furt.* RENASCI lapis: *l. 7 §. 13. D. ſolut. matrimon.* RENASCI ſilua ex radicibus: *l. 30. D. de verbor. ſignif.* RENASCETVR vindicatio; *l. 6. D. ſi ſeruit. vindic.*

RENITI matrimonio: *l. 16. C. de nupt.*

RENOVARE, reſtaurare. RENOVATO bello: *l. 58. D. de captiu.* RENOVARE cau-

cautionem: *l. vlt. §. 5. D. de legat. II.* RENOVARI contractus: *l. 1. D. de rescind. vendit.* RENOVATA dos: *l. 40. D. de iur. dotium.* RENOVARE locationem: *l. 13. §. vlt. D. locati.* RENOVARI locatio: *l. 26. C. de locato et conduct.* RENOVARI nuptiae: *l. 26. §. vlt. D. de pact. dotal.* RENOVATAE nuptiae: *l. 18. D. de ritu nuptiar.* RENOVATVM testamentum: *l. 15. §. 1. D. de testam. milit.* RENOVATA venditio: *l. 7. §. 1. D. de rescind. vend.*

RENVERE solutionem: *l. 5. C. de fide instrumentorum.*

RENVNCIARE, est nuncium mittere, repudiare, missum facere. Sic: RENVNCIATAM adfinitatem sponsalium contractam, pro repudiatam accipimus, in *l. 38. princ. D. de vsur.* RENVNCIARE *amicitiam* alicui dixit Tacit. *Lib. I. Annal. Cap. 2.* Beneficio militari RENVNCIAVIT: *l. 3. D. de testam. milit.* RENVNCIARE caussae: *l. 7. C. de ingenuis manum.* caussis exceptionum: *l. 4. §. 4. D. si quis cantion. in iudic. sist.* conditioni: *l. 1. C. de sponsalib.* RENVNCIATA *est tota conditio*: Cic. *in Verr. I, 6.* RENVNCIATA conductio, Idem *Lib. II. ad Attic. epist. 1.* RENVNCIARE hereditatem, id est, repudiare, *l. 4. C. de repud. vel abstin. hered.* hereditati: *l. 2. C. de iur. et fact. ignor.* RENVNCIAT *hospitium.* Cicero *in Verrem II, 36.* incolatui: *l. 34. D. ad municipal.* legi commissoriae: *l. 7. D. de lege commissor.* liti: *l. 21. l. 30. D. de minor. l. 16. D. de iudic. l. 4. C. de pactis.* liti in totum: *l. 21. D. de minor.* mandato: *l. 22. §. vlt. D. mandati.* matrimonio: *l. 51. D. de rit. nupt.* nuptiis et sponsalibus: *l. 3 C. de repudiis.* RENVNCIARE nuptiis, et RENVNCIARE conditionem, pro sponsalia repudiare: *l. 17. §. vlt. D. de reb. auctor. iudic. possid. l. 1. C. de sponsal.* RENVNCIARE *nuptiis:* Tertullianus etiam dicit. RENVNCIARE obligationi: *l. 11. §. vlt. D. de legat.* possessioni: *l. 12. §. vlt. D. de adquir. possess.* procuratori: *l. 65. §. 8. D. pro socio.* RENVNCIATVM querelae inofficiosi: *l. 1. C de in integr. restit. minor.* RENVNCIARE societati: *l. 14. l. 16. et l. 17. §. 1. l. 65. §. 3. 4 5. et 7. D. pro socio.* RENVNCIARE societatem: *l. 65. §. 6. D. eod. tit.* RENVNCIATA societate: *l. 65. princ. et §. 5. l. 17. §. 1. D. eod. tit.* ¶. 2. RENVNCIARE, pro deferre et denunciare. Ita Marcianus: sicut RENVNCIARE caussam nemo cogitur, ita liberum arbitrium desistendi ei non datur, qui detulit. *l. 22. §. vlt. D. de iur. fisc.* Simili sensu RENVNCIARE *repudium* dixerunt Plaut. *Aulular. Act. IV. scen. 10. v. 54.* et Terent. *Phormion. Act. IV. scen. 3. v 72.* RENVNCIARE venditori, id est, denunciare de euictione. *l. 29. §. vlt. D. de euiction.* ¶. 3. RENVNCIARE aliquando referre est. Sic: RENVNCIARE aliquem idoneum esse, id est, referre post explorationem facultatium locupletem esse. *l. 42. D. mandati.* Ita etiam RENVNCIARE *legationem* apud Plin. *Lib IV. epist. 10.* et Liuium saepe, est res in legatione a se gestas exponere, quod vulgo dicitur. Hygin. *de limitib constit. p. 210.* edit. Goes. *Ego autem quoties egeram*

mensuram, ita RENVNCIABAM, iugera tot, versus tot. et post paullo: *sicut videtur, ita RENVNCIABIMVS, iugera tot, versus tot.* Sic etiam RENVNCIARE de modo, id est, referre. *l. 40. D. de contrab. emtion.* RENVNCIARE autem modum mensores dicuntur. *l. 1. princ. l. 6. §. 1. et §. 4. l. 8. D. si mens. fals. mod dixer.* ¶. 4. RENVNCIARI dicebantur magistratus, qui voce praeconis in campo declarabantur suffragio populi designati, vt Cicero *I, in Verr. et II, et V, cap. 15. in Rullum, pro Milone. pro lege Manil. cap. 1. de orator. Lib. II. cap. 64.* et Gell. *Lib. XII. cap. 8.* ostendunt: sed et ipse consul successorem suum populo RENVNCIABAT, vt Cicero *pro Murena, et Lib. VII. epistol.* indicat. ¶. 5. RENVNCIARE, pro reddere numeratam dotem, dixit Apuleius *in Apologia.*

RENVNCIATIO, auctore Asconio *in II. Verr.* est *recusatio eius rei, quae in pactum et promissionem venerat.* Sic RENVNCIATIO, in *l. 2. D. de diuort.* sponsaliorum diremtio intelligenda est. ¶. 2. RENVNCIATIO, pro nunciatione noui operis. *l. 16. D. de oper. non. nunciat.*

RENVNCIATORES consiliorum. *l. 38. D. de poenis.*

REP.

REPARARE, in *l. 16. D. de in rem verso et l. 122. §. 1. D. de verbor. obligat.* vt et bene Duaren. *Lib. I. disputat.* notauit, significat numis ex venditione mercium redactis, aliud quid earum loco comparare, vel breuius: ex mercis venditae pretio aliam parare. REPARARE Graeci dicunt ἀνταγοράζειν. Et ita id verbi accipiendum puto apud Demosthenem *πρὸς τὴν Λακρίτυ παραγραφήν. p. 951. extr. edit. Hier. Wolfii.* REPARARI libertatem non posse, Vlpianus dicit in *l. 9 §. 2. D. de statuliberis.* REPARARI eadem, vt P. Faber existimat significatione. Nam ibi sic lego: *Libertas autem pecunia lui non potest, nec REPARARI potest.* Quod Graeci interpretantur: *ἡ δὲ ἐλευθερία διὰ χρήματα ὐ ῥύεται, ὐδ᾽ ἀγοράζεσθαι δύναται.* ¶. 2. REPARARI, pro suscitari et restitui. Sic actio REPARARI dicitur, in *l. 27. §. 3. D. de pact.* (vbi tamen in plerisque libris, nec non in Iulii Pacii editione *parandam* legitur. HEIN.) Accipitur vero ibi hoc verbum pro resumtione instantiae intermissae, vel, vt vulgo loqoimur, restitutione instantiae, quae legitimis transactis temporibus periit. REPARARI etiam adpellationum tempora, id est, restitui dicuntur. *tit. C. de temporib. et reparat. adpellat.* REPARARI vires obligationis, in *l. 4. C. de solution.* id est, suscitari et restitui. Eodem sensu Arnobius *aduers gentes: Ergo homo nouus nascitur, non prior ille* REPARATVR.

REPARATIO adpellationum. *rubr. Cod. de temporib. et reparat. adpellat.* et apud Symmachum *Lib. I. epistol. 37. et 38.*

REPELLERE pro repudiare, reiicere. REPELLERE bonorum possessionem: *l. 70.*

l. 70. D. de adquir. vel omitt. hered. REPELLERE exceptionem agnitam, id est, reiicere. *l. 21. D. de donation.* REPELLERE legatum: *l. 81. §. 1. l. 86. §. 2. D. de legat. I. et l. 5. D. de legat. II. l. 1. §. 6. D. si quid in fraud. patron.* REPELLERE a se legatum: *l. 86. §. 2. D. de legat. I.* REPELLERE a se proprietatem, vsumfructum. *l. 10. D. de vsu et vsufruct. legat.* ¶. 2. REPELLERE, pro excludere, non admittere, et sic REPELLI, pro excludi, non admitti. REPELLI ab accusatione: *l. 3. §. 1. D. de suspect. tutor. l. 31. §. vlt. D. de inoffic. testam. l. 2. §. 5. D. ad leg. Iul. de adulter.* REPELLIT agentem exceptio: *l. 3. §. 13. D. ad exhibend.* REPELLI a bonorum possessione: *l. vlt. C. de bonor. possess. contra tabul. l. 22. D. de his, quae vt indign. l. 1. §. 3. D. de Carbon. edict. l. 8. §. 2. D. de bon. libert. l. 47. §. 1. et l. 52. D. de bonis libert. l. 10. §. 3. et l. 11. D. de bonor. possess. contra tabul.* REPELLI edicto: *l. 14. §. 6. D. de bonis libertor.* REPELLI exceptione: *l. 2. §. 6. D. de except. dol. mal. l. 46. §. vlt. D. de fideicommiss. libertat. l. 14. §. 2. D. quand. dies legator. l. 15. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 1. §. 3. D. si a parent quis manum. l. 84. l. 85. D. de legat. I. l. 11. D. de dote praelegat. l. 4. C. depositi vel contra. l. 23. D. de pignorat. action. l. 29. et l. 69. D. de iur. dotium. l. 1. §. 3. D. de his, quae in testam. delent.* REPELLI per exceptionem: *l. 14. §. vlt. D. de except. rei indicat. l. 4. §. 10. D. de doli except. l. 7. §. 12. D. de adquir. rer. domin. l. 1. §. 17. D. vt legator. nomin. caueat. l. 1. §. 1, D. ad SC. Trebell.* REPELLI excusatio dicitur, quae non admittitur, in *l. 1. D. quand. adpelland. sit.* REPELLI vt indigni: *l. 5. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* vel quasi indigni: *l. 13. §. 9. D. de iure fisci.* REPELLI ab omni iudicio et voluntate: *l. 16. §. 5. D. de bonis libertor.* REPELLI a legato: *l. 36. D. de excusat. l. 37. D. de condition. et demonstrat.* REPVLSI ob negligentiam vel ignauiam, id est, reiici. *l. 2. §. 41. D. ad SC. Tertullian.* REPELLI a nuptiis: *l. 32. D. de rit. nuptiar.* Exceptio perpetua pacti REPELLIT residui petitionem: *l. 5. C. de pact.* REPELLI a petitione: *l. 3. §. vlt. D. de pollicitation. l. 8. C. de legat.* REPELLI praescriptione: *l. 1. D. de vacation.* REPELLERE praescriptione: *l. 6. C. ne de statu defunctor. l. 5. C. de praescript. long. tempor.* REPELLI replicatione: *l. 3. D. si cui plus quam per leg. Falcid.* a successione: *l. 8. C. qui petant tutor.* REPELLI venter: *l. 1. §. 11. D. de ventre in possess. mittend.*

¶. 3. REPELLERE, pro arcere et propulsare. Sic: REPELLERE gladio: *l. 3. C. ad legem Iul. de sicariis.* Vim vi REPELLERE: *l. 11. §. 1. D. quod metus cauff. l. 3. D. de iustit. et iure.*

REPERIRE, inuenire, deprehendere. REPERTVS in delicto: *l. 14. D. de quaestion.* REPERTVS debitor: *l. 4. C. de testament. manumiss.* REPERITVR in possessione: *l. 21. C. de liberal. cauff.*

REPERTORIVM, quod vulgo inuentarium adpellatur. *l. 7. D. de administr. et peric. tutor.* Duker. *de Latinit. vet. iurisconsult. p. 441.*

REPETERE, pro memoria repetere, in *l. 10. D. de pactis l. 14. D. de iur. codicillor.* [Forte in hunc sensum etiam accipienda haec vox est in *l. 1. D. de orig iuris.* Necessarium prius ab vrbis initiis REPETENDVM existimaui.] REPETERE originem suam: *l. 32. D. de liberal. cauff.*

¶. 2. REPETERE *actionem* inchoatam, est desertam ante actionem denuo instituere. *l. 21. D. de inoffic. testam.* ¶. 3 REPETERE *legatum*, est id, quod semel legatum est, relegare, vt Iunius Mauricianus ait, *l. 23. D. de vsu et vsufruct. legat.* et Vlpianus in *l. 3. §. 2. D. quib. mod. vsusfruct. amitt.* et Paullus in *l. 18. D. de vsu et habitat.* Hoc accidit, quum legatum priore testamento inciso exstinctum sequente testamento relegatur. Sic REPETITVR legatum, in *l. 28. §. 1. D. de liberat. legat.* his verbis: QVIBVSQVE LEGATA IN EO TESTAMENTO, QVOD INCIDERAM, DEDI, OMNIA RATA ESSE VOLO. Sic quoque legata REPETI in substitutione dicuntur, quae in principalibus tabulis inutiliter relicta erant. *l. 77. D. de legat. III. l. 19. §. 1. D. de legat. I.* Eodem modo et in codicillis inutiliter data per repetitionem confirmantur hac scriptura: HOC AMPLIVS HERES MEVS DATO. Huc pertinet, quod Iulianus scribit, in REPETVNDIS legatis haec verba, quae adiici solent, ITEM DARE DAMNAS ESTO, ad conditiones et dies legatorum easdem repetundas referri. *l. 63. D. de legat. III.* Sic: REPETERE legatum, et *repetitio* legati, in *l. 32. D. de legat. I.* REPETERE legatum vsusfructus: *l. 24. D. de vsu et vsufr. legat.* REPETERE legatum a substituto: *l. 52. §. vlt. l. 53 et l. 54. D. de legat. I.* ¶. 4. REPETI etiam dicuntur legata, quae ab instituto data a substituto iterum relinquuntur, vel ab vno ex primis heredibus relicta a coherede eius rursum leguntur, in hunc modum: QVAE A FILIO MEO LEGAVI, QVAEQVE EVM DARE IVSSI, HERES MEVS IISDEM DIEBVS DATO. *l. 32. l. 54. D. de legat. I. l. 75. D. de legat. III. l. 80. D. de verb. significat.*

¶. 5. REPETI vsusfructus dicitur, qui qualicumque ratione amissus iterum legatur, et fructuario conseruatur. *l. 2. §. 1. l. 3. princ. et §. 1. l. 5. D. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 3. §. 2. D. vsufructuar. quemadm. caueat.* vt in specie *l. 8. D. de annuis legat.* Vnde REPETITIO vsusfructus: *l. 2. §. 1. D. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 3. D. eod. tit.* vid. etiam *l. 19. D. de legat. I.* ¶. 6. REPETERE *reum*, est iterato reum facere, abolitioneque exemtum reum denuo postulare. *l. 3. §. vlt. D. de accusat. l. 10. §. 1. l. 12. l. 15. §. vlt. l. 17. D. ad SC. Turpill. l. 3. §. 1. et l. 12. §. vlt. D. de accusat. l. 3. §. 1. D. eod. titul. l. 31. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 14. §. 1. D. de bonis libertor.* Suetonius *in Augusto cap.* XXXII. *Diuturnorum reorum et ex quorum sordibus nihil aliud, quam voluptas inimicis quaereretur, nomina aboleuit, conditione proposita, vt si quem* REPETERE *vellet, periculum poenae subiret.* Idem *in Domitiano cap. IX. Reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, vniuersos discrimine liberauit, nec* REPETI *nisi intra annum permisit.* Sic et REPETI reus: *l. 12. §. 1. D. de accusation.* REPETERE accusationem: *l. 6. C. de his, qui accusar. non poss.* et REPETERE *crimen*, quod nihil aliud est, quam indulgentia abolitum crimen ex integro iterum persequi. *l. 7. D. ad SC. Tur-*

REP.

Turpillian. Hoc sensu et REPETI quaestio, id est, iterari dicitur, in *l. 16. D. de quaestion.* Sic et REPETI in quaestionem, est tormentis iterum subiici: *l. 17. D. de quaestionib.* vel in quaestionem iterum peti: *l. 18. §. 1. D. eod. tit.* ¶. 7. REPETITA dic, id est, antelata seu praelata die. *l. 5. §. 7. D. de non. oper. nunciat. l. 9. §. 6. D. ad exhibend. l. 15. §. 31. D. de damn. infect. l. 1. §. 10. D. de itin. actuque priuato.* et REPETITIS diebus, *l. 51. D. ad leg. Aquill.* significat retrorsum computatis, eodemque modo REPETITIONEM triginta dierum accipe, in *l. 34. in fin. D. de obligat. et actionibus.* ¶. 8. [REPETERE, est petere, in *l. 18. in fin. C. ad leg. Iul. de adulter.*] REPETITA fideicommissaria libertas ab herede: *l. 1. C. de fideicomm. libert.* ¶. 9. REPETITI satisdatio dicitur, non quae iterum datur, sed quae condicitur. *l. 1. princ. D. vt legator. vel fideicomm. seruand. cauß. caueat.* ¶. 10. REPETERE, reposcere. Condictione REPETERE, quod indebite solutum est: *l. 3. in fin. D. de transact.* REPETERE vecturam: *l. 15. §. 6. D. locati conducti.* ¶. 11. REPETI dicitur, quod iterato agitur, vel suscipitur. Sic: REPETITA emtio: *l. 7. §. 6. D. de pactis. l. 2. D. de rescind. vendit.* REPETERE honores defunctos: *l. 17. §. 3. D. ad municipal. l. 7. §. 21. D. de interdict. et relegat.* REPETITA potestas: *l. 6. C. de sentent. pass.* REPETI negotium denuo: *l. 3. C. de fid. instr.* ¶. 12. REPETITA praelectio, δευτέρα ἔκδοσις. Iustinianus ita vocari iussit codicis editionem posteriorem. Id vero vult veterum fecisse exemplo videri. *In antiquis libris non solum primas editiones, sed etiam secundas, (quas REPETITAS praelectiones veteres nominabant,) subsequutas esse inuenimus, quod ex libris Vlpiani, viri prudentissimi ad Sabinum scriptis promtum erat quaerentibus reperire. Const. cordi nobis §. 3. de emendat. codic.* Gloss. Nomicae: Ῥεπετιτίωνα, ἀνάδοσιν. HEIN. ¶. 13. Notandae et loquutiones sequentes. Fideicommissum tacite a substitutis REPETITVM: *l. 4. C. ad SC. Trebell.* Conditionem emancipationis REPETITAM: *l. 77. princ. D. de condit. et demonstration.*

REPETITIO, pro condictione. *l. 41. D. de regul. iur.* ¶. 2. REPETITIO legati et vsusfructus, vide REPETERE legatum et vsumfructum.

REPETVNDAE. Lex Iulia REPETVNDARVM, quae et de REPETVNDIS dicitur. *l. 7. D. ad leg. Iul. repetund.* REPETVNDARVM crimeo, quod de pecuniis repetundis ex lege Iulia intenditur, etiam pecuniarum nomine, quas quis, quum in magistratu aliquo, potestate, curatione, ministerio esset, ob iudicandum vel non iudicandum acceperit, vel quo magis vel minus ex officio suo faceret, vel ob militem dum mittendumue. *tot. tit. de leg. Iul. repetund.*

REPIGNORARE, est luere et liberare pignus, aduersatur que verbo pignorare. *l. 5. §. 12. D. commodati.* Festus *Lib. XVI. Reluere, soluere, repignorare. Caecilius in Carmine. Vt aurum et vestem, quod matris fuit, reluat, quod viua* *ipsi opposuit pignori.* Vt *replumbare* est adplumbata dissoluere, *resignare*, signatum aperire, et aliis satis multis in verbis articulus RE contrariam simplici verbo tribuit significationem. Alias vero iterationem, et geminationem significat, vt *retractare* interdum est, iterum tractare, vt iofra dicemus, et *relegare* repetere legatum, de quo in verbo REPETERE.

REPLERE, implere. REPLERE locum, vnde exemta est creta: *l. 16. D. de praescript. verb.* REPLENDAM liberis ciuitatem: *l. 1. D. soluto matrimon.* ¶. 2. REPLERE aliquando est, addere, quod deest, et supplere. REPLERI pretium: *l. 4. §. 10. D. de manumiss.* REPLERE quod deest: *l. 14. D. de vsu et vsufruct. legat.*

REPLICARE, est resoluere ius exceptionis. *princ. Inst. de replicat.* REPLICARE: *l. 35. D. de pact. l. 3. D. de pignorat. action.* REPLICARI: *l. 48. D. de procuratorib. l. 9. §. 4. D. de iureiurando. l. 17. §. 4. D. de institor. action.* Vtiliter REPLICARI: *l. 35. D. de pactis.* REPLICARE Graeci dicunt ἀντιδιαπλέκειν. Aeschines κατὰ κτησιφῶντος *p. 432. Oper. Demosth. et Aeschin.* Ναὶ· ἀλλ' ἀντιδιαπλέκει πρὸς τοῦτο εὐθέως, λέγων. *Est: sed statim contra hoc replicabit, dicens.*

REPLICATIO, responsio ad exceptionem, eiusque depulsio. *i. 3. princ. D. si cui plus, quam per leg. Falcid. l. 28. D. de noxal action. l. 3. D. de pignorat. action. l. 4. §. vlt. D. si quis caution. in iudic. sistend. l. 25. D. de dolo mal.* Est ergo REPLICATIO contraria exceptio, et quasi exceptionis exceptio. *l. 22. D. de exception.* Dicitur enim aduersus exceptionem, per eamque eliditur exceptio. *l. 48. D. de procurator. l. 28. D. de noxalib. action. l. 21. §. 1. D. de pignorib. l. 1. in fin. D. de except. rei vend. l. 72. in fin. D. de rei vindicat. l. 19. C. de transaction. i. 7. §. 6. D. pro emtore.* Vetus Glossarium Graecum vertit ἀνάπλοκή. et mox: ἀναπλοκή, ἀνάλυσις, παραγραφῆ παραγραφῆς. REPICATIO, *resolutio, exceptio exceptionis.* REPLICATIO in factum: *l. 24. D. de fideiussor.* REPLICATIO aduersus exceptionem: *l. 15. D. de exceptionib. l. 1. §. vlt. D. de except. rei vendit.* REPLICATIO contra exceptionem: *l. vlt. C. si aduers. transaction* REPLICATIONE contra exceptionem vti: *l. 2. C. de iudic.* REPLICATIO obiicitur exceptioni: *i. 9. §. vlt. D. de liberal. caussa.* REPLICATIONE vti: *l. 4. §. 32. D. de doli mal. et met. exceptione.*

REPLVMBARE, est adplumbata dissoluere: *l. 19. §. 3. D. de aur. argent. legat.*

REPONERE, ponere iterum, seponere, recondere. REPONI aedificium: *i. 20. §. 2. D. de seruitut. praedior. vrban.* REPONI arbor: *l. 3. §. vlt. D. arbor. furtim caesar.* REPOSITI fructus, id est, reconditi. *l. 12. l. 19. §. vlt. D. de instruct. vel instrum. legat.* et REPOSITVM frumentum: *l. 18. §. 9. D. eod. tit.* Sic et REPOSITA io horreis: *l. 88. D. de legat. III.* Lapides REPONI: *l. 43. D. de rei vindicat.* REPOSITA

Mmmm mmm omnia:

REP.

omnia: *l. 92. §. ult. D. de legat. III.* REPONERE onus in ripis: *l. 5. D. de rer. diuision.* REPOSITI numi praesidii caussa: *l. 75. D. de legat. III.* REPONI tegulae, in *l. 18. D. de action. emti.* dicuntur, quae sunt detractae. *l. 43. D. de rei vindicatione.* ¶. 2. REPONERE se in obligationem, in *l. 10. D. quod metus causs.* dicuntur, in quorum persona redintegratur obligatio, vt *ibidem.* ¶. 3. In potestate Titii REPOSITVM est, *l. 68. D. de hered. instituend.* id est, in arbitrio eius et potestate positum.

REPORTARE sententiam: *l. 4. C. mandati.* REPORTARE vindictam: *l. vlt. C. ad SC. Turpillian.*

REPOSCERE, tam est repetere, quam simpliciter poscere, exigere. REPOSCIT caussa, id est, exigit. *l. 13. D. de custod. reor.* REPOSCERE commodatum, id est, repetere. *l. 20. D. de adquir. possessione.* sic et REPOSCERE debitum: *l. 13. D. de administrat. tutor.* REPOSCERE iudices: *l. 2. C. de action. emti.* REPOSCERE rationem tutelae: *l. 2. C. de in litem iurand.* REPOSCERE tutelam: *l. 29. D. de administrat. et pericul. tutor.*

REPOSITORIA. *l. 19. §. 10. D. de auro argent. legat.*

REPRAESENTARE, est quod in diem debetur, ante diem soluere, quod Graeci dicunt προκαταβάλλειν. Sic: REPRAESENTARE debita: *l. 1. C. de condictione ex lege.* REPRAESENTARE fideicommissum: *l. 36. §. vlt. D. de condit. et demonstrat. l. 22. princ. D. ad SC. Trebell.* Cicero *Lib. XVI. ad Attic. Epist. 2. Mihi quidem*, inquit, *istorum animi videntur incendi ad* REPRAESENTANDAM *improbitatem suam.* Sueton. *in August. Cap. CI. Summam legionariis legatam* REPRAESENTARI *iussit.* Sic REPRAESENTATA libertas dicitur, quae ante diem soluta est. *l. 37. l. 41. §. 1. D. de fideicomm. libertat.* et REPRAESENTATA pecunia: *l. 8. §. 6. D. de transactionib.* Hoc sensu etiam dicitur REPRAESENTARI condemnatio: *l. 24. §. 2. D. soluto matrimon.* et restitutio: *l. 55. §. 1. D. ad SC. Trebellian.* REPRAESENTARE damnum: *l. 21. §. 3. D. de actione rer. amotar.* REPRAESENTARI etiam cognitio dicitur, quae non exspectato pubertatis tempore statim suscipitur et mature iudicatur. *l. 3. §. 5. D. de Carbonian. edict. et l. 3. §. 4. D. de liber. exhibend.* ¶. 2. Aliquando etiam REPRAESENTARE est simpliciter dare, seu numerare. *l. 7. C. de rer. permutat.* ¶. 3. REPRAESENTARE aliquid dicitur, ad quod proxime accedit. Sic: dolum REPRAESENTARI culpa, in *l. 1. §. 1. D. si is, qui testam. liber. esse iuss.* ¶. 4. REPRAESENTARE se, est praesentiam sui facere: *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* REPRAESENTARE sese; *l. 8. C. quomodo et quand iudex sentent.* ¶. 5. REPRAESENTARE ius praeses prouinciae dicitur in prouincia, qui in eadem iudicis et iuris vicem tenet. *l. 1. C. vbi causs. stat.* ¶. 6.

REP.

REPRAESENTARI caussae dicuntur, in *l. 8. C. de adpellat.*

REPRAESENTATIO, ante diem solutio. *l. 24. §. 2. D. solut. matrim. l. 1. l. 2. princ. D. de dote praelegata. l. 88. §. 5. D. de legat. II. l. 10. §. 12. D. quae in fraud. creditor. §. 14. Instit. de legatis.*

REPRAESTARE duobus in locis in Pandectis Florentinis inuenitur, in *l. 47. D. de action. emti. et l. 21. princ. D. ad SC. Trebell.* Displicet haec lectio Cuiacio *Lib. III. Obseru. cap. 15.* reponitque ille *repraesentare.* Placet rursus eidem *Lib. XIII. Obseru. cap. 35.* Iulius Pacius ad *l. 22. pr. D. ad SC. Trebell.* magis probat scripturam, vbi *repraesentare* legitur: quin et ipse Brissonius noster, qui supra in REPRAESENTARE hanc ipsam *l. 22. D. ad SC. Trebell.* excitat. Add. V. C. Car Aodr. Duker. *de Latin. veter. iurisc. p. 337.* HEIN.

[REPREHENSIO. Vestimenta, quibus sine REPREHENSIONE vel vir vel vxor vtatur: *l. 23. §. 2. D. de aur. argent. legat.* vbi verba; *sine reprehensione* ἐμφατικῶς accipienda sunt, pro lege, vsu, more ceterorum ciuium, explicante Guil. Fornerio *Lib. I. Selection. cap. 1.*]

REPROBARE, improbare, reiicere. REPROBARE contractum; *l. 10. C. quod cum eo, qui in al. potest.* REPROBARI medicus: *l. 11. §. 3. D. de muner. et honor.* Vultu principis signatam monetam REPROBAVERIT: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 25. §. 1.* REPROBATO nomine: *l. 4. C. si certum petat.* REPROBARI item testimonium dicitur, in *l. 21. D de his, qui notant. infam.* REPROBARE tutorem: *l. 2. C. de testament. tutel.*

REPROMISSIO, satisdationi opponitur, in *l. vlt. §. 1. D. quod legator.* REPROMISSIO dotis: *l. 72. D. de iur. dotium.*

REPROMITTERE, aliud est quam satisdare, *l. 5. §. 17. D. de oper. nou. nunciat.* Nam REPROMITTERE est nuda pollicitatione cautioneque promittere, non satisdato. *l. 4. D. de manumission. l. 5. §. 17. D. de oper. nou. nunciat. l. 9. §. 4. l. 13. princ. et §. 1. l. 30. §. 1. D. de damn. infect. l. 3. l. 5. §. 2. D. de condict. causs. data. l. 10. D. de his, quae vt indign. l. 22. D. de oper. libertor.* Proinde REPROMITTI et satisdari opponuntur. *l. 37. D. de euictionib. l. 45. D. de procurator.* Item REPROMISSVM et satisdatum. *l. 20. §. 13. D. de oper. nou. nunciat. et l. 9. §. 4. et 5. D. de damno infecto.* REPROMISSVM est: *l. 42. D. de action. emti.* REPROMITTERE custodiam: *l. 9. §. vlt. D. de iur. dotium.* REPROMITTERE de dolo: *l. 15. D. de pignor. action. l. 9. §. 5. et 7. D. quod ... t. caussa. l. 13. §. 17. D. de action. emti. l. 58. D. de euiction.* REPROMISSA libertas: *l. 4. C. si mancip. ita venier.*

REPVDIARE, id est, nolle ad se pertinere, vt loquitur *l. 8. §. 1. D. de rebus creditis.* [neque REPVDIARI proprie dici potest, quod iam adquisitum est. *l. 34. §. 2. D de legat. II.*]

REPV-

REP.

REPVDIARE bona: *l. 21. §. vlt. D. de iur. patron.* REPVDIARE bonorum possessionem: *l. 2. D. vnde legitimi. l. 8. D. de bonor. possess. l. 15. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 1. D. de successor. edicto.* REPVDIARI bonorum possessio: *l. 7. §. 1. D. si tabul. testam. l. 1. C. de repud. bonor. possess.* REPVDIARE fideicommissum: *l. 34. §. 2. D. de legat. II.* REPVDIATA hereditas: *l. 2. C. de legit. hered.* REPVDIARE legatum: *l. 2. D. de manumission. l. 34. D. ad leg. Aquill. l. 8. in fin D. de reb. credit. l. 5. §. 8. D. de reb. eor. qui sub tutel. l. 38. princ. et §. vlt. D. de legat. I. l. 45. §. 1. et l. 13. D. de legat. I. l. 59. D. de legat. II. l. 40. D. de legat. I. l. 101. D. eod. tit. l. 9. D. de vsu et vsufructu legat. l. 7. D. de legat. I.* REPVDIARE a se legatum: *l. 10. D. de optian. vel elect. legat.* REPVDIATVM legatum: *l. 8. §. 21. D. quib. mod. pign. vel hypoth. tacit. contrah.* REPVDIARE delatam successionem: *l. 12. C. de testamento manumiss.* REPVDIARE successorem: *l. 9. C. de petit. heredit.* REPVDIARE defuncti voluntatem: *l. 80. §. vlt. D. de legat. II.* ¶. 2. REPVDIARE, est ius nobis delatum repellere. Repudiantur enim ea tantum, quae iam delata sunt. *l. 1. §. 7. D. de successor. edict.* Nec repudiare quis id potest, quod, si velit, habiturus non est. *l. 135. D. de regul. iur.* Sueton. *in Claudio cap. XXV. Sponsas admodum adolescens duas habuit. Priorem, quod parentes eius Augustum offenderant, virginem adhuc* REPVDIAVIT. Sueton *in Iulio cap. XVIII.* REPVDIATO *priore sponso.* REPVDIARE conditionem: *l. 11. D. de rit. nuptiar.* Sic ergo REPVDIARI futurum matrimonium potest. *l. 191. D. de verb. signific.* ¶. 3. REPVDIARE, de iam contracto matrimonio. REPVDIARE vxorem: *l. 29. D de manumiss. testam.* REPVDIARI vxor: *l. 7. l. 12. D. de rit. nuptiar.* REPVDIATVS, pro eo, cui ab vxore repudium missum est. *l. 38. D. soluto matrimonio.* ¶. 4. REPVDIARE, pro non admittere. REPVDIATA adpellatio a iudice: *l. 3. C. de adpellat. l. 31. D. de adpellat.*

REPVDIATIO fideicommissi: *l. 26. C. de fideicommiss.*

REPVDIVM a *diuortio* separat Modestinus, in *l. 101. §. 1. D. de verb. signif.* additque REPVDIVM sponsae remitti videtur, quod et in vxoris personam non absurde cadit. Inter *diuortium* et REPVDIVM hoc interest, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest: non recte autem sponsa diuortisse dicitur, ait Paullus, in *l. 191. D de verbor. signific.* REPVDIVM autem non nuptiarum tantum diremtionem renunciationemue, sed et sponsaliorum significat. *l. 2. D. de diuortiis.* Maeuia REPVDIVM sponsalibus misit, atque ita alii nupsit. *l. 38. D. soluto matrimon.* Sic et *iniusti* REPVDII *esse actionem* dixit Quinctil. *declam. I.* Vetus Glossar. Graecum: REPVDIVM, διάζευξις τοῦ γάμου. Glossarium etiam vertit: διαζύγιον. Iustinus Martyr *in Apolog. pro Christianis I. ad Senatum Roman. p. 42.* Ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθεὶς, χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται, μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ, καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον παρ᾽ ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα. *Postquam vero maritus Alexandriam profectus, multo etiam deterior factus esse dictus est; femina verita, si de cetero eodem cum illo lecto eademque mensa vteretur, ne impietatis eius fieret particeps, misso illi, quod apud vos dicitur, REPVDIO, ab eo seiuncta est.* REPVDIVM *dicere.* Tacit. *Lib. III. Annal. cap. XXII.* REPVDIVM mittere: *l. 38. D. soluto matrimon. l. 3. l. 4. et l. 8. D. de diuort. l. 57. D. de donat. inter vir. et vxor.* REPVDIVM missum: *l. 43. D. ad leg. Iul. de adulter.* REPVDIO misso: *l. 3. D de diuortiis.* REPVDIVM *remittere. l. 191. D. de verb. signif.* Terent. *in Phormion. Act. V. scen. 7. v. 35.* Sueton. *in Caligula Cap. XXXVI.* et apud Senecam *Lib. VII. controuers. 6.* REPVDIVM *renunciare.* Plaut. *in Aulular. I, 10. 54.* Terent. *in Phormion. IV, 3. 72.* REPVDIVM *scribere.* Tertullian. *in Apologet. Cap. VI. Per annos sexcentos nulla REPVDIVM domus scripsit.* [Ceterum REPVDIVM iustae tantum vxoris dici solere, non etiam feminae superinductae, nec dari repudium concubinae vmquam aliquem dixisse, scribit Baronius *ad ann CCCVI. § 7. p. 6.*]

REPVRGIVM, in *l. 1. C. de aquaeduct. et l. 15. C. Thead. eod. tit.* Qua forma veteres dixerunt etiam *perpluuium, impendium, confugium, suffugium,* et similia. Vid. Io. Frider. Gronou. *Lib. I. Obseruat. cap. 19. p. 155.* HEIN.

REPVTARE, in computatione ineunda aliquid imputare significat. *l. 36. D. de negot. gest. l. 40. §. 1. in fin. D. de minor l. 1. §. 4. D. de tutel. et ration. distrah. l. 32. §. 6. D. de administr. et pericul. tutor. l. 7. D. eod. tit. l. 39. §. 3. D. famil. erciscund. l. 21. D. de solution. l. 5. C. de iudic. l. 88. §. 5. D. de legat. II. et tot. tit. C. de reputation. quae fiunt.* Sic: REPVTARE alimenta: *l. 34. D. de negot. gest.* REPVTARE in damno: *l. 1. §. 15. D. quod vi aut clam.* pretium: *l. 4. C. de iudic.* REPVTANDI sumtus: *l. 61. D. locati.* REPVTARE vsuras: *l. 40. §. vlt. D. de minor.* Et sic etiam

REPVTATIO, pro imputatione. REPVTATIONES admittere: *l. 2. D. vbi pupill. educar.* REPVTATIO: *l. 48. D. de solution.* REPVTATIONES: *l. 19. D. famil. erciscund. l. 10. §. 9. D. mandati. l. 8. l. 25. §. 2. D. locati. l. 5. D. de fideiussor. tutor.* REPVTATIO vsurae: *l. 40. D. de vsuris.*

REQ.

REQVIRERE, inquirere, inuestigare, REQVIRERE adnotatos: *l. 1. §. 1. D. de requirend. vel absentibus damnandis. l. 6. D. de custod. reor. l. 4. §. 5. D. de re militar. l. 2. C. si pendent. adpellat.* REQVIRENDI adnotati: *l. 1. §. 3. D. de iur. fisc.* REQVIRERE fugitiuum: *l. 3. D. de fugitiu.* REQVIRENDI fugitiui: *l. 2. C. de seru. fugitiu.* REQVIRERE reum: *tot. tit. D. de requir. vel absent. damnand.* REQVIRENDVS factus: *l. 1. C. de requir. reis.* Litigatores non citati, sed REQVISITI: *l. 15. in fin. C. de iudic.* REQVIRERE necessarios pupilli vel parentes: *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur.* REQVIRERE debet, id est, inquirere, *l. 36. D. de rei vindicat.*

cat. sic et REQVIRERE praetor dicitur, in *l. 5. §. 1. D. quib. ex causs. in possess. eatur.* REQVIRI veritas. *l. 10. §. vlt. D. de quaestion.* ad REQVIRENDAM veritatem: *l. 8. D. eod. tit.* REQVIRI custodia dimissa: *l. vlt. D. de custod. et exhibit. reor.* REQVIRI in iudicio: *l. 6. D. de statu defunctor.* REQVIRENDVM est: *l. 39. D. de stipulat. seruor. l. 63. §. 4. D. ad SC. Trebellian. l. 25. D. de liberat. legat.*

RES.

RES. REI adpellatio generalis est. Continet enim omnia, quae vel in patrimonio sunt, vel extra patrimonium, et ad omnem contractum caussasque et iura pertinet. *l. 5. et l. 23. D. de verb. signific.* Sunt autem tres praecipue huius vocabuli significationes, hoc Ausonii *in Technopaegn. Idyll. V. v. 148.* versiculo comprehensae.

Imperium, litem, Venerem, cur vna notat REA?

¶. 2. RES ergo, vt de duabus, quae nihil ad ius pertinent, taceam, pro lite accipitur in *l. 8. §. 1. D. de inofficios. testam.* et apud Horat. *Lib. I. Sermon. Sat. 9. v. 41.* Et olim summe dubitatum inter formularios fuisse Cicero *pro Murena Cap. XII.* ostendit, REM, an *litem* dici oporteret? Vnde in actionum ciuilium sollemnibus sub disiunctione verba haec ita, Varrone *Lib. VI. de lingu. Latin. c. 5.* teste, efferebantur: *quam* REM *siue litem dicere oportet.* Coniunctim vero protulit Imperator, in *l. 9. C. de suis et legitim.* vt et in sollemni formula rerum a feciali repetundarum, quae a Liuio *Lib. I. cap. 32.* ponitur: QVARVM RERVM, LITIVM, CAVSSARVM, CONDIXIT PATER PATRATVS. Inde REM amittere litem amittere est, *l. 8. D. de restit. in integr. l. 22. §. penult. D. rat. rem haber. l. 5. D. de stipulat. praetor.* REM differri, id est, litem. *l. 3. §. 4. D. de liber. exhib.* RES perire dicuntur a Liuio *Lib. XXIX.* id est, lites. Sic et RES perire tractu temporis dicitur, in *l. 12. D. de procurator.* Item si RES tempore peritura sit, *l. 3. D. de feriis.* id est, si dilatio actionem et litem sit peremtura, *l. 1. D. de feriis.* Porro REM seruare, pro debitum suum ab aliquo consequi, et vt alias dicitur, ad suum peruenire. *l. 2. l. 4. D. de dolo mal. l. 19. D. ad SC. Velleian. l. 2. §. 15. D. de heredit. vel action. vendit. l. 11. in fin. l. 12. D. ad municipal. l. 2. D. de institor. act. l. 35. §. vlt. D. locati. l. 4. in fin. D. de administr. rerum ad ciuit. pertin. l. vlt. D. rem pupilli saln. for. l. 38. D. de excusat. tutor. l. 10. D. de doli mal. except.* Inde REI seruandae caussa in possessionem mitti dicuntur creditores. *l. 2. D. de feriis. l. 1. et l. 7. D. quib. ex causs. in possess. l. 3. §. vlt. D. de adquir. possess. l. 13. D. quae in fraud. credit. l. 51. §. 1. D. de re iudicat. l. 5. §. 2. et §. 4. D. vt in possess. legator. l. 3. §. 8. D. vti possidetis. l. 5. §. 1. D. ad exhibend. l. 26. D. ad municipal. l. 50. D. de pecul. l. penult. §. 4. D. de diuers. temp. l. 9. D. de rei vindicat.* Etiam REI seruandae caussa in possessionem bonorum tutoris, qui, ne alimenta decernantur, latitat, pupillus mittitur. *l. 7. §. 2. D. de suspect. tutor.* Sed et REI seruandae gratia, fideicommissi seruandi gratia significat, in *l. 9. D. de annuit legat.* quamquam alias hae duae missionum in possessionem caussae vt diuersae separentur. *l. 1. D. ex quib. causs. in possess. eatur.* REI autem seruandae caussa non possidet, qui suo iure vt pignus tenet. *l. 13. D. quae in fraud. creditor.* ¶. 2. RES, pro obligatione. Sic RES perire dicitur, quum obligatio euanescit, et soluitur, in *l. 9. D. de solut. et liberation.* ¶. 3. RES, pro eo, quod in patrimonio est. REI persequutionem continent actiones, quibus persequimur, quod ex patrimonio nobis abest. *l. 35. D. de obligat. et action. §. 17. Instit. de actionib.* Sic REI persequutionem continet actio. *l. 11. D. de reb. auctor. iudic. possid.* Vnde REI persequutio et poenae vindicta opponuntur. *l. 20. §. 1. D. de adquir. vel omitt. heredit.* et REI persequutio et vindicta. *l. 10. D. de sepulcro viol.* ¶. 4. RES, pro vi et effectu, in *l. penult. D. de statuliber.* Sic: cum RE, id est, cum effectu. Vlpian. *tit. XXIII. Regular. §. 6.* in quo autem iste effectus consistat, idem docet *tit. XXVIII. §. 13.* ¶. 5. RES etiam veritatem significat. *l. 9. §. 4. D. de iur. et fact. ignor. l. 33. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 2. §. 15. D. pro emtore.* ¶. 6. RES etiam pro facultatibus et substantia accipitur. Sic: RES familiaris: *l. 18. D. de adimend. legat.* RES familiaris vltioni opponitur: *l. 6. D. de sepulcro violat. l. 3. §. 1. D. de decurion. l. 24. D. quae in fraud. creditor.* ¶. 7. Vnde et RES pro hereditate intelligitur. Sic: REM habere: *l. 2. §. 8. D. ad SC. Tertullian. l. 8. D. si tabul. testam. l. 5. §. vlt. D. de bonor. possess. secund. tabul.* Cicero *Lib. III. Officior. cap. 18. Non erat aequum, principes ciues* REM *habere.* REM habere et REM auferre. *l. 16. D. de legat. praestand.* REM ab intestato habere: *l. 16. D. de legat. praestand.* REM habere sestertiorum triginta millium. *Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. IV. §. 5.* REM habituros: *l. 1. §. 8. D. si tabul. testam. null. exstab.* Item REM omnimodo habiturus est: *l. 84. D. de adquirend. vel omitt. heredit.* Sic et RES matris, pro hereditate, *l. 77. §. 19. D. de legat. II.* et REM indiuisam cum fratre. *l. 89. §. 1. D. eod. titul.* Hanc Martialis *Lib. X. epigr. 47.* adpellat REM *relictam*, in illo versu:

RES *non parta labore, sed relicta.*

Itaque REM habere, successionem obtinere est. *l. 12. D. de iniust. rupt. irrit. fact. testam. l. 4. in fin. D. de fideicommissar. libertat. l. 83. D. de adquir. heredit.* Vnde bonorum possessio quaedam esse *cum* RE dicitur, nimirum quum is, qui accepit bona, ea cum effectu retinet. Quaedam *sine RE*, quum alius euincere iure ciuili hereditatem potest, veluti si suus heres intestato sit. *l. 8. §. 1. D. de inoffic. testam. l. 25. C. eod. tit.* et apud Vlpian. *tit. XXVIII. Regul. §. vlt.* [Et ita sacri profanique auctores a iurisconsultis loqui didicerunt. Ambros. *Lib. IX. epistol. Sunt heredes sine* RE, *sunt et cum* RE. Ouid. *Amor. III, 3.*

Aut sine RE *nomen Deus est, frustraque timetur.*

Vid. Cuiac. *Lib. VI. Respons. Papin. ad l. penult. vnde liberi.*] ¶. 8. RES existimationi opponitur. *l. 9. §. 4. D. de iur. et facti ignor. l. 2. §. 15. D. pro emtore.* vt substantia opinioni. *l. 2. §. 2. D. eod. tit.* ¶. 9. REI adpellatio non genus, sed speciem significat, in *l. 1. §. 1. D. de rei vindicat.* ¶. 10. REI etiam adpellatione et *tota res*, et *pars* eius

RES.

eius continetur. *l. 7. D. de iureiur. l. 4. §. 1. D. de damn. infect. l. 13. D. de fundo dotal.* Eademque RES peti intelligitur, etiam si pars petatur eius, quod totum petitum est. *l. 7. D. de except. rei iudicat.*

¶. 11. REM ipsam habere videtur, qui actionem ad eam recuperandam habet. *l. 15. D. de regul. iur. l. 143. D. de verbor. significat.* ¶. 12. RES vel mobiles sunt, vel soli. *l. 2. D. de condict. tritic. l. 1. D. de rei vindic. l. 51. D. de donat. inter vir. et vxor.* RES vel soli sunt, vel mobiles, vel se mouentes. *l. 1. D. de aedilit. edict.*

¶. 13 Sunt etiam RES, quae in abusu continentur, vt puta vinum, triticum, oleum, Vlpian. *tit. XXIV. Regul. §. 27.* vt quae pondere, numero, et mensura consistunt vel continentur. *l. 2. princ. et §. 3. D. de reb. credit.* ¶. 14. RES, pro facto. REM illicitam admisisse: *l. 1. C. de liberal. caussa.* Sic obligationes ex maleficio ex RE nasci, id est, ex ipso facto illicito, dicuntur *princ. Instit. de oblig. quae ex delict. nasc.* ¶. 15 RES *iudicata* dicitur, quae finem controuersiarum iudicis pronunciatione accepit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. *l. 1. D. de re iudicata.* REI *iudicatae* clausula, in *l. vlt. D. iudic. solui.* significat eam stipulationis iudicatum solui clausulam, quae ad iudicati solutionem proprie pertinet.

¶. 16. REI *vxoriae* actio adpellatur, quae soluto matrimonio dotis repetendae caussa dabatur. *l. vn. C. de rei vxor. act. §. 29. Inst. de action.* Eius meminerunt Cicero *Lib. III. officior. cap. 15.* Quinctilian. *Lib. VIII. cap. 3.* et Gell. *Lib. IV. cap. 3.* Eius autem in Pandectis nusquam gentium fit mentio, quod ea a Iustiniano in actionem ex stipulatu de dote translata et transfusa esset. ¶. 17. *In* REM, id est, indefinite. *l. 5. §. 1. D. de pecun. constit.* Sic *in* REM, vel in personam: *l. 5. §. 15. D. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur.* Quae inter se opponuntur. *l. 10. D. de oper. nou. nunciat.* Vnde non *in* REM, sed personalis actio, in *l. 6. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* Vetus Glossar. *In REM actio est, quae non solum specialiter vnam vel duas personas, sed generaliter complectitur omnes, ad quos pertinet, vel pertinere poterit.* Sic *in* REM scripta exceptio, *l. 4. §. 33. D. de dol. mal. et met. except.* et *in* REM opponi exceptio. *l. 2. §. 2. D. eod. tit.* Item *in* REM collata verba: *l. 8. D. vt legator. seu fideic. caussa cau.* *In* REM concepta stipulatio: *l. 10. D. quand. dies legator.* Cautio *in* REM concepta: *l. 5. D. vsufructuar. quemadm. caueat.* Item *in* REM iurare, et in sua tantum persona opponitur. *l. 1. §. 3. D. quar. rer. actio.* Sic et *in* REM scriptum edictum, id est, indefinite. *l. 5. §. 1. D. quib. ex causs. in possess. eat.* *In* REM pactus: *l. 7. §. vlt. D. de exception.* *In* REM conceptum pactum: *l. 57. § vlt. D. de pact.* Item *in* REM alicuius credere pecuniam: *l. 8. C. mandat. vel contra.* *In* REM alicuius accipere mutuam pecuniam: *l. 7. et l. 3. C. si alien. res.* Sic *in* REM suam obligari: *l. 1. D. de contrar. tutel. et util. action.* *In* REM suam fideiussor: *l. 4. D. de pactis.* Sic *in* REM suam fideiubet obligari, veluti pro suo procuratore, aut si ad eum pecunia peruenerit, et ipse reum dederit vice sua, pro eoque fideiusserit. *l. 13. l. 22. D. de pactis. l. 5. D. de liberatione legat.* *In* REM quid sit, in multis Pandectarum locis explicaui *supra Lib. IX.* ¶. 18. RES, pro vtilitas, commodum, compendium. Sic: *in* REM suam procurator datus: *l. 13. D. de pact. l. 20. D. de adpellation.* dicitur qui mandatas sibi actiones lucro et commodo suo exercet. In REM suam cognitor vel procurator. Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 2. §. 3.* In REM suam datus est, qui fideiubet pro re aliqua in ea caussa, quae futura est eius.

¶. 19. REM *pupilli saluam fore* cautio praetoria, quam Theophilus *ad §. 4. Instit. de diuision. stipulat.* sic explicat. Ὁ γὰρ πραίτωρ τὸν καθιστάμενον ἐπίτροπον ἐγγύας διδόναι κελεύει, ὅτι σῶα καὶ ἀκέραια τοῦ ἀνήβου φυλαχθήσεται τὰ πράγματα. *Praetor autem tutorem, qui constituitur, datis fideiussoribus cauere iubet, fore, vt res pupilli saluae et incolumes seruentur.* ¶. 20. RES, pro negotio, vel eo, de quo agitur. Nec ad rem facit: *l. 4. C. arbitr. tutel.* item nec ad REM pertinet. *l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcidiam.* ¶. 21. RES, pro facto. Sic RE atrocem iniuriam haberi vel fieri dicit Vlpianus *l. 7. §. vlt. et l. 9. D. de iniur.* Sic et RE fieri collatio dicitur, si res ipsa conferatur. *l. 1. §. 11. D. de collat. bonor.* RE conuenire. *l. 1. D. de pact.* Sed RE exclusus non videtur, quem praetor se in integrum restituturum pollicetur. *l. 5. D. de in integr. restit.* Item RE mora fieri dicitur, veluti si dies solutionis praeterierit. *l. 5. D. de minorib.* Sic alibi ex RE moram esse, *l. 26. §. 1. D. de fideicommiss. libert.* Ex RE mora fieri: *l. 32. D. de vsur.* In RE mora esse: *l. 22. l. 38. D. eod. tit.*

¶. 22. RES, pro solutione, numeratione, et generatim re aliqua intercedente. Sic: RE obligatio contrahi dicitur, in *l. 17. D. de pact.* et RE contrahitur obligatio, *l. 1. D. de oblig. et action.* quae re demum intercedente contrahitur. *l. 1. et l. 52. D. de obligat. et action. l. 1. in fin. l. 17. D. de pactis. l. 8. §. 1. D. de fideiussor. l. 1. D. de nouation. l. 2. §. vlt. D. ad SC. Velleian. l. 13. §. 7. D. de acceptilat. l. 12. C. si cert. petat.* vt fit mutui datione, commodato, deposito, pignoris traditione. *princ. Inst. quib. mod. re contrah. obligat.* Ita RE factum contractum, id est, numeratione, dixit Vlpianus, *l. 9. §. 3. D. de reb. credit.* Societas vero RE contrahi, id est, communicatione bonorum dicitur in *l. 4. D. pro socio.* quamquam in ea nudo consensu obligatio constituatur. Sic et RE solui obligatio dicitur, id est, solutione. *l. 80. D. de solution.* RE item praestare, iurisconsulti dixerunt. *l. 47. D. de action. emti.* vt et RE tradere: *l. 5. §. vlt. D. eod. tit.* RE et facto transfertur domicilium: *l. 20. D. ad municipal.* Vnde ¶. 23. RE et *verbis* opponuntur. *l. 1. §. 1. D. de iniur.* vbi Labeo iniuriam RE fieri definit, quoties manus inferuntur. Sic REIPSA et verbo opponuntur, in *l. 37. princ. ad SC. Trebellian.* ¶. 24. RES, pro vtilitate vel ratione. Non abs RE: *l. 14. D. de probation.* Non ab RE est: *l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* Non abs RE erit: *l. 1. C. si maior fact. l. 4. §. 5. D. de fideicommiss. libert.* E RE est: *l. 1. D. de reb. cred. l. 1. D. si is, qui testam. lib. esse iuss. l. 1. §. 2. D. de publican. et vectigal. l. 18. § 2. D. de pecun. constit.* Sic e RE est, et non ab RE erit: *l. 26. D. de re iudicat.* E RE putauit praetor. *l. 1. princ. D. de successor. edict. l. 1. §. 1. D. de publican. et vectig.*

¶. 25. *Ex* RE fructuarii, item bonae fidei possessoris esse videtur, quod bi seruo donauerunt vel concesserunt, vel administratione rerum, quae ad eos pertinent, compendii fecerint, *l. 38. D. de vsufruct.*

fruct. Sed et si bona fide possessori vel fructuario seruus acceptum roget vel paciscatur, ne ab iis petatur, *ex* RE eorum adquirere videntur, quum eos liberent. *l. 63. D de solution. l. 11. D. de acceptilat.* Sed etsi hereditatem possessorum fructuariorumue intuitu et contemplatione sibi relictam iossu eorum adeant, non opera sua, sed *ex* RE eorum adquisisse intelliguntur. *l. 45. in fin. D. de adquir. heredit. l. 32. D. de liberal. causs.* Atque haec interpretatio pertinet ad id, quod dicitur, fructuario bonaeue fidei possessori seruum, quod ex litteris suis vel *ex* RE eorum stipulatur, aut per traditionem accipit, adquirere. ¶. 26. *In* RE, et in aestimatione (immo existimatione) opponuntur *l. 9. §. 4. D. de iur. fact. ignor.* Sic *in* RE est, accipitur, in *l. 30. D. de adquir. vel omitt. heredit.*

¶. 27. RES *Italicae*, quid earum adpellatione contineatur, exponitur in *l. 35. §. 3. D. de hered. instituend.* ¶. 28. [RES *priuata* principis. *l. 21. C. de decurion.* add. *tit. C. de comit. rei priuat.* et *Lib. XIV. supra.*] ¶. 29. RERVM *natura*, pro mundo. In RERVM *natura* non sit. *l. 30. §. 1. D. de iurisd.* Sic et quae exstant, et quae in RERVM *natura* esse desierunt. *l. 17. §. 2. D. de act. rer. amotar.* Vid. *supra Lib. XII.* ¶. 30. In REBVS *humanis* agere, vel esse, pro viuere, exsistere. In REBVS *humanis* agere: *l. 1. C. de inoffic. testam.* REBVS *humanis* defunctus: *l. 2. C. vnde legitimi.* In REBVS *humanis* esse: *l. 7. D. de ventr. in possess. mitt. l. 107. D. de solution. l. 1. §. 8. D. de suis et legit. hered. l. vlt. D. de condict. furtin.* In REBVS *humanis* non esse: *l. 14. D. de iur. codicill. l. 1. §. vlt. D. quae sentent. sine adpellation. l. 10. C. de testam. milit. l. 3. C. de inutil. stipulat. l. 12. §. 5. D. quod met. causs.* In REBVS *humanis* desinere esse: *l. 8. D. de suis et legit. hered. l. 8. princ. D. de condict. furt. l. 20. D. de annuis legat. l. 91. D. de verbor. oblig. l. 1. C. de testam. tutel.* In REBVS *humanis* esse desiit: *l. 107. D. de solution. l. 50. D. de furtis.* REBVS *humanis* excedere: *l. vlt. D quand. dies legator.* REBVS *humanis* exemtus: *l. 7. C. de iudic. l. 16. D. de pact. l. 18. C. de obligat. et action. l. vlt. C. de pericul. et commod. rei vend. et tradit. l. 18. l. 20. C. de donat. int. vir. et vxor. l. 10. C. solut. matrim. l. 7. C. quod cum eo, qui in alien. potest. l. 4. C. pro socio. l. 26. C. de euiction. l. 14. C. de postlim. reuers.* Exemti: *l. 2. ad SC. Orfitian. l. 4. C. ad SC. Trebellian.* In REBVS *humanis* manere: *l. 31. D. de nouation.* REBVS *humanis* subtracta: *l. 5. C. quand. dies legator.* ¶. 31. Promiscua sunt. Ex RE actio venit, *l. 46. D. de obligat. et action.* RERVM amotarum actio. Vid. Harmenopul. *Lib. I. Epit. tit. III n. 28.* et sopra *Lib. I.* RES, quae est in controuersia: *l. 22. D. de iur. fisc.* RES corrupta: *l. 14. D. de verb. significat.* Cuia RES erat. Gellios *Lib. I. cap. 22.* Ob REM non defensam: *l. 33. D. de fideiussor.* RES in iudicium venit: *l. 11. D. de pactis.* REI obligatio: *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* Vt RES patitur: *l. 2. D. de statu homin.* RES pecuniaria: *l. 2. §. 1. D. ad municipal.* Ratione carere RES: *l. 47. D. de adquir. possess.* REM seruare a muliere: *l. 19. D. ad SC. Vellcian.* RERVM seruitutes, id est, praediorum: *l. 1. D. de seruit.*

RES publica, vide RESPVBLICA.

RESCINDERE, tollere, dissoluere, abolere, ratum non habere. RESCINDI vero proprie dicuntur, quae aliss iure legitimo valent, non quae ipso iure nulla sunt. RESCISSA acceptilatio: *l. 9. §. 4. D. quod met. causs.* RESCINDERE acta. Cicero *Philippic. XIII. cap. 3.* Ouid. *Lib. XIV. Metamorphos. v. 784.*

Nisi quod RESCINDERE *numquam*
Dis licet acta Deum.

et alias: *Nec enim* RESCINDERE *dictus fas est acde Deus.* Sueton. *in Claudio Cap. X Caii quoque etsi omnia acta* RESCIDIT. Florus *Lib. III. cap. 23. n. 2. Acta Sullae* RESCINDERE. RESCISSA adoptio: *l. 1. §. 7. D. si tabul. testam. nullae exstab.* RESCINDERE capitis deminutionem: *l. 6. § 1. D. de bonor. possess.* Tertullian. *Apologet. Cap. XIV.* RESCISSA *damnatio, testimonium Socrati reddidit.* RESCINDI decreta: *l. 4. D. de decret. ab ord. faciend.* RESCINDERE donationem: *l. 3. C. de donation. mort. causs. l. 8. C. de donat. ante nupt.* RESCINDERE fraudem: *l. 2. D. si quid in fraud. patron.* Sueton. *in Claud. cap. XXVIII. Iudicia* RESCIDIT. Liuius *Lib. IV.* RESCINDI *iudicia.* Cicero *pro Cluentio cap. XXI. Alter alterius iudicium non modo reprehendat, sed etiam* RESCINDAT. Idem *Verrin. V, 8.* RESCISSVM iodicium, id est, finitum et consumtum. *l. 47. §. 3. D. de pecul. l. 18. D. de interrog. in iur. faciend.* RESCINDERE iudicia patris: *l. 1. D. de legat. praestand.* nimirum per bonorum possessionem contra tabulas. RESCINDERE libertatem: *l. 23. C. de liberal. causs.* RESCINDI libertas: *l. 30. l. 33. C. eod. tit.* RESCINDITVR libertas per legem: *l. 5. §. vlt. D. qui et a quib.* RESCINDI locatio: *l. 23. D. locati.* RESCISSVM matrimonium: *l. 3. C. de matrim.* RESCINDERE obligationem: *l. 5. D. ad leg. Iul. de vi publ.* RESCINDI placita: *l. 17 C. de vsur.* RESCINDERE quae pronunciauerant: *l. 27. princ. D. de poen.* RESCINDERE rem iudicatam: *l. 10. C. de procurat.* RESCINDITVR testamentum: *l. 24. C. de inoffic. testam. l. 16. C. famil. ercifcund. l. 34. §. vlt. D. de testam. milit.* RESCINDERE testamentum: *l. 36. D. de statuliber.* [*l. 34. princ. C. de inoffic. testam.* vbi idem est, ac rumpere.] RESCISSVM testamentum: *l. 3. D. de transaction.* RESCINDI transactionem vel diuisionem: *l. 1. C. si aduers. transaction.* RESCINDERE venditionem: *l. 1. §. 12. D. si quid in fraud. patron.* In indice βασιλικῶν. RESCINDI venditio dicitor ἀναλύεσθαι καὶ ἀνάλυσις, et ἀνατρέπεσθαι. Ad RESCINDENDAM venditionem: *l. 13. C. de donat. inter vir. et vxor.* RESCISSA venditio: *l. 1. C. de fide instrum. l. 78. §. 1. D. de legat. II.* RESCINDERE voluntates mortuorum. Cicero *Verrin. I, 43.* ¶. 2. [Verbum RESCINDERE aliquando generalius vsurpatur etiam de iis actibus, qui ipso iure nulli sunt. Bachou. *in πρωτ. p. 607.* Sic ipso iure RESCINDI, quod fraudandae legis gratia esset adscriptum. *l. 64. §. 1. D. de condition. et demonstrat.* RESCISSA venditio: *l. 9. C. de praed. et aliis reb. minor.* RESCINDERE auctoritate praecepti principalis. *l. 2. C. de mancip. et colon. patrim. Lib. XI. tit. 62.*]

¶. 3. RESCINDERE, pro destruere, disiicere. RESCINDERE pauimenta: *l. 1. §. 12. D. de cloac.*

RESCISIO, pro rescissione. Sic RESCISIO, in *l. 3. §. 5. D. de bonor. possessione contra tabul.* rescissionem emancipationis significat. Nam praetor vt emancipatos, qui iure ciuili definiuntur, propterea quod per capitis deminutionem ius legitimum amiserint, ad successionem cum ceteris liberis, qui in potestate manserunt, admittat, eorum emancipationem RESCINDIT. *l. 6. §. 1. D. de bonor. possess.* Quod quum Accursius non videret, valde se torquet in interpretatione istius §. 3. Sic etiam accipienda sunt illa *l. 9. C. Theod. de bonis proscriptor.* verba: qui ab intestato successuri defuncto vel ex XII. tabulis, vel per RESCISSIONEM *capitis*, praetorio vocabuntur edicto. RESCISIO decreti: *l. 5. D. de decret. ab ord. fac.* RESCISIO emtionis: *l. 11. §. 13. D. quod vi aut clam.*

RESCISSORIVS, A, VM. RESCISSORIA, in *l. 21. D. de donation.* et RESCISSORIA actio, in *l. 28. §. 5. et §. vlt. D. quib. ex causs. maior. l. 18. C. de postlimin. reuers.* ea est, quae rescissa vsucapione redditur. *l. 35. D. de obligat. et action. §. 5. Instit. de action. l. 24. C. de rei vindicat.* RESCISSORIA actio, in *l. 16. C. ad SC. Velleian.* dicitur, quae rescissa mulieris obligatione in priorem et antiquum debitorem restituitur.

RESCRIBERE princeps dicitur ad epistolas, vt subscribere libellis. RESCRIPSIT D. Antoninus praetori: *l. penult. D. de in integr. restit.* Imperator Antoninus RESCRIPSIT: *l. 12. D. de fideicommiss. libert.* D. Antoninus et Pertinax RESCRIPSERVNT: *l. 12. §. 1. D. eod. tit.* Diuus Antoninus Marcio Auito praetori RESCRIPSIT: *l. penult. D. de in integr. restit.* RESCRIPSIT etiam ad desideria Asianorum: *l. 1. §. 5. D. de offic. proconf.* Imperator M. Antoninus Iulio Balbo RESCRIPSIT: *l. 5. §. 1. D. vt legator. seu fideicomm. seru. caussa cau.* Diuus Pius RESCRIPSIT Pacuuiae Licinianae: *l. 3. §. vlt. D. vt in possess. legator.* Diuus Pius ad Aemilium equestrem RESCRIPSIT: *l. 1. §. 3. D. eod. tit.* Imperator noster RESCRIPSIT, ait Vlpianus, in *l. 50. D. de fideicommiss. libert.* RESCRIBERE et iam princeps ad libellos dicitur. *l. 23. D. de vsufruct. legat. l. 4. D. de adpellat. recipiend. l. 17. D. de iur. patronat. l. 41. §. 7. D. de legat. I. l. 2. §. 1. D. de iur. fisc. l. vlt. D. de offic. proconf.* Et RESCRIBERE principes ad litteras praesidis et libellum rei solent: *l. 6. §. 9. D. de iniusto rupt. irrit. fact. testam.* RESCRIBERE imperatores etiam solent secundum sententiam et distinctionem iurisconsultorum, *l. 7. l. 10. §. 1. D. quae in fraud. creditor.* ¶. 2. Quin etiam ipsimet consulti RESCRIPSISSE dicuntur, quod consulentibus se responderunt: *l. 29. D. de statulliber. l. 52. § 20. D. de furtis. l. 73. D. de contrahend. emtion.* RESCRIPSIT Aristo: *l. 46. D. de manumissis testamento.* Apud Aufidium ita RESCRIPTVM est: *l. 20. D. de adoption. legat.* RESCRIPSIT Iulianus: *§. 5. Inst. de suspect. tutor. §. 2. Inst. de excusat. tutor. §. 8. Inst. de rerum diuision.* RESCRIPSIT Labeo: *l. 3. §. 2. D. de bonor. possess.* RESCRIPSIT Scaeuola: *l. 44. D. de re iudicat.* adde *Lib. III. de formul. pop. Rom. Cap. LXXXV.* [Vid. Aegid. Menagii *Amoen. iur. ciuil. Cap. XX.*] Ne quid dissimulemus, in quibusdam locis, quos excitauimus, pro *rescribere*, SCRIBERE legi, celare noluimus, quamuis Brissonii libri ita habuisse videantur. HEIN.
¶. 3. RESCRIBERE etiam est reddere vel restituere. Porphyrion *ad Horatii Lib. I. epist. 3. v. 30.* illa verba:

Scribe decem Nerio:

Iuris, inquit, *verbo, scribere est, mutuum sumere:* RESCRIBERE *restituere.* et ad illa *ibid:*

Quod numquam RESCRIBERE *possit.*

RESCRIBERE, *reddere.* Suidas *Tom. I. p. 552.* in διαγράψαντος. Τινὲς μὲν ἀντὶ τοῦ καταβαλόντος καὶ καταθέντος· ἔνιοι δὲ, ἀντὶ τοῦ διὰ τραπέζης ἀριθμήσαντος, ὡς λέγομεν ἐν τῇ συνηθείᾳ· *Alii vocem hanc accipiunt, de eo, qui pecuniam aliquam soluit et numerat. Alii vero de eo, qui, vt vulgo dicere solemus, ex mensa soluit.* Adde Seru. *ad Aeneid. VII. v. 422.* et Donat. *ad Terent. Phorm. V, 7. 29.* et Richard. Bentlei. *ad Horat. p. 628.* HEIN.

RESCRIPTIO, pro rescripto. RESCRIPTIONES autem vocabantur, quibus princeps negotia ad praesides prouinciae remittebat. *l. 8. l. 9. D. de offic. praesid. l. vn. C. si contra matr. volunt. tutor. dat.*

RESCRIPTVM. Vetus Glossarium Graecum, *βασιλέως ἀντίγραμμα*, et alias *ἔγγραφος κέλευσις βασιλέως, scriptum principis mandatum* vertit. Item alibi: *Ἀντιγραφὴ λέγεται ἡ βασιλικὴ πρόσταξις, διὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἐκ προηγμένων ἀναφορῶν γίνεσθαι τὰς βασιλικὰς προσταγάς.* Sic etiam *ἀντιγραφὴ βασιλικὴ*, et *θεία ἀντιγραφή, principale et diuinum* RESCRIPTVM, apud Harmenopul. *Lib. I. tit. 10. §. 10. et I, 11. 10. I, 4. 68.* Sic et RESCRIPTA principum sacri adflatus vocantur. Vid. *Lib. XVII.* et RESCRIPTVM sacrarum constitutionum: *l. 43. D. de action. emti.* ¶. 2. Huc pertinent loquutiones. RESCRIPTO continetur: *l. 45. §. 1. D. de vsur. l. 7. §. 14. D. de adminiſtr. et peric. tutor. l. 7. D. de excusation. l. 26. D. eod. tit. l. 11. §. 1. D. de minor. l. 45. D. de rit. nuptiar. l. 11. §. 1. D. de muneri. et bonor. l. 1. §. 26. D. de quaestion. l. 15. §. 5. D. locati.* RESCRIPTO principum continetur: *l. vlt. D. quib. reb. ad eund. iudic.* RESCRIPTIS continetur: *l. 3. D. de bonis libert.* RESCRIPTO declaratur: *l. 30. §. vlt. D. vt legator. seu fideicommiss.* RESCRIPTIS declaratur: *l. 7. D. de custod. et exhib. reor.* RESCRIPTO expressum est: *l. 1. §. 14. D. de collat. bonor.* RESCRIPTA ostendunt; *l. vlt. D. de testament. milit.* RESCRIPTO ostensum est; *l. 1. §. 11. D. vt legator. seruand. caussa caueat.*

RESERARE signum, pro res signatas et signo clausas aperire. Paull. *Lib. V. Recept. sentent. tit. 25. §. 1.*

RESERVARE, integrum sibi seruare. RESERVARE dominium: *l. 14 C. de donat. inter vir. et vxor.* electionem: *l. 27. D. ad leg. Iul. de adulter.* RESERVARE sibi iurisdictionem, et RESERVARE suae iurisdictioni: *l. 1. l. 4. §. 1. D. de*

RES.

de damn. infect. RESERVARE optionem: *l. 2. §. 3. D. de eo, quod certo loco.*

RESIDERE, remanere, subsistere. RESIDERE apud fideicommissarium: *l. 3. D. ad SC. Trebellian.* RESIDERE in hereditate dominium: *l. 15. C. de donat. int. vir. et uxor.* RESIDERE dos apud maritum dicitur, *l. 48. D. solut. matrimon.* RESIDERE apud maritum ex administratione: *l. 9. D. ad leg. Falcid.* RESIDERE peculium: *l. 22. D. de castrens. pecul.* RESIDET pecunia publica apud eum, qui rationibus putatis pecuniae publicae, quam administrauit, reliqua debet. *l. 4. §. 3. D. ad leg. Iul. peculat.* RESIDERE res dicitur, in *l. 98. §. 1. D. de solutionib. et l. 19. §. 1. D. de pecul.* ¶. 2. [RESIDENTIBVS sacerdotibus, in Synodo, vel concilio. *l. 14. C. de episcop.*] ¶. 3. [RESIDERE etiam dicuntur iudices, qui de re quapiam cognoscunt. *l. 13. C. Theod. de iure fisc. Lib. X. tit. 1.*]

RESIDVVS, A, VM. Reliquum, quod restat, superest. RESIDVVM legatum: *l. 24. §. 16. D. de fideicomm. libertat.* RESIDVA pars: *l. 13. §. 1. D. de acceptilat.* Ex RESIDVA parte: *l. 2. C. de hered. instit.* Pro RESIDVA parte: *l. vlt. C. de contrar. tutel. act.* RESIDVAE portiones: *l. 3. C. de testam. milit.* RESIDVVM pretium: *l. 14. C. de euiction.* RESIDVA quantitas: *l. 1. D. qui potior. in pignor. l. 8. C. de fideiussor. §. vlt. D in quib. causs. pign.* RESIDVAE summae: *l. 7. §. 9. D. de administrat. et peric. tutor.* RESIDVI temporis: *l. 18. princ. D. de annuis legat.* ¶. 2. RESIDVA sunt pecuniae publicae, quae apud aliquem ex locatione, conductione, emtione, alimentaria ratione, ex summa, quam accepi, aliaue qua caussa RESEDERVNT: *l. 4. §. 3. l. 9. D. ad leg. Iul. pecul.* Ea vero pecunia, quam quis, quum prouincia abiret, apud se esse ad aerarium professus retinuit, ante annum residua non est, quia eam priuatus fisco debeat: *l. 9. §. vlt. D. eod. tit.* Crimen hoc lege Iulia vindicatur, quae inde de RESIDVIS vocatur. Sic apud Liuium *Lib. III.* verbum hoc exaudiendum est. *Omnibus*, ait, RESIDVIS *pecuniis exactis, tributo priuatis remisso.* Cicero *Orat. de leg. agrar. II. cap. 22. Quid relatum, quid* RESIDVVM *sit.* Idem *pro Cluentio cap. XXXIV. Nuper apud C. Orchinium collegam meum locus a iudicibus Fausto Sullae de pecuniis* RESIDVIS *non est constitutus.* ¶. 3. [Actio RESIDVI. *l. 7. D. de fideiussor. et nominator. et hered. tutor.*]

RESIGNARE, est signatum aperire. *l. 23. qui testam facer. poss. l. 20. D. de vulgar. et pupill. substit. l. 16. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de falsis.* RESIGNARE testamentum: *l. 6. D. quemadmod. testam. aper.* et Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 1.* qui et ibidem *signum reserare* eodem sensu dixit. *Apertum testamentum, deinde* RESIGNATVM. Quinctil. *Lib. IV.*

RESILIRE, recedere. RESILIRE a contractu: *l. 9. D. de in diem addict.*

RESISTERE centurioni: *l. 13. §. 4. D. de re militar.*

RES.

RESOLVERE, dissoluere et rescindere est. Sic: RESOLVERE id quod actum: *l. 58. D. de pact.* Etiam RESOLVI caementa dicuntur, *l. 23. §. vlt. D. de rei vindic.* RESOLVI conditio: *l. 5. C. de rescind. vendit.* conuentio: *l. 2. §. 3. D. pro emtor.* RESOLVI donatio: *l. 2. C. de condict. ob causs. dator. l. 10. C. de praed. minor.* RESOLVENDA donatio: *l. 5. C. de rescind. vendit.* RESOLVI emtio: *l. 19. D. de vsucapion. l. 3. D. de contrab. emtion. l. 2. §. 4. D. pro emtor. l. 1. D. de leg. commissor. l. 2. D. de in diem addict. l. 3. l. 4. D. de rescind. vend.* RESOLVERE obligationem: *l. 14. C. de magistrat. conuen. l. 107. D. de solution. l. 3. et l. 4. D. de rescind. vendit.* RESOLVI promissio: *l. 44. D. de iur. dot.* stipulatio: *l. 57. D. de euiction. l. 15. D. indicat. solui.* RESOLVI transactio: *l. 23. D. de condict. indeb.* quo sensu quoque RESOLVERE venditionem dicimus. *l. 1. C. quando lic. ab emtione reced.* RESOLVERE quoque verba verbis recte dicimus: *l. 24. D. de acceptilat.* ¶. 2. RESOLVERE, pro soluere Sic: RESOLVERE vsuras, *l. 10. D. de pollicit.* Ita etiam Cato *de re rustic. Cap. CXLIV. CXLV. et CXLIX.* RESOLVERE pecuniam pro eo, quod est refundere, dixit.

RESOLVTIO, rescissio. RESOLVTIO venditionis: *l. 13. §. 1. D. de adquir. possess.*

RESPECTVS, contemplatio. RESPECTV dignitatis, id est, intuitu, contemplatione. *l. 28. §. 9. D. de poen.* RESPECTV mariti: *l. 19. §. 1. D. de peculio.* RESPECTV aliarum personarum: *l. 31. D. depositi.* RESPECTV proprietatis: *l. 28. D. de adquir. possession.*

RESPICERE, pro pertinere ad aliquem. Sic: quorum damnum ad emtorem RESPICIT: *l. 2. §. 9. D. de hered. vel action. vend.* RESPICERE ad eum emolumentum: *l. 3. §. 4. D. de legat. praest.* RESPICERE periculum: *l. 2. D. qui petant tut. l. 5. §. vlt. D. de administr. et pericul. tut. l. 34. §. 6. D. de contrab. vendit.* RESPICERE periculum et commodum: *l. 33. D. de iur. dotium.* RESPICERE exceptio ad personam venditoris: *l. 27. D. de euiction.* ¶. 2. [RESPICERE aliquando pro considerare accipitur, vt in *l. 7. D. de Public. in rem action.*] ¶. 3. [RESPICERE in *l. 23. D. de praescript. verb.* est inspicere, contemplari: *Annulum ostendit, vt* RESPICERET.]

RESPONDERE iurisconsulti dicuntur. Meritissimi iuris auctores RESPONDERVNT: *l. 1. C. quib. ad libertat.* RESPONDERE ad consultationes: *l. 6. §. 2. D. de offic. proconf.* RESPONDERE contra fiscum: *l. 10. D. de iure fisc.* RESPONDERE pro dotibus: *l. 70. D. de iur. dotium.* Dicuntur et RESPONDERE *ius.* Horat. *Lib. I. Epist. 3. v. 24.*

Seu ciuica iura
RESPONDERE *paras.*

Gellius *Lib. XIII. cap. 13. Ius publice dicentium aut* RESPONDENTIVM. Cicero *Lib. I. de oratore cap. 45. In* RESPONDENDO *iure.* Gellius *Lib. XX. cap. 9. Grammaticam doceo, non ius* RESPONDEO.

DEO. Plin. *Lib. VI. epist. 15.* de Iauoleno: *Atque etiam ius ciuile publice* RESPONDET. Huc pertinet iocus Ciceronis ad Trebatium *Lib. VII. epist. 16. Qui istuc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negent, te percontantibus* RESPONDERE. Sic et RESPONDERE de iure: *l. 2. §. 43. D. de orig. iur.* [De Caligula Sueton. *in eius vita Cap. XXXIV. De iuris quoque consultis, quasi scientiae eorum omnem vsum abaliturus, saepe iactauit, se me hercle effecturum, ne quid* RESPONDERE *possint praeter eum.* De cuius loci constitutione vide, quae praeter interpretes notauit Iap. Rutgers. *Lib. III. Variar. Lection. cap. 6.*] Celsus Sexto RESPONDIT: *l. 7. §. 17. D. quib. ex causs. in possess. eatur.* RESPONSVM est: *l. 7. §. 9. D. de minor. l. 18 D. de seruitut.* ¶. 2. RESPONDERE etiam est sponsione pro alio interuenire. Sic RESPONDERE dicuntur fideiussores. *l. 17. §. vlt. D. ad municipal.* et alias. ¶. 3. RESPONDERE, pro caussam dicere in iudicio, et de litigantibus in foro dicitur. RESPONDERE nomine absentis, id est, comparere, et defendere. *l. 14 §. 1. D. de adpellation.* [Libertus per procuratorem RESPONDERE potest: *l. 35. §. 1. D. de procurator.* Per maritum RESPONDERE: *l. 2. C. eod. tit.* Qui res agit heredum, RESPONDERE cogetur. *l. 3. C. eod. tit.*] Sic et RESPONDERE citatus dicitur *l. 23. §. vlt. D. de adpellat.* et RESPONDEBANT, qui citabantur: *l. 42. D. de iur. fisci.* Eodem sensu RESPONDERE dicuntur *debitores ad diem* Cic. *Lib. XVI. ad Attic. epist. 11.* Item RESPONDERE postulatus dicitur, *in l. 7. D. ratam rem haber.* Pariter et RESPONDERE dicebatur reus, Horat. *Lib. II. Sermon. sat. 9.* ideo, quia citabatur: sed non etiam actor RESPONDEBAT, quum aeque citaretur. Hoc modo et creditoribus RESPONDERE, id est, parere et satiafacere tenentur illi, aduersus quos actio moueri potest. *l. 1. C. de hered. vel action. vendit. l. penult. D. de iur. delib.* Sic RESPONDERE legatariis et creditoribus tenetur heres, *l. 50. §. 1. D. de legat. I.* Ita possessor RESPONDERE actionibus cogitur: *l. 2. C. de vsucapion.* Contra maritus, cui omnia bona mulieris in dotem data sunt, creditoribus RESPONDERE non cogitur, id est, vt iurisconsultus ibidem dicit, a creditoribus eius conueniri non potest. *l. 72. princ. D. de iure dot.* ¶. 4. RESPONDERE, pro obtemperare, et parere, non dissimili priori significatione. Sic quod RESPONDERE mutuae petitioni Imperatores dixerunt, *l. 1. C. de actione rer. amotar. l. 14. C. de fideicommiss.* alibi parendi verbo expresserunt. *l. 27. C. de iure dot.* Non RESPONDERE euocati quoque dicuntur. *l. 42. §. vlt. D. de iur. fisc.* Non RESPONDERE ad edictum: *l. 15. §. 2. D. de iur. fisc.* Non RESPONDENTE herede: *l. 4. §. vlt. D. de adpellat.* RESPONDERE muneribus: *l. 17. §. 9. D. ad municipal.* id est, obtemperare. RESPONDERE quoque ad delectum eodem modo dicitur pro obtemperare. *l. 20. D. communi diuid. l. 4. §. 10. D. de re militar.* Quinctilian. *in declam. Et vsque tamen populi Romani vindicta, vt ardentibus bello finibus ad delectum nemo* RESPONDERET, *nisi de poena corruptoris et abrogatoris legis satisfactum esset.* Valer. Maxim. *Lib. VI. cap. 3. M. Curius Consul quum delectum subito edicere coactus esset, et iuniorum nemo* RESPONDISSET. ¶. 5. RESPONDERE, pro conuenire, congruere. Sic: non RESPONDERE messes sumtibus in sementem factis dicuntur, quum illis pares non sint. *l. 8. §. vlt. D. soluto matrimon.* Et Virgil. *Lib. I. Georgic. v. 47.*

> *Illa seges demum votis* RESPONDET *auari Agricolae.*

RESPONDET successio: *l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ.* ¶. 6. RESPONDERE vicus reipublicae dicitur, in cuius territorio vicus ille situs est. *l. 30. D. ad municipal.*

RESPONSITARE. Vlpian. *l. 1. §. 3. D. de postuland.* Qua aetate aut paullo maiore fertur Nerua filius et publice *de iure* RESPONSITASSE. [Gothofredus et Mornacius non de responsis de iure consulentibus datis, sed de responsionibus scholasticis et Academicis accipiunt, quod repudiat Menagius *Amoen. iur. ciuil. cap. II.* Sic enim Gellius *Lib. XIII. Noct. Attic. cap. 10.* Labeonem Antistium principem iurisconsultorum de iure RESPONSITASSE refert, quomodo et Cicero *Lib. I. de legib. cap. 4.* summos viros *ius ciuile interpretari populo, et* RESPONSITARE *solitos esse* memorat. Quid ergo si dicamus, phrasin istam hoc loco ὑποκοριστικῶς accipiendam, vt ipse Iustinianus accepisse videtur, in *§. vlt. Instit. quib. ex causs. manum. non licet?*] Mornacius hic RESPONSITARE minus esse, quam respondere existimat. Sed id refellit Menagius. Interim non absurda est illa Mornacii explicatio. Nam et *quaeritare* minus esse, quam *quaerere*, obseruauit Donatus ad Terentii *Andr. Act. I. sc. 1.* Plura adolescentum exempla, qui vix posita praetexta de iure RESPONAITARVNT, collegit V. A. Cornel. van Bynkershoek *Obseru. IV, 11.* HRIN.

RESPONSVM. Iurisconsultorum autem et prudentum dicuntur RESPONSA. RESPONSA prudentum. Senec. *epist. XVI. §. 8. Inst. de iur. natur. gent. et ciuil.* RESONSVM Iuliani: *l. 47. §. 3. D. de bonis libertor.* RESPONSA signata dare: *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* [RESPONSA iurisconsultorum opponuntur scripto. *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.* vbi Pomponius: Post hos fuit Tiberius Coruncanius, vt dixi, qui primus profiteri coepit, cuius tamen scriptum nullum exstat, sed RESPONSA complura et memorabilia eius fuerunt. Cuius ratio ea haud dubie est, quod ante Augusti tempora verbo potius, quam scripto iurisconsulti RESPONSA sua edebant, sicut post Maranum bene obseruat Menagius *Amoenit. cap. XX.* vid. supra RESCRIBERE] ¶. 2. RESPONSA reddere vel dare vates etiam dicuntur. *l. 1. §. vlt. D. de aedilit. edict.* quo refer, quod ait Paullus *Lib. V. Sent. tit. 21. § vlt.* RESPONSA dant consulti vaticinatores. Sic Virgil. *Lib. III. Georgic. v. 491.*

> *Nec* RESPONSA *potest consultus reddere vates.*

Horat. *Epod. I, 14.* RESPONSVM *date.*

RESPONSVS, VS, pro responso. RESPONSV: *l. 1. §. 7. D. de obligat. et action.*

RESPVBLICA, imperium, ciuitas.

☞ *l. vlt. C. de iur. reipub. l. 31. D. de furt.* Vti vero publici adpellatio ad populum Romanum proprie pertinet, ita RES quoque PVBLICA de municipio vix nisi per *κατάχρησιν* vsurpatur, quemadmodum Lib. I. *in abesse reipublicae caussa* dictum est. HEIN. Dicitur tamen, vt ex *l. 1. et tot. tit. C. si tut. vel cur. reipubl. abierit.* et ex sequentibus patebit. REIPVBLICAE agri: *l. vlt. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* RESPVBLICA Antiochensium: *l. 37. D. de rebus auctor. iudic. possid.* Arelatensium: *l. 34. D. de vsu et vsufr.* RESPVBLICA ciuitatis: *l. 2. C. de aduocat. diuers. iudic.* Heliopolitanorum: *l. 4. C. qui potior. in pignor.* A REPVBLICA condocti horti: *l. 30. §. 1. D. de legat. III.* RESPVBLICA municipii: *l. 13. §. 1. D. de publican. l. 31. D. de furtis.* REIPVBLICAE praedia: *l. 78. §. 1. D. de legat. II.* REIPVBLICAE legata praedia: *l. 17. D. de vsu et vsufructu legato.* RESPVBLICA Sardianorum: *l. 24. D. de annuis legat.* Sebastenorum: *l. 21. §. 3. D. eod. tit.* Thessalonicensium: *l. 23. C. de euiction.* Tusculanorum: *l. 38. §. 5. D de legat. III.* ¶. 2. [RESPVBLICA, pro vrbe, per metonymiam adiuncti pro subiecto. *l. 2. §. 33. D. de orig. iur.* ibi: *quoties magistratus in* REPVBLICA *sunt.* Eberlin. *cap. XXXI. n. 2.* plura exempla collegit] ¶. 3. RESPVBLICA pro magistratu, in *l. 46. §. 1. D. de administr. et pericul. tutor.*]

RESPVERE, pro repudiare. RESPVERE quaesitam hereditatem: *l. 3. C. de repud. vel abstin. hered.* successionem: *l. 25. C. famil. erciscund.*

RESTAGNARE dicitur aqua. *l. 2. §. 28. D. ne quid in loco publ.*

RESTAVRARE, id est, ex integro restituere. RESTAVRARE accusationem: *l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* RESTAVRARI actio: *l. 37. D. de noxal. action.* RESTAVRARI artes: *l. 14. D. si quid in fraud. credit.* RESTAVRARE litem: *l. 29. §. 1. D. de minor.* RESTAVRARI vetus obligatio: *l. 9. D. de praescript. verb.* RESTAVRANDA obligatio: *l. 43. D. de iur. dot.* RESTAVRARI quaestio, id est, ex integro agi. *l. vlt. D. ad SC. Turpillian.*

RESTAVRATIO, restitutio. RESTAVRATIO eremodicii: *l. 7. §. vlt. D. de minorib.* seruitutis: *l. 7. D. de fund. dotal.*

RESTIPVLARI, est stipulari restitutionem apud Apuleium *Apologet. II. p. 338.* et apud Varron. *Lib. V. de Lingu. Latin. 36. Et qui pecuniam allegat stipulari et* RESTIPVLARI. Valer. Maxim. *Lib. II. cap. 8.* Dotem filiia suis RESTIPVLARI: *l. 43. §. vlt. D. de damn. infect.*

RESTITVERE reddere, praestare, soluere, refundere est, idque verbum quam plenissime interpretandum est. Sie: RESTITVERE is intelligitur, qui simul rem et caussam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim iudicii accepti tempore res ei reddita fuisset, id est, vsucapionis caussam et fructuum, et quodcumque aliud, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset. *l. 35. l. 75. D. de verbor. signif. l. 20. D. de rei vindicat.* RESTITVIT ergo, non qui solum corpus, sed etiam qui omnem rem conditionemque reddita caussa praestat, et tota restitutio iuris interpretatio est. *l. vlt. §. vlt. D. de verb. signif.* Quo fit, vt longe plus sit in restitutione, quam in exhibitione, quum ad exhibitionem praesentiam corporis praebere sufficiat; ad RESTITVTIONEM vero possessorem facere, et fructus reddere, et caussam omnem praestare oporteat. *l. 22. D. de verb. signif.* Proinde haec verba stipulationis: EAM REM RECTE RESTITVI, fructus continere minime ambiguum est. *l. 73. D. de verb. signif.* Et qui *rem* RESTITVI iubet, etiam de fructibus condemnationem facere debet. *l. 35. §. 1. D. de rei vindicat.* Sed et quum verbum REATITVAS in lege inuenitur, etsi non specialiter de fructibus additum sit, tamen etiam sunt restituendi. *l. 173. §. 1. D. de verb. signif.* Ex quo efficit Paollus in Paullianam actionem fructus venire, propterea quod verbum restiruas, quo praetor in eam rem vsus est, plenam habet significationem, vt etiam fructus restituantur. *l. 38. §. 4. D. de vsur. l. 1. D. quae in fraud. creditor.* Inde adeo quum praetor iubet, vti opus factum RESTITVATVR, etiam damnum datum actor consequi debet, quum verbo RESTITVTIONIS omnis vtilitas actoris contineatur. *l. 81. D. de verb. signif.* Simili modo quum deiectum ab vsufructu in eamdem caussam praetor RESTITVI iubet, sic interpretamur, in qua futurus esset, si deiectus non esset, vt si tempore interim finitus vsusfructus fuerit, nihilominus cogatur RESTITVERE, id est, vsumfructum iterum constituere. *l. 9. §. vlt. D. de vi et vi armat.* Aut si posteaquam deiectus est, capite minutus vel mortuus fructuarius fuerit, praeterita caussa, praeteritumque damnum farciatur. *l. 3. §. 17. D. eod. tit.* ¶. 2. RESTITVERE, pro in integrum, vel in pristinum statum reponere et reducere accipitur. Sic in interdicto, ne quid in loco publico, quo praetor iubet, quod in loco publico factum erit, RESTITVI, restituere in pristinum statum reducere est, qood fit, siue quis tollat, quod factum est, siue reponat id, quod sublatum est. *l. 2. §. 35. et §. 43. D. ne quid in loco publico.* Nec non RESTITVERE in integrum, est in priorem statum reponere lapsos, captos fraudatosque vel per imbecillitatem aetatis, vel per absentiam, vel per metum aut calliditatem aduersarii, vel per status mutationem. *l. 1. D. de in integr. restit.* Sic RESTITVI actio dicitur peremta. *l. 27. D. de fideiuss. l. 2. §. vlt. D. si ex noxal. causs.* RESTITVVNTVR actiones; *l. 8. l. 17. D. de his, quae vt indign.* RESTITVI in bona paterna: *l. 15. §. vlt. D. locati.* In integrum etism RESTITVI dicuntur caussae, de quibus ex integro cognoscitur. *l. 3. §. 9. l. 7. D. de iure fisc. l. 33. l. 35. D. de re iudicat.* RESTITVI in pristinam caussam: *l. 8. §. 4. D. de precar.* RESTITVI caussae et actiones, *l. 29. §. vlt. D. de iur. fisc.* pro resumtione instantiae amissae, vel, vt vulgo loquuntur, restitutione instantiae, quae legitimis transactis temporibus periit. Sic et actio reparari dicitur in *l. 27. §. 3. D. de pactis. l. 3. D. de iur. fisc.* RESTITVI in integrum dicuntur etiam damnati. *l. 75. D. ad SC. Trebellian.* qui in bona, dignitates et ciuitatem RESTITVVNTVR. *rubr. D.*

et C. de sent. pass. et restitutis. l. 59. et l. 104. D. de condit. et demonstrat. l. 1. §. 9. D. de postuland. l. 6. §. penult. D. de iniust. rupt. irrit. In integrum RESTITVI publico iudicio damnatus: *l. 24. D. ad leg. Iul. de adulter.* RESTITVERE damnatum: *l. 1. iu fiu. D. de quaestiou.* RESTITVI damnatus in metallum dicitur, *l. 11. D. de alim. vel cibar. legat. l. vlt. D. de sentent. pass.* In integrum RESTITVI damnatus: *l. 1. D. ad leg. Iul. ambit.* In integrum RESTITVTVS ab imperatore dicitur, qui deportatus fuerat. *l. 75. D. ad SC. Trebell. l. 12. C. de sentent. pass.* RESTITVTVS deportatus vel in metallum damnatus: *l. 1. §. vlt. D. de bonor. possess. contra tabul.* RESTITVI in dominium: *l. 24. §. 5. D. de fideicommiss. libert.* RESTITVI obligatio: *l. 98. §. vlt. D. de solution.* RESTITVI in pristinum statum obligatio: *l. 9. §. 7. D. de fideicomm. libert.* In pristinum statum RESTITVENDAE: *l. 19. D. de captiu. et postlim. reuers.* ¶. 3. Huc etiam pertinent loqoutiones, vbi RESTITVERE pro denuo exstruere, accipitur. RESTITVERE aedes: *l. 10. §. 1. D. quib. mod. vsus vel vsusfr. amitt.* RESTITVTA insula: *l. vlt. D. de pignor.* RESTITVERE opua: *l. 11. l. 12 D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l. 21. D. quod vi aut clam. l. 2. D. de sepulcro viol. l. 21. §. 1. D. de oper. nou. nunciat.*

¶. 4. [RESTITVERE in integrum dicuntur tutores, qui petunt pupillum soom in integrum RESTITVI. *l. 35. §. 1. D. de aur. argent. legat*]

¶. 5 REDDERE et RESTITVERE saepe a nostris coniunguntur. *l. 45. D. salut. matrimon. l. 37. §. 3. l. 41. §. vlt. D. de legat. III. l. 36. §. 1. D. de condit. et demonstrat. l. 15. D. de auro, argent. legat.* Liu. *Lib. III. Tribuni vrbis amissa* REODENT *ac* RESTITVENT. facit et *l. 77. §. 12. D. de legat. II. l. 28. §. 2. D. de liberat. legat.*

¶. 6. RESTITVERE tutelam curationemque, pro tutelae et curationis gestae administrationis rationes reddere: *l. 32. D. de minor. l. 7. §. vlt. D. de administrat. et pericul. tutor. l. 8. C. de suspect. tutor. l. 21. §. vlt. D. de alim. et cibar. legat.* Hoc sensu etiam Papinianus RESTITVI tutelam et *restitutionem* tutelae accipit, in *l. 1. §. vlt. D. de vsur.* ¶. 7. RESTITVERE, praestare. *l. vn. C. de suffrag. l. 8. in fin. C. de action. emt. l. 6. C. vnde vi. l. 82. §. 2. D. de verb. oblig.* RESTITVERE dominium: *l. 1. C. de donat. quae sub mod.* RESTITVITVR hereditas: Vlpian. *tit. XXII. Regul. §. 5.* RESTITVI libertatem: *l. 67. D. de iudic.* ¶ 8. [RESTITVERE idem est ac tradere. *l. 12. C. de actiou. empti. l. 13. l. 18. D. eod. tit. l. 14. §. vlt. D. de seruo corrupt.* Est tamen aliquando RESTITVERE minus quam tradere: nam procurator, qui restituit, etiam tradere debet. *l. 8. §. vlt. vers. sed etsi restituas. D. mandati.* et vicissim RESTITVERE plus est, quam exhibere. *l. 22. D. de verb. signif.* Cuiac. *in Paull. ad l. 8. de alienat. iudic. mut.*]

RESTITVTIO, aedificii: *l. 7. D. in quib. causs. pign.* dignitatis: *l. 3. D. de sententiam pass.* domus: *l. 1. D. in quib. causs. pign.* RESTITVTIO tutelae; *l. 1. §. vlt. D. de vsur.* vid. *restituere tutelam.* ¶. 2. [RESTITVTIO in integrum, κατ' ἐξοχὴν pro restitutione

minorum, vt in *l. 2. C. sent. rescind. non posse. l. 6. §. 3. D. de bon. libert. l. 1. §. 10. D. ad SC. Tertullian.*] ¶. 3. RESTITVTIONEM facere, id est, restituere. *l. 1. §. 13. l. 6. § 3 et l. 65. §. 4. D. ad SC. Trebell.* In aliquem RESTITVTIONEM facere: *l. 63. D. ad SC. Trebellian.*

RESTITVTORIVS, A, VM. quo restituitur qoid. RESTITVTORIA actio, quae in veterem debitorem restituitur, muliere, quae pro eo obligationem susceperat, nexu obligarionis liberata. *l. 8. §. 9. et § 12. D. ad SC. Velleian. l. 8. C. eod. tit. l. 3. § 1. D. de eo, per quem fact. erit.* RESTITVTORIA interdicta adpellantur, quibus praetor restitui aliqoid iubet. *l. 1. §. 1. et l. 1. D. de interd. §. 1. Inst. eod. tit. l. 1. D. de aqua quotid. et aestiu. l. 21. § 1. D. de oper. nou nunciat.* Qualia sunt, *quorum bonorum, quod legatorum, vnde vi. l. 1. §. 1. D quor. bonor. l. 1. D. quod legator.* Et illud, quod *de via publica* proponitur *l. 2. §. 35. et 36 D. ne quid in loco publ.* et *de precaria, l. 2. §. 1. D. de precar.* et posterius interdictum *de cloacis. l. 1. §. 1 et §. vlt. D. de cloac. l. 1. D. quod vi aut clam.* Item illud, qood proponitur in *l. 1. §. 19. et 20. D. de fluminib.* RESTITVTORIVM interdictum: *l. 21. §. 1. D. de oper. nou nunc. l. 2. D. de precar.* RESTITVTORIVM iodiciom accipere: *l. 46. § 3. D de procurat.* Vnde RESTITVTORIVM pro iudicio RESTITVTORIO et cognitione praetoria de restitutione facienda *l. 7. D. quod fals. tut. auctor. l. 39. D. de euiction.* RESTITVTORIO agere. *l. 7. §. 3. D. quod fals. tutor. auct.*

RESTRVERE, reaedificare, denuo aedificare *l. 1. princ. D. de iur fisc.* domum RESTRVCTAM esse. vbi sine iusta caossa *destructam* habet Haloander. Vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obseru. VIII, 25.* HEIN.

RESVMERE conditionem: *l. 101 §. vlt. D. de condit. et demonstrat.* RESVMERE vsumfructum amissum: *l. 3. §. 2. D. quib mod. vsusfruct.*

RESVPINA existimatio: *l. 4. D. quod vi aut clam.*

RESVSCITARI dicitur legatum, qood alicui periit. *l. 27. D. de adimend. legat.* Sie et RESVSCITARI dicuntur obligationes, id est, restitui. *l. 29. §. vlt. D. de iur. fisc.* et secuodae tabulae: *l. 38. §. 1. D. de vulgar. et pupillar. substit.*

RET.

RETE. RETIA apraria: *l. 22. D. de instruct. vel instrum. legat.* Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 45.* piscatorum; *l. 29. §. 3. D. ad leg. Aquill.* Paull. *ibid §. 66.*

RETICVLVM, pro fascia. Ita enim hoc verbum explicat, eosque qoi *resticulum*, vti etiam in margine Pacianae editionis notatum est, rescribunt, ad resticulam abire iubet elegantissimus

Bynkershoek. *Lib. V. Obseruat. cap. 17.* HEIN. Sic: Amphora ex RETICVLO suspensa: *l. 5. §. 12. D. de his, qui effud. vel deiec.* Plin *Lib. XXXI. Hist. natur. cap. 6. Demissae*, inquit, RETICVLIS *in mari concauae e cera pilae.* ¶. 2. RETICVLA, in *l. 10. D. de aur. argent. legat.* vel RETIOVLI, vt Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 4. §. 84.* quae vulgo scofia dicimus, quae in formam retis facta, ad capillos continendos, capiti aptantur. Varro *Lib. IV. de Lingu. Latin. Et quod capillum retineret, a rete* RETICVLVM. Lexicon B Germani RETICVLVM vertit γύγγαθον, κεκρύφαλον. Et plane *crocufantia* RETICVLIS iunguntur in *d. l. 10.* Γύγγαθον vero πλέγμα esse, Iulius Pollux *Lib. VII. Onomast. Cap. XXXIII. segm. 176. et Lib. X. cap. 35. segm. 158.* docet. Isidor. *Lib. XX. Etymol. cap. 30.* RETICVLVM, ait, *est, quod colligit comas: dictum ab eo, quod retinet crines, ne effundantur.* Lamprid. *in Alexandro Cap. XLI. Matronas autem regias contentas esse vno* RETICVLO *atque inauribus.* Vtitur et hoc verbo in hunc sensum Iul. Capitolin. *in Maximino iuniore cap. 1.* ☞ Adde V. A. Cornel van Bynkersh. *loco supra laudato*, et quem ibi aduocat Cl. Salmas. *Obseru. ad ius Attic. et Rom. Cap. V. p. 61.* Idem Bynkershoekius *Lib. IV. Obseru. cap. 23.* pro *pediculis* in *l. 32. princ. D. de aur. arg. leg.* legit RETICVLIS, idemque mulierum ornamentum intelligit. HEIN.

RETICVLVS, est sepimentum cancellatum. RETICVLI circa columnas: *l. 16. §. 4. D. de action. emti.* RETICVLATVM opus, apud Vitruuium *Lib. II. cap. 8. et Plin. Lib. XXXVI. cap. 22.*

RETENTIO. RETENTIONEM facere vel habere propter impensas. *l. 14. D. de donation. l. 15. D. de furtis. l. 30. D. de action. emti. l. 53. §. vlt. D. de furt.* RETENTIONEM habere, non petitionem: *l. 19. §. 2. D. de hered. petit.* RETENTIONES omittere: *l. 21. D. ad SC. Trebell.* RETENTIO quartae: *l. 4. C. ad SC. Trebell. l. 1. C. quorum legat.* RETENTIO rerum hereditariarum: *l. 17. l. 19. §. 2. D. de hered. petit.*

RETINERE, apud se seruare, conseruare. RETINERE bona fiscus. *l. 3. D. de sentent. passis.* RETINERI camera, id est, seruari. *l. 19. §. 1. D. de seruit. praed. vrb.* conductores: *l. 3. §. 6. D. de iur. fisc.* dominium: *l. 7. D. de captiuis.* dotem: *l. 23. §. 1. D. de pact. dotal.* RETINENDVM est: *l. 93. D. de solution.* Per exceptionem RETINERE: *l. 14. §. 1. D. commun. diuid. et l. 16. D. ad leg. Falcid.* RETENTVS in familia: *l. 84. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 12. D. de castrens. pecul.* RETINERE hereditatem dicuntur sui, qui se non abstinent. *l. 6. D. de reb. auctor. iudic. possid.* RETINERE impensas, id est, per retentionem seruare. *l. 50. D. de hered. petit.* RETINERI matrimonium: *l. 61. D. de donat. inter vir. et vxor.* RETINERE in potestatem: *l. 3. D. de coniungend. cum emancip. liberis eius.* vel frequentius RETINERE in potestate: *l. 25. et l. vlt. D. de legat. praestand.* RETINERE liberos in potestate: *l. 4. D. de inter-*

dict. RETENTI in potestate: *l. 1. §. 4. D. de coniung. cum emancip.* RETINENDVS est reus violentiae: *l. vn. §. vlt. C. de suffrag.* RETINERE solum, id est, vti retentione: *l. 22. D. de damn. infect.* RETINERE voluntatem: *l. 16. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* RETENTVS tutor: *l. vit. D. si tutor. vel curat.* ¶. 2. [RETINEO, pro memoria teneo. RETINEO me dixisse. *l. 92. D. de condition. et demonstration.*] ¶. 3. [RETINENDVS, id est, abstinendus vel prohibendus: *l. 4. §. 8. D. de re militari.* nisi forte *alioquin* pro *quia* ibi positum sit.] ¶. 4. [RETINENDI verbum aliquando etiam repetendi et recuperandi facultatem continet, vt in *l. vlt. C. de reb. cred. §. 11. Inst. de hered. quae ab intest.* vid. Em. Merill. *decis. XLV. in fin.*]

RETORQVERE crimina: *l. 14. §. 6. D. de bon. libertor.*

RETRACTARE interdum est, Festo quoque teste, iterum tractare. *l. 31. in fin. D de iureiur. l. 10. §. 1. D. ad SC. Turpill. l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr. l. 29. D. de iur. fisc. l 4. C. de episcop. audient. l. 3. C. de canon. largit. l. 13. §. vlt. D. de diuers. tempor.* Cicero *Lib. II. de natur. deor. cap. 28. Qui autem omnia, quae ad cultum deorum pertinent,* RETRACTARENT, *et tamquam relegerent, hi dicti sunt religiosi.* Idem *ad Attic. Lib. VIII. epist. 9. Augemus crimen dolorem* RETRACTANDO. Sic quoque Tertullian. *in Apologet. cap. XXXVIII. Caussas, quae hoc exegerint,* RETRACTEMVS, et alibi saepe. ¶. 2. Huc pertinent loquutiones, vbi RETRACTARE ex integro agere, vel iterum tractare significat. RETRACTARI, quod actum est. *l. 39. §. vlt. D. de procurat.* RETRACTARI caussa: *l. 31. D. de iureiur. l. 29. D. de iur. fisc. l. 1. C. de tabul. exhib.* RETRACTARI caussae: *l. 1. C. de sentent. aduers. fisc.* id est, iterum tractari, vt loquitur *l. 45. §. 8. D. de iure fisci.* RETRACTARI collusio: *l. 2. D. de collus. deteg.* RETRACTARE contractum: *l. 4. C. de vsurap. pro emtor.* RETRACTANDA dispositio: *l. 11. C. de proxim. sacr. scrin. Lib. XII.* RETRACTARE donationes: *l. 1. C. de reuoc. donat.* facta: *l. 2. C. de his, quae vt indign.* RETRACTARI in iudicio: *l. 10. D. ad SC. Turpill.* Memoria RETRACTATA: *l. 2. princ. D. ne de statu defunctor.* RETRACTARE rem iudicatam: *l. 2. C. quando prouoc. non est necess.* RETRACTARE sententiam: *l. 1. C. sentent. rescind. l. 2. §. 3. D. ne de statu defunct.* RETRACTARE de sententia: *l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr.* RETRACTATA sententia: *l. 29. §. vlt. D. de liberal. causs.* Sic etiam RETRACTARI status dicitur, *l. 2. C. ne de statu defunctor.* RETRACTANDVS status: *l. 1. D. eod. tit.* RETRACTARI venditio: *l. 6. C. de restitution.*

RETRACTATIO: *l. vlt. C. de fid. instrum. l. vlt. C. de tempor. adpellat.* RETRACTATIO erroris: *l. 8. D. de administrat. rer. ad ciuit. pertinent.* RETRACTATIONIS quaestio: *l. 1. §. 1. D. ne de statu defunct. l. 35. C. de adpellat*

RET.

RETRAHERE, reuocare; repetere. RETRAHERE ablata: *l. 1. C. vi bonor. raptor.* RETRAHERE agros: *l. vlt. §. 1. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* RETRAHI in vetera iura: *l. 2. C. de fund. et saltib. rei domin. Lib. XI.* RETRAHI possessio: *l. 2. C. si quis pign.* RETRAHI in seruitutem: *l. 24. D. qui et a quibus.*

RETRO, pro contra, ex diuerso, rursus. *l. 60. D. de condit. et demonstr. l. 4. D. de oper. seruor. l. 67. D. de solution. l. 40. §. 2. D. de adquir. possess. l. 9. §. vlt. D. de except. rei iudic. l. 34. §. vlt. D. mandat. l. 21. §. 2. D. de fideiussor. l. 3. D. de interdict.* RETRO adcreuisse: *l. 35. D. ad leg. Aquill.* RETRO adcreuisse domioium: *l. 17. §. vlt. l. 35. D. eod. tit.* RETRO adquiri: *l. vlt. D. communia praedior.* RETRO agere: Quinctil. *Lib. XI. cap. 3.* Plin. *Lib. XXXVI. Hist. natur. cap. 5. Si quis quum familiam ad annum vsque RETRO agat.* [Seneca *Lib. I. de ira cap. 16. Iram saepe misericordia RETRO, egit* id est, vt Lipsius interpretatus est, mutare fecit propositum.] RETRO agere venditionem: *l. 1. C. quando liceat ab emt.* RETRO acta est venditio: *l. 19. D. de vsucap.* Sic RETRO agi: *l. 9. D. de alien. iudic. mutand. causs.* RETRO quoque agi donatio dicitur. *l. 11. §. 1. D. de donat. int. vir. et vxor.* RETRO aguntur omnia: *l. 9. D. de alienat. iudic. mut.* RETRO competit libertas: *l. 3. D. de manumiss. vind.* RETRO compotari: *l. 1. §. 40. D. de vi et vi arm.* RETRO creditur: *l. 44. D. de legat. I.* RETRO creditur fuisse: *l. 26. D. de poen.* RETRO dandi, id est, reddendi, *l. 67. D. de solutionib.* RETRO duci: *l. 20. §. 5. D. de seruit. praedior. vrban.* RETRO ducitur: *l. 15. D. de reb. dubiis.* RETRO fuisse: *l. 25. §. 1. et §. 9. D. de vsufruct.* RETRO nostrum est: *l. 1. §. 6. D. si quid in fraud. patron.* RETRO redire lumen: *l. 38. D. de adquir. rer. domin. l. 38. D. mandati.* RETRO recurrere: *l. 16. §. 1. D. de pignor.* RETRO restituere: *l. 6. D. de fideicommiss. libert. l. vlt. §. vlt. D. de publican.* RETRO solui: *l. 80. D. de solution.* RETRO solota pecunia: *l. 57. D. de action. emti.* RETRO videt: *l. 35. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. RETRO, pro ante vel quondam. Sic: RETRO fructuarius, *l. 25. §. 1. D. de vsufruct. et quemadmod. quis vtat.* eadem ratione dicitur, qua *quondam* dominus, *l. 1. §. 10. D. si quadrup. pauper. fec.* et *adhuc* tutor, in *l. 16. D. de tutel. et ration. distrah.* RETRO liber: *l. 7. D. de manumiss. testam.* RETRO principes: *l. 2. C. quib. ad libert. proclam. l. 11. C. de iur. et fact. ignorant. l. vlt. C. de praed. decurion. Lib. X. l. 1. C. Theod. de fid. test.* RETRO principum statuta: *l. 11. C. de iur. et fact. ignor.* et *l. 168. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* [Quae iam dudum tam a nobis, quam RETRO principibus, parentibus nostris statuta noscuntur. *l. 181. C. Th. eod. tit.* RETRO principum rescripta: *l. 11. C. Th. de fid. test. Lib. XI. tit. vlt.* Veteres RETRO principes annuerunt: *l. 30. C. ad leg. Iul. de adulter. l. 2. C. Th. eod. tit. Lib. IX. tit. 7.* Omnes RETRO principes diuersis legibus praestiterunt: *l. 11. C. Th. de proxim. comit. dispos. Lib. VI. tit. 27.* Priuilegia, quae diuae memoriae pater noster atque RETRO principes detulerunt. *l. 15. C. Th. de Iudaeis. Lib XVI. tit. 8.* RETRO principum generalia constituta: *l. 20. C. Th. eod. tit.* RETRO principum largitates: *l. 4. princ. C. Theod. de conlat. donat. Lib. XI. tit. 20.* Beneficia diuorum RETRO principum: *l. 3. C. Theod. de medic. et profess. Lib. XIII. tit. 3.* RETRO principum imaginem deponere: *l. 16. C. de oper. publ. l. 44. C. Theod. eod. tit. Lib. XV. tit. 1.* A RETRO principibus dissimulatum: *l. 6. C. Theod. ne sancti. baptism. iter. Lib. XVI. tit. 6.*] RETRO vsa: *l. 37. D. de legib.*

RETRORSVM computare. *l. 1. §. 3. D. de itin. actuqu. priu.* RETRORSVM egredi: *l. 2. §. 3. D. de priuat. delict.* RETRORSVM se refert: *l. 18. §. 1. D. de constit. pecun.*

RETRORSVS. *l. 21. D. ad leg. Aquill.* RETRORSVS reducere: *l. 32. §. 1. D. de pecul.*

REV.

REVENDERE operas: *l. 22. §. 1. D. de oper. libertor.*

REVENIRE fundum, id est, reuendere: *l. 5. D. de leg. commissor.*

REVENIRE, id est, reuerti et reuolare. REVENIRE solent apes; *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XII. §. 7. in fin.*

REVERENTIA debita: *l. 4. C. de patr. potestat.* Sic REVERENTIAE debitae munus: *l. 5. C. de obsequ. patron.* REVERENTIA honoris: *l. 28. §. vlt. D. de poen.* REVERENTIA, quae maritis exhibenda est. *l. 14. D. solut. matrim.* REVERENTIA paterna: *l. 50. D ad SC. Trebellian.* REVERENTIA patroni: *l. 45. §. vlt. D. de ritu nuptiar. l. 1. §. 6. D. quar. rer. act.* REVERENTIA exhibenda est patrono: *l. 4. §. 16. D. de dol. mal. et metus exceptione.* REVERENTIAM debent liberti filiis patronorum: *l. vlt. C. de oper. libert.* REVERENTIA personarum; *l. 3. §. 1. D. de actione rer. amotar. l. 2. D. de testib.* REVERENTIA personarum et inter virum et vxorem: *l. 3. §. 1. D. de act. rer. amotar.* [REVERENTIA pontificalis: *rubr. C. de episc. audient.* Salua REVERENTIA: *l. 9. C. de condict. ob causs. dator.* Salua REVERENTIA, quam patrono liberti solent exhibere: *l. 8. C. de liberal. caussa.* Cum REVERENTIA sui imaginem principis deponere: *l. 16. C. de oper. publ.* quae est *l. 44. C. Theod. eod. tit. Lib. XV. tit. 1.*] ¶. 2. [REVERENTIA vera diuinaque, pro religione: *l. 56. C. Theod. de haeret. Lib. XVI. tit. 5.* REVERENTIA religionis; *l. 30. C. Theod. de episcop. Lib. XVI. tit. 2.* Sic et cultus diuinae REVERENTIAE pro clericatu. *l. 29. C. Th. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

REVERTI, redire, regredi. REVERTENDI animum habere, et desinere REVERTENDI animum habere: *l. 5. §. 5. D. de adquir. rer. domin.* vid. supra *Lib. I.* in ANIMVS. REVERTI in suum

REATVS. Ita autem vocatur eorum ſtatus et conditio, qui inter reus recepti ſunt. Et quamdiu accuſatio pendet, in REATV eſſe dicuntur. *l. vlt. D. de public. iudic. l. 25. princ. D. de poenis. l. 3. §. 9. D. de muner. et honor. l. 46. §. 6. D. de iure fiſci.* Sic in REATV agere: *l. 25. princ. D. de poenis. l. vlt. §. vlt. D. de bonis eorum, qui ante ſentent.* In REATV conſtitutus: *l. 46. §. 6. D. de iure fiſc.* In REATV alicuius criminis eſſe: *l. 3. §. 9. D. de muner. et honor.* Ante tempos criminis ac REATVS: *l. 9. §. 1. C. de bonis proſcript.* In REATV decedere: *l. vlt. D. ad leg. Iul. maieſtat. l. vlt. §. vlt. D. de bonis eor. qui ante ſent. l. 7. §. 2. D. de bonis damnator.* In REATVM deducitur, quae adulterium commiſit: *l. 29. C. ad leg. Iul. de adulter.* Ante REATVM viri: *l. 24. C. de donation. inter vir. et vxor.*

RHA.

☞ RHAPISMA, alapa, quam manumiſſor poſtremam infligebat ſeruu manumittendo. Simon Magiſter *de moribus ex Baſilii M. operibus.* Εἰ δοῦλος ἀνθρώπων ἦσθα, προεγράφη δὲ δούλοις ἐλευθερία; Οὐκ ἂν ἐπὶ τὴν κυρίαν ἀπήντησας, συνηγόρους μισθώμενος, καὶ δικαστὰς παρακαλῶν, ὥστε πάσῃ μηχανῇ πρὸς ἐλευθερίαν ἐξαιρεθῆναι, ἤπου καὶ ῥάπισμα τὴν τελευταίαν τῶν δούλων πληγὴν ὑπὲρ τῆς μετὰ ταῦτα τῶν αἰκισμῶν ἀπαλλαγῆς κατεδέχου. *Quid ſi ſeruus hominum exſiſtas, decreta autem ſit ſeruis libertas? Annon vt propriam adſequaris, occurrat, aduocatos conducat? iudices aduocans, vt omnibus machinis in libertatem adſeraris, vtque alapam, vltimam ſeruorum plagam pro commutatione reliquorum poſthac ſuppliciorum et verberum recipias?* RHAPISMATIS autem fit mentio in *l. vlt. C. de emancip. liber.* HEIN.

RHAPSODIA Homeri. *l. 52. §. 2. D. de legat. III.* [Sed verbum RHAPSODIA ibi non habetur, vtut Brederodius quoque hunc textum eo adlegauerit.] ☞ Sequi Briſſonius videtur Anton. Auguſtinum *Lib. IV. Emendation. cap. 2.* qui ex RHAPSODIAE, praepoſterum illud *pars bodie*, quemadmodum et in Piſanis legitur, atque ex iis in ceteros libros manauit, natum eſſe putat; idque verbum adeo ſibi poſtliminiu reſtituiſſe videtur. Ceterum non tam vtrumque corpus Humeri coniunctum, vt defenſor Latinitatis iurisc. voluit, quam vel ſingulos et Iliadis et Odyſſeae librus, vel ſeparatim vtrumque corpus, RHAPSODIAM Iliadis, et RHAPSUDIAM Odyſſone dici, oſtendit V. C. Car. Andr. Dukerus *de Latin. veter. iurisc. p. 107.* HEIN.

RHE.

[RHEDA, pro vehiculo. *§. 48. Inſt. de rer. diuiſion. l. 3. D. de incend. ruin. naufrag. l. 60. §. 8. D. locati.* RHEDAE mille librarum onus imponi debet, carro ſexcentarum, nec amplius: *l. 47. princ. C. Theod. de curſu publ. Lib. VIII. tit. 5.*]

RHEMNIA lex: *l. 1. §. 2. D. ad SC. Turpillian.* vid. ſupra REMMIA.

[RHETORES et Grammatici iunguntur in *l. 11. C. Theod. de medic. et profeſſor. Lib. XIII. tit. 3.* Nicoſtrati RHETURIS meminit *l. 27. D. de donation.*]

RHO.

RHODIA lex, ὁ τῶν Ῥοδίων νόμος, in *l. 9. D. ad leg. Rhod. de iactu.* RHODIAE autem leges nauticae ſunt a Rhodiis deſcriptae, quibus vt aequiſſimis mare regi Imperatoribos non diſplicuit. Quod et Iſidorus *Lib. V. cap. 17.* ſcribit. Inde *titulus D. de leg. Rhodia.* et apud Paullum *Lib. II. Sentent. tit. 7.* Tertullian. *Lib. III. aduerſ. Marcion. cap. 6. Scilicet nauclero illi non quidem RHODIA lex, ſed Pontica cauerat.*

RID.

[RIDERE, et DERIDERE aliquem vel ſententiam alicuius, pro explodere dicunt iuriscunſulti. Vlpianus *l. 10. §. 1. D. de negot. geſt.* Iſtam ſententiam Celſus eleganter *deridet.* Sic et *deriſus* Nerua. *l. 9. D. in quib. cauſſ. pign. vel hypoth.* ad quam Cuiscius *Lib. XVII. Obſeru. cap. 39. Deriſus eſt, ait, non inſultando, (nec enim ſolent prudentiſſimi iuris auctores alii aliis inſultare,) ſed argumentando, dum oppoſita ratione certa, cautioni eius ceteri adſenſi non ſunt.* Add. eiusd. *recitat. ad Codic. de neceſſar. ſeruis.*]

RIDICA, pedamentum vinearum fiſſile eſt. RIDICAE vinearum: *l. 11. §. 3. D. quod vi aut clam.*

RIDICVLVS, A, VM, qood deridetur. RIDICVLVM eſt: *l. 44. D. de aedilit. edict. l. 100. D. de condit. et demonſtrat.* Quid tam RIDICVLVM eſt: *l. 67. §. 1. D. de furtis.* Perquam RIDICVLVM eſt: *l. 7. §. vlt. D. de interdict.* Plusquam RIDICVLVM eſt: *l. 27. D. qui teſtam. facer.* RIDICVLVM eſſe dicere: *l. 18. §. 1. D. de adquir. poſſeſſ.* RIDICVLVM legatum: *l. 65. D. ad leg. Falcid.*

RIG.

RIGARE, pro irrigare. RIGARE agros: *l. 1. §. 11. D. de aqua quotid. et aeſtiu.*

RIGOR curſus aquae, rectum profluentis tenorem ſignificat. *l. 1. §. 3. D. ne quid in flum. public.* RIGUR naturalis curſus fluminis: *l. 1. §. 5. D. de flumine, ne quid in flum.* Sic RIGOR ſtillicidii rectus eius fluxus eſt. *l. vlt. §. vlt. D. de ſeruit. praed. vrban.* At Plinius *Lib. VII. epiſt. 50.* RIGUREM aquae pro frigiditate puſuit.

§. 2. Sunt et RIGORES in agris, cuius verbi, quia a lexicis abeſt, non alienum erit, interpretationem ſubiicere. Id autem Boethius *Lib. I. Geometr.* ita explicat. RIGOR *eſt, quidquid inter duo ſigna veluti in modum lineae directum proſpicitur. Flexuoſum vero eſt, quidquid ſecundum naturam locorum curuatur. Nam quod in agro a menſore operis cauſſa ad finem directum fuerit,* RIGOR *adpellatur: quidquid ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea adpellatur. Bini vero* RIGORES *fiunt, quando ſingulis ſpatiis interuenientibus tendunt, vt itinere plerumque peragunt.*

Vid.

Vid. et Frontin. *de agror. qualitate p. 31.* Aggen. Vrbic. *p. 52.* RIGOR, ait, *suae rectitudinis naturalis nomen accepit.* Sicul. Flaccus *de conditione agror. p. 13.* *In aliquibus regionibus, ait, ita fines inter possessores ordinati sunt, ut RIGORES durent per longum tractum, incedentesque in viis aut riuis aut substructionibus, aut regionibus aliisque finitionum generibus deficient supra dicti RIGORES.* ¶. 3. RIGOR per translationem dicitur, atque tenorem significat. RIGOR iuris: *l. 19. D. de adpellationib. l. 32. princ. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 8. C. de iudic. l. 24. §. 10. D. de fideicommissar. libert.* Vlpian. *tit. XXV. Regul. princ.*

RIP.

RIPAM fluminum dici, vt littus maris, Grammaticis notum est. RIPAM autem fluminis, Vlpianus definit esse id, quod flumen continet, naturalem rigorem cursus sui tenens. *l. 1. D. de flumin.* Paullus vero in *l. penult. D. eod tit.* RIPAM ait, eam dici, quae plenissimum flumen continet. RIPARVM autem vsum publicum esse ait *l. 5. D. de rer. diuision.* ¶. 2. Hinc loquutiones: RIPAM munire, quod est aggeribus factis et oppositis aquam coercere, ne excrescens flumen agrum occupet. *l. 1. §. 6. D. ne quid in flum. publ. l. vn. C. de ripa muniend.* [Prope RIPAM fluminis praedia possidere. *§. 22. Inst. de rer. diuis.* In RIPA fluminis arbor nata: *l. 30. D. de adquir. rer. domin.* *Marginem fluminis* vocat Plinius *Lib. VIII. epist. 8.*]

RIPARENSIS ad ripam situs. Inde RIPARENSIA castra in *l. 14. C. de re milit. Lib. XII.* in ripis statuta et locata. RIPARENSIA castra, in quibus RIPARENSES legiones, quarum Notitia Imperii meminit. Prouinciarum quaedam partes a RIPIS fluminum *ripenses* dicebantur, veluti Dacia RIPENSIS, Noricum RIPENSE, Pannonia RIPENSIS. Quae ergo his tractibus custodiendis inuigilabant, legiones RIPARENSES dictae. Vid. Cuiac. *Lib. I. Obseruat. cap. 25.* HEIN. RIPARENSIVM legionum fit mentio apud Vopiscum *in Aureliano Cap. XXXVIII.* Inde etiam RIPVARII adpellati sunt Germani riparum Rheni accolae, quibus conscriptae leges hodieque exstant.

RIS.

RISCVS, arcula vestiaria; sic enim interpretor verbum, quod in *l. 25. §. 10. D. de aur. argent. legat.* occurrit. Hanc enim solam huius verbi significationem ei loco adcommodatam reperio. Tradit autem Iul. Pollux *Lib. VII. Onomastic. cap. 19. segm. 79. et Lib. X. cap. 31. segm. 137.* κιβώτια, ἐν οἷς ἀποτίθενται αἱ ἐσθῆτες, ῥίσκον παρὰ τοῖς νεωτέροις λέγεσθαι *arculam, in qua vestimenta reponantur, a recentioribus RISCVM adpellari.* Donatus vero *in Eunuch. Terent. Act. IV. scen. 6. v. 16. nomen id esse Phrygium* scribit, *eoque significari cistam pelle contectam.* At in Lexico B. Germani RISCVS κιβωτὸς μεγάλη *cista magna* definitur. Ita etiam Cuiac. *Lib. VIII. Obseru. cap. 1.* et Pancirol. *Variar. Lect. Lib. II. cap. 99.* HEIN.

RIT.

RITE fit, quod ordine et legitime fit. RITE contractum matrimonium: *l. 3. C. de interd. matrim.* Tertullian. *Lib. II. ad vxor. cap. 3.* *Et matrimonium RITE contractum allegabimus, quod vetuit ipse.* RITE contractae nuptiae: *l. 6. C. eod. tit.* Tertullian. *ibid. Cap. VIII.* *Nam nec in terris filii sine consensu parentum RITE et iure nubunt.* RITE facta: *l. 6. D. ad leg. Cornel. de fals.* RITE facta obligatio: *l. 2. C. de nouation.* RITE intercedente obligatione: *l. 4. C. de pactis conuent.* RITE perfecta obligatio: *l. vlt. C. de crimine stellion.* RITE promissa: *l. 3. C. de dote promiss.* [Alias RITE et *recte* sic differunt. RITE sollemnia et ritus respicit: *recte* aequitatem seu caussam. Itaque miles iure militari *recte* testatur, non autem RITE. Cuiac. ad *l. 8. §. 2. D. de bonor. possess. contra tabul.*]

[PHTON. Quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, id est, dictum a sententia, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit. *l. 30. D. de legibus.*]

RITVS, sollemnia significat, *rubr. D. de ritu nuptiar.*

RIV.

RIVALIS. Dicuntur RIVALES, qui per eumdem riuum aquam ducunt *l. 1. §. 26. l. 3. §. penult. D. de aqu. quotid. et aestiu.* Gell. *Lib. XIV. Noct. Attic. cap. 1.* *Quod ei forte de aquaeductu cum RIVALIBVS contentio esset.* Acron *ad Horat. Art. poet. v. 444.* RIVALES, ait, *dicebantur, qui in agris riuum habebant communem, et propter eum saepe disceptabant.*

RIVVS. Eum Festus Lib. XVI. dici ait, *non tantum naturali suo impetu fluentem tenuem aquae fluxum,* quomodo Caius RIVVM *fluminis* dixit in *l. 7. §. 4. D. de adquir. rer. domin.* *sed et manu factum, siue super terram in fossa, siue super specu:* a Graeco verbo ῥέειν. Hoc posteriore significatu RIVVS definitur ab Vlpiano esse locus per longitudinem depressus, quo aqua decurrat. *l. 1. §. 1. D. de riuis.* Atque ita accipitur, in *l. 2. D. de extraordin. cognition. l. 12. et l. 16. D. quemadmod. seruit. amittant. l. 3. §. penult. et vlt. l. 5. in fin. D. de aqua quotidian. l. 13. l. 21. §. 1. D. de seruit. praed. rustic. l. 52. §. 12. D. pro socio.* Vitruu. *Lib. VIII. cap. 7.* *Ductus autem aquae fiunt tribus generibus. RIVIS per canales structiles, et fistulis plumbeis, aut tubis fictilibus.* Nam in RIVO collocabantur fistulae, vel canales, quibus aqua ducebatur. *l. 3. §. 2. D. de riuis.* Inde deprimere vel alleuare RIVVM: *l. 12. D. commun. praedior.* Et ducere RIVVM: *l. 9. D. de seruitut.* Sic et RIVVM inducere parietibus: *l. 61. D. de vsufruct.* Sic Manilius *Lib. IV. Astronom. v. 265.*

Et peregrinantes domibus suspendere RIVOS.

Idem *eod. libro v. 261.*

Vndas inducere tectis
Ipsaque conuersis adspergere fluctibus astra.

RIVI autem, prout conuenerat, terreni, signini, caementicii, lapideiue fiebant, vt adparet ex *l. 1. §. vlt. et l. 3. §. 1. D. de riuis.* Item RIVI quidam

erant aperti, quidam tecti et operti. *l. 1. §. 3. l. vlt. D. de riuis. l. 1. §. 4. D. ne quid in flum. publ.* Hos subterraneos Frontinus saepius adpellat *in lib. de aquaeductibus.* [RIVVS priuatus: *l. 6. D. finium regund.* RIVVS a flumine magnitudine discernendus est, aut existimatione circumcolentium. *l. 1. §. 1. D. de flumine.*] Inde et verbum *corriuare*, de quo *Lib. III.*

RIX.

RIXA. Cornel. Fronto *de different. voc. p. 2202.* edit. Putschii. RIXA *sine armis est, et habet defensionem.* RIXAM etiam duorum esse, turbam vero multitudinis hominum et turbationem et coetum, ait Vlpianus, *l. 4. §. 3. D. de vi bonor. raptor.* RIXA et litibus et contentione nata: *l. 20. D. de obligation. et action.* In RIXAM prolapsus: *l. 5. C. de iniuriis.* RIXA, in *l. vlt. D. ad leg. Cornel. de ficariis. l. 52. §. 1. D. ad leg. Aquill.*

ROG.

ROGARE in vulgari et trita significatione, verbum est precarium et fideicommissis proprium. Cuius rei exempla frequentiora sunt, quam vt adscribi debeant. ¶. Praeter illam cuilibet notam significationem etiam interrogare significat. ROGARE namque dicitur, qui stipulatur. *l. 7. §. 12. D. de pactis.* Sic: ROGATVR, id est, interrogatur. *l. 2. D. de adoption.* Sic ROGARE, pro vtendum petere. *l. 5. §. 7. et 13. D. commodati.* Plaut. *Aulular. act. II. scen. 2.* ROGARE commodatum: *l. 5. §. 7. et 13. et l. 22. D. commodati.* ROGARE conductum seruum: *l. 16. D. de pericul. et commod. rei vendit.* ROGARE emtum: *l. 41. D. de contrah. emtion.* et apud Plautum *Captiu. Act. I. scen. 2. v. 76.*

Agesis ROGA *emtum, si quis meliorem* etc.

Eodem sensu ROGANDI verbum accipe apud eumdem poetam *Pseudol. Act. IV. scen. 6. v. 8.* add. *Lib. VI. de Form. Pop. Rom Cap. II.* ROGARE fideiussores: *l. 21. D. de vsur.* ROGARE mutuam pecuniam: *l. 9. §. vlt. D. de rebus credit.* ROGARE precario: *l. 10. l. 15. l. 21. §. vlt. l. 36. D. de adquir. possess. l. 6. D. pro emtor. l. 2. l. 4. §. 2. l. 12. §. vlt. D. de precario.* ROGO respondeas: *l. 44. D. ad SC. Trebell.* ROGARI testes, id est, interrogari. *l. 11. D. de testib. l. 21. §. 2. D. qui testam. facer.* qui in vet. Glossar. *οἱ παρακληθέντες μάρτυρες.* vid. *Lib. V. de Formul. cap. CCVI.* ROGARE vendendam rem: *l. 15. D. depositi.* ¶. 3. ROGARI quoque lex dicebatur, quoniam magistratu interrogante ferebatur *l. 1. D. ad leg. Falcid.* Vlpian. *Regul tit. 1. §. 3.* ROGATVR lex, id est, fertur. Sic ROGARE legem: *l. 1. D. ad legem Aquill.* Post hanc legem ROGATAM. *l. 1. D. ad legem Falcid.* Lege ROGATVM est: *l. 2. §. 16. D. de orig. iur.* ¶. 4. ROGARI etiam dicebantur sententias Senatores, a quibus quid de ea re, quae ad populum ferebatur, sentirent, exposcebatur. Sallust. *in Catilin. Cap. L. n. 4.* ROGARI sententiam; *l. 6. §. vlt. D. de decurion.* Adde *de Formul. II, 64.*

ROGATIO precarii: *l. 36. D. de adquir. possess. l. 33. §. vlt. D. de vsucap. l. 11. §. 12. D.*

quod vi aut clam. l. 4. D. de precar. vid. *de Formul. Pop. Rom. Lib. VI. cap. 146. et 147.* ¶. 2. ROGATIO de legibus dicitur, illiusque verbi significationem plenius explicat Gellius *Lib. X. Noct. Attic. cap. 20.* Sic ROGATIO Voconia: Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 8. §. 22.* et in *Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. XVI. §. 3. extr.* Ita legisse videtur Brissonius, quemadmodum et in Paulli Sententiis legi, in variis lectionibus notauit Schultingius. Eidem tamen magis placuit *Voconia* vel *Voconiana ratio*, quomodo et edidit. vid. Schulting. *ad iurisprud. vet. anteiust. p. 412.* HEIN.

ROGATVS, VS. preces, petitio. ROGATV liberti: *l. 1. §. 8. D. quar. rer. actio non dat.* ROGATV serui: *l. 22. §. 9. D. mandati.*

ROM.

ROMA. Eius adpellatione continentibus aedificiis finitur. *l. 2. D. de verbor. signif.* Itaque aedificia ROMAE fieri ea videntur, quae in continentibus aedificiis fiunt. *l. 139. D. eod. tit.* et qui in continentibus aedificiis nati sunt, ROMAE nati intelliguntur, *l. 147. D. de verb. signific.* Et penu, quae ROMAE sit, legata, non ea tantum, quae intra murum, sed et quae intra continentia sit, debetur. *l. 4. §. 4. D. de penu legat.* Et sic quoque ROMAE dati tutores intelliguntur. *l. 45. §. 3. D. de excusat.* ¶. 2. ROMA communis patria est. *l. 33. D. ad municipal.* Eadem omnium patria dicitur, *l. 19. D. de interdict. et relegat.* Seneca *in consolat. ad Heluiam cap. VI. Denique ab hac discede ciuitate, quae veluti communis patria potest dici, omnes vrbes circumi.* Liuius *Lib. III. cap. 66. Dissolui licentia militandi morem, nec pro communi iam patria ROMAM esse.* Symmach. *Lib. II. epist. 81. Venturum te ad communem patriam fama promiserat.* Athenaeus *Lib. I. cap. 17.* ROMAM scite *τῆς οἰκουμένης ἐπιτομήν, orbis compendium* vocat. Vocatur et *caput orbis* a Iustiniano in *constit. Deo auctore §. 10. de concept. Digestor.* et *terrarum caput* a Plinio *Lib. III. Histor. natural. cap. 5. init.* Orbis ROMANVS, vide ROMANVS inferius.
¶. 3. Huc pertinent ROMAE studiorum gratia esse: *l. 50. D. famil. ercisc.* ROMAE studiorum gratia agere: *l. 17. D. de reb. credit. l. 5. §. 5. D. de iniur* vide in STVDIVM. *Lib. XVII.* Et certe ROMAM complures ad accipiendum ingenii cultum concessisse Gellius *Lib. I. cap. 13.* testatur.
¶. 4. ROMA autem duplex statuitur in constitutionibus; vna vetus, altera noua, videlicet Constantinopolis, quam veteris et antiquae Romanae praerogatiua laetari Imperatores voluerunt. *l. 6. C. de Sacros. eccles. l. 40. C. de episcop. et cleric. l. 4. C. de oper. publ l. vlt. C. in quib. causs. pign. l. vlt. C. de tempor. in integr. restitut.* Zonaras etiam non semel hanc *νέαν Ῥώμην* vocat. Quin etiam *Chalcedonens. concil. Cap. XXII.* ita scriptum est. Τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα· καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας Ῥώμης ἁγιωτάτῳ θρόνῳ, εὐλόγως κρίναντες, τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι Ῥώμῃ. Concilio etiam Constantinopolitano.

no, quod sub Theodosio iuniore coactum est, τὸν μὲν τοι τῆς Κωνσταντίνε πόλεως ἐπίσκοπον ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν νέαν Ῥώμην. Has adpellant Theodos. et Valentin. *regales ciuitates*, in *l. 3. C. de natural. liber.* vt adparet ex *Nouell. LXXXIX.* in qua Iustinianus Theodosii verba repetit. ROMA vetus et noua. *Const. Deo auctore §. 10. de concept. Digest.*

ΡΩΜΑΙΚΑ aliquoties citat Harmenopulus, deque eo libro tradit Cuiac. *Lib. VI. obseruat. cap. 10.* fuisse illud volumen, in quo edicta Patriciorum vel Magistrorum collecta fuerint. Sicuti enim collectio edictorum Principalium dicta sit liber βασιλικῶν, collectio edictorum a Praefectis praetorio propositorum liber ἐπαρχικῶν, ita farraginum edictorum Patricialium ῥωμαϊκῶν vocabulum tulisse. Enimuero Patriciatus erat dignitas palatina, quam *nihil iurisdictionis habere* diserte scribit Cassiodor. *Lib. VI. Variar. cap. 2.* Ergo nec edicendi Patriciis fuit occasio. Deinde Harmenopulus, qui solus librum Ῥωμαϊκῶν citat, semper illum tribuit Μαγίστρῳ cuidam, et ita quidem, vt vix dubium sit, eum intelligere priuatum quemdam, qui κατ᾽ ἐξοχὴν *Magister* dictus sit. Fueritne ille Cosmas Magister officiorum sub Romano seniore, isque hunc librum a se adornatum in principis sui honorem Ῥωμαϊκὰ inscripserit, quae elegans est Dionysii Gothofredi coniectura *in notis ad Harmenopuli praefat.* scire me fateor cum ignarissimis. HEIN.

ROMANVS. Ciuem ROMANVM fieri hostium seruum, indignum esse, ait *l. 24. §. 2. D. de fideicommiss. libert. vid. supra Lib. III.* ROMANA ciuitas: *l. 3. §. 1. D. de suis et legit.* ROMANVS orbis: *l. 17. D. de statu homin. l. 5. C. Theod. de metallar.* Cassiodor. *Lib. III. Variar. epist. penult. Augusti siquidem temporibus orbis* ROMANVS *agris diuisus censuque descriptus est.* Saluian. Massiliens. *Lib. VII. de Gubernat. Dei p. 131. In omni enim ferme orbe* ROMANO *pax et securitas non sunt. et ibid. Totus* ROMANVS *orbis et miser est, et luxuriosus.* ROMANIS parentibus disciplina castrorum antiquior fuit, quam caritas liberorum: *l. 19. §. 7. D. de captiu. et postlimin.*

ROS.

ROSTRA, suggestum fuit in foro ex rostris nauium Antiatium exstructum, auctore Liuio *Lib. VIII. cap. 14* et Plin. *Lib. XXXIV. Histor. nat. cap. 5.* Dio Cassius *Lib. LVI.* δημηγορικὸν βῆμα vocat, vt ex eius verbis cum Sueton. *in Augusto cap. C.* collatis patet. Eorum autem fit mentio in *l. 2. §. 4. D. de orig. iur.*

ROT.

ROTA aquaria, apud Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 6. §. 65.* est, per quas tollitur aqua. Earum ROTARVM fit mentio in *l. 2. D. commun. praedior.* et *l. 40. D. de contrah. emtion.* et apud Catonem *de re rustica cap. XI.* Lamprid. *in Elagabalo cap. XXIV. Parasitos ad* ROTAM *aquariam et cum vertigine sub aquas mittebat, rursusque in summum reuoluebat.* Tertullian. *in lib. de anima cap. XXXI.* ROTAS *aquilegas* vocat. A Vitruuio etiam inter ea organa, quibus aqua hauritur, ROTA ponitur. *Lib. X. cap. 9.* et alias saepe. Isidorus *Lib. vlt. cap. 15. Dicta*, ait, *est* ROTA *quasi ruat. Est enim machina, qua ex flumine aqua extrahitur.* Lucret. *Lib. V. v. 517.*

In fluuio versare ROTAS *atque haustra videmus.*

Vbi haustra sunt ROTARVM cadi ab hauriendo, quae Graece ἄντλια vocatur, vt a Nonio notatur. Riuus vero ille, quo per ROTAM educta aqua in hortum effunditur, ἀμάρα Graecis vocatur, vt et in Etymologico traditur. Hirtius *de bello Alexandr. cap. VI. Aquae magnam vim ex mari* ROTIS *ac machinationibus exprimere contendit.* De hac ROTA et quemadmodum confici debeat, vide apud Heronem Alexandrin. *Lib.* πνευματικ. *cap. 1.* [Adde etiam, quae hac de re obseruauit Cuiac. *Lib. III. Obseru. cap. 28.*] ¶. 2 ROTAM vehiculo aptare: *l. 7. §. 1. D. ad exhibend.*

RVB.

RVBIGO, segetum pestis, vt vocat Plinius *Hist. natur. XVIII, 17.* vbi et illam describit. RVBIGO *scabra* apud Ouid. *Lib. I. Fastor. v. 687.* et Virgil. *Georg. I, 95.* Varro *Lib. V. de lingu. Latin. p. 47. Robigalia dicta a Robigo. Secundum segetes huic Deo sacrificatur, ne* RVBIGO *occupet segetes.*

RVBOR. Non sine RVBORE: *l. 3. §. vlt. D. de vsuris.*

RVBRIANVM Senatusconsultum. *l. 26. §. 9. l. 28. princ. l. 33. §. 1. l. 36. princ. D. de fideicommissar. libert.* quod Rubrio Gallo et Coelio Pisone (immo C. Coelio Hispone Gruter. *Inscript. p. CCCCLXIV*, 1. HEIN.) Coss. temporibus Traiani factum est. Cuius sententia exponitur in *l. 26. §. 7. l. 28. l. 33. §. 1. D. eod. tit. l. 3. §. 3. D. de legitim. tutor.*

RVBRICA, terram rubri coloris, Latinis significat. Eoque sensu verbum hoc apud Vitruuium *Lib. VII. cap. 7.* et Caton. *de re rustic. Cap. XXXIV.* et Tertullian *Lib. I. de cultu feminar. cap. 7.* et Nonium *in verbo examussim*, vsurpatum inuenies. Huiusmodi vero terra et minio quum tituli ac capita librorum notari solerent, eo factum est, vt RVBRICAE pro titulis caperentur. *l. 2. §. 3. D. de interdict.* RVBRICA de ioris et facti ignorantia: *l. 1. §. vlt. D. de his, qui not. inf.* Sidon. Apollin *Lib. VIII. epist. 6. Cuius peremtoriis abolita* RVBRICIS cet. Ouid. *Lib. I. Trist. Eleg. I. v. 7.*

Nec titulus minio nec cedro charta notetur.

Iuuenal *Sat. XIV. v. 192.*

Perlege rubras
Maiorum leges.

Persius *Sat. V. v. 90.*

Excepto si quid Masuri RVBRICA *vetauit.*

Quinctil. *Lib. XII. cap. 3. Quorum alii se ad album ac* RVBRICAS *transtulerunt, et formularii, vel vt Cicero ait, leguleii quidam esse maluerunt.* Sic loquutus etiam Prudentius *contra Symmach. II, 460.*

Dicant, cur condita sit lex
Bis sex in tabulis: aut cur RVBRICA *minetur.*

RVB. RVD. RVE. RVF. RVI. RVM. Vid. et Turneb. *Aduerfar. IV,5.* HEIN. Terentianus, *inſtar tituli fulgidula notabo minio.* Seruius *ad Virgil. Eclog. X. v. 27.* *Faciem quoque Iouis de RVBRICA illinunt, inſtar coloris aetherei.* Minium enim RVBRICA eſt.

RVD.

RVDERA veteri Gloſſario ſunt *illa, quae decidunt diſcuſſis moenibus fragmenta lapidum et demolimenta caementorum.* RVDERA egerere: *l. 7. §. 2. D. de damno infect.* RVDERA tollere: *l. 6. D. eod. tit.* In cuius aedes RVDERA decidiſſent. *l. 7. §. vlt. D. eod. tit.*

RVDIS, E, incultum indigeſtumque ſignificat. Sic RVDES lapilli vel gemmae, ſunt nondum ornamentis aptati aptataeue. *l. 25. §. 11. D. de aur. argent. legat.* RVDIA etiam mancipia dicuntur, id eſt, nouitia, quibus opponuntur trita et veterana. *l. 37. D. de aedilit. edict.* Et RVDIS maſſa, ex qua nulla ſpecies effecta, *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin.* RVDIS materia, id eſt, non facta, neque in opera coniecta, *l. 19 §. 11. D. de aur. argent. legat. l. 78. §. 4. D. de legat. III.* Item RVDES parietes, nullo dum tectorio opere inducti. *l. 44. D. de vſufructu.*

RVE.

RVERE, quod ad ſtipulationem damni infecti attinet, in qua haec verba: SI QVID IBI RVERIT, poni ſolebant, *l. 18. D. rat. rem haber.* non videtur, quod aut vento, aut omnino aliqua vi extrinſecus admota cadat, ſed quod ipſum per ſe concidit. *l. 43. D. de damno infect.* RVERE aedificium: *l. 1. D. de impenſ. in res dotal. fact.* RVENS aedificium: *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.* RVERE inſulam: *l. 72. §. vlt. D. de verbor. obligat.* RVENS inſula: *l. 4. D. de impenſ. in res dot. l. 3. §. 8. D. de in rem verſo.* RVERE praedia: *l. 11. §. 5. D. de minoribus.*

RVF.

RVFINVS, *vid. ſupra Lib. X.* LICINIVS RVFINVS.

RVFVS, vid. RVTILIVS.

RVI.

RVINA, eſt caſu fortuito contingens aedificiorum lapſus: *l. 30. D. ad leg. Falcid. l. 1. §. 4. D. de oblig. et action. l. 1. §. 1. D. depoſiti. l. 4. D. de pollicitat.* RVINA incendii: *l. 24. §. 4. D. de damn. infect. rubric. D. de incend. ruin. naufrag.* RVINAS minantur immunditiae cloacarum: *l. 1. §. 2. D. de cloacis.* RVINA oppreſſi perierunt: *l. 8. princ. D. de hered. inſtituend.*

RVINOSVS. RVINOSAE aedes: *l. 6. D. de damn. infect.* Vlpian. *Regul. tit. VI. §. 15.*

RVM.

RVMOR. Falſo RVMORE pertato: *l. 10. C. de teſtam. milit.* RVMOR perrepſerat: *l. 2. §. 1. D. quis ordo in bon. poſſeſſ.*

RVM.

RVMPERE, id eſt, frangere. Sic: RVMPERE denunciationem: *l. 23. §. vlt. D de adpellation.* RVMPERE fidem, *vid. Lib. VI.* RVMPERE fidem contractus. *l. 1. C. ſi ſeruus export. l. 7. C. ſi quis alteri.* RVPTA fide: *l. vlt. C. ſi mancip. ita fuer. alien.* RVPTA conuentionis fide: *l. 15. C. de locato et conducto.* Sic et RVMPERE pacem, dixit Silius Italic. *Lib. I. Punicor. v. 11.* ¶. 2. RVMPERE etiam dicimus flagris ſeruum. *l. 9. §. penult. D. de iniur.* item RVMPERE loris, *l. 15. §. 39. D. eod. tit.* [Vid. Caſp. Barth. *ad Guilielm. Briton. Lib. X. Philippid. p. 648.*] Nec non RVMPERE mulas onere, *l. 30. §. 2. D. locat.* ¶. 3. RVMPENDI etiam verbo vtebatur lex Aquillia. *l. 27. D. de furtis. l. 7. §. 2. D. arbor. furt. caeſar.* Sic RVPERIT in lege Aquillia corruperit ſignificat. *l. 27. §. 13. D. ad leg. Aquill.* [Rigalt. *ad Phaedr. II, 8. 22.*] Eadem ſignificatio eſt in *l. 7. §. 2. D. arbor. furt. caeſar. l. 34. in fin. D. de oblig. et action. l. 70. §. 1. D. ad SC. Trebellian.* Et ideo qui veſtimenta ſciderit, et qui inquinauerit, et qui nauem perforauerit, et qui vulnerauerit, et qui virgis, loris, pugnis ceciderit, vel telo aut quo alio ſciderit corpus, RVPIASE intelligitur. *l. 27. §. 17. 18. et 24. D. ad leg. Aquill.* In XII. tabulis etiam Feſto teſte, RVPICIAS, *damnum dederis,* ſignificabat. ¶. 4. RVMPI teſtamentum tribus potiſſimum modis dicitur. Primum ſi vel totum, vel ex parte deletum, inductum, corruptum a ſciente teſtatore eſt. *l. vlt. D. de iniuſto rupt. irrit.* Deinde ſi poſtumus vel naturalis vel ciuilis, isque heres ſuus, et praeteritus, agnaſcatur, et denique per poſterius teſtamentum rite factum et perfectum. HEIN. RVPTVM teſtamentum dicitur, quod vel poſteriore rite perfecto, ex quo heres exſtitit, vel agnatione ſui heredis RVPTVM eſt. *l. 1. et l. 2. D. eod. tit. l. 28. §. 2. D. de admin. et peric. tutor. l. 31. D qui teſtam. fac. l. 1. D. de except. rei iudic. l. 1. C. de poſtum. l. 30. §. vlt. D. de adquir. hered. l. 47. D. de condict. indebiti. l. 6. D. ad leg. Cornel. de falſ. l. 1. C. de ordin. iudicior. l. 1. §. 3. D. de tabul. exhibend. princ. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirm.* Iſidor. *Lib. V. Etymolog. cap. 24.* RVPTVM *teſtamentum,* ait, *inde dictum, quod naſcente poſtumo, neque exheredato nominatim neque herede inſtituto* RVMPATVR. Vet. Gloſſar. RVPTVM *teſtamentum dicitur, quod naſcente poſtumo neque exherede nominato, neque herede conſtituto rumpitur.* RVPTVM teſtamentum nato poſtumo. *l. 31. D. de teſtament. milit.* RVMPITVR teſtamentum agnatione poſtumi vel poſtumae, cuius pater nullam teſtamento mentionem fecit. *l. 2. C. de poſtum. heredib. et l. 1. C. de codicill.* RVPTVM teſtamentum: Paull. *Lib. III. ſentent. tit. 5. §. 14 l. 22. §. vlt. D. de captiu. l. 21. C. de collation. l. 1. D. de except. rei iudic. l. 2. C. de liber. praeterit.* RVMPI teſtamentum: *l. 7. l. 12. D. de liber. et poſtum. l. 1. §. 2. et 3. D. de iniuſto, rupt. irrit.* RVMPITVR teſtamentum: *l. vlt. C. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* [RVMPI etiam teſtamentum dicitur, quod ab initio inutile eſt. *l. 3. D. de liber. et poſtum*] ¶. 5. RVMPI etiam cuſtodia dicitur. Tacit. *Lib. II. Hiſtor. cap. 63.* et RVPTVM linum. Paull. *Lib. IV. Sentent. tit. 6. §. 1.* RVPTIS vinculis: *l. 13. D. de cuſtod. et exhib. reor.*

RVPI-

RVP.

RVPICIAS, verbum decemuirale. Festus interpretatur *damnum dederis.*

RVR.

RVRESTRIS. Opus RVRESTRE. *l. 99. D. de legat. III. l. 31. C. de locat. et cond.*

RVRSVS, pro contra interdum vsurpari, Seruius *ad Virgil. Lib. III. Georg. v. 138.*

RVRSVS *cura patrum cadere et succedere matrum*

Incipit.

Sic accipitur in *l. 11. §. 6. et l. 88. D. ad leg. Falcid. l. 56. in fin. D. de iur. dot. §. 5. Inst. de action.* vbi RVRSVS *ex diuerso* bis κατὰ αὐτοῦ Iustinianus dixit. Sic et apud Quinctilian. *Lib. IV. cap. vlt.* et alias saepe haec vox accipienda est.

RVS.

RVSTICANVS. Rusticana plebs, *l. 1. C. ne rusticani ad vll. obsequ.*

RVSTICARIVS homo: *l. 17. et l. vlt. D. de dol. mal. except.*

RVSTICITAS, *l. 2. §. vlt. D. de iur. fisc. l. 6. §. vlt. D. de excusat.* Per RVSTICITATEM aliquid amissum: *l. 1. §. 1. D. de inspic. ventr.* RVSTICITATI ignoscendum: *l. 2. §. 1. D. si quis in ius vocat. non ierit.* Persona, quae ignorare propter RVSTICITATEM ius suum possit. *l. 2. in fin. D. de iur. fisc.*

RVSTICVS, A, VM. RVSTICA familia: *l. 65. D. de legat. II. l. 12. §. 5. D. ad SC. Trebell.* RVSTICVM instrumentum: *l. 20. princ. §. 7. et §. vlt. D. de instruct. vel instrum. legato.* RVSTICA mancipia: *l. 15. §. 1. D. de alim. vel cibar. legat.* RVSTICI senes a Proculo laudati, *l. 79. §. 1. D. de legat. III.* RVSTICAE seruitutes, id est, rusticorum praediorum. *l. 1. D. de itin. actuque priuat.* RVSTICAE viae: *l. 2. §. 24. D. ne quid in loc. publ.*

RVT.

RVTA *caesa* sine copula a veteribus pronunciabantur, sicuti et alia multa. *l. 5. §. 2. D. ad exhibend. l. 66. §. 2. D. de contrab. emtion. l. 38. §. vlt. D. de action. emt.* Cicero *in Partition. cap. XXXI. Quum ex testamentis quaeritur, quid sit penus, aut quum ex lege praedii quaeritur, quae sint* RVTA *caesa.* Sic autem Festo interprete adpellantur, *quae venditor possessionis vsus sui caussa conciderat, ruendaque contraxerat, quasi eruta,* vt Nonius Marcell. illo Virgilii *Lib. I. Georg.* versu confirmat. *Cumulosque ruit male pinguis arenae.* Sic autem Varro *Lib. VIII. de Lingu. Latin. Ideoque in venditionis lege simili* RVTA *caesa ita dicimus, vt producamus.* Plane RVTA *caesa* Q. Mucius Scaeuola definiebat, quae neque aedium neque fundi sunt, in RVTISque *caesis* ea demum statuebat, quae terra non tenerentur, quaeque opere structili tectorioue non continerentur. *l. 66. in fin. D. de contrab. emtion. l. 241. D. de verb. signific.* [ce qui ne tient point à feret à clou. Cuiac. ad *l. 205. D. de verb. signif.*] Vlpianus RVTA esse, ait, quae eruta sunt, vt creta, arena, et similia: *caesa*, carbones, et his similia. *l. 17. §. 6. D. de action. emti.* Granaria item, quae ex tabulis fieri solent, quorum stipites super terram sunt: item tegulae nondum aedificiis impositae RVTIS et *caesis* cedunt. *l. 18. §. 1. D. eod. tit.* Solebant vero in venditionibus haec excipi: quod praeter superiora loca, etiam ea, quae subieci, comprobant. Cicer. *Topic. Cap. XXVI. Fecique, quod saepe liberales venditores facere solent, vt quum aedes fundumue vendiderint, RVTIS caesis receptis, concedant tamen aliquid emtori, quod ornandi caussa apte et loco positum videatur.* Idem *Lib. II. de orator. cap. 55. Sed diceres, te quum aedes paternas venderes, me in* RVTIS *quidem caesis solium paternum recepisse.* [Haec omnia tantum non ad verbum repetiit Menag. *in Amoen. iur. ciuil. Cap. XXXIX.*]

RVTILIVS. In Pandectis duo laudantur RVTILII iurisconsulti. Alter P. RVTILIVS RVFVS, in *l. 10. §. 3. D. de vsu et habitat. l. 1. D. de arbor. caed. l. 3. §. 9. D. de penu legat.* qui P. Mucium Scaeuolam audiuit. Cicero *de Offic. II, 13.* et functus consulatu cum M. Manilio Asiam rexit, siue proconsul, *l. 2. §. 1. D. de orig. iur.* siue legatus proconsulis, ac denique iniustissimo oppressus repetundarum iudicio, in exsilium iuit, et Smyrnae, honoratus ab omnibus Asiae ciuitatibus consenuit. Ouid. *ex Ponto I, 3. v. 6.* Cic. *de orat. I, 53.* Valer. Maxim. *VI, 4, 4.* Vellei. Patercul. *II, 13.* Edicti ab eo in praetura propositi mentio fit in *l. 1. §. 1. D. de bonis libert.* Alias scripsit libros historiarum, de vita sua, Hannibalica, et orationes quasdam, ex quibus omnibus quae supersunt, fragmenta Cl. Wassius collegit.

¶. 2. Alter RVTILIVS MAXIMVS incertae aetatis, illo tamen aetate multo posterior fuit, quippe qui librum singularem scripsit ad legem Falcidiam, ex quo vnum fragmentum seruatum videmus *l. 125. D. de legat. I.* HEIN.

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XVII.

SAB. SAC.

SABINIANI et Proculeiani sectae et familiae erant iurisconsultorum inter se pugnantium, quum prius tam varium tamquo controuersum ius esset, vt quod vni placeret, alteri non placeret iurisconsulto, quod Cicero multis locis suo tempore fieri conqueritur. Horum fit mentio in §. 25. *Instit. de rer. diuis.* et in *l. 11. §. 3. D. de donat. int. vir. et uxor.* vid. supra *Lib. III. Caelius Sabinus.*

SABINVS *Caelius*, iurisconsultus, vid. *Lib. III.* CAELIVS SABINVS.

SABINVS MASSVRIVS, iurisconsultus, Notas ad Vitellium scripsit, vt adparet ex *l. 45. D. de legat. III.* SABINVS et Cassius inunguntur *l. 3. §. vlt. D. de liber. exhibend.* Dissentit Proculus a Sabino in *l. 93. in fin. D. de solution. l. 138. D. de verb. obligat.* Ex Sabino Pomponius. *l. 14. §. 1. D. soluto matrimon.* Plura de MASSVRIO SABINO dicta sunt *Lib. XI.*

SABINIANI libri, *l. vlt. C. de vsufruct. l. vlt. C. de seruit. et aqu. l. vlt. C. de adquir. possess. l. vlt. C. de indicta viduit.* Sunt hi *iuris ciuilis libri tres*, quos Massurius Sabinus scripsit, quiue adeo veteribus placuerunt, vt ad eos certatim iurisconsulti, veluti Aristo, Pomponius, Vlpianus, Paullus, notarent. Hubert. Giphan. *Oecon. iuris p. 120.* Ordinem horum librorum inuestigauit Iac. Gothofred. *in quatuor fontib. iur. ciuil. Tom. III. Thesaur. iur. p. 250.* HEIN.

SAC.

SACCVS et SACCVLVS, pro marsupio, loculis, crumena, repositorio et reconditorio dicunt iurisconsulti. Sic SACCVS viginti numorum: *l. 21. §. 1. D. de furt.* Sic etiam SACCVS signatus: *l. 26. §. vlt. D. depositi.* SACCVLVS signatus: *l. 1. §. 36. l. 29. D. depositi.* Cum SACCO adire: *l. 105. D. de solutionib.* SACCVLO numi solui: *l. 25. D. de vsufruct.* SACCVLVS cum pecunia *l. vlt. D. de leg commiss. l. 3. §. 6. D. de statulib. l. 21 §. 1. l. 77. D. de furtis.* Horat. *Lib. II. Sermon. Sat. 3. v. 148.*

Mensam poni iubet, atque
Effundi SACCOS *numorum.*

Martial. *Lib V. Epigr 40.*

Excussi loculosque, SACCVLVMQVE.

Iuuenal. *Sat. XIV. v. 138.*

Interea pleno quum turget SACCVLVS *ore,*
Crescit amor numi, quantum ipsa pecunia crescit.

B. Gregorius *Homil. XVII. in Euangel. In* SACCVLO *pecunia clausa est.* B Augustin. *Sermon. de verb. domini. Et tales pecunias habetis et* SACCVLOS *impletis.* Idem *Serm. I. dominic. in Septuagesima: Vt* SACCVLVS *tuus impleatur numis, anima tua febricitat curis.* Ascon. Paedian. *in II. contra Verrem orat. Portae, sportulae, sportellae, numûm sunt receptacula*, SACCI, SACCVLI. Acron *ad Horat. Epistol. I, 4. 11. Crumena*, ait, *patrimonio, vel* SACCO *numario siue prandiario.* In SACCVLO ponere et numerare opponuntur, in *l. 3. §. 6. D. de statulib.* Festus *Lib. IV. Dirutum*, air, *aes inde dictum, quod diruebatur in fiscum, non in militis* SACCVLVM. Augustin. *Lib. II. de morib. Manichaeor. Quum et de proprio* SACCVLO *diligenter occultato pecunia copiosa suppeteret.* Nonius Marcell. *marsupium* SACCVM interpretatur.

SACCARIVS dicitur, qui saccum fert. *l. 40. §. 3. D. de contrah. emtion.*

SACCVLARIVS. SACCVLARII autem sunt, qui veritas artes exercentes partem in sacculos subducebant, et partem subtrahebant. *l. penult. D. de extraord. criminib. l. 1. D. de effractorib.* Ascon Paedian. *in Cic. Verrin Eques ordo pro Cinnanis partibus contra Sullam steterat, multasque pecunias abstulerat, ex quo* SACCVLARII *erant adpellati.* Suidas *Tom. III. p. 275.* Σακέλλιον, βαλάντιον, μαρσύπιον, ἐξ ἧ καὶ σακελλάριος. *Sacellum, crumena, marsupium, vnde et* SACCVLARIVS. Interpr. *Horatii p. 312.* SACCVLARIVS autem eadem forma dicitur, qua *manticularius* apud Tertullianum *in Apologet. cap. XLIII.* [De Saccularijs vide Cuiac. *Lib. X observat. cap. 27.* et Menag. *Amoenit. iur. ciu. Cap. XXXIX.*]

SACELLVM *est paruus locus Deo sacratus, cum ara.* SACELLVM *ex duobus verbis compositum, sacri et cellae, quasi sacra cella.* Ita Trebatius apud Gellium *Lib. VI. Noct. Atticar. cap. 12.* Sed inepte. vid. Menag. *cap. 39. p. 345.* et Duker. *de Latin. vet. iurisconsf. p. 27.* HEIN.

SACER, CRA, VM, a sancto et religioso separatur, *l. 1. D. de rer. diuis. l. 24. §. 1. D. de rei vindic. l. 14. in fin. D. de seruitut. l. 83. D. de verbor. oblig. l. 17. D. de verbor. significat.* Nam vt Festos *Lib. XVI.* scribit: SACRVM *est, quod Deo consecratum est; sanctum, vt murus, qui circa oppidum est; religiosum, vt sepulcrum, vbi corpus humatum est.* Nostri SACRAS res aiunt, quae publice sunt consecratae, id est, a principe, vel ab eo, cui princeps dedicandi dedit potestatem. Quod vero sibi sacrum quis constituerit, id SACRVM non est, sed *profanum. l. 6. §. 3. D. de rer. diuis. l. vlt. D. vt in possess. legator.* [vid. Hugon. Grotii *Flor. Sparsio ad §. 8. Inst. de rer. diuis.* Vet. Glossar. Graec. SACRVM, *ἱερὸν, τὸ δημόσιον, ἀφιερωθὲν ἐν πόλει ἢ ἐν ἀγρῷ.* SACRVM, *publicum dedicatum in vrbe aut agro.* SACRVM tamen quandoque plenius accipitur, vt sanctum etiam contineat. *l. 2. D. ne quid in loca sacr.*

¶. 2. Vnde SACRA certamina sunt, quae diis dedicata sunt. *l. 4. D. de his, qui notant. infam.* qualia erant Iouis Capitolini, Apollinares ludi, Romani ludi, et Magnae deûm matris. Quinctil. *Lib. III. cap. 7. An laudes Capitolini Iouis perpetua* SACRI *certaminis materia, vel dubiae sunt, vel in oratorio genere tractantur.* Idem alibi. Inde Firmic. Maternus *Lib. III. Mathes. cap. 12.* SACRIS *quoque faciet certaminibus praepositos.* Idem *Lib. VI. cap. 31. Athletam faciet ipsa genitura, et qui in* SACRIS *certaminibus victor gloriosa et digna reportet praemia coronatorum.* Quo referenda *l. 6. §. 13. D. de excusat. tutor.* Eomen. Rhetor *in arat. pro schol. instaurand. cap. XIII. An si fortissimi viri in* SACRIS *certaminibus summo labore atque etiam vitae periculo vocem praeconis et coronae testimonium petunt.* Ad SACRA haec certamina refer etiam Plinii *Lib. VII. cap. 26.* locum. Sic etiam SACRAS coronas in *l. 40. D. de re iudicat.* accipio, quae in sacris certaminibus partae sunt. SACER locus est locus consecratus. *l. 9. §. 1. D. de rer. diuis. rubr. D. ne quid in loco sacr. l. 17. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* SACRA pecunia: *l. 4. D. ad leg. Iul. pecul.* SACRAE res; *l. 6. §. 2. l. 9. D. de rer. diuis.*

¶. 3. SACRAS etiam Imperatores res ad se pertinentes vocant. Sic SACRI adfatus rescripta dicuntur. *l. 6. C. de diuers. rescript.* SACRA aeraria: *l. vlt. C. de aduoc. fisci.* Symmach. *Lib. X. epist. 61.* SACRI apices: *l. 1. C. vt nemin. lic. in emt. spec. Lib. X.* SACRA auditio: *l. 31. C. de adpellat.* SACRAE cognitionis auditor: *l. 7. C. Theod. de repar. adpell.* SACRVM auditorium: *l. 31. C. de adpellat. l. 13. 40. 44. 64. 67. C. Th. eod. tit.* SACRAE cognitionis examen: *l. 3. pr. C. Theod. de repar. adpell. Lib. XI. tit. 3.* Eumenios *Orat. pro schol. instaur. cap. 17. Ne iis, quos ad spem omnium tribunalium aut interdum ad stipendia cognitionum* SACRARVM, *aut fortasse ad ipsa palatii magisteria pronchi oporteret.* SACER cognitor, in *l. 3. C. vbi senator. et l. 5. C. quor. adpellat. non recip.* cui audieotiam caussae vice sua princeps mandauit. Qui et SACRI auditorii cognitor in *l. 4. Cod. Theod. de repar. adpell.* vocatur. Et IVDEX SACRARVM COGNITIONVM apud Gruter. *Inscript. p. CCII, 9. CCLXXI, 4.* et saepe alibi. Ex quibus alia Romana inscriptio ex thermis Constantini descripta *p. CCLXXXII, 3.* emendanda est, in qua IVDEX SACRARVM CONSTITVTIONVM, pro *cognitionum* legitur. SACER comitatus: *l. 1. C. de his, quae. met. causs.* Sic et principales constitutiones SACRAE dicuntur. *l. 5. §. 5. D. de admin. et peric. tut. l. 5. D. de manumiss. l. 27. D. de re iudicat. l. 1. l. 43. D. de action. emt. l. 18. princ. et §. 1. D. de iur. fisc. l. 1. §. 2. D. quae sentent. sin. adpellat. l. 4. l. 6. D. de adpellat. recipiend. l. 20. D. de vsur. l. vlt. D. de decret. ab ord. fac. l. 3. C. si minor se maior. l. 60. D. de ritu nuptiar.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25.* [SACRVM hoc est proconsularis cognitionis examen: *l. 62. C. Theod. de repar. adpell.* Africae enim proconsul, de quo in ista lege, vice SACRA iudicabat. SACRAE cognitionis examen: *l. 3. princ. C. Theod. eod. tit.* SACRA forma. vid. *Lib. VI.* SACRVM nostri nominis iudicium: *l. 49. C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.*] SACRVM iudicium: *l. 22. et l. 26. C. de adpellat.* SACRA moneta; *l. 38. D. de poen.* SACRVM oraculum, id est, principis rescriptum. *l. penult. C. si contra ius.* et oraculum: *l. vlt. C. de diuers. rescript.* [SACRI oris imitator, pro eo, qui falsae monetae reus est. *l. 6. princ. C. Th. de indulgent. crimin. Lib. IX. tit. 38.* Vice SACRA iudicare: *l. 16. C. Thead. de adpell.* quae verba omisit Tribonianus in *l. 19. C. eod. tit.* SACRA vice aodientiam praebere: *l. 61. C. Theod. de adpellat.* SACRI vultus: *l. 4. C. Theod. de excusat. artific. Lib. III. tit. 4.*]

¶ 4 [Aliquando etiam SACRAE absolute pro rebus sacris, seu Imperatorum. Sic: SACRARVM priuatarum vel largitionum palatina officia. *l. 17. C. Th. de canon. largit. Lib XI. tit. 7.* quae est *l. 2. C. eod. tit. Lib. X. tit. 23.* vbi tamen particulam *vel* loco suo mouit, et post *sacrarum* posuit Tribonianus, reprehensus ideo a Iac. Gothofredo *in Not. ad d. l. 17.* Comes SACRARVM ac priuatarum: *l 122. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.* Palatini SACRARVM, *l. 13. C. Th. de indulg. debit. Lib. XI. tit. 28.* Officium SACRARVM priuatarum; *l. 18. C. Th. de palatin. sacrar. largit. Lib. VI. tit. 30.* vbi rursus quaedam inseruit Tribonianus, *l. 9. C. eod. tit. Lib. XII. tit. 24.*]

¶. 5. SACRA etiam dicuntur nomina patrum, in *l. 1. princ. C. Theod. de matern. bon. Lib. VIII. tit. 18.* Merito. Liberto enim et filio semper honesta et sancta persona patris ac patroni videri debet, vt ait Vlpianus *l. 9. D. de obsequ. parent. et patron. praest.*

¶. 6. SACRA vid. infra SACRA.

[**SACERDOS**, pro episcopo. *l. 33. §. 4. C. de episcop. et cler. l. 10. l. 14. l. 18. C. eod. tit. l. 31. l. 35. l. 43. C. Thead. eod. tit.*]

¶. 2. SACERDOS *iustitiae*, de iurisconsultis. *l. 1. D. de iustit. et iur.* et apud Symmach. *Lib. X. epist. 61.* Corippus *Lib. I. de laud. Iustini* de Anastasio quaestore.

Iuris legumque SACERDOS

Vet. Glossar. Graec. SACERDOTES, *οἱ τῶν νόμων θεραπευταί.*

SACERDOTIVM, munus sacerdium. *l. 32. §. 4. D. de recept. arbitr.* In SACERDOTIO esse: *l. 4. C. de iniur.* SACERDOTIVM etiam in prouinciis et municipiis. *l. 1. D. ad leg. Iul. de ambit. l. 1. l. 17. D. de muner. et honor. l. 8. l. 13. D. de vacat. muner. l. 8. C. de excus. tutor. l. 1. C.*

l. C de natural. liber. l. vn. C. de pericul. success. Lib. X. l. 11. D. de pollicit. Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 30.* Quod patrimonii munus esse ait *l. 8. D. de vacat. et excusat. muner. et l. 8. C. de muner. patrim Lib. X.* Iul Firmic. Matern. *Lib. IV. Mathes. cap. 15. Faciet quoque nobili potestate pro climatis geniturae mensura gymnasiarchas, prouinciarum* SACERDOTES. Versabatur autem SACERDOTIORVM munus in adparatu, editione et exhibitione ludorum, vt ostendit *l. vlt. C. Theod. de expens. ludor.* Inde SACERDOTIORVM editiones, *in l. 1. C. Theod. de spectacul.* B Augustin. *Epist. V. ad Marcellin.* de Apuleio: SACERDOS *prouinciae pro magno fuit, vt munera ederet, venatoresque vestiret.* ¶. 2. Saepe euenit, vt propter SACERDOTIVM satis commode retineri matrimonium non possit. *l. 60. D. de donat. inter vir. et vxor.* Inde, Hermogenem, eius legis auctorem Christianum fuisse, collegit Ioannes Bertrandus: sed perperam. Sacerdotes enim Christianos tum a matrimonio adeo abhorruisse, vt et bene concordaoria matrimonia ideo diuellere non dubitarint, nemo temere dixerit. At inter deorum cultores fuere plurimi, qui id facerent. Tertullian. *de Exhortat. castit. Cap. XV. Nouimus virgines Vestae, et Iunonis apud Achaiae oppidum, et Apollinis apud Ephesios et Mineruae quibusdam locis. Nouimus et continentes viros, et quidem tauri illius Aegyptii antistites. Feminas vero Cereri Africanae, cui etiam sponte, abdicato matrimonio adsenescunt, auersantes exinde contactum masculorum, vsque ad oscula filiorum.* Et *de monogamia Cap. XVII. Pontifex Maximus et Flaminica nubunt semel. Cereris sacerdotes, viuentibus etiam viris et consentientibus amica separatione, viduantur.* Notauit haec Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XI.* Quibus addi potest iusiurandum ministrantium Bacchi sacris apud Demosthen. *in Neaeram p. 873.* Ἁγιστεύω καὶ εἰμὶ καθαρὰ καὶ ἁγνὴ ἀπὸ τῶν ἄλλων τῶν οὐ καθαρευόντων, καὶ ἀπ' ἀνδρὸς συνουσίας. *Pia et pura et munda sum, tam a ceteris immundis, quam a congressu viri.* HEIN.

SACRA sunt vel publica vel priuata. *l. 9. D. ad legem Iul. peculat.* Habebant enim veteres propria sua familiaria SACRA, vt et Cicero *de legib. Lib. II cap. 18. sequent.* perspicue ostendit. Hinc loquutiones. In SACRIS paternis constituti, manereue ab Imperatoribus dicuntur, qui in patris potestate sunt. *l. vlt. C. de inoffic. testament. l. vlt. C. de curat. furios. l. vlt. C. ad SC. Tertullian. l. 2. C. de suis et legit. l. 3. l. 6 C. de bon. matern.* Et a SACRIS paternis absolui remittiue, pro potestate patris liberari. *l. 1. §. vlt. C. de annal. except. l. 3. C. de fideicommiss. l. 12. C. de collat.* Est huius loquutionis scitum et elegans exemplum apud B. Ambros. *de fide ad Gratian. Lib. IV. cap. 4. Nisi forte*, ait, *tamquam constitutum in familia Christum putent dolere, quod emancipatus a patre non sit, aut administrandi patrimonii non habet facultatem. Sed non est Christus in SACRIS, qui sacra vniuersa destruxit.* Haec autem loquutio inde fluxit, quod filiusfamilias eorumdem cum parentibus, quorum potestate continebantur, SACRORVM participes erant. Inde et qui per adoptionem in ius alienum transierant, in familiam et SACRA transire dicebantur. Valer. Maxim. *Lib. VII. cap. 7. Et aliquantulum adiuuabat heredes, quod M. Anneius in Suffenatis f[...]am ac SACRA transierat.* ¶. 2. Haec ad SACRA publica pertinent. SACRA euocare. *l 6 §. 1. D. de rer. diuis.* Solebant autem Romani ante omnia in oppugnationibus, deum, cuius in tutela oppidum esset, euo[...]e certis carminibus, quae a Liuio *Lib. V. cap. 21.* et Macrobio *Lib. III. Saturnal. cap. 9.* referuntur. Quod et Plinius *Lib. XXVIII. Histor. natur. cap. 2.* et Seruius *ad Virgil. II. Aeneid. v. 115.* notat.

Excessere omnes adytis, arisque relictis.

Vid. Lib. V. SACRA facere: *l. 2. D. de in ius vocand.* SACRIS vacare: *l. 32. §. 4. D. de recept. arbitr.* SACRA vrbis: *l. 2. C. de naut. foenor.*

SACRAMENTVM, quid olim esset, Varro *Lib. IV. de Lingu. Latin. cap. 36.* his verbis explicat. *Ea pecunia, quae in iudicium venit in litibus,* SACRAMENTVM *a sacro dicitur. Qui petebat, et qui inficiabatur de aliis rebus vtrique quingentos forte asses aeris ad pontem deponebant, de aliis rebus item certa alio numero assium: qui iudicio vicerat, suum SACRAMENTVM a sacro auferebat, victi ad aerarium redibat.* At in isto loco non legendum: *ad pontem*, sed *ad pontificem deponebant.* Necesse enim erat, partes initio iudicii certam pecuniae summam deponere apud Pontifices, ea lege, vt victor, peracto iudicio, suam repeteret, victi vero poenae nomine ad aerarium sacrum rediret. Vnde et haec pecunia deposita et inita super ea stipulatio SACRAMENTVM adpellaretur. Iac. Guther. *de iur. Pontific. IV, 21.* Aliquando disceptatur, an iustum indicandum sit SACRAMENTVM? id est, an illi locus sit, eatenus, vt concedi debeat de caussa vlterior disceptatio? Cic. *pro Caecin. cap. XXXIII. et de oratore. Lib. I. cap. 10.* Arnob. *aduers. gent. Lib. IV. p. 138.* conf. Herm. Noordkerk *de leg. Petron. Cap. II. p. 49. sequ.* HEIN. Sed huius verbi apud Festum explicatio transpositione paginarum valde deprauata et mutila est. Nam quae in verbo SACRAMENTVM plenae definitioni desunt, e[...] ex verbo: *sestertius*, quemadmodum me singularis doctrinae vir, idemque longe humanissimus Montispessulanus Episcopus docuit, repetenda et hunc in modum continuanda sunt: SACRAMENTVM *aes significat, quod poenae nomine penditur, siue in rem agitur, siue contenditur. Id in aliis rebus quinquaginta assium est, in aliis rebus quingentorum inter eos, qui iudicio inter se contenderent: quod lege Papir. Tribuni plebis sancitum est his verbis. &c.* Quae vero in verbo: *sacramentum* leguntur, ea pertinent ad dictionem *septimontia.* Inde vero explicari poterit, quod ait Tullius *pro Roscio Comoed. cap. IV. Legitimae partis sponsionem factam.* Nam sacramenti quantitas lege definita erat. Ad locos autem vulgares Ciceronis et Valerii Maximi, qui de sacramento citari solent, addendus est Ciceronis *Lib. VII. epistol. 32.* elegans iocus. *Pugna, si me amas, nisi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, nisi cetera, quae sunt a me in secundo de oratore per Antonii personam disputata de ridiculis, ἔντεχνα et arguta adparebunt, vt SACRAMENTO contendas, mea non esse.* Adde et illas ex Valerii Probi libello notas. S. N. S. Q. quae

haec

SAC.

haec significabant: *Si negat*, SACRAMENTVM *quaerito*. Item has: Q. N. T. S. Q. P. id est, *quando negas, te* SACRAMENTO *quinquagenario prouoco*. Quae fuisse sollemnia sponsionis SACRAMENTI verba verisimile est. ¶ 2. SACRAMENTVM etiam ὅρκον στρατιωτικὸν significat. *l. 8. C. Theod. de legat. vel immun. concess.* Quo qui liberabantur, SACRAMENTO solui dicebantur. *l. 2. §. 3. D. de his, qui notant. infam. l. 14. D. de his, quae vt indigni. l. vlt. D. de re milit.* De SACRAMENTO militari, *l. 8. D. de accusation. l. 11. princ. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 13. §. 3. D. de re militar. l. 14. D. de his, quae vt indign. l. 5. §. 1. C. ad leg. Iul. maiestat.* SACRAMENTI iura: *l. 3. C. de castrens. pecul.*

SACRARIVM, locus est, in quo sacra reponuntur, *l. 9. §. 2. D. de diuis. rer.* vt et Isidor. *Lib. XV. cap. 5.* scribit, quod vel in priuato aedificio esse potest. Vnde de SACRARIO interdictum, ne quid in loco sacro, non competit. *l. 1. §. 1. D. ne quid in loc. sacro. l. 9. §. 2. D. de diuision. rer.* ¶ 2. SACRARIVM, pro aula vel cubiculo principis. Legati, qui ad SACRARIVM principis mittuntur; *l. 18. §. 12. D. de munerib. et honor. l. 8. C. Theod. de legat. et decret. legat.*

SACRARIVS. *l. 40. §. 3. D. de contrab. emtion* Immo *saccarius*, in quo verbo ipse Brissonius eamdem hanc legem excitauerat. HEIN.

SACRATISSIMVS, sanctissimus. SACRATISSIMAE aedes; *l. 19. C. de vsur.* leges: *l. 9. C. de legib. §. 2. prooem. Instit.* SACRATISSIMVS princeps: *l. 9. D. ad SC. Tertullian.*

[SACRIFICIVM, *rubr. et pass. C. de pagan. et sacrif.* Mala SACRIFICIA facere. *l. 13. D. ad leg Cornel. de sicar.*]

SACRILEGIVM Imperatores adpellant suarum constitutionum violatarum crimen. *l. 1. C. de crimin. sacrileg. l. 6. C. Theod. de adpellat.* SACRILEGII crimen irrogant his, qui praecepta sua neglexerint, vel scita violarint *l. 1. C. vt dignit. ordo seruet. Lib. XII. l. 13. C. de erogat. militar. annon.* et apud Cassiodor. in Variis aliquoties. Veget. *de re milit Lib. II. prolog. Rursus tanti Imperatoris non obedire praeceptis, plenum* SACRILEGII *videbatur atque periculi.* [Sic et SACRILEGII instar esse dicitur, dubitare an is dignus sit, quem elegerit Imperator. *l. 3. C. de crim. sacrileg.*

SACRILEGVS est, qui publica sacra compilauit. *l. 6. et l. 9. D. ad leg. Iul. peculat.* Seruius *in Virgil. Eclog. IX. v. 21. Sublegere*, ait, *furari est; vnde et* SACRILEGVS *dicitur, qui sacra legit, id est, furatur.* ¶ 2. [SACRILEGVM, pro improbum et quidquid a religione et fide alienum est. Sic: SACRILEGI Iudaeorum coetus: *l. 1. C. de apostat.* SACRILEGI nuptiarum vocantur adulteri. *l. 30. §. 1. C. ad leg. Iul. de adulter.* et *l. 4. C. Theod. quor. adpellat. Lib. XI. tit. 36.* In cuius adpellationis rationem inquirit, et erudite explicat Nic. Henel. *in otio Vratislau. cap. XLIII.*]

SAE.

S A E.

SAECVLVM. Nostro SAECVLO abhorret. *l. 3. C. ne fisc. vel respubl.*

SAEPE, frequenter, multoties. SAEPE constitutum est: *l. 5. C. de professor. l. 46. §. 5. D. de iur. fisc. l. 3. C. de rescind. vendit.* SAEPE decretum: *l. 1. C. quando ex fact. tutor.* SAEPE iudicatum: *l. 1. §. 27. D. ad SC. Silanian.* SAEPE rescriptum est: *l. 1. C. vt nem. priuat. l. 3. C. si cens. pet. l. 16. C. famil. ercisc. l. 7. C. de compensat. l. 11. C. de locato et cond. l. 1. C. vt caussa. l. 2. C. de hered. tut. l. 4. C. de poen. tut. l. 4. C. de iur. delib. l. 1. C. si in caussa iud. l. vlt. C. de crim. stellion. l. 8. §. 1. D. de inoffic. testam.* SAEPE retuli: *l. 23 §. vlt. D. de adquir rer. domin.* ¶ 2. [SAEPE pro igitur. *l. 3. D. famil. ercisc. l. 2. §. 1. D. de verb. oblig.*] ¶ 3. [SAEPE pro semel. *l. 25. §. 1. D. de iniur.*] ¶ 4. [SAEPIVS, id est, iterum, iterato. *rubr. C. si saepius restit. in integr.*] ¶ 5. SAEPISSIME constitutum: *l. 3. C. de adpellat. l. 3. D. de lege Fab. l. 10. §. 13. et 14 D. quae in fraud. credit l. 63. D. de re iudicat. l. 3. D. de in integr restit.* SAEPISSIME iudicio datus: *l. 1. D. a quib. adpell.* SAEPISSIME rescripsit: *l. 26. D. de pignor. action.* SAEPISSIME rescripserunt: *l. 2. D. de cadauerib. punitor.* SAEPISSIME rescriptum est: *l. 1. §. 7. D. de quaestion. l. 20. D. de minor. l. 4. §. vlt. D. de censib. l. 15. D. de minor. l. 26. §. 9. D. ex quib. causs. maior. l. 26. l. 36. D. de pignor. act. l. 8. §. 2. D. de inoffic. testam. l. 2. §. 2. D. de his, qui not. infam. l. 4. D. de in lit. iurand. l. 1. §. 7. D. si is, qui testam. lib. esse iuss.* SAEPISSIME constitutum et rescriptum: *l. 12. §. vlt. D. ex quib. causs. maior. l. 6. D. de religios. l. 1. D. de iur. codicill. l. 9. D. de liberat. legat.* SAEPISSIME responsum est: *l. 6. C. de pact conuent.* SAEPISSIME scripsit Iulianus *l. 5. §. 6. D. de legat. praestand. l. 16. §. vlt. D. de oper. libertor.* SAEPISSIME statuere heredibus: *l. 1. §. vlt. D. vbi pupill. educar. vel morari deb.*

SAEVIRE in se. *l. 1. §. 22. D. ad SC. Silan.* SAEVIRE supra modum: *l. 1. D. de his, qui sui vel alien. iur.*

SAEVITIA domini: *l. 23. D. de aedil. edicto.* dominorum: *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. III. l. 17. D. de aedilit. edict.* SAEVITIA emtoris: *l. 22. princ. D. eod. tit.* SAEVITIAM exponere: *l. 1. §. 8. D. de offic. praef. vrbi.* SAEVITIA et feritate corrumpere seruum: *l. 15. D. de vsufruct.* SAEVITIA fructuarii: *ibid.* SAEVITIA furoris: *l. 22. §. 7. D. soluto matrimon.* SAEVITIA nimia praeceptoris: *l. 6. D. ad leg. Aquil.*

SAEVVS in seruos: *l. 24. §. 5. D. solut. matrimon.* SAEVISSIMVS furor: *l. 22. §. 8. D. eod. tit.*

SAG. SAL.

SAG.

SAGARIVS, A, VM. [Budaeus *ad l. 1. D. depositi* a sago, vestimenti genere, dictum putat] SAGARIA negotiatio: *l. 52. §. 4. D. pro socio. l. 5. §. 15. D. de tributor. action.*

☞ SAGARIVS, qui vestimenta vendebat, non qui vestes detritas venales habebat, dicebatur. Talis est SAGARIVS apud Reines. *Inscript. class. XI, 103.* Quin et COLLEGIVM SAGARIORVM mentio fit apud eumdem *Class. X, 9.* HEIN.

[SAGMINA, auctore Festo *Lib. XVII.* vocantur *verbenae, id est, herbae purae, quia ex loco sancto secabantur,* (al. *arcebantur.*) *a consule, Praetoreue, Legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumque indicendum: vel a sanciendo, id est, confirmando.* Graece *ἱερὰ βοτάνη.* SAGMINA sunt quaedam herbae, quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos violaret: sicut legati Graecorum ferunt ea, quae vocantur Cerycia: *l. 8. §. 1. D. de diuis. rer.* vid. Alber. Gentil. *de Legation. Lib. I. cap. 13.*]

SAGVM, vestimenti genus, inter familiarica relatum ab Vlpiano, *l. 23. §. vlt. D. de aur. argent. legat.* [vid. Ruben. *Lib. II. Elector. cap. 12.*] ☞ SAGA proprie indumenta militaria. Iisdem tamen etiam vtebantur in luctu et squallore, eaque tunc totum hominem tamquam sacci inuoluebant. Atrebatica olim maxime in pretio fuisse, discimus ex Trebell. Pollione *in Gallieno Cap. VI.* et Hieronymo *aduers. Iouinian.* adeo, vt illa Iouiniano pro luxu imputet. Suid. *Tom. I.* in *ἀτρεβατικὰς*, perperam ea ab atro colore dicta putat. Plura de iis Salmas. *ad Histor. August. p. 280. et p. 338.* et Reines. *Inscript. pag. 604.* HEIN.

SAL.

SALAMANDRA, in *l. 3. §. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Animal id esse lacerti figura stellatum ac varium Dioscorides *Lib. II.* et Plinius *Lib. X. cap. 67.* scribunt, cui tantus rigor est, vt ignem tactu exstinguat: vnde et nata est vulgi opinio, existimantis, igne eam vesci, nec vmquam eo absumi, quum prae frigiditate quidem aliquo tempore in igne illaesa subsistere possit, eo tamen tandem consumatur, vt Galenus *Lib. III. de temperament. Cap. IV. p. 84. Tom. III. oper. edit. Charteril.* Cassiodor. *Lib. III. Variar. epist. 47. SALAMANDRAE sequuturus exemplum, quae plerumque degit in ignibus: tanto enim naturali frigore constringitur, vt flammis ardentibus temperetur: subtile ac paruum animal, lumbricis adsoctum, flauo colore vestitum. Vitam praestat soli, qui mortalia cuncta consumit.* Ceterum inter venena numeratur. Nam haustum eius sequitur inflammatio linguae, et cum torpore, resolutioneque aliqua tremor et sermonis impedimentum, et liuor totius corporis, vt Dioscorides *Lib. VI.* et Plinius *Lib. XXIX. cap. 2.* tradunt.

SALARIARIVS, qui salario fruitur. *l. 10. §. 9. D. mandati.*

SAL.

SALARIVM, annuam erogationem significat, quae alicui sui tuendi exhibendique caussa praestatur. *l. vlt. D. de in rem vers. l. 8. §. 23. D. de transaction. l. vlt. §. vlt. D. de obligat. et action. l. 19. §. vlt D. de annuis legat.* SALARIVM vero Cornutus *ad Persii Prolog. v. 9. victum vnius diei* interpretatur. Plinius *Lib. XXXI. Hist. natural. cap. 7.* de sale tractans: *honoribus etiam,* ait, *militiaque interponitur, SALARIIS inde dictis, magna apud antiquos auctoritate, sicut adparet ex nomine salariae viae, quoniam illa sal ad Sabinos portari consueuerat.* SALARIVM etiam annuas mercedes stipendiaue, quae ob liberalem artem vel medicinam praestantur, significat. *l. 16. §. 1. D. de alim. et cibar. legat. l. 4. D. de decret. ab ord. fac. l. 51. §. 8. D. pro socio. l. 7. l. 56. §. 3. D. mandat. l. 1. l. 17. C. eod. tit. l. 4. D. de offic. adsessor. l. 20. §. vlt. D. locat.* SALARIVM pro lapidibus caedendis; *l. 14. in fin. D. commun. praed.* ¶. 2. SALARIVM quoque praedii iurisconsulti dicunt, in *l. 39. §. 5. D. de legat. I. l. 8. D. de vsufructu.* [Sed rectius ibi legitur SOLARIVM, a solo. vid. *l. 15. D. qui potior. in pignor. l. 5. §. 1. D. de oper. publ. l. 1. C. de diuers. praed.* Vnde Graecis etiam iurisconsultis *σαλάριον* dicitur, in *Eclog. Basilic. p. 488.* vid. Iac. Gothofred. *de salario cap. 1. §. 3.*]

[SALGAMVM. Eius adpellatione, *in tit. vtriusque Cod. de salgamo hospit. non praeb.* veniunt lignum, oleum, culcitaeue, vt explicat *l. 3. C. Theod. eod. tit.* et in vniuersum ad adparatum victus et corporis resocillationem res necessariae quaecumque. Iac. Gothofred. *in Comm. ad l. 3. C. Th. eod. tit.*]

SALICTVM, est locus, vbi salices nascuntur. *l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam. l. 3. D. arbor. furt. caesar.*

SALIENTES, sunt personae, ex quibus aquae saliunt, quemadmodum in *l. 15. D. de action. empti.* interpretatur Cuiacius *Lib. XI. Obseruat. cap. 2.* Adde Plinium *Lib. XXXVI. Hist. nat. cap. 5.* et V. C. Petr. Wesseling. *ad Antonini Itinerar. p. 428.* HEIN.

SALIGNEVS, ex salice factus. SALIGNEAE virgae: *l. 3. D. arbor. furtim caes.*

SALINAE, locus vbi sal vel fit, vel coquitur. SALINAE autem quaedam publicae, quaedam priuatae erant. *l. 17. §. 1. D. de verb. signif. l. 13. D. de publican. l. 4. §. 7. D. de censib. l. 5. §. 1. D. de reb. eorum, qui sub tut. l. 8. §. 8. D. de poen. l. 1. D. quod cuiuscumque vniu. nom. l. 32. §. 2. D. de vsu et vsufruct. legat.* SALINARVM conductores, in *l. 11. C. de vectigal.* SALINARVM vectigal: *l. 59. §. 1. D. de hered. instit. l. 17. §. 1. D. quod cuiusc. vniuers. nomin.* In SALINAS olim etiam ob maleficium poenae loco damnari maxime feminas consueuisse, ostendit *l. 8. §. 8. D. de poenis. et l. 6. D. de captiu. et postlim.*

SALONITANORVM portus in *l. 3. C. de nautic. foen.* non in Africa, vt Accursius

SAL.

fius existimat, sed in Dalmatia est. Strabo *Lib. VII. Geograph. p. 484.* Καὶ ἡ τῶν Δαλματέων παραλία, καὶ τὸ ἐπίνειον αὐτῶν Σάλων. *Et Dalmatarum ora maritima, et naualε eorum Salona.* Fit eius loci crebra mentio in Antonini *Itinerario p. 269. 272. 497.*

SALTVARIVS, custos fundi est. Desiderant enim tam villae quam agri custodiam, ne quid vicini aut agri aut fructuum occupent. *l. 15. §. vlt. D. de instruct. vel instrum. legat.* SALTVARIVM Glossarium Graec. ἀγροφύλακα vocat, qui saltuum custodes dicuntur, et fructuum seruandorum gratia parati, vel finium custodiendorum caussa. *l. 8. in fin. l. 2. §. 4. D. eod. tit. l. 16. §. 1. D. de vsu et habitat.* SALTVARII serui: *l. 62. in fin. D. de legat. III. l. 2. §. 4. D. de instruct. vel instrum. legat.*

SALTVENSIS. Qui saltibus adscripti sunt, SALTVENSES vocantur, in *l. 1. C. de fugit. colon. Lib. XI. l. 13. C. qui milit. non poss. Lib. XII.* SALTVENSES fundi: *l. 13. C. de fund. patrimon. Lib. XI.*

SALTVS adpellabant veteres pascua loca, et pastionibus adcommodata. *l. penult. §. 1. D. si seruit. vindic. l. 8. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 52. D. de action. emt. l. 25. D. de pignor. action.* Varro *Lib. IV. de lingu. Latin. Quos agros non colebant propter siluas, aut id genus, vbi pecus possit pasci, et possidebant, ab vsu suo SALTVS nominarunt. Haec etiam Graeci* ἄλσεα καὶ νομὰς, *nostri nemora* adpellant. vide etiam Varronem *Lib. I. de re rustic. cap. 10.* Aelius vero Gallus apud Festum *Lib. XVII.* SALTVM definit, *vbi silua et pastiones sunt, quarum caussa casae quoque ibi sint.* Et adiicio, si qua particula in saltu aut custodum caussa aratur, eam rem non perimere nomen saltus, non magis, quam fundi, qui est in agro culto, et eius caussa habetur aedificium, si qua particula in eo habet siluam. Sic SALTVS, in quo fundus est. *l. 52. princ. D. de action. emti.* [vbi vid. Cuiac.] Virgil. *Lib. III. Georgic. v. 143.*

SALTIBVS *in vacuis pascant, et plena secundum*

Flumina.

§. 2. SALTVS autem alii aestiui, alii hiberni erant, *l. 67. D. de legat. III. l. 3. §. 11. l. 44. §. vlt. D. de adquir. possess.* Varro *Lib. II. de re rustic. cap. 3.* Aestiuos definit Vlpianus, quibus interdum etiam hieme, plerumque autem aestate vtimur. *l. 1. §. 3. D. de aqu. quotid.* SALTVS communis est, in quo municipes ius compascendi habent. *l. 20. §. vlt. D. si seruit. vindic.* SALTVS communis habens habitationes paternas: *l. 27. D. de negot. gest.* In SALTVS admitti fugitiui: *l. 1. D. de fugitiu.*

§. 3. Hinc loquutiones. SALTVS pascuus: *l. 19. §. 1. D. locati.* SALTVS pastionesque: *l. 8. D. de instruct. vel instrum. legat.* et per greges pastionesque fructus ex SALTIBVS percipi dicitur *l. 32. D. de vsufruct. l. 9. D. de instruct. vel instrum. legat.* Item SALTVS pro *pascuis* apud Ouidium *Lib. II. Metamorphos. v. 498.* In SALTIBVS etiam venari dixit Triphoninus, in *l. 62. D. de vsufruct.* Virgil. *Lib. I. Georg. v. 140.*

Et magnos canibus circumdare SALTVS.

Ouid. *Heroid. V, 17.*

Quis tibi monstrabat SALTVS *venatibus aptos.*

SALVBRIS, salutaris. SALVBRE consilium: *l. 5. §. 8. D. de administr. et pericul. tutor.* SALVBRIS ratio: *l. 2. C. de longi tempor. praescript.*

SALVBRITAS legis: *l. 6. C. de adpellat.*

SALVBRITER statutum: *l. 9. C. quomodo et quand.* SALVBRITER pro vtilitate hominum introductum: *l. 25. D. de legib.* SALVBERRIME: *l. 1. C. de interdict. matrimon.*

SALVIANVM interdictum adipiscendae possessionis, quo vtitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercede fundi pignori futuras pepigit. *§. 3. Instit. de interdict. l. 1. et l. 2. D. de Saluian. interd. l. 1. C. eod. tit. l. 2. §. 3. D. de interdict.* An hoc interdictum a Saluio Iuliano nomen acceperit, nondum expeditum est. Adfirmant Anton. Augustinus, Cuiacius, Colombettus, Wesenbecius: negant Bachouius, Obert. Giphanius, et V. A Coro. van Bynkershoek *Lib. I. Obseru cap. 24.* cuius tamen rationes diluere annisus est Christfr. Waechtlerus in *Act. Erudit. Lips. 1716. mense Iunio.* At si vel maxime probari posset, circa Iuliani tempora natum esse hoc interdictum: plures tamen tum vixere Saluii, a quibus nomen accipere potuit. *l. 14. D. ad SC. Turpill. l. 6. D. de legat. praest.* HEIN.

SALVIVS *Aristo* Neratio antiquior, a quo et Celso patri praeponitur, in *l. 39. mandati. l. 6. D. de legat. praestand.* Immo Neratio et Celso filio σύγχρονος fuit *Titus Aristo*, (de Saluii enim nomine nihil certi habemus) cum quibus et litterarum commercium habuit, *l. 19. §. 2. D. locati. l. 3. princ. D. quae res pign. vel hypoth. l. 29. §. 1. D. de statulib.* Omni eum prudentiae, iuris, antiquitatis et vniuersim litterarum scientiae laude cumulauit Plinius *Lib. I. epist. 22.* Scripsit praeterea ad Cassium, *l. 7. §. 3. l. 17. D. de vsufruct.* ad Sabinum, *l. 6. D. de vsu et habit. l. 3. §. 1. D. de penu legat.* ad libros posteriorum Labeonis, *l. 17. §. vlt. D. de hered. instit.* Librum de furtis laudat Gellius *XI, 18.* Collegit et decreta Frontiniana. *l. vlt. D. de adquir. possession.* An et digesta et responsa, quod ex *l. 8. §. 5. si seruit. vind. et l. 44. D. soluto matrim.* minime colligas, sub iudice lis est. HEIN.

SALVIVS *Iulianus*, Praetor et consul, in *l. 5. D. de manumiss. vindict.* vbi et Iauolenum praeceptorem suum vocat. *l. 43. D. ad leg. Iul. de adulter.* Nimis ieiuna sunt, quae de SALVIO IVLIANO, iurisconsulto celeberrimo hic notauit Brissonius. Addemus quaedam ex programmate nostro, quo eius vitam ex instituto descripsimus. Fuit is Hadrumetinus Afer, non Mediolanensis, vti vulgo colligunt ex Spartiani *Iuliano Cap. I.* Floruit sub Hadriano, cuius auspiciis *edictum* condidit circa annum v. c. DCCCLXXXIV. erae Dionys. CXXXI. Ser. Octauio Laenate et M. Antonio Rufino Coss. Anton. Pagi *Critic. Baron. Tom. I. p. 127.* Tillemont. *Histor.*

Histor. Imperat. Tom. II. Part. II. p. 408. Tum in Hadriani, tum in Antonini Pii, tum in diuorum Fratrum consilio fuit. Spartian. *Hadrian. Cap. XVIII.* Iul. Capitol *in Antonin. Pio. Cap. XII.* a quibus etiam amicus vocatur. *l. 17. D. de iur. patron.* Posteros eius post Isaac. Casaubonum et Thom. Reinesium multo accuratius descripsimus, in *programmate supra memorato p. 791. Syllog. Opuscul. varior.* Scripsit Digestorum libros XC. notis illustratos ab Vlpio Marcello, Scaeuola, Paollo et Mauriciano, non autem ab Africano, vt voluit Guil. Grot. *de vit. iureconf. II, 6.* quod opus cum edicto perpetuo turpiter confudit Matth. Blastar. *in Hist. iur.* apud Fabric. *Biblioth. Graec. Vol. XII. p. 361.* Scripsit praeterea ad Minicium Libros VI. ad Vrseium Ferocem Libros IV. de ambiguitatibus, id est, περὶ τῶν ἀπόρων ἢ ἀμφιβολιῶν, (de quibus et Stoici multa commentari consueuerant. Diogen. Laert. *VII, 178. et 139*) librum singularem: non autem *ad edictum* et *de dotali praedio*, quos illi libros sine vlla auctoritate tribuit Bertrandus. HEIN. [SALVIVS IVLIANVS summae auctoritatis homo et praetorii edicti perpetui ordinator vocatur *l. 10. C. de condict. indebiti.*]

SALVS principis: *l. 233. §. 1. D. de verb. signif.* Qui per SALVTEM suam iurat. *l. 33. D. de iureiurando.*

SALVSTIANI vel SALLVSTIANI horti, vid. *Lib. VIII.* in verbo HORTVS.

SALVVS, A, VM, integrum, sartum, tectum. SALVAM actionem habere: *l. 17. §. 3. D. de dol. mal. et met. except.* SALVAM habet actionem: *l. 71. §. vlt. D. de condit. et demonstr.* SALVA est actio: *l. 54. §. 3. D. de furt.* SALVAE actiones: *l. 4. D. de bonis damnat.* SALVAE sunt actiones: *l. 14. §. vlt. D. de adpellation.* SALVA caussa pignoris: *l. 10. C. quib. mod. pign.* SALVA ciuitate: *l. 4. D. si quis caution. in iudic. sist.* SALVA fore decem: *l. 67. D. de verbor. oblig.* SALVA dignitate: *l. 125. D. de verb. signif.* SALVA exceptio: *l. 12. D. de diuers. temp. praescript.* SALVA Falcidia: *l. 78. D. de bered. instit. l. 19. C. de iure dotium.* SALVA ratione legis Falcidiae: *l. 2. §. vlt. D. de iur. codicill.* SALVA legis Falcidiae auctoritate: *l. 10. C. famil. ercisc.* SALVA fide: *l. 32. D. depositi.* SALVA indemnitate: *l. 3. C. de priuileg. fisc.* SALVVM ius pignoris: *l. 10. C. quib. mod. pign.* SALVO iure debiti: *l. 13. C. de donat. int. vir. et vxor.* SALVA manserunt legata: *l. 12. D. de his, quae vt indign.* SALVA legatorum caussa: *l. 41. D. ex quib. causs. maior.* SALVO officio: *l. 7. D. de confess.* SALVAM persequutionem habere: *l. 88. §. 4. D. de legat. II.* SALVAM fore portionem: *l. 2. C. de his, quib. vt indign.* Rem SALVAM habiturum: *l. 23. D. de vsucap.* SALVAM fore rempublicam cauere: *l. 16. §. 2. D. de muner. et honor.* SALVAM fore rem pupilli: *rubr. rem pupill. salu. fore.* Plaut. *Asinar. Act. II. Scen. 4. v. 51. Da modo meo periculo, rem* SALVAM *ego exhibebo.* [SALVA reuerentia: *l. 1. C. de condict. ob turp. causs.* [SALVA reuerentia et pietate sacris nominibus debita. *l. 1. princ. C. Theod. de bon. matern. Lib. VIII. tit. 18.* SALVA nostrae maiestatis reuerentia: *l. vlt. C. Th. de adpellat. Lib. XI. tit. 30.* SALVA reuerentia pudoris: *l. 4. C. de defensor. ciuit.*] SALVA substantia: Vlpian. *tit. XXIV. regul. §. 26.*

SAN.

SANARE aegrum: *l. 15. §. 1. D. de manumiss.*

SANCIRE, statuere. SANXERVNT principes: *l. 1. l. 2. C. de donation. quae sub mod.* SANCITVM senatusconsultis et statutis principum, *l. 1. C. quib. ex causs. seru.* SANCIRE etiam testator dicitur. *l. 24. C. fam. ercisc.* Ceterum non SANCIRE *legem*, sed *lege* veteres dixisse, probat Gronou. *ad Liuium Lib. III. cap. 55.* HEIN.

SANCTIMONIALIS. Ita Imperatores adpellant virginem Deo deuotam, dicatam et consecratam. *l. vn. C. de rapt. virgin.* B. Augustin. *Serm. XXIII. Non mihi videtur parabola ad eas solas pertinere propria et excellentiori sanctitate virgines, quae in ecclesia nominantur, quas etiam vsitatiore vocabulo* SANCTIMONIALES *adpellare consueuimus.* Quo verbo vtitur etiam *Lib. I. de ciuit. Dei cap. 16.*

SANCTIO. *Sacrandae erant* SANCTIONES, inquit Cicero *pro Corn. Balbo cap. XIV. aut genere ipso, aut obtestatione et consecratione legis, aut poenae, quum caput eius, qui contra fecerit, consecratur.* Atque hae extremae legum partes, quibus in eos, qui aduersus leges committerent, poena irrogabatur, et sanciebatur, SANCTIONES vocabantur *§. 10. Instit. de rer. diuision. l. 41. D. de poenis. l. 9. §. 3. D. de diuision rer. l. 4. C. de iur. fisci.* Quarum exempla sunt apud Ciceron. *Lib. III. ad Attic. epist. 23.* et apud Festum *Lib. XVII. in verbo, satyra.* Cic. *Lib. II. Rhetoricor. ad Herenn. cap. 10. Plus valet* SANCTIO *permissione.* Macrob. *Lib. III. Saturnal. cap. 3. Vnde et sanctae leges, quae non debent poenae* SANCTIONE *corrumpi.*

SANCTVARIVM principis, libros atque commentarios, in quos agrorum formae referebantur, aut, quod magis est, locum ipsum et tabularium, in quo huiusmodi libri reponebantur, significat. Sicul. Flacc. *de condition. agror. p. 16. Quod si quis contradicat,* SANCTVARIVM *Caesaris respici solet: omnium enim agrorum et diuisorum et adsignatorum formas, sed et diuisionem, et commentarios et principatus in* SANCTVARIO *habet. Qualescumque enim formae fuerint, si ambigatur, de earum fide ad* SANCTVARIVM *principis reuertendum erit.* Hygin. *de limitibus constit. p. 193. Omnes significationes et formas aeris tabulis inscribemus.* et post paullo: *Libros aeris et typum totius perticae linteis descriptum secundum suas terminationes adscriptis adfinibus, tabulario Caesaris inferemus: et si qua beneficio concessa aut adsignata coloniae fuerint, siue in proximo, siue inter alias ciuitates, in libro beneficiorum adscribemus. Et quidquid aliud ad instrumentum mensorum pertinebit, non solum colonia, sed et tabularium Caesaris, manu conditoris subscriptum, habere debet.*

bet. Ita et SANCTVARIVM Mithridatis, pro secreto eius tabulario dixit Plinius *Lib. XXIII. cap. 28.*

SANCTVS, A, VM, dicitur proprie, qood neque sacrum, neque religiosum, neque prosanum est, sed sanctione quadam confirmatum. Quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi non sit Deo consecratum. *l. 9. §. 3. D. de diuis. rer.* A *sanciendo* enim SANCTVM dictum, quasi incorruptum et iouiolatum, vt Aggenus Vrbic. *in Comment. ad Frontin. p. 61.* scribit. Glossae Nomicae. SANCTA, *νομικὴ ὑπόθεσις, μέσον δύο λογίων ἀνδρῶν, (ἢ ἀνθρώπων.)*

¶. 2. Alio modo SANCTVM definitur esse, quod ab hominum iniuria munitum atque desensum est. Dictum est autem a sagminibus. *l. 8. D. de diuis. rer.* id est, *a verbenis seu berbis puris, quae ex loco sancto secabantur a consule vel Praetore, legatis proficiscentibus ad foedus faciendum, bellumue indicendum*, quemadmodum Festus *Lib. XVII* tradit, et Plinius *Lib. XXII. Hist. natur. cap. 2.* significat. Ex qoo et ipsi legati SANCTI esse iure gentium dicuntur, quod eos violari nefas sit, quodque ab omni iniuria eos ius gentium vindicet et tutos praestet. *l. vlt. D. de legation.* ¶. 3. Quid in rebus SANCTIS habuerint Romani, videamus. Vet. Glossar. Graec. SANCTA, *τείχη, ἐκκλησίαι, ἱκετήρια, μαρτύρια, καὶ ὅσα διὰ τῶν ἱερέων Θεῷ καθιέρωται, καὶ τὰ τίμια κειμήλια.* [Voss. *Lib. V. Instit. orator. cap. 6.*] SANCTAE autem res sunt, vt in ciuitatibus et oppidis muri et portae. *l. 1. l. 8. in fin. D. de rer. diuis. l. 2. D. ne quid in loco sacro.* Zonaras *Tom. II. Annal. p. 5. σάγκτα γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ τείχη.* SANCTI *enim a Romanis muri habentur.* Aelius Gallus apud Festum *Lib. XVI. in religiosus.* SANCTVM *murum*, ait, *qui sit circa oppidum.* Sed enim quod ad *portas* attinet, a iureconsultis dissentire Plutarchus *in Quaestion. Rom. cap. LXXXVII.* videtur, qui muros *ἱεροὺς* esse, portas non item, scribit: quod per portas cadauera efferantur, aliae item res impurae et immundae per eas transmittantur, inuehantur, euehantur. Verum diuersa potius, quam contraria aut pugnantia dicit. Merito enim negat, *portas* religionis qoidquam habere, aliter atque muros, qui aratro circumduci et ambiri certis adhibitis sacris in designanda vrbe solebant; quum eo loci, in quo portae struendae erant, sisti aratrum et sustolli consueuisset. Verum est tamen, nec portis nec mutis quidquam coniungi, vel adponi licuisse, nec aliquid omnino in eas sine nefario scelere committi potuisse, quo violari viderentur. Ac eapropter in SANCTIS iureconsulti eorum vtrumque recte numerant. *l. 2. l. vlt. D. ne quid in loco sacr.* Caius *Lib. II. Instit. tit. 1. §. 1.* [Rationem ergo non satis idoneam habuit Grotius, cur Iustinianum et iureconsultos, illo Plutarchi loco innixus, reprehenderet in *Flor. Spars. ad §. 12. Instit. de rer. diuis.*] SANCTI etiam legati dicuntur, vt paullo ante diximus. SANCTAE etiam leges propter sanctiones, quibus leges seipsas olim muniebant. *l. 9. §. 3. D. de rer. diuision.* Macrob. *III, 3. Vnde et* SANCTAE *leges, quae non debeant poenae sanctione corrumpi.* Festus *Lib. XVII.* SACRATAE *leges sunt, quibus sanctum est, qui quid aduersus eas fecerit, sacer alicui deorum cum familia pecuniaque esset.* vide supra in SANCTIO et de *Formul. Pap. Rom. Lib. II. cap. XX.* SANCTVS locus: *l. 17. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu.* SANCTA loca: *l. 2. D. ne quid in loc. publ.* SANCTA persona patris ac patroni: *l. 9. D. de obsequ. parent.* ¶. 4. SANCTISSIMA domina; *l. 19. §. 1. D. de ann. legat.* [vbi malim ego matrem aut auiam, quam vxorem intelligi; quamquam veteres etiam vxores castas et sanctas dixerint, vt apud Phaedr. *Lib. III. fab. 11. v. 29.* et Virgil. *Lib. II. Aeneid. v. 158.*

Tuque a SANCTISSIMA *coniux.*

SANCTISSIMAE ecclesiae: *l. 42 cum sequ. C. de episcop. et cleric*] SANCTISSIMVS Imperator: *l. 3. D. de natal. restit. l. 81. §. 1. D. de legat II.* [per metalepsin. Voss. *Lib. V. Inst. orat. cap. 6.*] Res SANCTISSIMA ciuilis sapientia: *l. 1. §. 5. D. de extraordin. cognit.*

SANCTVS Cassius Praetor: *l. vlt. D. de adquir. hered.*

SANGVINEVS. Virgas SANGVINEAS in *l. penult. D. ad leg. Pompei. de parricid.* cum Magio *Miscellan. Lib. IV. cap. 8. Tom. II. Thesaur. Gruter. p. 1416.* interpretor, e sanguineis fruticibus decerptas, de quibus vide Plin. *Lib. XVI. cap. 32. et 37. et Lib. XIV. cap. 10.*

SANGVINOLENTOS adpellant recentes editos infantes. *rubr. C. de infantib. exposit.* et in *l. vlt. C. de patrib. qui fil. distrax.* Donatus *ad Terent. Andr. Act. III. scen. 2. v. 6. Satis obstetrici est, adhuc incertum aeui, et, vt ita dicam, a matre* SANGVINOLENTVM, *non pulcrum dicere, sed scitum pronunciare.* Iuuenalis *Sat. VII. v. 196. a matre rubentem* vocat.

SANGVIS, naturalem coniunctionem significat. SANGVINIS auctor. Virg. *Aeneid. VII. v. 49.* SANGVINIS caritas: *l. 5. §. 1. D. de agnosc. vel alend. liber.* SANGVINE coniunctus: *l. 9. §. vlt. D. vnde agnat.* SANGVINE contingere: *l. 12. D. de manum. vindict.* SANGVINIS contumelia: *l. 38. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* SANGVINIS gradus: Ouid. *Heroid. epist. III. v. 28.* SANGVINIS honor: *l. 1. §. 12. D. de successor. edict.* SANGVINIS iora: *l. 8. D. de regul. iur. l. 34. D. de pactis. l. 23. D. de adoption.* SANGVINIS linea: *l. 4. C. de bonis vacant.* SANGVINIS nomina: Ouid. *Lib. IX. Metamorph. v. 465.* proximitas: *l. 7. C. de in integr. restit.* ratio: *l. 2. D. vnde agnati. l. 16. §. vlt. D. de castrens. pecul.* SANGVINIS turbatio: *l. 11. D. de his, qui not. infam.*

¶. 2. [SANGVIS, pro genere et origine. SANGVINIS Hispani equi. *l. 1. C. Theod. de equis curul. Lib. XV. tit. 12.*] ¶. 3. SANGVIS pro vita. Sic: SANGVINIS poena, pro capitali. *l. 8. C. de transact.* [Cuiac. *ad Paull. Lib. XV. ad Edict. l. 2. de public. iudic.*] SANGVINEM suum redimere: *l. 1. D. de bon. eor. qui ante sent.*

SANITAS. Furiosus SANITATEM recipere: *l. 1. D. de curat. furios.*

SANVS. Cicero *Lib. III. Tuscul. quaestion. cap. 5.* SANOS, ait, *intelligimus eos, quorum*

SAP. SAR.

rum mens motu, quasi morbo perturbata nullo sit. Et ita SANA mens: *l. 2. §. 16. D. pro emtor. l. 4. D. de tributor. act. l. 43. D. de vulg. et pupill. substit.* Parum SANAE mentis esse videntur, qui non ex officio pietatis testantur. *l. 19. D. de inoffic. testam.* SANA mente fecit testamentum: *l. 60. D. de adquir. vel omitt. hered.* Non SANAE mentis: *l. 5. D. de inoffic. testam.* Ita et SANVS mente, *l. 27. C. de transaction.* SANOS mores recipere prodigus dicitur, in *l. 1. D. de curat. furios.* SANI propinqui. apud Horat. *Lib. II. Serm. sat. 3. v. 218.* Nemo SANVS probabit. *l. 31. D. de euictionib.*

SAP.

SAPIENS a populo primus P. Attilius adpellatus est, *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.*
¶. 2. SAPIENTES saepe iurisconsulti vocantur.

SAPIENTIA, pro philosophia. *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* Cicero *Lib. I. Tuscul. quaest. cap. 1. Ratio et disciplina, studio sapientiae, quae philosophia dicitur, continentur.* Tacit. *Lib. XIV. Annal. cap. 16. Et SAPIENTIAE doctoribus tempus impartiebat post epulas.* Idem *Lib. IV. Hist. cap. 5. Doctores SAPIENTIAE sequutus est, qui sola bona, quae honesta, mala tantum, quae turpia.* Sueton. *in Domitian. cap. 14. SAPIENTIAE professor.* Sex. Caecilius iurisconsultus apud Gell. *Lib. XX. cap. 1.* Fauorinum philosophum ita adloquitur. *Dic enim, quaeso, vir SAPIENTIAE studiosissime.* ¶. 2. SAPIENTIA, pro iurisprudentia. Sic SAPIENTIAM ciuilem Vlpianus pro iuris ciuilis scientia dixit in *l. 1. §. 5. D. de extraord. cognit.* Hinc SAPIENTIAE studiosi apud Quinctil. *Lib. I. et Lib. VII.*

SAR.

SARCINA vectorum: *l. 2. D. ad leg. Rhod. de iactu.* ¶. 2. [SARCINA, pro quouis onere et incommodo. Propriae capitationis onus ad SARCINAM recognoscere: *l. 11. C. de episcop.* SARCINA census: *l. 6. princ. C. Theod. de tironib. Lib. VII. tit. 13.* collationis: *l. 3. vtroque Cod. sine censu vel reliqu.* Communem SACRINAM subire: *l. 5. C. Theod. de suar. Lib. XIV. tit. 4.* A summis SARCINA ad infimos decurrat: *l. 1. C. de quib. muner. vel praestat. Lib. X. tit. 48. l. 4. C. Theod. de equor. conlat. Lib. XI. tit. 17. et l. 49. C. Th. de oper. publ. Lib. XV. tit. 1.* Extraordinaria fonctionum SARCINA: *l. 17. C. Theod. de extraord. mun.* Glebae SARCINA: *l. 12. C. Theod. de censitor.* SARCINA necessitatis: *l. 12. C. Theod. de susceptor. Lib. XII. tit. 6. l. 5. C. Iustin. de sacros. eccles.* SARCINA nominationis alienae: *l. 22. C. de decurionib. Lib. X. tit. 31.* SARCINA iniuncti officii: *l. 13. C. Theod. de cursu publ. Lib. VIII. tit. 5.* destitutae possessionis: *l. 14. C. Theod. de censitor. Lib. XIII. tit. vlt.]* ¶. 3. [SARCINA pro debito: *l. 1. C. de censib. Lib. XI. tit. 57.]* ¶. 4. [SARCINA pro periculo: *l. 23. C. de decurion. Lib. X. tit. 31.]*

SARCINATOR, SARCINATRIX, qui quaeue sarcienda vestimenta accipit.

SAR.

l. 25. §. vlt. D. locat. l. 1. §. 1. D. de tributor. action. l. 5. D. naut. caup. stabul. l. 27. D. de pecul. l. 5. §. 1. D. de instit. action l. 82 D. de furt. Non. Marcellus SARCINATOREM *sutorem* interpretatur, addito Lucilii versu. *SARCINATORVM esse summum, suere centonem optime.*

SARCINVLA: *l. 15. §. vlt. D. ex quib. causs. maior.*

SARCIRE in XII. Tabulis satisfacere significabat, auctore Festo. Inde SARCIRE caedes. Plaut. *Mostell. Act. I. scen. 2.* SARCIRE etiam simpliciter, pro damnum sarcire. *l. 15. §. 34. D. de damn. infect.* SARCIRE damnum: *l. 32. in fin. D. de damn. infect. l. 7. l. 15. §. 28. l. 22. D. eod. tit. l. 21. §. 2. D. rer. amotar. l. 6. §. 6. D. de aqu. et aqu. pluu.* Paull. *Lib. V. sentent. tit. 20. §. 3. l. 28. D. commun. diuidund. l. 3. §. vlt. D. de vi et vi armat. l. 7. D. commodati. l. 10. C. de administr. tut.* SARCIRI damnum et detrimentum: *l. 1. l. 2. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iact.* SARCIRI damnum vel lucrum: *l. 11. D. ad SC. Trebell.* SARCIRI damnum actione: *l. 32. D. de damn. infect. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XI. et XII.* SARCIENDVM damnum: *l. 78. §. 2. D. de legat. II. l. 1. l. 3. C. si aduers. libertat.* SARCIRE damna: *l. 1. C. de peric. nominat.* SARCIRE quod deest. *l. 23. D. ad leg. Falcid.* SARCIRE fideicommissum: *l. 11. §. 18. D. de legat. III.* SARCIRE noxam, id est, damnum praestare. *l. 1. §. 11. D. si quadrup. paup. fec. l. 14. D. de incend. ruin. naufrag.* SARCIRE noxiam: *l. 9. D. de iniur.* ¶. 2. SARCIRE etiam est integrum facere, vt Festus *Lib. XVII.* in SARTE ait. SARCIRE aedificia. *l. 7. §. vlt. D. de iur. deliberand.* id est, corrupta restituere. SARCIRI aedificia: *l. 7. D. de iur. dot.* SARCIENDVM conducere: *l. 9. §. 5. D. locati.* SARCIENDA vestimenta dare: *l. 22. D. de praescript. verb.* SARCIENDA vestimenta accipit: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 31. §. 29.* Vet. Glossar. Graec. SARCIRE, ἐχυρῶν.

SARCOCOLLA, vid. SARCOGALLA.

SARCOFAGVS sepulcrum et capulum significat, quod ex SARCOFAGO lapide fissili, corpora celerrime consumente, qui in Troade plurimus nascebatur, fieret, vt Isidor. *Lib. XVI. cap. 4.* scribit. Inuenitur verbum hoc in *l. 37. D. de religios. et sumt. funer. l. 18. §. vlt. de alim. et cibar. legat. l. 6. D. de sepulcr. viol.* apud Paull. *Lib. I. Sent. tit. 21. §. 9.* et in Fausti, siue quisquis is sit, *libello de limitib. apud Goes. p. 267. SARCOFAGA in fine inuenies.* Et in Epigramm. antiquo.

Lethoque iacet condita SARCOPAGO.

Et apud Gruter. *Inscript. p. DCVII, 1.* CORPORA EORVM PICTILI SARCOPHAGO COMMENDAVERIM. Fiebant arcae illae, quae SARCOPHAGORVM vocabulo veniebant, ex *Asio* vel *Assio lapide*, ceu obseruauit iam Cuiac. *Obseru. XXI, 13.* Assus oppidum Aeolidis maritimum, vbi lapis iste

ste effodiebatur, qui vim habebat carniuoram, multoque magis puluis eius, tam volatilis, vt pollinis instar parietibus adhaereret. Nec alibi hic lapis reperiebatur, quam tribus locis sibi admodum vicinis, Asso, Alexandria, et Cyalo. vid. Isaac. Voss. ad Pompono. Melam *de Situ orb. Lib. I. cap. 18. p. 398. edit.* Gronou. HEIN.

SARDONIX, in *l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectigal.* Gemma ex duorum nominum societate sic vocata. Est enim ex onichis candore et sardi rubore mixta, auctore Isidoro *Lib. XVI. Etymolog. cap. 8.*

SARGOGALLA, in *l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectigal.* Puto eam esse, quae in aliis SARCOCOLLA vocatur, sicut *ibidem Saffirinus* vocatur meo quidem iudicio, qui a Plin. *Lib. XXXVII. cap. 9.* et Isidor. *Lib. XVI. cap. 9. Saphyrus* adpellatur. Est autem SARCOCOLLA lacrima arboris in Perside nascentis, turi similis, vt Dioscorid. *Lib. III.* et Plin. *Lib. XIII. cap. 11.* et *Lib. XXIV. cap. 14.* scribunt. Nomen ab eo habet, quod dissolutam et hiantem vulnere carnem adstringat et adglutinet.

SARTVM *tectum*, id est, quod vulgo dicimus *clos et couvert.* Loquutio haec orta a locatione operum publicorum, *quae locantur vt integra praestentur*, SARTA *tecta vocantur.* Festus *Lib. XVII. in* SARTE. Μεταφορικῶς vero integrum, tutum et illaesum significat. SARTA tecta: *l. 17. D. de vsu et habit.* SARTA *tecta* tuenda: *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. repetand.* et alias SARTA *tecta* habere: *l. 7. D. de vsufruct.* Sic et Plautus. *Trinum. Act. II. scen. 2.* SARTA *tecta tua praecepta habui.* Ita etiam SARTA *tecta* accipimus in *l. 7. D. de offic. proconf. l. 7. C. de vsufruct. l. 7. §. 2. D. ad leg. Iul. repetand. l. 18. D. de vsu et habit. l. 2. Cod. de cond. in publ. horr. Lib. X.* Flau. Vopisc. *in Aurelian. Cap. XXXV. De proprio possessiones, quas in Mauritania habuit,* SARTIS *tectis Capitolio deputauit.*

SAT.

SATIO et SATIONES factae fiunt caesa; *l. 10. §. 4. D. quib. mod. vsusfr. vel vsus amitt.*

SATIS est, quod sufficit. SATIS constat: *l. 30. §. vlt. D. solut. matrimon.* SATIS est, id est, sufficit. *l. 1. C. de his, quib. vt indign.* SATIS idoneus: *l. 5. D. qui satisd. cog.* SATIS illicita: *l. 1. C. de commun. rer. alien.* SATIS indicat: *l. 26. D. de minorib.* SATIS notum est: *l. 17. §. 7. D. de vsur.* SATIS plena institutio: *l. 27. D. de hered. instit.* ¶. 2. SATIS, pro valde, vt in *l. 4. D. de in integr. restit. l. 7. §. 3. D. quod vi aut clam. l. 45. §. penult. D. de fideicomm. libert. l. 2. §. 46. D. de orig. iur.* Sic SATIS immodicum: *l. 15. D. de donat. inter vir. et vxor.* et SATIS impium est; *l. 71. D. de adquir. vel omitt. hered.* SATIS inciuile: *l. 15. D. de procurat. l. 66. in fin. D. de rit. nuptiar. l. 1. C. de commun. rer. alien l. 33. C. de inoffic. testam.* et in aliis Iustiniani constitutionibus saepe. SATIS inhumanum: *l. 6. princ. D. de pignor. act. l. 20. D. de adquir. hered. l. 37. D. de legat. III.* SATIS iniuriosum: *l. 1. §. 14. D. de agnosc. liber.* SATIS iniuriam: *l. 45. §. penult. D. de fideicomm. libert.* SATIS necessaria esse: *l. 7. §. 3. D. quod vi aut clam.* [Sic et veteres loquuti sunt. Caelius apud Sosipatr. Charis. *Lib. II. p. 193. edit. Putsch. Commodum esse* SATIS *videtur.* Cicero *Lib. XIV. ad diuers. epist. 23. Litterae* SATIS *liberales.* Idem *pro Cluentio cap. LXVII.* SATIS *firmus accusator.* Id. *ibid. cap. vlt.* SATIS *multos.* Sunt autem haec diligentius notanda, quod Anton. Faber ex adiecta hac particula SATIS, meros Tribonianismos cudit.] ¶. 3. SATIS aliquando superlatiuo iungitur, et tunc παρέλκει. SATIS minima: *l. 4. D. de restitut. in integr.* SATIS pulcherrima: *l. 2. §. 46. D. de orig. iur.* ¶. 4. Particula autem SATIS, his verbis: accipere, cauere, dare, desiderare, exigere, facere, offerre, petere, postulare, praestare eleganter coniungitur, de quibus separatim dicemus.

SATIS *accipere*, dicitur creditor, legatarius, et alius quilibet, cui cautio praestatur, vt SATISDARE debitor. *l. 8. D. de vsufruct. ear. rer. quae vsu consum. l. 17. D. de testam. tut. l. 7. D. de incend. ruin. naufrag. l. 30. D. de vsufruct. legat. l. vlt. §. vlt. D. de statulib. l. 112. D. de verb. oblig. l. 22. D. de obligat. et act. l. 1. §. 11. D. de separat. l. vlt. §. vlt. D. quod legator. l. 11. D. qui satisd. cogant. l. 28. D. de procurat. l. 22. §. vlt. D. de euiction. l. 5. §. vlt. D. de oper. nou. nunciat. l. 1. l. 15. §. 1. l. 17. §. 1. D. vt in possess. legat. l. 21. §. 4. D. de ann. legat. l. 64. D. de iudic. l. vlt. C. vt in possess. legat. l. vlt. C. de vend. reb. ciuit.* Definitur SATIS *accipere l. 5. §. 3. D. de verb. obligation.* Sic: SATIS ab eo *accipere*: *l. 112. D. de verb. oblig.* SATIS a tutore *accipit*: *l. 55. D. de administr. et peric. tutor.* SATIS de lite accipere: *l. 23. D. de fideiussor.* SATIS *accipitur*: *l. 46. D. de pactis.* Cato *de re rustica cap. XI. Quae* SATIS *accipienda sunt*, SATIS *accipiantur.* Plaut. *Sticho Act. IV. scen. 1. v. 4.* SATIS *abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse.* Atque in his verbis scitus est lusus eiusd. Plauti *Truculent. II, 1. v. 28.* Graeci etiam ἱκανὸν λαβεῖν dicunt. vid. SATISDARE. SATIS de euictione accipere: *l. 40. l. 41. §. vlt. l. 48. D. de euiction.* ¶. 2. Singularis est loquutio: Legati fideicommissiue SATIS *accipere*: *l. 5. §. vlt. D. vt in possess. legat. l. 38. in fin. D. de condict. indeb. l. vlt. C. vt in possess. legat.* Subauditur autem per hellenismum in ea loquutione verbum, *nomine*, vt integra oratione effertur, in *l. 5. §. 29. D. vt in possess. legat.* Ex quo genere sunt et hae loquutiones: SATISDARI certae pecuniae, *l. 6. in fin. D. quib. mod. pign.* vt apud Valer. Maxim. *Lib. IV. cap. 1. Iudicatae pecuniae* SATISDARET. Fideicommissi SATIS petere, *l. 71. §. 1. D. de condit. et demonstrat. l. 1. §. 11. l. 7. D. vt legator. nom. caueat.* Pignori accipere legati. *l. 28. D. de pignor.* Interpellari traiectae pecuniae: *l. 2. D. de nautic. foen.* Totius dotis satisfieri: *l. 30. D. de vsufruct. legat.*

SATIS *acceptio* autem definitur, esse stipulatio, quae ita obligat promissorem, vt adpro-

mis-

missores quoque ab eo accipiantur, id est, qui idem promittant. *l. 5. §. 2. D. de verbor. obligat.*

SATIS *cavere.* SATIS a possessore *cavere. l. 60. §. 1. D. de vsufruct.* SATIS *cavendum* est: *l. 60. §. vlt. D. eod. tit.* SATIS definit esse *cautum: l. 5. §. 1. D. de legit. tut.*

SATISDARE dicimur aduersario, quum pro eo, quod a nobis petit, ita cauemus, vt eum hoc nomine securum faciamus, datis fideiussoribus. *l. 1. D. qui satisd. cogant. Satisdatio* enim in eod. tit. et in omnibus praetoriis stipulationibus, quibus SATISDARI iobetur, fideiussorum datio nem significat Nam ne pignoribus quidem in vicem satisdationis quis defungi potest, *l. 7. D. de praetor. stipul. l. 1. l. 3. §. n D. si cui plus, quam per leg. Falcid.* Nec vero qui SATISDARE promisit, fidem implesse aliter intelligitur, quam si eum dederit accessionis loco, qui vtiliter obligetur. Nam si minorem XXV. annis, vel mulierem, vel seruom det, non videtur satisfecisse obligationi aliter, atque si non idoneum dederit. *l. 3. D. de fideiussor. l. 8. §. 1. D. qui satisd. cogant.* Non enim videtur SATISDATVM, si vitiose SATISDATVM est. *l. 6. D. eod. tit.* Inde et verbum SATISDATVM dicitur idoneam cautionem desiderare. *l. 1. §. pen. D. quod legat.* Ceterum Graeci ἱκανοδοσίαν SATISDATIONEM adpellant, cui respondet ἱκανὸν λαβεῖν. D. Lucas *Act. Apost. Cap. XVII. v. 9.* Καὶ λαβόντες τὸ ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος καὶ τῶν λοιπῶν, ἀπέλυσαν αὐτούς. *Et* SATIS *accipientes a Iasone et reliquis, dimiserunt eos.* Nam more Romano loqoitur, et hoc modo sensit Iasonem, quum in ius duceretur, SATISDATIONE praestita, seu fideiussoribus datis, dimissum. Nam qui innocentia sua purgata, vel excusatione accepta, eum dimissum vertunt, errore, meo quidem iudicio, labuntur. ☞ Adde Grotium *ad hunc locum*, et Raphelium *in Notis Polybian. p. 354.* HEIN. ¶. 2 Huc pertinent loquutiones: SATIS idonee *dare: l. 3. C. de postlim. reuers.* SATISDARE et *dabitur* SATIS: *l. 11. D. qui satisd. cog. l. 1. §. vlt. D. de ripa muniend.* SATISDARE et SATIS accipere. Cicero *pro Quinctio cap. 13.* SATIS non *darent: l. 30. D. de vsu et vsufr. legat.* SATIS non *dederint: l. 5. §. 1. D. de legit. tut.* SATIS pro euictione *det: l. 20. D. de euiction.* SATIS fideicommissi nomine *dare. l. 4. C. vt in possess. legat.* Si legatorum SATIS non *datur: l. 8. D. vt in possess. legat.* vbi subauditur nomine, vt in *l. 5. §. 1. D. eod. tit. et l. 1. D. eod. tit.* vide similes loquutiones in SATIS *accipere:* et contra: Si SATIS non *det.* Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 3.* Sic etiam *dare* SATIS de hereditate: *l. 5. §. vlt. D. de hered. petit.* SATIS pro eo *dent: l. 2. §. 6. D. de indic.* SATIS pro te *dedero: l. 19. §. 7. D. de donat.* SATIS iudicatum solui *dare: l. 26. §. 1. D. de minorib.* Ex integro quoque SATISDANDVM est quandoque, vbi insignis calamitas medio tempore fideiussoribus superuenerit. *l. 11. D. qui satisdar. cogant.* ¶. 3 [SATISDARE aliquando generaliter sumitur, idemque significat, ac quoquo modo satisfacere. *l. 21. D. de constitut. pecun.*]

SATISDATIO, cautio est fideiussoria, vel etiam iuratoria, si fideiussorism quis dare nequeat. Nudae autem cautioni repromissionique semper opponitur. *l. 1. §. 5. D. de praetor. stipulat. et in tit. de damn. infecto* saepe. *l. 3. D. de petit. heredit. l. 45. D. de procurator. l. 56. in princ. D. de euiction.* SATISDATIO fideiussoris adpellatur in *l. 28. §. vlt. D. ex quib. causs. maior.* SATISDATIONE interposita: *l. 33. D. de reb. auctor. iud. possid.* Sine SATISDATIONE: *l. 4. §. 8. D. de fideicomm. libertat.* SATISDATIONIS contumelia: *l. 17. §. vlt. D. de testam. tutel.* SATISDATIONI subiici: *l. 9. D. eod. tit.* SATISDATIONEM desiderans: *l. 13. D. de vsufruct.* SATISDATIONEM praestare: *l. 7. §. 1. D. qui satisd. cogant.* [SATISDATIONEM dare: *l. 32. §. 16. D. de recept. arbitr. l 5. princ. D. de hered. petit. l. 7. D. de oper. nou. nunciat. l. 7. §. vlt. D. qui satisd. cogant.*] ¶. 2. SATISDATIONIS tamen adpellatione interdum quoque repromissio continetur, qua contentus fuerit is, cui satisdatio debeatur. *l. 61. D. de verb. signific.* Cuius rei exemplum est in *l. 2. § 3. D. quod legator.*

¶. 3. [SATISDATIO pro satisfactione. *l. 49. in fin. D. de solution.*

SATISDATO, aduerbialiter, vt testato dicitur. Inde SATISDATO cauere, promittere, id est, fideiussoribus datis. *l. 4. §. vlt. D. si quis caution. l. 4. §. 8. D. de fideicommiss. libert. l. 7. D. de accusat. l. 17. D. de accusat. l. 56. D. de euiction. l. 18. in fin. D. de castrens. pecul. l. 16. D. de offic. praesid. l. 31. D. ad leg. Falcid. l. 3. §. 1. D. si cui plus quam per leg. Falcid. l. 2. D. de custod. reor.* Cic. *ad Attic. Lib. XVI. epist. 5.* SATISDATO defendere: *l. 18. §. vlt. D. de castrens. pecul.* SATISDATO promittere: *l. 4. §. vlt. D. si quis caution. l. 17. D. de accusat. l. 2. D. de custod. reor.* SATISDATO cautum: *l. 31. D. ad leg. Falcid.* promissum: *l. 2 §. 6. D. de indic.*

SATIS *desiderare. l. 1. §. 1. D. vt in possess. legator.* SATIS *desiderari: l. 7. §. vlt. D. qui satisd. cogant.* SATIS *desideratur: l. 7. D. eod. tit.* SATIS legatorum *desideret: l. 3. §. 2. D. vt in possess. legator.*

SATIS *exigere: l. 5. §. 1. D. de legit. tut. l. 46. §. 6. D. de administrat. et peric. tutor. l. 2. §. 1. D. ad municip. l. 103. D. de condit. et demonstration. l. 9. §. vlt. l. 53. D. de administr. tutor. l. 1. §. 15. D. de tutel. et ration. distrah. l. 1. §. 2. D. de magistratib. conuen. l. 39. §. vlt. D. de legat. III.* id est, SATISDATIONEM *exigere*, vt in *l. 1. §. 5. D. de magistrat. conuen.* SATIS non *exigeret: l. 9. §. 4. D. ad exhibend. l. 53. D. de administr. et peric. tutor.* SATIS non *exegerunt: l. 21. §. 4. D. de annuis legat.* SATIS ab herede non exegerunt: *l. 102. D. de condit. et demonstrat.*

SATISFACERE est, desiderium creditoris vel alius cuiusuis implere. *l. 1. D. qui satisd. cogant.* SATISFACIT ergo, qui idoneum expromissorem volenti dat. *l. 4. §. 3. D. de re iudicat.* In eo itaqoe, quod dicitur, pignus, soluta pecunia, vel si eo nomine SATISFACTVM sit, libe-

liberari, SATISFACTUM accipimus, quemadmodum voluit creditor, licet non sit solutum. Siue enim aliis pignoribus sibi caueri voluit, vt ab hoc recedat, siue fideiussoribus, siue reo dato, siue pretio aliquo, siue nuda conuentione, siue alias quocumque modo recesserit, vel si conuenerit, vt pro hypotheca fideiussor detur, datumque licet non idoneum creditor admiserit, vel si deferente creditore iurauerit debitor, rem non esse pignori obligatam, satisfactum intelligitur. *l. 9. §. 3. D. de pignor. action. l. 5. §. vlt. l. 13. l. 14. D. quib. mod. pign. l. 3. D. de fideiussor.* Sed et si accepto latum sit id, propter quod hypotheca erat obligata, satisfactionis nomen proficiet. *l. 49. D. de solution.* Et alias quoque SATISFACTUM videtur expromissore vel pignore dato: *l. 53. D. de contrah. emtion §. 41. Inst. de rer. diuision. l. 5. §. 18. D de tributor. action.* [Hinc SATISFACERE aliquando pro *satisdare* vsurpatur, vt in *l. 30. princ. D. de vsu et vsufr. legat.* licet alias SATISFACERE et *satisdare* sibi opponuntur, vt in *l. 1. D. qui satisdar. cogant*] ¶. 2. Huc pertinent loquutiones. SATISFACERE et *facere* SATIS. *l. 25. §. 1. D. de vsufruct.* SATISFACERE aeri alieno: *l. 13. §. vlt. D. de reb. eor. qui sub tutel.* SATISFACERE conditioni: *l. 84. §. 7. D. de legat. I. l. 2. C. de pact. ante nupt.* SATISFACTUM conditioni: *l. 77. §. vlt. D. ad SC. Trebellian.* SATISFACERE conditionibus: *l. 28. D. de donation.* Non SATIS conuentioni *fecit*: *l. 14. C. de rescind. vendit.* SATIS creditoribus *facere*: *l. vlt. §. 8. D. de condict. indeb.* SATIS creditoribus *facturus*: *l. 4. C. de bon. auctor. iud possid.* SATISFACTUM creditoribus: *l. 39. §. 1. D. de statuliber.* SATISFACERE debito: *l. 11. C de fideiussor. l. 2. C. de iur. reipubl. Lib. XI.* SATIS non *facere* debito: *l. 9. l. 10. C. de pignor.* SATIS doti *fieri*: *l. 8. D de action. rer. amotar. l. 30. D. de vsu et vsufruct. legat.* SATISFACIT edicto: *l. 1. §. 11. D. de collat. bonor.* et ex diuerso: non SATISFACERE edicto praetoris: *l. vlt. D. de tributor. action.* SATISFIERI emtori: *l. 15. D. de doli mal. et met. except.* SATISFACERE Falcidiae: *l. 93. D. ad leg. Falcid.* SATISFIERI Falcidiae: *l. 80. D. de legat. I.* SATISFACERE fideicommisso: *l. 123. D. de legat. I.* SATIS non *facere* fideicommisso: *l. 6. C. vt in possess. legat.* SATISFACERE iudicatis: *l. 40. §. 1. D. de pactis.* SATISFACERE ex caussa iudicati: *l. 8. C. de contrar. iudic.* SATISFACTUM esse iuri: *l. 1. C. de liber. praeter.* SATISFACTUM sollemnitati iuris: *l. 4. C. de iur. deliber.* SATISFACERE pensionibus: *l. 2. C. de rei vindicat.* SATISFACTUM pensionibus: *l. 2. C. pro socio.* et contra SATIS non *facere* pensionibus: *l. 34. §. 1. D. locati.* SATISFIERI in pretium: *l. 32. D. de fideicomm. libertat.* SATISFACERE promisso: *l. 9. C. de transaction.* SATIS quoque pupillo fecisse dicebatur tutor; *l. 2. D. de magistrat. conuen.* SATISFACTUM sententiae: *l. 50. D. de condit. et demonstrat.* SATISFACERE sollemnibus ob tutelam publicam: *l. 1. C. de infam.* SATISFACERE sollemnitati iuris: *l. 4. C. de iur. deliber.* SATISFACERE solutioni: *l. 1. C. vbi conuen.* SATIS non *fit* stipulationi: *l. 2. D. de verbor. oblig.* SATISFACERE vectigali: *l. 1. D ne tut. vel curat.* SATISFACERE voluntati: *l. 2. C. de instit. et substit.* SATISFACTUM voluntati: *l. 13. D. de manumiss. testam.* SATISFIERI voluntati defuncti: *l. 2. C. de fideicomm.* defunctae: *l. 5. §. 24. D. vt in possess. legator.* ¶. 3. SATISFACERE et soluere separantur. *l. 41. §. 1. D. de manum. testam. l. 30. §. 1. D. de vsufruct. l. 19. D. de contrah. emtion. l. 45. D. de admin. et peric. tutor. l. 39. §. 1. D. de statulib. l. 38. §. 2. D. de liberal. causs.* ¶. 4. [SATISFACTUS, in *l. 4. §. 4. D. de manumiss.* pro eo, cui satisfactum est, per Graecismum. Anton. Augustin. *Lib. II Emendat. cap. 1.*] ¶. 5. SATISFACERE etiam dicitur, qui se excusat, defendit, deprecatur, vide SATISFACTIO.

SATISFACTIO tam late patet, quam patere *satisfacere* diximus. Ita quoque accipiendum hoc verbum est in *l. 52. D. de solution.* et *l. 19. D. de contrah. emtion.* At in rescripto Antonini, quod in *l. 5. §. 16. D. vt in possess. legator.* exponitur, ad exsoluendum legatum refertur. *l. 5. §. 17. D. eod. tit.* ¶. 2 SATISFACTIO, pro defensione, excusatione, caussae dictione. Sic quod est apud D. Paullum *II. ad Timoth. cap. vlt §. 16.* ἐν τῇ πρώτῃ μου ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, in Catalogo Script. Eccles. sic redditur, *in prima mea SATISFACTIONE nemo mihi adfuit. SATISFACTIO autem est pars poenitentiae. Eius enim partes tres, contritio, confessio, et SATISFACTIO. Et in tribus consistit SATISFACTIO, in oratione, ieiunio et eleemosyna.* Cicero III. *in Verr.* SATISFACERE, ait, *esse tantum facere, quantum satis sit irato ad vindictam.* Sic apud Sueton. *in Iul. Cap. LXXIII. Valerium Catullum, a quo impetitus fuerat, sibi versiculis SATISFACIENTEM eadem die adhibuit coenae.* ¶. 3. SATISFACTIO pro reparatione iniuriae, in *l. 17. §. 6. D. de iniur.* vti et *satisfieri* illi, cui iniuriam fecit seruus, verberibus dicitur, in *l. 6. §. 4. et §. 6. D. de iniur. l. penult. D. si ex noxal. causs. agat.* Auct. ad Herenn. *Lib. IV. Deinde quid iniuriarum* SATISFECISTI.

SATIS *offerre*, et *offerre* SATIS dicitur debitor. *l. 6. C. de testam manum l. 5. D. de suspect. tutor. l. 1. §. vlt. D. de requir. reis. §. 2. Inst. de satisd. tutor. l. 3. §. 5. D. quod vi aut clam. l. 6. C. de testam. l. 21. §. 1. D. de oper. nou. nunciat.* SATIS non *offeratur*: *l. 24. C. de euiction.*

SATIS *petere* dicitur is, qui caueri sibi postulat. *l. 14. D. de administr. et peric. tutor. l. vlt. §. 1. D. quod legator. l. 8. D. de praetor. stipul. l. 7. D. rem pupill. salu. for.* Inde illud in *l. 52. in fin. D. vt in possess. legator.* Si *petatur* fideicommisso SATIS, et SATIS legatorum desideret, in *l. 1. §. 1. l. 3. §. 1. D. vt in possess. legator.* Legatis SATIS *petere*: *l. 7. D. vt legator. seruand. causs. Petere* SATIS: *l. 52. §. vlt. D. de iudic.* Is, a quo SATIS *petitur*. *l. 7. D. vt in poss. legat. Petenti* SATIS: *l. vlt. D. quod legator.* Is, apud quem SATIS *petitur*: *l. 3. princ. et §. 1. D. vt in possess. legat.* Sic et

SATIS *postulare*: *l. 21. D. rem rat. haberi.*

SAT.

SATIS *praestare*, pro *satisdare*. *l. 8. D. de vsufruct. ear. rer. quae vsu consum.* Martial *Lib. I. Epigr. 53.*

Si de seruitio graui querantur,
Assertor venias, SATISQVE praestet.

SATIS interdum a verbis suis disiungitur. Ita dari SATIS, et SATIS pro aliquo dare, et SATIS pro lite accipere, legimus in *l. 1. §. 4. D. de ripa muniend. l. 33. D. de fideiussor. l. 2. §. 6. D. de iudic. l. 26. §. vlt. D. de minor. l. 11. §. 10. D. de action. empti. l. 3. C. de postlim. reuers.* Sic SATIS agere: *l. 10. D. de condict. indeb.* Non SATIS egerit: *l. 10. D. de condit. et demonstr.* SATIS a possessore cauendum: *l. 60. in fin. D. de vsufruct.* SATIS definit esse cautum: *l. 5. §. 1. D. de legit. tutor.* SATIS offerre: *l. 3. §. 5. D. quod vi aut clam.* SATIS accipere: *l. 3. in princ. D. rat. rem haber.* SATIS de lite acceperam: *l. 33. D. de fideiussor.*

SATVRA vel SATYRA, vt Festus *Lib. XVII.* scribit, *erat cibi genus ex variis rebus conditum, vel secundum aliorum interpretationem, genus carminis, in quo multis de rebus coniunctim et confuse disputabatur. Ex quo SATVRA lex, multis aliis conferta legibus olim dicebatur. Vnde in sanctione legum adiiciebatur:* NEVE PER SATVRAM ABROGATO. *C. Laelius in oratione, quam pro se dixit. Postera die quasi per SATVRAM exquisitis sententiis in deditionem accipitur.* Isidor. *Lib. IV. cap. 16. SATYRA lex est, quae de pluribus rebus simul loquitur, dicta a copia rerum, quasi a saturitate. (satietate.)* Iustinian. *Const. omnem reip. §. 1. de concept. Digest.* Et primo quidem anno hoc opus tradebatur legentibus, non secundum edicti perpetui ordinationem, sed passim et quasi per SATYRAM collectum. Vid. *l. 1. C. de adsert. toll.* Eumen. *Panegyr. VIII. cap. 11. Separate igitur vtraque dicam; neque enim quasi per SATVRAM confundenda sunt beneficia tua.* Sosipat. Charis. *Lib. II. Instit. Grammat. p. 175. Maxime quum aduerbium Stoici, vt alias diximus, πανδέκτην vocent. Nam omnia in se capit, quae collata per SATVRAM concessa sibi rerum varia potestas.* Lactant. *Lib. I. Instit. diuin. cap. 21.* citat Piscennium Festum in libris historiarum per SATYRAM.

SATVRNINVS *Claudius* Iurisconsultus, citatur a Modestino. *l. vlt. D. de custod. et exhib. reor.* SATVRNINI etiam fit mentio in *l. 1. §. 4. D. de abigeis. l. 1. D. de effractor.* citatur etiam ab Vlpiano *in l. 1. D. de Senator.*

SATVRNINVS *Quintus*, iurisconsultus. *l. 13. §. 5. D. de iure iur.*

SATVRNINVS *Venuleius* iurisconsultus, ad quem rescripta Caracallae et Alexandri memorantur, *l. 1. C. quib. non obiic. long. temp. praescript. l. 1. C. de excusat. veteran.* Scripsit *actionum* Libros X. *disputationum* Lib. VII. *Interdictorum* Lib. VI. *de offic. proconsulis* Lib. IV. *de poenis paganorum* librum singularem. *Publicorum* Lib. II. *et stipulationum* Lib. XIX. *De variis Saturninis* singularem libellum edidimus. HEIN.

SAT. SAX. SCA.

SAX.

SAXOSVS fundus: *l. 13. D. de reb. eor. qui sub tutel. vel cura sunt.*

SCA.

SCAENA, vide infra SCENA.

SCAEVA, in *l. 12. §. 3. D. de aedilit. edict.* qui manu sinistra ad ea opera, quae dextra peragenda essent, vtitur.

SCAEVITAS, a scaeuus, pro peruersitate. SCAEVITAS morum: *l. 17. C. Theod. de poen.* [Gellius *Lib. VI. Noct. Attic. cap. 3. Ingenia aspera,* inquit, *inscita, et rudia, sua SCAEVITATE et voluntario impetu in adsidua delicta et in errores ruunt.*] SCAEVITAS legitur etiam apud Ambros. *Lib. V. de fide ad Gratian. cap. 1.*

SCAEVOLA *Quintus Ceruidius*, iurisconsultus. *l. 38. §. vlt. D. de vulg. et pupill substit. l. 50. D. de fideicomm. libert.* Eius auctoritatem laudant Vlpianus, in *l. 3. §. 4. D. de liber. et postum.* et Paullus, in *l. 19. D. eod. tit.* et *l. 38. §. vlt. D. de vulg. et pupill. subst.* vbi *nostrum* vocat. SCAEVOLAM Marci Imperatoris temporibus vixisse, argumento est *l. 39. D. de legat. III.* et *l. 22. D. ad SC. Trebell.* Pauca adiiciam. Q. CERVIDIVS SCAEVOLA, auctor iurisconsultorum prudentissimus, *l. 3. C. Theod. de testam.* Marco Antonino a consiliis, Iul. Capitol. *in Marco Cap. II.* et vel eo nomine celeberrimus, quod Seuerum Imperatorem et Papinianum iurisconsultum instituit. Id. *in Caracall. Cap. VIII.* Proculeianum fuisse contendit Io. Bertrandus, Sabinianum contra a Boekeln *de famil. iurec. Cap. V.* ex erciscundis deoique Mascou. *de Sect. Procul. et Sabin. Cap. VIII. §. 5.* Obscuritatis, variationis, quin et προσωποληψίας caussa a multis vapulat. Cuiac. *Obseru. IV, 1.* Merill. *Obseru. I, 9.* Bud. *Adnot. ad Pand. p. 67.* Duaren. *Anniuers. Disputat. I, 50.* Ger. Noodt *Probabil. II, 2. Obseru. II, 18. de transact. Cap. XXII. p. 546.* Eu. Otton. *Papinian. XI, 2. p. 212.* Sed vt de stilo Scaeuolae facile transegerim: ita sunt, quae de reliquis accusationis capitibus pro Scaeuola dici possent. Praeter *libros XX. Quaestionum*, in quibus multa repetiit, quae iam in Responsis dixerat, (Cuiac. *Obseru. XII, 10.*) scripsit *libros XL. Digestorum*, et quidem post excessum Marci, vti ex *l. 39. D. de legat. III.* collegerunt Cuiac. *Obseru. X, 21.* Merill. *Obs. I, 29.* Noodt *de foenor. et vsur. III, 6.* Exstiterunt eiusdem *Regularum Libri IV. Responsorum Libri VI.* et libri singulares, *de quaestione familiae*, *Quaestionum publice tractatarum*, nec non *Notae ad Iulianum et Marcellum.* HEIN.

SCAEVOLA, *Quintus Mucius*, quaere in MVCIVS et QVINTVS.

SCAEVVS, A, VM. improbum, per-

peruerfum. [SCAEVVM crimen: *l. 44. C. Theod. de epifcop. Lib. XVI. tit. 2*] SCAEVVM dogma, pro peruerfo et improbato. *l. 9. C. Theod. de haeretic.* SCAEVA impietas, apud Ambrof. *Lib. IV. de fide cap. 4.* [SCAEVAE interpretationes. *Nouell. vn. Theodof. et Valentin. de libert.*] SCAEVAS libidines, dixit Tertullian. *in Apologetic. Cap. XI.* SCAEVA refufio, Ambrof. *Lib. V. de fide cap. 6.* apud quem et SCAEVO *fenfu* emendo *de fide contra Arrianos Cap. IV.* [SCAEVA religio: *l. 43. C. Theod. de haeretic. Lib XVI. tit. 5.*] SCAEVAM *rem*, pro mala vfurpatam notat Feftus *Lib. XVI.* [SCAEVA tempora, pro tyrannicis, *l. 9. C. Theod. de infirm. his, quae fub tyrann. Lib. XV. tit. 4.* quae ibidem infaufta vocantur.]

SCANDVLARII, pro fcandularum fabris et tectoribus, *l. vlt. D. de iur. immun.* vid. V. C. Car. Andr. Duker. *de Latin. veter. iurifconf. p. 430.* HEIN.

SCAPHA ipfa per fe parua nauicula eft, nec inftrumentum eft, vel membrum nauis. *l. 44. D. de euiction. l. vlt. D. eod. tit. l. 29. §. 2. D. ad leg. Aquill. l. 3. §. 1. D. de rei vindic. l. 4. D. ad leg. Rhod. de iact.* Paull. *Lib. II. Sentent. tit. 7. §. 4.* Graeci ἐφολκίδα vocant, vt interpres Euripidis *in Andromachen* fcribit: *πλοῖον μικρὸν ἐφελκόμενον τῷ πλοίῳ τῷ μεγάλῳ· nauicula parua, quae a maiore trahitur.*

SCAPHIVM ventris exonerandi cauffa. *l. 29. § penult. D. de auro, argent. legat.* Verbum Graecum eft, vas fignificans, quibus ventris onus excipitur. Itaque a Iul. Polluce *Lib. X. Onomaftic. cap. 9. fegm. 45.* inter ea, quae *εἰς ἀπόπατα* mulieri vfui funt, *σκαφίον* ponitur Martialis *Lib. XI. Epigr. 12.* SCAPHIVM pro matula vfurpauit. Plaut. *Bacchid. Act. I. fcen. 1. v. 37.*

Pro galea SCAPHIVM, *pro infigni fit corolla plectilis.*

De diuerfis notionibus vocabuli SCAPHIVM, quod et pro parte capitis, corporisque femoribus vicina, et pro tonfura muliercularum impudicarum, et pro inftrumento ruftico, et pro vafe, vel potorio, vel quod horas indicabat, vel quo ignis eliciebatur, vel denique pro inftrumento medico accipitur, vide Ferraud. Adduenf. *Explicat. Lib. I. p. 544. Tom. II. Thefaur. iur. ciuil.* HEIN.

SCE.

SCELERITAS, vt malitas dicitur, in *l. 3. D. de bon. eor. qui ante fent.* Gloff. SCELERITAS, *ἀνομία*. vid. V. A. Corn. van Bynkersh. *Obferu. Lib. IV. cap. 4.* HEIN.

SCELEROSVS, fceleftus. In SCELEROSOS et noxios proferri iuris fcientiam. *l. 18. C. de poen.* SCELEROSI raptus acerbitas; *l. 1. C. Theod. de raptu vel matrim. fanctimonial. Lib. IX. tit. 25.*]

[SCELVS, facinus improbum. SCELVS maleficiorum: *l. 4. C. Theod. de indulg. crimin. Lib. IX. tit. 38.* SCELERE quaefitum: *l. 5. princ. D. de calumniat. l. 2. D. ad leg. Cornel. de falf.* Alios fuadendo iuuiffe, SCELERIS eft inftar: *l. 16. D. de poen.* SCELERIS particeps: *l. 2. § 5. D. ad SC. Silanian.* Maturari SCELERA auxilium fcelerofis impartiendo; *l. 6. C. de defenfor. ciuit.*]

SCENA, vel vt in Pandectis Florentinis fcribitur, SCAENA, eft, vt Labeo definiebat, quae ludorum faciendorum cauffa quolibet loco, vbi quis confiftat, moueaturque, fpectaculum fui praebiturus, pofita in loco publico priuatoque vel in vico, quo tamen loco paffim homines fpectaculi cauffa admittuntur. Quam definitionem ad edictum de his, qui notantur infamia, Vlpianus accommodat, in *l. 1. §. vlt. et l. 2. §. 5. D. de his, qui not. infam.* *Frontem autem theatri* SCENAM *adpellatam ab vmbra luci denfiffima, vbi a paftoribus ineunte vere diuerfis fonis carmina primis et rudibus temporibus cantabantur*, Caffiodor. *Lib. IV. Variar. cap. vlt.* fcribit. Inde in SCENAM prodire: *l. 24. D. ad leg. Iul. de adulter.*

SCENICVS, a fcena. SCENICA veftimenta: *l. 127. D. de verb. fignific. l. 15. §. 5. D. de vfufr.* quibus in fcena vtimur. *l. 5. §. 10. D. commodati.*

SCH.

[SCHEDA, in *l. 17. D. de fide inftrument.* fignificat primam fcripturam contractus negligentius et minus pure fcriptam, quae poftea in mundum redigitur. Vulgo vocamus *minutam originalem.*

[SCHEDIA nauis genus, in *l. 1. §. 6. D. de exercit. action*]

[SCHEMA in Nouellis et Authenticis denotat habitum et veftitum, e. g. monachi, vt in *Nouell. CXXIII. cap. vlt.*]

SCHOLAE *generaliter funt aedificia, vbi conuenire folent homines plurimi, aut ftudendi, aut praeftolandi, aut conferendi, aut alterius rei gratia.* Ita Valefius *ad Ammian. Marcellin. Lib. XIV. cap. 7. p. 27. edit Gronou.* HEIN Memorantur autem in iure noftro. ¶. 2. SCHOLA *agentium in rebus. l. penult. C. de offic. milit. iud. l. 1. C. de agent. in reb. Lib. XII. l. 1. C. de offic. magiftr. officior. l. 12. C. de proxim. facr. fcrinior. l. 1. C. de praepof. agent. in reb. l. 7. C. de princ. agent. in reb.* ¶. 3. SCHOLA domefticorum, *l. 3. C. vbi fenator.* et apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXVI. Cap. 5. p. 353.* ¶. 4. SCHOLAS *militum* duodecim (immo vndecim) fuiffe, Iuftinianus in *l. vlt. C. de locat. et conduct.* fignificat. Eft autem hoc verbum corruptum in *l. 7. C. de aquaeduct.* in qua vulgo *calculis*, pro *fcholis* legitur. SCHOLA *equitum et peditum. l. 6. C. de aduocat. diuerf. iudic.* Ceterum SCHOLIS tribuni et comites praeficiebantur, vt fuis locis comprobauimus. ¶. 5. SCHOLA *gentilium* apud Marcellin. *Lib. XIV. cap. 7.* *Gentiles* autem inter fcholares militabant, et ita adpellati funt, quod ex gentilibus feu barbaris confcripti effent. Valef. *ad Ammian. p. 28.* Duplex autem SCHOLA erat *gentilium, feniorum* vna, al-

tera *iuniorum.* vid. Pancirol. *ad Notit. Imp. Orient. p.* 103. HEIN. ¶. 6. SCHOLA *palatina. l.* 13. *§.* 8. *et* 9. *C. de iudic.* id est, *palatinorum*, qui sacris largitionibus ministrabant, diuersa a SCHOLA *palatinorum*, seu eorum, qui in palatio militabant. Vales. *ad Marcellin. p.* 27. ☞ SCHOLAE ergo etiam vocabantur ministeria palatina, quibus fungentes *scholastici* et *scholares* dicebantur. *l.* 2. *C. Theod. de concuss. aduocat.* Coripp. *Lib. III. de laudib. Iustin.*

Ornata est Augusta domus, iussuque regentis
Acciti proceres omnes, SCHOLA *cuncta palati est*
Iussa suis adstare locis. HEIN.

¶. 7. SCHOLA societatis sacrarum largitionum. *l.* 13. *C. de palatin. sacrar. largit. Lib. XII.*
¶. 8. SCHOLA scutariorum et clibanariorum, in *l.* 9. *C. Theod. de annon. ciuic.* Tres *scutariorum scholas* memorat. *Notit. Imp. Occid. p.* 56. Primae SCHOLAE meminit Ammian. Marcell. *Lib. XXVI. cap.* 1. secundae, *Lib. XXV. cap.* 10.
¶ 9. SCHOLA silentiariorum: *l.* 4. *C. de silentiar. Lib. XII.*

SCHOLAE diuersae iurisconsultorum, siue sectae. *l.* 138. *D. de verb. obligat.* SCHOLAE iuris auctores. *§.* 2. *Inst. de emt. vendit. §.* 8. *Instit. de mandato.* Vnius auctor est Sabinus, alterius Proculus. *l.* 2. *§. vlt. D. de orig. iur.* Quos saepe dissensisse, ostendit *l.* 93. *§* 3. *D. de solution.* Contradictionis autem Cassii, Proculi, et Pegasi exemplum habemus in *l.* 27. *D. de adquir. rer. dominio.* Item Labeonis, et Sabini, et Proculi contrarias opiniones, in *l.* 28. *D. eod. tit.* Sabini et Cassii sententia, *l.* 43. *§.* 5. *D. de furt.*

SCHOLARIS militia, eorum est, qui in scholis militabant, *l.* 38. *C. Theod. de decurionib.* vbi existimo legendum: SCHOLARI *etiam quidam nomen dederunt militiae.* Vnde SCHOLARES, scholis adscripti. *l. vn. C. Theod. qui a praebit tiron. l.* 3. *C. de offic. magistr. offic. l. vlt. C. de decan. Lib. XII. l.* 2. *C. de priuileg. scholar. l.* 5. *C. qui milit. poss. l.* 14. *C. de erogat. militar. annon.* A Suida χολάριοι vocantur. Vocantur et SCHOLASTICI. *l.* 2. *C. de lucr. aduocator. Lib. XII.*

SCI.

SCIENTIA, id est, notitia artis, et ab exercitatione et professione separatur, in *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XV. §.* 2. Sic iurisprudentia esse definitur iusti atque iniusti SCIENTIA, *l.* 10. *§.* 2. *D. de iustit. et iur. princ. Inst. eod. tit.* ¶. 2. SCIENTIA alias solam notitiam desiderat, interdum et voluntatem, veluti in lege Aquillia, qua dominus teneri dicitur, quo *sciente* seruus damnum dedit, SCIENTIAM pro patientia accipimus, vt qui prohibere potuit, teneatur, si non prohibuerit. *l.* 45. *l.* 46. *D. ad leg. Aquill.* Similiterque in omnibus noxalibus actionibus, vbi de SCIENTIA domini arguitur, SCIENTIA accipienda sic est, si quum prohibere posset, non prohibuit. Nam quod *sciente* quidem, inuito tamen domino committitur, eum non obligat. *l.* 3. *et l.* 4. *D. de noxalib. action.* quum huiusmodi *scientia* culpa vacet. *l.* 37. *D. de regul. iur.* In edicto quoque, si familia furtum fecisse dicetur, *sciente* domino a familia furtum factum accipimus, si sciuit et prohibere potuit. *l.* 1. *§.* 1. *D. si famil. furt. feciss.* In edicto de tributoria actione, SCIENTIAM accipimus, quae habet et patientiam, non etiam voluntatem. Non enim velle debet dominus, sed non velle. Si igitur sciuit, et non protestatus sit, nec contradixerit, tributoria tenebitur, tanquam eo *sciente* negotio gesto. *l.* 1. *§.* 3. *D. de tribut. action.* In edicto, quae in fraudem creditorum, haec verba SCIENTE TE, sic accipimus, conscio et fraudem participante. Non enim *scire* solum, sed et fraudis participem esse oportet. *l.* 10. *princ. et §.* 2. *D. quae in fraud. credit.* In eo, quod dicitur, dies bonorum possessionis petendae *scientibus* cedere, SCIENTIAM accipimus, non quae iurisprudentibus insit, sed eam, quam quis aut per se habeat, aut consulendo peritiores adsequi possit. *l.* 2. *§. vlt. D. quis ordo in bon. poss.* ¶. 3. [SCIENTIAM nostram, id est, principis consulat: *l.* 1. *C. de relation.* Sic et ad nostram referre SCIENTIAM, *l.* 1. *C. Theod. de adpellat. Lib. XI. tit.* 30. *l.* 2. *C. Theod. de operib. publ. Lib. XV. tit.* 1.]

SCINDERE, frangere, rumpere. *l.* 9. *D. de verb. signif.* SCINDERE corpus et vestimenta, *l.* 27. *§.* 17. *et* 18. *D. ad leg. Aquill.* SCISSVM vestimentum: *l.* 14. *D. de verb. signif.* SCISSA vestimenta: *l.* 11. *§.* 9. *D. ad leg. Aquill.* ¶. 2 SCINDERE pro diuidere. SCINDITVR actio: *l.* 1. *et* 2. *C. si vnus ex plurib.* SCISSA defensio: *l.* 5. *§.* 7. *D. iudicat. solui.* SCINDI iudicium in partes: *l.* 48. *D. famil. ercisc.* SCINDITVR hereditas: *l.* 2. *C. ad SC. Trebell.* SCINDI legatorum petitio: *l.* 1. *§.* 20. *D. ad SC. Trebell.* SCINDI pretium: *l.* 18. *D. de contrab. emt.* SCINDI etiam sententia dicitur in personas: *l.* 10. *§.* 3. *D. de adpellation.*

SCIRE et ignorare opponuntur. Alias conscium esse et obseruare significat. SCIAT: *l.* 14. *D. de alim. legat.* SCIRE debet, qua ex caussa hereditas ad eum pertineat: *l.* 22. *D. de adquir. vel omitt. hered.* SCIRE debet tutor: *l.* 5. *§. vlt. D. de admin. et peric. tut.* SCIRE debemus: *l.* 29. *D. de verb. obligat.* SCIENS dolo malo: *l.* 44. *D. de rit. nuptiar. l.* 1. *D. de aedilit. edict. l.* 3. *D. ad leg. Iul. maiestat, l.* 6. *§. vlt. D. ad leg. Fab. de plagiar.* Pauli, *Lib. V. Sentent. tit.* 25. *§.* 1. SCIENS dolo facere: *l.* 3. *D. ad leg. Fab. de plag.* scio dubitatum: *l.* 15. *§.* 16. *D. de excusat. tut.* Dummodo SCIAMVS: *l.* 7. *§.* 4. *D. de reb. eor. qui sub tutel. l.* 2. *D. de nouation.* Dummodo illud SCIAMVS: *l.* 6. *D. de acceptil.* SCIENDVM est: *l.* 6. *§.* 5. *D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l.* 23. *§.* 1. *D. de liberali causs. l.* 32. *l.* 36. *D. de fideicomm. libert. l.* 4. *D. de requir. reis. l.* 8 *§.* 4. *D. de oper. nou. nunciat. l.* 1. *D. si cui plus, quam per leg. Falcid. l.* 1. *§.* 13. *D. de aqu. et aqu. pluu. l.* 3. *D. ad leg. Pomp. de parricid. l.* 137. *§. vlt. D. de verb. oblig. l.* 8. *§.* 1. *D de fideiuss. l.* 58. *D. de oblig. et action. l.* 1. *D. de legat. III. l.* 7. *D. ad SC. Tertullian. l.* 20. *D. de oper. nou nunciat. l.* 1. *D. qui satisd. cogant. l.* 1. *D. de suis et legit.* Generaliter SCIENDVM est: *l.* 4. *§.* 6. *D. rem pupill. salu.*

salu. for. Illud SCIENDVM est: *l. 5. §. vlt. D. iudic. solui. l. 9. D. de adpellat.* SCIENS fallere: *l. 22. D. de verb. obligat.* SCIO indulsisse: *l. vlt. D. ad SC. Trebell.* SCIO obseruari: *l. 3. D. de poen.* Quae oporter SCIRE: *l. 5. in fin. D. si pars hered. petat.* SCIO placuisse: *l. 11. §. 3. D. de donat. int. vir. et vxor.* SCIENS prudensque: *l. 3. D. de pignor. act. l. 1. §. 2. D. si mulier. ventr. nomin.* SCIENTEM prudentemque: *l. 7. §. 2. D. de liberal. causs.* SCIENTES prudentesque: *l. 9. §. 5. D. de iur. et facti ignor.* SCIENTES et prudentes; *l. 8. D. mandati.* SCIO quaesitum: *l. 13. D. de testib.* SCIO quosdam efficere volentes: *l. vlt. D. de manumiss. testam.* SCIENS reticuerit: *l. 61. §. 5. D. de furt.* SCIO tractatum: *l. 2. §. 33. D. ne quid in loc. publ. l. 14. D. de testib.*

¶. 2. [SCIRE et consentire siue permittere differunt. *l. 8. §. 15. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* vide etiam supra SCIENTIA. ¶. 3. [SCIRE etiam dicitur, qui putat. *l. 6. §. 1. D. pro emtore.*] ¶. 4. [SCIRE pro sciscere, in *l. 98. D. de solution.*]

SCO.

ΣΚΟΠΕΛΙΣΜΟΣ est crimen in Arabia, de quo Vlpianus late expliciat et diligenter in *l. 9. D. de extraord. crimin.*

SCOPIARIVS, qui pauimenta scopis munda reddit. *l. 8. §. 1. D. de instruct. vel instrum. legat.*

SCOPVLVS. SCOPVLOS ponere ad scopelismum pertinet. *l. 9. D. de extraord. crimin.*

SCR.

SCRIBA. *l. vlt. C. de magistrat. conuen. l. 1. C. de tabular.* De SCRIBIS plura dixit Carol. Sigonius *de iur. ciu. Rom Lib. II. cap. 9.* Eorum tot genera erant, quot magistratuum et honorum, tum in vrbe, tum in municipiis. Hinc passim occurrunt SCRIBAE AEDILITII apud Reines. *Inscript. Class. XI, 17.* Gruter. *p. CCCXXVI, 4.* SCRIBAE QVAESTORII, Reines. *XI, 14. 15. 18. 120.* quos Cato Vticensis ob fraudes aerario eiecerat, Plutarch. *in Caton. Min. p. 766* Lex Clodia vero negotiari prohibuerat. Sueton. *Domitian. cap. IX. et Claud. Cap. XIX.* SCRIBAE PONTIFIC. Reines. *XI, 73.* SCRIBAE XV VIRALES. Id. *III, 1.* DECEMVIRALES. Gruter. *p. CCCXXVI, 4.* aliique similes. HLIN.

SCRIBERE habet complures et singulares et summe notandas significationes. SCRIBERE enim est scripto promittere. Scaeuola in *l. vlt. D. de doli exception. Homo rusticanus genero* SCRIPSIT *quasi vsuras praeteritas.* Plaut. *Asinar. II, 4, 34. Nunc satagit, adducit domum etiam vltro et* SCRIBIT *numos.* Seruius in *VII. Aeneid. v. 422:*

Et tua Dardaniis transscribi sceptra colonis.

Transscribi, ait, *tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia; nam* SCRIBI, *id est, dari. Horat.* SCRIBE *decem Nerio. Non est satis, adde Cicutae.* RESCRIBI, *reddi. Horat. dictantis, quod tu numquam rescribere possis.* Terentius: *Argentum illud denuo rescribi iube, Phormio.* Ex quo emendandus est Ausonii versus in *Epistol. VI. v. 23.* in quo vulgo est:

Ergo aut praedictos iam, nunc rescribit arios,
Et redime vt mora sit libera desidiae.

Quum tamen legendum sit:

Ergo aut praedictos iam nunc rescribe Darios.

Atque hoc sensu interpretari possumus, quod ab Vlpiano scriptum est, *tutorem sibi pecuniam creditam* SCRIBERE *posse*, in *l. 9. §. 7. D. de administr. et peric. tutor.* item: *subscribente tutore, l. penult. §. 1. D. de in rem vers. L. Titius* SCRIPSI, *me accepisse a P. Maeuio quindecim mutua numerata mihi de domo. l. 40. D. de reb. cred.* Porphyrion *ad Horat. Lib. II. Sermon. Sat. 3. v. 76. Iuris verba*, inquit, SCRIBERE *est mutuum sumere, rescribere, restituere.* ¶. 2. SCRIBERE etiam proprium iurisconsultorum muneris verbum fuit, quemadmodum et cauere, Pompon. in *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur. Massurius Sabinus publice primus* SCRIPSIT. et mox de iurisconsultis: *neque responsa vtique signata dabant, sed plerumque iudicibus ipsi* SCRIBEBANT. Cicero *pro Murena Cap. IX. Seruius hic nobiscum hanc vrbanam militiam respondendi,* SCRIBENDI, *cauendi plenam sollicitudinis ac stomachi sequutus est, ius ciuile didicit. κ. τ. λ.* In quo verbo scite lusit Cicero Trebatium iurisconsultum, negligentiae arguens, sumto ambiguo ex *scribendi* varia significatione. *Valde*, ait ille *Lib. VII. epist. 14. iam lautus es, qui graueris ad nos litteras dare, homini praesertim prope domestico. Quod si* SCRIBERE *oblitus es, minus multi iam te aduocato caussa cadent.* vbi *scribere* a vulgari sua significatione ad hanc, quam trado, translatum, iocum facit. ¶. 3. SCRIBERE etiam *formulam* dicebatur, qui in iudicio alterum prouocabat. Quinctil. *Lib. VI. cap 4. Colaphum tibi ducam, et formulam* SCRIBAM, *quod caput durum habeas.* ¶. 4. Sed et quod Graeci dicunt δίκην γράφειν, hoc Latini verbum verbo reddentes, *dicam* SCRIBERE dicunt. Quam loquutionem a comicis primum Latinitate donatam, quum Graecas comoedias Latinas facerent, verisimile est. Vtitur autem ea Plautus *Aulular. Act. IV. scen. 6.* et Terentius *Phorm. I, 2. v. 77. II, 1. v. 15. II, 3. v. 92. IV, 3. v. 63.* et Cicero *in Verr. II. cap. 15.* ¶. 5. Praetor quoque SCRIBERE dicitur *actionem*, qui in edicto et albo proponit. *l. 1. princ. D. de eo, qui pro tutore.* Vnde *in rem* SCRIPTAE *actiones exceptionesque* dicuntur, quae generaliter in rem proponuntur et aduersus possessorem dantur, quamquam ex certae personae facto oriantur. *l. 9. §. vlt. D. quod met. causs. l. 1. §. vlt. D. de interdict. l. 4. §. 33. D. de dol. mal. et met. except.* Edictum singulariter SCRIPTVM: *l. 1. §. 4. D. quod fals. tutor. auct.* ¶. 6. Propria significatione dicimus SCRIBERE codicillos: *l. 9. C. ad leg. Cornel. de fals. l. 12. §. 5. D. de captiu. et postlim.* SCRIBERE testamentum: *l. 25. D. de liber. et postum.* Eo etiam pertinet SCRIBERE *repudium.* vid. REMITTERE. ¶. 7. SCRIBERE heredem vel exheredem, pro facere, instituere, relinquere. SCRIBERE exheredem: *l. 8. §. 1. et §. 6. D. de bonor. possess. contra tabul.*

Exheres SCRIBI: *l. 4. D unde liberi. l. 1. §. 8. D. de Carboniano edict.* SCRIBERE heredem: *l. 22. D. de donat. inter vir. et uxor.* SCRIPTVS heres: *l. 227. D. de verb signific. l. 35. D. de dolo mal. l. 10. C. de his, quib. vt indign. l. 4. C. ad SC. Trebell. l. 27. l. 29. D. de inoffic. testam. l. 13. D. de transact. l. 59. l. 63. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 6. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 3. D. eod. tit.* Liber et heres SCRIPTVS testamento: *l. 41. D. de reb. credit.* Sic et primo loco SCRIPTVS heres, qui primus nominatus est. Vlpian. *tit. I. Regular. §. 14.* Vnde et SCRIPTI heredes, qui testamento instituti sunt, et opponuntur legitimis. *l. 14. D. de transact. l. 4 D. de religios. et sumtib. funer.* SCRIPTVS porro heres non intelligitur, cuius nomen consulto testator induxit. *l. 2. §. 7. et l. 8. §. penult. D. de bonor. possess. secund. tabul.* Sallust. *in Iugurth. Cap. LXV. n. 1. Quem Micipsa testamento secundum heredem* SCRIPSERAT. Iuuenal. *Sat. III. v. 161. Quis pauper* SCRIBITVR *heres.* Sed SCRIBERE *heredem*, tam tritum est, quam quod tritissimum. Minus vulgatum est SCRIBERE *tutorem*, quo tamen non iureconsulti tantum vtuntur *l. 20. D. qui testam. fac. poss. l. 10. et l. vlt. D. de testam. tutel, l. 24. §. 9. D. de fideicommiss. libert.* sed et Cicero *pro Cluent. Cap. XIV. Nemo illum ex tam multis cognatis et adfinibus tutorem vmquam liberis suis* SCRIPSIT. Ibid. *Cap. XII. Nam quum eius filium faceret heredem, eum tutorem liberis non* ADSCRIPSIT. ¶. 8. SCRIBERE etiam testamento dare relinquereque significat. SCRIBERE sibi legatum videtur non solum, qui sua manu id facit, sed et qui per seruum suum vel filium, quem in potestate habet, dictante testatore, legato honoratur. *l. 15. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fals.* Sic SCRIBERE sibi, est testamento sibi legatum aliquod aliudue quid emolumento futurum adscribere. *l. 3. C. de his, qui sibi adscrib.* SCRIBERE libertatem alicui, est testamento ei dare. *l. 70. D. de adquir. heredit.* Quinctil. *declam. CCCLXXX. Aeger a seruo, cui libertatem* SCRIPSERAT, *venenum petit: nolenti dare, crucem* SCRIPSIT. Sic et SCRIBERE conditionem, in *l. 23. §. 2. D. de pecul. legat.* ¶ 9. SCRIBERE est ad principem referre. SCRIBATVR: *l. 3. l. 4. C. de adpellat.* SCRIBERE Imperatori: *l. 7. D. de interdict.* SCRIBI Imperatori: *l. vlt. D. quand. adpell. sit.* SCRIBITVR Imperatori: *l. 2. §. vlt. D. de bon. eor. qui ante sentent.* SCRIBERE principi: *l. 1. §. vlt. D. de quaestion. l. 6. D. de interdict. l. 5. D. eod. tit. l. 27. §. 1. D. de poen. l. 1. D quand. adpell. sit.* ¶ 10. SCRIBERE etiam notam inurere significat. *l. 17. C. de poenis.* Vlpian. *tit. I. Regul. §. 11.* Dedititiorum numero sunt, qui poenae caussa vincti sunt a domino, quibus vestigia SCRIPTA fuerunt. Quinctil. *Lib. VII cap. 4. Si quis fugitiuo stigma* SCRIPSERIT. Veget. *Lib. II. cap. 5. Nam picturis in cute punctis milites* SCRIPTI *et matriculis inserti iurare solent.* Inde *inscriptos vultus*, id est, stigmate notatos dixit Plinius *Lib. XVIII. Hist. natur. cap. 3.* ¶. 11. Addam et aliam verbi SCRIBERE significationem, quae quamuis in historiis frequens et peruulgata sit, a Lexicographis tamen omissa est. SCRIBERE enim milites, SCRIBERE supplementum exercitui, pro conscribere, comparare, et colligere crebro legimus. Sallust. *in Iugurtha Cap. XLIII. n. 3. Igitur diffidens*, inquit, *veteri exercitui, milites* SCRIBERE, *praesidia vndique arcessere.* Idem *ib. Cap. XXXIX. n. 2. Et tamen exercitus supplementum* SCRIBERE, *ab sociis et nomine Latino auxilia arcessere.* Id. *Lib. IX. cap. 8. Interea consules exercitum* SCRIBERE, *armare, educere placet.* Addam ex eodem auctore alios, non minus illustres, locos. Sic *Lib. IX. cap. 43. Cohortes, quae in supplementum* SCRIPTAE *fuerant. Lib. XXXVII. cap. 50. Alteri consuli exercitus, qui erat in Aetolia, est decretus: et vt supplementum* SCRIBERET *permissum.* Sic et RESCRIBERE, pro de nouo et integro conscribere dixit Idem Liuius *Lib. IX. cap. 10.* HEIN. ¶ 12. SCRIBERE etiam iurisconsulti dicuntur, qui monumenta sua posteritati tradunt. Sic Africanus non tantum scripserat libros IX. quaestionum, in *Indic. Pandect. Florentin.* sed et in *l. 39. princ. D. de legat. I.* ita scriptum est, Africanus Lib. XX. epistolar. apud Iulianum quaerit.

SCRINIA palatii seu principum plura fuerunt. *l. 20. C. de fide instrum.* Quatuor memorantur interdum, *Memoriae*, *Libellorum*, *Epistolarum*, *Dispositionum. l. vlt. C. de decurion. Lib. X. l. 3. C. de offic. quaest. l. 3. l. 4. l. 11. C. de proxim sacr. scrin. Lib. XII. l. 2. C. de priuileg. eorum, qui in sacr. palat. l. vlt. C. de proxim sacr. scrin.* Interdum vero tria dumtaxat, *memoriae* videlicet, *epistolarum*, *ac libellorum* seu *cognitionum*, vt in *l. 5. l. 6. l. 10. C. de proxim sacr. scrin. l. 1. C. de priuileg. eor. qui in sacro palat.* Etiam *exceptorum* et *tabulariorum* et *canonum* et *numerorum* et *mittendariorum* SCRINIA memorantur. *l. vlt. C. de vestib: olob Lib. XI. l. 7. C. de palatin. sacr. largit. l. 10. C. de murilegul. Lib. XI.* Item *fabricarum* et *barbaricariorum. l. 1. C. de praepos. agent. in reb. Lib. XII.* Idem SCRINIVM *auri ad responsum. l. 7. C. de palatin. sacrar. largition.* Cuius et in *Notit. Imp. Orient. p. 117.* Ex hoc accipienda sunt haec Iustiniani verba in *Nouella XXIV. Cap. 4.* ἕξει τε ἐπὶ τοῖς στρατιώταις καὶ *ad responsum. Habebit etiam inter milites ad responsum.* Et in *Nouell. XXV. cap. 1.* ἐχέτω γε μὴν καὶ *ad responsum*, ἤτοι ἀποκρισιαρίους, πρὸς τὴν στρατιωτικὴν εὐκοσμίαν. *Habeat quoque ad responsum, siue apocrisiarios ad militare ornamentum.* In *Nouella XXVI cap. 2. §. 1.* καὶ παρέστω μὲν αὐτῷ καὶ *ad responsum*, διὰ τὰς ἐκεῖσε δυνάμεις. *Aderit quoque illi ad responsum, propter militum copias, quae ibi sunt.* In *Nouell. XXVIII. Cap. 3.* ὑπακουέτω δὲ αὐτῷ καὶ τὸ στρατιωτικὸν δὲ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν ἱδρυμένον· ἐχέτω δὲ καὶ *ad responsum. Obediant vero ei milites quoque, qui in prouinciis sunt collocati: habeat quoque ad responsum.* Ex quibus locis adparet, militaribus vsibus hoc *scrinium* deseruiisse. Eoque ad milites perlata exercitus rectorum mandata in vetustis quibusdam ad Iulianum patricium notis legi. Meminit etiam officii *ad responsum* in re militari *l. 19. §. 1. C de re militar. Lib. XII.* Porro in *Notitia dignitatum*, quum officium comitum sacrarum largitionum recensetur, ad superiora SCRINIORVM genera haec quoque adduntur: *vestiarii sacri*, *aureae massae*, *argenti*, *annularenses*, *a pecuniis*, *a miliarensibus.* In nostris

SCR.

stris etiam libris SCRINII ad limitem, et ab argentariis, et operum, et Orientalis SCRINII, et Asiani, et Thracii, et Macedoniae, et Daciae fit mentio. *l. 7. C. de palatin. sacrar. largition. l. 18. l. vlt. C. de numerar. Lib. XII.* Ad SCRINIA transmittere. *l. 6. §. 3. C. de adpellat.*

SCRINIARII, scriniis praepositi. *l. vlt. C. de castrens. pecul. Lib. XII. l. 8. l. 10. C. de numerar. Lib. XII. l. vlt. C. de adparit. praef. praetor.* Suidas *Tom. III. p. 338.* Σκρινιάριος· ὁ χαρτυλάριος τοῦ ἐπάρχου ὁ αἴρων τὸ σκρίνιον, ἤτοι τὸ κιβώτιον. *SCRINIARIVS, chartularius Praefecti. Siue qui scrinium seruat.* Scriniis autem magistri praeponebantur. Et ita Alexander Imperator Vlpianum *magistrum scrinii* fecisse Lampridius *in Alexandro Cap. XXVI.* auctor est. Nec principibus tantum, sed et magisteriis et potestatibus sui SCRINIARII erant. Vet. Glossar. SCRINIARII, σκηπτοφόροι, ἢ χαρτυλάριοι. Aliud Glossar. SCRINIARII *sunt magistri SCRINIORVM vel memoriales scriniorum.* Glossar. Nomic. Σκρινιάριοι, λαμπροφόροι, τετίει χαρτυλάριοι. [Adde glossas Pithoei ad Iuliani versionem Nouellar.]

SCRIPTOR testamenti: *l. 24. D. ad leg. Cornel. de fals.*

SCRIPTVRA, pro eo, quod est in scripturam redactum, siue totum, siue pars eius. Vt adeo pro adiectione etiam vsurpetur. SCRIPTVRAM, quam codicillorum instar habere voluit. *l. 13. D. de iur. codicillor.* SCRIPTVRA fideicommissi: *l. 64. D. de legat. II.* SCRIPTVRA prima et postrema: *l. 13. D. de adimend. legat.* SCRIPTVRA prior et posterior: *l. 17. D. eod. tit.* Secunda SCRIPTVRA: *l. 67. D. de hered. instit.* Sic et SCRIPTVRA stipulationis aeque ac testamenti dicitur, in *l. 35. D. de testam. milit. l. 16. princ. D. de vulgar. et pupill. substit.* SCRIPTVRA tabularum: *l. 12. D. de transaction.* SCRIPTVRA testamenti: *l. 3. D. de his, quae in testam. delent. l. 47. §. vlt. l. 67. D. de hered. instit. l. 114. §. 14. D. de legat. I. l. 5. D. de manumiss. testam. l. 20. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 97. D. de legat. III. l. 28. §. 12. D. de liberat. legat. l. 28. l. 29. D. de adimend. legat. l. 108. §. 1. D. de legat. I.* Sic et SCRIPTVRA testamenti perfecta et imperfecta: *l. 2. §. 5. D. de tabul. exhibend. l. 10. D. de confirm. tutor. l. 47. §. 5. l. 57. D. de hered. instit.* SCRIPTVRA, quam testamentum esse voluit: *l. 41. §. 3. D. de vulg et pupill. substit.* Haec SCRIPTVRA testamenti: *l. 17. D. de manumiss. testam. l. 10. C. commun. vtriusqu. iudic.* SCRIPTVRA, quae testamenti vice prolata est: *l. 4. C. de iur. et fact. ignor.* SCRIPTVRA, quae ad testamentum faciendum parabatur: *l. 29. princ. D. qui testam. fac.* SCRIPTVRA testamenti vel codicillorum: *l. 20. D. de confirm. tutor.* quomodo per SCRIPTVRAM et per nuncupationem aduersari dicimus: *l. 20. D. de vulgar. et pupill. substitut.* SCRIPTVRA exprimi voluntas dicitur, in *l. 68. D. de hered. instit.* ¶. 2. SCRIPTVRA, pro clausula. *l. 7. D. de ann. legat. l. 12. §. vlt. D. l. 19. l. 30. princ. D. de legat. I.* Ita accipe verba, ex hac SCRIPTVRA, in *l. 5. §. vlt. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 74. D. ad SC. Trebell. l. 27. D. de seruit. praed. rusticor.* ¶. 3. SCRIPTVRA, pro opinione et sententia alicuius in scriptum redacta. SCRIPTVRA epistolae: *l. vlt. D. de constit. pecun.* Sic et SCRIPTVRA Iuliani: *l. 18. §. 5. D. de damn. infect.* SCRIPTVRA Sabini: *l. 2. §. vlt. D. de verbor. oblig.* SCRIPTVRA huiusmodi: *l. 26. §. vlt. D. depositi.* ¶. 4. SCRIPTVRA etiam pro nominibus accipitur, quae ab argentariis fiebant et in codices referebantur. *l. 9. § vlt. D. de edendo. princ. Inst. de litter. obligation.* quae et SCRIPTVRA numulariorum: *l. 9. §. 2. D. de edendo.* SCRIPTVRA mensae. *l. 27. §. 1. D. de furtis.* ¶. 5. SCRIPTVRA, vectigalis genus, quod pro pecoris pastu praestabatur. Plaut. *Truculent. Act. I. scen 2. v. 42.* Ad de Ciceron. *Verrin. II, 71. III, 52 et ad diuers Lib. XIII. epist. 65.* et P Burmann, *de vectigal Pop. Rom. Cap. IV.* HEIN. ¶ 6. SCRIPTVRA etiam species accessionis industrialis est. Sic SCRIPTVRA cedere chartae dicitur, *l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. domin. §. 30. instit. de rer. diuis.* Eius est SCRIPTVRA, cuius est charta aut pergamena. Cai *Lib. II. instit. tit. 1. §. 4* HEIN. ¶. 7 Promiscua dabimus. SCRIPTVRAE fiunt de contractibus: *l. 4. D. de pignor.* SCRIPTVRA probationem rei gestae continet: *l. 5. C. de transaction* SCRIPTIS adprobetur: *l. 9. §. 6. D. de auctorit. et cons. tutor.* Ex hac SCRIPTVRA: *l. 15. D. de donation:b* Ex ea SCRIPTVRA: *l. 48. D. de action. emti.* SCRIPTVRA furtum non fit: *l. 52. §. 19. D. de furtis.* Ex SCRIPTVRA legis. *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiest.*

SCRIPTVS vel SCRIPTVM. Ius *sine* SCRIPTO venire, in *l. 2. §. 5. D de origine iur. l. 6. §. 1. D. de iustit. et iur. §. 3. et 9. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.* et *sine* SCRIPTO in sola prudentum interpretatione consistere dicitur in eadem *l 2. §. 12. D. de orig. iur.* HEIN. Sic et *sine* SCRIPTIS factum testamentum: *l. vlt. C. de bonor poss. secund. tab. l. 1. C. de bonor. possess contra tabul.* SCRIPTIS relinquere: *l 12. D. de testam. milit.* ¶. 2. SCRIPTVM *facere*, pro scribae munus exercere. Liu. *Lib. IX. cap. 46.* de C. Flauio, qui scriba fuit. *Inueni, ait, in quibusdam annalibus, quum adpareret aedilibus, fierique se pro tribu aedilem videret, neque accipi nomen, quod* SCRIPTVM *faceret; tabulam posuisse, et iurasse, se* SCRIPTVM *non facturum. Quem aliquanto antea desiisse* SCRIPTVM *facere arguit Macer Licinius.* Sic et Gellius de eodem agens *Lib. VI. cap. 9.* loquutus est.

SCRIPTVS, A, VM. Edictum singulariter SCRIPTVM: *l. 1. §. 4. D. quod fals. tutor.* SCRIPTVM ius: *§. 3. Inst. de iure nat. gent. et ciu. l. 16. D. de condit. et demonstrat. l. 35. D. de legib.* ¶. 2. *Pro non* SCRIPTO esse, facere, habere dicunt iurisconsulti de iis, quae exitum non habent. Pro non SCRIPTO esse: *l. 14. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fals.* Pro non SCRIPTIS non faciens: *l. 8. §. 6. D. de bonor. possess. contra tabul.* Pro non SCRIPTO legatum fit: *l. 6. §. vlt. D. de iur. codicill.* Pro non SCRIPTO haberi: *l. 122. §. 1. D. de legat. I.* pro non SCRIPTO habetur: *l. 2. D. de iur. codicill. l. 20. §. vlt. D. de heredib. instit.* Pro non SCRIPTIS haben-

bentur legata: *l. 54. D. de legat. I.* pro non SCRIPTIS habendum legatum: *l. 15. §. 1. D. ad leg. Cornel. de falf.* ¶. 3. Pro non SCRIPTIS haberi et caduca fieri legata, longe differunt. *l. vn. §. 2. C. de caduc. tollend.* Vbi traditur, ea, quae his relinquebantur, qui in rerum natura tunc temporis non essent, quum testamentum fieret, pro non SCRIPTIS habita. Quod etiam confirmat *l. 2. et l. 6. in fin. D. de iur. codicillor. l. penult. D. de his, quae pro non fcript. l. 26. §. 6. D. de fideicommiff. libert.* Pro non SCRIPTIS etiam habebantur, quae feruis poenae relinquebantur. *l. 3. D. de his, quae pro non fcript. l. 25. §. 3. D. de adquir. hered.* Item turpia legata, quae legatarii magis notandi, quam demerendi caussa fcribuntur, *l. 57. D. de legat. I.* Item quae deportatis et peregrinis relinquuntur, *l. 1. C. de hered. instit.* In eadem caussa funt et captatoriae institutiones, captatoriaque legata, eaqua, quae fibi quis manu fua in testamento adfcripsit. *l. 1. et l. vlt. D. de his, quae pro non fcript. l. 15. §. 1. D. ad leg. Corn. de falf. l. 4. et l. 5. C. de his, qui fibi adfcrib.* Et generaliter, quaecumque illicite et contra leges in testamento fcribuntur, pro non SCRIPTIS habentur, et apud heredes remanent. *l. 14. §. 1. et §. vlt. D. ad leg. Cornel. de falf. l. vlt. D. de his, quib. vt indign. l. 20. in fin. D. de hered. instit.* Conditiones etiam contra leges, edicta, bonos mores fcriptae, pro non fcriptis habentur. *l. 14. l. 21. D. de condit. instit.* Plinius *Lib. II. epist. 16. Admones me, codicillos Aciliani, qui me ex parte instituit heredem, pro non* SCRIPTIS *habendos.* Pro non SCRIPTO habitus feruus: *l. 26. §. 6. D. de fideicommiff. libert. l. 8. §. 6. D. de bonor. poff. contra tabul.*

SCRIPVLVM Latinis idem valet, quod Graecis γράμμα: estque vicesima quarta pars vnciae, auctore Volusio Maeciano. SCRIPVLI mentio fit in *l. 1. et l. 5. C. de metallar. Lib. XI. l. 1. C. Theod. de ponderator. l. 12. C. Theod. de metallar. l. vlt. C. de annon. ciuic.*

[SCRVPVLOSITAS. Licet iuris SCRVPVLOSITATE nimiaque fubtilitate testamentum ruptum videatur. *l. 12. princ. D. de inoff. rupt. irrit.*]

SCRVPVLOSVS. Nimium SCRVPVLOSA funt: *l. 33. D. de excufat. tutor.* SCRVPVLOSA inquisitio: *l. 6. D. de iur. et fact. ignorant. l. 159. D. de excufat. tutor.* SCRVPVLOSA follemnitas: *l. 17. C. de iure deliber.*

SCRVPVLVS, dubitatio. SCRVPVLVS omnis auferatur; *l. 3. C. de interdict. matrimon.*

SCV.

SCVCLATA, in *l. 11. C. Theod. de fcenic.* forte SCVTVLATIS cum vitio legitur, vt fignificentur vestes SCVTVLIS diuifae, quarum meminit Plin. *Lib. VIII. Histor. natur. cap. 48.* B. Hieronym. *in Ezechiel. cap. 27. Istiusmodi homines negotiatores Tyri funt, qui polymita, purpuram et* SCVTVLATA *mercantur.*

SCVLPERE fignum: *l. 30. D. ad leg. Cornel. de falf.*

SCVTARII. De iis quaedam diximus fupra in *fchola.* Zosimus *Lib. III. cap. 29.* Συναποκλινάντων αὐτῷ καὶ τῶν ἀμφὶ τὸν βασιλέα δύο ταγμάτων, ὡς σκυταρίους προσαγορεύουσιν. *Recedentibus vna cum ipfo et iis ordinibus duobus, qui stipare Imperatorem confueuerunt, et* SCVTARII *dicuntur.* De his SCVTARIIS eorumque diuerfis fcholis ac generibus conferendus Valesius *ad Ammian. Marcellin. Lib. XIV. cap. 7. p. 28.* edit. Gronou. et Columb. *ad Lactant. de mortib. perfequutor. Cap. XIX. p. 154.* HEIN.

SCVTELLAE continentur, fi cui vafa legata funt. *l. 19. §. 10. D. de aur. argent. legat.*

SCY.

SCYPHVS, est vas potorium. SCYPHVS ex aere: *l. 24. D. de adquir. rer. domin.* SCYPHI argentei: *l. vlt. D. de praefcript. verb.* SCYPHI facti ex maffa: *l. 88. D. de legat. III.* SCYPHI fundus et anfa: *l. 21. §. 1. D. eod. tit. l. 26. D. de adquir. rer. domin. l. 23. §. 2. D. de rei vindicat.* Horat. *Carmin. I, 27. v. 1. et Epod. IX. v. 33.*

SEB.

[SEBASTIANORVM ciuitas, in *l. 21. §. 3. D. de ann. legat.* quaenam fit? vid. Cuiac. *Recit. ibid.*]

SEC.

SECARE fegetes: *l. 21. D. de furtis.*

SECERNI temporibus: *l. 5. §. vlt. D. de feruitut.*

SECESSVS. *l. 21. §. 10. D. de recept. arbitr.*

SECRETARIVM locus est, in quo iudices cauffas examinant. Est enim SECRETARIVM iudicum, vt *confistorium* principis. *l. vlt. C. vbi Senator. l. 3. C. de offic. diuerfor. iudic. l. 20. C. Th. de exaction. l. 2. C. de proxim. facror. fcrin. Lib. XII. tit. 19. l. 1. et l. 2. C. Theod. de offic. rector. prouinc.* Hoc verbo auctor *paffionis S. Cypriani* statim initio vtitur. Vnde vero dictum fit, vid. Caffiodor. *Variar. Lib. XI. epist. 2.* [Add. Iac. Gothofred. *Comment. ad l. 1. C. Theod. de offic. rector. prouinc. Lib. I. tit. 7.*] Adde de SECRETARIO Hefych. in Σέκρετον et Valef. *ad Ammian. Marcellin. Lib. XV. cap. 7. p. 69.* edit. Gronou. Nec aliud est *intrare iudicis* SECRETVM, in *l. 14. C. de testib.* ex quo vulgo colligunt, testes remotis partibus effe a iudice examinandos. Ex Lactantio *de mortib. perfequutor. Cap. XV.* patet, ibidem fuiffe aras positas, ad quas temporibus perfequutionum tus adolere iubebantur, qui SECRETARIVM ingrediebantur. HEIN. ¶. 2. SECRETARIVM etiam in ecclesiis locus, vbi Episcopus cum presbyteris audiendis cauffis vacabant. Sulpic. Seuer. *Dial. II, 1. et Epist. I. et III.* add. Valef. *ad Ammian. Marcellin. ibid.* HEIN.

SECRE-

SECRETVM in *l. 14. C. de testib.* Secretarium est. SECRETVM vetus glossar. explicat δικαστήριον. [*Nouell. CXXIII. cap. 17.* Harmenopul. πρόχ. *VI, 40.*] ◀|| 2. SECRETVM etiam est, quod a notitia vulgi secretum est. [Solitudines ac SECRETA captant quidam ignauiae sectatores: *l. 26. C. de decurion. Lib. X. tit. 31.* SECRETA caelestia: *l. 5. C. de sacros. eccles. l. 40. C. Theod. de episcop. Lib. XVI. tit. 2.* SECRETA veneranda consistorii principis: *l. 7. pr. C. Theod. de priuileg eor. qui in sacr. palat. Lib. VII. tit. 35.* Imperio magna ab vniuersis SECRETA debentur: *l. 17. C. de oper. publ.* Dira SECRETA, id est, magica: *l. 6. C. Theod. de indulg. crimin. Lib. IX tit. 38.* Dolor in exsequiis SECRETVM amat: *l. 5. C. Theod. de sepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.* Domus nostrae SECRETA: *l. 5. C. Th. de metallar. Lib. X. tit. 19*] SECRETA iudiciorum: *l. 41. princ. D. ad leg. Aquill.* [SECRETA mentis: *l. vn. C. Theod. de imagin Imper. Lib. XV. tit. 4.* Manichaeorum nefanda SECRETA: *l. 3. C. Theod. de apostat. Lib. XVI. tit. 7.* Ex occasione SECRETI: *l. 6. C. Theod. de offic. rector. prouinc. Lib. I. tit. 7.*] SECRETA patrimonii: *l. vlt. C. de aliment. pupill.* [SECRETA praebere doctrinae piaculari: *l. 2. C. Theod. ne sanct. baptism. iter. Lib. XVI. tit. 6.* Loca seu praedia, quae feralibus sacrilegiis constiterit praebuisse SECRETVM, hoc est, in quibus feralia sacrilegia celebrata sunt. *l. 4. C. Theod. eod. tit.* Imperio magna ab vniuersis SECRETA debentur: *l. 17. C. de oper. publ*] SECRETI suscepti ratio: *l. 3. C. de probation.* SECRETVM voluntatis: *l. 70. D. de hered. instituend. l. 3. C. de iur. codicill.*

[**SECRETVS, A, VM.** SECRETA mandata principis: *l. 1. C. de mandat. princ. l. vn. C. Th. eod. tit. Lib. I. tit. 3.* SECRETA iudicia: *l. 1. §. 38. D. depositi.* SECRETAE quietis vmbracula: *l. 6. C. Theod. de bonor. codicill. Lib. VI. tit. 22.* SECRETO loco: *l. 6. C. de sentent. et interloquut.*]

SECTA dicitur, quae Graece αἵρεσις, et alias schola adpellatur. [SECTA catholica: *l. 42. l. 44. C. Theod. de haeretic.*] SECTAE diuersae iurisconsultorum: *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* [SECTA orthodoxa: *l. 57. l. vlt. C. Theod. de haeret.*] SECTA studiorum: *l. 8. §. 4 D. de vacat. et excusat. mun.* SECTAM suam et temporum suorum metonymice pro ipsa doctrina Ecclesiae et politiae dicunt Imperatores, in *l. 2. C. ad leg. Iul. maiestat. l. 5. l 6. C ad leg. Cornel. de fals. l. 2. C. de delator. l. vlt. in fin. C. de pact. §. vlt. Instit. de legat.*

SECVLVM, vide SAECVLVM.

SECVNDOCERIVS, in *l. 7. C. de palatin. sacrar. largit. Lib. XII. et rubr. C. de primicer. et secundocer. l. vlt. C. de domestic. et protector.* vbi SECVNDOCERII locum, non, vt vulgo legitur, *secundi primicerii* vetus codex habet. Est et hoc verbum frequens *in Notit. Imper. dignit.* Eadem autem figura, qua primicerius ita et SECVNDOCERIVS, qui secundum in ordine suo locum gradumque obtinet, adpellatur.

SECVNDVM, pro iuxta vel prope. Ita SECVNDVM agrum ripa: *l. 30. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* SECVNDVM parietem: *l. 27. §. 10. D. ad leg. Aquill. l. 30. §. 1. l. 38. D. de adquir. rer. domin. l. 13. D. de seruit. praedior. vrban. l. 17. §. vlt. D. si seruit. vindic.* SECVNDVM ripam: *l. 29. D. de adquir rer. domin.* SECVNDVM ripas: *l. 3. D. de flumin. vt in flum. publ. l. 7. §. 4. D. de adquir. rer. domin.* SECVNDVM Tiberim ambulare: *l. 22. D. de praescript. verb.* SECVNDVM viam publicam: *l. 38. D. de adquir. rer. domin.* ◀||. 2 SECVNDVM aliquid est, quod sequimur, vt *contra* huic verbo aduersetur. Sic SECVNDVM bonos mores fit: *l. 33. D. de iniur.* [SECVNDVM consuetudinem in *l. 7. C. de excus. muner. Lib. X. tit. 47.*] SECVNDVM instituta: *l. 2. C si incausa iudicat.* SECVNDVM morem priuatorum: *l. 5. D. de poenis.* SECVNDVM omnium opinionem: *l. vlt. §. 3. D. de verbor. obligat.* SECVNDVM sententiam SCi: *l. 17. D. de hered. petit.* bonorum possessio SECVNDVM tabulas: *rubr. D. et C. de bonor. poss. secund. tabul.* SECVNDVM ea, quae proponerentur. *l. 39. §. 1. D. famil. ercisc.* vid. *Lib. XIV.*] ◀|| 3. SECVNDVM etiam *pro* significat. Sic SECVNDVM aliquem pronunciari iudicariue dicitur, quod pro eo, eiusque commodo pronunciatur. SECVNDVM actorem pronunciatum: *l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudic. l. 4. §. 7. D. de doli exception.* SECVNDVM aliquem iudicare et pronunciare, *l. 31. D. de iureiur. l. 57. D. de hered. petit. l. 57. D. de rei vindic. l. 8. §. 14. et l. 17. D. de inoffic. testam. l. vlt. D. de hered. petition. l. 2. D. de condict. indeb. l. 2. D. de condict. ob turp. causs.* Huius generis loquendi plurima ex bonis linguae Latinae auctoribus supra Lib. IV. in verbo DARE protulimus. SECVNDVM alterutrum indicata res: *l. vlt. §. vlt. D. de iur. codicill.* SECVNDVM eum sententia dicta: *l. 3. D. de pignor.* SECVNDVM eum iudicare: *l. 31. §. 2. D. soluto matrim.* SECVNDVM heredem iudicare: *l. 8. §. 16. D. de inoffic. testam.* SECVNDVM me heredemue meum iudicata: *l. 158. D. de verb. signif.* SECVNDVM libertatem pronunciare: *l. 27. §. 1. D. de liberal. causs. l. 25. D. de dolo malo.* Plin. *Lib. V. Epist. 1.* SECVNDVM *matrem tuam pronunciauit.* SECVNDVM me iudicatum: *l. 11. §. vlt. D. de iureiur.* SECVNDVM me pronunciatum: *l. 11. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* SECVNDVM possessorem pronunciare: *l. 2. §. 4. l. 15. §. 4. D. de iure fisc.* SECVNDVM se sententiam dandam: *l. 14 D. de probation.* SECVNDVM aliquem sententia dicta: *l. 2. §. vlt. D. de statuliber.* SECVNDVM testamentum sententiam dare: *l. 22. l. 10. D. de inoffic. testamento.* Plin. *Lib. VII. epist. 4. et 6.* SECVNDVM *Messenios data.* Tacit. *Lib. IV. Annal. cap. 43.* ◀||. 4. SECVNDVM, id est, post. SECVNDVM *postumum et natum et mortuum heres institutus.* Cic. *de orator. Lib. I. cap. 39.* id est, substitutus postumo. *Heres* SECVNDVM *filiam institutus.* Idem *Verr. I, 4.*

SECVNDVS, A, VM. SECVNDAE actiones, Arnob. *aduers. gent. Lib. III. p.* 173. SECVNDVS suctor. Lexicon B. Germani βεβαιωτὴν vertit, et Iolianus antecessor *confirmatorem venditionis.* SECVNDVS creditor *l. 13. §. 2. D. de pignorib. l. 17. §. 1. D. qui potior. in pignor. l. 8. C. qui potior. in pign.* SECVNDVS delator et prior: *l. 10. D. de diuers. temporal. act.* SECVNDO die: *l. 2. D. quand. adpell.* SECVNDVS emtor ad differentiam primi: *l. 66. §. 2. D. de euiction. l. 3. C. si quis ignor.* SECVNDO loco factum testamentum, cui *prius* apponitur, in *l. 29. D. ad SC. Trebellian.* SECVNDVM matrimonium: *l. 61. §. 1. D. de iur. dotium* SECVNDVS maritus: *l. 41. §. 7. D. de legat. III.* SECVNDAE nuptiae: *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adulter.* SECVNDVS redemtor: *l. 2. D. de admin. rer. ad ciuitat. pertin.* SECVNDA tutela: *l. 45. §. 1. D. de excusation. tutor.*

¶. 2. SECVNDVS heres, est instituto heredi substitutus. Cai. *Lib. II. Instit. tit. 4. l. 4. D. ad SC. Silan. l. 32. D de legat. I.* ad differentiam heredum institutorum, qui priore gradu et loco instituuntur, quos ideo *primos* adpellari supra docuimus. Sic SECVNDVM *heredem* scribere: *l. 8. C. de institut et substit. l. 56. D. de fideicommiss. libert.* Explicatur hoc verbum a Boethio *in Topic. Ciceron. Lib. II.* frequensque est in Cicerone, vt *in orat. pro Cluentio cap. XI. Lib. II. de inuention. cap. 21. Lib. XV. ad Attic. epist. 18. et Lib. XIII. ad diuers. epist. 61.* Vtitur et Plinius hoc verbo *Lib. VII. Hist. nat. cap. 6.* Sallust. *in Iugurtha cap. LXV. n. 1.* *Quem Micipsa testamento* SECVNDVM *heredem scripserat.* Sueton. *in Iul. cap. LXXXIII.* *Plures percussorum in tutoribus, si quis sibi filius nasceretur, nominauit. D. Brutum etiam in SECVNDIS heredibus.* Florus *Lib. IV. cap. 4. n. 1.* Appian. *Lib. II. bellor. ciuil. p. 518.* edit. Henr. Stephani τῶν ἀνδροφόνων Δέκιμος ὁ Βροῦτος ἐν τοῖς δευτέροις κληρονόμοις ἐγέγραπτο παῖς. ἔθος γὰρ Ῥωμαίοις παραγράφειν τοῖς κληρονόμοις ἑτέρους, εἰ μὴ κληρονομοῖεν οἱ πρότεροι. *Decimus Brutus inter SECVNDOS heredes scriptus erat filius. Solent enim Romani alteros heredes adscribere, si forte contingat, priores hereditatem non adire.* Sic et SECVNDO loco scribere heredem. *l. 4. D. ad SC. Silanian.* ¶ 3. SECVNDAE tabulae eae dicuntur, quibus substitutio fiebat, quod post paternas in secunda parte tabularum et in ima cera fiebat, vt *Lib. III. Select. Antiquit. cap. 12.* plenius exposui. Sic accipiuntur in *l. 35. D. de statulib. l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcid. l. 11. l. 14. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 10. D. de captiu. l. 18. §. 3. D. de alim. et cibar. legat. l. 1. D. si cui plus, quam per leg. Falcid. l. 2. §. 2. l. 12. D. de vulg. et pupill. substit. l. 27. D. si quis omiss. causs. testam. l. 14. §. 3. l. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 11. D. de except. rei iudicat. l. 66. D. de legat. II.* Vnde SECVNDARVM tabularum substitutio, In *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* et SECVNDAS tabulas facere impuberi filio. *l. 2. §. 5. D. ad SC. Tertullian.* SECVNDIS tabulis facta pupillaris substitutio: *l. 18. §. 3. D. de alim. et cibar. legat.* ¶. 4. SECVNDVM pignus, id est, pignus pignori datum. *l. 40. §. vlt. D. de pignor. action.* et SECVNDO loco pignori accipere. *l. 36. D. de pignor. action, l. 1. C. qui potior. in pign.*

¶. 5. SECVNDI fructus, pro vberes. Sic Paullus, dum nonnulla pretii varietate, loca temporaque adferre dicit: nec, inquit, continuis sterilitatibus tantidem, quanti SECVNDIS fructibus oleum aestimabitur. *l. 63. §. 2. D. ad leg. Falcid.*

SECVRE testari: *l. 8. §. 6. D. de inoffic. testam.*

SECVRIS. Ea olim libera republica ordinarie animaduertebatur in reos capitis damnatos. Hinc frequens apud Liuium formula: *virgis caesum* SECVRI *percussit.* At postea non SECVRI, vel alia fuste animaduertebatur, sed gladio. *l. 8 §. 1. D. de poen.* vid. Lib. I. in ANIMADVERTI, HEIN.

SECVRITAS. Cauere SECVRITATI: *l. 14. D. de donat. int. vir. et vxor.* consequi SECVRITATEM indemnitatis: *l. 3. C. de conuen. fisc. debitor.* SECVRITATI consulere: *l. vlt. C. de vsur. pupill.* SECVRITATEM dedit: *l. 19. §. vlt. D. ad leg. Iul de adulter.* SECVRITAS populi: *l. 1. D. ad leg. Iul. maiest.* SECVRITATEM praestare: *l. 2. C. de reb. alien. non alienand. l. 1. C. commun. rer. alien.* SECVRITATEM firmam praestare: *l. 1. C. de solut. et liberation.* SECVRITATEM promittere: *l. 6. C. ad SC. Velleian.* SECVRITATI prospicere: *l. 1. C. de tutor. vel curat. qui satis non ded.* [SECVRITAS et pax prouinciae: *l. 2. §. 4. C. de offic. praef. praetor. Afric. l. 4. C. de offic. magistr. milit.* Dicitur alias *tuitio* reipublicae, in *const. summa C. de Iustin. codic. confirm.*] SECVRITATI reipublicae prospicere: *l. 33. D. de vsur.* SECVRITATEM reportare: *l. 1. C. de sumtib. recuper.* SECVRITAS timoris ac periculi: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpillian.* ¶. 2. SECVRITAS, pro apocha. Vnde dicatur? vide Cassiodor. *Lib. III. epist. 33.* SECVRITAS, quae et ἀσφάλεια dicitur. *l. 3. C. de verbor. et rer. signif.* Persaepe autem nostri SECVRITATIS verbo vtuntur ita, vt apocham significent. *l. 26. et l. 27. C. Theod. de suscept. praepos. l. 18. §. vlt. C. de testib. l. vlt. C. si cert. petat.* SECVRITAS eius, quod debetur: *l. 1. §. 6. D. de contrar. tutel. et vtil. action.*

SECVRVS esse, id est, liberari: *l. 7. D. de minor. l. 2. l. 17. D. de testament. tutel. l. 43. D. ad SC. Trebell.* Sic SECVRVS esse potes: *l. 4. C. de excus. tutor.* et SECVRVS esse potest: *l. 13. D. de excusat. tutor.* SECVRVS est, *l. 1. §. 4. D. de obligat. et action.* id est, liberatus est. *l. 1. §. 5. D. eod. tit. l. 17. D. de testam. tutel.* SECVRVS erit: *l. 8. D. ad leg. Aquill. l. 1. §. 1. D. si mensor fals. mod. l. 27. §. 2. D. mandati.* SECVRVS esse in futurum: *l. 10. D. de suspect. tutor.*

SED.

SED, pro tamen. *l. 10. princ. D. de pact. l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 44. D. de adquir. rer. domin.* Huc in *l. 162. in fin. D. de verbor. signif.* vt et *verum*, pro tamen, notauimus.

¶. 2. [SED pro rationali. *l. 32. §. 19. D. de donat. int. vir. et vxor.* Cuiac. *Lib. XXV. obseru. cap.* 16.

SED.

ie. vbi notat, particulam SED saepe pro coniunctiua accipi, pro *sed etiam*, quemadmodum Graecis τὸ ἀλλὰ, ἀντὶ τοῦ ἀλλὰ καὶ. vid. Marc. a Lyclama *Lib. IV. Benedict. cap. 14.*] SED in *l. 32. §. 19. D. de donat. int. vir. et uxor.* vere aduersatiuum est, nec video, quid sibi velit obseruatio, illud ibi *pro rationali* poni. Ceterum SED, pro *sed etiam* non a bonae Latinitatis auctoribus solum, sed et a Pomponio in *l. 48. §. 6. D. de aedilit. edict.* dici, obseruauit V. C. Car. Andr. Duker. *ad Flor. III, 4. 4. p. 514.* HEIN. ¶. 3. [SED exceptionis nota, idemque significare videtur, ac nisi quod, in *l. 2. C. rer. amotar. l. 1. D. de bon. eor. qui sub tut.* Cicer. *de haruspic. respons. cap. XXVIII. Sed tamen facile tacentibus ceteris reticuissem,* SED *haec oratio,* (nisi quod haec oratio) *omnis fuit non auctoritatis meae, sed publicae religionis.* Terent. *Andr. Act. III. scen. 1. v. 2. et 4.*

Facilem haud ferme mulieri inuenias virum.
SED *hic Pamphilus firmauit fidem.*]

¶. 4. [SED *nec*, pro sed non. *l. 26. §. 2. D. ex quib. causs. maior.*] ¶. 5. [SED *etsi* ponitur ampliatiue, in *l. 61. §. 1. D. de furt.*]

SEDERE dicitur Praetor, quum pro tribunali iuris dicendi caussa sedet. *l. 2. §. 43. D. ad SC. Tertullian. l. 7. D. de in integr. restitut. l. 2. §. 1. D. quis ordo in bon. poss.* Vnde et dies, quibus Praetor ius dixit pro tribunali sedens, SESSIONVM adpellantur in *l. 2. §. 1. D. quis ordo in bon. possess. l. 51. §. 16. D. vt in possess. legat.*

¶. 2. SEDERE etiam iudices dicuntur. Cic. *pro Rabir. Postum. cap. 17. Modo vos iidem in A. Gabinium iudices* SEDISTIS. Plin. *Lib. VI. epist. 33. n. 2.* SEDEBANT *iudices centum et octoginta. Tot enim quatuor consiliis conscribuntur. Ingens vtrimque aduocatio.* Apulei. *Apolog. 1. Quod si modo iudices de caussa ista* SEDERENT *C. Fabricius, Cn. Scipio, M. Curius.* Silius Italic. *Lib. VII. de bello Punic. v. 470.*

Nec iudex SEDISSE *valet.*

Senec. *controuers. Lib. VII. controu. 2. Vbicumque estis iudices, qui in istum reum* SEDERATIS. Cic. *Lib. II. de orator. cap. 60. Sed* SEDEBAT *iudex L. Aurifex.* B. Cyprian. *Lib. II. Epist. 2. Qui* SEDET *crimina vindicaturus, admittit, et vt reus non pereat, fit nocens iudex.* Lucan. *Lib. IX. de bello Pharsal. v. 971.*

Quo iudex SEDERIT *antro.*

Ouid. *Lib. III. Ex Ponto eleg. 5.*

Vtque tui solitus SEDISSEM *forsitan vnus*
De centum iudex in tua verba viris.

¶. 3. SEDERIT iudici, id est, visum fuerit, *l. 7. §. vlt. qui satisdar. cog.* Sic et in *l. 3. C. de consul. Lib. XII.* Quando hoc nostrae SEDERIT maiestati. De quo genere loquendi vid. Freinshem. *Indic. in Flor.* et V. C. Duker. *ad Flor. II, 15. 4.* HEIN. ¶. 4. [SEDERE equos, pro equis insidere. *l. 3. C. Theod. quib. equor. vsus Lib. IX. tit. 30.*]

SEDES pro domicilio. Sic SEDES ciuitatis relinquere. *l. 1. D. de decurion.* Apud SEDES suas esse; *l. 28. §. vlt. D. de fideicommiss. libert.* Sic Tibullus SEDES *auitas*, pro laribus auitis. SEDES sibi constituere; *l. 2. C. de iur. deliberand.* SEDES et tabulas habere: *l. 203. D. de verb. signif.* ¶. 2. SEDES etiam stationes militum dicuntur. *l. vlt. C. de restit. milit. l. vlt. C. quib. non obst. long. temp. praescript.* et *§. 2. Inst. de milit. testam.* ex Cuiacii emendatione. Credo esse, quod vulgo dicimus *en garnison*, velut opposita facit, esse *in expeditione* et in SEDIBVS non tantum Iustinianus in supra dictis locis, sed et Veget. *Lib. III. cap. 4.*

SEDITIO. SEDITIONVM concitatores: *l. 1. D. de adpellat.* SEDITIONIS faciendae consilium: *l. 3. D. ad leg. Iul. de vi publ.* SEDITIONI obnoxius: *l. 2. C. de offic. praefect. vrbi.* SEDITIO praerupta: *l. 6. §. 9. D. de iniusto, rupt. irrit.*

SEDVCERE. Non sine calliditate circumuentum, vel SEDVCTVM. *l. 3. §. 5. D. de homin. liber. exhib.*

SEDVLARIA sunt sedilia, quae subiiciuntur in rheda sedentibus, in *l. 4. D. de supell. legat.* vt notauit Anton. Augustinus. *Emendat. I, 4. p. 1444. Tom. IV. Thes. iur.* et Turneb. *Lib. XVIII. Aduersar. cap. 23.*

SEDVLVS. SEDVLVM officium: *l. 8. C. qui petant tutor.*

SEG.

SEGES. SEGETEM desecare: *l. 27. §. 25. D. ad leg. Aquil.* SEGETEM secare: *l. 21. princ. D. de furt.*

[SEGNIOR vel SEGNITIOR, qui non sufficit ad rei alicuius administrationem: *l. 17. §. 17. D. de iniur. l. 3. §. 18. D. de suspect. tutor.*]

SEGNITER geri: *l. 5. C. de suspect. tutor.* Non SEGNITER functi officio: *l. vlt. §. 1. D. de administr. rer. ad ciuit. pertinent.*

SEGNITIA fraudi opponitur *l. 52. §. 1. D. de fideiussor.*

SEI.

SEIANVS fundus: *l. 40. §. 1. D. de condit. et demonstrat. l. 53. D. de legat. II.*

SEL.

SELLA *curulis*, ait Isidorus *Lib. XX. Etymolog. cap. 1.* erat, *in qua magistratus sedentes iura reddebant. Dictae autem curules, quia apud veteres Praetores et consules propter itineris longinquitatem, curru in forum prouehebantur, quibus sedentes iura dicebant. A curru curules sunt adpellatae.* SELLAE praetoriae fit mentio in *l. 1. §. 5. D. de postulando.* Qua de re vide quae *Lib. III. Select. Antiqu. cap. 15.* dixi. ¶. 2. SELLA etiam *gestatoria* memoratur a Sueton. *in Nerone Cap. XXVI.* et *in Vitellio Cap. XVI.* et in *l. 7. D. de seruit. praed. rustic.* et *l. 49. D. de legat. III.* de qua *Lib. I. Antiquit. cap. 4.* aliquid dixi. [Dixit etiam de ea re, aliisque *sellarum* generibus, de

earum forma et a lecticis differentiis Lipsius *Lib. I. Elector. cap. 19.*] ¶. 3. SELLA balneariis apud Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 6. §. 83.* SELLA tonsoris: *l. 11. D. ad leg. Aquill.*

SEM.

SEMEL adita hereditas: *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* SEMEL admissa: *l. 10. §. vlt. D. de bonor. possess. contra tabul.* SEMEL agnoscere: *l. 6. D. de bonor. poss. contra tabul.* SEMEL amissa fuerit possessio: *l. 7. §. 4. D. pro emtor.* SEMEL cedit: *l. 12. D. quando dies legator.* Libertates, quae SEMEL competierunt: *l. 4. §. 1. D. de fideicommiss. libert.* SEMEL constituta: *l. 85. D. de regul. iur.* SEMEL data libertas: *l. 29. D. de manumiss. testam.* SEMEL decreuit: *l. 5. D. de decret. ab ord. fac.* SEMEL delatus: *l. 1. D. quod fals. tut. auct.* SEMEL esse desiit: *l. 8. §. vlt. D. de poen.* SEMEL esse desierat domini: *l. 8. §. vlt. D. de poen.* SEMEL dicta sententia: *l. 14. D. de sentent. pass. et restit.* SEMEL exstincta obligatio et SEMEL adquisita vindicatio: *l. 12. §. vlt. D. quand. dies legator.* SEMEL exstitit conditio: *l 10. l. 21. D. de fideicommiss. libert.* SEMEL facta diuisio: *l. 9. C. de fide instrum.* SEMEL finita: *l. 1. C. de abolition.* SEMEL implenda conditio: *l. 35. §. vlt. D. de mort. caussa donation.* SEMEL misit: *l. 6. C. de re milit.* SEMEL nata bonorum possessio: *l. 8. §. 5. D. de bonor. possess. contra tabul.* SEMEL noluit: *l. 1. D. de success. edicto.* SEMEL nunciauerit: *l. 13. D. de oper. noui nunciat.* SEMEL praestita libertas: *l. 20. C. de liberal. causs.* SEMEL receptus: *l. 15. D. ad leg. Iul. de adulter.* SEMEL translatae actiones: *l. 63. §. 2. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2 SEMEL pro simul positum videtur in *l. 16. §. 2. D. de iur. patronat. Si quis plane non* SEMEL *alienauerit, sed quasdam res ante, quasdam postea.* Hic Hotomannus putat venditionem, quae auersione fieri a nostris dicitur, ab Ascanio semel factam dici, vt notaui Lib. I.

SEMESTRIS, E. Sex mensium spatium. SEMESTREM pensionem soluere: *l. 1. §. 4. D. de migrand.* SEMESTRE tempus: *l. 17. D. de excusation.* ¶. 2. SEMESTRIA Diui Marci in libris nostris saepe citantur. Sic in SEMESTRIBVS relata constitutio D. Marci *l. 46. D. de pact. l. vlt. D. de seru. export. l. 12. D de adquir. heredit. §. 1. Instit. de excusation* vbi Theophilus *ἑξαμηνιαίας διατάξεις* vocat. Sic autem forte adpellata sunt, quae in *semestribus* consiliis constituta ab eo et rescripta erant. Nam Augustum sibi SEMESTRIA *consilia* instituisse Sueton. *in eius vita cap. 35.* scribit, et Dio Cass. *Lib. LIII. p. 511.* his verbis: *Τὸ δὲ δὴ πλεῖστον, τούς τε ὑπάτους, ἢ τὸν ὕπατον, ὁπότε καὶ αὐτὸς ὑπατεύοι, κἀκ τῶν ἄλλων ἀρχόντων ἕνα παρ' ἑκάστων, ἔκ τε τοῦ λοιποῦ τῶν βουλευτῶν πλήθους πεντεκαίδεκα τοὺς κλήρῳ λαχόντας, συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανεν ὥστε δι' αὐτῶν καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι κοινοῦσθαι τρόπον τινὰ τὰ νομοθετούμενα νομίζεσθαι. Praesertim vero a consulibus, aut si ipse consulatum gereret, a collega suo hoc contendit. Ex reliquis etiam magistratibus singulos, ex senatoribus sorte*

quindecim delegit, qui per sex menses consiliarii sui essent: ita vt videretur per hos etiam reliquis omnibus ea, quae statueret, communicare. Quae verba totidem verbis transscripsit Zonaras *To. II. Annal. in Octauio. p. 163.* Vet. Gloss. *Vtriusque testamenti* SEMESTRIA, *liber, in quo actiones sex mensium continentur.* [Cuiac. *in Papinian. ad l. 27. D. de cond. et demonstr. M. Antoninus Philosophus Imperator vacabat quotannis iuri dicundo mensibus sex, exemplo Augusti et Tiberii et aliorum Imperatorum. Et inde SEMESTRIA dicta sunt libri, in quibus scripta sunt haec, quae de iure constituta. Semestria sunt velut Codex Marcianus.*] In SEMESTRIBVS scripta constitutio: *l. 3. C. si mancip. ita venier.*

SEMINARIVM adpellant fructus sementis caussa repositos. Sic SEMINARIVM conserendi agri caussa paratum: *l. 9. §. 6. D. de vsufruct.* Et SEMINARIA numero multitudinis, in *l. 3. D. de impens. in res dotal. fact.* Non dissimili sensu ex SEMINARIO transferre arborem dicitur in *l. 3. §. 1. D. arbor. furt. caesar.*

SEMIPES. SEMIPEDES, *l. 52. §. 13. D. pro socio.*

SEMIS sex vncias continet, vt notum est. Ex SEMISSE heres scriptus dicitur, qui ex media parte institutus est, qui SEMISSARIVS adpellatur in *l. 116. § 1. D. de legat. I.* SEMIS hereditas vno verbo Graecis dicitur *ἡμικλήριον.* Isaeus *περὶ τοῦ Ἀπολλοδώρου κλήρου Orat. VI. p. 482. edit. Miniati. ἀλλὰ τὸν μὲν Μνήσωνος κλῆρον, οὗ καὶ Ἀπολλοδώρῳ προσῆκε τὸ ἡμικλήριον. Sed Mnesonis hereditatem, cuius pars dimidia vel SEMIS ad Apollodorum spectabat.* et paullo post: *εἰσέπραξε τὸ ἡμικλήριον. exegit* SEMISSEM. Sic et SEMIS patrimonii: *l. 78. §. 7. D. ad SC. Trebell.* ¶. 2. SEMISSES vsurae dicuntur, quarum menstrua quantitas ducentesima pars sortis est. In vsurarum enim ratione centesima assis locum obtinet, ad eamque omnes vsurarum species rediguntur. Itaque SEMISSES vsurae sunt, si pro centum aureis singulis annis sex praestentur. vide quae *Lib. XIX.* dicam. SEMISSES vsurae: *l. 13. D. de vsur. l. 13. l 14. D. mandati. l. 134. §. 2. D. de verb. obligat.* quae et SEMISSALES vsurae: *l. 101. §. vlt. D. de solution. l. 10. D. de pollicitat. l. 1. C. de his, quib. vt indign.* ¶. 3. [Duas SEMIS domos suas immunes habeat. *l. 10. C. de metat. Lib. XII. tit. 41.*]

SEMISSALIS. vid. SEMIS.

SEMISSARIVS coheres: *l. 116. §. 1. D. de legat. I.*

SEMPER, id est, sine praefinitione temporis. *l. 13. D. ad SC. Silanian. l. vlt. D. ad leg. Pompei. de parricidiis. §. 2. Inst. de libertin.*

SEMPRONIANVS fundus: *l. 34. D. de adquir. possess. l. 26. D. de exception. l. 56. §. 7. D. de verb. obligat.*

SEMPRONIVS iurisconsultus, quem popu-

☞ populus Romanus *σοφὸν*, id eſt, ſapientem adpellarit. *l. 2. §. 37. D. de orig. iur.* de quo quaedam ſcitu non indigna diximus in *Hiſtor. Iur. Roman. Lib. I. cap. 3. §. 116. et 117.* HEIN. [Ἐτύμυ vocis SEMPRONIVS cupidus adeat Reineſ. *Claſſ. I. Inſcr. 15. p. 36.*]

SEMVNCIA. *l. 21. §. 5. D. de annuis legat.*

SEN.

SENATOR. Alexandrinae ciuitatis SENATORES, pro curialibus ſeu decurionibus. *l. 59. C. Theod. de petit. et vltro dat.*

SENATORIVS. Dignitas SENATORIA: *l. 3. C. vbi cauſſ. ſtat. l. 23. D. ad municipal.* SENATORIAE nuptiae: *l. 32 D. de rit. nupt.* SENATORIVS magiſtratus veluti conſul. *§. 4. Inſtit. de iur. natural. gent. et ciuil.*

SENATVS duplex, teſte Auſonio. Non enim ampliſſimus modo ordinis coetus, ſed et municipalis quaeque curia SENATVS dicebatur. *l. 27. D. de decurion.* (vid. Eu. Otton. *de Aedil. colon. et municipior. Cap. II. §. 4.)* ¶. 2. SENATVS ius facere poterat. *l. 9. D. de legib.* Proinde, quae SENATVS cenſuerat decreueratue, pro iure certo laudantur in his locis, quos ſupra *Lib. III et IV.* in *cenſere* et *decernere* citaui. Huc pertinent loquutiones. Acta SENATVS: Sueton. *in Iulio Cap. XVII. et in Auguſt. Cap. XXXV.* SENATVS cenſuit: *l. 1. C. de compenſat. l. 35. D. de mort. cauſſ. donat. l. 52. D. de contrah. emtion. l. 15. princ. §. 3. et §. 5. D. de iur. fiſci. l. 30. §. 1. et §. 9. D. de fideicommiſſ. libert. l. 1. D. de adſign. libert. l. 14. et l. 17. D. ad leg. Cornel. de falſ. l. 28. §. 7. D. de poen. l. 43. §. 10. D. de rit. nuptiar. l. 21. §. 1. D. de teſtib. l. 3. et l. 33. D. ad leg. Falcid. l. 13. D. de manumiſſion. l. 5. D. de fideicomm. libert. l. 8. § 1. D. de liberal. cauſſ. l. 6. D. de verbor. ſignif. l. 13. D. de tutor. et curat. dat. l. 7. D. de petit. hered. l. 26. l. 71. l. 83. §. 1. D. de hered. inſtit. l. 1. §. 26. D. ad SC. Silan. l. 1. §. 9. l. 26. §. 4. et §. 7. l. 17. D. ad SC. Trebell. l. 114. §. 6. et 9. D. de legat. I.* Vlpian. *tit. XI. Regul. §. 21.* A SENATV conſtitutum: Vlpian. *tit. XXIV. Regul. §. 28.* A SENATV damnari: *l. 11. D. de his, quib. vt indign. l. 10. §. vlt. l. 12. D. ad SC. Turpillian.* SENATVS decernere dicebatur, vt ſupra ſuis locis demonſtraui. SENATVS declarauit. *l. 3. D. ad leg. Falcid.* SENATVS hoſtes iudicat: *l. 1. §. 1. D. de capit. minut.* SENATVS iuſſit: *l. 9. §. 5. D ad leg Iul. peculat.* SENATVS iuſſu: *l. 23. D. de aqua et aqu. pluu.* SENATVI placuit: vid. *placere.* SENATVS ſtatuit: *l. 5. D. de accuſation.* SENATVS vetare poterat ex flumine publico aquam duci: *l. 2. D. de flumin.* SENATVS voluit: *l. 60. D. de legat. II.* quas leges ideo adnotaui, quod inde non tam huius loquutionis firmandae gratis, quam quod Senatusconſulta hauriri inde poſſint.

SENATVSCONSVLTVM eſt, quod Senatus iubet atque conſtituit. *§. 5. Inſtit. de iur. natur gent. et ciuil l. 2. §. 12. D. de orig. iur.* SENATVSCONSVLTVM autem vocatur

δόγμα τῆς συγκλήτυ βυλῆς, in *l. 1. §. 1. D. ad SC. Velleian.* Sic SENATVSCONSVLTA quoque *patrum decreta* quandoque adpellantur. vid. *Lib. IV.* SENATVSCONSVLTI adpellatio, *l. 9. D. de reb. credit.* et de SCis eorumque ferendorum ſollemnitate Gell. *Lib. IV. Noct. Attic. cap 7.* ¶. 2. SENATVSCONSVLTA autem, quae proprium nomen habent, a me ſuis quaeque locis relata et expoſita. Anonyma vero quaedam, proprio nomine non donata, in his, quos ſubieci, locis referuntur. Vnum Panſa et Auiola coſſ. factum *de aedium demolitione*, quo dirui quid ex aedificiis negotiandi cauſſa, diſtrahiue aut legari prohibetur. *l. 52. D. de contrah emtion. l. 40. D. de legat. I. l. vlt. D. de damn. infect.* quo accipiends ſunt *l. 45. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 11. § 14. l. 21. §. vlt. D. de legat. III.* Aliud, *quo calumniae cauſſa publico iudicio damnati poſtulare apud iudices pedaneos prohibentur. l. 1 §. 6. D. de poſtuland* SENATVSCONSVLTVM *de cenſuum veterum et monumentorum fide. l. 6. C. de probation.* SC *de comitibus libertisque eorum, qui prouincias regunt,* in *l. 16 D. de offic. praeſid.* SC. *quo pluribus legibus ad idem crimen rei fieri prohibentur. l. 1. §. 6 D. de poſtuland.* SC. *de famoſis epigrammatibus et libellis: l. 5. §. vlt. D. de iniur. l. 18 §. vlt. D. qui teſtam. facer.* SC. *de re funeraria: l. 12. D. de religioſ.* SC. *de illicitis collegiis: l. 1. D de colleg. et corp.* SC. *de intercesſionibus mulierum: l. 2. l. 9. l. 19. C. ad SC. Velleian.* SC. *quo prohibentur legati ante perfectam legationem negotiis vel priuatis rebus obſtringi. l. 12. D. de legation* quo referenda eſt *l. 8. in fin. D. eod. tit.* SC. *de his, qui voluntate dominorum in libertate morati ſunt: l. 4. C. de fideicomm. libertat.* SC. *de proclamantibus ad libertatem l. 3. D. quib. ad libert. proclam.* SC. *de luctu: l. 15. C. ex quib. cauſſ. infam. irrogat.* SENATVSCONSVLTVM, quod in pecuniam ludere vetuit: *l. 2. D. de aleator* SC de his, qui poſt manumiſſionem originem repetunt. *l. 1. C. de ingen. manum.* de quo accipiends eſt *l. 3. D ſi libert. ingen. eſſe dic.* quae eius SC verba quaedam exponit. *l. 32. D. de liberal. cauſſ.* SC. de his, qui matrimonii cauſſa manumittuntur. *l. 18. D. qui et a quib.* Aliud de mortis cauſſa donationibus: *l. 35. D. de mort. cauſſa donation.* SC. quo cautum erat, vt mulier poſſet in ſua re quem de falſo accuſare. *l. 5. C. qui accuſar. non poſſ.* Meminit eius *l. 2. D. de accuſat. l. 2. C. de calumniat.* Aliud auctore Hadriano factum de natis ex ciue Romana, cuius Vlpianus *tit. III. Regul. §. 3.* meminit. Alterius, quod Neratio Vero et Annio Priſco coſſ. factum eſt, meminit *l. 6. D. ad leg. Cornel. de ſicar.* Aliud Iuuentio Celſo iterum, et Neratio et Marcello Coſſ. Hadriani temporibus factum, in *l. vlt. C. de ſeru. reip. manum.* Aliud de tutorum et pupillarum nuptiis: *l. 4. C. de excuſat. tutor.* SC. quo pecuniae vſusfructus conſtitutus eſt, per cautionem. *l. 1. C. de vſufruct. l. 1. D. de ſeruitut. legat.* Huc pertinent verba; SCo inductum et effectum, in *l. 1. et l. 2. D. de vſufr. ear. rer. quae vſu conſ* SC. Modeſto coſ. de ſeruis fugitiuis factum. *l. 1. §. 1. D. de fugitiu.* quod intelligi puto in *l. 2. in fin. D. ad leg. Fabiam. l. 35. §. 3 D. de contrab. emtion.* SC. de tabulis ſignandis, apud Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 25. §. 6.* SENATVSCONSVLTA de tutelis. *l. penult. D. de*

tutel. l. 11. D. de testam. tutel. Sic et Vlpianus *tit. XI. Regul. §. 22. 23.* ex SCo ait tutores dari. Aliud Cotta et Messala Consulibus factum de vxoribus proconsulum et praesidum. *l. 4. §. 2. D. de offic. proconsf.* De quo Tacitus *Lib. III. Annal. cap. 33.* Alterius etiam iisdem consulibus facti meminit *l. 12. §. 3. D. de accusation.* ¶. 3. Subiicit Brissonius quasdam obseruationes. SENATVSCONSVLTVM in *l. 15. §. 3. D. de milit. testam. l. 14. princ. l. 15. §. 3. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 3. et l. vlt. C. de his, qui sibi adscrib.* Libonianum accipiendum est. Pegasianum quoque, Claudianum, Peruicianum, Vitrasianum, Rubrianum SENATVSCONSVLTA in libris nostris memorantur. De SCC. Peruiciano (immo Persiciano) et Caluisiano vid. Vlpian. *tit. XVI. Regul. §. 3.* SENATVSCONSVLTIS indita nomina a primo consulatu, vt Velleianum, Macedonianum. Parum haec accurata sunt. Primo enim nescio, quid sibi velit, a *primo consulatu* SCis nomina indita? A *primo consule* scripsit vel scribere forte voluit Brissonius. Atqui SC. Velleianum, quod M vel L. Silano et C. Velleo Tutore Coss. conditum est, a posteriore consule nomen tulit. Magis est, vt dicamus, a consule, quem penes eo mense fasces essent, quiue ad senatum retulisset, SCa dicta esse. Deinde Macedonianum, quod exempli itidem loco subiicit, non esse a consule adpellatum, sed a filiofamilias, cui demum ignotum est? HEIN Iuncianum SC. memoratur in *l. 28. §. 4 D. de fideicommiss libert.* quod Aemilio Iunco et Iulio Seuero coss. factum erat, vt patet ex *l. 51. §. 8. D. eod. tit* Non ex verbis sed ex sententia SENATVSCONSVLTI: vid. SENTENTIA. ¶ 4. [Tribuuntur interdum legi, quae SENATVSCONSVLTO ad legem adiecto introducta sunt. *§. 4. Inst. quib. ex causs. manum non lic.* collata *l. vn. D. de offic. consul.* Sic legi Corneliae de sicariis subiicitur is, qui mala sacrificia fecit, quoniam SCo cautum est, vt eius legis poena teneatur. *l. 13. D. ad leg. Cornel. de sicar.* et legi Corneliae de falsis is, qui testamento alieno aliquid sibi adscripsit, quoniam edicto Claudii et SCo, quod sequutum est, hoc comprehenditur. *l. 15. D. ad leg. Cornel. de fals.* Cuiac. *in Recitat. C. de accusation.*]

[SENECTVS venerabilis in ciuitate nostra semper fuit. *l. 5. princ. D. de iur. immun.*]

SENSVS, pro ratione, in *l. 1. §. 3. D. si quadrup. pauper. fec.* vbi animal dicitur SENSV *carere*, id est, ratione, vt Iustin. *princ. Instit. eod. tit.* loquitur. Alioquin falsum esset, quod Vlpianus ait. Nam vt Cicero *Lib. I. Offic. cap. 4.* scribit, *bellua, quantum* SENSV *mouetur, ad id solum quod adest, quodque praesens est, se adcommodat.* Sic nullum SENSVM infantis esse dixit Paullus in *l. 32. §. 2. D. de adquir. possess.* id est, nullum iudicium. Sic furore detentum SENSVM non habere, ait Vlpianus *in l. 22. §. 7. D soluto matrimon.* Et alias SENTIRE non posse. *l. 8. §. 2. D. de option vel election. legat.* [Grotius *in flor. Sparsion. ad l. 1. D. si quadrup. pauper. mentem* interpretatur. Theophilus et cum eo Cuiacius, *iudicium*, quae Brissonio non aduersantur. Male autem Schneidewinus et Wesenbecius *ad Instit.* προαίρεσιν seu animum delinquendi et destinationem SENSVS vocabulo intelligunt, quum omnino etiam citra eam damnum iniuria fieri possit. arg. *l. 44. princ D. ad leg. Aquill.*] ¶. 2. SENSVS propria significatione. SENSV percipere. *l. 21. D. qui testam. facer.* ¶. 3. SENSVS pro voluntate testatoris, in *l. 15. D. de vino, tritic. oleo. legat.* ¶. 4. SENSVS, pro eo, quod vulgo dicimus contentum. Sic SENSVS litterarum talis est. *l. 1. §. 2. D. de libell. dimissor.*

SENTENTIA dicitur pronunciatio iudicis finem controuersiae imponens absolutione vel condemnatione. Res vero iudicata, id, super quo pronunciatum est, *l. 1. D. de re iudicat.* SENTENTIAM autem dicere, dare, ferre, pronunciare iurisconsulti tam saepe dicunt, vt putidum sit exempla adferre. Sufficiant haec, quae sequuntur. SENTENTIA aequa, iniqua: *l. 27. §. 2. D. de recept. arbitr.* SENTENTIA dari dicitur *in l. 19. D. de adpellat.* SENTENTIA datur secundum aliquem: *l. 14. §. 1. D. eod. tit* contra aliquem; *l. 29. §. 1. D. de statulib.* SENTENTIA secundum se data: *l. 16. princ. D. de his, quae vt indign.* [SENTENTIA definitiua: *l. vlt. C. quando prouoc. non est necess. rubr. Cod. vt lite pendent. vel post prouoc. l. 21. in fin. C. ad SC. Vellcian. l. 3. l. 11. C. de sentent. et interloquution. l. 12. princ. C. de reb. cred. l. 2. C. de sentent. ex peric. recit. l. 16. C. de iudic. l. 4. §. 2. C. de recept. arbitr. l. 10. C. vnde vi.*] SENTENTIAM dicere: *l. 21. §. 1. D. de recept. arbitr.* SENTENTIAM dicere arbitri, quos ad dicendam sententiam coacturum se praetor pollicetur, existimabantur, qui ea mente pronunciant, vt secundum id discedere litigatores a tota controuersia velint. *l. 23. D. eod. tit.* SENTENTIA iusta vel iniusta: *l. 21. D. de adpellation.* SENTENTIA lata: *l. 25. D. de statu hominum. l. 4. D. de collus. detegend.* Proferenda SENTENTIA: *l. 45. §. vlt. D. de re iudicat.* prolata: *l. 4. C. de sentent. et interloqunt.* ¶. 2. SENTENTIA, pro eo, quod quisque sentit. Vet. Glossar. SENTENTIA αὐτοτελὴς καὶ ἀναμφίβολος ἀπόκρισις. quemadmodum et Theophilus *ad Instit. § 8. de iur. nat. gent. et ciuil.* qui SENTENTIAE *opinionem* opponit. HEIN. SENTENTIAM accipere: *l. 14. D. de bon. libertor.* SENTENTIAM dicere: *l. 1. D. de albo scribend.* SENTENTIA non est sine ratione: *l. 11. §. 4. D. de pignor. action.* SENTENTIAM rogare, ferre. *l. 6. §. vlt. D. de decurion.* SENTENTIA prudentum: *l. 6. C. de testam. milit.* ¶. 3. SENTENTIAM autem dicere et ferre dicuntur etiam senatores in consiliis publicis. SENTENTIAM dicere in senatu: *l. vlt. D. de senator.* SENTENTIAM dixit in senatu seuerissimam: *l. 1. §. 5. D. de postuland.* Auctor *Rhetor. ad Herenn. Lib. IV. cap. 36. Nam quid fuit, iudices, quare in* SENTENTIIS *ferendis dubitaueritis, aut istum hominem nefarium amplaueritis. et cap. 39. Nam si de his, iudices, grauem* SENTENTIAM *tuleritis.* Magis huc pertinent loci ex Ciceron. *Verr. II, 31. et ad Diuers. XI, 21.* HEIN. Sic et Graeci ψῆφον φέρειν καὶ δοῦναι. Illud Aeschines κατὰ Κτησιφῶντος, et κατὰ Τιμάρχου *p. 273. Oper. Demosth. et Aeschin.* hoc κατὰ

Τιμάρ-

Τιμάοχε p. 272. ¶. 4. SENTENTIA, pro mente et sensu. SENTENTIA constitutionis: *l. 20. §. 1. D. de manumiss. l. 11. §. 1. D. de minor. l. 2. §. 40. D. ad SC. Tertullian. l. 4. D. qui petant tutor.* Ex SENTENTIA constitutionis: *l. 20. §. 1. D. de manumiss. l. 8. D. qui sine manumiss.* SENTENTIA contrahentium: *l. 115. D. de verbor. obligat.* SENTENTIA defuncti: *l. 39. D. de legat. III.* SENTENTIA edicti: *l. 7. D. de iurisdict. l. 8. D. de Carbon. edict. l. 8. D. si tabul. testam. null. extab.* Ex SENTENTIA edicti: *l. 26. l. 27. D. si quis omiss. causs. testam. l. 13. §. 3. D. de his, qui not. infam.* Secundum SENTENTIAM interdicti: *l. 1. C. quor. legator.* SENTENTIA legantis: *l. 85. D. de legat. III.* SENTENTIA legis: *l. 37. D. de oper. libertor. l. 3. C. ad leg. Iul. de adulter. l. 44. §. 5. l. 48. D. de ritu nuptiar. l. 12. l. 29. D. de legib.* SENTENTIA legis contineri: *l. 3. D. ad leg. Pomp. de parricid.* Ex SENTENTIA legis: *l. 63. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 37. §. vlt. D. de oper. libertor. l. 29. §. 5. D. de liber. et postum. l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iuliam de adulter.* Ex SENTENTIA legis Aquilliae: *l. vlt. C. ad leg. Aquill.* SENTENTIA orationis: *l. 5. l. 8. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur. l. 17. C. de excusat. tut.* SENTENTIA orationis contineri: *l. 60. princ D. de rit. nuptiar. l. 32. §. 16. et §. 22. D de donation. inter vir. et vxor.* Ex SENTENTIA orationis: *l. 8. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tutel.* SENTENTIA praetoris: *l. 8. D. de publican. l. 27. §. vlt. D. si quis omissa caussa testam.* SENTENTIA senatusconsulti: *l. 5. D. ad SC. Trebell. l. 60. D. de ritu nuptiar. l. 17. D. de hered. petit. l. 64. D. de rit. nupt. l. 29. D. de testam. tutel. l. 34. D. depositi. l. 4. C. de interdict. matrimon* Senatusconsulti SENTENTIA adprehendi: *l. 64. D. de rit. nuptiar.* SENTENTIA stipulationis: *l. 64. D. de verb. obligat.* SENTENTIA testatoris: *l. 44. §. 9. D. de condit. et demonstrat.* SENTENTIA voluntatis nostrae: *l. 1. D. qui testam. fac. poss.* ¶. 5 Inde SENTENTIA verbis et scripturae opponitur. sic in *l. 15. §. 3. D. ad leg. Cornel. de fals.* SENTENTIAM magis senatusconsulti sequendam, quam *scripturam.* et in *l. 22. §. 8. D. eod. tit.* Non *verbis* sed SENTENTIA. Sic etiam non ex *verbis*, sed ex SENTENTIA Senatusconsulti accusator quandoque tenetur: *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpillian.* Hoc modo et SENTENTIA SCi verbis opponitur, in *l. 29. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* ¶ 5. [Vt Graecis iurisconsultis ψῆφος, ita in Latinis constitutionibus SENTENTIA saepe significat conuentionem exsequutoris, libelli admonitionem, ὑπόμνησιν, δήλωσιν, πρόσκλησιν, atque etiam in Pandectis duobus locis. Cuiac. ad *l. penult. C. de dignit. Lib. XII. tit. 1.* in qua et *l. vlt. in fin. C. eod. tit.* nec non in *l. 6. C. vnde vi* hoc sensu vox SENTENTIA accipitur.] ¶. 6. [SENTENTIA pro decreto. *l. 1. C. vt lite pendente vel post prouoc.*]

SENTIRE, cogitare, intelligere. *l. 34. princ. D. de contrah. emtion.* Sic Animo SENSISSET: *l. 27. D. de condit. et demonstrat.* SENSISSE defunctum: *l. 9. D. de fideicommiss. libert.* SENSISSET iudex: *l. 20. D. de except. rei iudic.* SENTIRE lex dicitur, in *l. 6. §. 1. et 2. D. de iur. patron.* Mortuum SENSISSE: *l. 41. D. de manumiss. testam.* SENTIT praetor: *l. 39. princ. D. de oper. libert.* Quid SENSERIT promissor: *l. 110. §. vlt. D. de verb. obligat.* SENSIT senatus: *l. 21. D. qui et a quib. man.* SENSISSE senatum: *l. 3. D. si ingen. esse dic.* SENSIT testator: *l. 82. D. de condit. et demonstrat. l. 16. princ. D. ad SC. Trebell. l. 10. l. 17. l. 25. D. de condition. et demonstrat.* ¶. 2. SENTIRE, pro percipere. SENTIRE augmentum: *l. 33. D. ad leg. Falcid.* SENTIRE commodum: *l. 49. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 71. D. ad SC. Trebell. l. 3. §. 2. D. de legat. III.* SENTIRE commodum ex relegatione: *l. 2. D. de dote praeleg. l. 15. D. de annuis legat.* SENTIRE commoda: *l. 1. D. de institor. action l. 10. D. de action. emti.* SENTIRE commoda vel incommoda: Paull. *Lib. II. Sentent. tit. 7.* SENTIRE damnum: *l. 31. D. ad leg. Falcid. l. 44. §. 8. D. de legat. I. l. 1. l. 63. §. 12. D. ad SC. Trebell. l. 1. D. de interrog. in iur. fac. l. 9. §. vlt. D. de seru. corrupt. l. 5. §. 16. D. de tribut. action. l. 5. §. 7. D. de administr. et peric. tutor. l. 203. D. de reg. iur. l. 1. §. 31. D. de vi et vi armat. l. 29. §. vlt. l. 31. princ. §. 9. et §. vlt. D. de aedilit. edict.* SENTIRE incommodum: *l. 4. D. de donation.* SENTIRE incrementum stipulatio dicitur, *l. 1. §. 13. D. vt legator. seruand. caussa.* SENTIRE iniuriam: *l. 15. §. 35. D. de iniuriis.* SENTIRE laesionem: *l. 45. D. de oper. libertor.* SENTIRE liberationem: *l. 72. D. ad leg. Falcid.* SENTIRE lucrum: *l. 2. § 7. D. de heredit. vel action. vend. l. 6. §. vlt. l. 16. D. de iur. dotium* SENTIRE lucrum et emolumentum: *l. 14. §. 3. D mandati.* SENTIRE lucrum et damnum; *l. 6. §. 1. D. commun. diuidund.* SENTIRE periculum et damnum: *l. 71. D. de verb. significat.*

¶. 3. SENTIRE cum aliquo, et contra SENTIRE, pro consentire et dissentire. SENTIO cum Seruio: *l. 79. D. de iur. dot.* Contra SENTIT: *l. vlt. D. de manumiss. vindict.* ¶. 4. [SENTIRE aperte, in *l. 51. D. de legat. I.* pro aperte dicere.]

SEP.

SEPARARE, segregare, diuellere, discernere. SEPARARE aes alienum: *l. 28. §. vlt. D. de reb. auctor. iudic. possid.* SEPARARI bona: *l. 2. C. de legit. hered.* SEPARATA est caussa: *l. 2. §. 1. D. pro emtor..* SEPARARE a familia sua: *l. 9. C. de adoption.* SEPARARI ab aedibus marmora: *l. 41. §. 1. D. de legat. I.* SEPARARE matrimonium: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6. §. 15. l. 11. D. de diuort. et repud.* SEPARATA matrimonia: *l. 1. C. de diuort. fact.* SEPARARE vasa: *l. 19. §. 2. D. de aur. arg. mund. legato.*

SEPARATIM et coniunctim opponuntur. *l. 59. D. de hered. instit.* SEPARATIM agere: *l. 29. D. de except. rei iudic.* SEPARATIM condemnari: *l. 10. D. de adpellat.* SEPARATIM diuisa sententia datur. *l. 17. D. eod. tit.* SEPARATIM instituti heredes: *l. 63. D. de hered. instit.* SEPARATIM vendere duobus: *l. 6. D. de diuers. temporal. action.*

SEPARATIO bonorum, vel creditorum gratia fit, qui separari ab heredis bonis testato-

ftatoris bona defiderant, quae alioquin heredis bonis iuncta, propter heredis creditores foffectura non effent. tit. D. de feparat. bonor. l. penult. C. de hered. vend. l. 2. l. 7. C. de bon. auctor. iudic. possid. Vel feruorum gratia fit, qui a domino, qui non foluendo erat, cum libertate oecessarii heredes fcripti, feparari a bonis eius peculium fuum poftulant. l. 1. §. vlt. D. de feparat. l. 7. §. 5. in fin. D. de minorib. SEPARATIONEM bonorum etiam praetor ei coocedit, qui patri ac poftea fratri ex fecundis tabulis heres exftitit, fi hereditatem patris, reiecta fraterna, retinere velit. l. 2. D. de vulg. et pupill. fubftit. Hoc modo etiam SEPARATIO patrimoniorum dicitur. l. 3. D. de excufat. tutor. et SEPARATIO poftulata: l. 6. C. de hered. vendit.

SEPARATVS. SEPARATAM conditionem: l. 7. §. 1. D. pro emtor. Io SEPARATO habuit: l. 77. §. 19. D. de legat. II. SEPARATI heredes: l. 63. D. de hered. inftit. SEPARATVM matrimonium; l. 11. D. de diuort. et repud. Paull. Lib. V. Sent. tit. 6. §. 15. l. 1. C. de diuort. fact. SEPARATA poffeffio a proprietate: l. 1. C. vti poffidet. SEPARATA a viro: l. 8. D. de fenator.

SEPELIRE, eft fepulturae tradere. [SEPELIRE in ciuitate: l. 3. §. 5. D. de fepulcr. viol. l. 44. princ. D. de religiof. et fumtib. funer] SEPELIRI corpora: l. 1. l. 2. D. de cadauerib. punitor. SEPELIRI in fuodo: l. 66. §. 4. D. de legat. II. [SEPELIRI legitimis fepulcris. l. 9. C. de haeretic]

SEPONERE. Ceterae res, quae SEPONVNTVR, vt ad vniones perueniatur. l. 22. §. 1. D. de furt. ¶. 2. SEPOSITO eo, pro remoto eo, vel etiam fi id non effet, ioterdom fignificat excepto eo, vt in l. 15. §. 33. in fin. D. de damn. infect. SEPOSITO beneficio, id eft, remoto in l. 84. §. 2. D. de hered. inftit. Sic SEPOSITO beneficio teftatoris: l. 84. D. eod. tit. et SEPOSITO quadrante; l. 27. §. 16. D. ad SC. Trebell.

[SEPTIMILIARIVM erat locus, in quo nouum iuri dicundo palatium exftruxerat Iuftinianus. l. 22. in fin. C. de facrof. ecclef. l. penult. C. depofit. l. vlt. C. de legit. tutor. l. 30. C. de fideicommiff. l. 30. C. de iur. dot. l. vlt. C. de bon. libertor. l. vlt. C. de iur. patron. l. 19. C. de iure deliber. l. 6. C. de bon. quae liberis. l. penult. C. de reb. cred. l. 20. C. de agricol. Adde Io. Straochii diff. de ftatut. a fummo principe §. 43. et Iac. Guther.
93 Lib. I. de offic. dom. Auguft. cap. 36.] Sed conferendus, cui et Strauchius et Gutherius fua debent, Iac. Cuiac. Lib. XX. obferuat. cap. 3. HEIN.

SEPTVAGENARIVS. l. 5. §. 7. D. de iur. immunit.

SEPTVNX, vt ait Volufius Maecianos, feptem doodecimas affis, feu vncias fignificat.

SEPVLCRVM. SEPVLCRI adpellatione omnem fepulturae locum contineri exiftimandum eft. l. 3. §. 2. D. de fepulcr. viol. SEPVLCRVM eft, vbi corpus offaue hominis condita funt. l. 2. §. 2. D. de religiof. SEPVLCRVM eft noo is folum locus, qui recipiat humatiooem, fed omne etiam fopra id caelum. l. vlt. §. 4. D. quod vi aut clam SEPVLCRVM autem vel familiare vel hereditarium. l. 13. C. de religiof. et fumt. funer. quae et maiorum SEPVLCRA vocaotur. l. 36. D. de bonis libertor. Ius SEPVLCRI: l. 3. §. 9 D. de fepulcr. viol. SEPVLCRORVM iura: l. 11. D. de Carbon. edict. l. 1. D. de fuis et legitim. l. 42. §. vlt. l. 55. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 4. §. 21. D. de fideicommiff. libert. [Longa poffeffione oon tribui ius SEPVLCRI ei, cui iure non competit. l. 4. D de mort. inferend. Si ad plures ius SEPVLCRI pertineat. l. 3. §. 9. D. de fepulcr. viol. Adeundorum SEPVLCRORVM ius eft dominis fundorum, in quibus SEPVLCRA fecerint. l. 5. D. eod. tit.] SEPVLCRVM aedificare: l. 4. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. SEPVLCRA in praediis: l. 36. D. de bonis libert. [In SEPVLCRO habitare: l. 3. §. 6. D. de fepulcro viol. Si feruus io SEPVLCRO habitat; l. 3. §. 11. D. eod. tit. Si domicilium ibi habeat. ibid. SEPVLCRA hoftium nobis religiofa funt. l. 4. D. eod. tit. SEPVLCRI deteriorem fieri conditionem prohibitum eft. l. 7. D. eod. tit. Via, iter ad SEPVLCRVM: l. 12. D. de religiof.]

SEPVLTVRA. Tradi SEPVLTVRAE: l. 1. D. de cadauerib. punit. SEPVLTVRAE traditum corpus: Paull. Lib. I. Sent. tit. 23. Ad SEPVLTVRAM tradi corpora: l. vlt. D. de cadauerib. punit. [Non perpetuae SEPVLTVRAE tradita corpora poffe transferri: l. 3. § 4. D. de fepulcro viol. SEPVLTVRA vna plura fepulcra efficere noo poteft. l. 44. princ. D. de religiof. et fumtib. Noo totus, qui SEPVLTVRAE deftinatus eft locus, religiofus fit. l. 2. §. 5. D. eod. tit.]

SEQVELA, in l. 14. §. 15. D. de furt. Lactant. Lib. VII. Inftit. diuin. cap. 5. *Ergo immortalitas non SEQVELA naturae, fed merces praemiumque virtutis eft.* Et de opific. Dei cap. 4. *Quoniam mors SEQVELA morborum eft.* Sic SEQVELAE locum obtinere dicitur obligatio, l. 93. D. de folution.

SEQVESTER dicitur, apud qoem plures rem, de qua controuerfia eft, deponuot. l. 109. D. de verb. fignific. l. 5. §. 1. l. 6. l. 7. D. depofiti. l. 18. D. de praefcript. verb. l. 5. §. 1. D. vt in poffeff. legator. l. 5. §. 1. D. vt legator. feu fideic. l. 21. in fin. D. de adpellat. l. 5. C. quor. adpell non recip. Tertullian. de refurrect. carnis Cap. LI. *Hic SEQVESTER Dei atque hominum adpellatus ex vtriusque partis depofito commiffo fibi.* Idem de Patientia Cap. XV. *Adeo fatis idoneus patientiae SEQVESTER Deus eft, fi iniuriam depofueris penes eum, vltor eft.* Iouenitur et hoc verbum apud Plautum Mercator. Act. IV. fcen. 2. et apud Quinctilian. Lib. XII. cap. 8. Ab eo autem SE-

QVE-

QVESTER dictus, quod occurrenti aut quaſi ſequenti eos, qui contendunt, committitur, aut quod eius fidem, qui deponunt, ſequantur, vt Gellius *Lib. I. cap. 1.* ſcribit. Iſidor. *Lib. X. Etymolog.* SEQVESTER, ait, *eſt, qui certantibus medius interuenit, qui apud Graecos ὁ μέσος dicitur, apud quem pignora deponi ſolent, a ſequendo dictus, quod fidem vtraque pars ſequatur.* Plautus *Rudent. Act. IV. ſcen. 3. v. 79. Diu ad arbitrum reditur aut SEQVESTRE ponitur.* Vetus Gloſſar. SEQVESTER *eſt, apud quem res litigioſa deponitur, vt ei, qui eam meruerit, reddatur.* et mox: *eſt, qui conteſtantibus medius interuenit.* Vet. Gloſſar. Graec. SEQVESTER *ἐστὶ, παρ' ᾧ πολλοὶ ἐπίδικον παρατίθενται πρᾶγμα.* Sic apud SEQVESTRES deponi: *l. 21. §. vlt. D. de adpellat.* et SEQVESTRE deponere: *l. penult. D. depoſiti.*

SEQVESTRARE. *l. 22. §. 8. D. ſoluto matrimon.*

SEQVESTRARIVS. Actio SEQVESTRARIA, quae aduerſus ſeqoeſtrem datur. *l. 12. §. 2. D. depoſiti. l. 9. §. 3. D. de dolo malo.*

SEQVESTRATIO. *rubr. C. de probib ſequeſtrat. pecun.*

SEQVI, eſt adprobare, adgnoſcere, admittere, fidem ſequi. SEQVI decretum praetoris: *l. 7. §. 9. D. de adminiſtr. et peric. tut.* SEQVI fidem: *l. 9. D. de duob reis. l. 26. §. 1. D. quando dies legator. l. 1. §. 2. D. naut. caup. ſtabul. l. 6. §. 5. D. de his, qui not. infam. l. 9. princ. D. de duob. reis.* SEQVI alienam fidem: *l. 1. D. de reb. credit.* SEQVI fidem alterius: *l. 84. §. 1. D. de regul. iur.* SEQVI fidem obligationis: *ibid.* SEQVI fidem publicam: *l. 24. §. 2. D. de bon. auctor. iudic.* SEQVENDA fides: *l. 2. §. vlt. D. de adminiſtr. et pericul. tutor.* Teſtatores quoque fidem SEQVI dicuntur, *l. 26. §. 1. D. quand. dies legator. l. 46. D. de hered. inſtit.* et eligere: *l. 5. in fin. D. de probation.* Sic fidem eligere *l. 57. D. mandati.* SEQVI heredem: *l. 1. §. 16. D. de ſeparation.* SEQVI iudicium: *l. 45. D. de bonis libert.* SEQVENDVM iodicium defuncti; *l. 2. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* SEQVI ius: *l. 116. §. 1. D. de regul iur.* SEQVI ius pignoris: *l. 13. D. qui potiores in pignor.* SEQVI iusiorandom: *l. 4. §. vlt. D. de in litem iurand.* SEQVI lites: Terent. *Andr IV, 5. v. 16. Adelph. II, 2. v. 40.* vt et SECTARI lites. *Phorm. II, 3. v. 61.* SEQVI mandatum: *l. 53. D. mandati.* SEQVI mandatum et litteras: *l. 7. C. eod. tit.* SEQVI nomen: *l. 8. §. vlt. D. de euiction. l. 71. D. de iure dotium. l. 45. §. vlt. D. mandati. l. 10. §. 10. D. quae in fraud. credit.* SEQVI nomen mulieris; *l. 19. §. 5. D. ad SC. Velleian.* SEQVI perſonam mulieris in contrahendo: *l. 27. princ. et §. 1. D. ad SC. Velleian. l. 10. C. eod. tit.* SEQVI perſonam tutoris: *l. 4. C. ſi tutor. vel curat. interuen.* SEQVI religionem: *l. 3. C. de in litem iur.* SEQVI voluntatem: *l. 1. C. de fideicomm. l. 26. D. de teſtam. tut.* SEQVI voluntatem defuncti: *l. 39 D de fideicommiſſ. libert.* SEQVI voluntatem teſtatoris: *l. 20. §. vlt. D. de donation.* ¶. 2. Multae praeterea loquutiones ſunt, quas per lancem ſaturam explicabimus. Abſolutio vel condemnatio SEQVI accuſationem dicitur. *l. 6. D. de quaeſtion.* Bona etiam SEQVI dicimur. *l. 5. D. de ſeparation.* Noxa caput SEQVITVR, id eſt, a capite non ſeparatur. *l. 2. §. 1. l. 10. §. vlt. D. de noxal. action.* SEQVI cauſſam, id eſt, conſequi, venire. *l. 5. C. de rer. permut.* SEQVI vel non SEQVI cauſſam eſt, impleri vel non impleri promiſſum, ob quod datum quid eſt. *l. 1. et tot. tit. D. de condict. cauſſ. dat. cauſſ. non ſequut.* SEQVITVR et coheredem integra actio: *l. 47. D. famil. erciſc.* SEQVI conditionem Vlpian. *tit. VIII. Regul. §. 6.* SEQVI conditionem matris: *l. 1. D. ad municipal.* SEQVI contubernium. Paull *Lib. II. Sentent. tit. 2.* SEQVI aliquem damna dicuntur, quum illa praeſtare tenetur. *l. vlt. C. ſi tutor. vel curat.* SEQVITVR damnatum infamia: *l. 7. D. de public. iudic.* SEQVITVR dicere, id eſt, ſeqoitur vt dicamus. *l. 4. D. de vſucapion.* SEQVI domicilium rei *l. 19. §. 2. D. de iudic.* SEQVVNTVR emtorem dolia, *l. 54. §. vlt. D. de action. emt.* fructus; *l. 6. l. 14 D. de in diem addict.* peculium: *l. 20. D. de hered. petit.* ſeruitutes: *l. 25. D. de ſeruitut. praedior. ruſtic.* SEQVI forum: *l. 2 C. vbi cauſſ ſtat.* SEQVI iter, id eſt, accedere: *l. 2. §. 2 D. ſi ſeruit. vindic.* SEQVI, id eſt, obſeruare iudex dicitur, quod vtiliſſimum eſt. *l. 21. D. commun. diuid.* SEQVI nuptias, *l 9. D. de ſenator.* pro contrahere, *l 34 D de rit. nupt. l. 15. C. ex quib. cauſſ. infam.* SEQVI aliquem onera dicuntur, quae ſubire tenetur, *l 56. §. 1. D. de iur. dot.* SEQVI originem: *l. 17. §. 8. D. ad municipal.* SEQVI parentem liberi dicuntur *l. 3. D. de capit. minut.* vel patrem. *ibid.* SEQVI patrem vel matrem liberi dicuntur, id eſt, conditionem patris vel matris. *l. 14. D. de ſtatu homin.* SEQVVNTVR liberi, qui in poteſtate ſunt, ſiue etiam qui adoptantur. *l. 15. D. de adoption.* SEQVI aliquem peculium, qui retinet. *l. 7. §. vlt. D. pro emtor.* Emtor SEQVITVR, id eſt, eligit petitionem vſurarum; *l. 4 C. de pact. inter emtor.* [Stipulatio, quae placiti ſeruandi cauſſa SEQVVTA eſt: *l. 27. C. de pact.* id eſt, quae acceſſit, vel interceſſit.] SEQVI quoque peculium dicitur proprietarium: *l. 43. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* item vectigal: *l. 67. D. de aedilit. edicto.* SEQVI ſtatum: *l 7. C. de rei vindicat.* ¶. 3. [SEQVI aliquando paſſiue vſurpatur per enallagen generum, vt in *l. 12. §. 1. D. de captiu. et poſtlim. Sed Iuliani ſententia* SEQVENDVM *eſt*, hoc eſt, Iuliani ſententiam ſequi cogimur, quamquam hic ſoloeciſmus ſubſit. Aliae tamen editiones, quas et Dion. Gothofredus ſequutus eſt, pro *ſequendum* habent SEQVENDA.]

¶. 4. SEQVENS et prior opponuntur. *l. 1. §. 8. D. de ſucceſſor. edict. l. 1. C. eod. tit.* et SEQVENTES primis: *l. 3. D. de bonis libert.* Item SEQVENTES et ſuperiores: *l. 69. §. vlt. D. de legat. II.* A SEQVENTI, id eſt, ab altero, *l. 26. D. de noxal. action.* SEQVENS actio: *l. 7. D. de pecul. l. 9. §. vlt. D. eod. tit.* SEQVENTES actiones, *l. 31. D. de noxal. action.* id eſt, ſequenti loco propoſitae, et poſt alias. *l. 11. §. 10. D. de action. emti. l. 37. D. de noxal. action.* SEQVENS adiectio licitationi opponitur. *l. vlt. D. de iur. fiſci.* SEQVENTES Calendae; *l. 41. D. de verb. oblig.* SEQVENS cauſſa, id eſt, altera. *l. 1. §. 6. D. de vſufruct.* et ſic SEQVENS

caussa et prior opponuntur. *l. 34. D. de statuliber.* SEQVENS compromissum, pro secundo. *l. 21. §. 5. et l. 25. §. vlt. D. de recept. arbitr.* SEQVENS conditio: *l. 67. D. de condit. et demonstration.* SEQVENS crimen; *l. 11. C. de accusationib.* SEQVENS creditor: *l. 7. §. vlt. D. de reb. eor. qui sub tutel. l. 9. §. vlt. D. qui potior. in pignor.* qui priori opponitur, *l. 7. §. vlt. D. de reb. eor. qui sub tutel. l. 38. D. de legat. III. l. vlt. §. D. de legat. II. l. 5. D. qui potior. in pignor.* SEQVENS curator; *l. 7. §. 2. D. de curat. furios.* qui in alterius remoti ab administratione locum substitutus est. SEQVENTI die deberi: *l. 41. §. vlt. D. de verb. oblig.* SEQVENS dubitatio: *l. 56. D. de vsufruct. l. 9. D. de liberal. causs.* SEQVENS emtor: *l. 13. §. vlt. D. de minorib.* SEQVENS fideicommissum: *l. 94. D. ad leg. Falcid. l. 11. §. 18. D. de legat. III* SEQVENS fideiussor: *l. 27. §. 2. D. de fideiussor.* SEQVENS gradus: *l. 51. D. de hered. petition. l. 15. D. ad SC. Silanian.* SEQVENTES gradus; *l. 42. §. 2. D. de bonis libertor. l. 4. §. 1. D. de bonor. possess. contra tabul.* Vlpian. *Regul. tit. XXV. §. 5.* qui prioribus opponuntur: *l. 8. C. commun. de successiòn. l. 12. §. 6. D. de bonis libertor. l. 1. §. vlt. D. de legat. III.* Sic SEQVENTE gradu pro secundo; *l. 10. §. 2. D. de legat. praestand. l. 51. D. de heredit. petit.* SEQVENTIBVS heredibus: *l. 56. D. de fideicomm. libert.* SEQVENS iudex, qui in alterius locum datur, *l. 32. D. de iudic.* SEQVENS legatarius; *l. 7. D. de adimend. legat.* SEQVENS legatum, id est, posterius: *l. 1. §. 5. D. vt legat. seruand. caussa caueat. l. 13. D. de optione legat. l. 7. D. de adim. legat. l. 49. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 108. D. de condit. et demonstrat.* SEQVENS lex: *l. 1. D. ad leg. Falcid.* SEQVENS locus; *l. 24. D. qui et a quib. manum.* SEQVENTE loco scribit: *l. 8. D. de inoffic. testam. l. 20. §. D. de seruit. praedior. vrban.* SEQVENTES magistratus: *l. 53. D. de administrat. et peric. tut.* SEQVENS manus, pro posteriore. *l. 2. §. vlt. D. de operib. publ.* SEQVENS matrimonium; *l. 63. D. de iur. dot.* SEQVENS militis, pro posteriori. *l. 28. §. vlt. D. de testam milit.* SEQVENS obligatio: *l. 1. D. de nouation.* SEQVENS pars primae opponitur. *l. 4. D. de Carbon. edict.* SEQVENS pensio, pro secunda: *l. 3. §. 13. D. de statulib.* SEQVENTEM praetorem Vlpianus in *l. 26. §. 6. D. ex quib. causs. maior.* vocat eum, qui sequente anno praetor erat futurus. SEQVENS quaestio; *l. 68. D. de legat. II. l. 14. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 37. §. 2. D. de adquir. rer. domin. l. 39. §. vlt. D. de oper. libertor.* SEQVENS scriptura, id est, posterior. *l. 22. D. quando dies legator.* SEQVENS sententia: *l. 6. D. de interdict.* SEQVENS stipulatio: *l. 44. §. vlt. D. de verb. obligat. l. 126. D. eod. tit.* SEQVENS summa: *l. 34. §. 5. D. de legat. II.* SEQVENTES tabulae, pro secundis: *l. 14. §. 1. D. ad SC. Trebell.* SEQVENS tempus: *l. 3. §. 6. D. de iure fisci.* SEQVENS testamentum, id est, posterius, postremum vel nouissimum. *l. 12. §. vlt. D. de bonor. possess contra tabul.* SEQVENTI testamento, id est, posteriori. *l. 3 §. 7. D. si cui plus, quam per leg. Falcid. l. 28. §. 1. D. de liberat. legat. l. 12. §. vlt. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 29. D. ad SC. Trebellian.* ¶ 4. SEQVVTVM diuortium; *l. 6. C. de contrah. nupt.* SEQVVTO

diuortio; *l. 20. §. 1. D. de pact.* SEQVVTA liberatione: *l. 96. §. 2. D. de solution.* SEQVVTIS nuptiis: saepe. SEQVVTAM voluntatem. *l. 2. §. 46. D. ad SC. Tertullian.*

[SEQVIOR, pro segnior: *l. 8. §. 11. D. de transaction.*] SEQVIOR, id est, deterior. vid. Cuiac. *Lib. I. Obseruat. cap. 3.* Iuret. *ad Symmach. Lib. X. epist. 49.* HEIN.

SER.

SERENITAS nostra. *Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. XV. §. 3.*

SERERE frumentum: *l. 25. D. de vsur.*

SERIAE sunt vasa vinaria et frumentaria, *l. 206. D. de verbor. significat. l. 15. §. 6. D. de vsufructu.* Terent. *Heautontimor. Act. III. scen. 1. v. 51. Releui dolia omnia, omnes* SERIAS.

SERICVS. SERICA a bombycinis separantur in *l. 25. D. de auro, argent. legat.* vt et apud Paullum *Lib. III. Sentent tit. 6. §. 79* quae tamen imperite confundit Isidorus *Lib. XIX. cap. 27.* Ac *bombycina* quidem ex vermiculis fiebant, vt supra *Lib. II.* ostendimus. SERICA vero ex genere quodam lanicii, quod Indiae populi Seres, ex arboribus depectebant, quemadmodum erudite Andr. Tiraquellus, vir omni nostra praedicatione superior, notauit in *lib. de legibus connubialibus leg. III. n. 18.* Id quod subiecti auctorum loci comprobant. Galen. *περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν τῇ ἑκάστου ψυχῇ ἰδίων παθῶν. cap. IX. Tom. VI. Oper. Galeni et Hippocrat. p. 513.* Τούτου τοῦ γένους ἐστὶ τὰ χρυσοῦφῆ τῶν ἱματίων ἤ τινα περίεργον ἔργον ἔχοντα, ἢ ὕλης δεόμεθα πόῤῥωθεν κομιζομένης, ὥσπερ τῶν Σηρικῶν ὀνομαζομένων. *Huius generis sunt vestimenta auro contexta, aut superuacuum aliquod opus habentia, aut quae materiam ex longinquo adlatam desiderant, vt quae vocantur* SERICA. Virgil. *Lib. II. Georgic. v. 120.*

Velleraque vt foliis depectant tenuia Seres.

Seneca *in Hippolyto. Act. II. v. 389.*

Quae fila ramis vltimi Seres legunt.

Idem in *Hercule Oetaeo Act. II. v. 666.*

Quae Phoebeis subditus Euris
Legit Eois Ser arboribus.

Isidori tamen opinio confirmatur Zonarae auctoritate, *in Iustiniano Tom. III. Annal. p. 57.* Silius Italicus *Lib. VI. v. 3.*

Primique nouo Phaetonte retecti
Seres lanigeris repetebant vellera lucis.

et *Lib. XVII. v. 596.*

Videre Eoi (monstrum admirabile) Seres
Lanigeros cinere Ausonio canescere lucos.

De verme tamen Indico multi existimant veteres sensisse, de quo haec Basilius Magnus *Homil. VIII. Hexaem.* adserit: ὁποῖα καὶ περὶ τοῦ ἰνδοῦ σκώληκος ἱστορεῖται τοῦ κερασφόρου· ὃς εἰς κάμπην τὰ πρῶτα μεταβαλὼν, εἶτα προϊὼν βομβυλιὸς γίνεται, καὶ ἐπὶ ταύτης ἵσταται τῆς μορφῆς, ἀλλὰ χαύνοις καὶ πλατέσι πετάλοις ὑποπτεροῦται. ὅταν οὖν καθέζησθε τὴν τούτων ἐργασίαν ἀναπηνιζόμεναι αἱ γυναῖκες, τὰ νήματα, ἃ πέμπουσιν ὑμῖν οἱ Σῆρες πρὸς τὴν τῶν μαλακῶν ἐνδυμάτων κατασκευήν.

Quem

SER.

Quem totum locum non minus suum ac proprium, quam Latinum fecit Ambrosius *Lib. V. Hexaemer. cap. 23. Et quia de volatilibus dicimus, non putamus alienum, ea complecti, quae de verme Indico tradit historia, vel eorum relatio, qui videre potuerunt. Fertur hic corniger vermis conuerti primum in speciem caulis, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bombylius, et nec eam tamen formam figuramque custodit, sed laxis et latioribus foliis videtur pennas adsumere. Ex his foliis mollia illa Seres depectunt vellera, quae ad vsus sibi proprios diuites vindicarunt.* In cuius tamen loci versione allucinatus est scripturae Graecae vitio, in erroremque inductus est Diuus ille Antistes. Scriptom enim ostendit a librario perperam κράμβης, vbi ounc diserte κάμπης, eaqoe de caussa in speciem *caulis*, quum vertere debuisset *erucae*. Ac plane, ni fallor, D. Hieronymus alias obiicit, eum e Graecis boois Latina fecisse mals, eumqoe perstringit, qoum hoc ait. Nec de alio sensit, quum hoc scripsit *in Prologo de Spiritu Sancto ad Demetrium.* Erucas certe Graece *campas* adpellatas esse, vel Columella testis est, *Lib. XI. extrem.* Plinius quoque *Lib. VI Histor. Natur. cap. 17. Seres*, inquit, *lanicio siluarum nobiles, perfusam aqua depectentes frondium canitiem.* Ammianus quoque Marcellin *Lib. XXIII. cap. 6. apud Seras siluas esse sublucidas*, refert, *a quibus arborum foetus aquarum adspergimibus crebris velut quaedam vellera mollientes ex lanugine et liquore mixtam subtilitatem tenerrimam petunt, nentesque subtemina conficiunt* SERICVM. Idem et Solinus *in Polyhist. cap. LI.* scribit. Porro, vt quo tempore texendi serici artificium in occidentis partes inuectum sit, vnicuique liqueat, admonere operae pretium duxi, legisse me spud Ottonem Frisiogens *Lib. I. de gestis Friderici cap. 33. Rogerium Siculum, Corintho, Thebis, Athenis expugnatis, opifices, qui sericos pannos texere solebant, ob Imperatoris ignominiam captiuos deduxisse, quos in Palermo Siciliae metropoli collocans, artem illam texendi suos edoceri praecepit. Exindeque ars illa prius a Graecis solis inter Christianos habita, Romanis patere coepit ingeniis.* ¶. 2. Memorantur in iure nostro SERICVM nema. *l. vlt. §. 7. D. de publican.* SERICA vestimenta; *l. 25. D. de auro, argent. legat.* SERICA vestis: *l. 37. §. 1. D. de euictiow.* Paoll. *Lib. III. Sentent. tit. 6. §. 79.* [SERICA pallia: *l. 3. C. Theod. de vestib. olober. Lib. X. tit. 21.* vbi pro SERICA sericas reposuit Tribonianus, in *l. 4. C eod. tit. Lib. XI tit. 8.* Auratae ac SERICAE peragendae auro intextae. *l. 1. vtroque Cod. eod. tit.* SERICOBLATTAE. *l. 10. C. de murilegul. Lib XI. tit. 7.* siue vt in *l. 13. C. Theod. eod. tit. Lib. X tit. 20.* SERICA *blattae.* Vopiscus *in Aurelian. cap. XLV. Et quum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blatteo SERICO vteretur*: quo loco primam editionem *blatto serico*, vnica voce, legere, testatur Salmasius, quem vide et Isaac. Casaubon.]

SERMO exprimit sententias: *l. 77. D. de regul. iur* [EXSERMONIBVS mentis suae quidam videntur compotes, qui factis tamen aliud ostendunt. *l. 12 §. 2. D. de tutor. et curat. dat.* SERMONIS recti salua ratione. *l. 8. in fin. D. de auro, argent. legat.*] Hic SERMO; *l. 2. §. 1. D. de religios. l. 20. D. de vsufructu. l. 3. D. si ingen. esse dicat.* Hic SERMO pluralis: *l. 33. §. vlt. D. de condit. et demonstr.* Hoc SERMONE: *l. 1. D. qui sine manum. ad libert. l. 40. D. de heredib. instit. l. 41. D. de manumiss. testam. l. 89. §. 1. D. de verbor. signif.* Is SERMO: *l. 123. D. de verbor. significat.* SERMO pro clausula in legatis. *l. 20. D. de vsur.* SERMO pro scriptura testamenti. *l. 12. §. vlt. D. de legat. I. l. 85. l. 98. D. de legat. III. l. 7. D. de annuis legat. l. 29. D. de heredib. instit. l. 33. §. vlt. D. de condition. et demonstrat. l. 19. D. de iur. codicill.* alibi dicitur SERMO conferri ad heredem. Item SERMO superior pro tractatu superiore, vel superiore parte edicti. *l. 2. D. de coniungend. cum emancip.*

[SERO accusat mores maritus, quos vxorem ducendo probauit *l. 13. in fin. D. ad leg. Iul de adulter.* SERO ab exsequutionibus prouocare: *l. 3. C. Theodos. quor. adpell. non recip. Lib. XI. tit. 36. vid. l. 5. C. eod. tit.*]

SERPENS. SERPENTES circumferebant et proponebant circulatores. *l vlt. D de extraordin. crimin.* immo et alia animalia peregrina et rariora, vt ad ea spectands tanto frequentiores confluerent homines. Eu. Otto *de tutel. viar. III, 3. p. 452.* HEIN.

SERVA, id est, ancilla. *l. 25. D de iniur. l. 6 princ. D. ad leg. Iul. de adulter.* Et spud Liuium *Lib. I. cap. XL. Id seruus* SERVA *natus possederat.* Sic enim veteres codices habent, et mox *cap. 47. seruum* SERVAQVE *natum.* De SERVA fit etiam mentio, in *l. 1. D. de seruo corrupt. l. 39. D. de iur. dotium. l. 1. §. 7. D. de suis et legitim.* Sic de SERVA natus, *l. vlt. D. pro derelicto.* SERVS poenae: *l. 6. D. de statuliber. l. 2. §. 3. D. ad SC. Tertullian.* de SERVA poense vide infra SERVVS.
¶. 2. SERVARVM vero haec nomina notaui. Agathea: *l. 28. in fin. D. de condit. et demonstrat.* Arescusa. vt supra *Lib. I.* notaui. Concordia: *l. 49. D. de fideicommiss. libertat.* Elpes; *l. 37. §. 1. D. de legat. III.* Eutychia, in *l. 59. D. de manumiss testam.* Felicissima: *l. 41. §. 3. D. de legat. III.* Glauce: *l. 37. §. 1. D. eod. tit.* Thetis: *l. vlt. D. pro derelict.* Tyche: *l. 37. §. 1. D. de legat. III.* Victorina: *l. 41. §. 15. D. de fideicommiss. libert.* vide plura de nominibus nec non de officiis et ministeriis seruarum *Lib. I. in ancilla.*

SERVACVLVM. Vlpianus *l. 29. §. 2. D. ad leg. Aquil.* Quia parui refert, nauem immittendo, an SERVACVLVM ad nauem ducendo, an tua manu damnom dederis. At quum Latium hoc vocabulum ignoret, et in Florentioo Codice *seruaculum* et *ferraculum* legatur; posterius merito praeferunt Iac. Cuiac. *Obseru. IX, 10. XIV, 13.* et V. A. Cornel. van Bynkershoek *Obseru IV, 16.* Glossae: πηδάλιον, *gubernaculum, clauus,* SERRACVLVM. V. C Car. Andr Duker. *de Latin. vet. iurisconsf. p. 394* Car. Labbaei *Obseruat. et Emend. in Synopf. Basilic. p. 164.* HEIN.

SERVARE, id est, obseruare. *l. 13. D. de duob. reis. l. 2. D. de re iudicat.* et SERVARI pro obseruari, *l. 20. §. 3. D. de bonis libertor. l. 24. D. de*

Ssss sss 2

SER.

D. de vsu et vsufr. legat. l. 14. D. ad SC. Macedonian. l. 36. §. 2. D. de testament. militis. Ita SERVARI: l. 15. §. vlt. D. de diuers. temporal. action SERVANDVM: l. 62. D. ad leg. Falcid. Hoc SERVANDVM est: l. 5. D. de praetor. stipulat. Illud SERVANDVM est: l. 29 § 10. D. de liber. et postum. Idem SERVANDVM: l. 21. D. de fideiussorib. l. 72. D. de legat. II. l. 4. §. 26. D. de doli exception. Nec aliud SERVABITVR: l. 78. §. 2. D. de legat. II. Nec aliud SERVANDVM. l. 41. §. 3. D. de vulgar. et pupill. subst. SERVABITVR dies, id est, obseruabitur. l. 1. §. 7. D. quand. adpelland. Eadem SERVANTVR: l. 28. D. de donat. inter vir. et vxor. SERVARI Falcidiam: l. 11 §. 5. D. ad leg. Falcid. SERVARI fides: l. 7. C. de pactis. SERVARI fides placiti: l. 4. C. de rer. permut. fides contractus: l. 19. C. de locat. et conduct. SERVATA fides: l. vlt. C. si mancip. ita fuer. alien. SERVATA fides conuentionis: l. 26. §. 3. D. de pactis dotalib. SERVARI iudicio: l. 19. §. 4. D. de negot. gest. Idem ius SERVARI: l. 41 §. vlt. D. de legat. II. l. 2. § 20. D. ad SC. Tertullian. SERVANDVM est iusiurandum: l. 1. D. si mulier. ventr. nom. SERVARI lex contractus: l. 24. D. depositi. SERVATA lege contractus: l. 7. D. de seruit. praedior. rustic. SERVANDA lex contractus: l. 1. l. 2. C. de pact. inter emtor. SERVATVR ex lege: l. 2. D. ad leg. Iul. de adulter. De militibus ita SERVATVR: l. 9. D. de custod. reor. Si SERVARI modus non possit: l. 2. C. de conueniend. fisci debitor. Per omnia SERVABVNTVR: l. 67. §. 1. D. de legat. II. Perinde omnia SERVANDA: l. 44. D. de damn. infect. SERVANDVM pactum: l. 12. l. 25. D. de pact. dotal. SERVANDVM in patre: l. 25. D. ad leg. Iul. de adulter. SERVARE propositum: l. 1. §. 8. D. quar. rer. actio non det. SERVARI sententia: l. 29. D. de except. rei iudicat. l. 13. l. 15. §. vlt. D. de diuers. temporal. l. 3. §. vlt. D. de publican. SERVATVR in stipulationibus: l. 109. D. de verbor. obligat. SERVARE tempus: l. 2. D. de re iudicat. SERVARE transactionem: l. 122. §. 5. D. de verbor. obligat. SERVARI voluntas: l. 6. D. de adimend. legat. l. 3. §. 3. D. de sepulcr. violat. SERVATVR voluntas defuncti: l. 12. D. ad leg. Falcid. SERVANDA est volontas: l. 8. D. de dote praeleg. SERVATA voluntas: l. 1. C. de testamento militis.

¶ 2. SERVARE, exigere, percipere, recuperare. Sic et SERVARI ab aliquo dicitur, quod ex eius bonis redigi potest. l. vlt. D. de administr. et peric. tutor. l. vlt. D. si ventr. nomin. SERVARE ab aliquo: l. 45. §. vlt. D. mandati. SERVARI ab aliquoo, quod abest: l. 2. D. si mulier. ventr nom. in possess. SERVARI res ab aliquo: l. 2. D. de dolo mal. l. 2. §. 15 l. 18. D. de heredit. vel action. vendit. SERVARI res a collega: l. 11. l. 13. D. ad municipal. a contutoribus, pro exigi et percipi: l. 1. C. si tutor vel curat. SERVARE creditum: l. 49. D. de furt. SERVARI a debitore pecunia: l. 53. D. de iur. dot. Non seruare detrimentum: l. 6. C. arbitr. tutel. SERVARI dos: l. 39. D. de iur. dotium. Quod ab eo SERVARI non potuisset: l. 7. D. de fideiussor. vel si SERVARI non potuerit: l. 36. §. D. de testamento milit. SERVARE impensas per retentionem: l. 59. D. de furtis. et iodicio: l. 42. §. 1. D. soluto matrimon. SERVARI indemnitas; l. 38. §. vlt. D. de action. emti. l. 55. §. vlt. D. locati. SERVARI indemnitas pupillo. l. 3. C. de magistrat. conuen. SERVATA indemnitas in aliquibus: l. 2. C. quo quisque ordine. SI seruari non possint mercedes, id est, redigi. l. 3. §. 1. D. de administrat. rer. ad ciuit. pertin. Quod minus SERVAVERO, id est, coosequutus. l. 22. §. 2. D. mandati. SERVARE, quod bona fide praestiterat. l. 9. D. communi diuid. id est, reciperare. SERVARE poenam a socio: l. 6. §. vlt. D. commun. diuid. SERVARI non potest a quibusdam: l. 6. l. 7. D. pro socio. SERVARI res. l. 3. §. vlt. D. de administr. rer. ad ciuitat. pertinent. Huius loquutionis exempla libro XVI. protulimus, quibus adde, quae subiecta sunt. SERVARE rem suam: l. 2. D. de institor. action. SERVARI rem exceptione; l. 10. D. de doli mali exception. Si res non SERVETVR a ceteris: l. vlt. D. rem pupill. solu. fore. SERVARI solidum: l. 41. D. de fideiussor. SERVARE sumtus: l. 2. §. 2. D. de donat. int. vir. et vxor. SERVANTVR sumtus per officium iudicis, l. 48. D. de rei vindicat. per exceptionem: l. 11. C. eod. tit. SERVARI a Titio: l. 27. §. vlt. D. mandati. l. 13. D. de fideiussor. SERVARE totum: l. 39. §. 15. D. de administrat. et peric. tutor. Si nihil aut totum SERVATVM sit: l. 8. D. quod falso tutor. SERVARI a tutore: l. vlt. D. de administr. et peric. tutor. SERVARE rem a tutore; l. 1. D. de excusat. tut. Si res SERVARI non possit a tutoribus: l. 35. D. eod. tit. Quod SERVARI non potest a tutore: l. vlt. C. de fideiussor. tutor. SERVANTVR etiam per retentionem vsurae: l. 4. C. de vsur.

¶. 3. SERVARE etiam per actionem dicunt Iurisconsulti, quod abest, vel quid damni datum est. l. 17. in fin. D. si seruit. vindicet et aliis satis multis locis. SERVARI actione: l. 26. et 35. D. de negot. gest. l. 35. §. vlt. D. locati per exceptionem: l. 23. D. soluto matrimon. l. 11. C. de rei vindicat. iudicio: l. 18. C. famil. ercisc. retentione. l. 18. D. de negot. gest.

¶. 4. SERVARI pro reseruari. Sic quod mater filiae suae SERVARI testamento iussit, eo tempore praestare voluisse intelligitur, quo sui ioris ea sit. l. 26. D. de aur. argent. legat. Si plus SERVATVM ex bonis sit. l. 45. §. 12. D. de iure fisci. l. 55. D. de fideiussor. SERVARI pecunia ex peculio; l. 16. D. de pecul. legat. SERVARE ex pretio quantitatem: l. 18. C. de fideiussor. SERVARI summa ex pignoribus: l. 13. D. qui potior. in pignor. SERVARE de bonis: l. 5. D. de confirm. tut. SERVARI pecunia de bonis: l. 2. D. qui potior. in pign. SERVARE sibi pro reseruare: l. 87. §. vlt. D. de legat. II.

¶. 5. SERVARE pro custodire. Hoc sensu possessiooes dari dicuntur dotis SERVANDAE caussa, l. 26. §. vlt. D. ad municip. SERVANDI fideicommissi caussa. l. 2. C. l. 10. D. quib. ex causs. in possess. eat. SERVANDI iudicii caussa: l. 16. D. de liberat. legat. l. 4. C. qui potior. in pign. SERVANDI legati caussa: l. 3. C. vt in possess. legator. Legatorum SERVANDORVM caussa: l. 26. D. ad municip. l. 3. D. quib. ex causs. in possess. eat. Rei SERVANDAE caussa: l. 8. C. de bon. auctor. iudic. l. 7. §. 2. D. de suspect. tutor. Sic et SERVARE ventrem: l. 3. D. de ventr. inspic.

¶. 6.

¶. 6. SERVARE pro tueri et defendere. Sic praetor SERVARE vuluisse locationem et venditionem dicitur, in *l. 8. §. 1. D. de bon. auctor. iudic. possid.* SERVAT pacta praetor: *l. 7. §. 7. D. de pact.* SERVARI pacta; *l. 12. C. eod. tit.* SERVARE quae placuerunt. *l. 1. D. de pact.* Hoc sensu dicitur: SERVARE debet iudex, quod coheredes consocii inter se sine dolo malo pepigerunt. *l. 3. D. communi diuid.* item oon SERVATVRVS praetor propositum; *l. 1. §. 8. D. quar. rer. actio.*

SERVIANA actio in rem praetoria petitoria, *l. 42. §. 4. D. de procurator.* quae de rebus in praedium rusticum iuuectis illatis, quae tacito pignoris iure locatori pro pensione obligantur, proponitur. Ideoque rerum tantum mobilium est, et *pignoratitia* etiam dicitur, *l. 3. §. 3. D. ad exhibend. l. 9. D. quib. mod. pign. solu. l. 41. D. de pignorat. act. §. 7. Inst. de actionib.* Quae vero eius exemplo de ceteris rebos pignori oppositis, et qua pignus creditor vindicat, datur actio, ea *quasi* SERVIANA sioe *hypothecaria* adpellatur. *l. 13. §. 1. D. ad SC. Velleian. l. 1. C. de precario* vel *vtilis* SERVIANA, *l. 1. §. 2. D. de pignor. l. 1. C. commun. de legat. l. 1. princ. D. quib. mod. pign. solu.* atqoe etiam *pignoratitia* SERVIANA, *l. 3. §. 3. D. ad exhibend. pignoratitia in rem, l. 7. §. 12. D. communi diuid.* et SERVIANA *vel hypothecaria. l. 4. §. 30. D. de doli except. l. 29. D. commun. diuiduudo. l. 29. D. famil. ercisc. l. 28. D. de pignorat. act.* Confunditur tamen plerumque haec differentia, et cuiuslibet pignoris persequutioni SERVIANAE nomen adcommodatur. *l. 3. l. 7. l. 10. l. 18. l. 21. §. 1. D. de pignor. l. 42. §. 4. D. de procurator. l. 28. D. de pignor. actione. l. 4. D. quib. mod. pign. l. 36. D. de uoxal. action. l. 34. l. 35. l. 66. priuc. D. de euiction. l. 3. §. 3. D. ad exhibend. l. 17. §. 1. D. ad SC. Velleian. l. vlt. C. de obligat. et action. l. 19. C. de vsur. l. 6. C. si res alien. piguor.* Daturque aduersus quemlibet possessorem, siue debitorem ipsum, heredemue eius, siue quemcumque alium. *l. 13. §. 3. l. 16. §. 3. D. de pignoribus. l. 9. l. 14. l. 15. l. 24. C. eod. tit.*

SERVILIS, ad seruum pertinens. SERVILES adfinitates: *l. 1. §. 1. D. vnde adgnati. l. 14. §. 1. D. de ritu nuptiar.* SERVILE caput: *l. 3. §. vlt. D. de capite minut.* SERVILIS caussa: *princ. Instit. de capit. diminut.* cognatio; Vlpian. *tit. XII. Regul. §. 3. rubr. Inst. de seruil. cognat.* SERVILES eognatiooes: *l. 1. §. 1. D. vnde adgnati. l. 14. §. 1. D. de rit. nupt.* SERVILIS conditio: *l. 10. C. quod cum eo, qui iu alien. potest. l. 7. C. qui dare tutor. l. 2. C. de postum. hered. l. 6. C. de poenis. l. 1. D. de bou. damnat. l. 45. §. vlt. D. de fideicommiss. libert. l. 1. C. de precib. l. 25. §. 1. D. de donat. inter vir. et vxor.* Iniuria; *l. 7. §. 2. D. de iniur.* macula: *l. 9. C. de liberal. caussa.* SERVILIA ministeria: *l. 22. C. de probation.* opera. *l. 45. §. 4. D. de adquir. vel omitt. hered.* SERVILIS persona: *l. 22. D. de regul. iur.* SERVILIA verbera; *l. 12. D. de iure fisci.*

SERVILIVS iurisconsultus Proculum citat, *l. 10. D. de iur. patronat.* SERVILII huius nolla alibi mentio fit. Hine V. A. Cornel. van Bynkershoek *Lib. V. Obseruat. cap. 23.* sobstituendum putat *Ceruidium*, Scaeuolam puta, iurisconsultum laetioris famae et receptae auctoritatis. HEIN.

SERVIRE, de seruis dicitur. [Alienus seruus SERVIRE nobis potest, sicut liber. *l. 4. §. 4. D. de statulib.* SERVIRE fructuario dieitur seruus vsusfructuarius. *l. 18. D. de noxal. action.* SERVIRE seruum meum volo Semproniae concubinae meae, quando testator ait, noo videtur proprietas serui relicta, sed vsusfructus *l. 24. §. 1. D. de vsu et vsufruct. legat.* Manumissus seruus SERVIRE amplius non potest. *l. 3. §. 15. D. de statuliber*] SERVIRE seruitutem. *l. 34. D. de stipulat. seruor.* SERVIRE nobis intelliguntur et hi, quos curamus aegros, qui cupientes oobis seruire, propter aduersam valetudinem impediuntur. *l. 4. §. 5. D. de statuliber.* ¶. 2. Alias SERVIRE et seruum esse differunt *l. 1. §. 2. D. de iur. et facti ignor.* quemadmodum et SERVVM esse, et in seruiture esse. *l. 27. §. 8. D. ad leg. Iul. de adulter.* Adeo, vt et liber homo, qoi in seruitute detinetur, SERVIRE dicatur *l. 4. § 4. D. de statuliber.* Adde Pithoeum *ad Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. II. §. 3.* HEIN. ¶. 3. SERVIRE, de praediis, qoae seruitutem debent. Sie fundus SERVIRE dicitur, *l. 2. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* SERVIENS fundus: *l. 9. D. de seruitut. l. 13. D. si quis cation. in iudic.* cui is, cui seruitus debetur, opponitur. *l. 23. §. 2. D. de seruit. praedior. rustic.* SERVIRE locus: *l. 3. §. 2. D. de aqua quotid. et aestiu.* SERVIT praedium per vsumfructum: *l. 57. D. de vsufruct.* SERVIENS praedium, vel cui seruitus debetur. *l. 140. §. vlt. D. de verbor. obligat.* ¶ 4 Notandae et subiectae loquutiones. SERVIRE annonae vrbis; *l. 5. §. 3. D. de iur. immunit.* SERVIRE officium iudicis: *l. 2. §. vlt. D. de eo, quod certo loco.* SERVIRE muneri: *l. vlt. §. 17. D. de muner. et honor.* SERVIRE peculium: *l. 4. D. de peculio.* SERVIRE verbis edicti: *l. 1. §. 20. D. de exercitor. act.*

SERVITVS, est constitutio ioris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subiicitur. *l. 4. §. 1. D. de statu homin.* [SERVITVTIS adpellatione aliquando dominium magis, quam opera intelligitur. *l. 4. §. 4 D. de statulib.*] SERVITVS poenae. *l. 1. D. de sentent. passis* In perpetuam SERVITVTEM venisse dicuntur, qui ea lege venierunt, ne vmquam manumitterentur. SERVIRE seruitutem; *l. 34. D. de statulib.* [SERVITVS grauior libertorum dicitur, in *l. 13. §. vlt. D. de aliment. et cibar. legat.* vbi patronus libertis dicitur vti vice seruitutis.] ¶. 2. SERVITVTES etiam adpellantur praediorum iura. *l. 1. iu fin. D. de rer. diuision. l. 50. §. 1. D de alien. iudic. mut. caussa fact.* quibus fundi personis, vel personae fundis subiiciuntur. A quibus et *seruum praedium* et *seruum fundum*, quod seruit, dicimus, liberoque opponimus. *l. 8. D. de action. emt. l. 20. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* Cicero *de leg. Agrar. III, 2. Optimo iure ea sunt profecto praedia, quae optima conditione sunt: libera meliore iure sunt, quam serua. Capite hoc omnia, quae seruiebant,*

SER.

piſcatores, mediaſtinos, pediſſequos, negotiatores, fabros, muliones, comoedos, villicos, foſſores, putatores, cupiarios, aquarios, ſymphoniacos, Phaſianarios, monitores, venatores, veſtigatores, operarios, tectores, ſubulcos, fornicarios, inſtitores, agaſones, paſtores, aucupes, fullones, cellarios, notarios, medicos, paedagogos, mercenarios. *l. 5. §. 11. D. quod vi aut clam.* ¶. 4. SERVORVM autem nomina haec in libris noſtris referuntur. Pamphilus et Stichus, quae vulgatiſſima ſunt. Idem Damas, Eros, *l. 105. D. de verbor. obligat. l. 162. §. vlt. D. de verbor. ſignificat.* Lucrio, *l. 37. §. 3. D. de legat. III.* Feliciſſimus. *l. 41. §. 3. D. de legat. III.* Philargyrus: *l. 28. §. vlt. D. de condit. et demonſtrat.* Diphylus: *l. vlt. D. de fideicomm. libert.* Parthenius: *l. 41. D. de hered. inſtit.* Trophimus, Cupitus, Spendoforus, December, Seuerus. *l. 37. l. 41. §. penult. D. de fideicommiſſ. libert.* Antiochus: *l. 97. D. de legat. III.* Andronicus et Calenus: *l. 21. l. 29. §. 2. D. de ſtatulib.* Aithales: *l. 24. D. ad leg. Cornel. de falſ.* Philonicus, *l. vlt. D. de reb. dubiis.* Stephanos, *l. 52. D. eod. tit.* Philocrates, apud Valer. *Lib. VI. cap 8.* Philippus in *l. 2. D. de offic. praetor.* et apud Ciceron. *pro rege Deiotara.* Clemens, apud Sueton. *in Tiberio cap. XXV.* Etiam Sacci ſerui nomen occurrit in *l. 44. D. de manumiſſ. teſtamento.* Graecis θύλακος, quo nomine et comicos ſeruos ſuos vocaſſe tradit Donat. *ad Terent. Andr. I, 3.* vid. Menag. *Amoenit. iur. ciuil. Cap. XXXI. p. 180.* vbi et de nomine ſeruili, *Erat.* HEIN. ¶. 5. SERVORVM autem adeo miſeranda fuit et odioſa conditio, vt iure noſtro nullo prope in numero haberentur, et nihili fierent, [ſed quadrupedibus adnumerarentur, *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 32. D. de regul. iur.*] nullum caput haberent nec ſuffragium in republica, nullum proprium nomen, ac tribum, ad eos nulla lex pertineret, nec citra voluntatem domini libertatem adſequi poſſent, quum vero eam conſequuti forent, et a dominis manumiſſi, tunc *liberti* vocabantur, vt ſuo loco dictum eſt. SERVI quidquid quaerebant, dominis etiam ignorantibus quaerebant. Vnde Triphoninus in *l. 19. §. 2. D. de caſtrenſ. pecul. ignorans ſe locupletatum per ſeruos, alio loco agentes.* Poteſt tamen ſeruus cum ſeruo agere. *l. 17. §. 1. D. de aedilit. edict.* et ſeruos de dominis quaerentes audiebat praeſes prouinciae. Seneca *Lib. III. de benefic. cap. 22. de iniuriis dominorum in ſeruos.* etc. *Ibidem cap. II. Eſt aliquid quod dominus praeſtare ſeruo debeat, vt cibaria, veſtiarium.* ¶. 6. SERVI *corrupti actio. rubr. de ſeruo corrupt.* Vetus Gloſſar. SERVI corrupti actio, ἡ κατὰ τοῦ τὸν ἄλλον οἰκέτην ὑπονοθεύσαντος. Aliud gloſſarium: ἀγωγὴ ἡ χείρονα ποιοῦσα τὸν ἀλλότριον δοῦλον, καὶ ἀπαλείφουσα τοὺς ἀγαθοὺς αὐτοῦ τρόπους. vid. Lib III. *in corrumpere.* ¶. 7. SERVI *poenae* fiunt, qui metallo vel operi addicuntur, vel qua alia poena damnantur, quae miniſterium corporisque laborem et ſeruitutem irrogat: veluti qui in metallicorum miniſterium, ad ludum, ad beſtias, in opus publicum damnantur. *l. 1. D. de ſentent. paſſ. l. 6. §. 6. D. de iniuſt. rupt. irrit. l 25. § 3. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 8. § 8. §. 11. et §. vlt. l. 12. l. 17. l. 36. D. de poenis. l. 7. D. de his, qui ſui vel alien. iur. ſunt. §. 3. Inſt. quib. mod. ius patr. poteſt. l. 1. in fin. l. 2. D. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. l. 8. D. de manumiſſ.* Hi enim omnes *poenae* magis quam Caeſaris et fiſci ſerui ſunt: *l. 3. D. de his, quae pro non ſcript. hab. l. 17. D. de poen.* Sic SERVVS poenae efficitur ad gladium vel ad beſtias, vel in metallum damnatus. *l. 25. §. 3. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 6. §. 6. D. de iniuſta, rupt. irrit.* Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 8. §. 24.* SERVVS *poenae* fit. *l. 1. §. 4. D. ad SC. Tertullian.* ſed et SERVAM poenae mulierem factam legimus, *l. 6. D. de ſtatuliber. l. 2. §. 3. D ad SC. Tertullian.* quod accidebat, quum vel in opus ſalinarum, vel in miniſterium metallicorum damnabantur. *l 8 §. 8. D. de poen. l. 6. D. de captiu. et poſtlim.* Nam huiusmodi poenis ſeruitutem irrogantibus, adfici mulieres conſueuerunt. Iuſtinianus *Nouell. XXII. cap. 8.* Εἰ γὰρ εἰς μέταλλόν τις ἢ ἀνὴρ ἢ γυνὴ δοθῆναι προσετάχθη, δουλεία μὲν ἦν κατὰ τὸ παρὰ τῶν παλαιῶν νομοθετηθὲν ἐκ τῆς δουλείας ἐπιφερομένη. *Si enim vir aut femina quaedam ad metallum damnata ſit, ſeruitus quidem ſecundum veterum leges poenae loco infligebatur.* Quam ille ſeruitutis poenam, (ſic enim adpellatur in *l. 1. D. de ſentent. paſſ.*) abrogans eadem conſtitutione, ἡμεῖς δὲ, ait, τοῦτο ἀνίεμεν, καὶ οὐδένα τῶν ἐξ ἀρχῆς εὖ γεγονότων ἐκ τιμωρίας γίνεσθαι συγχωροῦμεν οἰκέτην. *Nos vero hoc remittimus, neque eum, qui ab initio ingenuus fuit, ſeruum poenae fieri permittimus.* ¶ 8. SERVI *loco haberi* dicuntur, non mercenarii, ſed bona fide poſſeſſi, *l. 1. §. 28. D. de vi et vi armata. l. 4 princ. D de vſu et habitat.* item fugitiui, qui operas locarunt, vt paſcantur. *l. 6. §. 1. D. ad leg. Fab. de plagiar.* Marqu. Freher. *Veroſimil. I, 12.* HEIN.

SERVVS, A, VM, quod ſeruit. Sic SERVVM in neutro caſu. *l. 16. D. de ſtatuliber.* SERVAE aedes, SERVA area: *l 34. l. 35. D. de ſeruit. praed. vrban.* SERVVS fundus: *l. 20. §. 1. D. de adquir. rer. domin. l 6. §. 1. D. quemadmod. ſeruit. amitt.* SERVVM facere fundum: *l. 22. §. 3. D. famil. erciſc.* SERVAE perſonae: *l. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* SERVVM praedium. vide in SERVITVS.

SES.

SESCVNCIA. *l. 42. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit.*

SESSIO et SESSIONVM dies: *l. 2. §. 1. D. quis ordo in poſſeſſ. l. 2. §. 19. D. vt in poſſeſſion. legator.* quamuis ibi legatur in vulgatis libris *poſſeſſionum.* Duaren. *Lib. II. disputat. anniu. cap. 16.*

SESTERTIVM. Vetus Gloſſarium Graec. εἶδος νομίσματος τὰ συντιθέμενα μέχρι νόμισμα ἀποτελοῦσι. [vid. Dion. Gothofred. ad §. 2. *Inſt. de ſucceſſ. liber. l. vlt. C. de donation.*]

SEV.

[SEV aliquando coniunctiue vſurpatur, et ſignificat *vt*, in *l. 30. D. de aur. argent. legat.*]

SEVERITAS, et benignitas opponuntur:

nuntur: *l. 11 princ. D. de poen.* vt et clementia: *ibid* [SEVERITAS iudicantis: *l. 14. §. 4. D. de bon. libert. l. 5. C. si contra ius vel vtil. publ.*] SEVERITAS iuris: *l. 6. C. de hered. instituend.* SEVERITAS legum: *l. 11. D. de poen.* SEVERITAS sententiae: *l. 4. C. ex quib. causs. infam.*

SEVERIVS et clementius statuere opponuntur. *l. 3. C. ex quib. causs. infam. irrog.* SEVERIVS iudicare: *l. 4. C. de patria potestat.* SEVERISSIME puniri: *l. 1. D. ad leg. Iul. de vi priuata.* vindicare: *l. vlt. C. de crimin. stellionat.*

SEVERVS, A, VM, et mitis aduersantur. *l. 3. C. ex quib. causs. infam.* SEVERIOR sententia: *l. 49. D. de fideiussor. l. 3. C. ex quib. causs. infam.* SEVERISSIMA sententia: *l. 1. §. 5. D. de postulando.* SEVERISSIMAM vindictam exigere: *l. 1. C. de precib. Imp. offerend.*

SEVERVS Augustus optimus maximusque princeps adpellatur, in *l. 78. §. 1. D. de legat. II.* et sanctissimus Imperator. *l. 87. §. 4. D. eod. tit.* ¶ 2. SEVERVS plerumque *Septimium Seuerum* apud nostros designat, nonnumquam etiam *Alexandrum*, vt constat ex *l. 11. princ. et §. 2. D. de minor. l. 1. D. de noxalib. act. l. 10. l. 11. D. de compensation.*

☞ SEVERVS *Valerius* iurisconsultus. Floruisse SEVERVM VALERIVM ante Hadrianum contra Bertrandum recte defendit Guil. Grotius *de vitis iurecons. II, 5.* in eo tamen falsus, quod Hadrianum ad eum putat rescripsisse *l. 3. §. 2. D. de testament.* quum ibi editiones praeferant. *Verum*, non *Seuerum Valerium.* Incertum quoque, eumdem cum nostro esse *Seuerum*, qui cum Plinio intercessit litterarum commercium. Plin. *Lib. III. epist. 6 et 18. Lib. IV. epist. 28.* et alibi passim. Plures enim eiusdem nominis eorumdemque temporum occurrere variorum ordinum homines,* ostendimus in *Histor. iur. Lib. I. Cap. IV. §. 248.* *) *edit. nouiss.* HEIN.

SEX.

SEXAGENARIVS. De SEXAGENARIORVM et *quinquagenarum* nuptiis
☞ Vlpian. *tit. XVI. regul. §. 4.* De impari illo matrimonio singulare exstitit legis Papiae Poppaeae caput, quod illustrauimus in *Comment. ad hanc leg. Lib. II. cap. 3.* HEIN. ¶. 2 SEXAGENARIOS exactores quosdam adpellatos, qui a collatoribus species annonarias suscipiebant, constat ex *l. 1. C. Theod. de exact. tribut.* et *l. 2. C. Th. de annon. et tribut.*

SEXTANS, duas duodecimas assis vel vncias complectitur. Ex SEXTANTE heres, *l. 30. D. de except. rei iudicat.* id est, ex sexta parte. *l. 76. D. de adquir vel omitt. hereditate.*

SEXTARIVS frumenti. *l. 21. §. 5. D. de furt.*

SEXTIA filia. *l. 1. D. de legat. III.*

SEXTVS, A, VM. SEXTA pars fundi: *l. 116. §. 1. D. de legat. I.*

SEXTVS *Caecilius Africanus* iurisconsultus. *l. 2. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 12. §. 1. D. qui et a quib. l. 36. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* SEXTVS *Caecilius* citatur ab Vlpiano, in *l. 13. §. 1. D. qui et a quib. manum.* qui is est, qui apud Gellium *Lib. XX. cap. 1.* disputans inducitur. Plura de SEXTO diximus *Lib. I. in Africanus.*

SEXTVS *Pedius* iurisconsultus, *l. 6. D. de reb. credit. l. 5. §. 9. D. de oper. noui nunciat. l. 1. §. 7. D. de itin. actuque priuat. l. 32. §. 20. D. de recept. arbitr. l. 1. §. 6. quod vi aut clam. l. 1. §. 4. D. vti possidetis. l. 1. §. 27. D. de SC. Silaniano. l. 32. princ. D. de legat. I. l. 33. D. ad leg. Aquil.* et alias citatur. SEXTVS hic *Pedius* incertae aetatis ☜ iurisconsultus *ad Edictum Praetorium* aeque ac *Aedilitium* notasse, librumque de stipulationibus reliquisse videtur. *l. 2. §. 6. D. de bonor. poss. l. 6. D. de reb. credit.* Proculi sectae eum fuisse paullo addictiorem, ex *l. 13. § 1.* iuncta *l. 14. D. de verbor. signif.* non inepte coniicit Io Goeddeus *in Comment. ad illum titul. p. 231.* HEIN.

SEXTVS *Pomponius* iurisconsultus, *l. 63. §. 9. D. pro socio. l. 32. D. de legat. I. l. 44. D. soluto matrimon. l. 30. §. 6. D. de adquir. vel omitt. hered. l. 41. D. de heredib. instit.* ex qua lege adparet alium esse ab eo, qui in Indice Pandectarum SEXTVS *Pomponius* Digestorum ab Aristone *Lib. V.* citatur, in *l. 44. D. soluto matrim* Sed de hac sententia, quam cum Brissonio et alii sequuntur, vide *praefat. nostram ad Vblii opuscula histor. iuris illustrantia p. 10.* HEIN. ☜

SEXVS est vel masculinus, qui et virilis, vel femininus. Hermaphroditus autem eius SEXVS aestimatur, qui in eo praeualet. *l. 10. D. de statu homin. l. 15. D. de liberal. causs.* SEXVS conditio: *l. 1. C. si mater.* pro SEXVS conditione; *l. 5. C. de his, qui numero.* SEXVS femininus: *l. 2. §. vlt. D. de iure fisci. l. 2. §. 3. D. qui satisdare cog.* Vlpian. *tit. XXVIII. regul. §. 9.* qui et SEXVS mulieris: *l. 13. C. de procurator.* SEXVS feminini infirmitas: *l. 9. D. de iur. et fact. ignorant.* quae et simpliciter SEXVS infirmitas dicitur, in *l. 2. §. 10. D. ad SC. Turpillian.* SEXVS virilis, *l. 15. D. de tutel. l. 1. §. 1. D de pecul.* Vlpian. *tit. XVIII. regul. §. 18.* SEXVS vterque: *l. 23. D. de his, qui not. infam. l. 4. §. 2. l. 10. §. 5. D. de in ius vocand. l. 3. §. 3. D. de negot. gest. l. 7. D. de iurisdict. l. 1. §. 21. D. de exercit. act.* et apud Sueton. *in Augusto Cap. CI. l. 195. D. de verb. signif. l. 81. D. de legat. III. l. 2. C. si tutor vel curat.* Vlpian. *tit. XXIII. §. 20.* qui vel virilis est vel femininus. *l. 47. §. 1. D. de hered. instit.* Et ita accipe vtriusque SEXVS parentes, vel cuiuscumque SEXVS. De vtriusque SEXVS parentibus, in *l. 6. C. de suspect. tutor.* Vtriusque SEXVS liberis, in *l. 77. D. ad SC. Trebellian.* qui et masculini et feminini SEXVS liberi vocantur, *l. 17. C. de collation. l. 16. D. de tutel. l. 1. D. de testam tutel. l. 1. §. 1. D. de legat. praestand. l. 15. D. de liberal. caussa. l. 1. D. de senator. l. 1. §. 3. D. de pecul.* Cuiuscumque SEXVS: *l. 41. D. de iur. dot. l. 18. D. de excusation.* Liberi cuiuscumque SEXVS: *l. 6. D. de religios.* Omnis SEXVS: *l. 6. §. 1. D. de statulib.* Vtriusque SEXVS liberti: *l. 88. §. 14. D. de legat. II. l. 20. §. 1. D. de alim. vel cibar. legat.*

SI.

SI, particula conditionalis. Haec verba, SI FECERIT, SI DEDERIT, in conditionibus testamentariis plerumque haoc significationem habent: si per eum non stet, quo minus det, aut faciat. *l. 23. D. de condit. institut.* SI *Pamphilum non dederis*, sic plerumqoe exauditur, si per te steterit, quo minus Pamphilum dares. *l. 115. D. de verbor. obligat.* Similique modo haec conditio, SI *Capitolium adscenderit*, sic accipitur, si qoum primum potuerit, Capitolium adscenderit. *l. 29. D. de condit. et demonstrat.* Et ex diuerso, SI *Capitolium non adscenderit*, hanc recipit interpretationem, si quum primum potuerit, Capitolium non adscenderit. *l. 17. §. 1. D. de manumiss. testam.* Pari ratione talis conditio, *Stichus*, SI *eum heres non manumiserit, liber esto*, hunc sensum habet, si quum primum potuerit sine magno incommodo suo manumittere, non manumiserit. *l. 20. in fin. D. de statulib.* Item haec clausula, SI *sine liberis decesserit*, non videntur filii substituti. *l. 114. §. 13. D. de legat. I. l. 1. C. de pact.* Item in legatis haec clausula, SI *heres mihi erit Seius*, legatum vel fideicommissum non facit conditionale: *l. 3. D. de legat. I.* At in formulis donationum caussa mortis, haec clausula, SI *moriar*, accipitur, quum moriar. ¶. 2. SI pro quia. *l. 48. §. vlt. D. de iure fisci. l. 4. D. de nouation.* ¶. 3. SI pro etiamsi vel quamuis. *l. 31. D. de recept. arbitr. l. 1. §. 3. D. de his, quae in testam. delent. l. 69. §. 1. D. de legat. II. l. 9. §. 1. D. de statulib. l. 14. vers. idque in stipulatione D. de verb. obligat. l. 30. §. 3. D. de adquir. vel omitt. hered.* Cicero *in Pison. cap. XIV.* *Discessus meus*, SI *calamitosissimus fuisset, tamen misericordia dignior quam contumelia, et cum gloria potius esse coniunctus, quam cum probro putaretur.* Tertullian. *de baptismo. extr.* *Ceterum omnis dies domini est, omnis hora, omne tempus habile baptismo*, SI *de sollemnitate interest, de gratia nihil refert.* [Et ita forte etiam haec particula accipienda est, in *l. 18. §. vlt. D. de contrah. emt. l. 12. §. vlt. D. mandati.* et *l. vn. C. vbi de heredit.*] ¶. 4. SI, pro an, in *l. 3. §. 1. D. de collat. bonor. l. 9. §. 1. D. de edendo. l. 5. §. 2. D. de liberat. legat. l. 13. C. de vsufruct. legat. l. 10. C. de adoption.* [*l. vlt. D. de iur. deliberandi. rubr. C. si ex plurib. tutor. vel curat.*] et alias saepe. Tertullianus *in Apologetic. cap. XXIX.* *Constet igitur prius*, SI *isti, quibus sacrificatur, salutem Imperatoribus vel cuilibet homini impertiri possunt.* Caesar *Lib. I. de bell. ciuil. cap. 83.* *Illi vadum fluminis Siconis tentare*, SI *transire possent.* et *Lib. III. cap. 85.* *Semper, vt videbatur, exspectans*, SI *iniquis locis Caesar se subiceret.* Liu. *Lib. I. cap. 57.* *Tentata res est*, SI *primo impetu capi Ardea posset.* Idem *Lib. XXXV.* *Etiam atque etiam viderent*, SI *magis e republica esset, interregnum iniri, quam abire in eo statu relinqui rempublicam.* et *Lib. XXXIX. cap. 50.* *Quaesisse*, SI *incolumis Lycortas equitesque euasissent, posteaquam dictum est, incolumes esse.* et *Lib. XL.* *Quaesiuit iterum*, SI *cum Romanis militare liceret.* et apud eumdem frequentissime, vt *Lib. XXIX. cap. 25. Lib. XXXI. XXXIII. XXXIV. XXXVIII.* Plaut. *in Truculento Act. I. scen. 2.* *Visam* SI *domi erit, mecum adducam.* Est vero Graecum Si pro an. Plutarch. *in Catone Minor. p. 765.* ἠρώτησεν αὐτὸν, εἰ πρόθυμός ἐστι μετὰ τὴν στρατείαν γενέσθαι τῆς Ἀσίας θεατής. *Quaesiuit de eo, si statuisset Asiam visere.* Add. V. C. Duker. *ad Florum III, 3. 6.* et Cortium *ad Sallust. Excurs. IV.* HEIN. ¶. 5. [SI inuerso modo pro is. *l. 1. §. 7. D. si is, qui testam, liber esse iuss.*] ¶. 6. [SI aliquando omittitur. Sic: similiter atque ipse pupillus deminuisset, pro atque SI deminuisset. *l. vlt. D. de administrat. et pericul. tut.*]

SIC.

SICA. Eam describit Scholiastes *Horatii Lib. I Sermon. Sat. 4. v. 4.* (Fabricii tamen vterque neque Acron neque Porphyrion quidquam habent. HEIN.) Appian. *Lib. I. de bell. ciuil.* ἐγχειρίδια SICAS vocat. Vetus glossar. SICA, σιβυνὴ μάχαιρα. Sed de forma SICAE quaedam diximus *Lib. II. Select. Antiquit. cap. 11.* A SICA dictus est

SICARIVS, *§. 5. Instit. de public. iudic.* [Dicuntur autem ita non tantum, qui sica caedem committunt, quae propria vocis significatio est, sed et illi, qui alio quocumque modo hominem occidunt. Menag. *Cap. XXXIX. Amoenit. iur. ciuil.*] quod et Quinctilianus *Lib. X. cap. 1.* confirmat. Verbum σικάριον reperitur etiam apud D. Lucam *Act. Apostol. Cap. XXI. v. 38.*

SICCARE retia: *l. 5. D. de diuisione rer.*

SICILIA modico freto Italia diuiditur. *l. 99. §. 1. D. de verbor. significat.*

[SICILICVS, duae drachmae, seu quarta vnciae pars, *l. 21. §. 2. D. de ann. legat.*]

[SICVT, particula includit similitudinem, non exaequationem: *l. 6. §. 4. D. rer. amotar.*] ¶. 2. [Aliquando comparationem negatiuam inducit, vt in *l. 61. §. 6. D. de furt. et l. 12. §. 4. D. de accusation.*]

SIG.

SIGILLARIA, pro sigillis deorum, et ὑποκοριστικῶς etiam *Sigilliola.* *Abstinetis*, ait Arnobius *Lib. VI. aduers. gent. p. 197. a ritu, quum pro diis immortalibus*, SIGILLIOLIS *hominum formis supplicatis humanis, quinimo deos esse SIGILLARIA ipsa creditis.* Tertullian. *de oration. cap. XII.* *Quum perinde faciant nationes adoratis SIGILLARIBVS suis residendo.* ¶. 2. Vnde et SIGILLARIA vicus Romae, in quo non sigilla tantum, sed et libri et lances, et aliae id genus res venales exponebantur. Vnde in *l. 102. §. 1. D. de legat. III.* SIGILLARIBVS *emtae lances.* Et apud Gellium *Lib. II. cap. 3.* *In* SIGILLARIIS *emtus liber*, qui etiam libros eo loci expositos aperte significat *Lib. V. cap. 4.* Meminit et Suetonius in Nerone *Cap. XXXVIII. et in Claud. Cap. XVI.* Vnde etiam SIGILLARIORVM celebritas quaedam instar nundinarum Saturnaliorum diebus addita, qua sigilla deorum fictilia venalia proponi et pueris emi, sed et inuicem pro munere missitari solebant, quemadmodum Macrobius *Lib. I. Satur-*

Saturnal. cap. 10. et cap. 11. ostendit. ¶. 3. Vnde pro ipsis munusculis, quae his diebus missitantur. Spartian. *in Caracalla cap. 1. Quae a parentibus gratia SIGILLARIORVM acceperat, et vel clientibus vel magistris sponte donarunt.* Idem *in Hadriano Cap. XVII. Saturnalitia et SIGILLARITIA frequenter amicis inopinantibus misit, et ipse ab his libenter accepit.* [Seneca *epist. XII. At ille, non cognoscis? inquit; ego sum Felicio, cui solebas SIGILLARIA adferre.* ad quem locum vide quae Lipsius et Gronouius adnotarunt. Adde Alex. ab Alexandro *Lib. III. Genial. dier. cap. 4.* et Iac. Cuiacium *Lib. V. Obseruat. cap. 30.*]

SIGILLVM proprie signum significat. vide in SIGNVM. Hoc sensu accipiuntur verba, SIGILLIS impressis. *l. 1. §. 36. D. depositi.* ¶. 2. SIGILLVM etiam accipitur pro imagine siue sculptili, siue fusili. Sic SIGILLVM candelabro ioclosum. *l. 6. D. ad exhibend. l. 23. §. 2. D. de rei vindic.* SIGILLA etiam in aedificiis fuisse legimus. *l. 13. §. 7. D. de vsufructu. l. 41. §. penult. D. de legat. I. l. 12. §. 23. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 17. §. 9. D. de action. emti. l. 19. §. 8. D. de aur. argent. legat.* Et apud Plinium *Lib. XXXVI. cap. 24.* Pediculis argenteis adiuncta SIGILLA, in *l. 32. D. de aur. argent. legat.* Et *patellae adiecta* SIGILLA, apud Ciceron. *IV. Verr. 22.* Arnob. *Lib. VI. l. 11. §. 3. D. locati.*

SIGLAE, in *l. 1. §. 13. iuncta l. 3. §. 22. C. de vet. iur. enucl.* vocantur sigilla, id est, parua signa, quae Graecis σημεῖα, Latinis *notae*, quibus in legibus publicis, Pontificum monumentis, iurisque ciuilis libris scribendis vsos esse veteres, ostendit Valerius Probus, qui notas explicat, quum primis litteris verba notarentur et nomina. ☞ Differunt, ne quem fallant, quae confuse hic Brissonius notauit, SIGLAE et *notae*. SIGLAE litterae singulares sunt, vt S. P. Q. R. Has vero explicat Valer. Probus. *Notae* vero certa signa sunt, qoibus plura saepe vocabula inuoluebaotur, quae Tiro et Seneca collegisse videntur, edita in Gruteri *Thesauro Inscript.* Adde *Histor. nostr. iur. Rom. Lib. I. cap. 3. §. 48.* *). HEIN.

SIGNACVLVM sigillum est. SIGNACVLA remota. *l. 1. §. 36. D. depositi. §. 3. Inst. de testament.*

SIGNARE, pro signis obsignare, vel subsignare. *l. 16. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 15. C. de administrat. tut.* SIGNARI tabula: *l. vlt. D. de donat. int. vir. et vxor.* Sic Iuuenalis *Sat. II. v. 119.*

SIGNATAE *tabulae, dictum feliciter.*

SIGNARE tabulas obligationis, vt testis. *l. 6. C. de fideiuss.* SIGNATAE tabulae: *l. 34. §. 1. D. de pignor.* SIGNATAE signis testium tabulae: *l. 3. D. si tabul. testam.* SIGNARE testamentum: *l. 1. C. de testam. l. 39. D. de pignor. action.* Quin et SIGNARE domum dicitur, in *l. 20. D. de iniur.* quo pertinet *Nouell. LX. cap. 1. princ.* Si quis domum eius occupet, *καὶ σήμαντρα ἐπιτιθέναι τοῖς πράγμασι κατ' οἰκείαν ἐξουσίαν, et signa rebus propria auctoritate imponat.* ¶. 2. [SIGNARE pro subscribere, in *l. 15. C. de administr. et peric. tutor.*]

SIGNATIO tabulae. *l. 22. §. vlt. D. qui testam fac. poss.*

SIGNATOR, adpellatur testis ad testamenti vel alterius negotii tabulas anulo suo obsignandas adhibitus. *l. 22. D. de testib. l. 4. l. 6. l. 7 D. testamenta quem. aper. l. 3. §. 9. D. de tabul. exhib. l. 32. in fin. D. de furt. l. 32. in fin. D. ad leg. Aquill.* Sacculom cum pecunia SIGNATORVM signis obsignare. *l. vlt. D. de lege commissoria.* Iuuenal. *Sat. X. v. 336.*

Veniet cum SIGNATORIBVS *auspex.*

Sallust. *in Catilin. Cap. XVI. n. 2. Ex illis testes* SIGNATORESQVE *falsos commendare.* Sueton. *in Augusto Cap. XXXII.* et *in Tiberio Cap. XXIII. Et quum de falso testamento ageretur, omnesque* SIGNATORES *lege Cornelia tenerentur.* Valer. Maxim. *Lib. VII. cap. 7. ex. 2. In eo Tullianus Pompeii M. familiaris ipso Pompeio SIGNATORE heres scriptus.* Qui et SIGNATOR tabularum a Quinctiliaoo *Lib. V.* nuncupatur.

SIGNATORIVS anulus. *l. 74. D. de verbor. signific.*

SIGNATVS, A, VM. SIGNATA pecunia: *l. 25. D. depositi.* (vbi tamen *obsignatam* vulgo legitur. HEIN.) SIGNATAE res: *l. 1. C. de requir. reis.* SIGNATVS sacculus. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 12. §. 5.* SIGNATAE tabulae: *l. 34. §. 1. D. de pignor.* SIGNATAE signis testium tabulae: *l. 3. D. si tabul. testament.* SIGNATAE trabes. *alibi.* SIGNATA vasa vel dolia. *l. 1. princ. et §. 2. D. de peric. et commod. rei vendit.* SIGNATVM vinum soo et alterius sigillo. *l. 11. §. 3. D. locati.* ¶. 2. Notum ☜ est *signare* aes, argentum, pecunism dici, pro numos cudere. Sic Seruium Tullium primom Romae aes SIGNASSE dixit Plin. *Lib. XVIII. Histor. Natur. cap. 2. et Lib. XXXIII. cap. 3.* Aurum argentum SIGNATVM. *l. 27. §. 4. et §. 6. D. de auro, argent. legat.* Pecunia SIGNATA: *l. 19. princ. D. eod. tit.* HEIN.

SIGNIFACERE pro significare, si Florentinum Codicem sequamur, in *l. 65. §. 3. D. ad* ☜ *SC. Trebellian.* vid. V. C Car. Andr. Duker. *de Latin. vet. iurisconsf. p. 354.* HEIN.

SIGNIFICARE, id est, exprimere, declarare. SIGNIFICARI caussa decreto, id est, exprimi. *l. 4. D. de suspect. tutor.* SIGNIFICARE edicto: *l. 13. D. de iur. fisci. l. 11. C. de collation.* Eodem sensu SIGNIFICARE testator dicitur. *l. 7. §. vlt. D. de reb. dubiis.* ¶. 2. [SIGNIFICARE Imperator Antoninus cum Diuo patre, in *l. vlt. D. de excusat.* non est iudicare aut decernere, quod aliquando hac voce notatur, sed aperte ostendere, et voluntatem suam nutu aut alio modo declarare. vid. Iac. Guther. *Lib. I. de offic. dom. August. cap. 22. in fin. et Lib. III. cap. 5.*]

SIGNI-

SIG. SIL.

[**SIGNIFICATIO.** A significatione verborum non aliter recedi oportet, quam quum manifestum est, aliud sensisse testatorem. *l. 69. princ. D. de legat. III*]

SIGNIFICATIVVS. SIGNIFICATIVA adpellatio: *l. 75. D. de verbor. obligat.*

SIGNINVS, A, VM. Riuum SIGNINVM lapideum interpretatur Vlpianus in *l. 1. §. vlt. D. de riuis.* Plinius *Lib. XXXV. cap. 12.* SIGNINVM *ex testis tusis fieri calce addita scribit.* Vitruuius vero *Lib. VIII. cap. vlt.* SIGNINA opera ita fieri tradit. *Primum arenam purissimam asperrimamque parari, caementum de silice frangi, calcem quoque quam vehementissime mortario misceri, ita vt quinque partes arenae ad duas calcis respondeant, mortarioque caementum addi.* Frontin. *Lib. de aquaeductib. Concipiuntur ergo via collatia ad milliarium octauum palustribus locis* SIGNINO *circumiecto continendarum scaturiginum caussa.* Ex quibus adparet, SIGNINVM riuum testaceum et caementicium potius, quam lapideum interpretandum esse. Quare vereor, ne superior interpretatio a Triboniano non ab Vlpiano potius veniat. At mihi haec repugnare non videntur, *riuum* SIGNINVM et tamen *lapideum* esse. Si enim lapide solido fulciantur ripae, isque iungatur SIGNINO, id est, caemento, et SIGNINVM erit id opus, et *lapideum.* HEIN. SIGNINAM *fabricam* etiam Boethius *in Topic. Ciceron.* dixit. Et SIGNINVM *alueum aquaeductus* Cassiodorus *Lib. V. Variar. epist. 38.* Plinius *Lib. XXXV. cap. 12. Ad semen fractis etiam testis vtendo, sic vt firmius durent, tu sit calce addita, quae vocant* SIGNINA.

SIGNVM, sigillum et signaculum idem valent. *l. 1. §. 5. D. depositi. l. 12. § vlt. D. locati. l. 1. in fin. l. 2. §. 4. D. testam. quemadm. aper.* SIGNA autem anulis χαρακτῆρα habentibus impressa accipimus in re testamentaria. *l. 22. §. 5. D. qui testam. fac. l. 11. D. de iniusto, rupt. irrit. §. 1. Instit. de testam.* Sic signare suo SIGNO: *l. 20. §. vlt. D. de testam. milit.* Valer. Maxim. *Lib. VIII. cap. 14. ex. 4.* Sallust. *in Catilin. cap. XVII. 3. Quum prius omnes* SIGNA *sua cognouissent.* SIGNA restium: *l. 22. §. vlt. D. qui testam. facer.* SIGNA imprimi: Paull *Lib. V. Sent. tit. 25.* et SIGNA anulis impressa docet *l. 22. §. 5. D. qui testam. facer.*

¶. 2. SIGNA praeterea vexilla militaria sunt. *l. 2. §. 24. D. de orig. iur. l. penult. D. ex quib. causs maior. l. 3. §. vlt. D. de testib.* ¶. 3. SIGNIS demonstrare. *l. 9. §. 1. D. de heredib. instit.* Ouid. *Lib. I. Trist. eleg. 5. v. 7.*

Positis pro nomine SIGNIS.

SIL.

SILANIANVM Senatusconsultum ad quaestionem familiae pertinebat. *tit. D. de SC. Silaniano.* Factum id esse Anno ab V. C. DCCLXIII. P. Cornelio Dolabella et P. Iunio Silano coss. ex Petro Fabro docuit Cuiac. *Lib. I. Obseru. cap. 18.*

SILENTIARII, qui audientiam faciunt, murmur voce compescunt et cohibent, quorum schola in aula Constantinopolitana erat, vt ex Nicephoro *Lib. XVI. cap. 24.* adparet. De his SILENTIARIIS sacri palatii, viris spectabilibus, meminit *l. vlt. C. de excusat. tutor. l. 30. §. vlt. C. de inoffcios. testam.* Ambros. *in Orat. de morte Valentin. Vesperi profectus est* SILENTIARIVS, *tertio die mane quaerebat, iamne rem orasset.* Sed et Procopius *Lib. I. de bello Pers.* Imperatorum ad ea quae sunt quietis ministros SILENTIARIOS vocat.

¶. 2. At apud Saluian. Massiliensem *Lib. IV. de vero Dei iudic. p. 96.* quum ait, *pauerit quippe actores, pauerit* SILENTIARIOS, *pauerit procuratores,* SILENTIARII accipiuntur, qui in familia ceterorum seruorum murmur cohibebant, vt Seneca quadam epistola probat.

SILENTIVM, pro taciturnitate. *l. 7. D. famil erciscund.* SILENTIO tradere negotium. *l. 8. C. de remiss. pignor.* SILENTIO exheredare. *l. 12. princ. D. de bonis libertor.* SILENTIO comprobare: Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 10.* SILENTIO longo sopita *l. 1. §. vlt. D. ad SC. Tertullian.* SILENTIVM principis: *l. 47. §. vlt. D. de bon. libertor.* SILENTIO conuenisse videtur, id est, tacito consensu, qui ex silentio praesumitur, vbi quis contradicendo actum impedire potest. *l. 51. D. locati.* SILENTIVM pro interdictione aduocationis: *l. 8. D. de postulando.*

SILIGINARIVS, siliginis venditor et distributor. *l. 52. §. 11. D. de furtis.* SILIGINARIORVM *collegium* est in marmoribus apud Gruterum *p. LXXXI. 10.* et Reinesium *Inscript. Class. I. inscr. 254.* Duker. *de Latin. vet. iurisconf. p. 396.* HEIN.

[**SILIGO** speciem tritici praestantissimi significat, in *l. 30. D. de negot. gestis.* Cuiac. *in Iuliano ad hanc legem.*]

SILIQVATICVM vectigal rerum promercalium omnium in nundinis, quod id nomen accepit, quia ab emtore de singulis solidis dimidiam siliquam, venditorque tantumdem fisco inferre tenebatur. Instituerunt illud Theodosius et Valentinianus AA. quorum ea de re constitutionem debemus Cuiacio *Lib. XVI. Obseruat. cap. 23* Cassiodor. *Lib. IV. Variar. epist 19.* SILIQVATICI *praestationem rebus omnibus nundinandis prouida definiuit antiquitas.* Add. Guid. Pancirol. *Lib. III. Variar. lect. cap. 31.* HEIN.

SILVA *caedua* est, quae in hoc habetur, vt caedatur, vel quae succisa rursus ex stirpibus aut radicibus enascatur. *l. 30. l. 77. D. de verbor. signific. l. 10. D. de vsufruct.* SILVA *glandifera,* et *vulgaris compascua,* apud Hyginum *Lib. I. de limitib.* SILVA pascua est, quae pastui pecudum destinata est. *l. 30. in fin. D. de verb. signif.* SILVA publica. *l. 7. D. de adquir. rer. domin.* SILVA palaris, in *l. 9. §. vlt. D. de vsufruct.* ex qua pali et pedamenta ad vineas sumuntur. SILVAM serere: *l. 17. §. 1. D. de seruitutib.*

SIM.

SIMILIS. SIMILI actione: *l. 19. D. de*

de except rei iudicat. SIMILI modo, pro ſimiliter. *l. 6. §. 3. et §. 11. D. quae in fraud. credit.* In SIMILI ſpecie: *l. 39. D. de legat. III.*

SIMILITER agi. *l. 61. D. de furtis.*

SIMILITVDO ſupplicii: *l. vlt. C. de accuſation.*

SIMPLA. Obſeruandum eſt, iuriſconſultos dicere SIMPLAM et *duplam* in genere feminino, *l. 5. D. de iure fiſci*, ſed *triplum* et *quadruplum* dumtaxat neutro genere. Stipulatio SIMPLAE, in *l. 11. in fin. l. 27. D. de euiction.* vide infra SIMPLVM.

SIMPLARIVS. SIMPLARIAE venditiones, in *l. 48. in fin. D. de aedilit. edict.* ex quibus ſimpli actio ob euictionem competit. Sunt, qui SIMPLARIAS venditiones adpellari exiſtiment, eſculentorum et poculentorum, ex Fulgentio *de priſco ſermone p. 806. edit. Dionyſ. Gothofredi.* vbi tradit: *ſimplones dici conuiuas, et* SIMPLATOREM *amicum ſponſi, qui cum eo per conuiuia ambulet;* ſed haec interpretatio non placet, quamuis relata dicatur a viro alioqui doctiſſimo Iac. Raeuardo in *l. 145. D. de regul. iur.* Duker. *de Latin. iuriſc. p. 438.* vide infra in SIMPLVM.

SIMPLEX actio, quae in ſimplum datur. *l. 3. C. vi bonor. rapt.* SIMPLEX conuentio: *l. 6. C. de iure dotium.* donatio, pro mera, in *l. 20. §. 3. D. famil. erciſc.* SIMPLICES fugitiui, qui nondum pro liberis ſe geſſerunt. *l. 2. D. de fugitiuis.* SIMPLICIA interdicta ſunt, in quibus alter reus alter actor eſt. *l. 2. D. de interdict. §. 7. Inſtit. eod. tit.* Qualia ſunt interdicta exhibitoria, reſtitutoria, et omnis prohibitoria, de arboribus caedendis, et de itinere actuque priuato, *l. 2. C. de interdict.* SIMPLEX iuſſio, quae fit ſine cauſſae cognitione. *l. vlt. §. vlt. D. quod metus cauſſa.* SIMPLEX mors ea dicitur a Iuſtino *Lib. XLIV. cap. 4.* et a Quinctiliano *declam. VI.* corporis proiecti, quae alibi ſua mors et naturalis dicitur. SIMPLEX petitor. *l. 63. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* SIMPLEX poſtulatio: *l. 1. C. de lite conteſt.* SIMPLEX ſubſtitutio, quae in vnum dumtaxat caſum concipitur. *l. 1. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit.* SIMPLEX venditio: *l. 10. §. vlt. D. de iure dot.* quae non fit dotis cauſſa.
¶. 2. SIMPLEX, pro ſtupidus. [Homo SIMPLEX immo magis ſtultus. *l. vlt. princ. C. arbitr. tutel.*] SIMPLICIORES homines; *l. 14. §. 5. D. de religioſ.*

SIMPLICITAS, *l. 2. C. de iur et fact. ignor* quae malitiae opponitur, *l. 1. princ. D. de dolo mal.* SIMPLICITAS militaris, *l. 3. C. de teſtam. milit.* SIMPLICITAS militis: *l. 1. princ. D. eod. tit.* SIMPLICITATIS ratio: *l. vlt. C. ad SC. Turpill.* Ob SIMPLICITATEM remotus: *l. 3. §. vlt. D. de ſuſpect. tutor.* SIMPLICITATE vana deceptus. *l. 3. D. de SC. Macedoniano.*
¶. 2. [SIMPLICITATE gaudens: *l. 25. §. 1. D. de probation.*] SIMPLICITATE *gaudentes* an ſint monachi, quod putarunt Cuiac. *Obſ. XXI, 26.* et Merill. *Obſ. VIII, 20.* diſquiſiuimus ſupra *Lib. IV. in* DESIDIA. Eadem phraſi vſus eſt Seruius Scholiaſtes *in Praefat. ad Virgil. Bucolica*: *Perſonae hic ruſticae ſunt*, SIMPLICITATE GAVDENTES, *a quibus nihil altum debet requiri.* Ita Seruius. *Agite igitur*, et ex his aliquos monachos educite, vrbane ait V. A. Cornel. van Bynkershoek *Obſeru. VIII, 25.* HEIN.

SIMPLICITER, pro generaliter, et vt Graeci dicunt ἁπλῶς. *l. 66. §. 2. D. de legat. II. l. 3. §. 4. ad SC. Trebell. l. 9. §. vlt. D. de adminiſtrat. et peric. tut. l. 29. princ. D de liber. et poſtum. l. 71. D. de legat. I. l. 6. §. 3. D. ſi quis omiſſ. cauſſa teſt.* Item SIMPLICITER, id eſt, abſolute. *l. 11. §. 6. D. de minorib.* SIMPLICITER deſiſtere, id eſt, ſine abolitione, *l. 16. C. ad leg. Iul. de adulter.* SIMPLICITER dare ſeruum, id eſt, inaeſtimatum. *l. 12. §. 1. D. de iur. dot.* SIMPLICITER, id eſt, ſine epitheto. *l. 18. §. vlt. D. de aedilit. edict.* SIMPLICITER, id eſt, absque conditione. *l. 40. D. de reb. credit. l. 1. §. 3. D. de verbor. oblig.* SIMPLICITER, pro poena non adiecta. *l. 27. §. vlt. D. de recept. arbitr.* SIMPLICITER et SIMPLICIVS, id eſt, non deſignata parte fundi, quae ſeruiat, in *l. 26. D. de ſeruit. praed. ruſt. l. 9. D. de ſeruitut.* SIMPLICITER, id eſt, partibus nondum conſtitutis: *l. 38. §. vlt. D. de aedilit. edicto.* SIMPLICITER relegari, id eſt, ſine loci aut inſulae adſignatione, *l. 31. D. de interdict.* SIMPLICITER quoque pro pure accipitur. *l. 1. §. 3. D. de verbor. obligat.* SIMPLICITER concepta ſtipulatio, id eſt, imperſonaliter. *l. 18. D. de ſtipulat. ſeruor.* SIMPLICITER acceptus fideiuſſor, id eſt, nulla addita ſtipulatione vel cautione. *l. 51. §. 3. D. de fideiuſſorib. l. vlt. C. de fideiuſſor. tutor.* SIMPLICITER denuociaſſe et ad iudicem, opponuntur, *l. 17. D. ad leg. Iul. de adulter.* SIMPLICITER conuenire, id eſt, in rem et non adiecta perſona paciſci, *l. 12. §. 7. D. qui potior. in pignor.* SIMPLICITER donare, id eſt, ſine conditione. *l. 9. § 1. D. de SC. Macedoniano.* SIMPLICITER legare viam, id eſt, citra demonſtrationem loci. *l. 26. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* et SIMPLICITER legata domus, id eſt, indefinite. *l. 71. D. de legat. I.* SIMPLICITER interuenire, id eſt, non ſatisdato. *l. 5. §. 3. D. iudicatum ſolui.* SIMPLICITER, id eſt, imperſonaliter. *l. 18. §. 1. et ſequ. D. de ſtipulat. ſeruor.* Sic SIMPLICITER ſtipulari ſeruus dicitur, id eſt, non expreſſa perſona. *ibid.* Non SIMPLICITER, ſed cauſſa cognita. *l. 6. §. 3. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſtam.* Si quis SIMPLICITER a principe impetrauerit, vt in loco publico aedificet, id eſt, non adiecto eo, vt ſine incommodo alterius. *l 2. §. 16. D. ne quid in loc. publ.* SIMPLICITER ait praetor, id eſt, indiſtincte et generaliter. *l. 1. §. 3. D. de aleator.* SIMPLICITER edixit, id eſt, ſine adiectione temporis. *l. 15. § vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.* SIMPLICITER lex prohibuit, id eſt, citra diſtinctionem: *l. 14. §. 1. D. qui et a quib.* SIMPLICIVS procedere, id eſt, magis et facilius. *l. 20. D. de hered. vel action vendit.* [Quam varie autem SIMPLICITER in iure ſumatur, explicat Cuiacius *ad l. 6. C. ad SC. Trebellian.* et plenius ad *Lib. III. Digeſtor. Iuliani. l. 3. §. 4. D. de ne-*

de negot. gestis.] ¶. 2. [SIMPLICITER in negotiis versatus, id est, supine et stolide. *l. 6. §. 4. D. de negot. gestis.*] ¶. 3. SIMPLICITER, id est, sincere et bona fide, sine consilio fraudis. *l. 5. §. 4. D. de auctoritate tutor. l. 3. §. 1. D. de testib. l. 1. C. de aedilit. edicto.*

SIMPLVM iurisconsulti rem, siue litem solam, siue litis aestimationem, siue quanti ea res est, qua de re agitur, vocant, ac proinde a poena separatur. *l. 34. §. vlt. D. de obligat. et action.* poenam interdum vocant, quae non mera est, sed SIMPLO accedit rei coercendi gratia, et cuius condemnatio mixta est cum rei aestimatione. In lege Aquillia actio poenalis dicitur, quae SIMPLO accedit. *l. 34. D. ad leg. Aquill.* ¶. 2. SIMPLA promitti dicebatur, quum ob euictionem simplum rei pretium promittebatur. *l. 5. §. vlt. l. 56. l. 60. D. de euiction. l. 17. D. de instit. action.* Varro *Lib. II. de re rustic. cap. 10. Cauere debet de euictione simplici, quanti ea res sit.* Inde in *l. 36. D. de donat. inter vir. et uxor. l. 11. in fin. l. 27. D. de euiction.* ea cautio stipulatio SIMPLAE vocatur. Actio autem de euictione interdum simpli, interdum dupli erat. Simpli erat, quum dictum non erat, quantum ob eam rem praestare emtorem oporteret, vel quum ea, quae emto fundo accesserant, euincebantur. *l. 16. l. 60. D. de euiction.* [Strauch. *dissert. aedilit. priore Cap. VI. §. 7.*]

☞ ¶. 3. [SIMPLORVM (vel vt in Florentino legitur SINPLORVM. HEIN.) captiones et compendiosa aenigmata, quae multas per se et per suum vitium antinomias induxerunt. *Const. de concept. Digest. §. 13.* vbi SIMPLORVM voce eadem significantur, quae mox ibidem SIGLA Imperator, Gellius *Lib. XVII. cap. 9. litteras singularias sine coagmentis syllabarum vocat.*]

SIMVL facere testamenta plura, et *separatim* opponuntur. *l. 19. D. de testam. milit.* SIMVL spondere et separatim. *l. 3. D. de duob. reis.* SIMVL ad accusationem venire. *l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* SIMVL adire hereditatem; *l. 19. §. vlt. D. de inniusto, rupt. irrit.* SIMVL agere: *l. 18. D. de except.* SIMVL deferre: *l. 15. D. ad leg. Iul. de adulter.* SIMVL obire: *l. 34. D. ad SC. Trebell.* SIMVL perire: *l. 42. D. de vulg. et pupill. substit. l. 17. l. 18. D. de reb. dub. l. 17. §. 7. D. ad SC. Trebell. l. 9. §. 2. D. de reb. dubiis.* A duobus SIMVL emta: *l. 31. D. pro socio.* ¶. 2. SIMVL, pro simul atque. *l. 8. D. vt legator. seu fideicommiss. l. 18. §. vlt. D. de adquir. possess. l. 35. §. 8. D. ex quib. causs. maior. l. 1. D. de regul. iur.*

SIMVLARE se patremfamilias. *l. 6. D. quod cum eo, qui in alien. potest.* et alias. SIMVLARE se creditorem: *l. 43. D. de furt.*

SIMVLATE agi. *l. 20. C. de donat. int. vir. et uxor.* SIMVLATE concipi. *rubr. C. plus valere quod agitur, quam quod simulate concipitur.*

SIMVLATVS. SIMVLATA actio. *l. 2. C. plus valere, quod agit,* SIMVLATA

gesta: *l. 17. C. ad SC. Velleian.* SIMVLATO iussu: *l. 1. D. de concuss.* SIMVLATAE nuptiae: *l. 30. D. de ritu nuptiar.* SIMVLATA philosophia. *l. 1. §. 1. D. de iustit. et iure.* SIMVLATA venditio: *l. 12. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.*

SIN.

SINCERITAS mentis. *l. 3. C. qui testam. facere.* SINCERITAS tua, ad Comitem rerum priuatarum. *l. 26. C. de appellation.*

SINCERITER comparare. *l. 10. C. de distract. pignorum. l. 5. §. 1. D. quod vi aut clam.*

SINCERVS, A, VM. SINCERA fide. *l. 2. C. si propter public.*

[SINE iudice accepta pecunia: *l. 58. D. de condict. indebiti.* SINE iudice exigere. *l. 32. princ. §. 1. et §. 6. D. ratam rem haberi.* SINE iudice diuidere: *l. 36. in fin. D. famil. erciscund.*] SINE iudice restituatur tutela. *l. 1. §. vlt. D. de vsur.* SINE iudice soluere. *l. 8. §. 1. l. 13. §. 1. D. rat. rem haberi.*

SINERE frui fundo: *l. 2. D. de ann. legat.* SINERE vti frui: *l. 30. §. 1. D de leg. III.* ¶. 2. SINENDI *modo relicta legata dicebantur*, quae ita dabantur: HERES ILLVM REM ILLAM SIBI HABERE SINITO PERMITTITO. *§. 2. Inst. de legat. l. 1. C. commun. de legat.* Caius *Lib. II. Inst. tit. 5.* Paull *Lib. III. tit. 6. §. 25.* Vlpian. *tit. XXIV. Regul. §. 5.* Vet. Glossar. SINENDI MODO, προκαρτιον, ἤτοι ἐξαίρετος. ¶. 3. In lege locationis, qua scriptum erat: REDEMTOR SILVAM NE CAEDITO, NEVE QVEM CAEDERE SINITO, verbum sinendi hanc habere significationem Vlpianus scribit, vt non tantum redemtor, si quem casu caedentem viderit, prohibeat, sed vti curet et det operam, ne quis caedat. *l. 30. D. locati.*

SINGVLARIS, E, minus commune aut vulgare. SINGVLARIS casus: *l. 122. D. de verbor. signific.* SINGVLARE ius codicillorum: *l. 2. §. 1. D. de iure codicill.* Et SINGVLARE ius est, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate constituentium introductum est. *l. 16. D. de legib. l. 23. §. 1. l. 44. §. 1. D. de adquirend. possess. l. 2. §. 16. D. pro emtore.* Sic SINGVLARI iure receptum dicitur. *l. 44. §. 3. D. de vsucapion.* SINGVLARIA quaedam, id est, contra regulas iuris communis, in *l. 15. D. de rebus credit.*

¶. 2. SINGVLARE, pluribus opponitur, et singulum significat. Sic: SINGVLARIS liber, μονόβιβλος vertitur in Indice Pandect. Florent. Item SINGVLARIS personis opponitur populo, curiae, vel collegio. *l. 9. §. 1. D. quod metus caussa.* SINGVLARIS persona: *l. 56. D. de condit. et demonstrat.* SINGVLARES personae: *l. 195. D. de verbor. signif.* SINGVLARIA recepta: *l. 15. D. de reb. credit.* SINGVLARIS sermo: *l. 1. §. 1. D. de adsignand. libert.* SINGVLARES tunicae, pro singulis: *l. 38. D. de aur. et argent. legat.*

SIN. SIP. SIS. SIT.

SINGVLARITER scriptum edictum, quod vnitatis numero scriptum est. *l. 1. §. 4. D. quod falſ. tutore.*

SINGVLARII milites quidam olim adpellati, vt ex Cassiodoro *Lib. II. Variar.* et ex Notitia Imperii Occid. patet. [Adde Reinesium ☞ *Claſſ. I. Inſcript. 16. p. 41.*] ¶. 2. Alii sunt SINGVLARII vel SINGVLARES, quorum mentio fit in *l. 1. §. 8. C. de offic. praefect. praetor. Africae*, qui *ſiglis* alterius verba excipiebant. Vid. Scaliger. *ad Manil. Lib. IV. Aſtron. v. 197. p. 287.* et Graeu. *ad Cicer. pro Muren. cap. XI.* HEIN.

SINVS. In SINV meo habui, *l. 27. D. de probation.* significat in occulto. *l. 16. §. 3. D. qui et a quib. man.* Plane, inquit, ea, quae in fraudem fisci, in sinus eius collata sunt, reuocanda, id est, ea, quae in occulto habuit. Lampridius *in Commodo Cap. V. Praedam omnem in SINVM contulit.* et *Cap. XIII. Qui etiam condemnationes in SINVM vertiſſe dicuntur*, id est, in priuatas rationes. Tertullian. *de fuga in perſequutione. Cap. XII. Paciſcens cum delatore, vel milite, vel miniſtro (furunculo) aliquo praeſidis ſub tunica et SINV quod aiunt. Ex SINV ſuo calumniatores* ☞ *adponere*, dixit Cicero *Verrin. I. cap. 10.* Non omittenda elegantissima loquutio: is, qui furanti SINVM praebuit, perinde habetur, ac si manifesti furti condemnatus esset, et famosus efficitur. *l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. de peculatu.* SINVM praebuit, id est, receptum dedit et locum, vbi occultaret. Tacit. *Lib. II. Hiſtor. cap. 92. Abditis pecuniis per occultos et ambitioſos SINVS.* Add. viros doctos ad Prudent. *Hymn. de Natali Chriſti v. 28.* Guidum Pancirol. *Variar. Lect. II, 134.* nec non V. A. Io. van de Water *Obſeruat. I, 8. p. 47.* qui tamen pro SINVM *praebere* ingeniose quidem, at, vt videtur, sine necessitate, *ſignum praebere* legit. Basilica sane, vt ipse obseruat, habent κλωπὶν ὑποδεξάμενος, quod nihil ad signum, seu typarium. HEIN.

SIP.

SIPHONES, sunt fistulae, per quas aqua fluit, a sono, quem videntur exprimere, ita dicti. Iuuenal. *Sat. IV. v. 310.*

Effigiemque deae longis SIPHONIBVS *implent.*

SIS.

SISTERE eum in iudicio dicimus, quem exhibemus et repraesentamus. *l. 1. D. ſi quis in ius vocat. l. 3. D. eod. tit. l. 1. l. 4. D. de in ius vocand. l. 6. C. de ſeruitut.*

SIT.

SITIRE. SITIENTES agri: *l. 6. C. de ſeruitut.*

[ΣΙΤΩΝΑΙ, id est, frumentarii. *l. 18. §. 5. D. de muner. et honor.*] SITONES, in *l. vlt. §. 6. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit.* vid. Duker. *p. 406.*

SIT. SMA. SMV. SOB. SOC.

[SITONIAE munus. *l. 2. princ. D. de vacat. et excuſat. muner.*]

SITONICVM. Gregor. *Lib. X. epiſt. 39.*

SMA.

SMARAGDVS, gemma viridis coloris. *l. 21. D. de aur. argent. legat. l. vlt. §. 7. D. de publican. l. 1. C. nulli licere in fraenis. Lib. XI.* De ea post Plinium multis verbis agit Isidorus *Lib. XVI. Etymolog. cap. 7.*

SMV.

SMVRNA, in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* ea vocatur, quae vulgo myrrha dicitur.

SOB.

SOBOLES. Procreare SOBOLEM. *l. 1. D. ſoluto matrimon.*

[SOBRIETAS vitae clara. *l. 17. §. 4. D. de adoptionibus.*]

SOBRINVS, SOBRINA. *l. 1. §. 3. D. vnde cognati.* SOBRINI autem proprie adpellantur, qui ex fratribus patruelis aut coosobrinis aut amitinis vndique propagantur. *l. 3. D. de gradib. et adfinib.* SOBRINVM Aelius Gallus apud Festum *Lib. XVII.* definit, *patris mei conſobrini filium, et matris meae conſobrinae filium.* Cicero *Lib. I. Offic. cap. 17. Sequuntur fratrum coniunctiones poſt conſobrinorum* SOBRINORVM*que.* Vetus Glossar. SOBRINA *propior eſt amitae magnae materterae magnae filia.* et paullo post: SOBRINAE *ſunt, quae vel ex ſororibus, vel ex fratribus et patruelibus et conſobrinis vel amitis procreantur.* SOBRINVS *propior eſt patrui vel auunculi magni filius.* Donat. *in Terent.* Andriam *Act. IV. ſcen. 5. v. 6.* SOBRINI *ſunt conſobrinorum filii: nam ſic dixit Menander. Verum vt alii putant, de ſororibus nati, vt ſint* SOBRINI, *quaſi ſororini.*

SOC.

SOCER, mariti patrem significat, in *l. 15. §. vlt. et l. 16. D. ſoluto matrim.* alias vxoris patrem, in *l. 17. D. ſoluto matrim. l. 22. pr. l. 21. et l. D. de re iudic. l. penult. D. de iure dot.* ita vt SOCERI nomine et viri et vxoris pater demonstretur. Mater vero eorum SOCRVS adpellatur, quum apud Graecos proprie viri pater ἑκυρός, mater ἑκυρὰ vocitetur: vxoris autem pater πενθερός, mater πενθερά. *l. 4. §. 6. D. de grad. et adfin.* SOCERI autem et SOCRVS adpellatio etiam sponsalibus adquiritur. *l. 8. D. de gradib.* Sed et vxoris vel mariti auus, auia, proauus, proauia, et vlteriores SOCERI et SOCRVS adpellatione continentur. *l. 14. §. vlt. D. de ritu nuptiar. l. 146 D. de verbor. ſignif. l. 3. §. 1. D. de poſtul.* Quamquam vir vxoris suae auum *magnum* SOCERVM dicat, auiam *magnam* SOCRVM: proauum vero *maiorem* SOCERVM, proauiam *maiorem* SOCRVM, adpellet, vt Festus *Lib. XI.* et Modestinus *l. 4. §. 6. D. de gradib.* scribunt. Quos etiam *proſoceri*, *abſocerique* nomine demonstramus, vt in *l. 15. §. 1. D. rer. amotar.* Et apud

apud Iul. Capitolin. *in Gordian. Cap. II. originem maternam et ex Traiani Imperatoris genere habuit, auo, proauo Coss.* SOCERO, PROSOCERO, *et item alio* PROSOCERO *et duobus* ABSOCERIS *consulibus.* Sed et Iustinus *Lib. XVIII. cap. 4.* Pygmalionem Sichaei SOCERVM, cui nupserat soror Elissa, nescio qua nouitate, dixit; vt et Cornel. Nepos *in Pausania cap. I. generum*, pro *sororis marito* dixit.

SOCIA diuinae atque humanae rei, vocatur vxor. *l. 4. C. de crimin. expil. heredit.*

SOCIARE, iungere. SOCIARE coniugio: *l. 12. D. de ritu nuptiar.*

SOCIETAS coiri, contrahi, et inchoari dicitur. Hinc et conuentionalis SOCIETAS, vel certae vnius rei atque negotiationis est, vel omnium, totorum, seu vniuersorum bonorum. SOCIETATEM omnium bonorum suorum habens cum vxore: *l. 16. §. 5. D. de alim. vel cibar. legat.* Vet. Glossar. Graec. SOCIETAS *totorum bonorum, ἐπὶ πάσῃ περιουσίᾳ, ἣν καλοῦσι κοινοπραξίαν οἱ Ἕλληνες.* SOCIETATEM futuri emolumenti promittere. *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognition.* In coeunda SOEIETATE: *l. 57. C. de obligat. et action.* ¶. 2. SOCIETAS vitae inter virum et vxorem dicitur consortium eorum. *l. 52. D. de re iudicata. l. 1. D. de action. rer. amotar. l. 52. D. de iudiciis. l. 1. D. de rit. nuptiar.* pro communione victus, quae inter virum et vxorem est. ¶. 3. SOCIETATES vectigalium: *l. 59. l. 63. §. 8. D. pro socio.* Et SOCIETAS vectigalium caussa coita. *l. 65. §. 15. D. eod. tit.* et Tacit. *Lib. XIII. Annal. cap. 50.* vbi male Rhenanus emendauit *necessitates.* Coire enim solebant publicani in societatem conductionia vectigalium, permissumque his erat corpus habere, vt in *l. 1. D. quod cuiuscumque vniuers. nom.* Caius scribit. Inde SOCII vectigalium, in *l. 9. §. 4. D. de publican.* ¶. 4. SOCIETATES etiam collegia et corpora vocantur, in *l. 1. princ. D. quod cuiuscumqu. vniuers. nom. l. 31 D. de furt. l. 3. §. 4. D. de bonor. possess. l. 22. D. de fideiussor.* Quibus qui praeerant, *magistri* SOCIETATIVM vocabantur. *l. 14. D. de pact.* ¶. 5. SOCIETAS etiam eorum est, qui illicite coeunt. Sic SOCIETAS latronum: *l. 39. §. 4. D. ad leg. Iul. de adulter.* SOCII latronum: *l. 6. D. de custod. reor.* SOCIETAS scelerum. *l. 4. C. de quaestion.*

SOCIVS. Dicuntur autem SOCII, tam qui tractatu habito societatem coierunt, quam qui in communionem inciderunt, et generaliter qui aliquid communiter possident. SOCII, qui habent aedes communes: *l. 18. §. 5. D. de damno infect.* SOCIVS aedificii: *l. 4. C. de aedific. priuat.* SOCII omnium bonorum: *l. 1. D. qui testam. facere. l. 4. C. commun. vtriusque iudic.* Nam socii vel vniuersorum bonorum erant, vel vnius rei. *l. 63. D. pro socio.* Communium praediorum domini SOCII vocantur in *l. 19. l. 34. D. de seruit. praed. rustic. l. 17. §. 9. D. de iniur. l. 4. §. 4. l. 6. l. 8. l. 10. princ. l. 14. l. 29. in fin. l. 15. l. 20. l. 23. l. 28. l. 30. D. commun. diuid.* SOCII, qui communes seruos possident. Vlpian. *tit. I. Regul. §. 18.* SOCII vectigalium publicorum. *l. 1. D. quod cuiusc. vniuers. nom. l. 9. §. 4. D. de publican.* ¶. 2. SOCIVS caedis, pro complice. *l. 17. D. de quaestion.* SOCII latronum; *l. 6. D. de custod. reor.* ¶. 3. *Pro* SOCIO actio. Vetus Gloss. Graec. *ἐπὶ κοινῷ ἀγωγή.*

SOCORDIA. *l. 1. D. de feriis.*

SOCRVS. vid. supra in SOCER.

SOD.

SODALIS. Ita vocatur, qui eiusdem collegii est, quam Graeci *ἑταιρίαν* dicunt. *l. vlt. D. de collegiis et corpor.* Vnde

SODALITIA, in *l. 1. D. de colleg. et corpor.* de quibus legem quamdam Liciniam latam refert Cicero *pro Planco Cap. XV. XVI.* et tota oratione. Tertullian. *Lib. II. ad vxor cap. 6. Discumbit cum marito in* SODALITIIS, *saepe in popinis.* Adpellat et SODALITATES idem Cicero *in Caton. Cap. XIII. Brut. Cap. XLVI.*

SOL.

SOL. Dies SOLIS, in *l. 3. C. de feriis. l. 10. l. 13. C. Theod. de exactionib* is est, qui hodie a Christianis Dominicus vocatur. *l. 2. l. vlt. C. de feriis.* Ad quem pertinentem Leonia constitutionem Nicephorus *Lib. XV. Histor. ecclesiast. cap. 25.* memorat. Gregorius Turonens. *Lib. III. Histor. cap. 13. Ecce enim*, ait, *dies* SOLIS *adest. Sic enim barbaries dies Dominicum vocitare consueta est.* Quae verba Aimoinus monachus in eadem historia referenda transcripsit *Lib. II. de gestis Francor. cap. 11.* Diebus porro nomen a planetis antiquitas indidit. Auson. *in Eidyll.*

Nomina, quae septem vertentibus apta diebus,
Annus habet totidem, errantes fecere planetae.
Primum supremumque diem radiatus habet sol.
Proxima fraternae succedit luna coronae.

Hanc vero institutionem ab Aegyptiis ad reliquas gentes manasse Dio Cass. *Lib. XXXVII. p. 37.* scribit.

SOLARIVM, locum editum significat, in quo veteres apricari et solem captare solebant. *l. 17. D. de seruit. vrban. praedior.* [vbi Cuiacius notat, esse locum aedificatum ad solem hyeme excipiendum, solitum aedificari in summa parte aedium, in quibus homines apricari consueuerant. vid. supra *Lib. VIII.* HELIOCAMINVS.] Cicero *pro Quinctio Cap. XVIII. Vixit enim semper inculte atque horride, natura tristi ac recondita fuit, non ad* SOLARIVM, *non in campo versatus est.* vide P. Victorium *Lib. XXI. Variar. Lection. cap. 13.* Macrob. *Lib. II. Saturnal. cap. 4.* de Augusto: *quum de Tyriae purpurae, quam emi iusserat, obscuritate quereretur, dicente venditore; erige altius ac suspice, his vsus est salibus: quid ergo, vt me populus Romanus dicat bene cultum, in* SOLARIO *ambulaturus sum?* Veteres enim hiberno tempore valetudinis gratia in sole apricari, et vt Seneca ait, *in sole percoqui solebant*: habebantque in aedibus

ad

ad eum vſum loca adcommodata, quae, teſte Iſidoro *Lib. XV. cap. 3.* SOLARIORVM inde nomen acceperunt. Quod et Imperator Leo *conſtit. vlt.* his verbis tradit: *τὰ δὲ περὶ τῶν ὑπαίθρων, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι προσκηνίων θεατηρίων, ἃ καὶ πρὸς μόνην καὶ ὑπαιθρίον ἀπόλαυσιν ἐπινενόηται, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν ἐκ τοῦ ἡλίου εἴληφεν, ἡλιακὰ προσαγορευόμενα. verum quoniam de ſubdialibus deambulationibus, et quomodo aliquis fortaſſe vocet, proſceniis ſpectatoriis, quae ad apricandi vſum, et eum quidem ſolum excogitata ſunt, atque a ſole nomen acceperunt,* SOLARIA *enim adpellantur.* Zeno Imp. *in conſtit. περὶ καινοτομιῶν θεσπίζομεν, τὰ καλούμενα σολάρια μὴ ἐκ μόνων ξύλων τε καὶ σανίδων γίνεσθαι, ἀλλὰ τῷ τῶν λεγομένων Ῥωμανησίων οἰκοδομεῖσθαι σχήματι. Inſuper placet, vt quae* SOLARIA *adpellantur, non ex ſolis lignis et aſſeribus fiant, ſed Romanenſium ſpecie aedificentur.* Et mox: *ἐκ μηδ' ἑτέρου μέρους σολάρια ἤτοι ἐξώστας κατασκευάζειν· ex neutra parte* SOLARIA *ſiue maeniana facere.* Vetus Gloſſar. Graec. *ἐξώστης ὁ ἡλιακός.*

¶. 2. SOLARIVM etiam inſtrumentum id ſignificat, quo horae ſolis vmbra declarantur, vt in illis feſtiuis Plauti verſibus, quos Gellius *Lib. III. cap. 3.* citat. *Vt illum dii perdant, primus qui horas reperit, quique adeo primus ſtatuit hic* SOLARIVM *deſcriptum.* Et de clepſydris, hoc verbum vſurpatur, vbi ex aqua horae declarantur. Cicer. *de Nat. Deor. Lib. II. cap. 34.*

¶. 3. SOLARIVM etiam, non a ſole quidem, ſed a ſolo, dicitur vectigal, quod pro ſolo penditur. *l. 2. §. 17. D. ne quid in loco publ. l. 39. §. 5. D. de legat. I.* Atque ita etiam penſio, quae a ſuperficiario pro ſolo penditur, adpellatur in *l. 15. D. qui potior. in pign.* Mercedem ſoli vocat Marcianus, in *l. 17. D. de pignorat. action.* Vet. Gloſſar. *ἐξοχὴ τοῦ ἐξώστου.* [Add. Cuiac. *ad l. 2. D. de ſeruitut.*] Verum in *l. 13. §. 1. D. commun. praedior.* SOLARIVM accipitur pro pecunia, quae ſecundum conſuetudinem loci pendenda eſt domino, e cuius lapicidinis, quae in ipſius agro priuato ſunt, alius lapides vult caedere. Ita V. C. Duker. *de Latin. vet. iuriſc. p. 418.* HEIN.

SOLATIVM, pro ſolario, in *l. 13. in fin. D. commun. praedior.* (at ibi in quibuſdam libris SOLARIVM legitur. vide paullo ante in SOLARIVM. HEIN.) *l. 33. in fin. D. de adminiſtr. et peric. tutor. l. 22. §. 8. D. ſolut. matrim.* Atque adeo commoda et ſalaria munerum ac militiarum, SOLATIA Imperatores adpellant. *l. 15. C. de aduocat. diuerſor. iudicior. l. 3. l. 5. l. 6. C. de aduoc. diuerſ. iudicum. l. penult. C. de praed. decurion. Lib. X. l. 3. C. de agent. in reb. Lib. XII. l. vlt. C. de ſilentiar. Lib. XII.* Inde SOLATIA annonarum: *l. vn. C. de annon. et capit. l. 17. C. de erog. milit. ann. Lib. XII.* Eadem eſt in Nouellis Iuſtiniani vis verbi *ἀναψυχή.* Secundum haec in *l. 4. C. de nauicul. Lib. XI.* vbi vulgo SALARIIS pro mercedula praeſtitis, veteres ſcripti codices et impreſſos C. Theod. *in l. 32. eod. tit.* SOLATIIS ſcriptum habent. [Sic et ſtercus pro SOLATIO accipiendum eſt, in *l. 7. C. de curſu publ. Lib. XII. tit. 51.*] SOLATIVM pro ſalario etiam dixerunt Corippus *Lib. III. de laudib. Iuſtini.* Gregor. *Lib. VII. epiſt. 23.* [Caſſiodor. *Lib. V. Variar. epiſt. 9.* Spartian. *in Hadriano cap. IX.* SOLATIIS *reſouere aegros*, ait, pro miſſis muneribus et neceſſariis quibuſcumque eos iuuare et ſuſtentare. vid. Salmaſ. *in not.*]

SOLEMNIS vide SOLLEMNIS.

SOLERE. SOLET. *l. 15. D. de transaction. l. 8. D. qui ſatisdar. cogant.* SOLET et non SOLET. *l. 8. princ. et §. 1. D. de procurat.* Non SOLET, *l. 6. §. 3. D. de confeſſ. l. 11. §. 1. D. de his, qui not. infam. l. 6. D. de in lit. iurando.* SOLENT: *l. 1. D. de offic. praef. vrbi.* SOLET pecunia iure pignoris capi: *l. 15. §. 11. D. de re indic.* SOLET concedi: *l. vlt. D. de loco publ. fruend.* SOLET decerni: *l. 23. D. de vſur.* SOLEMVS dicere: *l. 7. §. 3. D. de iniur. l. 3. D. de bon. poſſeſſ. l. 2. §. vlt. D. de except. l. 61. D. de iudic. l. 7. §. 5. D. de pactis. l. 1. §. 24. D. depoſ. l. 1. D. de iniur. l. 9. D. de condit. et demonſtr. l. 5. D. de lib. legat. l. 5. D. de adquir. hered. l. 10. §. vlt. D. de pactis. l. 3. §. vlt. l. 10. §. D. de heredib. inſtit.* SOLET dici: *l. 17. §. 4. D. de aedilit. edict. l. 59. princ. D. de iur. dot. l. vlt. D. de iur. fiſc. l. 95. §. 10. D. de ſolution.* Quod dici SOLET: *l. 55. D. de condict. indebiti. l. 32. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* [RES, quae ibi eſſe SOLENT: *l. 67. D. de legat. I.* vbi legato ſaltu aeſtiuo et rebus, quae ibi eſſe SOLENT, illas tantum intelligi, quae perpetuo ibi ſunt, reſpondet Marcianus.] SOLEMVS facere: *l. 1. D. quod legator.* Fere SOLENT; *l. 7. §. 12. D. de pact.* SOLENT heredes: *l. 2. D. de edendo.* SOLET hodie: *l. 1. D. de curat. furioſ.* SOLET impetrari a principe: *l. 10. princ. D. de his, qui not. inf.* SOLET inſeri: *l. 7. §. 12. D. de pact.* SOLENT iudices; *l. 49. §. vlt. D. de iudic. l. 31. D. de iureiurand. l. 3. D. de alim. vel cibar. legat.* SOLEMVS loqui: *l. 41. D. de manum. teſtamento.* SOLENT praeſides: *l. 8. §. 9. D. de poen.* SOLENT hodie praeſides: *l. 1. princ. D. de curat. furioſ.* SOLET praetor; *l. 8. D. de transact.* SOLENT praetores: *l. 6. D. de poſtulando.* SOLET praetor adiri: *l. 1. D. vbi pupill. educ. l. 7. §. 8. D. de admin. et peric. tutor.* SOLET princeps; *l. 2. §. 10. D. ne quid in loc. publ.* SOLENT proconſules: *l. 6. princ. D. de offic. proconſ.* SOLET quaeri: *l. 3. §. 2. D. de collat. bonor.* quaeri SOLET: *l. 3. D. pro derelicto. l. 2. §. 7. D. de heredit. vel act. vendit.*

¶. 2. [SOLET verbo denotatur regula. Cuiac. in *l. 46. D. de regul. iur.* qui et plura hanc in rem exempla cumulat *Lib. VIII. Obſeru. cap. 39.*] Aliud exemplum Quinctiliani *declam. CCCLVIII. et CCCLXXII.* indicauit V. A. Cornel. van Bynkershoek *Lib. VIII. Obſeru. cap. 4.* HEIN.

¶. 3. [SOLENT pro poſſent. *§. 2. Inſt. de libertin.*]

¶. 4. [SOLERE et neceſſe habere diuerſa. *l. 1. C. quomod. et quand. iudic.* Sic et videtur accipi in *l. 4. C. de teſtam. tutel.*

¶. 5. SOLEO praeteritum etiam dedit *ſolui*, et ita Catonem et Ennium loquutum, pro quo vulgus dixerit *ſolitus ſum*, obſeruat Varro *de Lingua Latin. Lib. VIII. p. 123.* Ita et Salluſtius apud Priſcianum *Lib. X. neque ſubſidiis, vti ſoluerat*, pro *ſolitus erat.* Hinc ingenioſe V. A. Corn van Bynkershoek *Lib. VIII. Obſeru. cap. 2.* in verbis Vlpiani, *l. 44. D. mandati. Dolus eſt, ſi quis non exegerit, quod exigere ſoluere*, quae plane nihili ſunt,

pro

SOL.

pro *soluere* legit soluere, id est, *soliti sunt.* HEIN.

SOLIDARE. *l. 41. C. de transact.* [SOLIDAMVS constitutione; *l. 1. C. Theod. de expens. ludor. Lib. XV. tit. 9.*]

SOLIDITAS praedii: *l. 2. C. de commun. rer. alien.* SOLIDITATIS periculum; *l. 2. C. quo quisque ord.*

SOLIDVM, id est, totum, integrum. Sic SOLIDVM capere non posse dicuntur, qui totum, quod eis relinquitur, capere et sibi adquirere non possunt. *l. 6. D. de vulg. et pupill. substit. l. 72. D. de hered. instit. l. 6. §. 1. D. de condit. et demonstrat. l. 7. D. de condition. instit. l. 67. D. ad leg. Falcid. l. 16. §. 15. D. ad SC. Trebell. l. 67. D. eod. tit. l. 13. §. vlt. D. de iur. fisc.* SOLIDI capiendi ius. Vlpian. *tit. XVI. regul. §. 1.* Tertullian. *ad vxor. Lib. I. cap. I. Tu modo vt SOLIDVM capere possis admonitionis nostrae fideicommissum.* Idem *de monogamia Cap. XVI. Ex testamenta Dei SOLIDVM non posse capere.* SOLIDI capacitas: *rubr. tit. XVI. Regul.* Vlpiani. SOLIDVM consequi: *l. 14. §. 7. D. de furtis. l. 18. D. de reb. auctor. iudic. possidend.* SOLIDI obligatio: *l. 1. §. 20. D. de exercitor. action.* SOLIDVM petere, id est, integrum. *l. 16. §. vlt. D. de aliment. vel cibar. legat.* SOLIDI possessio: *l. 5. D. de vi et vi armat. l. 19. D. vti possidet.* SOLIDVM recipere: *l. 1. C. qui bon. non ceff.* SOLIDVM soluere: *l. 3. D. ad leg. Falcid. l. 114. D. de verb. signific.* SOLIDVM solui: *l. 85. D. de solution. l. 1. §. 12. D. ad leg. Falcid.* et contra SOLIDVM non soluitur, non minus quantitate quam die: *l. 85. D. de solution.* Si SOLIDVM solutum fuerit creditoribus meis: *l. 5. D. qui et a quib. manumiss.* De SOLIDO soluendo; *l. 4. §. 8. D de fideicommiss. libert.* id est, de forte et de vsuris debitis. Sic et SOLIDVM pro parte virili. *l. 5. D. de fideiussor.* ¶ 2. In SOLIDVM et in partem opponuntur: *l. 40. §. 2. D. de damno infect. l. 11. §. 21. D. de legat. III. l. 1. §. 21. si quid in fraud. patron. l. 8. §. 1. D. de liberal. caussa. l. 8. D. de duob. reis.* In SOLIDVM adquirere: *l. 1. §. 7. D. de adquir. possess.* In SOLIDVM adquiritur seruitus: *l. 17. D. de stipul. seruor.* In SOLIDVM agere: *l. 24. D. de fideiussor.* In SOLIDVM agere et in partem experiri, *l. 40. §. 2. D. de damn. infecto. l. 11. §. 21. D. de legat. III.* In SOLIDVM agi: *l. 1. D. de seruit. praed. vrban. l. 15. §. 2. D. quod vi aut clam.* In SOLIDVM et in partem competere actiones. *l. 1. §. 21. D. si quid in fraud patron.* In SOLIDVM transire actiones: *l. 4. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* In SOLIDVM cauere: *l. vlt. D. quand. ex fruct.* In SOLIDVM conuenire: *l. vlt. D. de seruit. legat. l. 1. C. ex delict. l. 8. D. soluta matrim.* In SOLIDVM damnandos; *l. 2. §. vlt. D. de stipulat. seruor.* In SOLIDVM defensa res: *l. 17. D. iudicat. solui.* In SOLIDVM distrahere: *l. 56. D. ad SC. Trebell.* In SOLIDVM dotata: *l. 1. §. 8. D. de dotis collat.* In SOLIDVM edere operas: *l. 49. D. de oper. libertor.* In SOLIDVM alicuius esse serui: *l. 68. §. 2. D. de legat. III.* In SOLIDVM et in partem suam esse. *l. 8. §. 1. D. de liberal. causs.* In SOLIDVM exsoluere: *l. 2. C. de duob. reis.* In SOLIDVM fieri condemnatio: *l. 11. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* In SOLIDVM habere: *l. 19. D. de precario.* In SOLIDVM habere interdictum: *l. 1. §. 41. D. de vi et vi armat.* In SOLIDVM liberare: *l. 8. §. 1. D. de acceptil.* In SOLIDVM contingeri liberatio dicitur. *l. 13. §. vlt. D. eod. tit.* In SOLIDVM obligari: *l. 18. D. de oper. noui nunc. l. 27. D. de damno infect.* In SOLIDVM autem obligari, et in partem obstringi opponitur. *l. 8. D. de duob. reis.* In SOLIDVM possidere: *l. 3. D. vti possidet.* In SOLIDVM praestanda fideicommissa: *l. 87. §. vlt. D. de legat. II.* In SOLIDVM restitui: *l. 7. D. ad leg. Falcid.* In SOLIDVM satisfieri: *l. 1. C. de magistr. conuen.* In SOLIDVM sequi fidem: *l. 9. D. de duob. reis.* In SOLIDVM habere stipulationem: *l. 2. D. de verb. oblig.* In SOLIDVM committi stipulatom; *l. 2. §. vlt. D. eod. tit.* In SOLIDVM tenere; *l. 56. §. 1. D. de verb. oblig.* In SOLIDVM teneri: *l. 22. D. rat. rem hab. l. 10. §. 3. D. de adpellat. l. 7. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin. l. 9. D. de pollicitat.* In SOLIDVM teneri actionem: *l. 1. C. de condict. furtiu.* et in SOLIDVM teneri pignus: *l. 1. C. si vnus ex plurib.* In SOLIDVM vendere: *l. vlt. D. pro emtor.* In SOLIDVM duobus rem vendere: *l. 21. D. ad leg. Cornel. de fals.* In SOLIDVM venire bona: *l. 79. D. ad SC. Trebellian.* In SOLIDVM vindicare hereditatem: *l. 4. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.* ¶. 3. Pro SOLIDO. *l. 3. D. famil. ercisc. l. 12. D. de auct. et consens. tut.* Pro SOLIDO quaesita actio: *l. 9. C. si cert. petat.* Pro SOLIDO esse dominum; *l. 19. §. penult. D. de castrens. pecul.* Et pro SOLIDO dominium: *l. 15. C. famil. ercisc.* Pro SOLIDO durare obligatio dicitur, in *l. 46. D. de solution.* Pro SOLIDO res facta accipiendis. *ibid.* pro SOLIDO pertinere ad aliquem. *l. 21. D. de option. legat.* Pro SOLIDO possidere: *l. 3. C. in quib. causs. cessant.* Pro SOLIDO vindicare res. *l. 4. C. de aedific. priuat.*

SOLIDVS, A, VM. integrum, totum, indiuisum, [siue re, siue intellectu. *l. 5. §. vlt. D. commodati.*] Sic SOLIDI actio: *l 77. §. 6. D. de legat. II.* [SOLIDVM diem, Horat. *Lib. I. Carm. od. 1. v. 20.* dixit.] SOLIDVM fideicommissum: *l. 78. D. de legat. II. l. 16. §. 15. D. ad SC. Trebell.* SOLIDVS fundus: *l. 3. D. de seruit. legat. l. 23. D. ad leg. Falcid.* SOLIDVS grex, id est, totus, integer. *l. 5. D. de rei vindic. l. 2. D. eod. tit.* SOLIDA hereditas: *l. 8. C. de fideicomm. libert.* SOLIDVM ius: *l. 22. D. de adsignand. libert.* SOLIDA legata, id est, integra. *l. 23. D de dolo.* integra, *l. 14. §. 1. D. ad leg. Falcid.* non deminota, *l. 20. §. 2. D. de bonor. possess. contr. tabul.* Sic SOLIDVM legatum praestare, id est, plenom, non deducto vsufructu. *l. 14. D. de vsu et vsufruct. leg. l. 2. C. de vsur. et fruct. legat. l. 73. l. 74. l. 75. l. 86. l. 87. D. ad leg. Falcid. l. 3. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* SOLIDA legata accipere et legari. *l. 27. §. 16. D. eod. tit.* SOLIDA mensa argento coopertae opponitur, *l. 41. §. vlt. D. de contrab. emtione.* SOLIDA pars, et pars, quae deducto vsufructu est, opponuntur. *l. 34. D. de bonis libertor.* SOLIDA praestatio: *l. 2. §. 11. D. de administr. rer. ad ciuit. pert.* SOLIDVM pretium, *l. 31. §. vlt. D. de reb. cred.* id est, totum. *l. 26. §. 6. D. de condict. indebit.* SO-

LIDA proprietas, id eſt, plena. *l. 10. D. de vſu et vſufruct. legat.* et non deducto vſufructu: *l. 26. princ. D. eod. tit. l. 35. D. de bon. libert.* SOLIDA res integram ſignificat. Sic SOLIDAM rem praeſtare; *l. 53. §. 1. D. de legat. I.* In SOLIDIS rebus habere voluntatem aeris alieni deducendi, id eſt, in vniuerſis. *l. 6. §. 1. D. de pecul. legat.* SOLIDA res ineſſe conuentioni: *l. 15. §. vlt. D. de pignor.* SOLIDA tempora: *l. vlt. C. de tempor. in integr. reſtit.* SOLIDAM viam petere, id eſt, totam. *l. 14. l. 17. D. de ſeruitut.*

SOLIDVS, I. Hunc et aureum idem valere *Lib. I.* docuimus. Et ita in *l. 1. § 2. D. de fugitiu. l 38. §. 6. D. de legat. III. l. 34. D. de iure fiſci. l. 25. C. de epiſcop. et cleric.* accipiendum eſt SOLIDORVM nomen. SOLIDVS autem auri XX. libris aeris aeſtimatur, in *l. vn. C. de collat. aer. Lib. X.* In *Nouella Maioriani de curialibus* SOLIDI Gallici fit mentio, cuius aurum minore aeſtimatione taxatur. In legibus autem Langobardorum SOLIDVS XL. denariis aeſtimatur. *Lex Langobard. II, 22. 3.* Et ita in Lege Salica SOLIDVS accipiendus eſt, vt ex eo patet, quod ſexcenti denarii in iis legibus XV. SOLIDOS facere dicuntur, et centum et viginti denarii tres SOLIDOS. Sed in ea lege compluribus in locis in notis numerorum mendum eſt, quod emendatu facile erit, ſi ad eam quantitatem denariorum, quam dixi, SOLIDORVM ratio aeſtimatioque redigatur Caſſiodor. *Lib. I. Variar. epiſt. 10. Sex enim millia denariorum* SOLIDVM *eſſe voluerunt.*

SOLITVDO. In SOLITVDINE relati equi: *l. 1. §. 1. D. de abigeis.* [SOLITVDINIS moeror, id eſt, caelibatus. *l. 2. extr. C. Theod. de repud. Lib. III. tit. 16.*]

SOLITVS, conſuetus. SOLITVM auxilium: *l. 1. C. qui et aduerſ. quem.* SOLITA cautio: *l. 5. D. de heredit. petit.* More SOLITO proſequi; *l. 14. C. ad leg. Iul. de adulter.* SOLITAE regiones: *l. 1. §. vlt. D. de offic. praefect. vrbi.* SOLITA ſatisdatio: *l. 40. §. 2. D. de procurat.* SOLITVM eſt ſeruari: *l. 18. D. de ſtatu homin.*

SOLLEMNE, (vel quod frequentius, SOLLEMNIA,) ſignificat anniuerſarium, legitimum, ordinarium. Sic SOLLEMNIA accuſationis: *l. 18. D. de accuſat.* SOLLEMNIA accuſationum: *l. 7. C. de accuſat.* SOLLEMNIBVS interpoſitis: *l. 18. C. de euiction. l. 5. C. de ordine cognit.* SOLLEMNIA iudiciorum: *l. 7. D. de in integr. reſtitut.* SOLLEMNIA mortis peragere, quae alias iuſta dicuntur. *l. 44. D. de manumiſſ. teſtam.* SOLLEMNIA occulta; *l. 2. D. de veteran.* Ordinatis SOLLEMNIBVS: *l. 11. l. 15. l. 31. C. de liberal. cauſſ.* SOLLEMNIA prouocationis: *l. 11. §. 5. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 7. C. de calumniat. l. 3. l. 6. C. ad exhib.* quae perſtringitur in *l. 1. C. ad SC. Turpill. l. 3. D. de accuſation. l. 11. C. de adminiſtr. tut.* SOLLEMNIA teſtamenti; *l. 2. §. penult. et vlt. D. qui teſtam. facere. l. 2. C. de teſtam. l. 21. §. 1. l. 21. §. 1. D. qui teſtam. facer.* quae et SOLLEMNIA iuris vocantur *l. 3. C. de teſtament.* et SOLLEMNIA iuris in teſtamento: *l. 1. D. de iniuſto, rupt. irrit.*

SOLLEMNIS, E. legitimum, ſtatum, ordinarium. SOLLEMNES accuſationes: *l. 6. C. ad exhibend.* SOLLEMNES actiones, quae certis formulis concluſae. *l. 2. §. 6. D. de orig. iur.* SOLLEMNIS actus: *l. 3. C. de emancip.* SOLLEMNIS adoptio: *l. 14. C. de probation. l. 8. C. de adoption.* SOLLEMNES adpellationes: *l. 20. §. vlt. D. de adpellation.* SOLLEMNIS aetas, pro legitima: *l. vlt. C. de reuocand. donat.* SOLLEMNIS conteſtatio: *l. 5. C. ſi cert. petat.* SOLLEMNIS depoſitio: *l. 9. D. de pignorat. action.* diuiſio: *l. 13. §. 1. D. de hered. inſtit.* SOLLEMNIS quoque emancipatio, in *l. 9. C. de adoption. l. 3. C. de emancip. liber.* SOLLEMNES feriae, id eſt, ſtatae et certae et quotannis recurrentes. *l. 26. §. 7. D. ex quib. cauſſ. maior.* SOLLEMNES indictiones: *l. 1. C. de infamibus.* inſcriptiones: *l. 10. C. de his, qui accuſare non poſſ.* Sic et SOLLEMNE ius, pro ciuili et legitimo. *l. 27. D. de regul. iur.* Paull. *Lib. II. Sentent. tit. 21.* SOLLEMNIS iuris ordo: *l. 4. C. de adoption.* SOLLEMNI iuri conuenire. *l. 12. C. de pignorib.* SOLLEMNE *iusiurandum in principio anni.* Tacit. *Lib. XVI. Annal. cap. 22.* SOLLEMNIS mos: *l. 7. C. de ſeruit. l. 3. C. ad leg. Iul. de vi publ.* SOLLEMNIA munera: *l. 12. §. penult. D. de adminiſtrat. et peric. tutor.* SOLLEMNIS ordo: *l. 14. C. de pactis.* SOLLEMNIA patrimoniorum onera: *l. 2. D. de veteran.* et aliis compluribus locis, quos *Lib. IV. Antiquit. cap. 3.* retulimus, quibus nunc adiungo *l. 4. C. quor. adpellat. non recip. l. 27. C. de iur. dotium. l. 2. C. pro ſeruo. l. 13. C. de compenſation. l. 25. C. de rei vindic.* in quibus SOLLEMNIVM penſitationum et functionum fit mentio. SOLLEMNE ſacrificium: Vlpian. *tit. IX. Regul. §. 1.* SOLLEMNE ſpatium, in *l. 1. D. pro dote*, quod lege XII. tabularum ad vſucapionem praeſtitum eſt. SOLLEMNE ſpectaculum certaminis. *l. 1. C. de expenſ. ludor.* SOLLEMNIA ſtipendia: *l. 7. C. de fid. inſtrum.* SOLLEMNIA tempora: in *l. vlt. C. de excuſat. veter.* quinquaginta dies ſunt, D. Marci conſtitutione ad allegandas excuſationes praefiniti. *l. 6. l. 18. C. de excuſat. tutor.* SOLLEMNIS numerus teſtium, pro ſeptem teſtium numero, qui teſtamentis faciendis adhiberi debet. *l. 2. D. l. 20. §. D. qui teſtam. facer.* SOLLEMNIA verba, *l. 23. D. de manumiſſ. vindict.* quae in manumiſſione facienda pronunciari ſolebant, quae vel a domino ipſo manumittente, vt Feſtus Pompei. iudicat, vel a lictore virgam capiti ſerui imponente, vt Boeth. *in Topic., Cicer.* teſtatur, proferri conſueuerant. *l. 23. D. de manumiſſ. vindict.* De SOLLEMNIBVS quoque verbis, in *l. 1. C. de acceptilat.*

SOLLEMNITAS acceptilationibus et verborum obligationibus tribuitur. *l. vlt. C. de bon. auctor. iudic. poſſid. l. 7. C. commun. vtriusqu. iudic. l. 12. l. 14. C. ſi cert. petat. l. 1. C. de acceptil. l. 10. C. de contrah. ſtipul. l. 1. C. de vſur. l. 5. in fin. C. de dolo.* ita ſollemniter deliberationem praeſtare accipe, *l. 17. C. de fideic.* SOLLEMNITAS actus: *l. 3. C. de emancip. l. 13. C. de probation.* Eſt et adoptionis SOLLEMNITAS. *l. 25. in fin. D. de adoption. l. 13. l. 14. C. de probation. l. 5. C. de ſuis et legit.* Vnde adoptio SOLLEMNI iuris ordine explicari ſolere dicitur, in *l. 4. C. de adoption.* SOLLEMNITAS haſtarum: *l. vlt. C. ſi aduerſ. fiſc.*

SOL.

fisc. SOLLEMNITAS iuris: *l. 19. D. de auctor. et conf. tut. l. 4. C. de iur. deliberand. l. 7. C. de testament. l. 23. C. de fideicomm.* SOLLEMNITAS iurium: *l. vlt. C. de in litem iur.* SOLLEMNITAS iurisiurandi: *l. 21. C. de rei vindicat.* SOLLEMNITAS stipulationis: *l. 7. D. de rer. permut.* SOLLEMNITAS verborum: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 7.* ¶. 2. [SOLLEMNITAS pro consuetudine, seu eo, quod solitum et permissum est fieri. *l. 2. C. de mancip. et colon. patrim. Lib. XI. tit. 62.*]

SOLLEMNITER, legitime, rite, ordine. SOLLEMNITER accusare: *l. 15. l. 18. C. ad leg. Iul. de adulter.* SOLLEMNITER actum: *l. 30. D. de verbor. obligat.* SOLLEMNITER adire hereditatem: *l. 12. C. de testam. manumiss.* SOLLEMNITER admissa bonorum possessio: *l. 2. C. commun. de successiom.* SOLLEMNITER in adoptionem dari: *l. 2. C. de fuis et legit.* SOLLEMNITER cauere est satisdatione ordinaria et vsitata cauere. *l. 28. D. de administr. et peric. tutor. l. 46. D. de procurator.* quamquam hoc Tribonianum iurisconsultis adscripsisse, facile crediderim ex §. 3. *Instit. de satisdation.* SOLLEMNITER citari: *l. 1. C. si minor. ab hered.* SOLLEMNITER competere voluntatem: *l. vlt. D. de his, quae in testam. delent.* SOLLEMNITER constare: *l. 3. C. de ingen. manum.* denunciare: Paull *Lib. II. Sentent. tit. 13.* SOLLEMNITER se excusare: *l. 19. C. de administr. tutor.* SOLLEMNITER conuocati decuriones: *l. 2. C. de decurion.* SOLLEMNITER excussi: *l. 2. C. quo quisqu. ordin.* SOLLEMNITER facta obligatio: *l. 9. C. de solution.* liberatio: *l. 5. C. de dolo malo.* SOLLEMNITER fieri resolutio dicitur in *l. 5. C. in quib. causs. pign.* SOLLEMNITER iurare: *l. 33. D. de iureiur.* ordinare. *l. 4. C. qui testam. fac.* persequi pignus: *l. 15. C. de euiction.* postulari. *l. vlt. C. si aduers. fisc.* reposcere: *l. 7. C. de vsufruct.* tueri: *l. 2. C. ne fisc.* petere tutores: *l. 10. C. qui pet. tutor.* vendere: *l. 9. C. de distract. pignor.*

[SOLLERTIA in sequiorem partem accipitur, in *l. 24. D. de iudic.* SOLLERTIA fallax et arguta: *l. 6. C. Theod. de sepulcr. viol. Lib. IX. tit. 17.* SOLLERTIA negotiandi: *l. 2. C. Theod. de lustral. collat. Lib. XIII. tit. 1.* SOLLERTIAM mercandi exercere. *l. 5. C. Th. eod. tit.* Feminae, quas morum honestas, mentisque SOLLERTIA commendat, *l. 2. §. 1. C. de his, qui ven. aetat.*]

SOLLICITARE exercitum: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 29.* et milites: *l. 7. D. ad leg. Iul. maiestat.* SOLLICITARE ad nuptias: *l. 5. C. de donat. ante nuptias.* vide SOLLICITATOR. SOLLICITARE seruum: *l. 4. C. de fugitiu.* vel seruos alienos: *l. 6. D. ad leg. Fab.* SOLLICITATVS seruus: *l. 3. C. de noxal action.*

SOLLICITATOR, qui seruum ad delinquendum impellit. *l. 11. §. 2. l. 14. §. 9. D. de seru. corrupt. l. 36. §. 2. D. de furt.* et apud Senecam *Lib. II. controu. vlt.* Sed et SOLLICITATORES alienarum nuptiarum dicuntur, *l. 1. D. de extraord. crim.* et Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4. §. 5.* quos

SOL.

SOLLICITATORES *alieni adfectus* Cassiodorus *Lib. V. Variar.* et *alienorum matrimoniorum subsessores*, Valer. Max. *Lib. II. cap. 1.* vocat. Ouid. *Lib. III. ex Ponto eleg. 3.*

Non me legitimos SOLLICITARE *toros.*

Arnobius *Lib. II. aduers. gent. p. 25.* simpliciter SOLLICITARE in ea significatione dixit. *Domos vt effringerent, noctibus sollicitarent, abigerent, praeuaricarentur.* [Qua tamen loco plagiarios, qui seruos alienos adlectant, intelligere videtur Arnobius. Desider. Herald. *Animaduers. p. 72.*]

SOLLICITE agere non debes: *l. 4. C. de fals. causs. adiect.* id est, non est, quod sollicitus sis. SOLLICITE curare: *l. 3. §. 1. D. de administrat. et peric. tutor.*

SOLLICITVDO, pro quouis munere et functione. Sic SOLLICITVDO pro munere publica tributa et functiones inferendi. *l. 6. C. de aduoc. diuers. iudic.* Ad SOLLICITVDINEM reuocare: *l. 13. D. de ann. legat. l. 3. C. de delator.* SOLLICITVDO tutelae: *l. 3. C. de excusation. l. 2. C. de legit. tutor.*

SOLLICITVS pro cognato, parente, adfine. *l. 3. §. 11. D. de homin. liber. exhibendo.*

SOLON et Draco citantur in *l. 23. princ. D. ad leg. Iul. de adulter.* et SOLONIS lex, in *l. vlt. D. de colleg. et corporib.* et *l. vlt. D. finium regund.*

SOLVERE in communi loquendi vsu quid sit, vide *l. 4. §. 7. D. de re iudicat.* SOLVERE pro refundere, reddere, restituere. *l. 26. §. 4. D. de pact. dotal.* SOLVERE aes alienum: *l. 8. §. 10. D. de reb. eor. qui sub tutel.* SOLVERE fideicommissum: *l. 50 §. vlt. l. 52. §. 1. D. de iudic. l. 17. §. 3. D. de vsur. l. 15. D. de probation.* SOLVERE in frumento potius, quam in pecunia: *l. 19. §. 3. D. locati.* SOLVERE fundum: *l. 7. §. 1. D. pro emtore.* SOLVERE impensam: *l. 45. D. de action. emti.* SOLVERE legatum: *l. 13. D. rem rat. haberi.* legata: *l. 36. §. 2. D. de testam. milit.* libertatem: *l. 24. D. de excusat.* SOLVERE operas: *l. 39 §. 3. D. de statulib. l. 26. §. 12. D. de condict. indebiti.* ¶. 2. Hinc loquutio: SOLVENDO esse. Sic: SOLVENDO esse bona. *l. 3. D. de bonor. possess. l. 1. §. 1. D. de iur. fisc.* SOLVENDO videtur is, qui defenditur. *l. 95. D. de regul. iur.* SOLVENDO esse: *l. 17. §. vlt. D. de castrens. pecul.* SOLVENDO autem non esse videtur, nisi qui solidum potest soluere. *l. 114. D. de verbor. signif.* Quae interpretatio facienda est, quotiescumque legimus, quod quis SOLVENDO non sit, alium teneri. *l. 1. §. 13. D. de magistrat. conuen. l. 5. §. vlt. D. de solution.* et aliis infinitis locis. SOLVENDO facti. *l. 8. C. soluto matrim.* SOLVENDO esse hereditas dicitur, in *l. 4. et l. 9 D. ad SC. Trebellian.* scilicet ea, quae inuenit heredem. *l. 36. D. de bonis libert.* quandoquidem aditione heres creditoribus etiam vltra vires hereditatis obligatur. *l. 33. D. soluto matrim.* SOLVENDO esse vel non esse hereditas dicitur, in *l. 3. l. 13. D. ad leg. Falcidiam.*

diam. l. 5. l. 18. D. qui et a quib. Minus SOLVENDO hereditas. *l. 9. D. de dolo mal.* SOLVENDO etiam esse peculium dicitur in *l. 52. §. 9. D. de furtis.* et contra, non esse. *l. 17. §. vlt. D. de castrensi pecul.* ¶. 3. SOLVERE saepius est dissoluere, liberare, finire, exstinguere, vt et SOLVI pro liberari dicitur. Sic SOLVTVS actione dicitur, qui ea liberatus est. *l. 21. D. ex quib. causs. maior.* SOLVTA actio, id est, finita. *l. 21. D. de acceptilat.* SOLVI morte accusatio dicitur, id est, exstingui. *l. 15. §. 3. D. ad SC. Turpillian.* SOLVI adoptio: *l. 9. D. de adoption.* SOLVI cognitio: *l. 11. D. de suspect. tutor.* SOLVI contractus, id est, dissolui, *l. 97. D. de solution.* SOLVTO contractu: *l. 95. §. vlt. D. eod. tit.* SOLVI compromissum: *l. 30. D. de recept. arbitr.* SOLVI debitor dicitur, id est, liberari. *l. 91. D. de solution.* SOLVI peremtorium edictum morte rei. *l. 59. §. vlt. D. de re iudic.* SOLVI emtio: *l. 4. D. de peric. et commod. rei vend.* SOLVTVS non erit, id est, liberatus. *l. 116. D. de verb. oblig.* SOLVERE inuolucrum: *l. 21. §. 8. D. de furt.* SOLVI iudicium: *l. 10. l. 11. D. de iudiciis. l. vlt. D. de act. rer. amot.* scilicet vetante eo, qui iudicare iussit. *l. 58. D. de iudic.* De eadem re legendus Rsdulph. Forner. *Rerum quotidianar. I, 12.* HEIN. SOLVITVR omne ius testamenti. *l. 181. D. de regul. iur.* SOLVI mandatum. *l. 6. D. de iurisdict. l. 58. D. mandat:* tam morte mandatoris, quam eius cui mandatum est. *l. 26. l. 27. §. 3. D. eod. tit.* SOLVI quoque matrimonium dicitur, pro dissolui. *l. 7. D. de diuort.* vide SOLVTVS. SOLVI necessitate legis: *l. 45. §. 5. D. de ritu nuptiar.* SOLVI nuptiae, id est, dissolui. *l. 53. D. de donat.* SOLVI obligatio: *l. 80. D. de solution. l. 1. D. de duob. reis. l. 28. §. 6. l. vlt. §. 4. D. de liberat. legat.* SOLVI tota obligatio: *l. 2. D. de duob. reis.* SOLVI quoque pignus recte dicitur, id est, liberari. *tit. D. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. 13. D. eod. tit.* SOLVI pignora: *l. 25. §. 14. D. famil. ercisc.* SOLVERE se potestate, id est, liberare. *l. 4. §. vlt. de lege commissor.* SOLVERE precarium: *l. 1. D. de precario.* SOLVI precariom: *l. 11. D. eod. tit.* id est, reuocari, vt et SOLVTA iam caussa precarii: *l. 5. D. de precario.* SOLVERE se sacramento quis dicitur. *l. 2. §. 3. D. de his, qui not. infam. l. 1. C. de excus. veteran. l. 13. §. 3. et l. vlt. D. de re milit. l. 1. C. qui militare. l. 2 C. de his, qui implet. stipend. sacramento soluti sunt. l. 7. C. de fide instrum. l. 11. D. ad leg. Iul. de adulter.* SOLVI compeditum seruum: *l. 7. §. 7. D. de dolo malo.* SOLVI societss quoque dicitur, quae dissoluitur, et exstinguitur. *l. 65. §. vlt. D. pro socio.* Lex imperii SOLVERE sollemnibus iuris Imperatorem dicitur, *l. 3. C. de testam.* SOLVI stipulatio: *l. 52. D. de donat. inter vir. et vxor.* SOLVI testamentum, id est, rumpi. *l. 1. C. de postum. hered. l. 24. §. vlt. D. de testam. milit. l. 181. D. de regul. iur.* SOLVERE tignum, id est, dissoluere: *l. 6. D. ad exhibend. l. 1. D. de tign. iunct.* SOLVERE vinctum: *l. 15. D. de offic. praesid. l. 7. C. depositi.* SOLVERE vinctos: *l. 10. D. de custod. reor. l. 10. D. ad leg. Aquill.* Sed SOLVTVM Caius non intelligi eum scribit, qui licet vinculis leuatus sit, manibus tamen tenetur, aut qui in publico sine vinculis seruetur. *l. 48. D. de verbor. signific.* Vide etiam infra in SOLVTVS. ¶. 3. SOLVI legibus quid sit? Zonaras *in Augusto Tom. II. Annal. p. 163.* explicat his verbis: προσέτι καὶ λελύσθαι τῶν νόμων ἐδώθη αὐτοῖς, τοῦτ' ἔστιν ἐλευθέρους ἀπὸ πάσης τῶν νόμων ἀνάγκης εἶναι καὶ μηδενὶ τούτων ἐνέχεσθαι. *Atque illud etiam iis datum est, vt legibus soluerentur, hoc est, ab omni legum necessitate liberi essent, nec vllo praescripto tenerentur.* Sic SOLVTVS legibus, qui his non adstringitur. *l. 31. D. de legib. l. 23. D. de legat. III. l. 3. C. de testam.* SOLVERE se necessitate legis: *l. 45. §. 5. D. de ritu nuptiar.* Sic lex Imperii SOLVERE sollemnibus iuris Imperatorem dicitur. *l. 3. C. de testament. Lex Imperii* in ista *l. 3. C. de test. lex Regia* intelligitur, qua populus in Imperatorem omne suum imperium potestatemque contulisse ratumque iussisse, quod constitueret, dicitur a Pomponio, in *l. 2. §. 11. D. de orig. iur.* Sed de hac lege Regiâ, quod varia in iure nostro nomina fert, plura diximus in *Syntagm. Antiquit. I, 2. §. 65.* et *in Histor. iur. I, 4. §. 168. sequ.* HEIN.

SOLVM, adpellant iurisconsulti aream, cui aedificium soperponitur. *l. 21. D. de pignor. act. l. 2. C. de rei vindic.* quod et ideo partem esse aediom dicunt. *l. 49. D. de rei vindic.* SOLVM vet. Gloss. Graecum: τὸ ἔδαφος. SOLVM porro Seruius *in Virgil. Lib. V. Aeneid. v. 199.* esse scribit, *quod vnicuique rei subiacet. Vnde est* SOLVM *nauis, mare; et aer, auium; et stellarum, caelum. Vnde Ouidius: Astra tenent caeleste solum.* Sic SOLVM et superficies opponuntur, *l. 3. D. de seruitut.* Sic separatim SOLVM aedium vendere, *l. vlt. D. quae in fraud. credit.* SOLVM publicum: *l. 1. D. de seruit. vrban. praed.* et in SOLO facere opus. *ibid.* et in SOLO fieri opera: *l. 1. §. 4. D. quod vi aut clam.* et SOLO coniuncta opera, *l. 1. §. 12. D. de oper. nou. nunciat.* In SOLO autem opera fieri dicuntur, qoae *solo* coniuncta sunt; veluti si quis aedificium ponat in solo: quod si quis messem faciat, vineas putet, arbores succidat, opus tameo in *solo* facere non censetur. Et hoc ita in noui operis nunciatione obtinet. *l. 1. §. 12. D. de op. non nunciat.* Ceterum in interdicto, qood vi aot clam, quod ad ea solum opera, qoae *in solo* fiunt, pertinet, etiam in SOLO fieri videtur, quod circa arbores fit, non etiam quod circa fructum arburum. Itaque si vineas qois, vel arundinem, vel salictum succiderit, hoc interdicto tenebitur. *l. 1. §. 4. l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam.* ¶. 2. Res SOLI dicuntur aedes, agri, fundi, et ceterae res immobiles SOLO coniunctae. *l. 1. D. de rei vindicat. l. 1. D. de condict. tritic. l. 7. D. de vsufruct. l. 1. §. 32. l. 3. §. 15. D. de vi et vi armat. l. 7. §. 4. D. de pecul. l. 1. D. de aedil. edict. l. 55. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 1. D. vtrubi. l. 30. §. 1. D. de vsucap. l. 1. D. vsufruct. quemadm. cau. l. 12. §. 12. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 24. D. quae in fraud. creditor.* SOLI res: *l. 15. D. qui satisd. cogant. l. 1. D. de auctor. tutor. l. 13. C. de seruit.* Quae et SOLO cohaerere et solo contineri dicuntur. *l. 20. D. quod vi aut clam. l. 1. §. 4. D. de vi et vi armat.* Quod verbum, vt iurisconsultis proprium Seneca *Lib. II. Natur. quaest. 1.* notat. *Tertia pars, inquit, de agris, terris, satis, arbustis, quaeris, et,*

vt,

SOL.

vt iureconsultorum verbo vtar, de omnibus, quae SOLO *continentur.* Plinius *Lib. VI. epist. 19. Eidem patrimonii tertiam partem conferre iussit in ea, quae* SOLO *continerentur.* Sueton. *in Tiber. Cap. XLVIII. Quum per senatusconsultum sanxisset, vt foeneratores duas partes patrimonii in* SOLO *collocarent.* Liu. *Lib. XXVI. Et omnia, quae* SOLO *non continerentur, restituenda censuerunt dominis.* Sie SOLO contineri: *l. 12. §. 12. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 1. D. de rei vindic.* Pro SOLO contineri etiam *terra contineri* est in *l. 17. §. 1. D. de act. emti.* SOLO cohaeret. *l. 1. §. 4. D. de vi et vi armat.* SOLO cohaerent res. *l. 1. §. 1. D. eod. tit.* SOLO cohaerent aedificia, aceruus autem SOLO non cohaeret, in *l. 10. D. quod vi aut clam.* Sic et pignora SOLI, in *l. 15. §. 2. D. de re iudic. eod. tit.* SOLI possessio: *l. 15. C. de rei vindicat. l. 20. D. de vi et vi arm.* SOLVM etiam vertere dicitur, in *l. 4. C. de mancip. et colon patrim. Lib. XI. tit. 62.* quod sedem locumque mutare significat, interprete Tullio *pro Caecin. cap. XXXIV.* Iouenal. *Sat. XI. v. 49.*

Qui vertere SOLVM *Baias, et ad Ostia currunt.*

¶. 3. In SOLO consistere seruitutes dicuntur. *l. 8. D. de seruit.* quae solo imponuntur, et solo debentur, quales sunt iter, actus, via. *l. 3. D. eod. tit.* In SOLO quaesita seruitus, vel SOLI seruitus. vide Harmenopul. *Lib. II. tit. 4.* Caue tamen existimes, solas rusticorum praediorum seruitutes in SOLO; omnes vrbanorum praediorum in superficie consistere. Aedificia enim fundis, fundi aedificiis seruire possunt. *l. 12. D. commun. praed.* Atqui quum fundus seruit aedificio, seruitus consistet in SOLO, et tamen erit vrbana. Quod exemplo aquaeductus illustrat Em. Merillius *Lib. I. Obseru. cap. 32.* Notanda haec contra interpretationem Ger. Noodtii *Comm. ad tit. D. de seruit.* HEIN.

[SOLVM, particula saepe non praedicati, sed subiecti determinatio est. vid. *l. 28. C. de liberal. causs. nec materni aui dignitas ad libertatis probationem* SOLA *sufficit.* Sic *l. 18. C. eod. tit. l. 4. C. de rescind. vendit. l. 4. C. de probat. l. 30. C. de liberal. causs. l. 8. l. 11. in fin. C. de rescind. vend.*] ¶. 2. [Eadem particula non semper taxatiua est, et exclusiua, sed gradum eminentiae aliquando notat, vt quum Wesenbec. cum iurisconsultis nostris *tit. de adquir hered. n. 4. hereditatem* SOLO *animo*, et Imp. in §. *vlt. Inst. de hered. qual. et differ. nuda voluntate adquiri* aiunt, non excluduntur verba aut factum, sed id, quod praecipuum est, innuitur.] ¶. 3. SOLVMMODO, dixit Vlpianus *l. 1. §. 5. D. de heredib. instit.* pro tantummodo. Quod satis Latine ab eo dici V. A. Corn. van Bynkersh. notat. *Lib. V. Obseru. cap. 1.* HEIN.

[SOLVS et vnus differunt. vid. infra in VNVS.] ¶. 2. [SOLVS non excludit similia. *l. 4. §. 31. D. de doli mali except.*]

SOLVTE. SOLVTIVS aequitatem sequi. *l. 14. §. 13. D. de relig. et sumtib. funer.*

SOLVTIO. Eius adpellatione omnia liberatio quoquo modo facta, et satisfactio, qua creditor contentus fuerit, continetur. *l. 47. l. 176. D. de verbor. signific. l. 52. l. 54. D. de solution.* Quod quemadmodum se habeat *Lib. I. de solutionibus* abunde exposuimus. Vet. Glossar. SOLVTIO, καταβολὴ ἢ λύσις, δι᾽ ἧς πᾶσα ἡ ἐνοχὴ διαλύεται καὶ ἡ τῆς βέρβις, καὶ τῆς ρε˜ καὶ τῆς *litteris*, καὶ τῆς *consensu.* Et alibi: ἡ λύσις καὶ ἡ καταβολὴ, ἣν καὶ ἀποχὴν φασὶν, ὅταν πραγματικῶς καταβληθῇ τινι τὸ χρεωστούμενον. SOLVTIONEM facere: *l. 4. C. de non numer. pecun.* In procuratorum facta SOLVTIO: *l. 12. §. 2. D. rat. rem haber.* SOLVTIO obligationis, id est, dissolutio: *l. 54. §. vlt. D. de verb. obligat.*

SOLVTVM. In SOLVTVM accipere. *l. 15. D. quib. ex causs. in poss. eat.* In SOLVTVM pecuniam accipere. *l. 18. §. vlt. D. de iur. fisc. l. 19. §. 1. D. de reb. credit.* In SOLVTVM cedere: *l. 16. D. de solution.* Io SOLVTVM et pro SOLVTO dari dicitur, quod vt in liberationem debiti cedat, in creditorem transfertur. *l. 46. §. vlt. l. 48. D. de solution. l. 19. §. vlt. D. de reb. credit. l. 24. D. de pignor. action.* et alias saepe. In SOLVTVM dare: *l. 40. §. vlt. D. de minor. l. 1. C. si antiquior. l. 10. C. de satisdat. l. 5. D. ad SC. Velleian. l. 6. C. de oblig. et action.* et apud Caesarem *Lib. III. de bello ciuil.* In SOLVTVM dato nomine: *l. vlt. C. quando fisc.* In SOLVTVM data pecora: *l. 9. C. de rescind. vendit.* praedia: *l. 45. D. de solution. l. 4. C. de reb. alien.* In SOLVTVM res dare: *l. 4. C. qui bon. cedere. l. vlt. C. de luition. pignor.* In SOLVTVM tradita: *l. 8. C. de sentent. et interloquut.* In SOLVTVM traditi equi: *l. 14. C. mandat. vel contra.* ¶. 2. Sic et pro SOLVTO datum praedium: *l. 4. C. de euict.* Pro SOLVTO habendum: *l. 48. D. de solution.* Pro SOLVTO vsucapere: *l. 46. D. de vsucapionib.*

SOLVTVS, A, VM, pro redditum, restitutum, refusum. Sic: SOLVTVM debitum: *l. 1. D. de solution.* SOLVTVM legatum: *l. 5. §. 1. D. de censib.* Bona fide SOLVTVM esse liberalitati: *l. 9. D. de pollicitation.* id est, sufficere. Minus SOLVTVM: *l. 80. D. de verb. signific.* SOLVTAE summae, per numerationem, vel nouationem. *l. 21. §. 3. D. de annuis legat.*

¶. 2. SOLVTVS, pro finitus, exstinctus, dissolutus, liberatus. SOLVTVS acceptilatione; *l. 16. D. de acceptil.* SOLVTVS actione: *l. 21. D. ex quib. causs. maiores.* SOLVTA actio, id est, finita. *l. 21. D. de acceptilat.* SOLVTA adoptio: *l. 9. D. de adoption.* SOLVTI agri. vide SOLVTA *praedia.* SOLVTA animalia et adligata opponuntur. *l. 41. D. de aedilit. edict.* SOLVTVS canis: *l. 2. D. si quadrup. paup.* SOLVTO contractu: *l. 95. §. vlt. D. de solut.* SOLVTVS furtis: *l. 30. D de euict.* SOLVTVS furtis noxisque: *l. 3. l. 11. D. eod. tit. l. 40. D. de aedil. edict.* hoc est, furti et noxali iudicio non subiectus. *l. 17. §. 17. D. eod. tit. l. 174. D. de verbor. signific.* et nemini illis de caussis obligatus. SOLVTVS legibus. vid. SOLVERE. SOLVTA margarita, in *l. 25. in fin. D. de aur. argent. legat.* vid. SOLVTOS *vniones.* SOLVTVM matrimonium; Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 33.* His verbis: SOLVTO matrimonio dotem reddi, id actum videtur, vt nullo

nullo casu dos apud maritum remaneat, siue diuortio, siue morte matrimonium soluatur. *l. 240. D. de verb. signific.* SOLVTI a muneribus; *l. 20. §. 6. D. famil. ercisc.* SOLVTVS nexu potestatis: *l. 3. C. de castrens. pecul.* SOLVTAE nuptiae diuortio: *l. 12. C. de donat. ante nupt.* SOLVTVS ab obligatione: *l. 123. D. de verbor. obligat.* SOLVTVS obligatione, id est, liberatus. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 33.* SOLVTVS poena: Gell. *Lib. V. cap. 14.* SOLVTVS poenis, id est, dissolutus, ablatus. *l. 2. §. 3. D. si quis cautiori.* SOLVTA praedia: Cicero *Agrar. III, 2.* nulli obligata vocat. His enim obligata opponit his verbis: SOLVTA *meliore in caussa sunt, quam obligata.* Sicul. Flacc. *de condit. agror. p. 3. Occupatorii agri a quibusdam* SOLVTI *adpellantur:* SOLVTI *autem non sunt, quorum fines demonstrari* (al. deprehendi) *possint et finiri.* SOLVTA iam caussa precarii, id est, rupto precario, *l. 5. D. de precar. l. 13. D. de adquir. rer. domin.* SOLVTA res et libera. *l. 3. §. 1. D. de recept. arbitr.* SOLVTI rei, id est, liberati e vinculis vel custodia. *l. 10. D. de custod. reor. l. 48. D. de verb. significat.* SOLVTI sacramento milites: *l. 2. D. de veteran. l. 14. D. de his, quae vt indign.* et apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXVIII. et XXX.* et absolute SOLVTI milites, videlicet sacramento *l. 8. C. de quaestion.* SOLVTAE stipulationes, id est, sublatae. *l. 6. D. de acceptilat.* SOLVTVM tempus vinculorum: *l. 32. D. de poen.* SOLVTVM testamentum, pro reuocato et rescisso accipitur. *l. 35. D. de testament. milit.* SOLVTVM vinculum: *l. 39. §. 5. D. de admin. et peric. tutor. l. 11. §. 12 D. ad leg. Iul. de adulter.* SOLVTI vniones, in *l. 6. D. de aur. argent. leget.* et SOLVTA margarita, in *l. 25. in fin. D. eod. tit.* vt accipi oporteat, vide quae *Lib. II. Antiquit. cap. 10.* dixi.

SON.

SONTES, nocentes dicuntur. *l. vlt. §. 1. D. de aedil. edicto.*

SONTICVS morbus, dicitur, qui cuicumque rei gerendae obest. *l. 2. §. 3. D. si quis caution. l. 60. D. de re iudic. l. 46. D. de iudic.* Quod verbum est ex XII tabulis, cuius vis exponitur fusius in *l. 60. D. de re iudic.* et a Festo *Lib. XVII.* et a Gellio *Lib. XX. Noct. Attic. cap. 1.*

SONVS nominis. Ouid. *Heroid. Epist. XIII. v. 54.*

Nomina sunt ipso paene timenda SONO.

Qui versus ex eorum numero est, quos iteratos apud eum inuenimus.

SOP.

SOPHISMA, quid sit, explicat Seneca *epist. LV. et CX.* SOPHISMA antiqui codices, quemadmodum Alciatus notat, habent in *l. 65. D. de regul. iur.* Florentiae tamen legitur σωρίτην. vid. Duker. *de Latin. iurisc. p. 264.* HEIN.

[**SOPHISTAE**, in *l. 6. princ. et §. 2. D. de excusat.* inter professores numerantur, in *l. vn. C. de professor. qui in vrbe Constant. Lib. XII. tit. 15. qui facundia Graecitatis*, (ita enim legendum est cum Cod. Theod. non *grauitatis*, vt Iustin.

Cod. habet.) *pollere noscuntur, quinque numero sint* SOPHISTAE. *l. vn. C. de stud. liber. vrb. Rom. Lib. XI. tit. 18.* quae est *l. vlt. C. Th. eod. tit. Lib. XIV. tit. 9.* vnde constat, Sophistas eosdem esse, quos Latini oratores vocant, seu Graecos rhetores.]

SOR.

SORDES, pro pecuniaria corruptione. *l. 3. §. 1. l. 9. §. 3. D. de recept. arbitr. l. 3. C. arbitr. tutel. l. 15. D. de iudic. l. 26. §. 4. D. ex quib. caus. maior. l. 7. §. 2. D. de administr. tutor. l. 51. D. de euict.* Nam quod in illis locis per SORDES dicitur, hoc pecunia accepta dicitur, in *l. 1. §. 1. D. de magistr. conuen. et l. 8. §. vlt. D. mandati.* Sic SORDES iudicis: *l. 51. D. de euiction.* SORDES tutoris: *l. 7. §. 8. l. 47. D. de minor.* Sic; per SORDES et sordide pro eodem. *l. 7. §. 2. D. de admin. et peric. tut. l. 3. §. 5. D. de suspect. tutor.* Item SORDIBVS moueri. Aggen. Vrbic. *de limitib. agror. p. 64. In iudicendo autem mensor bonus vir et iustus agere debet, nulla ambitione aut* SORDIBVS *moueri.* Hinc Aedilis *sordidus*, apud Sueton. *in Domitian. Cap. VIII.* pro auaro et corruptioni obnoxio. Ab omni SORDE se abstineat. *l. 6. §. vlt. D. ad leg. Iul. repetund. Damnatus* SORDIVM *non debet de aliis iudicare.* Plin. *Lib. II. epist. 12.*

¶. 2. SORDES reorum alio sensu dicuntur, et SORDIDA vestis, in *l. 39. D. de iniur.* sordium plena, qualis olim erat reorum habitus, qui inde *sordidati* dicebantur, vt ex veterum auctorum libris notum est.

SORDIDE, per sordes. *l. 7. §. 2. D. de admin. et peric. tut. l. 3. §. 5. D. de suspect. tut.* SORDIDE concionari, apud Ciceron. *ad Attic. Lib. XV. epist. 2.* qui pecuniis se corrumpi patitur. SORDIDE facere. Sueton. *in Domitian. Cap. IX.* SORDIDE proconsulatum gerere. Plin. *Lib. III. epist. 9.*

SORDIDVS, auarus. Aedilis SORDIDVS. Sueton. *in Domit. Cap. VIII.* ¶. 2. SORDIDA munera, in *l. 17. §. 7. D. ad municipal. l. 1. C. de suar. Lib. XI. l. 8 §. 4. D. de vacat. et excusat.* SORDIDA autem munera, quae habeantur in constitutionibus Imperatorum, supra exposui. Lib. XI. *in munus.* Vet. Glossar. Graecum: ῥυπαραὶ λειτουργίαι, αἱ μολύνουσαι τὸ ἱμάτιον, ἤτοι τὸ μεταθεῖναι λίθους, καὶ πηλοφορεῖν. [Dicuntur etiam humilia officia, *l. penult. C. de susceptor.* Quo sensu etiam SORDIDIORES, pro tenuioris fortunae hominibus dicuntur, in *l. 4. §. 1. D. de incend. ruin. naufrag.*]

SORITES. vid. **SOPHISMA.**

SOROR. Ita Antistius Labeo dictam putabat, *quod quasi scorsim nasceretur, separareturque ab ea domo, in qua esset*, quemadmodum Gellius *Lib. XII. cap. 10.* et Non. Marcellus tradunt. Mulier enim suae familiae caput et finis est, vt in *l. 195. in fin. D. de verbor. signif.* traditur SORORVM autem aliae *consanguineae* sunt, aliae *vterinae. l. penult et l. vlt. C. de legit. hered.* quae verba suis locis a nobis exponuntur. *Vterina* SOROR dicitur, quae alio patre nata est. *l. 13. § penult. D. de administr. et peric. tut.* vel vt alibi, quae diuerso patre

patre nata est. *l. vlt. D. vnde cognati.* SOROR quoque per adoptionem fit. §. 2. *Inst. de nupt.* Est et SOROR *patruelis. l. 8. C. quorum legator.* id est, patrui filia. Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 11.*

[SORORIVS. Eum, qui probabilem saeculo disciplinam agit, decolorari consortio SORORIAE adpellationis non decet. *l. 19. C. de episc. et cleric.* quae verba ita explicat Nicol. Henelius *Otio Vratislau. cap. XXXIII.* non oportere domi slere mulierem extraneam, quam, vt inhonestam cum ea consuetudinem velet, sororem appellet. Cuiac. *Lib. II. Obseru. cap. 23.* Add. supra *Lib. V. in extraneus*]

SORS, pro condicione. Eiosdem SORTIS: *l. 1. §. 1. D. de suis et legitim.* [Ita quoque SORTE naturali, hoc est, morte absumi. *l. 18. C. de episcop. et cler.* ¶. 2. SORS, pro sortitione. in *l. 14. D. de iudic. l. 24. §. 17. D. de fideicomm. libert.* vide SORTIRI. ¶. 3. SORS etiam adpellatur peconia ipsa principalis, cui vsurae accedunt. *l. 24. D. de vsufruct. legat. l. penult.* §. 1. *D. ad leg. Falcid. l. 58. §. 6. D. ad SC. Trebellian.* SORS, id est, caput, quod vsoris opponitur, quodque a Graecis κεφάλαιον et ἀρχαῖον dicitur. Donat. *in Terent. Adelph. Act. II. scen. 2.* SORS *est summa, cui extrinsecus adquiritur foenus.* Sic etiam SORTES dicuntur, multitudinis numero. *l. 95. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Computatio SORTIS et vsurarum: *l. 16. §. 6. D. de pignor.* SORS pretii: *l. 49. D. de action. emti.* ¶. 4. [SORTI, id est, poenae, subiicitur ex suo admisso: *l. 26. D. de poen.*]

SORTIRI, pro sorte dirimere, in *l. 5. D. famil. ercisc. l. 24. §. 17. D. de fideicomm. libert.* Sic etiam sorte dirimitur, in *l. 14. D. de iudic.* et apud Quinctil. *declam.* SORTITI creditores. *l. 10. §. 1. D. quae in fraud. credit.* Et hoc modo SORTIRI prouincia dicitur, quae sorte vel sortitione deferebatur. *l. 1. D. de offic. quaestor.* SORTE rem dirimebant Romani, quae exitum aliter habere non poterat. *l. 14. D. de iudic. l. 24. §. 17. D. de fideic. libert.* Non infrequens etiam illa inter milites, si quid diuidendum inter eos esset, quod commode diuidi non poterat. Vopisc. *in Probo Cap. VIII. Deinde in vrnam milites iussit nomen suum mittere, vt aliquis eum equum sorte ductus acciperet.* Vnde illustrari potest sortitio militum super tunica Christi inconsutili. *Ioann. XIX, 24.* vid. Emund Merill *Not. ad Passion. Christi p. 41.* HEIN. ¶. 2 SORTIRI pro obtinere, adipisci. SORTITVS creditores: *l. 12. C. de donat. int. vir. et vxor.* SORTIRI defensores: *l. 1. C. vbi pet. tutor.* SORTIRI filium dicitur, qui filium suscepit. *l. 3. §. 5. de bonor. poss. contra tabul.* SORTIRI iudicem: in *l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* [SORTIRI indicium Iudaeorum, id est, accipere. *l. 8. C. de Iudaeis.*] SORTIRI matrimonium, in *l. 18. C. de inoffic. testam.* D. Hieronymus *de vita S. Fabiolae: Secundum* SORTITA *matrimonium prius reliquerit.* SORTITA virum: *l. 10. C. de nupt.* SORTIRI vxorem et maritum: *l. 8. D. de Senator. l. 10. §. 2. D. de manum. vindicta. l. 15. C. de donat. ante nupt. l. 2. C. quand. et quib. l. vlt. C. de incol. Lib. X.*

SPA.

SPADO. Est autem SPADONVM generalis adpellatio, eaque tam hi, qui natura spadones sunt, item thlibiae, thlasiae, castrati: sed et si quod aliud genus spadonum est, continentur. *l. 128. D. de verb. signific. l. 4. §. 2. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 39. D. de iur. dot.* Mamertin. *in Panegyr. Iulian. Cap. XIX. extr. Nec feminas tantum, sed* SPADONES *quoque, quos quasi a consortio generis humani extorres ab vtroque sexu, aut naturae origo, aut corporis clades separat.* SPADONES tamen nonnumquam a castratis separantur. *§. 9. Inst. de adoption. l. 6. in fin. l. 7. D. de aedil. edict. l. 14. in fin. D. de manum. vind. l. 6. D. de liber. et postum.* Proprieque ac specialiter SPADONES sunt, qui valetudine aliqua praepediti, aut vitio corporali liberis operam dare non possunt. *l. 2. l. 40. §. vlt. D. de adoption. l. 6. D. de liber. et postum.* Et ita Theophilus *ad §. 9. Inst. de adoption.* SPADONES definit: ὅιτινες διά τι πάθος ἢ φύξιν ἐνοχλήσασαν τοῖς γονίμοις μορίοις παιδοποιεῖν κωλύονται· τύτυ δὲ ἀπαλλαγέντες παιδοποιῦσι. *qui propter vitium aliquod, aut frigiditatem membrorum genitalium liberis operam dare non possunt, sed eo sublato liberos suscipere possunt.* Quod euenit plerumque ex contortione meatuum seminis, vt medici docent, quo vitio purgato generandi pristina via restituitur. Itaque SPADO specialiter adpellatur, cui sterilitas, morbus, viriumque corporis impedimento est, quo minus generare possit, non item is, cui necessaria ad generandum pars corporis, vti verecunde penis adpellatur, in *l. 7. D. de aedilit. edict.* deest.

¶. 2. Surculos etiam, qui nihil attulerint, ab agricolis SPADONES adpellari, Columella *Lib. III. cap. 10.* ait. Quin et SPADONIA *mala* adpellata a conditione castrati feminis, tradit Plinius *Lib. XV. cap. 14.* Idem *sterilium* SPADONVM *speciem* ait, eodem nomine adpellari *Lib. XIII. cap. 4.*

SPARGERE aes, id est, proiicere. *l. 5. §. vlt. D. pro derelict.* ¶. 2. SPARGI tutela, pro diuidi, dicitur in *l. 3. §. 6. D. de administr. et peric. tutor.* ¶. 3. [SPARGERE squam equis, *in l. 4. princ. D. de his, qui not. infam.* quid sit, non adeo expeditum est. Alciatus volgarem aliquam sparsionem ad recreandos equos comparatam, intelligit. *Lib. VI. Parerg. cap. 3.* Sed reprehenditur eo nomine a Phil. Rubenio, qui de sollemni quadam, et cum religione coniuncta sparsione, qua certaturi in ludis Circensibus, sacris honorique deorum dicatis, equi, lustrari prius, aqua e certo loco petita, spargebantur, eum locum accipiendum arbitratur. *Lib. II. Elect. cap. 18.* Priori tamen sententiae accedit Brissonius *Lib. I. Select. Antiquit. cap. 10.*]

SPATIARI, spatio facere et deambulare est. *l. 7. D. de seruitut.* Et apud Sueton. *in Tiberio cap. XIV.* et apud Ouidium:

Quae praebeat latas arbor SPATIANTIBVS *vmbras.*

SPATIOSVS, amplus. SPATIOSAE domus. *l. 15. §. 13. D. de damno infect. l. 9. D. de vsu et habitat.*

SPATIVM, interuallum, et de tempore vsurpatur. SPATIVM anni: *l. 2. D. de requir. reis.*

reis. SPATIVM dandum: *l. 34. D. de iureiur.* SPATIVM dari ad pronunciationem: *l. 13. §. vlt. D. de recept. arbitr.* SPATIVM temporis: *l. 14. D. de bonor. possess. l. 1. D. de bonor. possess. furios. l. 45. §. 10. D. de iur. fisci.* SPATIVM temporis nec maximum nec minimum: *l. 13. D. de solution. l. 12. §. 2. D. rat. rem haberi.* Longum SPATIVM temporis: *l. 14. D. de bonor. possess.* SPATIVM pro tempore relegationis: *l. 4. §. 4. D. de re militar.* SPATIVM tribui ad perferendas tabulas: *l. 5. D. de edendo.* ¶. 2. SPATIVM pro interuallo loci. SPATIVM inter aedes et inter partes domus: *l. 15. §. 13. D. de damn. infect.*

SPE.

[SPECERE, dispicere. SPECIENDA haec erunt. *l. 8. §. 11. D. mandati*]

SPECIALIS et generalis opponuntur. Sic SPECIALIS actio, actio singularum rerum petitionis dicitur. *l. 1. l. 28. §. 3. l. 37. D. de rei vindicatione.* Itaque actionibus de vniuersitate, SPECIALES opponuntur. *l. 54. D. de hered. petit. l. 3. C. de praescript. XXX. annor.* [Aquae pluuiae arcendae actio SPECIALIS est, de fluminibus et stillicidiis generalis *l. 1. §. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.*] Sic et SPECIALES in rem actiones ab hereditatis petitione separantur. *l. 7. C. de petit. heredit.* SPECIALE beneficium: *l. 2. C. de sent. pass. l. 6. C. de incol.* SPECIALIS conuentio: *l. 2. C. de seru. pign. dat. l. 17. C. de distract. pign. l. 1. §. 1. D. de migrand.* SPECIALE corpus: *l. 21. §. 1. D. de except. rei iudic.* SPECIALIS curator et generalis. *l. 28. C. de cur. dotium.* SPECIALIS iudex, pro iudice dato et pedaneo. *l. vlt. D. de offic. praet. l. vlt. C. de iudic.* SPECIALIA iudicia generalibus opponuntur, in *l. 38. D. pro socio.* Eiusmodique iuris esse ibidem dicuntur mandati, commodati, depositi iudicia. SPECIALE ius ciuitatis: *l. 15. D. de interdict.* SPECIALIS pactio: *l. 66. D. de furt.* SPECIALE pactum: *l. 21. C. de negot. gestis.* SPECIALIS petitio: *l. 19. D. de hered. petit.* SPECIALES petitiones: *l. 40. D. eod. tit.* SPECIALE praeceptum: *l. 4. C. de iur. fisc.* priuilegium: *l. 9. C. de testam.* SPECIALIS sententia: *l. 1. §. 1. D. de bon. damnator.*

SPECIALITER et generaliter opponuntur. *l. 1. D. quod iussu. l. 16. C. de procurator.* SPECIALITER et generaliter accipere pignori et obligare. *l. 1. l. 17. C. de pignor.* SPECIALITER societas coita: *l. 3. §. 1. D. pro socio.* SPECIALITER conuenire: *l. 6. D. in quib. causs. pign. vel hypoth. tac.* SPECIALITER enumerare: *l. 2. §. 1. D. de doli mal. et met. except.* SPECIALITER exprimere: *l. 58. D. de verb. oblig.* SPECIALITER, id est, nominatim exprimere: *l. 2. C. in quib. causs. pign.* SPECIALITER traditio interuenit: *l. 2. D. pro socio.* SPECIALITER mandare: *l. 25. §. 5. D. de adquirend. hered.* SPECIALITER mandatum: *l. 7. §. 1. D. in quib. causs. pign. l. 16. C. de procurat.* SPECIALITER obligata: *l. 5. C. in quib. causs pign. l. 9. C. de distrah. pign. l. 6. C. de bon. auctor. iud.* SPECIALITER obligatum praedium: *l. 7. C. qui potior. in pign.* SPECIALITER obligati serui: *l. 3. C. de seru. pign. dato.*

SPE.

SPECIES, apud iurisconsultos singula corpora significat. *l. 54. D. de verb. obligat. l. 30. D. de legat. I.* Sic: SPECIES et corpus pro eodem in *l. 34. §. 3. 4. 5. D. de legat. I.* Separaturque interdum a quantitate, id est, ab his, quae pondere, numero et mensura constant. *l. 6. D. de reb. credit. l. 6. D. de rei vindic. l. 34. §. 5. D. de legat. I.* Quae tamen ipsa etiam certae speciei loco sunt, quum certo loco circumscribuntur, ac definiuntur: veluti si vinum, quod in apothecis est, pecunia, quae in arca est, legetur, vel promittatur. *l. 30. in fin. l. 34. §. 3. D. de legat. I.* SPECIES auri atque argenti; *l. 15. D. de aur. argento legat.* SPECIES bonorum, *l. 16. §. 6. D. ad SC. Trebellian.* SPECIEI aestimatio: *l. 21. C. de iur. dot. l. 8. D. de reb. credit.* SPECIES mercium mutatae: *l. 34. D. de pignor.* SPECIES numorum: *l. 78. §. 1. D. de hered. instit.* SPECIES nulla effici potest sine materia: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin.* Vnde SPECIES mutata, in *l. 18. D. quod met. caussa.* SPECIEM rei conseruare: *l. vlt. D. de impens. in rem dotal.* exornare: *l. 7. D. de compensation.* SPECIES rerum: *l. 72. D. de euiction.* SPECIES vestis, argenti. *l. 18. D. de aur. argent. legat.* SPECIES extra dotem tradita: *l. 31. §. 1. D. de donat.* Per SPECIEM enumeratae res: *l. 30. §. 6. D. ad leg. Falcid.* SPECIES enumerari: *l. 9. D. de supellect. legat.* [SPECIES nominatim legatae: *l. 32. §. 5. D. de legat. II.*] ¶. 2. SPECIES etiam pro forma, qua corpus id esse agnoscitur, quod est. *l. 7. D. de supellect. legat. l. 76. D. de iudic.* ¶. 3 SPECIE communi contineri dicuntur, quae in suo genere functionem recipiunt. *l. 29. D. de solutionib.* [Liber homo certa SPECIE continetur. *l. 83. §. 5. D. de verbor. obligat.*]
¶. 4. SPECIES pro annonariis corporibus seu quantitatibus. *l. 10. l. 12. C. de sacros. I. 1. l. 2. l. vlt. C. de condit. in publ. horreo. l. 1. C. de quib. muner. vel praestat. l. 10. l. 7. C. de annon. et tribut. Lib. X. l. vn. C. de salgam. hosp. non praest.* et aliis infinitis locis. Sic SPECIES annonariae, in *l. vlt. C. de collat. fundor. fiscal. Lib. XI.* Veget. *Lib. III. cap. 3. Sollers debet esse tractatus vt pabula, frumentum, ceteraeque annonariae* SPECIES, *quas a prouincialibus consuetudo deposcit, maturius exigantur.* [Salmasius per species vbique in citatis legibus fruges intelligi censet *Cap. VIII. de modo vsurar. p. 88.* quem refellit vel sola *l. 1. C. de fabricens. Lib. XI. tit. 9.* vbi materies ferri venae nobilis, (ita enim in Cod. Theodos. reponendum) specierum nomine intelligunt Imperatores. Pancirol. *Lib. II. Variar. Lect. cap. 191. in fin.*] SPECIES Indicae apud Paull. Diacon. *Lib. XVII. Histor. miscell. p. 529.* vnde et SPECIES ad vectigal pertinentes. *l. vlt. §. 7. D. de publican.* ¶. 3. SPECIES pro praetextu. Sub hac SPECIE, id est, sub hoc praetextu et obtentu. *l. 25. D. de iudic.* ita accipitur sub SPECIE, in *l. 8. C. de his, quae vi metusue caussa. l. 2. §. vlt. D. ne de statu defunct.* [vbi tamen caussam potius veram haec vox significat: nec enim dicitur, *sub specie litis*, sed SPECIE *litis*, quae lis reuera mota fuerat.] Sub SPECIE tributorum. *l. 6. §. 3. D. de offic. praesid.* [In *l. 4. C. de re iudic.* tamen verba haec, sub SPECIE, allegationem saltim videntur notare: potest enim res habere speciem tantum respectu personae allegantis, at in se,

vel

SPE.

vel respectu rei, veritatem.] ¶ 4. SPECIES, pro eo, quod vulgo dicimus, *casum. l. 4. D. de nautico foen. l. 5. in fin. D. de fideiussor. l. 1. §. 10. D. de postul.* SPECIES actionis: *l. 1. C. de lit. contestat.* SPECIES finita in auditorio principis: *l. 18. D. de minor.* SPECIES incidit. *l. 2. D. de reb. credit.* SPECIES liberationum: *l. 43. D. de solution.* SPECIES litis: *l. 29. §. 1. D. de minorib.* In omnibus SPECIEBVS: *l. 29. §. 10. D. de liber. et postum.* Paucis SPECIEBVS: *l. 70. D. de verb. signific.* SPECIEM proponit: *l. 5. §. 7. D. de administr. et peric. tutor.* In SPECIE proposita: *l. 81. D. de hered. instituend.* In proposita SPECIE: *l. 12. D. de instruct. vel instrum. legat.* In SPECIE, quae proponitur: *l. 30. D. de pactis dotal. l. 19. §. vlt. D. de castrens. pecul.* In hac SPECIE, de qua quaeritur. *l. 87. §. 4. D. de legat. II.* In SPECIE, de qua quaerereitur. *l. vlt. D. de inspiciend. ventr.* Est autem SPECIES talis: *l. 5. D. de fideiussor.* Quam SPECIEM Scaeuola tractat. *l. 23. §. 3. D. de adquir. rer. domin.*

¶ 5. Promiscua sunt [SPECIES dotis: *l. 35. D. famil. ercisc.* SPECIES fideicommissi: *§. 1. Instit. de eo, cui libert. caussa bon. addic.* SPECIES legati: *l. 66. princ. D. de legat. II. l. 20. §. 5. D. famil. ercisc.* SPECIES litis: *l. 2. §. vlt. D. ne de stat. defunct.*]

[SPECIOSVS. *Speciosas* personas accipere debemus clarissimas personas vtriusque sexus: item eorum, quae ornamentis senatoriis vtuntur. *l. 100. D. de verbor. signif.*]

SPECTABILIS, titulus est dignitatis, quo ornantur Praefectus Augustalis, Comes Orientis, proconsules et Vicarii, vt ex *l. vn. C. de ratiocin oper. public. l. vn. C. vt omn. iudic. l. 32. C. de adpellation. l. 3. l. vlt. C. de canon. largition. Lib. X.* et ex *Notitia dignit. vtriusque Imperii* constat. Proconsul vir SPECTABILIS dicitur in *l. 4. C. de aduoc. diuers. iudicior.* et viri SPECTABILES vicarii. *ibid.* Ornantur et eo duces. *l. 36. C. de adpellat. l. 3. C. de offic. milit. iud. l. vlt. C. de offic. praef. praetor.* Ornantur et eo *Tribuni*, et *notarii magistri scriniorum, Comites sacri consistorii, Comites domorum, Comites scholarum, Comites militares*, item *Castrensis, Tribunus notariorum et Silentiarii. l. vlt. C. vbi caus. fiscal. l. 37. §. 1. C. de adpellat. l. vlt. C. de insuffic. test. l. 4. C. de aduocat. diuers. indic.* teste eadem Notitia. Et its SPECTABILES iudices accipe in *l. 32. C. de adpellat. l. vlt. C. de modo mult. l. vn. C. de annon. et capit. l. 4. C. de iuristict. omnium iudic. l. 11. in fin. l. 13. C. de aduoc. diuers. iudicior.*

SPECTABILITAS autem inferior erat illustri dignitate. Eamque militiae sudore deterfis antiquitatem tribuisse Cassiodorus *Lib. II. Variar. epist. 28.* scribit.

SPECTACVLVM. Circensium SPECTACVLA: *l. 1. D. de muner. et honor.* [SPECTACVLORVM disciplina. *l. 1. §. 12. D. de offic. praefect. vrbi.*]

SPECTARE, pro exspectare, in *l. 5. §. 11. D. de his, qui deiec. vel effud.* Sic SPECTARE tempus, euentum, *l. 6. D. quod fals. tutor. auct. l. 29. in fin. D. pro socio. l. 83. §. 5. D. de verbor. obligat.* [*l. vlt. §. 1. D. de leg. Rhod. l. 14. princ et §. vlt. D. quand. dies legat.*] ¶. 2. SPECTARE, pro pertinere et tangere. SPECTARE caput eos videtur: *l. 29. §. 12. D. de liber. et postum.* SPECTARE ad hoc edictum: *l. 2. §. 9. D. vi bonor. raptor.* SPECTARE fidem: *l. 33. D. mandati.* SPECTAT ad nos iniuria: *l. 1. §. 3. D. de iniur.* et ad existimationem nostram sbiit. Sic SPECTARE debitorem necessitas dicitur, in *l. 42. D. de pactis.* SPECTARE heredem onus: *l. 18. §. 1. D. de his, quae vt indign.* SPECTANT nos onera: *l. 2. D. ad SC. Trebell.* SPECTARE periculum: *l. 39. §. 11. D. de admin. et peric. tutor. l. 8. D. de legat. III.* SPECTAT periculum ad emtorem: *l. 11. §. 12. D. quod vi aut clam.* SPECTAT periculum creditorem: *l. 3. D. de nautico foenor.*

SPECVLARIA adpellabantur, quibus lumen transmittebatur et sol admittebatur in aedes, vt hodie per vitreamina et chartacea fit *l. 15. §. 6. D. de vsufructu. l. 12. § 25. D. de instruct. vel instrum. leg. l. 9. §. 1. D. quod vi aut clam.* Martial. *Lib. VIII. epigr. 14*

Hibernis obiecta notis SPECVLARIA *puros*
Admittunt soles et sine faece diem.

Seneca *Epistol. LXXXVI. Quantae nunc aliquis rusticitatis damnet Scipionem, quod non in caldarium suum latis* SPECVLARIBVS *diem admiserat.* Idem *epist. XC. Quaedam nostra demum memoria prodiisse scimus, vt* SPECVLARIORVM *vsum perlucente testa clarum transmittentium lumen.* Muniebantur vero his SPECVLARIBVS hyeme coenationes et dietae adnersus ventorum imbriumque vim. Atque ita venti his excludebantur, vt tamen lumen habitantibus trsnsfunderent. Fiebant vero haec ex lapide quodam, quem Hispania dabat, qui vitri modo pellucidus in quamlibet tenues crustas findebatur, vt Plinius *Lib. XXXVI. Hist. natur. cap. 22. et Lib. III. cap. 3.* ostendit.

SPECVLARII, artifices, qui vel poliebant specula, vel ea parietibus includebant. *l. vlt. D. de iur. immunit. l. 1. C. et l. 2. C. Th. de excusat. artific.* Adde Cl. Duker. de *Latinit. vet. iuristc. p. 419.* HEIN.

SPECVLATORES in *l. 6 v. panniculi. D. de bon. damnat.* et *l. 7. C. de cohortal. princ. Lib. XII.* militum numero adscribuntur, sic dicti, quod essent in speculis. Militum enim genus erat, qoi ad hoc praecipue instituti erant, vt quod sit Festus, *silentio hostilia perspicerent.* Quales Graeci ὀπτῆρας et σκοποὺς et κατασκόπους adpellant a speculando. Nec vero hi explorandi tantum sut militiae caussa habebantur, sed et in eos, qui damnati erant, lege agebant, vt ex *l. 6. v. panicul. D. de bon. damnator.* adparet, et D. Marcus *Cap. VI. Evangel. v. 27.* narrat, *Herodem* SPECVLATOREM *misisse, qui decollaret D. Ioannem in carcere.* Sicuti Sueton. *in Othon. Cap. V. necem Galbae quinque* SPECVLATORIBVS *commissam fuisse*, scribit Tacit. *Lib. I. Histor. cap. 25.* eadem de re agens: *E libertis*, in-

Xxxx xxx quit,

quit, *Onomastum futuro sceleri praefecit, a quo Barbium Proculum tesserarium* SPECVLATORVM, *et Veturium optionem eorumdem perductos*, κ. τ. λ. Et Possidonius *de vita Cypriani*: *quum venisset*, inquit, *in eum locum, qui dicitur Sestertius*, (ita enim lego) *exspoliauit se birro et tradidit carnificibus: tunicam vero tradidit diaconis et stetit in linteis, exspectans* SPECVLATOREM. Seneca *Lib. I. de ira cap. 16. Tunc centurio*, inquit, *supplicio praepositus condere gladium* SPECVLATOREM *iussit.* [Idem *Lib. III. de benefic. cap. 25.* SPECVLATORIBVS *occurrit, nihil se deprecari, quo minus imperata peragerent, dixit, et deinde ceruicem porrexit.*] Vnde SPECVLATORIA apud Sueton. *in Caligul. Cap. LII.* et Tertullian. *de corona milit. Cap. I.* Vide et Sueton. *in Claud. Cap. XXXV.* et Iul. Firmic. *Lib. VIII. cap. 26.* SPECVLATORES *faciet, qui nudato gladio hominum amputant ceruices.* Quin et SPECVLATORVM etiam opera in mittendis ad Senatum litteris vsus est Caligula Imp. apud Sueton. *Cap. XLIV.*

SPECVLVM parieti adfixum: *l. 12. §. 25. D. de instruct. vel instrum. legat.* Item SPECVLVM vel parieti adfixum, vel etiam, quod mulier mundi caussa habuit. *l. 19. §. 8. D. de aur. argent. legat.* *Et Celsus inquit, vino legato, etiamsi non sit legatum cum vasis, vasa quoque legata videri, non quia pars sint vini vasa, quemadmodum emblemata argenti, scyphorum forte vel* SPECVLI. *l. 3. §. 1. D. de tritic. vin. oleo legat.* Quum in *Synopsi Basilic. Lib. XLV.* legatur: *καὶ τὰ σπέκλα τῦ οἴκυ*· acute Salmasius *ad Script. Histor. August p. 443. speculi* irrepsisse putat, pro *specula cubiculi*, simulque erudite ostendit, parietes cubiculorum, insertis quadratis speculis exornatos fuisse. Sed minus necessaria videtur ea correctio. Quidni enim emblemata etiam fuerint speculorum, quum et hodie specula limbis pretiosis et affabre caelatis soleant includi. Vide *supra Lib. V. in* EMBLEMA. HEIN.

SPECVS, locus est, ex quo despicitur. Vnde et spectacula dicta. *l. 1. §. 2. 3. D. de riuis.* Sic accipitur in *l. 11. D. de aqu. et aqu. pluu. et l. 3. D. de riuis.* ex quibus adparet, per SPECVM plerumque aquam veteres duxisse, quod tum necesse erat fieri, vt ex Vitruuio *Lib. VIII. cap. 7.* constat, quum medii montes erant inter moenia et caput fontis. SPECVS adeo excauatio terrae, per quam aqua per opertum ducitur, quod Graecis est aquam *κατὰ διώρυγα* ducere. *l. 1. § vlt. l. 3. princ. D. de riuis.* Cuiac. *Lib. XVI. obseru. cap. 17.* HEIN. Itaque non male Vlpianus *a despiciendo* SPECVM dictum putat, quod specus locus esset vndique apertus et in profunditatem demersus. Hirt. *de bello Alexandr. cap. 5. Alexandria est fere tota suffossa*, SPECVSQVE *habet ad Nilum pertinentes, quibus aqua in priuatas domos inducitur.* Idem. *eod. libro.* SPECVS *perfossa aut suffossionibus aquae ducendae caussa.* SPECVS per viam publicam facere. *l. 2. §. 33. D. ne quid in loc. publ.* SPECVS fodiendae cretae caussa. *l. 57. D. de furtis.*

SPENDOPHORVS seruus. *l. 41. §. D. de fideicomm. libertat.*

SPERARE, sensu proprio accipitur. SPERARE legata: *l. 76. §. 4. D. de legat. II.* SPERARE libertatem: *l. 9. D. de statulib.* SPERATVR libertas: *l. 27. §. 10. D. ad leg. Iul. de adulter.* SPERANDA libertas: *l. 24. D. de quaestion.* [SPERATAE nuptiae, *l. 5. C. de sponsal. et l. 16. C. de Episcop. audient.* eodem sensu, quo SPERATAM puellam Plautus dixit apud Varron. *Lib. V. de Lingua Latin. p. 66.* pro ea, quam quis vxorem suam futuram sperat. Quid autem a SPERATA, differat *sponsa*, explicant, quamquam diuersimode, Anton. Hotoman. *de ritu nupt. cap. 1.* et Franc. Hotoman. *de sponsal. cap. III.* quibus adde Alber. Gentil. *Lib. II. de nupt. cap. 21.* et Scipion. Gentil. *de donat. inter vir. et vxor. Lib. IV. cap. 1.*] SPERARE partum: *l. 1. §. 9. D. de ventr. in possess. mitt.*

¶. 2. SPERARE item pro timere, in *l. 3. §. 6. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.* vt in illo noto Virgilii *Aeneid. I. v. 543.*

At SPERATO *deos memores fandi atque nefandi.*

et est ἀκυρολογία, cuius exemplum Aelius Donatus hoc adfert in barbarismo ex Virgil. *Lib. IV. Aeneid. v. 419.*

Hunc ego si potui tantum SPERARE *dolorem.*

SPERARE *enim dixit pro timere.* Haec Donatus. Attamen et hoc loco et in *d. l. 3. D. si cui plus. exspectare* potius significat, quod Vasconum lingua dicitur *esperar.* Priscian. *Lib. XVIII. p. 1179. edit. Putschii. ἐλπίζω non solum de bono illi dicunt, sed etiam de malo. Herodot. Lib. I. Virgil. IV. Hunc ego si potui tantum* SPERARE *dolorem.* Haec Priscianus. Sic SPES apud Terent. *in Phorm. Act. II. scen. 1. v. 13.*

Peregre rediens semper cogitet,
Aut filii peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiae.
Communia esse haec: fieri posse: vt ne quid animo sit nouum.
Quidquid praeter SPEM *eueniat, omne id deputare esse in lucro.*

Spes igitur pro *exspectatione* apud Terentium, et SPERARE pro *exspectare* apud Vlpianum accipitur in *l. 13. in fine D. de damn. infect. qualitate eius damni, quod contingere* SPERATVR. Quod autem Priscianus apud Graecos ἐλπίζειν id significare, ait, hoc exemplo confirmare libet ex Lysiae *κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας orat. XXIX. p. 480. edit. Vanderheid.* Τίς γὰρ ἄν ποτε ῥήτωρ ἐνεθυμήθη, ἢ νομοθέτης ἤλπισεν, ἁμαρτήσεσθαί τινα τῶν πολιτῶν τοσαύτην ἁμαρτίαν; *Quis enim aut rhetor aliquando cogitauit, aut legislator sperauit* (vel timuit) *ciuium aliquem fore, qui tanto se delicto contaminaret?* Lucian. *in Tyrannicida Tom. I. p. 694.* τῶν μελλόντων κακῶν ἐλπίδος, *futurorum malorum* SPEI, dixit. Horat. *Lib. I. epistol. 18. v. 80.*

Quod superest aeui, si quid superesse volunt di,
Sit bona librorum, et prouisae frugis in annum
Copia; ne fluitem dubiae SPE *pendulus horae.*

Plures occurrunt huiusmodi loci, vbi SPERARE vel metuere est, vel exspectare: veluti *l. 46. D. de rei vindic. l. 25. C. Theod. de petit. et vltro dat. et delat.* Sic et SPERARE inediam dixit Ammian. Marcellin. *Lib. XIV. cap. 20.* Add. Radulph. Forner. *Lib.*

SPE. SPH. SPI.

Lib. III. rer. quotidian. cap. 15. et V. C. Car. Andr. Duker. *ad Florum Lib. I. cap. 1. n. 1.* HEIN.

¶. 3. [SPERARE aliquando credere significat. Sic *l. 2. §. 1. C. de summ. Trinit. Spiritum Sanctum, quem ex summo rerum parente et* SPERAMVS *et accipimus.* Cuiac. *Lib. XII. Obseru. cap. 26.* et Donat. in Terent. *Eunuch. I, 2. v. 3*] Adde eumdem Donatum ad Terent. *Heautont. I, 1. in fin.* vbi ad verba Comici: *Ac porro recte* SPERO *illum saluum tibi adfuturum esse:* SPERO, inquit, *pro credo visitatum est, siue de praesenti loquamur, siue de praeterito.* HEIN.

SPERNERE, contemnere. SPRETA auctoritate arbitri. *l. 9. §. vlt. D. de recept. arbitr.*

SPES commodi: *l. 11. D. ex quib. causs. in possess. eat.* SPES matrimonii: *l. 13. §. 11. D. ad leg. Iul. de adulter.* SPES futurae numerationis: *l. 21. C. de solution.* SPES statuliberi: *l. 8. D. de quaestion.*

SPH.

[SPHAERISTERIVM. *l. 16. D. mandati.* Denotat autem primo locum rotundum, variis exercitationibus adcommodatum, vt Plinius indicat *Lib. V. epist. 6.* Deinde in specie locum, in quo pilae ludo exercitabantur: σφαιρίζειν enim est pila ludere. Pancirol. *Lib. I. Variar. Lection. cap. 56.*]

SPI.

SPICA. SPICARVM hae in libris nostris differentiae inueniuntur. SPICAE in messe deiectae: *l. 30. §. 1. D. de verb. signific.* SPICAE frumenti: *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin.* SPICAE continentur grana. *l. 7. §. 7. D. eod. tit.* Illecta SPICA: *l. 30. §. 1. D. de verbor. signif.* Illecta autem SPICA est, quae de messorum manu excidit, non autem, vt quidam existimant, *culmus*, qui radicibus segete ademta tenetur, et solo cohaeret et pendet, nec est deiectus in messe, quem vocamus calamum, vnde manauit nostrum *chaume*, et inde *chaumer*. Adseriari, quod dicitur *chaumer*, ab alio fonte fluit, nec enim feriatis diebus calamus ille colligitur. Ergo stipulam illectam colligere, non est, quod vulgo dicitur, *chaumer*, sed *glanner*. Septuag. interpretes *Deuteronom. Cap. XXIV. v. 19.* Ἐὰν ἀμήσῃς ἀμητὸν σὸν ἐν τῷ ἀγρῷ σου, καὶ ἐπιλάθῃ δράγμα ἐν τῷ ἀγρῷ σου, οὐκ ἐπαναστραφήσῃ λαβεῖν αὐτό· τῷ πτωχῷ καὶ τῷ προσηλύτῳ καὶ τῷ ὀρφανῷ καὶ τῇ χήρᾳ ἔσται, ἵνα εὐλογήσῃ σε κύριος ὁ θεός σου ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν σου. Ἐὰν δὲ ἐλαιολογῇς, οὐκ ἐπαναστρέψεις καλαμήσασθαι τὰ ὀπίσω σου· *quum metes messem tuam in agro tuo, si oblitus eris manipuli in agro ipso, ne reuertitor ad accipiendum illum; peregrini, pupilli et viduae esto, vt benedicat tibi Iehoua Deus tuus in omni opere manuum tuarum. Quum excuties oliuas tuas, ne ramos sigillatim recognoscito, postquam excusseris.* SPICA nardi. vid. Rufin. *in prologum Clementis.* SPICA, quae terra tenetur. *l. 13. D. quib. mod. vsusfruct. amitt.*

SPICILEGIVM est spicae illectae collectio. Varro *Lib. V. de Lingu. Latin.* et *Lib. I. de re rustic. cap. 54.* vide vtique septuaginta interpretes *Deuterom. Cap. XXIII. et XXIV.* Nam Deus aduenis spicas illectas relinqui iubebat, quod humanitatis gratia factum docet Augustin. *Lib. IV. de ciuit. Dei cap. 8.*

SPIRITVS, pro vita, aut anima. Cicero *Lib. II. de finib. cap. 31. Summorum officiorum in extrema* SPIRITV *conseruatio.* τελευταίας ἀναπνοάς, Gregor. Nazianzen. *in orat. quae* στηλιτευτικὸς *inscribitur*, vt ἐσχάτην ἀναπνοήν. Euseb. *Lib. IV. de vita Constantin.* Tacit. *Lib. XV. Annal. cap. 51. Ad supremum vsque* SPIRITVM. Sic et SPIRITVM dimittere vel emittere: *l. 18. D. de reb. dub.* SPIRITVM *ferro expulit.* Flor. *Lib. III. cap. 5. n. 26.* SPIRITVM *reddere.* Iul. Capitolin. *in Antonin. Pio Cap. XII.* ¶. 2 SPIRITV vno contineri dicuntur, quae Graeci ἡνωμένα et συμφυῆ vocant: vt homo, lignum, lapis. *l. 30. pr. D. de vsurpat. et vsucap.* Sed et quae ex cohaerentibus partibus, et vna eademque compagine constant, veluti statua. *l. 23. §. 5. D. de rei vindic.* ¶. 3. [SPIRITVM Sanctum, quem ex summo rerum parente et speramus et accipimus. *l. 2. §. 1. C. de summa Trinit.* Plura loca de Spiritu S. congessit et exposuit Iul. Pacius *in Analysi Cod. n. 14. eod. tit.*]

SPL.

SPLENDIDISSIMVS. Sic Aemilium Papinianum vocat Iustinianus *l. 1. C. de vet. iur. enucl.* Quamuis vero alioquin haec vox ad generis ac natalium splendorem pertineat: Papinianum tamen id elogium doctrina atque ingenio meruisse, docet V. A. Euer. Otto *in Papiniano cap. II.* Et fane eodem sensu hoc vocabulo vtuntur sequioris aeui scriptores. Trebell. Pollio *in XXX. tyrann. Cap. XIII.* Macriani iunioris *matrem*, ait, *fuisse nobilem, patrem tantum fortem et ad bellum paratum, et ab vltima militia in summum peruenientem ducatum et* SPLENDORE *sublimem.* Vopisc. *in Probo Cap. IV. Vale in tanto habeas honore, quantum virtutes eius et merita, pro debito* MENTIS SPLENDORE *desiderant.* Ad quem locum quaedam dixit Claud. Salmasius *p. 427.* HEIN.

SPO.

SPOLIA adpellabantur pannicularia ea, quibus indutus erat quis, quum ad supplicium deducebatur. *l. penult. D. de bonis damnator.* Vnde locum illum, in quo exui solebant, SPOLIARIVM adpellatum esse credo. vide SPOLIARIVM. Immo distingui a panniculariis videntur SPOLIA. Illa sunt, quae in custodiam receptus quis secum attulit; haec, quibus quis induitur, quum ad supplicium rapitur. *l. 6. princ. D. de bon damnator.* vbi Vlpianus addit, *vt et ipsa adpellatio ostendit. Spoliari* enim dicuntur rei, a quibus supplicium sumitur. Liu. *Lib. VIII. cap. 32.* Valer. Maxim. *Lib. II. cap. 2.* Procul dubio ergo in hac lege distinctio ante vocabulum SPOLIA ponenda. Perrenon. *Animadu. I, 13.* HEIN. ¶. 2. SPOLIA etiam, quae cui latro abstulit, vocantur, in *l. 31. D. depositi.*

SPOLIARE pro diripere. SPOLIARE aedem sacram: *l. 1. §. 6. D. mandati.* SPOLIARE cadauera: *l. 3. §. 7. D. de sepulcr. viol.* SPOLIARE quoque se coniuges per mutuum amorem dicuntur. *l. 9. D. de donat. int. vir. et uxor.* SPOLIATVS a latronibus: *l. 26. §. 6. D. mandati.* SPOLIARE pupillum: *l. 2. D. pro emtor. l. 7. §. 3. D. eod. tit.* SPOLIARE ferruum; *l. 14. §. 2. D. de praescript. verb.* ¶. 2. Hinc et pro exuere vsurpatur. [Magistratus inobedientes militiae cingulo seu dignitatis honore SPOLIARE; *l. vlt. in fin. C. de iurisdict.*]

SPOLIARIVM, locum illum, in quo rei ad supplicium deducti exui solebant, adpellatum esse credo. Immo SPOLIARIVM non esse locum, vbi rei, sed vbi gladiatores exuebantur, hodie satis constat, idque, si mens non laeua fuisset, ipse Brissonius intelligere ex locis a se excitatis potuisset. HEIN. Plinius *in Panegyr. Cap. XXXVI. Nunc templum, nunc vere Deus, non* SPOLIARIVM *ciuium cruentarumque praedarum saeuum receptaculum.* Lamprid. *in Commodo Cap. XIX. Gladiatoris cadauer trahatur: gladiatoris in* SPOLIARIO *ponatur.* Seneca *epist. XCIII. Numquid aliquem tam cupidum esse vitae putas, vt iugulari in* SPOLIARIO, *quam in arena malit.* [Seneca *de prouident. cap. 3. Videant largum in foro sanguinem, et supra Seruilium lacum, (id enim proscriptionis Sullanae* SPOLIARIVM *est,) senatorum capita et passim vagantes per vrbem percussorum greges*, vbi vid. Lips. *in not. et Saturnal. Lib. I, 18.*]

SPONDERE. [Verbum hoc in stipulationibus sollemne. *l. 19. §. 2. D. de aedilit. edict. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. et §. vlt. Inst. de verb. obligat. princ. Inst. de duob. reis. §. 2. 3. 4. 5. 11. 13. 14. 15. 18. 19. Inst. de inutil. stipul.* et infinitis locis. Ex mandato etiam SPOPONDISSE, adparet ex *l. 6. §. vlt. l. 21. l. 46. l. 52. D. mandati.* Exstat quoque SPONDENDI formula, *l. 40. D. de reb. credit. l. 20. §. 1. D. de donation. l. 2. §. 3. l. 33. princ. D. eod. tit.* Sic in fideiussione idem verbum vsurpatum. *l. 52. D. mandati. l. 16. princ. l. 49. D. de fideiusser.* Pactis aeque ac stipulationibus commune esse, docet *l. 7. §. 12. D. de pact.* quo etiam pertinet *l. 7. D. de verbor. signific.* SPOPONDISSE etiam quis dicitur, licet obligatio sequuta non sit. *l. 24. D. de statulib.*] SPONDERE stipulanti: *l. 1. §. 15. D. vt leg. seruand. causs. caueat.* Quod ait auctor additionis, vbi SPONDERE pactis et stipulationibus commune verbum esse notat, eodem pertinet *l. 7. D. de verb. signific.* id verum non est. Ait ibi Paullus, sponsionem adpellari non solum, quae per sponsus adpellationem fiat, sed omnem stipulationem promissionemque: id est, non eam tantum diei sponsionem, quae fiat verbis SPONDESNE? SPONDEO, sed et omnem aliam stipulationem et promissionem, quibuscumque verbis vtantur contrahentes, modo respondeatur congrue. HEIN.

SPONSALIA, sunt mentio et repromissio futurarum nuptiarum. *l. 1. D. de sponsalib.* a spondendo, quod scilicet olim per sponsionem contraherentur, quum veteribus moris esset, futuras sibi vxores spondere et stipulari. *l. 2. D. eod. tit.* vt et Varro *Lib. V. de Lingua Latina*, et Gellius ex Seruio Sulpicio *Lib. IV. Noct. Atticar. cap. 4.* scribunt. SPONSALIA facere. Ouid. *Heroid. epist. XIX.* Cicer. *ad Attic. Lib. VI. epist. 6.* ¶. 2. Quin et SPONSALIA pro ipsis arrhis sponsalitiis dicuntur in *rubr. C. si rector prouinc. vel ad eum pertin. sponsal. deder.* (vbi tamen non SPONSALIA sed *sponsalitia* legitur. HEIN.) et pro muneribus sponsalitiis, *l. 3. C. de donation. ante nupt. l. 8. C. de praediis minor.*] ¶. 3. SPONSALIA praebere, apud Ciceron. *ad Quint. fratr. Lib. II. epist. 6.* est praebere conuiuium sponsalitium.

SPONSARE, pro sponsalia contrahere dixit Paullus, in *l. 38. princ. D. de rit. nupt.* Latine, sed inusitate, inquit auctor anonymus *de Latin. vet. iurisconsf.* Sed vide tu ibi V. C. Duker. *p. 402.* HEIN.

SPONSIO, non ea tantum, quae per sponsus interrogationem fit, sed omnis promissio stipulatioque continetur. *l. 7. D. de verbor. signific. l. 19. §. 2. D. de aedilit. edict.* ¶. 2. SPONSIONEM *facere*, in *l. 3. D. de alcator. et l. penult. C. de aleae lusu*, significat, stipulatione pignoreue deposito contendere, vt qui ex certamine superior discedat, pecuniam in stipulatum deductam pignorue depositam ferat. Macrob. *Lib. III. Saturn. cap. 17. Nec moratus* SPONSIONE *contendit, pignus custodiente Munatio Planco.* Seneca *Lib. V. controu. p. 194. Adolescens speciosus* SPONSIONEM *fecit, muliebri veste se exiturum in publicum.* Sic et SPONSIONIS caussa anulos depositos accipe in *l. 19. §. vlt. D. de praescript. verb.* qui in hoc ex conuentione depositi erant, vt a victore auferrentur. Nam in SPONSIONIBVS, anulorum pignoribus olim certatum esse Plin. *Lib. XXXIII. cap. 1.* docet. ¶. 3. Quin etiam litigatores olim SPONSIONEM facere certae pecuniae solebant, quae eius lucro cederet, qui iudicio vicisset. Cuius rei caussa vice mutua stipulationes interponi solebant. Testimoniis, quoniam a Budaeo satis multa congesta sunt, vtendum non putaui. Cicer. *Lib. VII. ad diuers. epist. 21.* ¶. 4. Papinianus legem definit communem reipublicae SPONSIONEM, *l. 1. D. de legib.* exprimere, meo quidem iudicio, volens vim verborum Graecorum, πόλεως συνθήκη κοινή, quibus Demosthenes in legis definitione, vt est in *l. 2. D. eod. tit.* relatum, et Aristoteles in eadem re *Lib. III. Politic.* vsi sunt.

SPONSVS, VS, pro sponsione. *l. 19. §. 2. D. de aedilit. edict. l. 7. D. de verbor. signific.* Itaque ex SPONSV agere apud veteres significabat ex stipulatu, vt apud Varron *Lib. V. de Lingu. Lat.* et Gell. *Lib. IV. cap. 4.* Sic et SPONSVM pro stipulatum, *l. 19. §. 1. D. de aedilit. edict.*

SPONSVS, I, hoc est, qui nondum maritus est. *l. 1. D. de iure dot. l. 1. §. 1. D. pro suo* SPONSVS sponsae dare. *l. 14. D. de publican. et vectigal.*

SPONTANEVS. SPONTANEA voluntate: *l. 2. C. de pact.*

SPONTE et coactus opponuntur. *l. 9. l. 45. D. ad SC. Trebell.* SPONTE et nulla necessitate cogente. *l. 3. §. 10. D. de negot. gestis.* SPONTE sua adire: *l. 28. D. ad SC. Trebellian.* [SPONTE videtur esse πλεοναστικὸν, in *l. 5. C. si certum petat*]

SPORTA, calathus est de vimine textus. *l. 3. §. vlt. D. de pen. legat.* In SPORTIS etiam pecuniae condi solebant, vt Ascon. Paedian. *in prooem. act. in Verr. p. 50.* scribit.

SPORTVLA. Romani SPORTVLAS adpellarunt tam stipes illas, quas salutatoribus, qui prima luce in atrium conuenire salutandi caussa solebant, dabantur, quam coenas et conuiuia, quae eius officii nomine praestabantur. Vet Glossar. SPORTVLAE τὰ ἐν σπυρίδι διδόμενα ξένια. Sic et Glossar. Bibliothecae regiae.

¶. 2. Erogationes quoque illae, quae in ordinem decurionum fiebant, SPORTVLAE adpellabantur. *l. 5. §. 17. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 6. §. 1. D. de decurion.* vt et ex Plinio *Lib. X. epist. 117.* adparet. ¶. 3. Sed et pecuniae illae, quae iudicibus vel exsequutoribus litium ac negotiorum pro salario dabantur, SPORTVLAE sunt adpellatae. *rubr. C. de sportul. iudic. l. 33. §. 5. C. de episcop. et cler. §. 24. Inst. de action. l. 4. C. de castrensian Lib. XII. l. 12. C. de proxim. sacr. scrin. l. vlt. C. de praeposit. agent. in reb. l. vlt. §. 2. C. de re militar.* SPORTVLAE Vet. Glossar. Graec. τὰ διδόμενα τοῖς ἐκβιβασταῖς· σαλάρια δὲ τὰ διδόμενα τοῖς συνηγόροις. Scholiast. Aristophan. in illud ἐν νεφέλαις, Θεὶς μοι πρυτανεῖα, ait, πρυτανεῖα Graecis fuisse, quod apud Romanos SPORTVLAS adpellant. ¶. 4. SPORTVLAE item pro salariis annuis in *l. 120. D. de legat. I.* nisi cui placeat magis, municipales erogationes interpretari. Quo sensu in antiquis inscriptionibus hoc verbum aliquoties accipitur. [Cuiac. ad *l. 120. princ. D. de legat. I.* SPORTVLAS interpretatur, alimenta pueris, puellis, sacerdotibus de certis fundorum reditibus constituta]

SPV.

SPVRCARE, corrumpere. SPVRCARE aquam. *l. 1. §. 1. D. de extraord. crim.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4.* [SPVRCARE vinum. *l. 17. §. 15. D. ad leg. Aquil.* vid. Forcat. *in pen. iur. ciuil. cap. IX.*]

SPVRCVS, puro opponitur. SPVRCA aqua. *l. 3. princ. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* Et SPVRCVM vinum in sacris *puro* opponi *Lib. I. de forunul. Pop. Rom. Cap. XL.* docui.

SPVRIVS adpellatur, qui vulgo quaesitus, et patre incerto natus est, quasi σποράδην conceptus. *§. 12. in fin. Instit. de nupt. l. 23. D. de statu homin. l. 25. D. de captiu. l. 3. C. solut matrimon. l. 29. §. 1. D. de inoffic. testam. l. 4 D. vnde cognati. l. 6. D. de decurion.* Caius *Lib. I. Inst. tit. 4.* Vlpian. *tit. IV. Regul. §. 2.* *Qui matre quidem certa, patre autem incerto nati sunt, spurii adpellantur.* Itemque vulgo conceptos SPVRIOS esse *tit. V. §. 7.* scribit. Quos et *Fauonios* antiquitus dictos Isidor. *Lib. IX. Etymol. cap. 5.* notat. Vetus Glossar. πορνογενεῖς interpretatur.

¶. 2. Ex libera etiam conceptum et seruo, velut SPVRIVM haberi, aiunt Imperatores in *l. 6. D. de suis et legitim.* propterea quod ei licet certus pater est, is tamen est, qui iustus pater esse non potuit. Item apud Apuleium *Lib. VI. Metam p. 177.* ex nuptiis, cum ancilla absque patris auctoritate a filiofamilias contractis, procreati SPVRII vocantur. Pro SPVRIIS habentur etiam ex incestia nuptiis procreati liberi. *l. 1. C. Theodos. de incest. nupt.*

SQV.

SQVALLOR reorum. Gellius *Lib. II. Noct. Attic. cap. 6.*

STA.

STABVLARI iumenta. *l. 5. princ. D. naut. caupon. stabul.*

STABVLARIVM, pro pretio mansionis. Apuleius *Lib. II. de Asin. aur.* Sumo, ait, *sarcinulam, et STABVLARIO persoluto capessimus viam.*

STABVLARIVS, qui stabulum exercet, tectoque viatores vel commessatores recipit. Seneca *Lib. I. de benef. cap. 13.* *Nemo*, ait, *se STABVLARII aut cauponis hospitem iudicat.* Tertullian. *in Apologet. Cap. XXXIX.* *Saliis caenaturis creditor erit necessarius. Herculanarum decimarum pollutorum sumtus STABVLARII supputabunt.* Vbi tamen Rhenanus sine ratione, tabularii, emendat. ¶. 2. STABVLARII tamen proprie sunt, qui iumenta apud se stabulari permittunt. *l. 1. §. 5. l. 5. et l. vlt. naut. caupon stabul. l. 1. D. furti aduers. naut. l. 5. §. 5. D. de iniur. l. 4. §. 2. D. de his, qui not. infam. l. 5. §. 6. D. de instit. action.*

STABVLVM, locum ad stationem iumentorum paratum significat. *l. 17. §. 2. D. de act. emti. l. 13. in fin. D. de vsufruct.* Inde STABVLVM iumentis et carruchis vacans, io *l. 13. §. vlt. D. de vsufruct.* [STABVLA, quae non sunt in continentibus aedificiis: *l. 4. §. 1. D. in quib. causs. pign. vel hypoth. tac.*] STABVLVM villae: *l. 15. D. locati.* ¶. 2. STABVLVM etiam ad hominum mansionem constitutum diuersorium significat. *l. 1. in fin. D. furti aduers. naut. caupon. stabul.* de quo etiam in *l. 4. D. in quib. causs. pign.* et *l. 198. D. de verb. signif.* intelligunt. Vnde STABVLVM πανδοχεῖον vertit Theophil. io *§. vlt. Inst. de oblig. quae quasi ex delict.* Cyprian. *Lib. III. epist. 13.* *Aut si*, inquit, *in via STABVLVM aliquod obsideri et teneri a latronibus coeperit, vt quisquis ingressus fuerit, infidentium illic infestatione capiatur, nonne commeantes hac opinione comperta STABVLA alta adpetunt tutiora, vbi sunt fida hospitia et receptacula commeantibus tuta?* Plin. *Lib. VI. epist. 19.* *Vrbem Italiamque non pro patria, sed pro hospitio aut STABVLO.* Sic quoque apud Apuleium *Lib. I. et X. de*

 Asin.

Asin. aur. Spartian. in Seuero *cap. 1. Dormienti etiam in* STABVLO *serpens caput cinxit.* Inde locarium, quod datur in stabulo aut taberna, vbi consistunt, *stabularium* dicitur.

[STADIVM. STADIA in ciuitatibus esse dicuntur. §. *6. Instit. de rer. diuision.* Est autem duplex *stadiorum* adpellatio. Primo enim mensurae genus est, in limitibus agrorum metiendis comparatum, octaua milliarii pars, et passibus CXXV. constans, qood hoc nomine venit. Deinde ¶. 2. Etiam STADIA dicuntur certantium et cursorum, quibus erat area quadrata in agone destinata, quam alii ducentis, alii quadringentis, alii mille pedibus metiebantur: quo posteriore significatione vox haec procul dubio intelligenda est in *§. 6. Inst. de rer. diuis.* Pancirol. *Lib. I. Variar. Lect. cap. 46. et 65.*]

STAGNVM. [Ei opponitur piscina. *l. 3. §. 14. D. de adquir. possess. l. vn princ. §. 3. 4. 5. 7. D. vt in flum. publ. nauig. l. vn. §. vlt. D de ripa muniend.* STAGNVM exarescere, vt fiat ager. *l. 10. §. 3. D. quib. mod. vsusfr. amitt.*

STARE, pro consistere, validum esse. Sic [STARE in eo loco, in quo ego STO, tu non potes. *l. 3. § 5. D. de adquir. possess.*] STARE dicitur aedificium: *l. 9. §. 1. D. locati.* STARE iure contractus: *l. 1. C. ne vxor pro marito.* STARE item exceptio dicitur, in *l. 19. D. de SC. Macedon.* STARE greges: *l. 15. D. locati.* STARE ius: *l. 1. C. de reuoc. donat.* STARE matrimonium, hoc est, consistere. *l. 13. D. de his, quae vt indign. l. 35. D. famil. ercisc.* STARE locatio: *l. 25. D. locati.* STARE nauis: *l. 1. §. 13. in fin. D. de flumin.* STARE nauis in portu: *l. 10. §. vlt. D. de condit. instit.* STARE paries. *l. 24. §. vlt. D. de damno infect.* STARE venditio: *l. 57. D. de contrahend emtion.* ¶. 2. STARE, etiam pro satisfacere, seruare, ratumqoe habere. Sic STARE colono: *l. 9 C. de locato et conduct.* STARE conuentioni: *l. 18. D. de iurisdict.* Cui standum: *l 11. §. 11. D. de pignor. action.* STARE diuisioni: *l. 21. §. 3. D. de recept arbitr. l. 2. §. vlt. D. famil. ercisc. l. 20. D. de auctor. et consf. tutor.* STARE emtioni: *l. 13. §. 27. D. de action. emti.* STARE iuriiurando: *l. 3. l. 5. D. de iureiur.* STARE pacto conuento: *l. 21. D. de pact. dotal.* pacto: *l. 9. §. 2. D. locati.* placito: *l. 8. C. de liberal. causs.* STARE religioni: *l. 21. D. de dolo.* STANDVM responso: *l 58. §. vlt. D. de aedilit. edict.* STABITVR rei iudicatae: *l 32. D de re iudic.* In eo quod iudicatum est STARE: Cic. *Lib. II. de Finib. cap. 12.* STANDVM est rebus iodicatis: *l. 1. C. de re iudic. l. 12. §. 3. D. de bon. libert.* STARE sententiae, *l. 23. §. 2. D. de recept. arbitr. l. 39. D. de re iudic.* STARE autem sententiae arbitri nihil aliud est, quam id agere quantum in se est, vt arbitri sententiae pareatur. *l. 23. §. 2. D. de recept. arbitr. l. 27. §. 2. 3. D. re iudic.* STATVR duorum sententiae: *l. 39. D. de recept. arbitr.* STABITVR sententiae: *l. 14 D. de iur. patronat.* STABITVR testatoris sententiae: *l. 64. D. ad leg. Falcid.* STARE transactioni: *l. 23. §. 3. D. de condict. indebiti.* STARE verbis testamenti: *l. 28. §. 12. D. de liberat. legat.* STARE voluntati parentis: *l. 3. §. 1. D. de administr. tut.* Sic etiam STARE conuentione. Quinctil. *declam. CCL.* STANDVM est eo, qood conuenit: *l. 14. D. de aedilit. edict.* STARE eo, quod semel postulauerunt: *l. 5. D. de separation.* STARE voluntate: *l. 34. §. 3. D. de legat. II.* ¶. 3 STARE per aliqoem dicitur, qui in caussa est, qoo minus quid fiat. *l. 21. §. 3. D. de action. emt.* STARE per te: *l. 24. §. vlt. D. de damn. infect.* vid supra *Lib. XIV. in PER.* ¶. 4 STANTES fructus, id est, pendentes. *l. 7. § 15. D. solut. matrim. l. 27. D. de vsufruct.* vt STANTES arbores: *l. 40. D. de action. emti.* ¶. 5. [STARE etiam aduocati dicuntur. *l. 6. in fin. C. de postulando.*

STATIM, varie in iure accipitur. *l. 25. §. 10. D. de aur. argent. legat. l. 35. §. 1. D. de verbor. oblig.* ¶. 2. [STATIM, id est, ab initio. *princ. Inst. quib. non est permiss. fac. testam.*]

STATIO, a stando, vel statuendo adpellatur. Ea igitur adpellatione is locus demonstratur, vbi quid statuitur, vel stat. Sic nauium STATIONEM Vlpianus interpretatur, vbi tuto naues stare possint *l. 1. §. 12. in fin D. de flumin.* Eodemque significatu STATIONIS verbum vsurpat Caesar *Lib. III. de bell. ciuil. cap 6. et 8. et Lib. II. cap. 23.* et Hirt. *de bello Alexandrin. cap. 19.* Sic apod Virgil. *Lib. II. Aeneid. v. 23.* STATIO *male fida carinis.* et *Lib. IV. Georg. v. 421.* STATIO *tutissima nautis.* Inde et portum STATIONEM esse conclusam, idem Vlpianus dixit in *l. 59. D. de verbor. signif.* ¶. 2. STATIO militum, id est, milites ipsi certo loco positi. *l. 3. §. 5. D. de re militar.* Plin. *Lib. X. epist. 16.* STATIONES autem militum in prouinciis quietis, et pacis curam gerebant, facinorososque iudici sistebant. Vnde etiam *curiosi* interdum vocantur. De quo Tertullian. *in Apologet. cap. II. Latronibus inuestigandis*, ait, *per multae prouincias militaris STATIO sortitur.* STATIONES autem militum per Italiam disposuisse Tiberium, Sueton. *in Tiber. Cap. XXXVII.* scribit. Immo ante Tiberium Augustus grassatores dispositis per oportuna loca STATIONIBVS inhibuerat, teste eodem Sueton. *in Augusto Cap. XXXII.* HEIN. Vnde *stationarii milites*, de quibus infra. ¶. 3. STATIONES etiam dicebantur, qoo homines conuenire, stare, et in circulos cogi consueuerant. *l. 7. §. 13. D. quib. ex causs. in possess. eatur.* Plin. *Lib. I. epist. 13. Plerique in STATIONIBVS sedent, tempusque audiendis fabulis conterunt.* Idem *Lib. II. epist 9. Itaque prehendo amicos, supplico, ambio, domos* STATIONES*que circumeo.* Iuuenal. *Sat. XI. v. 3.*

Conuictus, thermae, STATIONES, *omne theatrum.*

Vlpianus, in *l. 15. §. 7. D. de iniur.* si ad STATIONEM *vel tabernam ventum sit.* Vide etiam, quae de eodem verbo diximus *Lib. II. Select. Antiquit. cap. 18.* ¶ 4. Memorantur etiam STATIONES fiscales: *l. 3. C. de compensat. l. 1. C. ne fisc. rem, quam vend euinc. l. 19. C. Theod. de susceptor.* STATIO Germanorum, apod Sueton. *in Neron. Cap. XXXIV.* STATIO iomentorum: *l. 23. in fin. D. de vsufruct.* STATIO Nicomediae. Plin. *Lib.*

Lib. X. epist. 16. STATIONES tabellionum. Nouell. XLIV.

STATIONARIVS. Milites STATIONARII, in stationibus positi milites. l. 1. §. 12. D. de offic. praefect. vrbi. l. penult. D. de fugitiu. l. 8. C. de accusat. l. 6. §. 3. D. ad SC. Turpill. l. 5. C. de vectigalib. l. 6. C. de dignitatibus. Lib. XII. l. 1. C. de cohortal. Lib. XII. Add. Eu. Otton. de tutel. viar. III, 9. p. 538. HEIN. ¶. 2. STATIONARIORVM nomine etiam adparitores praesidum per prouincias constituti significantur, qui notoriis crimina nunciare Praesidibus solebant, vt adparet ex l. 1. C. de curios. et stationar. Lib. XII. et ex l. 31. C. Theod. de Episcop. et cleric.

[**STATORES** in l. 10. D. ex quib. causs. maior. interpretatur Baronius ministros proconsulum ac praesidum, qui ad coercendos et carceri mancipandos reos ipsis aderant atque adstabant. vid. Ferdin. Ariam de Mesa Lib. III. Var. resolut. cap. XLIV. n. 26. Add. Reines. Class. I. Inscr. 19. p. 45. et Ioseph. Scaliger. comment. ad Priapeia carm. LII.]

STATVA. Principum statuas his, qui ad eas confugissent, tutissimum asylum fuisse, Lib. IV. Antiquit. Select. cap. II. docuimus. Inde ad STATVAM confugere, id est, ad statuam Caesaris, legimus l. 2. D. de his, qui sui vel alien. iur. sunt. l. 1. princ. D. de offic. praefecti vrbi. l. 17. §. 12. D. de aedilit. edict. l. 28. §. 7. D. de poenis. l. 5. D. de extraord. crimin. l. vn. C. de his, qui ad stat. confug. §. 2. Inst. de his, qui sui vel alien. iur. Sueton. in Tiberio Cap. LIII. Nouissime calumniatus, modo ad STATVAM Augusti, modo ad exercitum confugere velle, Pandatariam relegauit. Plin. Lib. X. epist. 16. Miles, qui est in statione Nicomediensi, scripsit mihi, Callidromum quemdam nomine quum detineretur a pistoribus, quibus operas suas locauerat, ad tuam STATVAM confugisse. STATVAE Caesaris: l. 5. D. ad leg. Iul. maiestat. l. 17. §. 12. D. de Aedilit. edict. STATVAE Imperatoriae; l. 4. §. vlt. D. de reb. auct. iud. possid.

¶. 2. Sunt et aliorum STATVAE. Sic STATVAE in alicuius honorem positae, vel ornandi municipii caussa. l. 29. D. de reb. auctor. iud. possid. STATVIS et imaginibus honorari; l. 17. D. de interdict. STATVAE, quae ornamento reipublicae sunt futurae, in publico poni: l. vlt. D. de loc. publ. fruendo. Eae erant aeneae, argenteae, marmoreae. Item STATVAE in monumento positae: l. 27. D. de iniuriis. et contra STATVAE de monumento reuulsae: l. 2. D. de sepulcro viol. [Si STATVAM legauero, et postea ex alia STATVA brachium ei adiecero, omnino STATVA a legatario vindicari potest. l. 14. D. de aur. argent. legat.] STATVAE relegatorum vel deportatorum ob crimen maiestatis detrahendae sunt. Ita Modestinus, in l. 24. D. de poenis. Ritum hunc eleganter illustrat Iac. Durantius Casellius Variar. II, 16. quocum iungi possunt, quae supra notauimus Lib. XI. in MEMORIA. HEIN.

STATVERE, et pronunciare promiscue solemus dicere eos, qui ius habent cognoscendi. l. 46. D. de verbor signif. Sic STATVERE arbiter: l. 32. §. 16. D. de recept. arbitr. STATVERE caussa cognita: l. 1. C. quae sit longa consuet. l. 3. §. vlt. D. de administr. et peric. tutor. l. 4. D. de inspic. ventr. l. 2. §. 4. D. testam. quemadm. aperiant. l. 5. D. vbi pupill. educ. l. 24. D. de legat. II. STATVENDI facultatem habere: l. 10. C. de sentent. et interloquut. STATVERE dicitur iudex: l. 2. C. de ordin. cognition. STATVERE et statuta proprie ad praetorem et ius dicentem pertinent secundum sententiam edicti: l. 2. D. quod quisqu. iur. in alt. l. 4. §. 5. D de re iudic. l. 3. l. 6. l. 7. et l. penult. C. quomod. et quando. l. 9. 10. C. de sentent. et interloquut. l. 2. l. 3. C. si a non compet. iud. l. 1. C. quae sit long. consuet. Et sic praetor STATVERE dicitur, in l. 2. §. 6. D de iudic. l. 4. D. de custod. reor. l. 12. l. 13. D. eod. tit. Sed et princeps STATVERE dicitur, l. 2. C. quib. ex causs. seruit.

¶. 2. STATVERE alias constituere et praescribere est. STATVERE actionem lex dicitur, l. 23. §. vlt. D. de condict. indebiti. STATVERE diem: l. 14. D. de recept. arbitr. STATVERE diem solutioni: l. 21. §. 2. D. eod. tit. STATVERE poenam: l. 22. §. 2. D. de iur. fisci. l. 3. §. 5. D. de sepulcr viol. STATVI poena: l. 5. D. de poenis. STATVERE pretium: l. 3. l. 4. D. mandati. STATVI tempus: l. 17. §. vlt. D. de vsur. STATVENDVM tempus: l. 5. D. de oper. publ. vid. infra STATVTVS.

STATVLIBER adpellatur, qui ex die vel sub conditione testamento liber esse iussus est. Vlpian. tit. II. Regul. §. 1. et sequ. l. 1. et tot. tit. de statulib. STATVLIBERO implicitum esse casum libertatis ait l. vlt. D. si ex noxal. causs.

[**STATVRA** militaris. l. 9. C. Theod. de desertor. et occultat. Lib. VII. tit. 18. de qua etiam aliae agunt eiusdem Codicis leges, veluti l. 5. de re milit. Lib. VII. tit. 1. l. 12. de veteran. Lib. VII. tit. 20. l. 13. de diuers. offic. Lib. VIII. tit. 7. l. 13. de tiron. Lib. VII. tit. 13. vbi Iac. Gothofred] De STATVRA militari praeter Vegetium egit etiam Radulph. Forner. Lib. V. rer. quotidian. cap. 16. HEIN.

STATVS personarum conditionem significat, secundum quem alii ingenui sunt, alii libertini, alii serui rubr. D. de statu homin. et rubr. ne de statu defunctor. Serui tamen STATVM non habent, ideoque in libertatem perducti mutare statum non videntur. l. 3. §. vlt. l. 4. D. de capite minut. Vnde caussae STATVS, pro liberalibus iudiciis, quibus ex libertate in seruitutem, vel ex ingenuitate in libertinitatem quis petitur. l. 8. §. 2. D. rat. rem hab. l. 1. C. de offic. praetor. l. 39. §. 5. D. de procurator. l. 1. §. 7. D. de tabul. exhibend. l. 6. C. de fid. instrum. l. 3. C. de ordin. cognit. et alias saepe. Hinc STATVS controuersiae: l. 3. §. 9. et §. 10. l. 6. §. 1. D. de Carbon. edict. et STATVS controuersiam alicui facere: l. 7. D. de iur. fisci. STATVS error. l. 88. §. 11. D. de legat. II. Instrumenta STATVS, quibus ingenuitas vel manumissio probari potest. l. 8. D. quod metus caussa. STATVM mutare dicuntur liberi omnes, qui vel libertatem vel ciuitatem vel familiae ius amittunt. l. 2. D. de in integr. restit. l. 1. D. de capit. minut. l. 9. §. 4. D. de minorib. l. 29. C. de liberal. caussa. STATVM et conditionem mutare: l. vlt. D. ad SC. Tertullian.

STA-

STA.

STATVM libertatis mutare: *l. 27. C. de liber. cauſſa.* STATVS quaeſtio: *l. 3. C. vbi cauſſae ſtatus.* STATVM priſtinum recipere: *l. 17. D. de donation. l. 11. C. de ſentent. paſſ.* ¶. 2. Alias STATVS quamcumque conditionem, rationem, naturam ſignificat. Sic STATVM capere: *l. 108. §. vlt. D. de verbor. obligat.* In STATVM meliorem commotatio; *l. vlt. D. de vſu et habitat.* STATVS dignitatis; *l. 5. D. de extraord. cognit.* In ſuo STATV eſſe debere: *l. 1. C. de integr. reſtitut.* STATVS donationum: *l. 32. D. de donation. int. vir. et vxor.* facultatum: *l. 2. §. vlt. D. vbi pupill. educ.* generis: *l. 1. C. de ordin. cognit.* obligationis: *l. 21. D. de fideiuſſor.* STATVM etiam obligationis pro conditione et natura dicimus. *l. 9. §. 1. D. de duob. reis. l. 108. in fin. D. de verb. obligat. l. 124. D. eod. tit.* iuncta *l. 12. §. penult. D. de ſolutionib.* et dicitur quoque in aliquo STATV eſſe obligatio, *l. 36. D. de reb. credit.* STATVS peculii, *l. 32 §. 1. D. de peculio.* pupilli; *l. 1. §. vlt. D. de Carbon. edicto.* In ſuo STATV retinentur. *l. 5. D. de transaction.* In eodem STATV eſſe teſtamentum: *l. 8. §. 3. D. de iur. codicill.*
¶. 3. STATVM quoque aetatis dicimus. *l. penult. C. quand. dies legat. ced.* Et inde verba haec: QVVM AD STATVM SVVM PERVENERIT, ſic accipimus, quum viceſimum quintum annum attigerit. *l. 77. §. 14. D. de legat. II.*

STATVTI, in *l. 5. C. de aduocat. diuerſ. iudicior.* pro ordinariis et matriculae inſertis aduocatis, quibus opponuntur *ſupernumerarii. l. 5. et l. 8. C. eod. tit.* [Et ita quoque haec vox ſumitur in *l. vlt. C. de iuriſd. omnium iudic.* quam non intellexit Bartolus.]

STATVTVM, vt ſtatuere ad praetorem et ius dicentem proprie pertinet, vt ſupra in STATVERE probauimus. [Dicitur tamen etiam de iure communi. *l. 6. l. 12. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* et de conſtitutione principis: *l. 12. C. de excuſation. muner.*]

STATVTVS, A, VM. conſtitutus, praefinitus. STATVTVS dies: *l. 1. C. de gener. abolition. l. 6. §. 1. D. de contrab. emtion.* STATVTO die: *l. vlt. D. de lege commiſſor.* STATVTI dies: *l. 1. §. vlt. D. de ſucceſſor. edict.* STATVTA dies in cautione, id eſt, praeſtituta, *l. 15. princ. D. de damno infect.* STATVTA conſuetudinis forma: *l. 6. C. de ſeruitut.* STATVTI antiquitus honores: *l. 3. §. 15. D. de muner. et honor.* STATVTA libertas dicitur, quae in diem vel conditionem deſtinatur. *l. 1. l. 6. D. de ſtatulib. l. 81. §. penult. D. de legat. I. l. 15. l. 16. D. de noxal. action. l. 9. §. vlt. D. de option. legat. l. 25. §. 1. D. de liberal. cauſſa. l. 2. D. ſi is, qui teſtam. liber eſſe iuſſ. l. 27. §. 10. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 69. D. de euiction.* STATVTVS modus; *l. 29. D. de vſur.* STATVTVS legis modus: *l. 5. C. quand. prouoc. non eſt nec.* STATVTVS numerus: *l. 41. §. 1. D. de excuſat. tutor.* STATVTA poena: *l. 59. D. de condit. et demonſtrat. l. 2. §. 2. D. ad leg. Iul. de adult.* STATVTA legis portio: *l. 66. D. ad leg. Falcid.* STATVTVM temporis ſpatium: *l. 3. C. ſi quis ignor. rem min. vend.* STATVTIS

STA. STE.

ſumtibus ſeruire; *l. 3. C. de compenſat.* STATVTVM tempus reis peragendis: *l. 21. §. 5. D. ad municip.* STATVTO tempore dilationis: *l. 7. §. 5. D. de pact.* id eſt, tempore legibus dato. *l. 27. §. 3. D. eod. tit.* STATVTVM militiae tempus: *l. 2. C. de his, qui non implet. ſtipend. l. 4. D. pro ſuo. l. 2. D. de re iudicat.* STATVTA conſtitutionibos tempora ad praeſcriptionem: *l. 76. §. vlt. D. de contrab. emtion.* Intra STATVTVM tempus: *l. 5. C. de reuoc. donat. l. 21. §. 5. D. ad municipal.* STATVTVM legibus tempus reſtitutionis: *l. 1. C. ſi minor ſe maior.* Sic STATVTVM tempus pro conſtituto ſeu praefinito ad petendam in integrum reſtitutionem. *l. 20. l. 21. D. de minor. l. 6. D. de in integr. reſtit. l. 9. §. 4. l. 19. D. de iureiur. l. 2. D. de re iudic. l. 32. D. de ſeruitut. praed. ruſtic.* STATVTVM tempus ad dotis reſtitutionem: *l. 7. §. 5. D. de pact.* STATVTO tempore reddendae dotis: *l. 17. §. vlt. D. quae in fraud. credit. l. 78. §. 4. D. de iur. dotium. l. 17. D. de pact. dotal.* STATVTVM tempus, quo ſeruitus amittatur: *l. 16. D. quemadm. ſeruit. amitt. l. 28. §. vlt. l. 19. D. eod. tit.* STATVTVM tempos in vſucapionibus; *l. 4. §. vlt. D. de vſurpat. l. 26. §. 8. D. ex quib. cauſſ. maior.* STATVTI temporis ſpatium, *l. 1. D. de vſurpation.* id eſt, lege defioiti, vt loquitur *l. 3. D. eod. tit.* et conſtitutum vſocapionis tempus, vt loquitur Pomponius, in *l. 4. D. pro ſuo. l. 7. §. 1. D. pro emtore.* STATVTO tempore: *l. 4. C. ſi mancip. ita venier. l. 66. D. de contrab emtion. l. 17. D. de pact. dotal.* [STATVTVM vero tempus non ſemper intelligitur de tempore legitimo, ſed aliquando etiam illud ſignificat, quod a magiſtratu de facto conſtitutum eſt. *l. 4. D. de feriis.*] STATVTAE vſurae; *l. 7. §. 5. D. de pactis.*

STE.

STELLATVRA, in *l. 12. C. de erogation. militar. annon. Lib. XII.* Lamprid. *in Alexandro Cap. XV. Tribunos, qui per* STELLATVRAS *militibus aliquid tuliſſent, capitali poena adfecit.* Spartian. *in Peſceun. Nigro Cap. III. Nam et imperatorum tribunos duos, quos conſtitit,* STELLATVRAS *accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit.* [Quid autem rei ſit STELLATVRA, anxie inquiſiuerunt viri docti Non deſunt, qoi eo nomine intelligi cenſent *teſſeram frumentariam*, quae viliori pretio militibus diſtribuebatur. Species enim a paganis acceptae, aeſtimatae in militare aerarium referebantur. Claud. Cotoaeus *de iur. et priuileg. milit. Lib. III. cap. II.* cui tamen vix ſubſcribendom videtur, quando ait, ſpecies eas STELLATVRAE nomine militibus diſtributas fuiſſe, niſi putaueris, circa diſtributionem iſtam ſtellionatum, vt in militia frequenter fieri ſolet, commiſſum fuiſſe, ita vt panes vel frumenta militibus a praefectis non vſque bona fide repraeſentarentur. Cuiacius cum Iac. Gothoſredo *ad l. 28. et 29. C. Theod. eod. tit.* intelligit portionculas, quas tribuni de annonis militum decerpere ſoliti ſint, quaſi ſtillas, ſeu ſtillatim. Vnde et *ſtillaturas* legit Gothoſredos. vide, quae ſcripſi *in Achate p. 784.*] [Salmaſios fraudes et impoſtoras per STELLATVRAS intelligit, et huic ſignificationi aptam quoque nominis rationem reddit. Sed quum fraudes legibus maxime aduerſae ſint, ſtella-

turis

turis autem modum tantum eaedem ponant, nuspiam autem eas improbent et damnent, fieri omnino non poteſt, vt legibus probatum nomen fraudes notet et impoſturas. Nam quod Hadriano et Peſcennio Nigro de STELLATVRIS hiſce ſecus viſum ſit, id ad inſequuta tempora, quibus de illo militaris diſciplinae rigore non nihil remiſſum hactenus fuit, trahi non poteſt.] STILLATVRA Iac. Gothofredi nihili videtur. STELLATVRAM vero, ſiue a *ſtellando*, ſiue *ἀπὸ τῦ ϛέλλειν*, ſiue vti mauult Salmaſius, a *ſtellionibus* dicta ſit, omnino fraudis ac impoſturae genus fuiſſe, Spartiani et Lampridii teſtimonia dubitare neminem patiuntur. At poſſunt poſtea, quae initio fraudulenter ac per impoſturam ſubtracta fuerant, in iuſtum euadere lucrum, ſi leges huiusmodi compendium, impoſito ei modo, permittunt. Id quod hic factum videtur. Quod enim Peſcennius Niger et Alexander Imperatores improbarunt, id poſtes tulerunt ſequentes Principes, tribunisque ex militum annona conceſſerunt lucellum, quod STELLATVRAE nomine veniebat. Vide Caſaubon. *ad Hiſtor. Auguſt. p. 123. ſequ.* HEIN.

STELLIO. Vetus Gloſſar. Graec. *κακῦργος, κακότεχνος*. Donat. *in Terent. Eunuch. Act. IV. Scen. 4.* STELLIONEM ait, *eſſe animal, quod lacertae non diſſimile eſt, maculoſo corio.* Ab hoc animali, vafro eo, et guttis ſtellatis diſtincto, STELLIONATVS nomen deductum, vt Plin. *Lib. XXX. cap. 10.* ſignificat. STELLIONEM etiam *ſuum veluti ſenium more ceterorum ſerpentium temporibus ſtatutis exuere*, Apuleius *Apolog. I.* ſcribit. Meminit et Columella *Lib. IX. cap. 7.* Adde Cuiac. *Lib. X. Obſeru. cap. 26.* et Menag. *Amoenit. iur. ciuil. cap. XXXIX. p. 369.* HEIN.

STELLIONATVS. Ita iurisconſulti adpellant omnem fraudem atque impoſturam, quae propriam ſignificationem non habet, et in proprium delicti nomen non cadit. *l. 7. §. 1. D. ad SC. Turpillian.* veluti ſi quis rem alienam ſciens obliget, vel alii iam pignoratam alii denuo obliget, vel in pignore dando pro auro aes ſubiecerit, STELLIONATVS crimen committit. *l. 1. D. ſtellionat. l. 16. §. 1. l. 36. D. de pignor.* Similiter qui ſciens ſtatuliberum diſſimulata eius conditione vendit, vel creditor numeratam iam ſibi pecuniam iterum accipiens, STELLIONATVS crimine plectitur. *l. 29. §. penult. D. mandat. l. 9. §. 1. D. de ſtatulib.*

STEMMA. STEMMATA vocabant ramis et lineis ex ordine diſpoſitas et deſcriptas genealogias, quibus generis et gentis ſeries depicta deſcriptaque proponebatur. *l. 9. D. de gradib. et adfinib.* Plin. *Lib. XXXV. cap. 2.* STEMMATA *vero lineis discurrebant ad imagines pictas.* Statius Papin. *Lib. III. Siluar.*

Non tibi clara quidem, ſenior placidiſſime, gentis
Linea, nec proauis demiſſum STEMMA.

Origo autem nominis inde, vt credibile eſt, promanauit, quod imagines pictas ſertis coronare et floribus exornare ſolebant. Iul. Firmic. *Lib. III. Matheſ. cap. 8.* *Magnos viros faciet Mercurius, qui ſacris et religioſis* (glorioſis,) STEMMATIBVS *coronentur.* Vnde et apud Martial. *Lib. X. epigr. 55.*

Triſtia ſaxorum STEMMATA *delet heros.*

(vbi tamen et pro *ſaxorum ſtemmata*, legitur *ſeruorum ſtigmata*. HEIN.) Propterea, quod coronas in ſaxis ſculptas Heſychius *ϛέμμα, ϛεφάνωμα*. Cornut. *ad Perſii illud Sat. III. v. 28.*

STEMMATE *quod Tuſco ramum milleſime ducis.*

STEMMATA *dicuntur ramaſculi, quos etiam faciunt aduocati in iure, quum cauſſam partiuntur: vt puta, ille filius illius, ille pater illius. Proprie autem dicuntur* STEMMATA *rotundae imagines, quoniam ϛέψαι Graece, Latine coronare.* STEMMA generis, Martial. *Lib. V. epigr. 36.* Gentile STEMMA. Sueton. *in Claud. cap. XXXIX.* Lamprid. *in Alexandr. cap. 44.* STEMMA *generis depinxerat, quo oſtendebatur, genus eius a Metellis deſcendere.* Hieronym. *de vita B. Marcelli p. 696.* STEMMATA *per conſules et praefectos decurrentia.*

[STEPHANIDES. *in inſcript. l. 3. C. de accuſat*]

STEPHANVS ſeruus, *l. 39. §. 4. D. famil. ercisc.*

STERCORARE. Pecora ſtercorandi cauſſa parata: *l. 8. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat. l. 60. §. vlt. D. de legat. III.* Paull. *Lib. III. Sent. tit. 7.* [STERCORANDIS latrinis ſeruum praeponere. *l. 15. §. 1. D. de vſufruct.* vid. ſupra *Lib. X.* in *latrina*]

STERCVLINIVM, quod vel vendendi vel ſtercorandi cauſſa paratum eſt. *l. 17. §. 2 D. de action. emti.*

STERCVS, in area congeſtum: *l. 5. §. 3. D. ad exhibend.* [STERCVS animalium pro ſolatio habere; *l. 17. C. de curſ. public. Lib. XII. tit. 51.*]

STERILIS dos, ſine commodo aliquo, in *l. 4. D. de pact. dotal.* STERILES numi, in *l. 7. D. de vſufruct.* et STERILIS pecunia, quae vſuras non parit. *l. 3. §. 4. D. de contrar. tut. et vtil. act.* [STERILES res, non tamen inutiles. *l. vlt. §. 4. C. de bon. quae liber.*]

STERILITAS ſpadonis. *l. 6. D. de liber. et poſtum.* STERILITAS temporis; *l. 2. §. vlt. D. de adminiſtr. rer. ad ciuit. pertin.*

STERNERE viam: *l. vlt. §. 1. D. de muner. et honorib.*

STI.

STIGMA, pro nota inuſta ſeruis furibus vel fugitiuis. *Indicia* Caius *Lib. I. Inſt. tit. I. §. 3.* vocat, vbi vide quae notauit doctiſſ. Schultingius, et ad Vlpian. *tit. I. Regul. §. 11.* HEIN.

2. [STIGMATA, hoc eſt, nota publica fabricenſium brachiis infligantur. *l. 3. C. de fabricenſ. Lib. XI. tit. 9. l. 4. C. Theod. eod. tit. Lib. X. tit. 22.*]

STILLICIDIVM eſt, quod ſtillatim et guttatim cadit. Cornel. Fronto *de different. voc.*

Gutta manat, stilla cadit. Quo nomioe a *flumine stillicidium* differt. *Inter* STILLICIDIVM *enim et flumen hoc interest, quod* STILLICIDIVM *stillatim cadat, flumen continue fluat*, vt Varro *Lib. IV. de lingu. Latin.* scribit. Vet. glossar. Graecum: STILLICIDIVM ὁ ἀπὸ τῶν κεράμων σταλαγμός. Ita quum STILLICIDII seruitus ex superiore loco sit, flumen noo nisi ex ioferiore et imo loco esse potest. *l. 20. §. 5. l. 28. D. de seruit. praed. vrban.* Seruius *in Lib. III. Georgic. v. 366.* vna cum Festo stillam diminutiuam esse a *stiria* credunt, vnde *stillicidium* sit deductum. Ita STILLICIDIVM *mellis* dixit Tertullian. *de Spectacul. cap. XXVII.* Vetus Glossar. Biblioth. regiae: στιλλικίδιον σταγὼν ἡ τῶν κεράμων.

¶. 2. STILLICIDIVM leuius et acrius opponuntur. *l. 20. §. 5. D. de seruit. praed. vrban.* Praeterea STILLICIDIVM cadit et cassitat vel ex tegula, vel ex tabulato. *l. 20. §. 4. et §. 5. eod. tit. l. 14. D. si seruit. vindic.* STILLICIDIA immittere: *l. 1. §. 17. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l. 28. in fin. D. de seruit. praed. vrban. l. 16. in fin. D. si seruit. vind.* STILLICIDII immittendi ius: *l. 8. D. quemadmod. seruit. amitt.* STILLICIDIVM proiicere: *l. 2a. D. de seruit. praed vrban.* Is vero, in cuius aream STILLICIDIVM cadit, recipere, excipere et suscipere dicitur. *l. 17. §. vlt. l. 50. in fin. D. de seruit. vrban. praedior. l. 9. §. 1. D. si seruit. vindic.*

STIPENDIVM. Stipes antiquitus modica aera adpellabaotur, vnde STIPENDIA dicta, Vlpianus ait *l. 27. §. 1. D. de verbor. signific. l. 1. D. de colleg. et corporib.* STIPENDIA merere dicuntur, qui militant. *l. 18. D. de re iudicat.* Impleuisse vero STIPENDIA dicuntur, qui legitima militiae tempora impleuerunt, et pleno stipendiorum numero functi sunt. *l. 8. D. de re milit. rubr. C. de his, qui non impletis stipend. Lib. X.* STIPENDIVM facere: *l. 15. C. ad leg. Iul. de adulter.* STIPENDIIS emeritis et decursis: *l. 2. C. de his, qui non implet. stip.* STIPENDIA vicesima: *l. 9. C. quando prouoc.* STIPENDIORVM praerogatiua: *l. 4. C. de fabricens. Lib. XI. tit. 9.* STIPENDIA porro oon militiae tantum sed et legationis dicimus, *l. 6. in fin. D. de legation.* STIPENDIARIA vetus Glossar. Graecum: τὰ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις κτήματα. στίπες γὰρ ὁ ἔρανος.

STIPES antiquitus modica aera adpellabantur. *l. 27. §. 1. D. de verb. signific.* STIPES aduocationum. Quinctiliao. *Lib. I. Inst. orat. cap. vlt.* STIPEM defraudet. *l. C. de postulando.* STIPEM menstruam eonferre, *l. 1. D. de colleg. et corpor. l. 1. D. de priuat. delict.* STIPEM cogere: Cic. *Lib. II. de legib. cap. 9.*

STIPES, ITIS. Stipites granorum: *l. 18. D. de action. emti.*

STIPVLA, calamus frumenti. STIPVLA quae in messe iacet: *l. 13. D. quemadmod. vsusfr. amitt.* STIPVLA illecta: *l. 5a. §. 1. D. de verb. signif.* ea est spicae in messe deiectae necdum lectae, quas rustici quum vacarint, colligunt. Varro *Lib. I. de re rustic. cap. 53. Messe facta, spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam.* Idem *Lib. VI. de Lingu. Latin. Nemo reprehensus, qui e segete ad spicilegium reliquit* STIPVLAM. Ex STIPVLA seges enata. *l. 40. §. 3. D. de contrab. emtion.* item de STIPVLA in *l. 30. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* ex qua adparet in stipulam quandoque ignem eius comburendae caussa commissum. Sic STIPVLAM incendere, in *Collat. Leg. Mosaicar. et Roman. tit. XII.* §. 7.

STIPVLARI dicitur, non is tantum, qui interrogat; sed etiam qui spondet, promittit, vt in *l. 7. §. 1. D de eo, quod certo loco. l. 26. §. 13. D. de condict. indeb. l. 1. §. 3. D. de verbor. oblig. §. penult. Inst. quib. mod. toll. oblig. l. 39. D. de contrahend. emtion. l. 12. C. de contrah. stipul.* [*l. vlt. in fin. D. de administr. et peric. tutor. l. 4. §. 20. D. de dol. mal. et met. except. l. 112. §. 1. D. de verb. oblig.*] Vnde et stipulatio pro promissione vel sponsione. vid. STIPVLATIO. ¶. 2. STIPVLARI de aliquo, pro aliquid iuriscoosulti dicunt. *l. 54. §. 1. D. locati. l. 19. D. ad SC. Velleian. l. 8a. D. de verbor. obligat. l. 13. §. 1. D. de recept. arbitr. l. 66. §. vlt. D. de furt. l. 36. §. 1. et l. 37. D. de vsufruct.* Sic STIPVLATVS de ea est. *l. 19. D. ad SC. Velleian.* De te STIPVLATVS, in *l. 108. §. 4. D. de legat. I. l. 13. D. de recept. arbitr. l. 66. §. vlt. D. de furt.* STIPVLATVS de Titio. *l. 36. §. 1. D. de vsufruct.* ¶. 3. STIPVLARI *stipulationem*, *l. 3. §. 1. D. iudicat. solu. l. 42. §. vlt. D. soluto matrimon.* Qui autem ab eo, cui spopondit et promisit, vice mutua stipulatur, *restipulari* dicitur. *l. 43. §. 1. D. de damn. infect.*

STIPVLATIO, est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum facturumue se, quod interrogatus est, respondet. *l. 5. §. 1. D. de verbor. oblig.* Sic autem a firmitate adpellata est, quod firmandarum obligationum caussa interponeretur, firmissimumque esset adstringendae obligationis vinculum. Nam *stipulum* veteribus firmum significabat. Vet. Glossar. Graecum: STIPVLVM τὸ ἰσχυρόν. Et sic Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 7. §. 1.* et Iustinianus *princ. Instit. de verbor. oblig.* et Isidorus *Lib. X. Etymolog.* scribunt, quamquam Varro *Lib. IV. de Lingu. Latin.* et Festus *Lib. XVII.* a *stipe* magis dictam putant. *Stipulari* autem verbum commune est, vt Priscianus *Lib. VIII. p. 794.* edit Putschii, notat et Suetonii auctoritate ex *Lib. VIII. Praetor.* confirmat. Isidorus *Lib. IV. Etymol. cap. 24.* STIPVLATIO *est quasi promissio vel sponsio. Vnde et stipulatores promissores vocantur.* Idem *Lib. X. cap. 5.* STIPVLATOR *promissor: stipulari enim promittere est ex verbis iurisperitorum.* [Add. Cuiac. *ad l. 32. D. de recept. arbitr.* et *in Paull. Lib. XIII. ad Edict.*] Nam et qui interrogat, et qui spondet promittitue *stipulari* dicitur. vid. STIPVLARI. ¶. 2. Sic STIPVLATIO est sollemnis promissio facta interrogatione praecedente et responsione sequente. STIPVLATIO alia *pura* est, alia *conditionalis*, alia *in diem* concepta. *Pura* est, quae oec fit sub conditione nec in diem, sed pure, vt dicere, DABIS HOC? DABO. *Conditionalis* vero est, quae fit sub conditione, hoc modo: PROMITTIS MIHI DARE CENTVM, SI NAVIS EX ASIA VENERIT? et respondes, PROMITTO. STIPVLA-

*[pro]*pvlatio *in diem* hoc modo: dabis mihi decem cal. ivniis? et respondes, dabo. ¶. 3. STIPVLATIONVM item hae species memorantur, satisdationis legatorum, damni infecti, ex operis noui nunciatione, emtionis hereditatis, fructuarii, de quibus prolixe egimus *Lib. VI. de formul. Cap. CLXVIII. sequent.* ¶ 4. Notandae sunt loquutiones. [Ex pacto et stipvlatione actio competit. *l. 45. D. soluto matrimon.* Pactum huiusmodi et *stipulationem* complexus. *ibid.* stipvlatione data, id est, facta promissione. *l. 15. D. de procurat. et defensor.*] stipvlatio facta: *l. 39. D. de oper. libertor.* In stipvlatione esse non solutione, aliud est. *l. 44. §. vlt. D. de obligat. et action.* Interponere stipvlationem. *l. 1. §. 3. D. si cui plus, quam per leg. Falcid. l. 3. §. vlt. D. eod. tit. l. 36. D. de action. emti.* [Cuiac. *Lib. XXVII. Obseruat. cap. 35.*] stipvlatio quae ab Aedilibus proponitur: *l. 31. D. de euiction.* Tollitur stipvlatio per stipvlationem ipso iure. *l. 27. D. de pactis.* ¶ 5. STIPVLATIO *Aquilliana* est, quae nouat omnem contractum, vt sic: *quidquid mihi debes ex quacumque caussa, idem mihi promittis?* Si enim ex mutui datione mihi debitor sis, velimque acceptum ferre, id est, per acceptilationem remittere, non poterit res expediri, nisi per stipulationem. ¶. 6. STIPVLATIO item ex stipulatu actionem significat. *l. 39. pr. D. de euiction. l. 7. princ. D. de auctorit. et cons. tutor.*

STIPVLATOR dicitur, qui interrogat, promissor, qui spondet. *l. 2. l. 4 D. de verbor. obligat.* Vnde STIPVLATOR et promissor opponuntur. *l. 3. §. 2. et 3. D. de eo, per quem fact. erit, quo min. quis in iudic.* Item STIPVLATOR adpellatur, qui stipulatus est. *l. 38. l. 20. l. 41. §. 1. et l. 43. D. de verb. oblig. l. 21. §. 3. D. de fideiussor. l. 99. pr. l. 126. §. 1. D. de verbor. obligat. l. 7. D. de doli mal. except. l. 2. D. de donation.* Sueton. *in Vitellio Cap. XIV.* Aliquando tamen et promissorem vocari *stipulatorem*, supra in stipvlatio probauimus.

STIPVLATVS, VS, pro stipulatione, eadem forma dicitur, qua Tacitus *questum* pro *quaerimonia* dixit. *Lib. III. Histor. cap. 70. Cornelium*, inquit, *Martialem e primipilaribus ad Vitellium misit, cum mandatis et questu, quod pacta turbarentur.* Fest. Pompeius *Lib. XVII. in spondere*, promissum, id est promissionem dixit. Sic etiam *transactus* pro *transactione*, et *permissus* pro *permissione*, sic et *condemnatus* pro *condemnatione*, et *conuentus* pro *conuentione*. Dicitur autem STIPVLATVS, in *l. 9. D. de vsur. l. 8. D. de re iudic. l. 73. D. de condit. et demonstr. l. 17. D. de reb. auctor. iud. possid. l. 10. §. 22. D. quae in fraud. credit. l. 28. §. 8. D. de iureiur. l. 33. §. vlt. D. de legat. III. l. 5. §. 6. D. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur.* Sic super stipvlatv adire praesidem. *l. 3. C. de inutil. stipulat.* Ex stipvlatv: *l. 26. §. vlt. D. de pact. dotal. l. 3. §. 2. D. de legat. III. l. 77. §. 2. D. de legat. II.* ¶. 2. Hinc *actio* ex stipvlatv. *l. 26. §. vlt. D. de pact. dotal.* Ea vero aut est *certi*, et haec proprio nomine *condictio certi* adpellatur, aut est *incerti*, et haec aliud nomen non habet, quam *actionis ex* stipvlatv. Et ideo quum *actionem ex* stipvlatv dicimus, eam, quae incerti est, plerumque intelligimus. *l. 9. §. 4. D. de reb. cred. §. 1. Inst. de verbor. obligat.* Nonnumquam et eam, quae certi est, *l. 32. §. 2. D. ad leg. Falcid. l. 1. C. soluto matrimon.*

STIRPITVS, radicitus. *l. 3. §. 4. D. arbor. furt. caesar.*

STIRPS, a radice separatur in *l. 30. D. de verbor. signific.* vt et apud Ciceron. *Lib. II. de natur. deor. cap. 42.* Sic a stirpe excidenda arbor. *l. 1. §. 1. D. de arbor. caed.* STIRPS oleae: *l. 3. §. 7 D. arbor. furt. caes.* Ex stirpibvs renasci silua. *l. 30. D. de verb. signif.* stirpes vitium: *l. 55. §. 4. D. de legat. III.* ¶. 2. STIRPS pro genus. Alienae stirpis: *l. 9. C. de quaestion.* STIRPS libertina, in *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XVI. §. 8.* ¶. 3. Successio in stirpem vel stirpes et *in capita*, id est, pro virilibus portionibus, opponuntur. *l. 2. C. de suis et legit. heredib. Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XVI. §. 2.* Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 8. §. 19.* Vetus Gloss. Graecum: in stirpes, κατὰ σειρὰν, Soccessionem autem in stirpes Iustinianus *Nouell. CXVIII. cap. 3.* τοῦτον ἐκ τῆς κληρονομίας τοῦ τελευτήσαντος λαμβάνουσι μέρος, ὅσοι δή ποτε ἂν ὦσιν, ὅσον ὁ αὐτῶν γονεὺς, εἴπερ ἦν, ἐκομίζετο. *Tantam ex hereditate defuncti partem capient, quantam parens eorum fuisset habiturus, si vixisset.*

STL.

[STLITIBVS diiudicandis. *l. 2. §. 29. D. de orig. iur.* pro litibus, antiqua scriptione, cuius plurs exempla ex XII. tabulis adduxit Meursius in *Auctar. philolog.* quod libello suo *de gloria* subiunxit. *Cap. XXXIV.*]

STR.

STRABO, cui distorti oculi. *l. 12. §. vlt. D. de aedilit. edict.* Quum vero ibi verba ita se habeant: *non esse morbosum, alicui os olere, veluti hircosum*, STRABONEM, *hoc enim ex illuuie oris accidere solere*, et sic STRABO plane aliam notionem habere videatur, Budaeus legendum putauit: *veluti hircus vel tragon*, vel *hircosum tragonta*, Cuiac. *Lib. XI. Obseru. cap. 10.* et Lindenbrog. *ad Censorin. Cap. XIV. veluti hircosum grasonem*, vel *hircosum scabronem*, Scaliger *in Coniect. ad Varron. VI. p. 132. lurcosum raponem.* Sed non opus est tanto criticorum tumultu. Sensus Vlpiani est: eum, cui os olet, non magis morbo adfici, quam hircosum et strabonem, quia illud vitium ex illuuie oris fit. V. A. Cornel. van Bynkershoek *Lib. III. Obseruat. cap. 23.* hein.

STRAGVLA vestis a sternendo dicitur. *l. 12. §. D. de instruct. et instrum. legat. l. 5. D. de supellect. legat.* STRAGVLA vestimenta, *l. 23. §. 2. D. de auro, arg. legat. l. 45. D. de verbor. signif.* vide aratvs.

STRAMENTVM vocat Caius in *l. 234 §. 2. D. de verbor. signif.* a sternendo, vnde

et *stragula* vestis est. ¶. 2. STRAMENTA, pro stramine, quod iumentis substernitur. *l. 45. §. 3. D. ad leg. Aquill. §. 1. Inst. de vsu et habit.*

STRANGVLARI, id est, necessitate adigi, *l. 1. C. de praed. decurion. sine decret. non alien. Lib. X. tit. 33. l. 1. C. Theod. de praed. et mancip. Lib. XII. tit. 3.* Ambros. *Lib. II. de poenitent. cap. 5. Nec verbi vnius praeiudicio tantam caussam* STRANGVLANDAM *arbitror.* [Eadem vox habetur etiam in *l. 2. C. Theod. de petit. et vltro dat. Lib. X. tit. 10. delatorum exsecranda pernicies inter primos conatus in ipsis faucibus* STRANGVLETVR. vbi Iacob. Gothofredus alium ex Ambrosii *epist. LXIV.* locum adducit, et ex Valer. Maximo *Lib. V. cap. 3.*]

STRATA, pro via publica. *l. 4. C. de priuileg. dom August Lib. XI l. 6. C. Theod. de itin. muniend.* et apud Isidor. *Lib. XV. Etymolog. cap. vlt.* qui STRATAM *dictam, quasi vulgi pedibus tritam tradit*, quum tamen similius vero sit, ab eo, quod lapidibus sternatur, ita adpellatam. Procop. *Lib. II. de bello Persico, viam a Latinis* STRATAM etiam *dici*, tradit.

STRATORES proconsulum. *l. 4 §. 1. D. de offic. proconf. l. vlt. D. de iur. immunitat.* et STRATORES in *l. 10 D. ex quib. causs. maior.* STRATORES etiam in *l. 1. C. Theod. de strator. l. vn. C. Iustin. de castrens.* Ammian. Marcell. *Lib. XXXIX. cap. 3. et XXX, 6.* Spartian. *in Caracall Cap. VII.* Gruter. *Inscript. p. CI, 7. p. CCCLXXXIX, 2.* qui Imperatorem in equos adleuabant, equosque probabant, erantque sub dispositione Comitis stabuli. Neque enim antiquissimi vsus esse stapedes et scandulas, quibus hodie equos adscendimus, ostendit Gisbert. Cuper. *ad Lactant. de mortib. persequut. Cap. V.* De STRATORIBVS et stapedibus plura Henr. Vales. *ad Ammian p. 437. et 463.* Salmas. *ad Scriptor. Histor. August. p. 163.* Eu Orto *de tutel. viar. II, 4. p. 367.* Iac. Gothofred. *ad Cod. Theod. Tom. II. p. 228.* qui tamen eos a sternendis viis nomen inuenisse putat. Eosdem adparuisse Praesidibus et custodiae reorum adhibitos esse ex *tit. C. Theod. de custod. reor.* et *Act. passion. S. Cypriani* ostendit Claud Salmas *ibid p. 84.* et V. C. Eu. Otto *ibid. II, 7. p. 408.* Sed eos STRATORES proconsulibus ademerunt Principes. *l. 4. §. 1. D. de offic proconf* HEIN. ¶. 2 STRATORES etiam in carceribus ponuntur, in *l. 1. C. de custod. reor.* iisque, quantum existimo, significantur, qui victus et stratus eorum, qui carcere continebantur, curae praepositi erant, aut etiam milites illi intelliguntur, quibus custodiae committebantur. In veteri vocabulario inueni, STRATORES dici *a sternendo*, quia custodientes in carcere reos condemnatos puniebant, vel STRATORES dicuntur illi, qui stabulis et equis, stantibus in eis, praesunt, et dicuntur a statorio, secundum Azonem. *tit. C. de strator. Lib. XII. tit. 25.* ¶ 3. Porro *Ieremiae XLVIII.* dicuntur STRATORES *lagunculorum*, id est, compositores. *Mittam eis*, dicitur, *ordinatores et STRATORES laguncularum.*

STRATORIVS, A, VM. STRATORIAE vestes, apud Paull. *Lib. III. Sentent. tit. VI. §. 67.*

STRATVRA loci ex tabulis: *l. 242. §. 4. D. de verbor. signific.*

STRATVS, VS. In STRATV omne vestimentum continetur, et omnis stragula vestis. *l. 45. D. de verb. signific.* Et sic accipiendum est hoc verbum in *l. 34. D. de re iudic.* [Stragulam vestem nusquam in hunc, quo iurisconsulti vtuntur, sensum, sed pro lecti tantum opertorio se reperisse scribit Valla; nimis temere, sicut ostendit et aduersus Vallae criminationes iurisconsultos tuetur Alex. ab Alexandro *Lib. III. genial. dier. Cap. XIX. p. 156*] Adde, quae hanc in rem docte disputauit Cl. Duker. *de Latin. veter. iurisconsult. p. 135.*

STRATVS, A, VM. STRATA lapidea via. *l. 1. §. penult. D. de via publ. et itin.*

STRICTVS, A, VM. STRICTVM ius, aequitati opponitur: summum, merum, et subtile ius ab aequitatis praeceptis disiunctum significat. *l. 86. princ. D. de adquirend. vel omitt. hered. l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l. penult. D. de constit. pecun. l. penult. C. ad exhibend. l. penult. C. de iure dot. l. 50. in fin. D. de heredit. petit. l. 28. princ. D. de statuliber. l. 8. C. de iudic. l. 8. C. ad exhibend. l. 67. §. 1. D. de ritu nuptiar.* Quomodo et STRICTAM rationem accipimus in *l. 7. §. 5. D. de adquir. rer. domin. l. 1. §. 10. in fin. D. ad SC. Turpill. l. 43. D. de religios.* STRICTA iuris ratione. *§. 10. Instit. de mandat.* STRICTAM interpretationem, in *l. 20. §. 2. D. de seruit. praed. vrban.* ¶. 2. Hinc STRICTI iuris actiones dicuntur, quae stricto iure vallatae sunt, nec ex bona fide descendunt. *§. 28. Inst. de action. l. vn. §. 2. C. de rei vxor. act. toll.* ἐν οἷς, vt cum Theophilo loquar, τῆς ἀκριβείας γίνεται λόγος. Quae et STRICTA *iudicia*, et STRICTI *iudicii actiones* vocantur. *l. 3. §. 2. D. commodati. l. 5. D. de in lit. iurand.* Similiter et STRICTIORA remedia intelligenda sunt, *l. 3. C. de suspect. tutor.*

STROBILVS de pinu. *l. 55. §. vlt. D. de legat. III. l. 167. D. de verbor. signific.* pro nuce pinea. [vid. Hermol Barbar. *in Corollar. Cap. XLIV.*]

SRVCTILIS, E, dicitur, quod manu constructum est, et fabrica constat. Sic STRVCTILIS et terrenus opponuntur, in *l. 3. §. 1. D. de riuis.* STRVCTILES bases: *l. penult. D. de verbor. signific.* STRVCTILES cauales, apud Vitruuium *Lib. VIII. cap. 7.* STRVCTILES columnae: *l. 8. §. 1. D. si seruit. vindic.* STRVCTILIS forma, apud Pallad. *Lib. IX. cap. 11.* STRVCTILIS lapis, in *l. 6 §. 5. D. si seruit. vindic.* STRVCTILE opus: *l. 241. D. de verbor. signif.* STRVCTILIS riuus: *l. 3. §. 1. D. de riuis.*

STRVCTOR. STRVCTORES bucu-

bucularum, in *l. vlt. D. de iur. immunit.* fecundum Florentinam lectionem; alii enim codices habent STRVCTORES *bucularii*. Et *structores* quidem Tribonianus interpretatur aedificatores, in *l. 1. C. de excusat. artific. Lib. X.* Vegetius etiam *Lib. II. de re milit. cap. 11.* in exercitu STRVCTORES ponit. Sic enim illic ex vetustis codicibus legendum est, non vt passim scriptum est, *instructiores*. Similiterque in ministeriis militaribus STRVCTORES puni videmus apud Vopisc. in *Aurelian.* Nihil ibi de STRVCTORIBVS. Apud Capitolin. tamen *in Vero Cap. V.* et Lamprid *in Elagab. Cap. XXVII.* plane alia notione hoc verbum occurrit HEIN.

STRVCTVS, machinatus. *l. 3. §. D. de minorib.*

[STRVERE. Pedem STRVIT, significat fugit, vt in XII. Tabulis, ait Seruius Sulpicius apud Festum *Lib. XIV.* Quem locum illustrat, et STRVERE, mouere interpretatur Meursius in *Auctario philolog.* Libro *de gloria* subiuncto *cap. xxxv*]

¶ 2. STRVERE, pro instruere. STRVERE aduocationem, Vlpian. apud Pariat. *Leg. Mosaic. et Roman. tit. VIII. §. 7.* Adde Schulting. *ad iurisprud. vet. anteiustin. p. 764.* et V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. III. Obseru. cap. 19.* HEIN.

STV.

STVDERE. STVDENDI caussa missus seruus, id est, studiorum caussa. *l. 78. D. de legat. III.*

STVDIO, id est, arte, in *l. 13. et l. 35. D. de fideicomm. libert.* Similiter

STVDIOSE, pro data opera, atque proposito, et σπουδαίως, in *l. 1. D. de abigeis.*

STVDIOSI iuris, pro iurisperitis. *l. 1. D. de offic. adsessor. l. 9. §. 4. D. de poenis. l. 4. D de extraordin. cognit.* Et apud Suet. *in Nerone Cap. XXXII.* Gell *Lib. XII. Noct. Attic. cap. 13. Cur hoc me potius, ait, rogas, quam ex istis aliquem peritis, STVDIOSISQVE iuris, quos adhibere in consilium iudicaturi soletis.* Sic enim legere malo, quam vt vulgo *studiosisque viris*. Nam iuris periti in consilium adhiberi, non quilibet studiosi solebant. Quamquam et *consulti* absolute STVDIOSI videntur appellari in *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* Ad pragmaticos potissimum pertinere hanc denominationem, qui et ab Arriano *Dissert. Epictet. II, 13.* νομικοὶ vocantur, docet V. A. Cornel. van Bynkershoek. *Lib. VI. Obseru. cap. 13.* HEIN.

[STVDIOSVS, A, VM, pro diligens. STVDIOSVS paterfamilias: *l. 25. princ. D. de probation.* ¶ 2. [STVDIOSVS, pro fautore et amico. *l. 52. §. 20. D. de furtis.*]

¶ 3. [STVDIOSVM adiectiue, pro experendum, *l. 15. C. de vsufruct. et habit.* Nihil tam STVDIOSVM in omnibus rebus inuenitur, quam legum auctoritas. *l. 1. §. 1. C. de vet. iur. enucl.* Nihil sic erit STVDIOSVM Imperatoribus, quam sacerdotum honestas. *Nouell. VI. in praef.* ad imitationem Graecorum, qui σπουδαῖον dicunt studiosum.]

STVDIVM, vel STVDIA, pro litterarum studio. Sic STVDIORVM caussa abesse, *l. 7. §. 13. D. de SC. Macedon. l. 28. D. ex quib. causs. maior. et absens. l. 7. §. 13. D. de SC. Macedon.* STVDIORVM caussa Romae agere: *l. 18. §. vlt. D. de iudic* peregre agere: *l. 49. D. famil. ercifcund.* alibi degere: *l. 5. D. de SC. Macedon.* STVDIORVM caussa Romae esse: *l. 36. D. ad municipal. l. 5. §. 5. D. de iniur. l. 17. D. de reb. credit.* STVDIORVM caussa aliquo loco morari: *l. 2. C de incolis.*

¶ 2. STVDIVM pro industria. STVDIO heredum. *l. 53. D. de fideicommiss. libert.*

¶. 3. STVDIVM, pro animo et voluntate. STVDIO relinquendi: *l. 14. C. de donat. int. vir. et vxor.*

STVLTITIA, imperitia est, in *l. 51. D. de euictionib.* Sic STVLTITIA emtoris. *l. 3. D. ad leg. Falcid* et STVLTITIA testatoria: *l. 13. D. de manumiss. testam.*

STVLTVS, A, VM, imperitum significat, in *l. 9. §. 5. D. de iur. et fact. ignor. l. 4. D. quod vi aut clam.* STVLTVM est. *l. 1. D. a quib. adpell. non licet.* Valide STVLTA consultatio: *l. 27. D. qui testam. facere poss.* [vbi vid. Iac. Gother. *de offic. dom. August. Cap. XXXV. p. 216.* Nemo ita STVLTVS est: *l. vlt. C. arbitr. tutel.* STVLTISSIMVS erit: *§. 5. Inst. quod cum eo, qui in alien potest*]

STVPRARE per vim puerum vel feminam. *l. 3. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* STVPRARE virginem: *l. 25. D. de iniur.*

STVPRATOR, stupri reus. *l. 43. D. de ritu nupt.*

STVPRATVS, in quem stuprum commissum. *l. 1. §. 6. D. de postuland.* STVPRATVM mancipium: *l. 23. D. de aedilit edict.* STVPRATVS seruus: *l. vlt. D. de offic. praesid.*

STVPRVM proprie in viduam vel virginem committitur, vt adulterium in nuptam. Sed lex Iulia de adulteriis hoc verbo indifferenter vtitur, [per synecdochen speciei pro genere. Voss. *Lib. IV. Instit. orator. cap. 8. sect. 3.*] *l. 101. D. de verbor. signific. l. 3. in fin. D. de concubin. l. 41. D. de ritu nuptiar. l. 6. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* STVPRVM etiam in masculum committitur. *l. 2. D. de seruo corrupt. l. 1. §. 6. D. de postuland. l. 8. D. quod met. causs. l. vlt. D. de offic. praesid.* STVPRVM autem quibus modis, et in quos committatur, exposui *ad caput 1. legis Iul. de adulter.*

¶. 2. Hinc loquutiones: STVPRO compressa: *l. 20. D. ad leg. Iul. de adulter.* STVPRI crimen committunt liberi, qui parentum concubinas vxores ducunt. *l. 4. C. de nuptiis.* STVPRVM perpetrari vel pati. *l. 2. D. de seruo corrupt.* STVPRVM persuadere: *l. 1. §. vlt. D. de extraord. criminu.* STVPRO violasse dominam. *l. 1. C. de collus. detegend.* STVPRVM in viro vel muliere: *l. 8. D. quod metus caussa.*

STY.

[STYLVS. Proscriptionis stylum sustinere, excipere, id est, litteras seu programma, quo

quo quis proscribitur. *l. 7. l. 9. C. de bon. proscriptor. l. 15. C. de Episcop. audient.* STYLVS supremae voluntatis debet esse liber. *l. 1. C. de sacrs. eccles.* STYLO trepidante recauere. *l. 5. C. de exhibend. vel transmitt. reis.*]

SVA.

SVADERE. SVADETVR: *l. 17. D. de ritu nupt.* SVADET aequitas. *l. 46. §. 6. D. de procurator.* aetas: *l. 2. D. de collus. deteg.* caussa; *l. 8. §. 9. D. de tranactlion.* Magna caussa SVADET: *l. 27. §. vlt. D. de liberal. causs.* SVADENT caussae praescriptionis: *l. 8. §. 9. D. de transact.* SVADEAT compendium itineris: *l. 16. D. de legation.* SVADET fauor: *l. 24. §. 10. D. de fideicomm. libert.* Quod msgis SVADET: *l. 38. D. de administr. et peric. tutor.* SVADET necessitudo: *l. 6. C. de suspect. tutor.* SVADETVR praetori: *l. 3. D. de iur. deliberand.* SVADET ratio: *l. 15. §. 3. D. de castrens. pecul. l. 2. C. de impub. et al. substit. l. 70. §. vlt. D. de fideiussor. l. 95. §. 10. D. de solution. l. 58. D. de vsufruct. l. 3. D. de in lit. iurando.* Ratio deposcit: *l. 87. §. 3. D. de legat. II.* SVASIT ratio: *l. 5. C. de longi temp. praescript.* SVASIT ratio consoetudinem: *l. 2. C. quae sit longa consuet.* Nulla ratio SVADET: *l. 4. C. arbitr. tutel.* Si ita res SVASIT consulentibus: *l. 5. D. de manumiss.* Ita res SVADEAT. *l. 9. D. de quaestion.* SVADET vtilitas: *l. 1. §. 6. D. ne quid in flum. publ.*

[SVARII, qui et *porcinarii* vocantur. De his exstant integri in vtroque Codice tituli. Munus autem et officium eorum ita describit Thom. Reinesius *Class. I. Inscript. 105. p. 145.* SVARII cum boariis et pecuariis vnum corpus constituebant, et cum bonis, heredibus posterisque suis et vniuersa agnatione muneri procurandae carnis bubulae, suillae, et obsoniorum, quae Imperatores et fiscus plebi vrbanae militibusque praetorianis ad quatuor millia pondo diurna elargiri solebant, certis per totum annum diebus praebitionis, quod *suaria functio* et *suarium obsequium* dicitur, *l. 1. C. Theod. de suar. pecuar. et suscept.* obnoxii erant, eoque animalia apud Apulos, Lucanos, Bruttios et Samnites, qui sues et boues, seu canonem praediis et patrimoniis impositum, pendebant, conquisita ad vrbem transmittere, vel acceptis a possessoribus, qui suariam recognoscebant, pro singulis porcinae libris, pretiis, quae vsus publicae conuersationis per Campaniam attulisset, hoc est, secundum annonam fori, quam deprehenderint, vt loquitur Donat. *in Terent. Phormion.* suo periculo populo speciem porcinae affatim praebere tenebantur: dicti etiam *porcinarii vrbis aeternae*, *l. 6. C. Theod. eod. tit.* peruigilem laborem populi Romani commodis exhibentes, et ministerio vrbis semper inuigilantes. Hactenus Reinesius.] Adde de SVARIIS Iac. Gothofred. *ad tit. C. Theodos.* et maxime *l. 4. de suar.* et edictum elegantissimum Turcii Aproniani, Praefecti vrbi apud Gruter. *Inscript. p. DCCXLVII, 7.* HEIN.

[SVARIVM forum sub cura Praefecti vrbi, *l. 1. §. 11. D. de offic. praefect. vrb.*]

SVB.

SVB. Haec particula in aliquot loquendi generibus obseruatione digna est, vt in his: SVB aqua: *l. 69. D. de contrab. emtion.* SVB aqua vel sub terra factum opus: *l. 15. §. 5. D. quod vi aut clam.* ¶. 2. [SVB capitalem caussam: *l. 1. §. 1. D. ad leg. Cornel. de sicar.* vbi glossa *sub*, pro *super*. Dion. Gothofred. pro *in*.] SVB vna claue tota habitatio: *l. 17. §. 15. D. de aedilit. edict.* SVB colono esse praedia: *l. vlt. D. de iur. fisci.* SVB contraria conditione: *l. 107. D. de condit. et demonstrat.* SVB creditoribus fieri bona dicuntur, quae venerunt. *l. 44. D. de adquir. heredit.* SVB curatore agens: *l. 77. §. 14. D. de legat. II.*

¶. 3. SVB die: *l. 126. §. 2. D. de verbor. obligat.* SVB incerto die: *l. 16. l. 17. D. de condict. indeb.*

¶ 4. SVB edicto proponere: *l. 6. D. de custod. et exhibit. reor.* SVB exceptione satisdare: *l. 21. l. 31. D. de donat. inter vir.* vide *Lib. V.* SVB exceptione transferre: *l. 7. §. 9. D. de dolo mal.* SVB incerto caussae euentu: *l. vlt. §. 7. D. de bon. eor. qui ante sentent.* ¶. 5 SVB fideiussoribus credere: alibi. SVB fideiussore mutua pecunia accepta: *l. 28. D. ad SC. Velleian.* SVB fideiussore debere: *l. 49. §. 5. D. de legat. I.* SVB fideiussorum satisdatione: *l. 58. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* ¶. 6. SVB eodem iudice agere: *l. 18. D. de exception.* ¶. 7. SVB lege commissoria distracti: *l. 37. §. vlt. D. ad leg. Falcidiam.* ¶ 8. SVB Msrco Imperatore factum senatusconsultum: *l. 1. D. in quib. causs. maior.* SVB D. Marco habita oratio: *l. 17. C. de excusat. tutor.* ¶. 9. SVB nomine nepotis mutuam pecuniam dari: *l. vlt. §. 1. D. de donation.* ¶. 10. SVB obligationibus credere: *l. 2. C. de repud. et abstin. hered.* SVB obligatione fundi mutua accepta pecunia: *l. 28. §. vlt. D. ad SC. Velleian.* SVB obtentu: *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XV.* ¶. 11. SVB pacto credere: *l. 1. C. de his, qui in prior.* SVB pignore credere: *l. 59. §. 5. D. mandati.* SVB pignore pecuniam dare: *l. 9. D. quib. mod. pign.* SVB pignore lapidum negotiatori marmorum numerare: *l. vlt. §. vlt. D. qui potior. in pign.* SVB pignoribus et vsuris mutuam pecuniam dare: *l. 18. D. eod. tit.* SVB pignore creditum: *l. 2. C. de fiscal. vsur.* SVB pignore creditor: *l. 7. §. 5. D. de rebus eor. qui sub tutel.* SVB pignore contrahere: *l. 2. D. de distract. pignor.* SVB pignoribus contrahere: *l. 2. C. de his, qui in prior. l. 5. D. de instit. act.* SVB pignore mutuam pecuniam accipere: *l. vlt. D. de pignor.* SVB pignoribus accipere mutuas pecunias: *l. 12. D. eod tit.* SVB pignore culleorum mutuam pecuniam accipere: *l. vlt. §. vlt. D. de pignorat. actione.* SVB pignore debere: *l. 82. D. de legat. II.* SVB pignore hortorum debere: *l. vlt. D. de liberat. legat.* SVB pignoribus debere: *l. 51. D. de iur. fisci.* SVB pignoribus pecuniam debere: *l. 35. D. de pignorat. action. l. 2. §. vlt. D. de eo, quod certo loc.* SVB pignoribus vel sub poena debetur: *l. 5. D. de ventr. in possess. mittend.* SVB pignore debitor: *l. 11. D. quib. mod. pign. l. vlt. D. qui potior. in pign. l. 59. D. ad SC. Trebellian.* SVB poena vel pignoribus debere: *l. 5. §. vlt. l. 7. D. de iur. deliberandi.* SVB poena deberi pecunia: *l. 18. D. de hered. vel action. vend.* SVB poena pecuniam debere: *l. 3. D. de in lit. iurand. l. 2. §. vlt. D. de eo, quod cert. loco.* SVB poena vinculorum: *l. 38.*

l. 38. §. 4. D. de poen. SVB certa praestatione locare: *l. 10. C. de vsufruct.* SVB praetextu: *l. 3. D. de transaction.* SVB praetextu hereditatis: *l. 3. §. vlt. D. eod. tit.* ¶. 12 SVB hac specie, id est, sub obtentu: *l. 25. D. de iudic.* SVB specie criminis: *l. 8. D. de calumniator.* SVB specie impunitatis: Paull. *Lib. II. Sent. tit. 27.* SVB specie legationum: *l. 2. C. quae res export.* SVB specie venditiunis: *l. 3. §. vlt. D. de contrab. emtion.* SVB specie venditionum: *l. 25. C. de donat. inter vir. et vxor.* ¶. 13. SVB eodem tecto: Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6.* SVB tempus messis: *l. vlt. §. 6. D. quae in fraud. credit.* SVB tempus venditionis, id est, biduo ante venditiunem. *l. 38. §. 11. D. de aedilit. edict.* SVB ipsu tempore: *l. 12. D. de donat. inter vir. et vxor.* SVB terra lapis: *l. 77. D. de contrab. emtion.* SVB terra factum opus: *l. 15. §. 5. D. quod vi aut clam.* SVB titulo: *l. 27. D. depositi.* SVB•D Traianu constitutum: *l. 10. §. vlt. D. ad SC. Silanian.*
¶. 14. SVB vsuris credere: *l. 48. D. mandati.* Pecuniam mutuam sub vsuris dedit Lucius. *l. 9. §. 4. D. de administr. tutor.* SVB vsuris mutua data: *l. 7. §. 9. D. ad SC. Macedon.* SVB vsuris mutuus aureus accipere: *l. vlt. D. de contrabend. emtion.* SVB vsuris ubligare: *l. 89. §. vlt. D. de solutionib.* SVB vsuris credere et sine vsuris aduersantur: *l. 2. §. 1. D. mandati.*

SVBADIVVAE, in *l. vlt. C. de agent. in reb. Lib. XII. tit. 20.* et *l. 1. C. de praepos. agent. in reb. Lib. XII. tit. 21.* sunt adiutorum adiutores, quemadmodum Synesius *in epistola ad Herculianum* his verbis indicat: Ἁρποκρατίων τίς ἐςι τῶν Ἡρακλειανῶ δορυφόρων τάξιν ἔχων τῷ βοηθῷ βοηθεῖν. ἡ γὰρ συβαδιύβα λέξις τῦτο ἑρμηνεύειν πιςεύεται. Est plane insigne in hoc verbo mendum apud Suidam, apud quem ita *Tom. III. p. 265.* scriptum est. Ῥυβαιύβος· παρὰ Ῥωμαίοις ὁ τῦ βοηθῦ βοηθός. *A Romanis ita vocatur auxiliatoris auxiliator.* Nam procul dubio pru ἐυβαιύβὸς, συβαδιύβα scribendum est. Inuenitur autem hoc verbum aliquoties in Notitia dignitatum Imperii Romani. Atque adeo vbi ufficium magistri ufficiurum recensetur, SVBADIVVAE adiutures duu pro SVBADIVVAE adiututuris legitur. ¶. 2. Eadem furma SVBCVRATOR, in *l. 18. D. de negot. gest.* [Sic et SVBOPTIO, SVBCENSOR, SVBCENTVRIO, SVBDECVRIO. Reines. *Class I. Inscript 3. p. 12.*] Immo et SVBPRAEFECTVS Reines. *Class. VIII. Inscr. 5.* SVBPRINCEPS peregrinorum: Gruter. *Inscript. pag. XXII, 3.* SVBPRINCEPS veteranorum: Id. *p. CCCXVII, 5.* SVBPROMVS; Plaut. *Mil. Gloriof. III, 2.* SVBCVSTOS: *ibid. v. 54.* SVBPRUCVRATUR aurarius: Gruter. *p. IV, 4.* SVBVILLICVS hortorum; Gruter. *p. MXCII, 1.* HEIN.

SVBDERE se poenae: *l. 34. D. de iur. fiscl.* SVBDI in alterius locum: *l. 8. §. 2. D. ad SC. Velleian.*

SVBDISIVNCTIVVS. SVBDISIVNCTIVI genera duo. *l. 124. D. de verbor. signif.*

SVBDITVS, A, VM. SVBDITA conuentiuni: *l. 6. C. de transaction.* SVBDITA stipulationi: *l. 4. C. pro socio.* vt et SVBIECTA stipulatiu: *l. 10. §. 1. D. de pactis.*
¶. 2. SVBDITVS *iudex* interprete Festo *Lib. XVII.* dicebatur, *qui loco mortui dabatur, his qui eum iudicem habuerant, in aliqua re vel lite.* Sic in *l. 60. D. de iudio.* SVBDITVS *iudex* in demurtui locum suffectus dicitur, et vt loquitur *l. 32. D. eod. tit.* in locum alterius datus. Cicero *pro domo sua Cap. XXXII.* *Quis in meum locum iudicem subdidit.*

SVBDVCERE se iudex dicitur, in *l. 1. §. 7. D. quando adpell. sit.* SVBDVCERE rem in iudicio: *l. 14. D. famil. erc isc.*
¶. 2. SVBDVCI quuque ratio dicitur, id est, putari. *l. 17. D. de his, quae vt indign.* ita et SVBDVCI sumtus, in *l. 34 § vlt. D. de oblig et action.*
¶. 3. [SVBDVCERE et subtrahere opponuntur, in *l. 7. D. de extraord. crimin.*]

SVBDVCTVS. SVBDVCTA persona: *l. 8. C. ad SC. Velleian.* SVBDVCTA persona pupilli: *l. 11. §. 6. D. ad leg Falcid.* SVBDVCTA quaestiuni mancipia: *l. 12. D. qui et a quib.* SVBDVCTU priore de potestate: *l. 28. §. 1. D. de liber. et postum.* SVBDVCTVS reus: *l. 1. D. si pendent. adpell.* SVBDVCTVS morte reus: *l. 3. C. si reus vel accusat.*

SVBESSE caussa dicitur: *l. 7. §. 4. D. de pactis.* SVBEST caussa: *l. 4. D. pro legato. l. 7. §. 4. D. de pactis.* SVBEST lis: *l. 11. D. de transaction.* obligatio: *l. 8. §. 3. D. de fideiussor.* quaestio: *l. 88. D. de solutionib.*

SVBIACERE necessitati: *l. vlt. D. qui petant. tutor.* supplicio: *l. vlt. C. quae res vendi non poss.* SVBIACET nauibus mare: *l. 49. D. de rei vindic.*

SVBIICERE, submittere, supponere, substituere significat Sic SVBIICERE pro se alium aduersarium, id est, suo loco substituere. *l. 4. §. 1. D. de alienat. iudic. mut. l. 1. D. eod. tit. l. 19. §. 3. D. de negot. gest. l. 24 D. de liberal. causs.* SVBIICERE adulterum, id est, supponere. *l. 14. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* SVBIICERE pro auro aes: *l. 36. D. de pignor. action.* Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 25.* [SVBIICERE debes aliqoem, qoi a te petat meo numine: *l. 19. §. 3. D. de negot gestis.*] SVBIICERE delatorem vel accusaturem: *l. 50. §. 1. D. de legat. I. l. 15 princ. D. ad SC. Turpillian.* SVBIICERE emtorem: *l. 14. §. 1. D. de in diem addict.* vnde et SVBIECTVS emtur, in *l. 4. §. 5. D. eod. tit.* SVBIECTVS filius: *l. 3 §. 7. l. 11. D. de Carbon. edict.* et nun SVBIECTA filia: *l. 1. §. 3. D. de quaestion.* [Medios aliquos SVBIICERE, quibus vsuras grauiures stipulari prohibitum non est. *l. 26. in fin. C. de vsuris.*] SVBIECTO nomine: *l. 9. D. de reb. eor. qui sub tutel.* SVBIECTIS aliorum nominibus: *l. 2. §. 1. D. de administr. rer. ad ciuit. pert.* Hoc sensu etiam SVBIICI partus dicitur: *l. 1. D. de inspiciend. ventr.* id est, supponi. *l. 1. §. vlt. l. 3. §. 6. D. de Carbon. edict. l. 1. §. 2. D. de quaestion. l. 16. D. de his, quae vt indign.* SVPPOSITVS partus,

SVB.

tus, in l. 46. D. de iur. fisci. l. 9. D. de Carbon. edict. Sic et SVBIECTI partus argui: l. 1. §. vlt. l. 3. §. 6. D. eod. tit. Item SVBIICERE testamentum: l. 2. D. ad leg. Cornel. de fals. §. 7. Inst. de public. iudic. et apud Paull. Lib. IV. Sent. tit. 7. §. 1. 2. et Lib. V. tit. 24. Quinctilian. Lib. IX. cap. 2. Ream tuebar, quae SVBIECISSE dicebatur marito testamentum. Arnobius aduers. gent. Lib. II. fol. 25. dixit supponere. Testamenta supponerent falsa etiam Paull. Lib. IV. Sentent. tit. 7. ¶. 2. SVBIICERE pro subdere. Eo sensu ad bestias damnati dicuntur bestiis SVBIICI, in l. vlt. C. ad leg. Fab. de plagiar. l. 3. §. penult. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 12. C. de poenis. item SVBIICI fustibus: l. 28. §. 5. D. de poenis. SVBIECTAE ictibus flagellorum personae. l. 12. D. de decurion. SVBIECTA periculo criminis: l. 3. C. si reus vel accusat. SVBIICI poenae: l. 1. D. ad SC. Turpillian. l. 2. §. 5. D. de iur. fisci. (vbi et sobduceretur. HEIN.) l. 2. §. 7. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 12. C. eod. tit. l. 40. D. eod. tit. l. 2. §. 2. D. de religios. l. 16. D. de poenis. SVBIICI poenis; l. 1. D. ad SC. Turpillian. l. 1. § 9. D. ad leg. Cornel. de fals. Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. 6. SVBIECTI minoribus poenis: l. 15. D. ad municipal. SVBIICERE quaestioni: l. 11. C. de quaestion. Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. III. SVBIECTI supplicio: l. 11. C. de religios. et sumt. fun. Non SVBIICI vinculis; l. 3. C. de testam. milit.

¶. 3. SVBIICI, pro obnoxium esse. Vnde SVBIECTVS actionibus: l. 2. D. de sentent. pass. SVBIICI damno: l. 6. C. ex quib. causs. Persona SVBIECTA muneribus: l. 3. §. 8. D. de muner. et honor. SVBIICI necessitati: l. 31. D. de bon. auctor. iudic. possid. SVBIICI oneribus: l. 3. §. 5. D. de muner. et honor. periculo: l. 4. C. de locat. et conduct. l. 39. §. 12. D. de administrat. et peric. tutor. praescriptionibus: l. 3. D. de adpellat. Sic quoque SVBIICI vectigalium praestationi dicuntur ea, pro quibus vectigal praestatur, et penditur. l. 9. §. penult. D. de publican. et vectigal. Vectigalibus etiam subiectos agros Hygin. Lib. II. de limitib. constit. dicit: qui sub vectigali locantur. SVBIICI vsuris dicuntur, quibus vsurarum soluendarum imponitur necessitas: l. 38. D. de negot. gest. l. 54. D. de administr. et peric. tutor. ¶. 4. SVBIICI, pro submitti. Sic SVBIICI alieno dominio, l. 4. D. de stat. homin. et alieno iuri SVBIICI, id est, in potestatem alterius se dare. l. 1. § 5. vt legator. seruand. caueat. SVBIECTA iuri alterius: l. vlt. C. de inutil. stipulat. SVBIECTAE alieno iuri personae: l. 18. §. 2. D. de captiu. et postlim. SVBIECTI iuri: l. 2. C. de donat. int. vir. et vxor. SVBIECTI iuri tuo: l. 7. C. si quis alteri vel sibi. SVBIICERE se iurisdictioni, id est, submittere. l. 1. l. 13 §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 14. D. de iurisdict. Inde SVBIECTVS iurisdictioni: l. 19. D. eod. tit. l. 1. l. 2. D. de iudic. l. 5. C. qui dar. tutor. l. 29. D. ad municipal. SVBIECTA persona: l. 9. §. vlt. D. quod falso tutore. SVBIECTA alienae potestati: l. 45. §. 1. D. de verbor. obligat. SVBIECTVS potestati: l. 2. C. si aduers. iudic. ¶. 5. SVBIICERE pro adiicere. SVBIICI clausula: l. 3. C. de recept. arbitr. SVBIICI stipulationi doli clausula dicitur. l. 135. §. vlt. D. de verbor. oblig. SVBIICI quoque poena dicitur: l. 3. §. vlt. D. eod. tit. SVBIICI stipulatio pacto dicitur eius firmandi caussa. l. 3. l. 15. D. de transaction. vnde stipulatio SVBIECTA pacto: l. 13. C. de pact. et SVBIECTA stipulatio, l. 3. l. 4. C. de rer. permut. l. 2. C. de iur. dotium. SVBIECTA stipulatio emtioni: l. 22. C. de euiction. Pacto SVBIECTA poenae stipulatio: l. 10. §. 1. D. de pact. ¶. 6. SVBIICERE ignem fornaci: l. 27. §. 9. D. ad leg. Aquill.

SVBINDE agere et SVBINDE damnum dare. l. 18. D. ratam rem haberi.

SVBIRE, pro sustinere. SVBIRE accusationem: l. 12. C. de his, qui accus. non poss. SVBIRE administrationem, id est, sustinere. l. 5. §. 12. D. de reb. cor. qui sub tut. SVBIRE aestimationem damni: Paull. Lib. I. Sentent. tit. 17. SVBIRE condemnationem: l. 2. §. vlt. D. ad SC. Vellcian. SVBIRE contumeliam satisdationis, id est, subiicere se isti oneri. l. 17. §. vlt. D. de testam. tutel. SVBIRE damnum; l. 6. D. de option. legat. l. 8. D. de condict. ob turp. causs. l. 3. D. de vi et vi armat. defensionem: l. 17. C. de procurator. discrimen: l. 2. C. de fid. instrum. l. 1. C. quae res vendi non poss. hereditatem: l. 181. D. de regul. iur. honorem SVBIRE, id est, sustinere. l. 1. C. si post creat. l. 12. §. vlt. D. de pollicitat. SVBIRE litem: l. 7. D. de dote praelegat. munera: l. 3. C. de iureiur. l. 2. l. 7. C. de muner. patrimon. l. 5. §. 10. et §. vlt. D. de iur. immunit. onus: l. 15. C. de probation. l. 31. D. de excusat. l. 10. C. de non numer. pecun. et onera; l. 42. D. de adquir. hered. l. 38. l. 98. D. eod. tit. l. 7. D. de iur. dot. l. 116. D. de verbor. obligat. periculum: l. 3. D. de condict. furtiu. l. 44. D. de action. emti. l. 1. D. de seru. export. SVBIRE anceps periurium, pro periculum ancipitis periurii adire. l. 4. D. de in lit. iurand. SVBIRE poenam: l. 5. §. 1. D. de publ. iudic. l. 1. §. 5. D. ad SC. Turpill. l. 1. D. de poenis. l. 7. §. vlt. D. ad SC. Turpillian. SVBIRE satisdationem: l. 3. D. vt legator. seruand. caueat. seruitutem: l. 1. D. de liberal. causs. ¶. 2. SVBIRE flumen nauis, quo aduerso flumine nauigat. l. 13. §. 1. D. locati. SVBIRE locum, id est, in alterius locum succedere. l. 12. §. 8. D. qui potior. in pignor.

SVBITVS. SVBITA seruitus: l. 6. §. D. de iniust. rupt. irrit. SVBITA vis: l. 30. §. vlt. D. ad leg. Aquill.

SVBIVNGERE poenam: Paull. Lib. I. Sent. tit. 1. §. 3.

SVBLATVS, altius elatus Sic SVBLATVM habere dicimus, quod altius extulimus. l. 7. D. si seruit. vindic. SVBLATIS altius aedificiis: l. 21. D. de seruit. praed. vrban. SVBLATVS altius paries: l. 25. §. vlt. D. eod. tit. SVBLATIS altius aedibus: l. 6. D. eod. tit. ¶. 2. SVBLATVS, pro ablatus, exstinctus. Sic SVBLATVM aedificium, id est, depositum. l. 20. D. de seruit. praed. vrban. l. 7. D. quib. mod. vsusfruct. amitt. Sic et SVBLATA seruitus, id est, exstincta: l. 30. D. de seruit. praed. vrban. SVBLATA summa terra: l. 24. D. quib. mod. vsusfruct. amitt. SVBLATA superficie, id est, ablata. l. 71. D. de vsu-

vsufruct. SVBLATIS vineis, id est, euulsis: *l. 13. D. de seruit. praedior. rustic.* ¶. 3 [SVBLATIS liberis, id est, natis: *l. 37. §. 6. D. de oper. libertor*] alias SVBLATIS liberis, est amissis, mortuis. vid *Lib. XVIII. in tollere.*

SVBLEGARE in locum: *l. 2. D. de decurionibus.*

[SVBLEVARE litem iuris remedio, id est, adpellare. *l. 15. C. Theod. de adpellation. Lib. XI. tit. 30.* SVBLEVARI ab omnibus oneribus. *l. 17. C. Theod. de navicular. Lib. XIII. tit. 5.* Poena eius SVBLEVANDA erit. *l. 25. princ. D. de poen.*]

SVBLIMISSIMI iudices sunt Praefecti praetorio, Quaestores, Magistri officiorum. *l. 37. §. penult. et l. penult. C. de adpellation.* Inde sedes praetoriana SVBLIMISSIMA adpellatur, in *l. 14. C. de iudiciis.*

SVBMINISTRARE. Quae pater peregre agenti SVBMINISTRAVIT: *l. 50. D. famil. ercisc.* SVBMINISTRARE alimenta: *l. 27. §. penult. D. de inoffic testam* pecuniam: *l. 7. §. 13. D. de SC. Macedon.* SVBMINISTRARI pecunia: *l. vlt. D. de munerib. et honor.* SVBMINISTRATA pecunia: *l. 7. D. ad leg. Pompei. de parricid.* SVBMINISTRARE sumtus: *l. 17. §. vlt. D. de muner. et honor.*

SVBMITTERE, vel SVMMITTERE, pro subiicere, et supponere. Ita SVBMITTERE accusatorem, in *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* SVBMISSVS accusator, *ibid.* SVBMITTERE delatorem: *l. 9. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 5. D. de iur. patron. l. 1. §. 13. iuncta l. 15. D. ad SC. Turpill.* Quinctil. *declam. CCLXXXI. Quin etiam si permittitur ista defensio, et ille potest dicere se non occidisse, qui percussorem* SVBMISERIT. Nam ita emendandum est, vbi vulgo, *suum miserit* perperam legitur. Sed et apud eumdem auctorem *declam. CCCLV.* in hoc verbo aliud mendum est. *Inuenisse illos rationem, qua mutuo dolore distraherentur, summisseque, qui dicerent, male tractatas a tutore rationes.* vbi SVBMISISSE legendum est. Sic et SVBMITTERE vim, in *l. 9. §. 1. D. quod. met. caussa.* Et SVBMITTERE qui vociferantur, interpretare in *l. 15. §. 8. D. de iniur.* ¶. 2. SVBMITTERE, pro demittere. SVBMITTERE capillos: *l 15. §. 27. D. de iniur. et famos. libell.* ¶. 3. SVBMITTI dicuntur pecora, quae in locum demortuorum capitum substituuntur, vt eo modo grex suppleatur. *l. 58. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 10. §. 3. D. de iur. dotium.* Sic SVBMITTERE capita: *l. 69. et l. 70. D. de vsufruct.*

SVBMOVERE, vel SVMMOVERE, remouere, repellere, excludere, et SVBMOVERI, repelli. SVBMOVERE agentem: *l. 38. D. de action. emti.* SVBMOVERI ab accusatione: *l. vlt. D. de inoffic. testam. l. 14. C. de iur. fisc. l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpillian.* ab actione: *l. 12. §. vlt. D. de inoffic. testam.* SVBMOVERI etiam actio dicitur praescriptione, pro excludi. *l. 21. C. de euiction.* SVBMOVERI a bonis: *l. 10. §. vlt. l. 12. §. 6. D. de bonis libert.* SVBMOVERI curia: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 21 et tit. 15* vel curiae: *l. 38. §. 10. D. de poen.* SVBMOVERI caussae defensione: *l. 4. D. de requirend. reis.* SVBMOVERI per exceptionem: *l. 12. D. de muner. l. 15. C. de inutilib. stipulat. l. 34 §. 2. D. de legat. II.* et exceptione SVBMOVERI: *l. 40. §. 2. D. de procurat. l. 14 §. 3. D. communi diuid. l. 49. l. 52. D. mandati. l 5. D. de action. emti. l. 73. D de euiction. l. 7. §. 8. D. de dolo. l. 29 §. 1. l. 30. §. 1. D. de pact. dotal. l. 49 §. 1. D de action. emti. l. 1. §. 10. D. quar. rer. actio non det. l. vlt. §. 1. D. eod tit. l. 4. §. vlt. l. 11. l. 26. D. de noxal action l. 14. §. vlt. D. de condict. furtiu. l. 47. D. de condict. indebit. l. 7. §. 7. et §. 8. D de SC. Macedon. l. 2. §. vlt. l. 3. §. 11. D. de dol. mal. et met. except. l. 3. §. 1 D. de pact. l. 40. D. de iureiur. l. 17. §. vlt. D. ad SC. Velleian. l. 5 §. 1. D. mandati. l. 4 D. de administr. tutor. l. 8. D. de condict. ob turp. causs. l. 26. §. 9. D. de condict indeb. l. 11 § vlt. D. quod fals. tutor. l. 36. § 3. D de testam. milit. l. 28. §. 1. D. de liberat legat. l. 22. D. de adimend legat. l. 8. §. 7. D. de condit. instit l. 71. §. vlt D. de condit et demonstr. l. 22. pr. l 50. D. ad leg. Falcid l. 1. §. vlt. D. vt legator. l. 1. §. 2. et §. vlt. D. de stipulat. seruor. l 1. D. de tutel. l. 2. l. 3. l. 7. D. de vsuris. l. 11. §. 1. l. 14. § 11. l. 28. D. de except. rei iudic. l. 76. l. 77. §. 5. D. de legat. II. l. 30. §. vlt. D. de legat. III. l. 5. §. 7 D de donat. inter vir. et vxor. l. 40. l. 49. §. vlt. D soluto matrim. l. 93. l. 94. D. de solution. l. 18. D. de transact. l. 115. §. vlt. D. de regul. iur. l. 55. D. de verbor. signific. l. 7. D. ad SC. Velleian. l. 19. C. de transact. l. 16. l. 17. D. de rei vindic. l. 10. C. de euiction l. 9. C. de oblig. et action.* SVBMOVETVR excusatio praescriptione temporis: *l. 12. C. de excusat. tutor.* SVBMOTVS exheredatione; *l. 5. qui testam fac.* SVBMOVERI ab exsequutione: *l. 7. D. de oper. nou. nunciat.* SVBMOVERE Falcidiam, id est, excludere: *l 22 §. 2. D. ad SC. Trebell.* SVBMOVERI a gradu, id est, exheredari: *l. 3. §. 2. D. de liber. et postum* Non SVBMOVERE heredem: *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* SVBMOVENDVS heres: *l. 4 D. de hered instit. l. 3. C. de repud. vel abstin. hered.* SVBMOVERI a legatis: *l. 28. D. de testam tutor.* SVBMOVERI a commodo legatorum: *l. 70. D. de condit. et demonstrat.* Non SVBMOVEBITVR legatarius *l. 15. D. de adimend. legat.* SVBMOVERI a petitione: *l. 7. §. vlt. D. de operis libert.* SVBMOVERI petitio per exceptionem: *l. 3. l. 5 C. de dolo malo.* SVBMOVERI a bonorum possessore: *l. 6. D. de adimend. legat. l. 5. C. de pignorat. action.* SVBMOVERI a praemio: *l. 13. §. 9 D. de iur. fisc.* SVBMOVENDI a praemio: *l. 5. §. 1. D. de his, quae vt indign.* SVBMOVERI praescriptione: *l. 7. C. de petit. hered. l. 12. C. de inoffic testam. l. 63. D. de re iudicat. l. 19. D. de adpellat. l 2. §. 10. D. ad SC. Turpill. l. 10. l. 12. D. de diuers. tempor. l. 2. D. de requir. reis. l 4. C. qui bonis cedere.* SVBMOVERE a prouincia: *l. 1. §. vlt. D. de offic. praefect. vrbi.* SVBMOVERI querela: *l. 6. C. de inoffic. donation.* SVBMOVERI a substitutione: *l. 36. D. de excusation.* a successione: *l. vlt. D. de*

de bonis damnator. SVBMOVERI a tutela. Vlpian *tit. XI. Regul.* §. 13. SVBMOTVS a tutela: Idem *tit. XI. regul.* §. 23. SVBMOVERI tutores dicuntur, qui remouentur vt suspecti. *l. 2. C. de suspect. tutor.** SVBMOVERE vrbe: Sueton. *in Augusto Cap. XLIV. in Tiberio Cap. XXXV. in Caligul. Cap. XXXVI.*

SVBNIXVS. SVBNIXAE cautiones, quae dicuntur idoneae. *l. 1. C. de solution.* SVBNIXA ratione sententiam. *l. 8. §. vlt. D. de stipulat. seruor.* SVBNIXA in voluntate: *l. 17. C. de fideicommiss.* ◀||. 2. SVBNIXVS, munitus. SVBNIXVS actione ciuili. *l. 1. §. 1. D. de superficieb.* SVBNIXVS priuilegio: *l. 30. §. 2. D. de excusat.* SVBNIXVS perpetua vacatione: *l. 1. §. 1. D. de vacat. et excusat.* Non SVBNIXVS verbis: *l. 77. §. 26. D. de legat. II.* ◀||. 3. SVBNIXVM liberis matrimonium, id est, firmatum. *l. 1. §. vlt. D. de liber. exhibend.*

[SVBNOTARE, pro subscribere. *l. vlt. §. vlt. C. de codicillis.* Inde

[SVBNOTATIO, id est, subscriptio, quae Graecis ὑποσημείωσις, quemadmodum *adnotatio* παρασημείωσις dicitur: quam vocem retinet Iulianus *constit. LXIX.* ibi: τὰ βασιλικὸν σημείωμα. Fr. Raguell. *ad Const. de Iustin. Cod. confirm. p. 5.* Differre tamen alias *subscribere*, *subnotare*, et signare notat Iac. Guther. *de offic. dom. August. Cap. XXXV.*]

SVBORNARE, submittere, supponere pro eodem. SVBORNATVS accusator, id est, submissus. *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* SVBORNARE delatorem, *l. 1. et l. 5. D. de iure patron.* SVBORNATI, in *l. 9. D. de accusat.* SVBORNATI serui. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 13.* SVBORNATVS testis. *l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.*

SVBORNATORES. Paull. *Lib V. Sent. tit. 13.* §. 2. qui et mandatores, in *l. 2. §. 5. et l. 24. D. de iur. fisc.*

SVBREPTIO. *l. 2. C. de legib.*

SVBRIPERE vel SVRRIPERE, auferre est. SVBRIPERE aliquid de re ciuitatis: *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Iul. peculat.* SVBRIPERE ancillam: *l. 10. D. pro emtore.* SVBREPTA ancilla: *l. 46. §. 1. l. 48. §. 5. D. de furt. l. 74. D. eod. tit. l. 26. D. de statu. hom.* SVBRIPERE cautiones: *l. 82. §. vlt. D. de pactis.* SVBREPTI codicilli: *l. 1. D. de iur. fisc.* SVBRIPERE hominem: *l. 2. §. vlt. D. de priuat. delict.* SVBREPTVS homo: *l. 35. D. de vsucap.* SVBREPTORVM instrumentorum crimen: *l. 16. D. de leg. Cornel. de fals.* SVBREPTI numi: *l. 19. D. de solution.* SVBRIPERE obligationem: *l. 42. D. mandati.* SVBREPTVM pignus: *l. 22. D. de pignorat. action.* SVBRIPERE rem: *l. 30. D. de action. emt. l. 8. D. de publican. et vectigal. l. 34. §. vlt. D. de obligat. et action. l. 14. D. de furt. l. 21. D. commodat. l. 41. D. de liberal. caussa.* Sic et SVBREPTA res: *l. 4. §. 11. et §. 21. l. 33. §. vlt. D. de vsucapion.* SVBRIPERE seruum: *l. 27. D. ad leg. Aquill.* SVBRIPI seruus vel ancilla: *l. 46. §. 1. l. 48. §. 5. D. de furt.* SVBREPTVS seruus: *l. 52. §. 28. D. eod. tit.* SVBRIPERE tabulas: Paull. *Lib. II. Sentent. tit. 32.* SVBREPTVS statuliber. *l. 52. §. 29. D. de furt.*

SVBROGARE, sufficere. SVBROGARI tutela in loco alterius: *l. 31. D. de excusation.*

[SVBSCRIBENDARIVS iungitur optioni, *l. 1. C. Theod. de erogat. milit. annon. Lib. VII. tit. 3.* Tabulariis, Diurnariis, Logographis, Censualibus, *l. 8. C. Theod. de cohortal. Lib. VIII. tit. 4.* Eumdem esse cum *Actuario* putat Cuiacius, quem alii sequuntur, sed differre ab eodem ostendit Iac. Gothofredus *Comment. ad l. 1. C. Theod. de erogat. militar. annon.*]

SVBSCRIBERE chirographum: *l. 1. §. 4. D. quod iussu.* SVBSCRIPTI codicilli: *l. 6. §. 2. D. de iure codicill.* SVBSCRIBERE editioni: *l. 6. §. 1. D. de edendo.* Post SVBSCRIPTAM epistolam: *l. 50. D. de adquir. vel omitt. heredit.* SVBSCRIBERE quasi fideiussor: *l. 15. C. de administr. tutor.* [quod species quaedam intercessionis est.] SVBSCRIBERE instrumentis: *l. 11. D. de except. l. 2. C. de nupt.* SVBSCRIPSISSE instrumentum: *l. 9. §. vlt. D. quib. mod. pign.* [SVBSCRIBENTEM instrumento: *l. 14. C. si certum petat.*] SVBSCRIBERE libello: *l. 9. §. 3. D. de iur. dotium. l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr.* libellis: *l. 2. C. de adsessor. l. 1. D. eod. tit.* SVBSCRIBERE quasi procurator: *l. 8. D. de rescind. vendition.* SVBSCRIBERE rationes: *l. 82. D. de condit. et demonstrat. l. 12. D. de liberat. legat.* SVBSCRIBERE rationibus: *l. 40. §. 3. D. de statuliber.* Inde SVBSCRIPTAE rationes: *l. 13. §. vlt. l. 41. in fin. D. de diuers. tempor. action.* SVBSCRIBERE in tabulis: *l. 8. §. 15. D. quib. mod. pign.* SVBSCRIBERE tutor solet: *l. 20. D. de in rem verso.* ◀||. 2. SVBSCRIBERE in crimen. *l. vlt. D de furt. l. 24. l. 29. D. de leg. Cornel. de fals. l. vlt. D. de priuat. delict.* SVBSCRIBERE autem accusator libellis, quos dabat, debebat, se professum esse. *l. 3. §. 2. D. de accusat. l. 2. C. de his, qui accusar. non poss. l. 2. C. ad SC. Turpill.* Plin. *Lib. V. epist. 1. Post hoc ille cum ceteris subscripsit centumuirale iudicium.* et post paullo: *Scis te non subscripsisse mecum.* ◀||. 3. SVBSCRIBERE etiam dicebatur, qui accusatori se socium addebat, vt e Ciceronis *Diuinatione Cap. XV. et III. in Verrem* constat. Vide Ascon. Paedian. *p. 33. 36. et 214.* et *l. vlt. C. plus valere quod agitur.* ◀|| 4. SVBSCRIBENTE tutore pecunia pupilli seruis credi dicitur, quod tutor spopondit, quo magis actus seruorum confirmaretur. *l. 20. D. de in rem verso.* Eadem significatione serui chirographo dominus SVBSCRIBERE dicitur. *l. 1. §. 4. D. quod iussu.*

SVBSCRIPTIO. *l. 14. D. ad leg. Cornel. de fals.* SVBSCRIPTIO fideiussoris: *l. 68. §. 1. D. de fideiussor.* filii: *l. 32. C. de liberal. caus.*

cauſſ. nominis: *l. 38. §. vlt. D. de aur. argent. legat.* procuratoris: *l. 18. C. de ſolution.* SVBSCRIPTIO facto teſtamento: *l. 1. §. 8. D. ad leg. Cornel. de falſ.* ¶. 2. SVBSCRIPTIO interdum adpellatur, quod a principe vel praeſide libello oblato ſubſcribitur. *l. 1. D. de conſtit. princ. l. 1. C. quomod. et quando iudic. l. 3. C. comminat. epiſtol. program. princ. Inſtit. quib. non eſt permiſſum facere teſtamentum.* ¶. 3 [SVBSCRIPTIO in crimen erat, qua teſtabatur is, qui dederat libellos, hoc eſt, accuſator, ſe profeſſum eſſe, vel alius pro eo, ſi litteras neſciat. *l. 3. §. 2. D. de accuſat.* et ſimul ad talionis, hoc eſt, iſtius criminis, cuius alterum accuſat, poenam ſe obligabat, ſi calumoiae conuictus fuerit. Quod ergo omnibus notum erat, id ſe primum, vt oportet, explicaſſe, Claud. Salmaſius *in Obſeru. ad Ius Attic. et Roman. Cap. XXI.* μετὰ πολλῆς φαντασίας iactat.] SVBSCRIPTIO in crimen pro inſcriptione. *l. 7. D. de accuſation. l. 29. D. ad leg. Cornel. de falſ. l. 3. D. ad leg. Fab. de plagiar. l. 13. C. de accuſation.* Quinctilian. *Declam. XV. Numquid inique, iudices, in tanti ſceleris* SVBSCRIPTIONE *depoſco, ne nominibus reos aeſtimare velitis?* ¶. 4. SVBSCRIPTIO Cenſoria, pro nota Cenſoria. Cic. *pro Cluentio Cap. XLVII.*

SVBSCRIPTORES olim dicebantur, qui accuſatori ſe addebant, et adiungebant. Aſcon. Paedian. *in Verrin. p. 33.*

SVBSECIVVS. SVBSECIVOS agros, Iſidor. *Lib. XV. Etymol. cap. 13.* ſcribit, *quos in pertica diuiſos recuſant, quaſi ſteriles, vel paluſtres. Item* SVBSECIVA, *quae in diuiſura agri non efficiunt centuriam, id eſt, iugera ducenta,* quae a *ſubſecante linea* ita adpellata eſſe, Frontin. *de agror. qualit. p. 39.* A quo et eius interprete Aggeno Vrbico *p. 68.* SVBSECIVORVM duo genera eſſe didici. Vnum, quod extremis adſignatorum agrorum finibus centuriam non explet; aliud, quod in mediis adſignationibus et integris centuriis interuenit; quidquid enim inter quatuor limites minus, quam interclufum eſt, fuerit adſignatum, in hac remanet adpellatione: ideo quod is modus, qui adſigoationi ſupereſt, linea claudatur et ſubſecetur. Et generaliter SVBSECIVVM adpellatum eſt, quod inter menſuralem lineam et centuriae extremitatem minus, quam vt centuriam expleret, ſupererat. Ex quibus illuceſcit hic Tertulliani *Lib. I. aduerſ. Marcionem Cap. XV.* locus, in quo ita eſt: *Et videndum, ne qua adhuc illic vacent* SVBSECIVA, *in quibus et tertius aliquis ſtipare Deus ſe cum mundo ſuo poſſit.* Sic enim verbum hoc illic ſcribi debet. Similiter Apuleius *Lib. VIII. Metamorphoſ. p. 214. A me relictum ſolum et* SVBSECIVVM *cum faſtidio plerique praeteribant.* Sueton. *in Domitian. Cap. IX.* SVBSECIVA, *quae diuiſis per veteranos agris carptim ſuperfuerant, veteribus poſſeſſoribus et vſucapta conceſſit.* Quod etiam Aggen. Vrbicus *in comment. Frontini* his verbis refert: *Nam Domitianus per totam Italiam* SVBSECIVA *poſſidentibus donauit, edictoque hoc vniuerſis notum fecit.*

SVBSEQVI pro ſequi, vel obſequi legis voluntatem. *l. 10. §. vlt. D. de captiu.* Sic et SVBSEQVI voluntatem orationis D. Marci. *l. 5. §. 2. D. de confeſſ.* ¶. 2. [SVBSEQVI idem eſt, ac procedere et obtinere: *§. 4. Inſtit. de offic. iudic.*]

SVBSIDERE, id eſt, remanere. SVBSIDERE legata apud heredes: *l. 76. D. ad leg. Falcid.* [Plin. *Lib. II. epiſt. 16.* eodem plane ſenſu: *quum vero liceat heredi,* ait, *donare, quod in hereditate* SVBSEDIT. Ad quem locum Schefferus *in lection. Academ. p. 81.* SVBSIDERE *dicuntur, quae tendunt deorſum et ad inferiora. Sic* SVBSIDERE *in hereditate, quae per codicillos tendunt ad alios, infra conditionem heredum conſtitutos, neque manent ſuo loco apud ſuos heredes.* Male. Quae enim manent ſuo loco apud heredes, ea alteri donare heredi non licet. Nam id eo loco vult Plinius: Atiliani, qui ex parte heredem ipſum inſtituerat, codicillos, vtut teſtamento non confirmatos, adeoque pro non ſcriptis iure habendis, non ſecus tamen ac ſi confirmati eſſent ſe obſeruaturum, et hereditatis partem, quae, ſi ex legibus examinanda res foret, reliquae adcreſceret, et apud ipſum ſubſideret, hoc eſt, remaneret, alteri, cuius mentionem codicilli habebant, donaturum, nam id vtique licere.] ¶. 2. SVBSEDISSE pars ſoli dicitur, quae depreſſa eſt. *l. 14. §. 1. D. de aqu. et aquae pluu. arcend.* Cicero *Lib. I. de Diuinat. cap. 35.* verbo *deſidere* non ſemel in ea ſignificatione vſus eſt.

SVBSIDIARIA actio, quae et in SVBSIDIVM actio, *l. 5. C. de magiſtrat. conuen.* ea vocatur, quae pupillo in ſubſidium datur aduerſus magiſtratus, qui tutores dederunt. *l. 1. princ. et §. 4. D. eod. tit. §. vlt. Inſtit. de ſatisdat. tutor.* Inde autem adpellationem haber, quod in extremum SVBSIDIVM pupillo excuſſis tutoribus fideiuſſoribusque eorum datur. *l. 5. C. de magiſtrat. conueniend.* Vetus Gloſſar. Graecum vertit ἡ ἐσχάτη βοήθεια.

SVBSIDIVM bonorum poſſeſſionis: *l. 4. C. de legit. hered.* SVBSIDIVM exceptionis: *l. 10. §. 2. D. de pactis.* SVBSIDIVM vitae exhibere: *l. 5. C. de patr. poteſt.* ¶. 2. In SVBSIDIVM: *l. 36. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit.*

SVBSIGNATVS. SVBSIGNATVM dicitur, quod ab aliquo ſubſcriptum eſt. Nam veteres *ſubſignationis* verbo pro ſubſcriptione vti ſolebant, vti Paullus in *l. 39. D. de verbor. ſignific.* ſcribit, et Feſtus *Lib. XVI.* confirmat, *reſignare,* inquiens, antiqui *pro reſcribere ponebant, vt adhuc* SVBSIGNARE *pro ſubſcribere dicimus.* ¶. 2. Sic SVBSIGNATAE facultates fiſco: *l. penult. §. 10. D. de iur. immunit.* quae ſubſcriptione obligatae ſunt. Quo ſenſu et SVBSIGNARE res dixit Iuſtinianus in *l. vlt. §. 3. C. de adminiſtrat. tutor.* SVBSIGNATA etiam *apud aerarium et cenſorem praedia,* quae in cenſum deferebantur Cicero *pro Flacco cap. XXXII.* ſignificat.

[SVBSIMILIS, pro adſimilis. *l. 1. §. 5. D. ſi cui plus, quam per leg. Falcid.*]

SVBSISTERE, pro valere, consistere. Sic SVBSISTIT iuris ratione sententia: *l. 14. C. de procurator.* SVBSISTERE iure testamentum dicitur, in *l. 11. C. de testam. manumiss.* et contra nullo iure SVBSISTIT: *l. 1. C. de pedan. iudic.* ¶. 2 Hoc verbo nostri etiam vtuntur, temerariam ac praecipitem adfirmationem inhibentes. *l. 32. D. de reb. cred. et si certum pet. l. 33. princ. D. de procurator. l. penult. §. 12. D. de iur. immunit.* ¶. 3. Item SVBSISTERE pro moram facere. *l. 2. §. 4 D. de iudic.* SVBSISTERE liti, in *l. 85. § 5. D de verbor. oblig. l. 52. §. 1. D. de euiction.* Et sic SVBSISTERE et *diffugere* opponuntur in *l. 85. §. 5. et l. 139. D. de verbor. obligat.*

SVBSORTITIO iudicum. Cicero *pro Cluentio cap. XXXIII.*

SVBSTANTIA pro censo et fortuna. *l. 16. D. ad SC. Trebell. l. 5. §. vlt. D. de iniur. l. 2. §. 22. D. vi bonor. raptor. l. 51. D. de heredit. petit. l. 3. §. 5. D. de contrar. tutel. et vtil. action. l. 3. §. 5. D. de suspect. tutor. l. 4. C. qui bon. ced.* et aliis multis locis. *l. 79. D. ad leg. Falcid. l. 16 pr. l. 78. §. 1. et §. 8. D. ad SC. Trebellian. l. 6. D. qui et a quib. manum. l. 6 in fin. D. de tutel. l. 27. D. de condit. et demonstrat. l. 34. §. 1. D. de legat. III. l. vlt. §. 1. D. de dol. mal. et met. except. §. 8. Inst. de societ.* Item SVBSTANTIA pro οὐσία, in *l. 9. §. 2. D. de contrah. emtion.* Sic et in *l. 2. §. 22. D. vi bonor. raptor.* vt ex bonis meis, inquit, hoc est, ex SVBSTANTIA mea. Sic omnes fortunas et SVBSTANTIAM in *l. 27. D. de probation.* Isaeus *de Apollodori hereditate orat. VI.* οὐσίας verbo eodem sensu saepius vsus est. ¶. 2. Sic SVBSTANTIA bonorum etiam area est. *l. 34. §. vlt. D. de vsufructu.* SVBSTANTIA Calendarii: *l. 34. §. 1. D. de legat. III.* SVBSTANTIAE dari curator: *l. 6. §. vlt. D. de tutel.* Ex SVBSTANTIA debitoris: *l. 8. §. 7. D. mandati.* SVBSTANTIAM expilare: *l. 3. §. 5. D. de suspect. tutor.* In SVBSTANTIA habere: *l. 6. D. qui et a quib. man.* SVBSTANTIA hereditatis: *l. 23. D. de dolo malo. l. 58. § penult. D. de admin. tutor. l. 15. D. de hered. vel action. vend.* SVBSTANTIA paterna: *l. 14. §. 7. D. de bon. libert.* SVBSTANTIA pupilli: *l. 3. §. 5. D. de contrar. tut. act.* Pro SVBSTANTIA sua: *l. 6. D. de muner. et honor.* SVBSTANTIA rei familiaris: *Paull. Lib. II. Sent. tit. 29.* ¶. 3. SVBSTANTIA et res opinioni et existimationi opponuntur, in *l. 2. §. 2. et §. 15. D. pro emtor. l. 14. D. de verbor. signif. l. 1. §. vlt. D. de diuers. tempor. action.* Vnde SVBSTANTIA veritatis dicitur in *l. 5. C. de iur. et fact. ignorant. l. 9. C. de fide instrum. l. 17. C. ad SC. Velleian. l. 10. C. de contrah. emt.* ¶. 4. Dicitur et SVBSTANTIA cognationis: *l. 4. D. de grad. et adfin.* emtionis: *l. 3. C. de contrah. emt.* obligationis: *l. 6. D. de SC. Macedonian.* et obligationum: *l. 3. D. de oblig. et action.* operae: *l. 61. princ. D. de adquir. rer. domin.* operis: *ibid.* venditionis: *l. 8. C. de rescind. vendit.* ¶. 5. [SVBSTANTIA rei, pro re ipsa, seu forma et natura negotii aut contractus: *l. 51. D. de administr. et peric. tutor.*]

SVBSTITVERE est in alterius locum quid statuere et locare. *l. 10. D. de seruitut.* Sic SVBSTITVERE actionem in locum deficientis: *l. 1. §. 10. D. si is, qui testam. liber esse iuss.* SVBSTITVERE suo loco alium aduersarium: *l. 1. D. de alien. iudic. mut. l. 3. §. 4. D. eod. tit.* SVBSTITVERE alium suo loco: *l. 1. D. eod. tit.* SVBSTITVERE arbores: *l. 18. D. de vsufructu. l. 45. §. penult. D. de iur. fisci.* in locum mortuarum vel infructuosarum alias reponere. *l. 14. D. de impens. in res dotal. fact.* SVBSTITVERE *in locum demortuarum auium alia capita*: Columell. *Lib. IX. cap. 3. n. 3.* Sic et iurisconsulti SVBSTITVERE capita gregis: *l. 69. D. de vsufruct.* SVBSTITVI creditor tertius in locum primi: *l. 16. D. qui potior. in pign.* Sic quoque SVBSTITVI curator dicitur, qui in locum tutoris constituitur: *l. 14. §. 13. D. de solution.* ita SVBSTITVTVS curator, id est, in locum alterius datus: *l. 3. C. de interd. matrim.* [*l. 10. C. qui dar. tutor.* ex lectione vulgata.] SVBSTITVERE se debitorem in alterius vicem: *l. 6. C. de non numerat. pecun.* SVBSTITVERE defensorem: *l. 5. § 7. D. iudicat. solui.* SVBSTITVTVS equus in locum mortui: *l. 11. D. quib. mod. vsusfr.* SVBSTITVERE iudicem in locum alterius: *l. 22. D. iudicat. solui.* SVBSTITVERE pecora: *l. 69. D. de vsufruct.* SVBSTITVTA pecora in locum mortuorum: *l. 22. D. de legat. I.* SVBSTITVERE in locum tutoris: *l. 2. l. 4. C. in quib. casib. l. 10. C. qui dar. tutor.* SVBSTITVI tutor: *l. 4. C. de excusat. tutor.* SVBSTITVTVS tutor in locum: *l. 39. D. de administr. et peric. tutor.* SVBSTITVTI tutores in locum defunctorum: *l. 2. C. de tutor. vel curat. qui sat. non deder.* SVBSTITVTVS tutor in locum legitimi: *l. vlt. §. vlt. D. de adpellation.* ¶. 2. Sic etiam SVBSTITVERE arbitrio: *l. 30. D. de oper. libertor.* SVBSTITVI in damnum: *l. 21. §. 1. D. ad municipal.* in damnum sortis: *ibid.* SVBSTITVI in bonis heredis: *l. 1. §. 17. D. de separat.* SVBSTITVI periculo: *l. 6. C. arbitr. tutel.* SVBSTITVERE in eamdem portionem: *l. 5. D. de bonis libertor.* SVBSTITVERE praestationi: *l. 2. §. 11. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.*
¶. 3. His exemplis SVBSTITVI dicuntur heredes, qui secundo vel tertio gradu instituuntur. *l. 1. D. de vulg. et pupill. substit.* Vlpian. *tit. XXIII. regul. §. 7. sequ.* Nec vero heredibus modo, sed et legatariis quoque substituitur, et his, quibus mortis caussa quid donatur. *l. 50. D. de legat. II. l. 32. D. de legat. III. l. 40. D. de mortis caussa donat.*

SVBSTITVTIO, est institutio heredis secundi, tertii, in locum deficientis primi. Alia autem *simplex* est, quae vnum casum, alia *duplex*, quae plures casus amplectitur. *l. 1. §. 1. D. de vulgar. et pupill. substit.* Item SVBSTITVTIO alia *vulgaris*, quae in eum casum, si heres non sit, alia *pupillaris*, quae in eum casum fit, si intra pubertatem filius decesserit. *l. 2. D. de vulg. et pupill. substit. princ. Inst. eod. tit.* Et hi sont *duo* substitutionum *casus*, quorum alter *primus*, alter *secundus* adpellatur. *l. 4. D. eod. tit. l. 8. C. de impuber. et al. substit.* ¶. 2. SVBSTITVTIO dari, id est, quod substitutione facta relictum est, dari dicitur in *l. 55. §. 3. D. ad SC. Trebellian.* eadem ratione, qua donatio pro re donata, institutio pro hereditatis datione accipitur. ¶. 3.

SVB-

SVBSTITVTIO legatorum, *l. 6. C. de legat.* in locum: *l. 14. D. de liber. et postum.* Ex SVBSTITVTIONE fraudis: *l. 41. D. de fideicomm. libert.*

SVBSTITVTVS in locum: *l. 1. C. de testam. milit.* SVBSTITVTVS secundus vel tertius: *l. 36. D. de statulib.* Secundum SVBSTITVTVM pronunciare: *l. 50. §. 1. D. de legat. I.*

SVBSTRVERE. [SVBSTRVENDO iter facere: *l. 10. D. de seruitut.*]

SVBTEGMEN. *l. 70. §. 2. D. de legat. III.* Silius Italicus *Lib. XV. Punicor. v. 436.*

Conspicuus Siculi Tyrius subtegminis arte.

(vbi tamen Cl Drakenborch SVBTEMINIS edidit. vid. eum *ad Lib. VII. v. 80.* quemadmodum et editi libri in *l. 70.* legunt. HEIN)

SVBTILIS, acutus; sed et scrupulosus. SVBTILIS differentia: *l. 58. D. de verbor. signific.* SVBTILIS diligentia cognitionis: *l. 10. §. 5. D. de quaestion.* SVBTILIOR distinctio adhibenda: *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Rhod.* [SVBTILIS diuisio facti et iuris: *l. 4. in fin. C. de donation.* SVBTILE ius: *l. 15. §. 1. C. de legit. hered.* SVBTILE autem ius quum opponitur benigno, ius strictum denotat, vt in *l. 11. D. de seruit. praed. rusticor.* SVBTILIS legum occasio: *l. 6. C. de natur. liber.* SVBTILIS ratio: *l. 51. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 11. D. de seruit. praed. rustic.* SVBTILIS iuris regula: *l. 13. princ. D. de liber. et postum.* SVBTILIS reuerentia: *l. 21. C. de fid. instrum.* SVBTILIS et superuacua scrupulositas: *l. 15. C. de contrahend. stipul.*] SVBTILIS tractatus: *l. vlt. C. de interd. matrimon. l. vlt. princ. C. de legit. hered.*

SVBTILITAS proprie obseruationem regularum artis cuiusuis significat; saepissime tamen, vbi modus non seruatur, vel nimis scrupulose praescriptum regularum seruatur, tum SVBTILITAS καταχρηστικῶς dicitur. Tum vero maxime, si aequitas a iure stricto disiungitur. [Antiqua SVBTILITAS: *l. 4. princ. C. de liber. praeter. l. 1. C. de nudo iur. Quirit. toll.* SVBTILITATI eorum satisfiat, qui non sensum, sed vans nominum vocabula amplecti desiderant: *l. 2. §. 2. C. de constit. pecun.* SVBTILITATE excogitata differentiam introducere: *§. 3. Inst. de legit. agnat. successfion.* Ne ex huiusmodi SVBTILITATE cudant hominum voluntates: *l. 13. C. de contrab. et committ. stipul.* Iudices per suam SVBTILITATEM requirere: *l. 1. C. de sentent. quae pro eo quod interest.* SVBTILITAS variorum generum legatorum: *l. 1. princ. C. commun de legat.* Nimia SVBTILITAS: *l. 14. C. de legit. hered.* Ne dum nimia SVBTILITATE vtimur, ipsa SVBTILITAS ad perniciem eorum reuertatur: *l. 7. princ. C. ad SC. Trebell.* Satis scrupulosum et per nimiam SVBTILITATEM perniciosum est. *l. vlt. §. vlt. C. de iur. dotium.* Inuentarium cum omni SVBTILITATE publice scriptum: *l. vlt. §. 5. C. de curat. furios. l. 27. C. de episcop. audient.* Cum omni SVBTILITATE et cautela: *Nouell. XVII. cap. vlt.* Superuacua SVBTILITAS: *l. 11. C. de natural. liber.* SVBTILITAS vana: *l. vlt. C. de legib.*] ‖. 2. SVBTILITAS iuris aequo et bono dicitur obsistere. *l. 17. D. de in iusto, rupt. irrit.* Et SVBTILIS ratio: *l. 11. D. de seruit. praed. rustic.* SVBTILITATI verborum benignitas opponitur, *l. 20. in fin. D. de reb. credit.* Et sic SVBTILITAS iuris: *l. 36. D. de verbor. oblig. l. 25. D. de donat. l. 32. C. de episcop. et cler.* SVBTILITAS legis: *l. 26. D. de pignor.* Legum SVBTILITAS: *l. 30. C. de iur. dotium. l. vlt. C. de testam.* Nimia SVBTILITAS: *l. 4. D. de manumiss. testam. l. 59. §. 1. D. de iur. dotium.* Dicitur etiam SVBTILITAS iudicialis: *l. 30. §. vlt. D. de reb. dub.* SVBTILITATES *l. 8. §. 16. D. quib. mod. pign.*

SVBTILITER cognoscere: *l. 1. C. vt in possess. legator.* SVBTILIVS: *l. 13. §. 4. D. de adquir. possess.* [SVBTILIVS cogitare: *l. 10. C. qui testam. facer.*]

SVBTRACTVS, A, VM. SVBTRACTA ex bonis: *l. 18. C. de postlim. reuers.* SVBTRACTO instrumento: *l. 7. C. in quib. causs. cessat. l. 20. C. de probat. l. 2. C. de reuocand. donat.* SVBTRACTVS mandator: *l. 22. §. vlt. D. de iur. fisci.* SVBTRACTA mortalitate mancipia: *l. 19. D. de vi et vi armat.* SVBTRACTVS sententiae morte: *l. 14. §. 8. D. de bon. libert.* SVBTRACTI numi: *l. 1. C. de condict. furtiu.* Pecunia ciuitatis SVBTRACTA: *l. 81. D. de furt.* SVBTRACTA res: *l. 46. §. 2. D. de furt. l. 2. D. vi bonor. raptor.*

SVBTRAHERE instrumentum: *l. 21. D. quib. mod. pign. l. 20. C. de probation* instrumenta: *l. 7. C. in quib. causs. cessat.* SVBTRAHERE filium militiae: *l. 4. §. 11. D. de re militar.* SVBTRAHERE reum mors dicitur vel alia poena: *l. 19. D. ad leg. Iul. de adulter.* SVBTRAHERE se publicis muneribus: *l. 5. §. 8. D. de iur. immun.* SVBTRAHERE pecora: *l. 1. §. 1. D. de abigeis.* rem: *l. 40. D. de noxal. action. l. 48. D. de legat. I.* pro subripere et inuito domino contrectare: *l. 225. D. de verbor. signific.* SVBTRAHERE res ex hereditate, vt instrumenta et mancipia: *l. 13. §. 5. D. de action. emti.* SVBTRAHERE se seruus domino dicitur: *l. 17. §. 11. D. de aedilit. edict.* SVBTRAHI publicae vindictae: *l. 4. C. de quaestion.*

SVBVENIRE, pro succurrere, quod eodem sensu dicitur, in *l. 15. §. 35. D. de damn. infect.* SVBVENIRE autem dicuntur consules; *l. 30. princ. D. de adquir. heredit.* et Imperator, *l. 6. §. 1. D. de bon. libertor.* et Praetor: *l. 7. §. 2. D. de iniur.* SVBVENIRI a praetore: *l. 43. §. vlt. D. de administr. et peric. tutor.* Solet et Senatus SVBVENIRE: *l. 1. §. 4. D. ad SC. Trebell.* ‖. 2. SVBVENIRI aetati: *l. 15. §. 22. D. de damn. infect.* SVBVENIRE creditoribus et heredibus: *l. 5. D. de iur. deliber.* fideicommissario: *l. 1. §. 4. D. ad SC. Trebell.* fideiussori: *l. 25. D. de fideiussor.* fideiussoribus: *l. 2. §. vlt. D. de administr. et peric. tut.* heredibus: *l 55. princ. D. de fideicomm. libert. l 6. §. 1. D. de bon. libertor. l. 1 §. 4. D. ad SC. Trebell.* ignorantiae; *l. vlt. D. de fideiussor.* lega-

gatariis: *l. 10. §. vlt. D. testom. quemadm. aper. l. 8. D. si quis omiss. causs. testam.* liberis: *l. 87. §. vlt. D. de legat. II.* SVBVENIRI minoribos: *l. 1. C. si aduers. vendit.* SVBVENIRE scienti: *l. 1. §. vlt. D. de fideiuss. tutor.* sexui: *l. 95. §. 1. D. de solution.* ventri: *l. 1. §. 15. D. de ventr. in poss. mitt.* ¶. 3. SVBVENIRI actione: *l. 1. §. 5. D. de superficieb.* per actiooem: *l. 20. D. de tutel. et ration. distrah.* per exceptionem: *l. 1. §. 1. D. de liber. exhibend.* per in integrum restitutionem: *l. 2. C. de tempor. in integr. rest.* extra ordinem: *l. 1. D. de migrando. l. 4 C. de aedific. priuat. l. vlt. D. de fideiussor. tutor.* Senatusconsolto: *l. 36. D. de fideicommiss. libert. l. 1. l. 8. C. ad SC. Velleian.*

SVBVERTERE libertatem: *l. 1. §. vlt. D. de legit. tutor.* SVBVERTI multa ex his, quae certa sunt: *l 21. D. de legib.* et SVBVERTI vera iudicia: *l. 24. D. de testament. milit.*

SVBVRBANVS, A, VM. SVBVRBANA possessio: *l. 41. §. 6. D. de legat. III.* SVBVRBANVM praedium: *l. 38. §. 4. l. 93. D. eod. tit.* [Praedium rusticum vel SVBVRBANVM ab vrbanis non loco, sed qualitate secernitur: *l. 16. C. de praed. et al. reb. min. sine decret. non alien.*] SVBVRBANA *regio Italiae*: Columell. *Lib. XI. cap. 2.* SVBVRBANA villa: *l. 1. §. 9. D. quand. adpelland.*

SVBVRBICARIVS. Regiones et partes SVBVRBICARIAE, in *l. 9. C. Theod. de ann. et tribut. l. 18. C. Theod. de extraord. muneríb. l. 12. C Th. de indulgent. debit.* et in Notitia Imperii Romani, vbi de Comite rerum priuatarum per occidentem tractatur. Adnotauit aliquid de hoc verbo Cuiacius *Lib. I. Obseruat. cap. 14* Plura tam de regionibus, quam de ecclesiis soburbicariis dixerunt duumviri doctissimi, Iac. Sirmondus et Claud. Salmasius in scriptis amoebaeis. HEIN.

SVC.

SVCCEDANEVS, qui succedit. Sic SVCCEDANEVS culpae dicitur, qui in culpam soccedit. *l. 4 D. de magistrat. conuen.* SVCCEOANEVS damni, in *l. 10. C. qui dare tutor.* functionis, in *l. 27. C. de decurionib. Lib. X.* Sic etiam SVCCEDANEA hostia olim dicebatur, quae in alterius locum sacrificiis adhibebatur, vt Gellius *Lib. IV. cap. 6.* et Seruius *in Virgil. Lib. VIII. Aeneid. v. 641.* scribunt. Apuleius *Lib. VIII. de Asin. aur. p. 213. Sed postquam non seruam pro virgine, sed asinum pro homine succedaneum videre.* SVCCEDANEVS alieni periculi, qoi alienam culpam praestat. *l. 3. §. vlt. D. de administrat. tut.* SVCCEOANEVS *regi datus*, Iostinus *Lib. XXXVIII. Cap. 6. n. 2.* SVCCEOANEVS solutionis, in *l. 3. C. de fund. rei priuat. Lib. XI.*

SVCCEDERE ab intestato, vel ex testamento, *l. 5. §. vlt. C. de tempor. in integr. restit.* SVCCEDERE in omne ius mortui: *l. 37. D. de adquir. heredit.* in iura patris: *l. 1. C. de rer. permut.* io patris locum: *l. 2. C. de liber. praeter.* et in alicoius locom hereditate, emtione, alioue quo iure SVCCEDERE: *l. 3. §. 2. D. de itin. actuqu. priu. l. 13. D. quod legator. l. 156. §. 2. D. de regul. iur.* SVCCEOERE in locum vel in rem: *l. 7. l. 8. D. de iureinrand.* SVCCEDERE per vniuersitatem vel in rem: *l. 1. §. 13. D. quod legator.* ¶. 2. SVCCEDERE pro in sui heredis locum SVCCEDERE sublato de medio vel morte vel poena, vel captiuitate, vel emaocipatione, eo, qui praecedebat: *l. 29. §. 14. et §. 15. D. de liber. et postum. l. 2. D. de vulgar. et pupill. substit. l. 6. l. 13. D. de iniusto, rupt. irrit.* Plane, quod io *l. 1. §. 8. D. de suis et legit.* dicitur, *in suis successionem non esse*, hunc sensum habet, vt eo, qoi primum locum mortis tempore tenebar, mortuo, sequens vt suos heres non admittatur: aliter atqoe si ante, quum alii hereditas delata non esset. Quomodo et *in hereditate legitima successionem non esse*, cum Paullo *Lib. IV. Sentent. tit. 8. §. 23.* scribit Iostioianus *in §. 7. Instit. de legit. agnat. succession.* ¶. 3. SVCCEDERE in ius primi, secundus crediror dicitur, in *l. 3. D. quae res pignor.* er SVCCEDERE in locum simpliciter, *l. 3. l. 16. D. qui potior. in pignor.* SVCCEDERE in locum creditoris: *l. 1. C. de his, qui in prior. cred. loc.* in locum creditoris prioris: *l. 5. D. de distract. pign.* SVCCEDERE loco prioris: *l. 12. §. 9. D. qui potior. in pign.* SVCCEDERE in loco *l. 1. § 7. D. de coniung. cum emancip. liber.* SVCCEDERE etiam in loco priuato dicitur fiscus: *l. 17. §. 5. D. de vsur.* SVCCEDERE in pignus: *l. 12. §. 9. D. qui potior. in pign.*

[SVCCESSIO, κατ' ἐξοχὴν adpellatur hereditas. *l. 21. C. de pact.* Sic SVCCESSIONIS modus: *l. vn. C. ne pro dot. mulier.* SVCCESSIO vindicari: *l. 4. C. in quib. causs. cessat longi temp. praescr.*] ¶. 2. SVCCESSIO quoque dicitur, quum priore subducto de potestate suo herede, vlterior in proximom locum succedit. *l. 28. §. 1. D. de liber. et postum.* vide supra SVCCEDERE. ¶. 3. SVCCESSIONIS necessitas: *l. 1. §. 3. D. vt legator. seruand. caussa.* SVCCESSIONE rumpi testamentum: *l. 23. §. vlt. l. 29. §. 4. D. de liber. et postum.*

SVCCESSORES alii in vniuersom ius, alii in rem succedunt. *l. vlt. D. de except. rei vendit. l. 19. §. 5. D. de aedilit. edict. l. 7. in fin. l. 8. D. de iureiurand. l. 49. D. de iudic.* Ita SVCCESSIO per donationem: *l. 17. §. 5. D. de pactis.* SVCCESSORVM itaque verbo non solum qui in vniuersa bona, sed et qui in rei dominium successerint, in stipulatione damni infecti continentur *l. 24 §. 1. D. de damn. infect.* Nec bonorum tantum, sed et muneris SVCCESSOR dicitur. Et ita SVCCESSORIS nomen pro eo, qui in administrationem succedir. *l. 55. D. de iudic. l. 10. D. de offic. proconf. l. 1. D. de praefect. August.* In locumque successisse accipimus, siue per vniuersitatem, sioe in rem successerint. *l. 1. §. 13. D. quod legator.* Sic: sine SVCCESSORE decedore: *l. 13. §. 13. l. 14. l. 25. D. de fideicommiss. libert. l. 37. §. vlt. D. de vsucapion.* Et ideo, quum heredem significare volumus, iuris SVCCESSOREM dicimus. *l. 9. §. 1. D. de edendo. §. 11. Inst. de testam. ordin.* Et in locum hereditario iure soccedentem: *l. vlt. D. pro suo.* qoos in locum et ius succedere ait Paullus, in *l. 9. §. 1.*

§. 1. D. de edendo et l. 42. et l. 177. D. de regul. iur. Qui autem per vniuersitatem succedunt vel ciuili, vel honorario iure succedunt, *l. 1. in fin. D. de muner. et honor.* Vnde quidam *honorarii* sunt SVCCESSORES, veluti bonorum possessores, et quibus ex Trebelliano Senatusconsulto hereditas restituta est. *l. 24. D. famil. erciscund. l. 9. §. 6. D. de interrogat. in iur. fac. l. 7. in fin. D. de condict. furtiu.* SVCCESSORES praetorii: *l. 2. §. 19. D. pro emtore.* SVCCESSOR: *l. vlt. D. de fideicommiss. heredit. petit.* Ex SVCCESSORIS parte: *l. 1. §. 4. D. de successor. edict.* SVCCESSORIBVS acceptis: *l. 21. D. de testam. milit.* ¶ 2. SVCCESSOR simpliciter pro eo, qui succedit in magistratum: *l. 17. §. 14. D. ad municipal.* SVCCESSOR iudicis: *l. 1. D. quand. adpelland.* SVCCESSORES magistratus: *l. 36. D. ad municip.* SVCCESSORES accipere magistratus: *l. 1. §. 4. D. de magistrat. conuen.* SVCCESSOR praefecti: *l. 1. D. de offic. praef. vigil.* praesidis: *l. 17. D. de offic. praesid. l. 3. D. ad leg. Iul. maiestat. l. 06. D. de testam. tutel. l. 9. D. de reb. cor.* SVCCESSOR praesidis prouinciae: *l. 8. C. quomod. et quand.* Vnde *successum* praesidi, in *l. 2. l. 3. D. ad leg. Iul. maiest.* SVCCESSOR praetoris: *l. 35. D. de aur. argent. legat.* SVCCESSOR principis: *l. 56. D. de legat. II.* tribuni: *l. 00. D. de testam. milit.* ¶ 3. Dicitur et SVCCESSOR criminis alieni, in *l. 26. D. de poen.*

SVCCESSORIVM edictum et SVCCESSORIVM caput dicitur, quo inter bonorum possessores successionis gradus definiti sunt, et vno repudiante vel omittente, vel tempore excluso, sequentes in locum eius admittuntur. *l. 1. D. de successor. edicto. l. vlt. C. eod. tit. l. 2. §. penult. D. de iur. et fact. ignor.* Vlpian. *tit. XXVIII. Regul. §. 12.*

SVCCIDERE arbores pro subsecare. *l. 5. princ. D. arb. furt. caesar. l. 1. §. 12. D. de oper. nou. nunciat. l. 13. §. 1. l. vlt. D. quod vi aut clam l. 4. §. 3. D. fin. regund. l. 28. §. 6. D. de iureiurand. l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam.* SVCCISA arbor: *l. 19. D. commun. diuid.* SVCCISA arbusta: *l. 20. D. eod. tit.* SVCCIDERE ligna: *l. 1. §. 2. D. de arbor. caedend.* SVCCISA silua: *l. 09. D. de verbor. signific.* ¶ 2. SVCCIDERE quoque maceriem iurisconsulti dixerunt. *l. 12. D. de vsufruct.*

SVCCVMBERE necessitati: *l. 45. §. vlt. D. de excusat.*

SVCCVRRERE, subuenire SVCCVRRI: *l. 27. D. de fideiussor.* SVCCVRRENDVM ei erat: *l. 4. §. vlt. D. de doli mal. except.* SVCCVRSVM est: *l. 3. C. de fideicommiss. libert.* SVCCVRRERE aetati: *l. 108. D. de regul. iur.* Paoll. *Lib. V. Sent. tit. 12.* caussae et personae: *l. 42. l. 43. §. 1. D. de admin. et peric. tutor.* caussa cognita SVCCVRRI: *l. 8. D. si quid in fraud. patron.* SVCCVRRI constitutionibus: *l. 24. §. vlt. D. de fideicomm. libert.* decreto: *l. 84. D. de adquir. hered.* edicto: *l. 9. D. ex quib. causs. maior.* ex edicto; *l. 57. D. de adquir. heredit.* exceptione: *l. 1. §. 1. D. si cui plus, quam per leg. Falcid.* per exceptionem: *l. 51. §. 1. D. de fideiussor. l. 16. C. ad SC. Velleian.* SVCCVRRERE fideiussori: *l. 88. D. de verbor. obligat.* fideiussoribus: *l. 89. D. de adquir. heredit. l. 17. D. de fideiussor.* filio: *l. 20. §. 4. D. de bon. libert.* heredi: *l. 11. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 26. §. vlt. D. de legat. I. l. 3. l. 11. §. 3. D. ad leg. Falcid.* heredibus: *l. 67. §. 8. D. de legat. II.* SVCCVRRI ignorantiae: *l. 3. D. si quid in fraud patron.* legatario: *l. 1. §. 17. D. vt legator. seruand.* libertatibus: *l. 47. §. 1. D. de fideicomm. libert.* minori: *l. 4. D. quod falso tutor.* mulieri: *l. 71 §. vlt. l. 72. §. 4. D. de condit. et demonstr.* necessitatibus: *l. 1. C. de alend. liber.* SVCCVRSVM patri: *l. 6. princ. D. de iure dotium.* SVCCVRRERE dicitur praetor: *l. 00. §. 4. D. de bon. libertor. l. 1. §. penult. D. si mul. ventr. nom. l. 7. D. quando ex fact. tut. l. 5. D. de diuort. et repud.* SVCCVRRI per praetorem: *l. 1. §. 1. D. ad SC. Tertullian. l. 11. §. vlt. D. ad SC. Trebellian.* SVCCVRRI reo aut exceptione aut interpretatione: *l. 17. D. de pecun. constit.* SVCCVRRI senatusconsulto: *l. 5. C. ad SC. Velleian.* ventri: *l. 1. §. penult. D. si mul. ventr. nom.*

SVCVLA, in *l. 19. §. 0. D. locati.* machina est tractoria, quae vectibus versatur. Ex stipite enim oblongo, quem vectes ambiunt, constat. Meminit Vitruuius *Lib. X. cap. 4. et 5.*

[SVCVLVS, porcellus. *§. 37. Instit. de rerum diuis. et adquir. ear. domin.*]

SVD.

SVDOR aquae in legibus vocatur, vt Seneca *Lib. III. Natural. Quaestion. cap. 15.* scribit, qua guttae quaedam vel pressura loci eliduntur, vel aestu euocantur. Quod ego ad interpretationem *l. 1. §. 8. D. de aqua quotid. et aestiua* traho, in qua ita est: *Plane si aqua* SVDORIBVS *manando in aliquem locum effluere, atque ibi adparere incipit.* Vitruuius *Lib. VIII. cap. 1. In terra autem nigra* SVDORES *et stillae inueniuntur exiles, quae ex hibernis tempestatibus collectae, in spissis et solidis locis subsidunt.* Quod ipsum Palladius *Lib. IX. cap. 8.* tradens: *nigra*, ait, *terra humores et stillicidia non magna ex hibernis imbribus et liquore collecta.* et mox: *Sequenti die aperto loco, si in eodem vase* SVDORES *extrinsecus inueniantur, aut stillae, aquas ibi esse non dubites.* Lucan. *Lib. IV. Pharsal. v. 301.*

Antra nec exiguo stillare sudantia rore.

[Add. Radulph. Forner. *Lib. I. rer. quotidian. cap. 17.*]

SVF.

SVFFECTVS *Consul*, ait Isidor. *Lib. X. Etymolog. qui pro alio substituitur.* Sic enim adpellabatur, qui in demortui consulis locum sufficiebatur. *l. 2. §. 47. D. de orig. iur.* Lamprid. *in Alexandro. Consules quoscumque vel ordinarios vel* SVFFECTOS *creauit, ex Senatus sententia nominauit.* Spartian. *in Caracall. Heluium Pertinacem* SVFFECTVM *consulem ob hoc solum, quod filius esset Imperatoris, occidi iussit.* Sueton. *in Iulio Cap. LXXX. Maximo* SVFFECTO *trimestrique consuli.* Idem *in Augusto Cap. XXVI. Die Kalendarum Ianuar. quum ma-*

mane pro aede Capitolini Iouis paullulum curuli sella praesedisset, honore abiit, SVFFECTO *alio in locum suum.* Ab ordinariis autem consulibus, non etiam a SVFFECTIS anni computabantur. Et idcirco minor eos honor, minor laus seqoebatur. Auson. *in Gratiar. action. Sed consulatus ille cuiusmodi? ordinario* SVFFECTVS, *bimestri spatio interpositus.*

SVFFERRE, id est, offerre, praestare SVFFERRE litis aestimationem. *l. 17. §. 3. D. de iniur. l. 1. D. si famil. furt. fec. l. 2. §. vlt. D. pro emtor. l. 6. D. de sepulcr. viol. l. 70. in fin. D. de legat. I. l. 10. D. de liberat. legat. l. 20. l. 28. D. de noxalib. action. l. 17. §. 18. D. de aedilit. edict. l. 22. D. de action. rer. amot. l. 23. §. 8. D. de aedilit. edict. l. 9. D. de furt.* SVFFERRE autem litis aestimationem victus dicitur, qui pretium hominis dat. *l. 21. §. 2. D. de euiction.* Ita quoque SVSTVLERIT litis aestimationem: *ibid.* porro et SVFFERRE condemnationem dicitur, in *l. 2. D. de noxal. action.* SVFFERRE mulctam: *l. vlt. D. de termin. moto* vel poenam: *l. 15. D. de tutel. et ration. distrah. l. 67. §. 1. D. de furt. l. 71 §. vlt. D. pro socio.* SVFFERRE sustentationem: *l. 22. §. 8. D. soluto matrimon.* SVFFERRE pecuniam; *l. 19. D. de noxal. action.*

SVFFICERE, aptum, idoneum esse, satis esse. SVFFICERE sdministrationi, negotiis, operis. *l. 13. D. de tutel. l. penult § vlt. D. de excusat. tutor. l. 5 §. 7. D. de agnoscend. liber.* administrationi: *l. 3. C. in quib. casib. cess. longi temp. praescr. l. 4. D. qui pet. tutor.* ad administrationem: *l. 17. §. 17. D. de iniur.* Vix SVFFICERE bona ad quartam partem aeris alieni dicuntur. *l. 23. D. quae in frand cred.* SVFFICIENTES damno praestando, id est, idonei, *l. 8. C. de administr. tutor.* SVFFICERE exstructioni; *l 4. D. de administr. rer. ad ciuit. pertinent.* Item SVFFICERE hereditas legatis dicitur, qoae soluendo est *l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcid.* SVFFICERE moneri; *l 2 §. 7. D. de vacat. et excusat. muner.* SVFFICIENTES viri publicis muneribus: *l. 5. D. de iur. immunit.* SVFFICERE negotiis: *l. 45. § vlt. D. de excusation.* operis: *l 5. §. 7. D. de agnosc. et alend. liber.* SVFFICERE quantitas; *l. 93. D. ad leg. Falcid.* (vbi tamen et satisfacit legitur. HEIN) SVFFICERE sibi: *l. 8. §. 11. D. de transaction.* Non SVFFICERE sibi; *l. 14. § 1. D. de solution.* SVFFICIENTES testes: *l. 8. §. 1. D. de iur. codicillor.* ¶. 5. SVFFICIT maritum indemnem praestari, non etiam lucrum sentire: *l. 16. in fin. D. de iure dotium.* SVFFICIT patrono, si nihil de suo in necem eios libertus alienauit, non, si non adquisiuit. *l. 1. §. 6. D. si quid in fraud patron* Satis abundeque SVFFICIT, si cui vel in paucis amici labore consulatur. *l. 20. C. de negot. gest.* ¶ 3. [SVFFICERE pro sufferre, praestare. SVFFICERE aestimationem, *l. 40. princ. D. de manum. testam.*] ¶ 4. [Quum Decemoiri deinceps non vellent SVFFICERE magistratibus. *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* Insolens haec loquotio; defendit tamen Rupertus, et SVFFICERE, *locum cedere* interpretatur. Haloandet pro *magistratibus* legit, *magistratus.* Et tunc SVFFICERE pro substituere, nota significatione, accipi

potest] Adde V. A. Cornel. van Bynkershoek *in Praetermiss. p. 33. Tom. II. Opuscul.* ¶. 5. [Non SVFFICIT, Paullo est, non competit, noo suppetit, deficit, vt in *l. 22. D. commodati. l. 45. D. locati. l. 29. D. commun. diuid. l. 43. D. de action. emti.* vid. Cuiac. *Tractat. VIII. ad African. in l. 21. §. 1. D. commodat.*] Eodem loqoendi genere et Vlpianus vsus est. *l. 29. §. 4. D. ad leg. Aquill. Puto Aquilliae* SVFFICERE. Vid. laudatiss. Bynkersh. *Lib. IV. Obseru. cap. 17.* HEIN.

SVFFICIENTER alere et vestire: *l. 15. §. 2. D. de vsufruct.* SVFFICIENTER defendere, id est, satisdato. *l. 14. D. soluto matrimon.*

SVFFODERE, *l. 11. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.*

SVFFRAGARI aoctoritas; *l. vlt. C. de iur. et fact. ignor.* et voluntas: *l 95. D. de legat. III.* et oon SVFFRAGARI, *l. vn. C. si contr. matr.*

SVFFRAGIVM, pro voce et scito, quo vel in magistratu mandando, vel reo iudicando, vel lege, aut rogatione scienda, aliaue qua re statuenda voluntatem suam quisque indicat. *l. 32. D. de legib. l. 5. D. quod cuiuscumqu. vniu. nom. l. 6. §. 1. D. de decurion. l. 8. D. de muner. et honorib. l. vlt. C. de silentiar.* Ita SVFFRAGIO eligenda, in *l. 5. D. famil. ercifcund.* Item SVFFRAGIO et voce opponontur, in *l. 1. D. de offic. quaestor.* ¶. 2 [SVFFRAGIA emendicata decretorum, *l. 14. C. de accusation.* De talibus etiam loquitur *l. 1. C. de offic. magistr. milit.* Cuiac. *Lib. I Obseruat. cap. 33.*] ¶ 3. SVFFRAGIVM etiam in constitutionibus auxilium et patrocinium honorum adipiscendorum caussa latum ac praestitum significat. *l. vn. C. de suffrag. l. 1. C. Theod. si cert. pet. de suffrag. l. 7. C. de aduocat. diuersor. iudic. l. 36. l. 44. C. Theod. de decurion. Nouell. VI.* Lamprid. *in Alexandro Cap. XXXVI. Quod quum factum esset, et Turinus suffragium promisisset, dixissetque, se quaedam Imperatori dixisse, quum nihil dixisset.* κ. τ λ. Ita SVFFRAGIVM popoli et legislatoris in *l. 32. D de legibus.* ¶. 4 Dicitur et SVFFRAGIVM aetatis; *l. 22. C. de pactis. l. 1. C. si aduers. delictum.* SVFFRAGIVM temporis: *l. 24. D. de donation. inter vir. et vxor.* ¶ 5. [Singulari prorsus sensu, innocenter adhibita SVFFRAGIA dicuntur io *l. 4. C. et l. 3. C. Theod. de malefic. et mathemat.*]

SVG.

SVGGERERE et requirere opponuntur. Ita: Hoc magis SVGGERENTIS est, quam requirentis. *l. 1. §. 21. D. de quaestion.* Item SVGGERERE, id est, allegare, *l. 8. C. ad leg. Falcid.* SVGGERERE praetori, id est, indicare, seo monere. *l. 2. §. vlt. vbi pupill. educ. vel mor.* Ita et SVGGERIT pars principi, *l. 1. C. vt lite pendent.* Item SVGGERIT ratio, id est, admonet. SVGGERIT res: *l. 35. §. 3. in fin. D. de hered. instit.* SVGGERIT religio: *l. 79. D. de iudic.* SVGGERIT restitutionem, *l. 26. §. 9. D. ex quib. causs. maior.* SVGGERENS: *l. 3. C. de interd. matrim.* SVGGERENTE oecessitate: *l. 13. §. 1. D. de liber. et postum.*

positum. et reuerentia: *l. 9. §. 2. D. de reb. dub.* SVGGERENTE Tryphonino: *l. vlt. D. de iure fisci.* SVGGESTVM est: *l. 97. D. de legat. III.*

SVGGESTVS. Ex SVGGESTV magistratuum: *l. 1. §. 5. D. de magistrat. conuen.*

SVGGILLARE, vel SVGILLARE, pro laedere. SVGILLARE opinionem: *l. 4. §. 16. D. de doli mal. et met. except.* et pudorem: *l. 10. §. 12. D. de in ius vocand.* Vnde

SVGGILLATIO, in *l. 15. §. 35. D. de iniur.* Quo verbo et Plinius *Lib. VII. cap. 45.* vtitur.

SVGGRVNDA, vel *Suggrunda*, varie enim in Pandectis Florentinis hoc verbum scribitur, sunt proiecta ex aedibus, quae ita prouehuntur et protenduntur, vt nusquam raquiescant. *l. 242. §. 1. D. de verbor. signif. l. 5. §. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec. rubr. D. de damno infect. suggrund. et proiection.* Apud Vitruuium *Lib. II. cap. 9.* SVBGRVNDA vocantur. Vnde *subgrundationem* idem dixit, *Lib. IV. cap. 2.* SVGGRVNDAS etiam Varro *Lib. III. de re rustic. cap. 3.* dixit. Graeci γεισσηποδίσματα adpellarunt. Sic enim Moschopulus περὶ σχεδῶν. Γεισσηποδίσματα, αἱ προβολαὶ τῶν ὑπερῴων οἰκημάτων, αἱ ὑπὲρ τοὺς κάτω τείχους πρὸ̈χουσαι· γεισσήποδες δὲ τὰ φέροντα αὐτὰς ξύλα. Vetus Glossar. SVBGRVNDA, ἐκθέτης.

SVL.

SVLPHVRARIA, est sulphuris fodina. *l. 8. §. 10. D. de poenis. l. 52. §. 8. D. de furt.* SVLPHVRIS fodinam vocat *l. 13. §. 5. D. de vsufructu.*

SVLPHVRATA de ligno, id est, ligna sulphure illita, *l. 55. §. vlt. D. de legat. III. l. 167. D. de verbor. signif.*

SVM.

SVMERE, accipere, capere. Sic: SVMERE hominem: *l. 93. D. de verbor. obligat.* SVMERE fustes et lapides: *l. 3. §. 4. D. de vi et vi armat.* modulos: *l. 8. §. 5. D. de nou. oper. nunciat.* SVMERE mutuo: *l. vlt. C. de condict. ex lege.* mutuum: *l. 7. §. 15. D. de SC. Macedon.* mutuam pecuniam: *l. 13. l. 14. C. si cert. petat. l. 7. C. mandati. l. 6. C. ad SC. Macedon. l. 17. C. ad SC. Velleian.* et absolute, SVMERE pecuniam, pro mutuo accipere, *l. 6. §. 6. D. mandati. l. 34. D. de reb. credit. l. 36. D. de negot. gest. l. 3. §. 3. D. de in rem verso.* SVMERE probationes: *l. vlt. §. 5. D. ad municipal.* Sic etiam SVMERE alium tutorem. *l. 3. §. 6. D. de suspect. tutor.* SVMSIT ex defuncti voluntate. *l. 72. §. vlt. D. de condit. et demonstrat.* ¶. 2. SVMI etiam dicitur iudex, arbiterue, et capi, qui ex conuentione litigatorum aditur. Sic: SVMTVS arbiter ex compromisso, *l. 50. D. de recept. arbitr. l. penult. D. de iudic. l. 44. l. 47. D. famil. erciscu. l. 21. D. de recept. arbitr.* Ouid. *Lib. III. Metamorphos. v. 332.*

Arbiter hic igitur sumtus de lite iocosa.

Dicitur et *adsumi* arbiter, qui iam sumto coniungitur, vt loquitur *l. 32. §. 17. et l. 17. §. 5. D. de recept. arbitr.* SVMTVS iudex ex compromisso: Paull. *Lib. V. Sent. tit. 5.* vel absolute SVMTVS ex compromisso; *l. 71. D. de iudic.* SVMI iudex: *l. 1. D. de iudic.* SVMENDVM iudicem: *l. 1. D. de quib. reb. ad eumd. iudic.* SVMTVS ex interdicto iudex: *l. 21. D. quod vi aut clam.* Cicero *pro Flacco cap. XXI. Q. Naso iudex sumitur.* Valer. Maxim. *Lib. VIII. cap. 2.* de C. Mario: SVMTVS *inter eos iudex.* Sic et Cicero *pro Quintio* et *ad Brutum epist. 6.* loquitur. SVMTI iudices, *l. 76. D. de iudic.* SVMTI iudices in aliorum locum; *l. 76. D. eod. tit.* qui et proprie arbitri dicuntur. Sic etiam *iudicium* SVMERE, apud Ciceron. *pro Quint. et ad Attic.* quod firmatur *l. 25. § 3. D. famil. erciscu.* et *l. 13. D. de Publician. in rem act.* ¶. 3. SVMITO, verbum vsitatum in legatis, Vlpian. *tit. XXIV. Regul. §. 3.* vbi vid. Schulting. *p. 652.* ¶. 4. SVMI quoque supplicium de aliquo dicitur. *l. 3. l. 14. l. 19. D. ad SC. Silanian. l. 1. princ. D. de effractor.* vid. SVPPLICIVM.

SVMMA pecuniae quantitatem significat. *l. 29. D. de verbor. obligat. l. 45. §. 10. D. de iur. fisci. l. 22. l. 38. D. de re iudicat. l. 34. §. 3. D. de legat. I.* et alias saepe. Sic; SVMMA condemnationis; *l. 3. §. penult. D. vti possidet.* debiti: *l. 23. D. de pignorat. action.* dotis: *l. 12. l. 16. D. de dote praeleg.* SVMMA quoque pignoris id significat, quanti pignus valet, vt summa debiti, pecuniae debitae, in quam pignus obligatum est, summam. *l. 87. D. de furtis.* SVMMA quantitatis; *l. 23. D. de donation.* vsurarum: *l. 10. C. de vsuris.* ¶. 2. [SVMMA pro aestimatione. *l. 87. D. de furtis. l. 5. D. de iur. dot. l. 2. §. 2. et 3. D. ad leg. Rhod. de iactu*, vbi Cuiacius.] ¶. 3. *In* SVMMA: *l. 11. D. commun. diuid. l. 23. §. 1. D. de liber. causs. l. 65. D. de condict. indebit. l. 3. §. 21. D. de adquir. poss. l. 16. §. vlt. D. quod vi aut clam. l. 1. §. 6. D. quar. rer. act. non det. l. vlt. §. vlt. D. de nouat. l. 17. D. de iur. fisc.* [In SVMMA, id est, denique. *§. vlt. Inst. mandati. princ. Inst. de adsign. libert. §. 18. Inst. de oblig. quae ex delict. §. 10. Inst. de iniur. §. vlt. Inst. quod cum eo, qui in al. potest.*] ¶. 4. SVMMA reipublicae. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23. §. 3.* SVMMA respublica: *l. 1. §. 20. D. de exercit. action.* SVMMA republica commissa: *l. 14. D. ad municipal.* Quinctil. *in declamat. p. 146. ad summam rempublicam pertinet.* Ita loquutos esse veteres, ac SVMMAM *reipublicae* et *summam rempublicam* promiscue dixisse, monuit Giphanius *ad Paullum eod. loco, p. 522.* vbi et *summa republica* legit. Vid. Gronou. *ad Liuium Lib. XXVI. cap. 12. p. 437. Tom. II.* HEIN. [Add. Iac. Guther. *Lib. III. de offic. dom. Aug. cap. 18.*] ¶. 5. Promiscua haec sunto. SVMMAM hanc esse: *l. 55. D. de adquir. rer. domin.* SVMMA marginis. Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 25. §. 6.* SVMMA possessionis: *l. 3. §. 5. D. de adquir. possess.* SVMMA quaestionis: *l. 52. §. penult. D. de obligat. et action.*

SVMMATIM cognoscere praetor, iudexue dicitur, in *l. 15. §. 4. D. de re iudicat. l. 1. in fin. D. de praetor. stipulat. l. 3. §. 9. D. ad exhibend. l. 3. §. 4. D. de Carbon. edict. l. 3. §. 1. D. vt in possess. legator. l. 9. §. 6. D. de interrogat. in*

 iur.

iur. fac. l. 1. §. 14. D. de ventr. in possess. mitt. l. 7. D. de hered. petit. l. 40. D. ad leg. Aquill. Ita SVMMATIM aestimandum iudici: *l. 7. §. 1. D. de heredit. petit.* et SVMMATIM perscrutari negotium: *l. 1. C. quor. adpell.* SVMMATIM cognoscere: *l. 5. §. 8. D. de agnosc. et alend. liber.* SVMMATIM re exposita: *l. 40. D. ad leg. Aquill.*

SVMMINISTRARE, vide SVBMINISTRARE.

SVMMITTERE, vide SVBMITTERE.

SVMMOVERE, vide SVBMOVERE.

SVMMVS, A, VM. SVMMA adfectio: *l. 67. §. 1. D. de ritu nuptiar.* SVMMA aequitas; *l. 1. D. quod quisqu. iur. in alter. l. 15. D. de precario. l. 31. D. depositi.* SVMMAE aequitatis est. *l. 22. D. de donation.* SVMMA diuisio: id est, prima ac praecipua, et generalior diuisio; *l. 3. D. de statu homin. l. 1. D. de diuis. rer. §. 1. Inst. de action.* SVMMVS fundus et imus opponuntur, *l. 31. D. de seruit. praed. rustic.* SVMMVM ius habent consules: *l. 2. §. 16. D. de orig. iur.* SVMMVM ius. M. Caelius *ad Ciceron. Lib. VIII. epist. 6. Nam si ad illam*, inquit, SVMMAM *veritatem legitimum ius exegeris.* vid. et Ciceron. *pro Quint. Cap. XI. et pro Caecin. Cap. XXIII.* SVMMA negligentia: *l. 9. §. 2. D. de iur. et fact. ignorant.* SVMMA potestas dictatoris: *l. 2. §. 18. D. de orig. iur. l. 1. D. de offic. praetor.* SVMMA ratio: *l. 8. D. de impens. in res dotal. l. 73. D. de legat. II.* SVMMA aequitatis ratio: *l. 8. D. de impens. in res dotal.* SVMMA cum ratione: *l. 24. D. de adquir. possess. l. 21. D. de pecul. l. 43. §. vlt. D. de religios.* SVMMA cum ratione placuit: *l. 16. C. de collation.* ¶. 2. SVMMVM supplicium: *l. vlt. D. de sepulcr. viol.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 24. et Lib. V. tit. 3. 4. et 12.* id est, vltimum. *l. 28. princ. et §. 14. D. de poen.* quod mortem significat, *l. 38. §. 5. D. de poenis. l. penult. D. de condict. causs. dat. causs. non sequut.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 21.* Callistratus in *l. 28. princ. D. de poen.* SVMMVM supplicium videtur esse ad furcam damnatio, item viui crematio, et capitis amputatio. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 17.* SVMMA supplicia sunt crux, crematio, decollatio. Ad bestias etiam damnatio ex hoc genere est. *l. 29. D. de poen.* vt et Paull. *Lib. V. Sent. tit. 23.* ostendit. Hinc SVMMO supplicio adfici: *l. 38. §. 5. D. de poen. l. 8. D. ad leg. Cornel. de fals.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 3. l. 15. D. de condict. caussa data.* SVMMVM itaque supplicium est vltimum, vt summum saepe vltimum et extremum significat. Asin. Pollio *ad Ciceron. Lib. X. epistol. 32. Ludis, quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem SVMMO ludorum die anulo aureo donatum in XIIII. sessum deduxit.*

SVMMVTARE, id est, clam mutare. SVMMVTARI vinum; *l. 1. §. D. de pericul. et commod. rei vendit.*

SVMTVOSVS. Nimium SVMTVOSA: *l. 5. §. vlt. D. de iur. deliberand.*

SVMTVS, pro impensa. SVMTVM facere in res hereditarias: *l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell.* SVMTVS circa iter facti: *l. 3. C. de his, qui accusar. non poss.* SVMTVS magnos in rem facere: *l. 18. §. vlt. D. de donation.* SVMTVS in defensione caussae facti: *l. 102. D. de verbor. oblig.* SVMTVS litis: *l. 79. D. de iudic. l. 17. D. de tutel. et ration. distrah. l. 78. §. 2. D. de legat. II. l. 1. §. D. de tutel. et ration. distrah. l. 5. §. 6. D. iudicat. solui. l. 2. §. 1. D. de vacat. et excusat. mun. l. vlt. C. quando prouoc. l. 2. C. de decurion.* SVMTVS in litem facti: *l. 4. C. mandati. l. 39. D. famil. ercisc. l. 1. C. de negot. gest.* SVMTVS in matrimonium: *l. 2. C. de ingen. manumiss.* SVMTV ac periculo suo rem persequi: *l. 1. C. de iudic.* SVMTVS refectionibus necessariis: *l. 35. §. vlt. D. de legat. III.* Suo SVMTV facere siue funerare dicitur, qui funerat, nihil recepturus: *l. 14. §. 7. D. de religios.* Suo SVMTV tueri: *l. 15. D. de impens. in res dotal.* [SVMTVS statuti: *l. 25. §. 16. D. de hered. petit. l. 3. C. de compensat.*]

SVN.

{SVNT, caussaliter, pro constituunt. *l. 22. §. 4. D. famil. ercisc.*]

SVP.

SVPELLEX. Eam Pomponius definit esse domesticum patrisfamilias instrumentum, quod neque argento auroue facto, vel vesti adnumeretur. *l. 1. D. de supellect. legat.* Alfenus SVPELLECTILIS esse eas res scribit, quae ad vsum communem patrisfamilias paratae, nomen sui generis separatum non habent. *l. 6. D. eod. tit.* Tubero SVPELLECTILEM esse dicebat instrumentum patrisfamilias rerum ad quotidianum vsum paratarum, quod in aliam speciem non caderet. *l. 7. D. eod. tit.* SVPELLECTILIS ergo adpellatione vestis non continetur, quoniam proprio generi adscribitur. *l. 4. D. de legat. I.* Origo autem huius verbi exponitur in *l. 7. D. de supellect. legat.* Vnde

SVPELLECTICARII serui, in *l. 12. §. 13. D. de instruct. vel instrument. legat.* qui supellectilem curant et faciunt.

SVPER, id est, vltra. SVPER pretium: *l. penult. D. de pericul. et commod. rei vendit.* Sueton *in Caligul. Cap. XXXVI.* Quinctilian. *declam. XIX. Sed quoniam mulieris immodici semper adfectus SVPER cuncta, quae vel passus sum paullo ante vel feci reatus quoque me dolore concussit.* Adde *l. 11. D. de dote praeleg.* Liuius *Lib. XXVI. cap. 50. Inuiolatam tibi sponsam tuam gratis reddo, et SVPER dotem, quam accepturus es a socero, haec tibi a me dotalia dona accedant* ¶. 2. SVPER etiam pro praeter; vt SVPER annuam mercedem, *l. 7. §. 8. D. soluto matrimon.* SVPER onus: *l. 35. §. vlt. D. de legat. III.* SVPER pretium; *l. 18. D. de peric. et commod. rei vend.* ¶. 3. SVPER pro de. Sic: SVPER ea re cognoscere et super ea re aditus: *l. 19.*

C. de

C. de vsur. SVPER caussa status cognoscere: *l. 3. C. de iudiciis.* SVPER quaestionibus iudicare: *l. 7. D. ne de statu defunctor.* Qui super ea re iudicaturus est, *alibi.* et SVPER ea re datus iudex: *l. 2. C. arbitr. tutel.* SVPER ea re praesidis notio: *l. 1. §. 12. D. ad SC. Turpill.*

SVPERADDERE. *l. 7. C. de religios. et sumt. fun.*

SVPERAMENTA materiarum, pro residua materia. *l. 55. §. 4. D. de legat. III.* HEIN.

SVPERARE, pro superesse. Sic qui vita SVPERASSET, in *l. 78. §. 4. D. ad SCtum Trebellian.* et quod SVPERAVERIT, id est, superfuerit, in *l. 6. D. de rebus auctorit. iudic. possid.* Sic etiam Liuius *Lib. XXII. cap. 49. Pepulerunt tamen iam paucos* SVPERANTES, *et labore ac vulneribus fessos.* et Virgil. *Eclog. IX. v. 27.*

SVPERET *modo Mantua nobis.*

vbi Seruius: *supersit, reddatur.* Idem *Lib. II. Georg. v. 314.*

Infelix SVPERAT *foliis oleaster amaris.*

vbi Seruius: SVPERAT, *superest.* Idemque poeta alibi hoc genus loquendi vsurpat. Add. Duker. *p. 380.* HEIN. ¶. 2. SVPERARE, pro obtinere, vincere. *l. 21. §. vlt. D. de inoffic. testam.* SVPERAT apud iudicem: *l. 16. D. qui potior. in pignor.* et SVPERATVS, in *l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudic. l. 3. D. de pignor.* pro eo qui iudicio victus est. *l. 14. D. de diuers. temporal.* Ita SVPERATVS legatarius, id est, victus. *l. 1. D. de exception. rei iudic.* nec non SVPERARI non caussa cognita, sed praescriptione: *l. 5. C. de pignor.*

[SVPERBIA. SVPERBIAE fastidio tumidus: *l. vlt. C. de legib.*]

[SVPERBVS Demarati Corinthii filius. *l. 2. §. 2. D. de orig. iur.*]

SVPERDICI in *l. 13. in fin. D. de iureiurand.* est praeconis voce, et, vt cum Apuleio loquar, boatu pronunciari, et proclamari, vt est in *l. 16. C. ex quib. causs. infam. irrog.* Eodemque loquendi genere vsus est Arrian. *Lib. III. de rebus gest. Alexandr.* ἐπιλέγειν διὰ τὸν κήρυκα.

SVPERDVCERE *nouercam* dicitur pater, qui filiis nouercam inducit. *l. vlt. C. Th. de bonis matern.* ex qua descripta est *l. vlt. C. Iust. eod. tit.* in qua vulgo male *superinduxerit*, refragante scriptorum codicum scriptura, pro *superduxerit legitur.* Seneca *Lib. XIII. declam. 1. et 3.* Donatus *in Terent. Eunuch. prolog. v. 9. Phasma autem et nomen est fabulae Menandri, in qua nouerca* SVPERDVCTA *adolescenti.* Quinctilian. *declam. CCCLXXXI. Quidam filio* SVPERDVXIT *nouercam, et ex ea aliam filiam suscepit.* Plin. *Lib. VI. epist. 33.* nouercam filio *inducere* eodem sensu dixit. Sic Graeci ἐπάγειν, vel ἐπεισάγειν μητρυιὰν τοῖς τέκνοις dicunt, vt apud Diodor. Sicul. *Lib. XII. in legibus.* Capitolin. *in Marco Cap. XXIX. Concubinam sibi adsciuit procuratoris vxoris suae filiam, ne tot liberis* SVPERDVCERET *nouercam.*

SVPEREROGARE. *l. 14. C. de negot. gestis.*

SVPERESSE, id est, existere. SVPEREST accusatio: *l. 3. D. ad leg. Fabiam.* actio: *l. 29. D. de iniur.* Nullum SVPEREST auxilium: *l. 3. C. si min. se maior.* SVPERERIT obligatio; *l. 72. §. 4. D. de solution.* petitio: *l. 11. §. 13. l. 41. §. 11. D. de legat. III.* ¶. 2. SVPERESSE, pro praeesse et gerere. SVPERESSE negotiis suis. *l. 9. C. de procurator.* Sic etiam SVPERESSE rebus suis, pro sufficere earum administrationi, negotia sua gerere, significat. *l. 1. §. vlt. D. de procurat. l. 60. in fin. D. de re iudic. l. 12. D. de tut. et curator. dat. l. 2. D. de curat. furios. l. 10. D. ex quib. causs. maior. l. penult. D. de vacat. et excusat. mun. l. 45. §. vlt. D. de excusat.* Gellius *Lib. I. cap. 22.* de huius verbi significatione disputans, eos ridet, qui superesse se his, quibus aduocationem praebebant, dicebant, pro adesse. Quo tamen significatu Sueton. *in Augusto Cap. LVI.* hoc verbo vsus est. Est haec loquutio iuridica ac forensis, eaque antiquissima, vt ratio nulla fuerit eam impugnandi, quum ne optimi quidem aeui scriptores ab ea abhorruerint. Ciceronem ita loquutum esse, Ian. Guilelm. *Verosimil. II, 4.* ostendit. Suetonii locum ipse Brissonius adduxit. Potest etiam addi locus Plauti, non modo ex *Milit. Gloriof. II, 4. v. 3.* qui dubiae lectionis, verum etiam ex Fragmento apud Festum *in Superstes: Nunc mihi licet quiduis loqui; nemo adest superstes.* Nihil enim differt *superstes* et *qui superest.* Hinc eodem referre licebit formulam apud Ciceron. *pro Muraen. Cap. XII.* VTRISQVE SVPERSTITIBVS PRAESENTIBVS. HEIN. [Add. Casp. Barth. *Lib. XXIV. Aduers. cap. 12. p. 1193.*] ¶. 3. SVPERESSE, pro remanere, supermanere. Sic SVPERESSE aeri alieno, hoc est, aere alieno deducto remanere: *l. 11. D. de iur. fisc.* SVPERESSE obligationi, id est, manere. *l. 2. § 3. D. de verbor. oblig.* Sic et in *l. 15. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de fals.* pro supermanere. Sic SVPERERIT, id est, superstat. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 2.* et reliquum est. Sic quoque SVPEREST ius: *l. 1. §. 1. D. de adpellat.* vt quod SVPERSIT: *l. 7. §. 11. D. quib. ex causs. in possess. eat.* [Sic et SVPERESSE tempus dicitur, quod non deficit, sed compleri potest. *l. 16. D. de manumiss. testament.*] ¶. 4. [SVPERESSE deesse notat in *l. 27. D. de solution.*

SVPERFICIARIVS. Eum interpretatur Paulus, qui in alieno solo superficiem ita habet, vt certam pensionem praestet. *l. 74. D. de rei vindicat.* Alias hac paraphrasi significatur, qui in conducto solo superficiem imposuit, *l. 18. §. 4. D. de damn. infect.* Senec. *Epist. XIII. Mathematica, vt ita dicam,* SVPERFICIARIA *est, in alieno aedificat, aliena accipit.* Proinde SVPERFICIARII domini non sunt, sed quasi inquilini, quum in alieno habitent. *l. 3. §. penult. D. de oper. nou. nunciat.* Aliquod tamen ius in re habent: *l. 19. D. de damn. infect.* Et ideo SVPERFICIARIA bonis adnumerantur, *l. 49. D. de verbor. signific.*

SVPERFICIARIOS denique praetor loco dominorum habet, et vtilibus in rem actionibus tuetur. *l. 1. §. vlt. i. vlt. D. de superficieb. l. 9. §. 4. l. 18. §. 4. D. de damn. infect. l. 74. l. 75. D. de rei vindic. l. 16. in fin. D. de pignor. action. l. 3. §. 7. D. vti possidetis. l. 13. §. 3. D. de pignor.*

SVPERFICIARIVS, A, VM. Fundus SVPERFICIARIVS dicitur, in qoo superficies aliena est. *l. 1 D. quib. mod. vsusfr. amitt.* vt fundus vsuarius fructuarius, cuius vsus aut fructus ad alium pertinet. SVPERFICIARIAS aedes in conducto solo positas, dixit Caius, in *l. vlt. D. de superficieb.* Vetus Glossar. Graec. Σɣπεϱφιτζιαϱίας οἰκίας καλȣ̃μεν, τῶν κατὰ τȣ̃ μισθωθέντος ἐδάφȣς ἐποικοδομημένων ἢ δεσποτείᾳ καὶ φύσει καὶ νόμῳ ἐκείνῳ διενήνοχεν ȣ̃ τινός ἐςι τὸ ἔδαφος. SVPERFICIARIA insula, in *l. 12. § 1. D. de Publician. in rem act. l. 1. §. 5. D. de vi et vi armat. l. 9. §. 4. l. 39. §. 2. D de damno infect.* Vnde et SVPERFICIARIA praedia: quae in conducto solo certa pensione annua habentur. *l. 10. D. famil. ercisc. l. 16. §. vlt. D. de pignor. action. l. 49. D. de verbor. signif.*

SVPERFLCIENS aqua, pro superfluens, redundans. *l. 1 §. 11. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.*

SVPERFICIES adpellatur, quidquid supra faciem terrae, et supra solum exsistit. Plantae itaque, vineae, et arbores agri SVPERFICIES sunt. *l. 13. D. de seruit. praed. rusticor.* Cai. *Lib. II. Instit. tit. 1. §. 4* Domus etiam solo imposita SVPERFICIES adpellatur. Est enim aedificium SVPERFICIES soli: *l. 44. D. de oblig. et action. l. 23. D. de vsucap. l. 71. D. de vsufruct. l. 81. §. 3. l. 86. §. vlt D. de legat. I.* Sic SVPERFICIES in alieno solo posita: *l. 15. D. qui potior. in pign.* Et in SVPERFICIE consistunt seruitutes: *l. 3. D. de seruitut. l. 20. D. de seruit. praed. vrban.* Sed de seruitutibus in superficie consistentibus, vide quae supra notauimus in SOLVM. HEIN.

SVPERFICIVM etiam dici, notandum est, et ita in *l. 32. D. de iure dot.* scriptum est, et in autographo Pisano in *l. 1. D. de superficieb.* vt et apud Caium *Lib. II. Instit. tit. 1. §. 4.* Vet. Gloss. Bibliothecae Regiae: σɣπεϱφίκιον ἰςὸν τὸ ἐπ' ἀλλοτϱίῳ ἐδάφει ἱςάμενον. Ita et in *l. 39. D. de legat. II.* legi, notauit Cuiac. ad *l. 26. D. de vsurpation.* Eadem etiam vox reperitur in marmoribus apud Gruter. *Inscript. p. CXXXVIII. in fin. p. DCVIII, 8.* ceu obseruauit Schulting. *ad Iurisprud. vet. anteiustin. p. 80.* HEIN.

SVPERFLVO, superflue. *l. 2. C. in quib. causs. cess. long. temp. praescript.* SVPERFLVO desideratus: *l. 6. C. arbitr. tutel.*

SVPERFLVVS, A, VM, quod superest, seu reliquum, et residuum. *l. 14. §. 1. D. de religios. l. 8. §. 21. D. de transaction.* Paull. *Lib. II. Sent. tit. 13. l. 79. D. ad SC. Trebell. l. 6. D. de naut. foen. l. 42. §. 1. D. solut. matrimon. l. 77. §. 9. D. de legat. II. l. 6. D. si quis omiss. causs. testam. l. vlt. C. de distract. pignor. l. vlt. C. si vendit. pign. l. 6. C. de solution.* Sic SVPERFLVVM, pro eo, quod ex pretio venditi pignoris, post creditorem dimissum, restat et superest, et quod pluris est, quam ea pecunia, quae creditori debetur. *l. 24. §. 2. l. 7. l. 42. D. de pignorat. action.* Sic quoque SVPERFLVVM dicitur, quod excedit primum debitum, *l. 96. §. 3. D. de solution.* SVPERFLVVM etiam id, quod est supra vires patrimonii. *l. 43. §. vlt. D. de admin. et peric. tutor.* SVPERFLVVM pecuniae in alimenta relictae, *l. 9. D. de alim. et cibar. legat. l. 57. D. de legat. I. et l. 4. D. de alim. et cibar. leg.* atque illud est, quod excedit quantitatem cibariorum et vestiariorum. Item SVPERFLVVM pro eo, quod dotem excedit *l. 20 §. 1. D. de relig.* et pro eo, quod superest legatis solutis: *l. 6. D si quis omissa causs. test.* Sic SVPERFLVVM bonorum, quod ex bonis superest. *l. 58. §. vlt. D. ad SC. Trebellian.* SVPERFLVOS fructus: *l. 58. §. 7. D. eod. tit.* SVPERFLVVM praediorum, quod excedit praedium portionis hereditatis, *l. 58. §. 3. D. eod. tit.* SVPERFLVVM pretii: *l. 42. D. de pignorat. act. l. 1. C. si maior fact. l. 26. §. 5. D. de condict. indeb.* et SVPERFLVVM pretium: *l. 23. D. de alim. legat.* id est, si quid ex pretio supersit, vt ait *l. 31. D. de re iudic. et l. 15. §. 3. et §. 4 D. eod. tit.* et quod excedit summam, in quam pignus datum erat, vel quod superest soluta pecunia, ob quam pignus obligatum erat, vt in *l. 52. §. 7. D. pro socio.* Eo quoque sensu dicitur SVPERFLVVM sumtuum, *l. 48. D. de rei vindicat.* ¶ 2 SVPERFLVVM, quod excedit fraodis medium, *l. 11. D. de his, quae vt indign.* SVPERFLVVM, quod amplius permissum est, quam permitti oportuit. *l. 61. D. de iur. dot.* SVPERFLVVM pro eo, quod deest ex condemnatione. *l. 1. C. si aduers. rem iudicat.*

SVPERIMPONERE statuas monumento. *l. 7. C. de religios. et sumtib. funer.*

SVPERINDICTIO, in *l. 1. C. de priuileg. dom. Aug. Lib. XI. et rubric. C. de superindiction.*

SVPERINDICTITII tituli, in *l. vlt. C. de priuileg. dom. August.* quemadmodum ex scriptorum librorum auctoritate emendandum est.

SVPERINDICTVM extraordinarium munus vltra solitam et canonicam collationem indictum significat. *l. 1. C. de indiction. Lib. X. l. 1. C. de superindict. l. 3. C. de excusat. muner. Lib. X. l. 3. C. de silentiar. Lib. XII.*

SVPERINDVCTIO. *l. 1. §. 1. D. de his, quae in testament. delent.*

SVPERIOR et inferior opponuntur. SVPERIOR et inferior fundus, in *l. 29. D. de seruit. praed. rustic.* SVPERIOR taberna et inferior. *l. 1. D. de seruit. legat.* SVPERIVS et inferius testamentum: *l. 3. §. 4. D. de iniusto, rupt. irrit.* SVPERIOR et inferior vicinus. *l. 44. D. de iniur.* ¶. 2. SVPERIVS, quod antecessit, cui posterius contrarium est. SVPERIORES actiones: *l. 1. D. quod cum eo, qui in al. pot. est.* SVPERIORES actus ex nouissimis confirman-

mantur. *l. vlt. D. commun. praedior.* SVPERIVS et posterius caput. *l. 29. §. 17. D. de liber. et postum.* SVPERIOR dies, qui antecedit praesentem. *l. vlt. §. 5. D. de verbor. obligat.*
¶. 3. SVPERIOR, qui obtinet, vincit. Sic SVPERIOR in interdicto: *l. 3. princ. D. vti possidet.* SVPERIOR in licitatione exsistere, *l. 4. C. de vectigalib.*

SVPERPONERE balineum. *l. 7. C. de aedific. priuat.*

SVPERSCRIBERE, *l. 1. D. de his, quae in testam. delent.* Sic SVPERSCRIBERE nomen: *l. 4. C. de oper. public.* SVPERSCRIPTVM. *l. 8. D. testam. quemadmod. aper.*

SVPERSEDERE facere suspectum: *l. vlt. D. rem pupill. salu. for.*

SVPERSTES, qui viuit. SVPERSTES filios, frater. *l. 57. §. 1. D. ad SC. Trebell.* SVPERSTITES liberi: Vlpian. *tit. XV. Regul. §. 1.*
¶. 2. [SVPERSTES est, qui iam natus est, et opponitur postumo: *l. 8. D. de liber. et postum.*]

SVPERSTITIO numinis: *l. 30. D. de poenis.*

SVPERSTITIOSA sollicitudo: *l. 8. C. soluto matrimon.*

SVPERVACVE libertas data alieno seruo, id est, sine effectu. Paull. *Lib. III. Sentent. tit. 4. §. 7.*

SVPERVACVVS. Cautio SVPERVACVA: *l. 14. §. vlt. D. vt legator. seruand.* SVPERVACVA comprehensa; *l. 56. §. 1. D. de verb. obligat.* SVPERVACVVM est, sdiici. *l. 21. D. de precario.* Pro SVPERVACVO haberi; *l. 20. D. commun. praedior. l. 15. D. de acceptil. l. 65. D. de verbor. oblig.* SVPERVACVAE quaestiones: *l. 22. §. 1. D. quando dies legat.* SVPERVACVA scriptura: *l. 26. D. de adimend. legat.* Pro SVPERVACVO haberi scriptura; *l. 30. §. 5. D. de legat. III.*

SVPERVENIRE abolitio dicitur, in *l. 15. §. vlt. D. ad SC. Turpillian.* et annus: *l. 81. D. de legat. II.* SVPERVENIENTE conditione; *l. 4. D. quib. ad libertat. l. 3. §. 7. D. de suspect. tutor.* SVPERVENIENTE delicto: *l. 2. D. de itiner. actuque priuat.* SVPERVENIENS hereditas: *l. 10. D. de procurator.* maritus; *l. 4. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* SVPERVENIENTES milites: *l. 3. §. 13. D. de muner. et honor.* SVPERVENIENTE testamento: *l. 18. D. de alim. et cibar. legat. l. vlt. §. 1. D. de legat. II.*

SVPERVIVERE alteri: *l. 26. D. de mort. causs. donat.* SVPERVIVERE donator: *l. 8. D. de reb. dub.* Si SVPERVIXERIT filio mater: *l. 18. §. 1. D. de alim. et cibar. legat. l. 16. D. de reb. eor. qui sub tutel.* Si SVPERVIXERIT vxor marito: *l. 5. D. de ann legat.* SVPERVIVERE patri: *l. 29. §. 13. D. de liber. et postum.* SVPERVIVERE patri filius: *l. 9. §. 2. et §. vlt. D. de reb. dub. l. 17. §. 7. D. ad SC. Trebell. l. 9. D. de castrens. pecul. l. 114. §. 13. D. de legat. I.* Si liberi SVPERVIXERINT patri: *ibid.* SVPERVIVERE testamento, id est, post testamentum factum viuere: *l. 2. l. 89. §. 1. D. de legat. II.* Et sic quoque in *l. 1. §. vlt. D. ad SC. Silan. l. 4. §. vlt. D. de vulg et pupill. substit, l. 33. D. de testament. l. 21. D. de legat. I.*

SVPINVS homo: *l. 15. D. de contrah. emtion.* SVPINA ignorantia: *l. 1. D. de iur. et fact. ignorant.* SVPINVS seruus: *l. 14. §. 1. D. de contrah. emtion.*

SVPPETERE praeter tritas significationes, est subiecta persona sua pro alio petere: *l. 52. §. 11. D. de furtis.* ¶. 2 [SVPPETERE significat prodesse, in *l. vlt. C. de iurisdiction.*]

SVPPLEMENTVM. In SVPPLEMENTVM deducere: *l. 24. C. famil. erciscund.*

SVPPLERE, adiicere, quod deest, explere. SVPPLERE casus: *l. 29. §. 13. D. de liber. et postum* SVPPLERI quod deest: *l. 4. § vlt. D. de nautic. foenor.* SVPPLENDAE dignitati: *l. 4. D. de donat. inter vir. et vxor.* Ad dotem SVPPLENDAM: *l. 13. §. 1. D. de fund. dotal.* SVPPLERE gregem, id est, in locum demortuorum capitum alia submittere: *l. 69. l. 70. D. de vsufruct.* Ad SVPPLENDAM indemnitatem: *l. vlt. C. de fideiussor. tutor.* SVPPLERI interpretatione vel iurisdictione: *l. 13. D de legib.* SVPPLERE opera: *l. 23. D. pro socio.* SVPPLERI peculium; *l. 4. §. 5. D. de peculio.* SVPPLENDA pecunia: *l. 15. C. de donat. inter vir. et vxor.* SVPPLET etiam praetor in eo, quod legi deest: *l. 11. D. de praescript. verb.* SVPPLERI proprietas: *l. 10. §. 3. D. de iur. dotium.* SVPPLERI quadriga: *l. 65. §. 1. D. de legat. I.* SVPPLERE quartam: *l. 94. D. ad leg Falcid.*
¶. 2 SVPPLERI etiam dicitur portio, non ea, cui quid deficiebat, sed cui aliquid additur, in *l. 15. §. 7. D. ad leg. Falcid.* Sic SVPPLERI portio debita. *l. 44. D. de bon. libertor.* SVPPLERE portionem: *l. 51. §. 1. D. de iur. patronat.* ¶. 3. SVPPLERE quoque iudex dicitur, quae desunt aduocatis partium: *l. 11. C. vt quae desunt aduoc. part.* et SVPPLET praetor actiones: *l. 11. D. de praescript. verb.*

SVPPLICARE est libellum vel preces principi offerre. *l. 1. C. vt lite pendent.* Sic: SVPPLICARE contra aliquem: *l. 6. C. si cert. petat. l. 1. C. de Carbon. edict. l. 9. C. de liberal. causs. l. 8. C. de praescription. l. 14. C. de probation. l. 8. C. ad leg. Cornel. de fals. l. 10. C. mandati. l. 22. C. de locato et conduct. l. 9. C. de bon. auctorit. iud. possid.* SVPPLICARE Imperatori: *l. 1. C. de vsucap. pro dot. l. 2. C. commun. de vsucap. l. vlt. C. de success. edict.* Et SVPPLICARE Imperatores: *l. 11. l. vlt. D. de hered. instituend.* SVPPLICARE principibus: *l. 41. C. de transaction. l. 9. C. de rei vindicat.*

SVPPLICATIO, preces. SVPPLICATIO porrecta; *l. 1. C. de abolition.* [Ad

SVPPLICATIONEM adiutorum emissis dispositio: l. vlt. C. de proxim sacr. scrin. Lib. XII. tit. 19.]

SVPPLICIVM. Nomen hoc est publicae animaduersionis, exactae per magistratus poenae, ait Quinctilian. declam. CCLXXII. Sic SVPPLICIO adfici; l. 1. §. 21. D. ad SC. Silan. [SVPPLICIVM perpetui exsilii; l. 8. C. de exsequut. et exactor. Lib. XII. tit. 61. SVPPLICIO coercere; l. 9. C. de iudic. SVPPLICIVM sepulcrum violantibus impositum; l. 4. C. de sepulcr. viol. Plagiarii metalli poena cum ceteris ante cognitis SVPPLICIIS tenesntur: l. vlt. C. ad leg. Fab. de plagiar. SVPPLICIVM ita statuimus in futurum, vt nec ille absit a poena, qui ante commisit. l. 2. princ. C. Theodos. de sepulcr. violat. Lib. IX. tit. 17. SVPPLICIVM sumi de eo quoque dicitur, qui deportatur, l. 6. §. 7. D. de iniust. rupt. irrit. Vltimo SVPPLICIO mactari opponitur poenae capitis. l. 9. §. 1. D. ad leg. Pompeiam de parricid.] Summum SVPPLICIVM vide SVMMVS.

SVPPONERE, subiicere. Non SVPPOSITVS iurisdictioni: l. 1. D. si quis in vocat. pro subiectus. ¶. 2. SVPPONERE, id est, interponere. l. 49. D. de action. emti. SVPPONERE emtorem: l. 22. §. 3. D. mandati. SVPPOSITVS emtor: l. vlt. C. qui non possid. SVPPOSITA persona: Paull. Lib. II. Sent. tit. 13. Per SVPPOSITAM personam, id est, per interpositam, l. 34. §. vlt. D. de poen. l. 91. D. de adquir. hered. l. 46. §. 2. D. de iur. fisc. et SVPPOSITAE personae: l. 3. C. si cert. petat. ¶. 3. SVPPONERE, pro pignori obligare. Res SVPPOSITA, l. 6. C. de pignor. action. rubr. D. de rebus eor. qui sub tutel. vel cura sunt, sine decreto non alienand. vel supponend. ¶. 4. SVPPONERE pro subiicere. l. 91. D. de solutionib. Ita SVPPONI partus: Paull. Lib. II. Sentent. tit. 25. SVPPOSITVS partus: l. 1. §. vlt. l. 9. D. de Carbon. edict. SVPPOSITI partus crimen: l. 10. D. ad leg. Cornel. de fals. De SVPPOSITO partu etiam in l. 30. §. 1. D. eod. tit. l. 17. §. 2. D. de quaestion. Hoc etiam sensu SVPPOSITI filii dicuntur.
¶. 5. SVPPOSITI et obiecti casus. l. 2. §. 3. D. ad SC. Vellcian.

SVPPRESSOR mancipiorum, plagiarius, qui alienis seruis suadet, vt a dominis fugiant, eosque inuito vel insciente domino celat. l. penult. D. ad leg. Fab. de plagiar. l. 6. D. eod. tit.

SVPPRIMERE, celare est. l. 2. D. ad leg. Cornel. de fals. Sed et SVPPRIMERE videtur, qui reposcenti domino non reddit. l. 44. D. de adquir. possess. Sic SVPPRIMERE ancillam: l. 82. §. penult. D. de furtis. Paull. Lib. II. Sent. tit. 32. SVPPRIMENDI animo et consilio: l. 3 §. 6. D. de tabul. exhibend. SVPPRIMERE conditionem: l. 9. §. 1. D. de statulib. SVPPRIMERE hominem: Paull. Lib. V. Sent. tit. 6. SVPPRIMERE ex incendio, ruina, naufragio. Paull. Lib. V. Sent. tit. 13. SVPPRIMERE mancipia: l. 82. §. penult. D. de furt. SVPPRESSI mancipii crimen: l. 3. D. ad leg. Fabiam. SVPPRIMERE merces: l. 3. in fin. D. stellionat. l. 6. D. de extra-

ordin. crimin. SVPPRIMERE etiam naufragium: l. 3. §. 4. D. ad leg. Cornel. de sicar. et naufragos SVPPRESSOS dicunt iurisconsulti: l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. naufrag. SVPPRIMERE partem: l. 5. §. vlt. D. de iur. fisci. proprietatem; l. 46. §. 6. D. de furt. SVPPRIMERE scortum: l. 39. D. eod. furt. ¶. 2. Speciatim SVPPRIMERE testamentum in lege Cornelia testamentaria intelligitur, qui sciens prudensque tabulas testamenti in fraudem heredum, legatariorum, fideicommissariorum, aut libertarium non profert, et qui quum habeat, et proferre possit, eas proferre non curat. Paull. Lib. IV. Sentent. tit. 7. §. 3. 4. Isidorus quoque ex Paullo mutuatus Lib. V. Etymolog. cap. 24. SVPPRESSVM testamentum definit, quod in fraudem legatariorum seu libertorum non est palam prolatum. Quod etsi non latet, si tamen personis supradictis non profeatur, SVPPRIMI videtur. SVPPRIMERE ergo celare est, quod crimen in testamentis ad legem Corneliam de falsis pertinet. l. 2. D. ad leg. Cornel. de falsis. Et ita SVPPRESSAS tabulas accipe, in l. 10. in fin. D testam. quemadmod. aperiant. l. 13. D. de iudic. l. 3. §. 6. D. de tabul. exhibend. l. 9. D. de dolo. l. 7. D. ad leg. Cornel. de fals. Sueton. in Caligul. Cap. XVI. Legata ex testamento Tiberii quamquam abolito, sed et Liuiae Augustae, quod Tiberius SVPPRESSERAT, cum fide ac sine calumnia repraesentata persoluit. Idem in Nerone Cap. XXXIV. Nec dum defunctae bona inuasit, SVPPRESSO testamento, ne quid abscederet. Sic SVPPRIMI testamentum, in l. 38. §. 6. D. de poenis. SVPPRESSAE tabulae: l. 10. §. vlt. D. testam. quemadm. aperiant. SVPPRESSI testamenti accusatio: l. 7. D. ad leg. Cornel. de falsis. Vetus Glossar. SVPPRESSVM testamentum est, quod in fraudem heredum, vel legatariorum vel liberorum, (forte libertorum. Schulting. ad Iurisprud. Anteiustin. p. 405. HEIN.) non est palam prolatum.

SVPRA, pro vltra. SVPRA quod capere possim: l. 28. D. de legat. III. SVPRA dodrantem: l. 1. §. 11. D ad leg. Falcid. id est vltra, vt in l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebellian. SVPRA quadrantem: l. 10. D. ad leg. Falcid. SVPRA suam portionem relictum: l. 10. D. de bon. libertor. SVPRA numerum: l. 21. D. de option. legat. SVPRA iurisdictionem: l. vlt. D. de iurisdict.

SVPRASCRIPTVS seruus, SVPRASCRIPTA dies, pecunia. l. 122. §. 1. D. de verbor. obligat.

SVPREMA, numero multitudinis, absolute pro nouissimis iudiciis, et vltima voluntate, seu testamento in l. 25. §. 1. D. de liber. et posthum. l. 3. §. vlt. D. de muner. et honor. l. vlt. D. de bonor. possess. ex testam. mil. l. 39. D. de pignor. action. l. 36. §. 2. D. de testam. milit. Tacit. Lib. I. Annal. cap. 8. Nihil eo die senatus agit, nisi de SVPREMIS Augusti, cuius testamentum inlatum est per virgines vestales. Quinctilian. declam. I. Neque ego grauissimum patrem SVPREMA sua iuueni iactasse crediderim. Idem declam. CCLXIV. In SVPREMIS constituere. At quod idem auctor declam. VIII. ait: Vidimus igitur frequenter ad vitam post conclamata

matam

mata SVPREMA *redeuntes*, ſic accipiendum eſt, poſt conelamata nouiſſima verba; in quibus fuiſſe verbum, *licet*, Donatus et Seruius *in Virgilium* notant.

SVPREMVS, non is demum, qui poſt aliquem, ſed etiam poſt quem nemo ſit, et quem nemo ſequatur, intelligitur. *l. 34. D. de vulgar. et pupillar. ſubſtit. l. 92. D. de verbor. ſignific.* Sic SVPREMVS dies, pro vltimo. *l. 1. D. de manumiſſ. l. 7. §. 1. D. ſoluto matrimon.* SVPREMA elogia: *l. 5. C. de fideicomm. libert.* SVPREMVS vitae exitus: *l. 4. D. de adimend. legat.* SVPREMA hora: *l. 1. §. 8. D. quand. adpelland. l. 2. D. de verbor. ſignific.* SVPREMA iudicia, *l. 5. D. teſtam. quemadm. aperiant. l. 32. §. 3. D. de donation. inter vir. et vxor. l. 5. C. de quaeſtion. l. 24. D. qui teſtam. facer. l. 36. D. de legat. III. l. 1. D. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit. l. 1. C. de collation. l. 5. D. de teſtam. milit. l. 5. C. de his quib. indic. l. 7. C. de fideicomm. libert. l. 70. D. de condit. et demonſtrat.* Plin. *Lib. VI. epiſtol. 31.* Quinctilian. *Lib. VI. cap. de riſu.* *Conſulens eum, an primipilaris et teſtamento ſuaderet ordinare* SVPREMA *iudicia.* SVPREMA hominum iodicia, *l. 5. D. teſtament. quemadm. aperiant.* SVPREMVM iudicium conferre in fratrem. *l. 40. §. vlt. D. de pactis.* [vbi de pacto dicitur, vel certe pacto continetur.] SVPREMVS ex liberis, id eſt, nouiſſimus, *l. 78. §. 3. D. de legat. II.* SVPREMVS mortuus: *l. 11. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. l. 9. D. de reb. dubiis.* SVPREMA mulcta: Gell. *Lib. XI. cap. 1.* SVPREMVM officium; *l. 5. D. de religioſ. et ſumt. funer.* SVPREMA poenitentia: *l. 32. §. 3. D. de donat. inter vir. et vxor.* SVPREMAE defuncti preces: *l. 55. §. 3. D. ad SC. Trebellian.* SVPREMVS ſpiritus; Tacit. *Lib. XV. Annal. cap. 51.* SVPREMVS impuberi ſubſtitutus: *l. 14. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* Sic SVPREMAS tabulas, ſecundum quas ſe Praetor bonorum poſſeſſionem daturum pollicetur, accipimus nouiſſimas, poſt quas aliae nullae factae ſunt. *l. 1. §. 1. l. penult. §. 2. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul.* Sed et illae SVPREMAE habentur tabulae, quae ſolae ſunt. *l. 161. D. de verbor. ſignific.* In vulgari quoque ſubſtitutione, qua ei, qui SVPREMVS morietur, heres ſubſtituitur, recte heres ſubſtitutus etiam vnico intelligitur. *l. 162. D. de verb. ſignific. l. 9. D. de reb. dub.* Quum vero plures ſunt, ei, qui nouiſſimus deceſſerit, ex his verbis ſubſtitutus ſuccedet. *l. 9. l. 14. in fin. D. ad leg. Falcid.* SVPREMAE tabulae *vltimae cerae* vocantur a Martial. *Lib. IV. epigr. 70.*

Moriens reliquit vltimis pater ceris

et SVMMA cera: *ibid. epigr. 91.* (immo ibi *ſobeda* legitur, intelligitque Martialis ἐσχατοκόλλιον, de quo ſupra in SCHEDA. HEIN) SVPREMAS etiam *tabulas* pro teſtamento Latini auctores dicunt. Martial. *Lib. V. epigramm. 40.*

Supremas tibi tricies in anno
Signanti tabulas, Charine, miſi.

Idem *Lib. V. epigr. 33.*

Quadrantem Criſpus tabulis, Fauſtine, ſupremis,
Non dedit vxori: cui dedit ergo? ſibi.

et Quinctilian. *declam. CCLXII.* Ita quoque interpretanda lex XII. Tabularum: SOLIS OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO. Et SVPREMA

voluntas, pro vltima, *l. 2. C. de inſtitution. l. 78. D. de heredib. inſtituend. l. 50. D. de iudic. l. 12. D. de his, quae vt indign. l. 21. D. de legat. III. l. 2. §. 1. D. teſtament quemadm. aperiant. l. 41. D. de fideicommiſſ. libert.* et in verbis SC. Trebelliani: SVPREMAE defunctorum voluntates, *l. 1. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* quas etiam mortuorum diſpoſitiones dicimus.

SVR.

SVRDVS, qui in totum non audit: *l. 7. §. 7. D. de muner. et honor.* SVRDVS in totum non audiens: *l. 7. §. 1. D. de decurion.* SVRDVS qui omnino non exaudit: *l. 1. §. vlt. D. de oblig. et action. l. 1. §. 3. D. de poſtul.* SVRDVSQVE per morbum non audit: *l. 3. §. 8. D. ad SC. Silanian.* SVRDVS qui tardius exaudit, vel minus audiens: *l. 2. §. 6. D. de vacat. et excuſ. muner.* SVRDVS ita natus; *l. 11. D. qui et a quib. manumiſſ.* SVRDVS a natura; *l. 1. D. eod. tit.*

SVRRIPERE. vide ſupra SVBRIPERE.

SVS.

SVSCEPTORES, qui ſolutionem auri et ſpecierum accipiebant, et modum iugationis, poſſeſſorum, et ſpecies ſingulas deſcribebant. *l. 9. C. de defenſor. ciuit. l. 5. C. ad leg. Iul repetund. l. 5. C. de exactor. tributor. Lib. X. l. penult. C. de canon. largit. Lib. X. l. 23. C. de decurion. Lib. X. l. 1. l. 2. et tot. tit. C. de ſuſceptor. Lib. X.* SVSCEPTORES veſtium, *l. penult. C. de ſuſcept.* vini: *l. vlt. §. 20. D. de muner. et honor.* ¶. 2. SVSCEPTORES pro receptoribus latronum. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 3. §. 4.* Sic et SVSCEPTORES, qui luſores recipiunt. *l. 1. §. 1. D. de aleatorib.* ¶. 3 SVSCEPTORES etiam pro litigantibus apud poſterioris aetatis ſcriptores. vid. SVSCIPERE.

SVSCEPTVS, acceptus, receptus. SVSCEPTA aduocatio: *l. 17. D. de iuriſdict.* SVSCEPTIS bonis: *l. 9. C. arbitr. tutel.* SVSCEPTA cognitio; *l. 10. D. de public. iudic. l. vlt. D. de iuriſdict. l. 6. D. de hered. petit.* SVSCEPTO cognitionis tempore: *l. 1. §. 1. D. de quaeſtion.* SVSCEPTA fides: *l. 2. C. de commod. l. 17. C. de procurator. l. vlt. C. de condict. ob cauſſ. dator. l. 1. §. 10. D. de extraord. cognition. l. 19. §. 8. D. de captiuis et poſtlim.* SVSCEPTA gerenda: *l. 11. C. mandati.* SVSCEPTVM iudicium: *l. 20. §. 5. D. de hered. petition.* et poſt *acceptum* iudicium, *l. 4. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* Ad SVSCIPIENDVM iudicium vrgeri: *l. 11. §. D. de legat. I.* SVSCEPTVM munus: *l. 9. C. de excuſat. tut.* SVSCEPTA negotiatio: *l. 15. D. pro ſocio.* SVSCEPTVM negotium: *l. 3. C. de in litem iurand. l. 77. §. 16. D. de legat. II.* SVSCEPTA obligatio: *l. 9. §. 1. D. de duob. reis. l. 17. §. 3. D. commodati.* SVSCEPTVM officium: *l. 24. D. de iudiciis.* onus: *l. 7. D. de fideiuſſor.* SVSCEPTA tutela: *l. 11. §. 2. D. de minorib. l. 40. l. 41. §. 1. D. de excuſat. tutor.* SVSCEPTAE tutelae: *l. 45. §. 1. D. de excuſation. l. 2. C. arbitr. tutel.* ¶. 2. SVSCEPTVS, pro cliente. Ammian. Marcellin. *Lib. XVII. cap. 10. et Lib. XXX. cap. 4.* Occurrit hoc

verbum

verbum etiam in *Collat. Leg. Moſaic. et Rom. tit. IX. §. 3.* ex qua Schultingius emendauit locum Paull. *Lib. V. Sent. tit. 15. §. 1.* vbi *ſuſpectos* legitur. Vide omnino, quae ibi de hoc verbo ſcripſit doctiſſimus Schulting. *p. 487.* HEIN.

SVSCIPERE, pro accipere. Sic SVSCIPERE ancillam temporarii miniſterii cauſſa: *l. 2. C. commodati.* SVSCIPERE delationes, id eſt, onus denunciandi et deferendi: *l. 2. princ. D. de iur. fiſc.* SVSCIPEEE depoſitum: *l. 61. D. de verbor. oblig.* dominium: *l. 4 C. de rer. permut.* fidem: *l. 13. §. 7. D. de iur. fiſc.* fideiuſſionem: *l. 94. §. vlt. D. de ſolution.* fundum: *l. 219 D. de verbor. ſignif.* honeſtatem aut munus: *l. 2. D. de veteran.* honorem: *l 3. C. de decurionib l. 2. C. de his, qui ſponte. l. 2. D. de iur. immunit. l. 14. §. 4. D. de muner. et honor. l. 17. §. 3. D. ad municip.* intentionem: *l. 9 § 6. D. ad exhibend.* iusiurandum: *l. 6. D. de iureiur.* legationem: *l. 2. §. vlt. l. 4. §. 1. l. 16. D. de legation.* SVSCIPERE lites donatas: *l. 22. §. 2. D. de iur. fiſci.* magiſtratum: *l. 11. §. 2. D. de muner. et honor.* mandatum: *l. 18. D de vi et vi arm. l. 21. C. de procurat. l. 12. §. 7. D. mandati. l. 1. l. 6. §. 1. D. eod. tit.* SVSCIPEEE mandatum et litteras: *l. 36. D. ad municipal.* mandatum et officium: *l. 61. D. de verbor. obligat.* materiam: *l. 12. D. de vſufruct.* munus: *l. 2. C. de delation.* munera: *l. 1. C. de profeſſor l. 17. §. 10. et l. 21. D. ad municipal. l. 11. D. de decurion.* munera publica: *l. 17. §. 2. D. de excuſat.* SVSCIPI officia: *l. 15. C. de procurator.* SVSCIPEEE officium legationis: *l. 7. D. de legation* officium tutelae: *l. 17. §. 4. D. de excuſation.* onus: *l. 61. D. de adquirend. heredit. l. vlt. D. eod. tit. l. 44. D. de munerib.* onera: *l. 3. §. 7. D. de muner. l. 21. § 3 D. ad municipal.* operam: *l. 22. D. ad SC. Velleian. l. 22. D. de praeſc. verb.* Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 2.* SVSCIPERE partem ſuam fideicommiſſi: *l. 1. §. 9. D. ad SC. Trebellian.* pecora: *l. 8. C. de pact.* pecuniam: *l. 4. C. de condict. ob cauſſ. dator. l. 4. D. de reb. credit.* pecunias: *l. 25. D. de probation.* periculum: *l. vlt. C. de adminiſtrat. tutor. l. 7. §. 6. D. eod. tit.* SVSCIPERE in ſe periculum: *l. 1. C. commodati.* SVSCIPEEE pignora: *l. 3. D. de diſtract. pignor. l. 2. D. de pignor.* portionem: *l. 57. §. 1. D. ad SC. Trebellian.* praemium: *l. 11. C. de vſuris.* SVSCIPEEE in ſe probationes: *l. 14. C. de probation.* SVSCIPERE profeſſiones: *l. vlt. §. 1. D. ad leg. Cornel. de falſis.* ſacerdotium: *l. 32. §. 4. D. de recept. arbitr. l. 8. D. de vacat. et excuſat. muner.* ſumtus: *l. 2. C. de legation.* tutelam: *l. 1. §. 10. D. ad leg. Cornel de falſ. l. 28. D. de teſtam. milit. l. 39. §. 3. D. de adminiſtr. et pericul. tutor. l. 3. l 17. l. 42. ad SC. Trebellian.* vectigalia: *l. 11. §. vlt. D. de publican. et vectigal.*

¶. 2. SVSCIPERE eſt liberos edere et procreare. *l. 5. §. 7. D. de iur. immun.* Interdum tamen idem valet, quod concipere. *l. 17. D ad SC Trebell. l. vlt. D. de coniungend. cum emancip. lib. l. 9. D. de captiuis.* iuncta *l. 1. C. eod. tit* Inde SVSCEPTVS, pro editus, natus. Sic SVSCEPTVS filius: *l. 25. D. de ritu nuptiar l. 3. D. de coniung. cum emancip.* SVSCEPTI filii: *l. 9. § 14. et §. 15. D. de poenis.* SVSCEPTVS ex alio marito filius: *l. 26. pr. D. depoſiti.* SVSCEPTVS in familia: *l. 17. §. 9. D. ad municip.* SVSCEPTI filii poſt emancipationem: *l. 3. C. de coniung. cum emancipat. liber.* SVSCEPTI liberi: *l. 3. C. de interd. matrimon. l. 77. §. 17. D. de legat. II.* SVSCEPTVS ex filio nepos: *l. 7. D. ſi tabul. teſtam.* SVSCEPTVS ex Seia a Caio Seio: *l. 15. D. de procurat.* SVSCEPTA filia poſt emancipationem: *l. 40. D. de legat. III.* SVSCIPERE pro celare. Sic SVSCIPERE fugitiuum: *l. 5. D. ad leg. Fabiam de plag.* furem: *l. 48. §. 3. D. de furtis.* SVSCIPERE relegatos: *l. 11. D. de interdict. et relegat.* SVSCIPERE ſeruum: *l. 20. D. de fideicommiſſar. libertat.*

¶. 4. SVSCIPERE *iudicium*, ſeu excipere reus dicitur. *l. 7. §. 1. D. de petition. heredit. l. 7. §. vlt. l. 9. §. 5. D. de tutel. et ration. diſtrah. l. 20. §. 5. D. de hered. petit. l. 24. §. 1. D. de liberal cauſſ. l. 42. D. mandat. l. 5. §. vlt. D. quib. ex cauſſ in poſſeſſ. l. 13. D. de vacat. et excuſ. muner. l. 1. D. ne quis eum, qui in ius voc. l. vlt. D. de fideiuſſor. et nomin. l. 49 D ad SC. Trebellian.* SVSCEPTVM iudicium: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 1.* SVSCIPEEE iudicium et litem: *l. 1 D. de adminiſtr. et peric. tutor.* item SVSCIPEEE iudicium reus dicitur. *l. 2. §. 3. et l. 3 D. de iudic.* vt et defenſor, *l. 63. §. 1. D. pro ſocio.* et quaſi defenſor, *l. 10. D. de in rem verſ.* dicitur et iudex SVSCIPERE iudicium, *l. penult. D. de vacation. vid. infra.*

¶. 5. SVSCIPERE *hereditatem*, id eſt, adire. *l. 77. §. 7. D. de legat. II. l. 16. §. 8. D. ad SC. Trebell. l. 87. D. de adquir. heredit.* SVSCIPERE hereditatem reſtitutam: *l. 1. D. de poſſeſſor. hered. petit.* (vbi notandum eſt, hereditatis petitionem dicere iuriſconſultos, non petitionem hereditatis, vt adparet cum ex *rubric. de hered. petit.* tum ex *l. 7. D. ſi pars hered. petat. l. vlt. D. de poſſeſſ. hered. petit. l. 44. D. famil. erciſc.* dicimus tamen etiam petitionem hereditatis: *l. 13. §. vlt. D. de ſeruo corrupto. l. 13. D. de hered. petit. l. 1. D. de fideicomm. hered. petit.*) item SVSCIPERE curationem hereditatis: *l. 13. D. de negot. geſt.* et bona hereditatis: *l. 76. §. 1. D. de legat. II. l. 50. §. 1. D. de manumiſſ. teſtam.* Nec non SVSCIPEEE fideicommiſſum: *l. 16. §. 8 et l. 79. D. ad SC. Trebell.*

¶. 6. SVSCIPERE etiam dicitur, qui ſe debitorem alterius nomine conſtituit. Sic SVSCIPEER aes alienum: *l. 19. §. vlt. D. de iuriſdict.* aes alienum hereditatis: *l. vlt. D ad SC. Velleian.* SVSCIPERE onus aeris alieni: *l. 20. §. vlt. D. famil. erciſc.* SVSCIPERE onera hereditatis: *l. 76. § 1. D. de legat. II.* debitum: *l. 8. D. de SC. Macedonian.* SVSCIPERE debitum pro alio: *l. vlt. D. quod cum eo, qui in alien. poteſt.* obligationem: *l. 45. D. mandati. l. 17. D. quod met. cauſſa. l. 5. C. ſi cert. petat.* SVSCIPERE alienam obligationem: *l. 1. C. ad SC. Velleian.* SVSCIPERE in ſe alienam obligationem: *l. 2. §. vlt. D. eod. tit.* SVSCIPERE obligationes: *l. 18. C. ad SC Velleian. l. 1. C. etiam ob chirograph. l. 19. C. de fideiuſſ.* SVSCIPERE vinculum obligationis: *l. 67. D. de procurator.* SVSCIPERE nomina: *l. 35. l. 44. D. de adminiſtrat. et peric. tutor.*

¶. 7. Notandae et hae loquutiones, quas promiſcue ſubiiciemus. SVSCIPERE actionem: *l. 10. D. de in rem verſo l. 35. D. de rei vindic. l. 52. D. de iudic. l. 21. D. de pecul. l. 52 D. de rei vindic. l. 3. §. vlt. D. de vi et vi armat. l. 52. D. de regul. iur.* actiones: *l. 2. C. de pact. l. 9. §. 1. D. vſufruct. quemadm. caueat.* actiones

cre-

creditorum: *l. 30. §. 4. D. de adquir. hered.* SVSCIPERE necessitatem actionum: *l. 23. C. de excusation. tut.* SVSCIPERE administrationem; *l. 2. C. si mater indemnit. promis. l. 53. §. 3. D. de furt. l. 39. §. 8. D. de administr. et peric. tutor.* SVSCIPERE rerum administrationem: *l. 30. §. 1. D. de excusat. tutor.* negotiorum administrationem: *l. 5. D. de obligat. et action.* SVSCIPERE aduocationem: *l. 9. §. vlt. D. de offic. proconsul.* aedificia: *l. 29. C. de locato.* annonam: *l. vlt. D. de muner. et honor.* auxilium: *l. 225. D. de verbor. significat.* SVSCIPERE bona: *l. 4. C. de bon. auctor. iudic. possid.* bona damnati; *l. 2. C. soluto matrimon.* partem bonorum: *l. 6. C. de transaction.* SVSCIPERE caussam: *l. vlt. §. vlt. D. de bon. eor. qui ante sent. l. 8. §. 2. D. de procurat.* parem caossam: *l. 9. §. vlt. D. de duob. reis.* caossam et defensionem: *l. vlt. §. vlt. D. de duob. reis.* caussam et defensionem: *l. vlt. §. vlt. D. de bon. cor. qui ante sent.* SVSCIPERE caussas. Cicero *Lib. VII. epist. 24.* et *pro Cluentio* non semel, et Plin. *Lib. I. epist. 18. 29.* quam et alias *recipere* dicimus. SVSCIPERE cognitionem, *l. 8. l. 9. D. de offic. praesidis. l. 3. §. 4. D. vbi pupill. educar.* Plin. *Lib. VI. epist. 31. Heredes, quum Caesar esset in Dacia, communiter epistola scripta petierant, vt susciperet cognitionem.* vid. supra *Lib. III.* in COGNITIO. SVSCIPERE commodatum: *l. 8. §. 3. D. de precario.* commodum: *l. 3. D. de bonor. possess.* curam: *l. 88. §. 1. D. de legat. II. l. 10. D. de confirm. tut.* curam aquaeductus: *l. 1. §. 1. D. de oper. publ.* curationem: *l. 30. §. 1. D. de excusat. tut.* custodiam: *l. 3. §. 1. D. de tabul. exhib. l. 7. C. depositi.* SVSCIPERE defensionem: *l. 33. §. 4. D. de procurator. l. 27. D. de noxal. action. l. 9. D. commun. diuidund. l. 18. C. de procurat. l. 58. D. mandati. l. 18. D. ratam rem haber. l. 6. C. de procurator. l. 5. D. indicat. solui.* defensiones: *l. 2. C. de aduocat. fisc. l. 8. §. 2. D. de procurat.* depositum: *l. 1. l. 5. D. depositi. l. 4. D. de reb. credit.* depositam pecuniam: *l. 4. l. 9. C. depositi vel contra. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. X.* Sed et iudex, qui iudicandi in se necessitatem recipit, SVSCIPERE iudicium dicitur. *l. penult. D. de vacat. et excusat. muner.* Alias SVSCIPERE iudicium reus dicitur. *vid. supra.* SVSCIPERE litem: *l. vlt. D. de iurisdict. l. 64. l. 69. D. de procurator. l. 56. §. 2. D. mandati.* Item SVSCIPERE litis aestimationem et euentum: *l. 14. C. famil. ercifcund.* SVSCIPI qooque litigantes dicebantur ab iis, qui eorum caussam recipiebant. Quinctilian. *Lib. II. p. 33. vel cum periculo* SVSCEPTI *litigatoris.* Vnde et SVSCEPTOS pro elientibus posterior aetas dixit. vid. supra SVSCEPTVS. SVSCIPERE negotia pupilli: *l. 4. C. de negot. gest.* officium legationis: *l. 7. D. de legation.* operam; Paull. *Lib. I. Sentent. tit. 2.* procurationem: *l. 15. l. 17. C. de procurat. l. 8. §. 2. D. eod. tit.* ¶. 8. SVSCIPERE filium alienum: *l. 132. D. de verbor. oblig.* SVSCIPERE seruum notriendum: *l. 16. C. de furtis.* SVSCIPERE milites, id est, hospitia illis praebere: *l. 3. §. 13. D de muner. et honor.* SVSCIPERE in fidem, pro recipere. *l. 8. C. quod cum eo, qui in al. potest.* SVSCIPERE aliquid in fraudem fisci, et suscipere ministerium fraudis, *l. 46. §. 1. D. de iure fisci.*

SVSPECTO, pro suspecte. SVSPECTO *decedere* dicitur, quem non sua morte, sed violentia decessisse suspicamur. *l. 21. D. de his, quae vt indign.*

SVSPECTVS, qui in suspicionem incidit. SVSPECTVM aes alienum: *l. vlt. C. de aliment. pupill.* SVSPECTVS quasi calumniator: *l. 3. §. 4. D. de liber. exhibend.* SVSPECTA hereditas: *l. 32. D. mandati.* SVSPECTVS heres: *l. 7. §. 5. D. pro emtore. l. 31. D. de reb. auctorit. iud. possid.* SVSPECTA persona: *l. 7. §. vlt. D. qui satisd. cog. l. 3. §. 4. D. de liber. exhib.* SVSPECTAE personae, quas verisimile est colludere vel calomniari. *l. 3. §. 4. D. de libero homin. exhib.* SVSPECTVS procurator: *l. 4. §. 1. D. de adpellation. l. 19. l. 23. D. de procurator.* SVSPECTVS fit procurator hoc ipso, qui operam soam ingerit inuito. *l. 25. §. 1. D. eod. titulo.* SVSPECTVS reos: *l. 1. D. de quaestion.*

¶. 2. SVSPECTVS *tutor* est, qui non ex fide gerit, licet soluendo sit. *§. 5. Instit. de suspect. tutor.* Nam qui fraudulenter tutelam administrauit, etiamsi satis offerat, vt suspectus remouetur. Tutorem enim non facultates, sed fraodulenta administratio, et callida conuersatio SVSPECTVM faciunt. *l. 31. D. de reb. auctor. iud. possid.* Itaque si forte in tutela grassatus est, aut sordide egit, vel perniciose pupillo, vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus, iam vt suspectus remooetur. *l. 3. §. 5. D. de suspect. tutor.* Adparet itaque ex fide et diligentia et maleuolo proposito magis, quam ex facoltatibus SVSPECTVM tutorem argui. Quod in *herede*, quem vt *suspectum* praetor deminoere vetuit, contra est, qoi ex solis facultatibus suspectus existimatur. *l. 7. §. 5. D. pro emtore.* [illegible] *D. de reb. auctor. iud. possid.* Vet. Glossar. Graecum: SVSPECTVS, ὁ κακῶς τὰ τοῦ πεπίλλου διοικῶν πράγματα ἐπίτροπος· et mox: ὁ μεμπτέος ἐπίτροπος.

¶. 3. Notandae loquutiones: SVSPECTAM dicere hereditatem: *l. 32. D. mandati.* SVSPECTVM facere, id est, postulare. *l. 3. §. 1. l. 7. §. 14. l. 39. §. 16. l. 41. D. de administr. tutor. l. 9. §. penult. l. 14. D. eod. tit. l. 4. D. qui petant tutor. l. 3. l. 7. D. de suspect. tutor. l. 28. D. de excusation. l. 20. D. de adpellation. l. 1. §. 14. D. quando adpelland.* SVSPECTOS facere tutores; *l. 1. C. de negot. gest. l. 1. C. si tutor vel curat. l. 1. C. de pericul. tutor.* SVSPECTOS fieri, id est, postulari. *l. 1. §. 4. D. de suspect. tutor.* SVSPECTVS factus sententia: *l. 7. §. 2. D. eod. tit.* SVSPECTAS habere facultates: *l. 9. D. ad SC. Velleian.* SVSPECTAS habere cautiones et falsas: *l. 2. C. de his, qui accus. poss.* SVSPECTI postulare: *l. 14. §. 1. D. de solution.* SVSPECTOS postulare: *l. 3. l. 4. C. de suspect. tutor.* SVSPECTOS postulari et pronunciari: *l. 38. D. de minor.* Et sic etiam in *l. 6. D. ratam rem haber. l. 39. §. vlt. D. de procurator. l. 8. §. penult. D. de administr. et peric. tutor. l. vlt. D. qui petant tutor.* Vnde SVSPECTI postulatio et accusatio; *l. 3. §. 6. D. de suspect. tutor. l. 1. §. 11. D. ad SC. Turpillian. l. 5. §. 2. D. de administr. et peric. tutor.*

¶. 4. SVSPECTIORES, *l. 15. D. de quaestion.* SVSPECTISSIMVS: *l. 1. §. 2. D. eod. tit.*

SVS.

SVSPENDERE pro differre. Sic dicitur SVSPENDI actus: *l. vlt. D. communia praedior.* conditio: *l. 72. §. 4. D. de condit. et demonstrat.* SVSPENDI conditione vel mora: *l. 79. D. eod. tit.* SVSPENDITVR distractio bonorum: *l. 22. D. de iur. fisci.* SVSPENDITVR legatum extrinsecus: *l. 6. D. quando dies legator.* SVSPENDERE statum: *l. 2. §. 3. D. vnde legitimi.* SVSPENDITVR status: *l. 76. §. 4. D. de legat. II.* Sic quoque SVSPENDITVR stipulatio: *l. 37. D. de reb. credit.*

SVSPENDIOSI dicuntur, qui suspendio vitam finierunt. *l. 11. §. 3. D. de his, qui not. infam.* Plin *Lib. XXVIII. cap. 4. laqueum* SVSPENDIOSI *temporibus circumdatum dolores capitis sedare* tradit. Quae hic nonnemo de custodibus SVSPENDIOSIS vel cruci adfixis ex Petro Fabro, *Lib. II. Semestr. cap. 9. §. 114* adleuit, nihil ad rem. HEIN.

SVSPENDIVM. Vitam SVSPENDIO finire. *l. 3. §. 1. D. de bonis eor. qui ante sent.*

SVSPENSVS, dilatus, prolatus. SVSPENSA cognitio: *l. 86. D. de adquir. hered. l. 3. C. quando prouoc. l. 1. C. de crim. expilat. hered.* conditio: *l. 34. D. famil. ercisc.* SVSPENSA sub conditione libertas: *l. 44. D. de manumiss. testamento.* SVSPENSA lite: *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognition.* ¶. 2. SVSPENSVM ius et *suspensi* iuris constitutio: *l. 15. D. de suis et legitim.* SVSPENSO crimine: *l. 21. D. de accusation.* ¶. 3. In SVSPENSO est: *l. 15. D. de noxal. action. l. 10. D. de peculio. l. 43. §. vlt. D. de aedilit. edicto.* In SVSPENSO fuisse traditio: *l. 14. D. de castrens. pecul.* In SVSPENSO haberi liberationem: *l. 12. §. vlt. D. de distract. pignor.* In SVSPENSO retineri iura: *l. 32. §. vlt. D. de hered. instit.*

SVSPICIO. Mortis SVSPICIONE liberare: *l. 20. D. de donat. inter vir. et vxor.* Summatim re exposita, ad SVSPICIONEM iudicem adducere. *l. 40. D. ad leg. Aquill.*

SVSTENTARE, pro alere. SVSTENTARE se: *l. 5. D. de ventr. in possess. mittend.* Ad SVSTENTANDAM filiam: *l. 3. C. ne vxor pro marito.*

SVSTINERE, pati, sufferre. SVSTINERE actionem de peculio, id est, conueniri: *l. 1. C. ne fil. pro patre.* SVSTINERE capitis deminutionem: *l. 2. C. de legit. tut.* caussam perduellionis, id est, accusari. *l. vlt. C. de bon. eor.* Sic quoque SVSTINERE crimen, id est, accusari: *l. 2. C. ad leg. Iul. maiestat.* SVSTINERE condemnationem, id est, condemnari vel condemnationem sufferre. *l. 2. C. de accusation.* SVSTINERE controuersiam frustra, id est, iniuste conueniri: *l. 7. C. de liberal. caussa.* SVSTINERE litem, id est, defendere: *l. 2. C. vbi in rem act.* SVSTINERE maculam, id est, detrimentum existimationis pati, vt alibi dicitur. *l. vlt. D. de natalib. restituend.* SVSTINERE poenam, id est, sufferre. *l. 1. D. de poenit. l. 6. D. eod. tit. l. vlt. D. decret. ab ordin. fac.* poenam relegationis, *l. 5. C. si reus vel accusat.* SVSTINERE sententiam: *l. 8. C. de his, quib. vt indign.* SVSTINERE suspicionem, id est, suspectum esse: *l. 5. C. ad leg. Cornel. de sicar.* ¶. 2. SVSTINERE aes alienum dicitur, qui eius solutionem in se recepit. *l. 39. §. 5. D. familiae erciscund.* et damnum, *l. 1. C. de his, qui ex offic.* SVSTINERE periculum, *l. 33. D. ad SC. Trebell. l. 19. D. de tutor. et curat. dat.* Sic quoque SVSTINERE sumtum quis dicitur, ad quem sumtuum solutio pertinet. *l. 3. §. 2. D. de legat. III.* Item SVSTINERE onera, id est, ferre, *l. 38. D. de damno infect.* Sic SVSTINERE seruitutem: *l. 27. §. 4. D. de vsufruct.* SVSTINERE vim, consistere contra vim: *l. 24. §. 4. D. de damno infect.* ¶. 3. SVSTINERE, id est, repraesentare personam. *l. 34. D. de adquir. rer. domin. l. 16. D. de hered. instit. l. 1. §. 4. D. de stipulat. seruor. l. 56. §. 4. D. de furtis. l. 4. C. in quib. causs. cessat long. temp. praescript.* Sic quoque SVSTINERE duas species obligationis: *l. 5. D. de fideiussor.* id est, vtriusque rei personam repraesentare. SVSTINERE duas obligationes: *l. 13. D. de duob. reis.* ¶. 4. SVSTINERE pro exhibere, alere, sustentare. *l. 73. §. vlt. D. de iure dotium.* Ita SVSTINERI foetus, id est, foueri, ali. *l. 1. §. 19. D. de ventre in possess. mitt.* vel *sustentari*, vt loquitur Caius, in *l. 5. princ. D. eod. tit.* Hoc sensu etiam dicitur fundus SVSTINERE mille oues. *l. 25. D. de instruct. vel instrum. legat.* ¶. 5. SVSTINERE, pro gerere vel habere. Sic SVSTINERE administrationem. *l. 100. D. de solution. l. 17. §. vlt. D. de iureiur.* SVSTINERE administrationem rei familiaris: *l. 7. D. de ritu nuptiar.* SVSTINERE honorem et munus. *l. 10. D. de muner. et honor.* SVSTINERE magistratum: *l. 3. D. quod met. caussa.* munera: *l. 1. C. de muner. l. 5. §. 12. D. de iur. immun. l. 1. C. de muner. patrimon. l. 1. l. 3. C. de muner. et honor.* SVSTINERE munus oblationis: *l. 3. D. de dot. collat.* officium: *l. 21. §. 1. D. de adpellat.* onera: *l. 21. §. 6. D. ad municipal. l. 75. D. de iur. dotium. l. 2. D. de veteran.* SVSTINERE partes actoris et petitoris, id est, gerere. *l. 7. §. vlt. D. de liberal. causs.* SVSTINERE partes petitoris: *l. 15. D. de oper. noui nunciat.* SVSTINERE partes defensionis: *l. 5. §. 28. D. eod. tit.* SVSTINERE sollicitudinem: *l. vlt. §. 8. D. de muner. et honor.* ¶ 6. SVSTINERI, differri et inhiberi ad tempus etiam significat. Sic SVSTINERI iudicium, actio, poena, praestatio dicitur: *l. 24 §. vlt. D. de liberal. causs. l. 5. §. vlt. l. 7. §. 1. D. de petit. hered. l. 35. D. de iur fisc. l. 1. §. vlt. D. si famil. furt. fecisse dic. l. 6 §. 9. D. de iniusto, rupt. irrit.* Ita SVSTINERI fideicommissum: *l. 62. D. ad SC. Trebellian.* actio: *l. 1. §. vlt. D. si famil. furt. fecisse dicat.* SVSTINERI cognitiones: *l. 36. D. de iudic.* Item SVSTINENDVM iudicium: *l. 24. §. 3. D. de liberal. causs.* et simpliciter SVSTINENDVM, id est, supersedendum. *l. 1. §. vlt. D. de collation. bonor.*

SVT.

SVTOR, qui calceos conficit, vt est in *l. 13. §. 4. D. locati.* SVTOR ceruicem forma calcei percussit, vt oculus puero perfunderetur. *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Aquill.*

SVVS

SVVS et SVI dicuntur proximiores ex agnatis. *l. vlt. D. de gradib. et adfin.* SVI heredes autem describuntur ab Vlpiano *tit. XXII. Regul. §. 14.* et a Paullo *in Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XVI. §. 3.* SVOS autem heredes in potestate positos vocamus, qui primum potestatis locum obtinent, quasi domesticos et familiares heredes, cum viuo quoque patre quodammodo dominium habere existimentur, nec tam in nouum dominium succedere, quam vetus continuare videantur, magisqoe ad propria aot debita, quam ad aliena bona vocentur. §. 2. *Inst. de heredum qualit. et differ. l. 11. D. de liber. et postum. l. 12. D. qui testam facer.* et apud Plin. *in Panegyrico.* Qua de caussa SVI heredes illico adparent et exsistunt, et ipso iore heredes deprehendontur, nec aditione egent. *l. penult. §. 5. D de bon. libertor. l. 14 D. de suis et legitim.* SVOS *heredes*, ait Vlpianus *l. 1. §. 2. D. eod. tit.* accipere debemus filios, filias, siue naturales, siue adoptiuos Callistratus *l. 220. D. de verbor. signif.* Liberorum, ait, adpellatione nepotes et pronepotes, ceterique, qui ex his descendunt, continentur. Hos enim omnes SVORVM adpellatione lex XII. tabularum comprehendit, Caius *Lib. II. Instit. tit. 8. §. 1.* SVI heredes sunt filius, filia, nepos vel neptis, pronepos, proneptis ex nepote, et omnes per virilem sexum descendentes. Similiter et postumi, qui si viuo patre nati fuissent, in potestate futuri erant, SVI heredes sunt. Priscian *Lib. XVII. p. 1088.* edit. Putsch. SVVS *Ciceronis filius heres est patris constitutus.* SVVS *dicitur, ad discretionem illius, qui secundum leges suus non est, id est, sub potestate patris legitimi non est.* Sic et SVAM heredem accipe, in *l. vlt. D. de collat. bonor.* SVI initio dicti videntur ratione* patris, tamquam in ☞ eius potestate ac dominio iuria Quiritium constituti. Ian. a Costa *ad princ. Inst. de hered. qualit. et different.* Schulting. *iurisprud. vet. anteiustin. p. 166.* At iorisconsulti subtiliorem suo mure rationem inuestigantes τὸ SVVS referre maluerunt ad heredem ipsum, quia talis heres vino etiam patre *herus vel dominus minor* sit, adeoque non tam mortuo patri, quam sibi ipsi succedat, vel dominium in substantia paterna tantum continuet. *l. 11. D. de liber. et postum.* Adludentes ad hanc iurisconsultorum notionem veteres auctores, SVVM *heredem* vocant eleganter, quidquid sibi ipsi succedit. Ita Tertullianus *de resurrect. carn. Cap. XII. heredem sibimet exsistere*, scribit, *diem, quae moritur in noctem, et tamen rursus cum suo cultu, cum dote, cum sole eodem integra et tota reuiuiscit.* Et auctor *carminis de Phoenice*, quod tribuitur Lactantio:

Ipsa sibi proles, suus est pater, et SVVS HERES.

V. Illustr. Cornel. van Bynkersh. *Lib. I. Obseru. cap. 19.* Pari nimirum ratione et liberi in potestate patris constituti, quia viuo patre quodammodo domini sunt, ac proinde eleganter *participes* vocantur a Terentio *Heautontim. I, 1. v. 98.* sibi ipsia veluti succedere, vel αὐτοκληρονόμοι et SVI heredes dicuntur. Sic ergo SVOS *heredes* vocabant, non ratione patris, sed ratione ipsorum heredum, quasi *sui ipsorummet heredes*; vnde et SVVS semper praeponi obseruauit Vinnius *ad princ. Inst. de hered. qual. et different.* HEIN. SVI autem heredes desinunt esse liberi per capitis deminutionem. *l. 6. §. 1. D. de bonor. possess.* ¶. 2. SVOS autem in *l. 8. l. 12. l. 19. C. qui accus. non poss.* accipimus parentes, liberos, patronos, patronas, eorumque filios, filias, nepotes, neptes, consobrinos et propinquos. *l. 1. D. de accusat.* item SVOS exsistere. *l. 1. §. 7. D de suis et legit. hered.* Vetus Glossar. Graecum: SVVS, ὁ οἰκειακὸς, καὶ ζῶντος τοῦ διατεθημένου τρόπῳ τινὶ δεσπόται πεφύκασιν. SVI *et necessarii.* Vlpian. *tit. XXII. Regul. §. 24.* et Caius *Lib. II. Instit. tit. 3. §. 6.*

SVVM. Hoc verbo dominium significari et ea tantum, qoae sustineri a nobis possunt, non etiam, qoae in nominibus sunt SVI adpellatione contineri, traditur in *l. 27. §. 2. et l. 34. princ. D. de aur. argent. legat.* Sed nec quae pignori tenentur, SVORVM adpellatione veniunt. *l. 9. §. vlt. D de supellect. legat. l. 74. D. de legat. III.* Ambiguum vero esse, quum quis SVVM dicit, verum de toto, an de parte significet, Pomponius in *l. 239. § vlt. D. de verbor. signific.* scribit, qooniam et id nostrum est, quod nobis cum alio commune est. Quum quis SVOS seruos dicit, hi designari videntur, quos paterfamilias suorum habuit, et qui pleno iure eius fuerunt. His vero fructuarii seroi non continebantur, nec venales babiti serui. Serui plane cum alio communes, et bona fide possessi et quorum vsusfructus alienus sit, continebuntur. *l. 71. l. 73. l. 74. D. de legat. III.* [SVVM etiam non videtur, quod vindicari non potest. *l. 27. §. 2. D. de auro, argent. legat.*] ¶. 2. Hinc loquutiones: SVVM consequi: *l. 7. D. de cession. bonor. l. 15. §. 5. D. de re iudicat. l. 27. §. 1. D. de minor.* SVVM consequi et recipere creditores, pro eo, quod sibi debetur, consequi iurisconsulti eleganter dicunt. Vnde Vlpianus in *l. 6. §. 6. D. quae in fraud. creditor. eum*, ait, *qui SVVM recipiat, nullam videri facere iniuriam*, hoc est, eum, qui quod sibi debetur, receperit. Sic et in *l. 15. §. 5. D. de re indic. l. 96. §. 1. D. de solution. l. 44. D. de condict. indebiti. l. 4. §. 22. D de doli except. l. 12. D. de nouation. l. 37. D. de iur. fisci. l. 2. C. qui manum. non poss. l. 9. D. de seruo corrupt. l. 58. D. de vsufruct. l. 21. D. de donation. l. 129. D. de diuers. regul. iur.* Quinctil. *Declam. CCLXXIII.* SVVM facere: *l. 11. C. de rei vindicat.* [SVVM facere, reoocabiliter vsurpatur, in *l. 13. D. quib. mod. vsusfr. amitt*] SVVM percipere: *l. 36. D. de fideiussor.* SVVM petere: *l. 7. D. de iur. et fact. ignorant.* SVVM repetere, Plaut. *in Pseudol. Act. I. scen 3.* in eamque sententiam ad SVVM peruenire dicunt, *l. 1. D. quod certo loco. l. 2. §. 16. D. qui testam. liber esse iuss* et Cicer. *pro Quintio.* SVVM solui creditoribus: *l. 24 D. qui et a quib. manum.* SVVM cuique tribuere: *l. 31. D. depositi. §. 3. Inst. et l. 10. §. 1. D. de iustit. et iur.* ¶. 3. [SVVM aliquando relatiue sumitur, vt in *l. 5. §. 22. D. de agnosc. et alend. liber.*] ¶. 4. Pro avo possidere: *l. 67. D. de iur. dotium.*

SVVS, A, VM. Variae sunt iurisconsultorum formulae, quas ordine explicabimus. SVAE *aetatis* esse dicuntur, qui minorem aetatem excesserunt. *l. 27. D. de negot. gest. l. 5. §. 2. D de aucto-*

SVV.

auctorit. tutor. Si tamen testator alicui ita legauerit, *quum* SVAE *aetatis erit factus*, facti quaestionem esse, tamen posse de voluntate disputari, si quis ita dixerit, *quum* SVAE *aetatis vel legitimae aetatis fuerit factus*, Vlpianus scribit, vtrum de pubertate, an de viginti quinque annis sensum sit. *l. 50. in fin. D. de legat. III.* Hoc exemplo credo, Tribonianum in Alexandri rescripto verba haec: SVAE AETATIS FACTVS SIT, interpretatum, si pupillarem aetatem excesserit. *l. 3. C. de testam. tutel.* ¶. 2. SVI arbitrii et SVAE auctoritatis, est, SVI iuris vel potestatis. vide *sui iuris esse.* SVA die: *l. 58. D. de vsufruct. l. 47. D. de verbor. obligat.* SVA die soluere: *l. 37. D. mandati.* SVIS diebus soluta: *l. vlt. §. vlt. D. de rescind. vendit.* SVA quaque die: *l. 8. §. 3. D. de pignor. act.* SVA die non est redditum: *l. 5. §. vlt. D. de censib.* SVVS dispensator: *l. vlt. §. 4. D. de verbor. obligat.* SVA fide acceptam pecuniam: *l. 28 §. vlt. D. ad SC. Velleian.* SVVS iudex: *l. 1. C. de vendit. rer. fiscal. l. 4. C. vt in possess. legator. l. 11. C. ad leg. Falcid. l. 1. D. de ingenuis manum.* SVVM iudicem: *l. 1. C. ad leg. Fabiam. l. vlt. C. de crimin. stellion.* SVO iure et alieno beneficio opponuntur. *l. 5. D. de iurisdict.* ¶. 3. SVI iuris esse dicuntur, qui nullius potestati subiacent, sed propriae sunt potestatis et proprii arbitrii. *tit. de his, qui sui vel alien. iur.* Qui et SVAE *potestatis* esse dicuntur. *l. 4. D. eod. tit. l. 17. D. de his, qui not. infam. l. 43. D. de obligat. et action. l. vlt. D. de liberal. causs.* et SVI *arbitrii*, *l. 22. D. de ritu nuptiar.* Vlpian. *tit. IV. Regul. §. 1.* SVI *iuris sunt familiarum suarum principes, id est, paterfamiliae itemque materfamiliae.* Item SVI iuris et filiusfamilias esse opponuntur, in *l. 24. D. ad leg. Iul. de adulter.* quomodo et dicitur, siue sui iuris siue alieni esse: *l. 3. §. 1. D. de homin. liber. exhib.* Sic quoque quis dicitur SVAE *potestatis* esse. *l. 43. D. de oblig. et action. l. 4. C. de donation. inter vir. et vxor. l. 17. D. de his, qui not. infam. l. 4. D. de his, qui sui vel alien. iur. sunt. l. vlt. D. de liberal. caussa.* SVI iuris. *l. 1. C. de liber. exhib. l. 21. D ad leg Iul. de adulter.* Ita SVAE potestatis fieri, dicuntur serui manumissione. *l. vlt. D. de liberal. causs.* In eumdem sensum dixit Spartian. *in Hadriano Cap. XVIII. Decoctores*, ait, *bonorum, si* SVAE *auctoritatis essent, catamidiari, in amphitheatro et dimitti iussit.* ¶. 4. SVAE *mentis* esse, *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiestat. l. 11. D. de interdict. l. 12. §. vlt. D. de tutor. et curat. dat.* qui compos mentis est. Et contra SVAE mentis non esse: *l. 5. § 2. D. ad leg. Aquill. l. 9. §. 5. D. de offic. proconsul.* SVAE mentis effectus furiosus: *l. 39. D. de iudiciis.* ¶. 5. SVA *morte* decedere dicuntur, qui naturali morte, et natura sua obeunt. *l. vlt. §. 1. D. de bonis damnat.* cuius §. verba repetita sunt, licet diuerso auctoris titulo praelato in *l. 28. D. de bon. libert.* Sueton. *in Iul. cap. vlt. Percussorum autem fere neque triennio quisquam amplius superuixit, neque* SVA *morte defunctus est. Damnati omnes, alius alio casu periit.* Significat enim omnes biothanatos fuisse, vt cum Firmico loquar. Trebell. Pollio *in XXX. Tyrannis cap. xxvii. Multi enim dicunt, eos ab Aureliano interemtos, multi morte* SVA *esse consumtos.* Βι αὐωσαιποθανόντας, ἢ κατὰ μοῖραν, separat Lucianus *in Philopseude p. 346. Tom. II. oper.* id est, *violenta morte, vel sua morte.* SVA ergo *mors* est, quae violenta non est, quae *naturalis interitus* dicitur, *l. 14. §. vlt. D. depositi.* vbi et *natura sua interfici* dicitur, qui naturali et sua morte perit. Eodem genere *fato suo cadere* dixit Ouidius *Lib. I. Tristium eleg. 2.* Sic et *simplici morte* et non violenta. Iostin. *Lib. XLIV. cap. 4 n. 4. Crudelis prorsus, qui proculcari nepotem, quam simplici morte interfici maluit.* Quinctilian. *declam VI. Comparate nunc, si quis patrem per hostes solus tulit, qui quum venientia in patrem tela excepisset, simplici tum morte defunctus est.* Graeci dicunt, αὐτομάτῳ θανάτῳ. Lysias ἐν τῷ ἐπιταφίῳ τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς. *Orat. XXXI. cap. 22. p. 122.* κινδυνεύσαντες οὕτως τὸν βίον ἐτελεύτησαν οὐκ ἐπιτρέψαντες περὶ αὑτῶν τῇ τύχῃ, οὐδὲ ἀναμείναντες τὸν αὐτόματον θάνατον, ἀλλ' ἐκλεξάμενοι τὸν κάλλιστον. *Dimicantes ita vitam finierunt, vt neque fortunae arbitrio sua committerent, neque suam mortem exspectarent, sed pulcherrimam eligerent.* Item apud Demosthenem περὶ στεφάνου· ὁ αὐτόματος θάνατος καὶ τῆς εἱμαρμένης, vbi illi βίαιος θάνατος, *violenta mors* opponitur. Demosthen. κατὰ μειδίου· Sic etiam SVA *natura rem intercidere* accipimus in *l. 14. §. vlt. D. depositi.* ¶ 6. SVO *nomine* agere, *l. 5. §. 6. D. de doli mal. except.* SVO quoque nomine pater vel dominus conueniri dicuntur, quando in solidum, non de peculio vel in rem verso in eos actio intenditur. *l. 6. §. penult. D. quae in fraud. credit.* SVAE *potestatis.* vide SVI *iuris.* SVO pretio res suas vendere. *l. 9. D. de action. rer. amotar.* SVO tempore: *l. 17. §. vlt. D. quae in fraud. creditor.* [SVVS testator, a quo quis institutus est. *l. 29. D. de heredib. instituend.*]

¶ 7. SVVS non est furiosus, id est, non apud se est. *l. 7. § 9. D. quib. ex causs. in possess.*

¶. 8. SVOS facere fructus. *l. 62. D. de vsufruct. l. 25. l. 45. D. de vsur. l. 40. D. de adquir. rer. domin. l. 61. §. 8. D. de furt.* et contra SVOS non facere fructus. *l. 4. C. de crimin. expilat. hered.*

¶. 9. [SVVM aliquando relatiue sumitur, vt in *l. 5. §. 22. D. de agnosc. et alend. liber.*]

¶ 10. SVVS pro eius. *l. 7. D. de tutel. et ration. distrah.* Sic SVA factio, *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.*

ΣΥΓ.

ΣΥΓΚΤΗΣΙΣ *l. 34. §. 1. D. de legat. II.* σύγκτησις ἀγωνοφόρων κωμάνη· id est, *latifundium amerinis obsitum Comana.* Σύγκτησις ergo est pluriom agrorum coniunctio, qui sub vno colono coluntur, qualia erant *praedia illa sub cura villici primi*, in *l. 35. §. 1. D. de legat. III.* Corn. van Bynkersh. *Lib. VI. Obseru. cap. 9.* Ferrand. Adduens. *Explicat. Lib. I. p. 540. Tom. II. Thesaur. iur.* Occurrit etiam hoc verbum in *l. 30 §. 1. D. de adimend. legat.* et in *Nouell. CLXVI.* HEIN.

SYCAMINON. in *l. penult. D. de extraord. crimin.* vide *syntaminon.*

ΣΥΚΩΝ fit mentio in Nouell. *LIX. cap. 5.* vide *glossarium verborum Iuliani.*

[ΣΥΚΟΦΑΝΤΕΙΣ, in *l. 17. C. ex quib. causs.*

cauſſ. infam. irrog. legendum cenſet Cuiacius *Lib. XIII. Obſeru. cap.* 3. Deſider. Herald. *Animaduerſ. I, to.* 1.

SYL.

SYLVA, vide ſupra SILVA.

ΣΥΜ.

[ΣΥΜΒΙΒΑΣΙΣ, in *Nouell. LXXXVI. cap.* 2. eſt pactum. Φιλικὴ συμβίβασις, in *Nouell. CXVII.* amicabilis conuentio.

SYMPHONIA, in *l.* 15. *§.* 1. *D. de vſufructu.* pro ſymphoniaco, vt interpretatur Illuſtr. Bynkersh. *Lib. III. Obſeruat. cap.* 14. HEIN.

SYMPHONIACVS. *l.* 22. *§.* 1. *D. ad leg. Aquill.*

SYN.

[SYNAGOGA adpellatur vel ſollemnis in ſynagogis conuentus, vel ipſe locus et aedes ſynagogae, pari prorſus ratione, qua Chriſtiani ſacras non minus aedes, ſiue templum, quam ipſam in templis congregationem *eccleſiam* nuncupare ſolemus. Sed et generatim conuentus, congreſſus, hominumque coetus qualiscumque SYNAGOGAE vocabulo ſignari aliquando conſueuit. Selden. *de iure natur. et gent. ſecund. diſciplin. Hebraeor. Lib. IV. cap.* 9. De SYNAGOGIS autem Iudaeorum variae exſtant conſtitutiones, in *tit. C. Iuſtin. et Theod. de Iudaeis et caelicol. Lib. XVI. tit.* 8.] Add Reineſ. *ad Inſcript. p.* 1002. et quae de ſynagogis haud exſtruendis ex legibus diſſerit Iac. Cuiacius. *Lib. XVI. Obſeru. cap.* 3. HEIN.

ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ Graecis negotium geſtum et vltro citroque obligationem ſignificat. *l.* 7. *D. de pactis.* coniuncta *l.* 19. *D. de verbor. ſignific.*

SYNDICVS. Hoc nomine ſignificantur actores vniuerſitatum, collegiorum, ſocietatium, et aliorum corporum, per quos tamquam in republica, quod communiter agi fieri oportet, agitur et fit. *l.* 1. *§.* 1. *l.* 6. *§.* 1. *et* 3. *D. quod cuiuscumque vniu. nomin. Defenſores* quoque *ciuitatum*, et qui ad earum cauſſas vel agendas vel defendendas eliguntur SYNDICI adpellantur. *l.* 1. *l. vlt. §.* 13. *D. de muner. et honor.* SYNDICVS Vetus Gloſſar. *actor et adminiſtrator.* SYNDICVS *vniuerſitatis et collegii, eſt qui conſtituitur ad agendum vel defendendum cauſſas nomine vniuerſitatis.* SYNDICVS municipum. *l.* 5. *§.* 10. *D. quod vi aut clam.*

[SYNEDRIVM, id eſt, conſeſſus, collegium, concilium. *l.* 6. *D. de decret. ab ordin. fac.*] ¶ 2. [SYNEDRIA Iudaeorum, in *l.* 17. *C. de Iudaeis*, quae eſt *l. vlt. C. Theod. eod. tit. Lib. XVI. tit.* 9. *Tribunalia veterum Hebraeorum, et, quae fuere ipſis, praefecturas iuridicas, cauſſis rebusque tam publicis quam priuatis, tam ſacris quam profanis, id eſt, omnimodis, diſcutiendis definiendisque praeſtitutas vniuerſas, ſiue ex collegarum, ſiue ex conſiliariorum miniſtrorumque aliorum adſeſſura aut conuentu,* SYNEDRIORVM *ſeu conſeſſuum ac conſiſtoriorum nomine, aut indigitari ſolere, aut rite ſatis ſignificari*, ſcribit Io. Seldenus *de ſynedriis Hebraeorum initio.* Quomodo autem a *ſynagogis* differant haec *ſynedria*, expoſuit Iac. Gothofred. *ad l. vlt. C. Theod. de Iudaeis.*]

ΣΥΝΕΙΣΑΚΤΟΙ *mulieres*, quas clerici ſororum nomine in contubernio habebant, quae et ἀγαπηταὶ et *focariae* in *Concil. Lateran.* ſub Alexandro Papa III. *Cap. II.* Earum conſortium et concilium Nicaenum ademit clericis, et ipſae leges noſtrae ſeuerius notant, in primis *l.* 19. *C. et l.* 44. *C. Theod. de epiſcop. et cleric.* Exſtat et Io. Chryſoſtomi oratio πρὸς τὰς συνεισάκτους ἔχοντας, *Tom. IV. oper. p.* 247. Cuiac. *Lib. II. Obſeru. cap.* 29. Em. Merill. *Lib. VI. Obſeru. cap.* 1. HEIN.

SYNGRAPHA. Cicero *Lib. V. ad Attic. epiſt.* 21. et *Lib. VI. ep.* 2. Aſconius *in I. contra Verrem, cap.* 36. *Inter* SYNGRAPHAS *et cetera chirographa hoc intereſſe* tradit, *quod in ceteris tantum, quae geſta ſunt, ſcribi ſolent, in* SYNGRAPHIS *etiam contra fidem veritatis pactio venit, et non numerata quoque pecunia, aut non integra numerata, pro temporaria hominum voluntate ſcribi ſolent, more inſtitutoque Graecorum, et ceterae tabulae ab vna parte ſeruari ſolent, ſyngraphae ſignatae vtriusque manu, vtrique parti ſeruandae traduntur.* [In iure vocabulum hoc non occurrit, quid autem a chirographo differat, expoſuit Salmaſius *Lib. I. D. de vſur. cap.* 5. *et de modo vſurar. Cap. X. XI.*

[ΣΥΝΗΜΜΕΝΟΝ, connexum genus corporum, quod ex contingentibus, hoc eſt, pluribus inter ſe cohaerentibus conſtat, vt aedificium, nauis, armarium. *l.* 30. *princ. D. de vſurp. et vſucap.*]

[SYNODITAE, monachi. *l.* 6. *C. de epiſcop. audient. l.* 57. *C. Theod. de adpellat.* qui in *l.* 16. *C. Theod. de poen. coenobitae* vocantur.]

[SYNODVS dioeceſeos in *l.* 23. *C. Theod. de epiſcop. Lib. XVI. tit.* 2. eſt ſynodus epiſcoporum, e multis prouinciis ſub vno patriarcha, vel primate ſeu exarcho conſtitutorum, coacta.]

SYNONETVM, publicam comparationem ſpecierum, quae in commune fiebant, Imperatores adpellant. *l.* 1. *C. Theod. de public. compar.* quam *coemtionem* adpellari in *l.* 2. *C. de frument. vrb. Conſtantinop.* et in *rubric. C. vt nemin. lic. in coemtion. ſpec.* docuit Iac. Cuiacius *Lib. I. Obſeru. cap.* 35. Cui addam Graecum *ex Tiberii conſtitut. cap.* 6. locum, in quo ita eſt: ἢ καθ' ἡμετέραν κέλευσιν, εὐετηρίας ἕνεκα τῆς ἐνδόξου ταύτης πόλεως, ἢ καὶ ἑτέρων προφάσεων χάριν, συνωνήν τινα εἰδῶν γενέσθαι συμβαίη, τούτοις ἅπασιν οὐ μόνον τοὺς ἄλλους ὑποτελεῖς, ἀλλὰ γὰρ δὴ καὶ τὰς τῶν βασιλικῶν οἴκων κτήσεις καὶ οἰκήσεις ὑποκεῖσθαι βουλόμεθα. *aut noſtro iuſſu, quo abunde huic inclytae ciuitati annonae ſit, aliarumue occaſionum cauſſa, ſpecierum quamdam contributionem fieri contingat: his omnibus non modo alios ſubditos, verum Auguſtarum domuum poſſeſſiones et habitacula etiam obnoxia eſſe volumus.*

SYNOPSIS. Augustin. Steuchus in Vallam de donatione Constantini. Et in Epistola quadam Valentiniani, Theodosii et Arcadii ad Sallustium Praefectum vrbi: *iam illud ipsa res exigit, vt et* SYNOPSIS *operis construendi fideli tendatur examine.* ¶. 2. SYNOPSIS rerum pupillarium, id est, inuentarium vel repertorium. *l. 5. §. 11. D. de reb. eor. qui sub tutel. vel cur.* HEIN.

[ΣΥΝΣΙΤΟΙ, confrumentales. *l. vlt. D. de colleg. et corpor.*]

SYNTAMINONEM arborem nominat Vlpianus, *l. penult. D. de extraordin. crimin.* (immo *sycaminonem*, cuius radicibus Nili aggeres continebantur. HEIN)

SYNTHESIS. Hanc iurisconsulti videntur accipere pro vniuersa veluti serie et compositione quadam vestium, in *l. 38. §. 1. D. de aur. argent. legat.* vt et Martial. *Lib. II. epigramm. 46.*

Si micat innumeris arcula Synthesibus.

Vulgo autem dicitur *vestis cubicularis et caenatoria*, vt adparet ex Martial. *Lib. V. epigr. 121. et Lib. XIV. epigr. 1. et 141.* et Sueton. *in Neron. Cap. LI.* et Tertullian. *de pallio Cap. IV.* Recte SYNTHESIN vestium interpretatus est Brissonius. Intelliguntur enim vestes, quarum vna ab altera seiungi non solet, vel quae vna et simul indui solent. V. A. Corn. van Bynkershoek *Lib. IV. Obseru. cap. 24.* Quae de veste caenatoria addidit Brissonius, repetiit Pancirol. *Var. Lect. II, 100.* Sed eam ootionem locus nullus hic adductus probat. Martialis *Liber V.* epigrammata 121. non habet. In reliquis SYNTHESIS aeque alias vestes, ac caenatorias potest significare. Apud Suetonium quoque *synthesinam* esse vestem caenatoriam, nemo dixerit. Deniqoe apud Tertullian. *multiciam synthesin* oon esse vestem caenatoriam, sed quamlibet mollem ac delicatiorem, iam in notis obseruauit Nic. Rigaltius. Vnde miror, similem errorem errasse Octau. Ferrar. *de re vestiar. Part. I. Lib. I. Cap. XXX.* HEIN.

¶. 2. [SYNTHESIS praediorum. *l. 1. D. de reb. dub.* vide Σύγκτησις, et adde Paneirol. *Variar. Lect. II, 68.*

SYR.

SYRIA in *l. 78. D. de hered. instit.* SYRIAS autem multitudinis numero nominari, in *l. 7. §. 14. D. de interdict. et relegat. l. 3. D. de censib.* mirari desinet, qui *Syriam Coelem* et *Phoenicem* legerit, in *l. 1. D. de censib.* et *l. 37. D. de reb. auctor. iudic. possid.* Vnde SYRIA *prima*, in *l. 1. C. de offic. comit. orient.* et SYRIA *secunda*, in *l. 5. C. de aduocat. diuersor. iudic.* In *Notitia* quoque *Imperii Romani* SYRIA *salutaris* ponitur. *Syriae* autem nomen latissime patuisse Guilelm. Tyrensis Pontifex *Lib. XIII. de bello sacro cap. 2.* docet.

SYRIARCHIA, sacerdotii oomen in Syria. *l. 1. C. de naturalib. liber. l. vn. C. de offic. comit. orient. l. 103. C. Theod. de decurion. Nouell. LXXXIX.* Vnde *Syriarchae*, in *l. vlt. C. Theod. de expens. ludor.* qui hoc sacerdotio fungebantur, erantque munerarii et ludorum editores.

SYRVS *insula*, in quam relegari damnati solebant. *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. XV. §. 2.* vbi vide quae Pithoeus disserit. HEIN.

ΣΩΡ.

ΣΩΡΙΤΗΣ, cauillationis genus, qua ab euidenter veris ad euidenter falsa gradatim et per breuissimas mutationes perducimur. *l. 177. D. de verbor. signific. l. 65. D. de regul. iur.* Cicero *Lib. II. de diuination. cap. 4. aceruatem* vertit. Ab aliis *aceruus* vocatur. Inuentum autem a Chrysippo Diogenes Laertius *Lib. VII. segm. 197.* scribit.

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XVIII.

[T et D. litteras in libris iuris nostri saepe commutari, conductis variis exemplis ostendit Radulph. Fornerius *Lib. I. rer. quotidian. cap. 10.*]

TABERNA. Illius adpellatio omne vtile ad habitandum aedificium demonstrat, ex eo, quod tabulis claudatur. *l. 41. §. 8. D. de legat. I.* Vnde *tabernacula* et *contubernales* adpellantur. *l. 183. 184. D. de verbor. signific.* Diomedes *Lib. III. p. 487.* *Secunda species togatarum, quae tabernariae dicuntur, humilitate personarum et argumentorum similitudine comoediis pares, in quibus non magistratus regesque, sed humiles homines et priuatae domus inducuntur, quae quod olim tabulis tegerentur, communiter tabernariae vocabantur.* Isidor. *Lib. XV. orig. cap. 2.* *Tabernae olim vocabantur aediculae plebeiorum paruae et simplices in vicis, axibus et tabulis clausae. Vnde et tabernariae, quod soleant considere. Dictae autem tabernae, quod ex tabulis lignisque erant constructae, quae nunc etsi non speciem, nomen tamen retinent.* [TABERNAE diaetis seu habitationibus opponuntur, *l. 12. D. quib. mod. vsusfruct. amitt.*] ¶. 2. TABERNARVM vero species variae sunt, vt argentariae: *l. 32. D. de contrahend. emtion.* casearia, *l. 8. §. 5. D. si seruit. vindic.* cauponia, *l. 43. D. de ritu nuptiar.* *Tabernas* quoque Suidas *Tom. III. pag. 422.* καπηλεῖα καὶ πανδοχεῖα, *cauponas et diuersoria* interpretatur. TABERNA ferraria *l. 13. D. de instruct. vel instrum. legat.* Item et TABERNA negotiatoria et purpuraria dicitur, in *l. 2. D. de institor. action.* *l. 91. §. 2. D. de legat. III.* ¶. 3. TABERNAE *instrumento* legato, loci dumtaxat non etiam totius negotiationis instrumentum legatum videtur: proinde institores legato non continebantur. Aliter atque si *instructa* TABERNA legetur. *l. 185. D. de verbor. signif.* *l. 13. D de instructo vel instrum. legat.* TABERNAM autem, qui *pignori dat*, merces, quae in ea sont, obligasse videtur. *l. 34. D. de pignorib.*

¶. 4. TABERNA cum caenaculo. *l. 7. D. de instruct. vel instrum. legat.* TABERNAE duae coniunctae, superior et inferior. *l. 1. D. de seruit. legat.* TABERNAM exercere: *l. 13. §. vlt. D. de institor. action.* In TABERNA merces erant. *l. 34. D. de pignorib.* TABERNAE vel popinae: *l. 41. §. 8. D. de legat. I.* TABERNAE praepositus: *l. 3. l. 19. §. 2. l. 8. D. de institor. action.* TABERNIS vti ad merces et negotiationem: *l. 27 §. 1. D. de vsufruct.*

TABERNARIVS, vt habet vetus Glossarium, est, qui tabernam exercet. *l. 52. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 5. D. de institor. action.* qui etiam alibi *tabernae praepositus* dicitur.

[TABIANA coopertoria, in *l. 38. §. 1. D. de aur. argent. legat.* sunt stragulae, quae Tabiis, oppido Liguriae, siue vt alii volunt, Paphlagoniae, Pancirol. *Var. Lect. II, 100.* cooficiebaotur: qood oppidum hodie magis claret *vino Apicio, vin du muscat*, quam stragulis, vt scribit Cuiacius *Lib. XXVI. Obseru. cap. 29.*]

TABELLARIVS. Vetus Glossar. TABELLARIVS *vel tabellio est publica persona, sacramento adstrictus in ciuitate, qui ciuitatis rationes scribit, et in acta redigit.* [Differre tamen *tabellarium* et *tabellionem* ex Cuiacio *ad Nouell. XLIV.* monet Vulteius *de iudic. Lib. I. cap. 7. n. 36.*] TABELLARIVS seruus. *l. penult. D. de adquir. rer. domin.* *litterarum gerulus*, vt Cassiodorus loquitur.

TABELLIO. Vet. Glossar. TABELLIO *est scriba publicus, qui ea tantum, quae gestis publicantur, scribit.* Alias TABELLIONES dicuntur, qui instrumenta formant, conficiunt, et conscribunt, *l. 9. §. 4. D. de poen. l. 14. §. 3. C. de sacros. eccles. l. 29. l. 31. §. 1. l. 49. C. de episcop. et cleric. Nouell. LXXIII.* Suidas *Tom. III. pag 422.* Ταβελλίων. ὁ τὰ τῆς πόλεως γράφων συμβόλαια, ὁ παρὰ τοῖς πολλοῖς νομικὸς λεγόμενος· ἅπαντα ἐπιτελῶν τὰ τῶν πολιτῶν γραμματεῖα, ἕκαστον αὐτῶν οἰκείοις ἐπισφραγίζων γράμμασι. *Tabellio, qui ciuitatis contractus scribit: vulgo νομικὸς dictus. Vel qui omnes ciuium tabulas conficit, vnamquamque earum manu sua obsignans.*

TABVLA. TABVLAE non testamenti dumtaxat, sed et cootractuum et alteriuscuiuscumque negotii dicuntur, ab eo, quod in tabulas ligneas cera illitas ea referri solerent. Vnde et ceratae a Plauto *in Asinaria* adpellantur. Exinde et bonorum possessio *contra tabulas* et *contra lignum* dari vulgo dicebatur. *l. 19. D. de bon. possess. contra tabul.* TABVLAE testamenti, in praetoris edicto, quo secundum tabulas bonorum possessio defertur, et io interdicto de tabulis exhibendis, accipimus omnem materiae figuram. Siue igitur tabulae sint, siue cuiuscumque alterius materiae,

riae, siue chart[illegible], siue membranae, siue corium animalis alicuius, *tabularum* adpellatione continebontur. *l. 1. D. de bonor. possess. secund. tabul.* Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 7. §. vlt.* ¶. 2. Memorantur autem in iure nostro et alias, TABVLAE auctionales apud Ambrosium *Lib. II. epistol.* TABVLAE cautionis, *l. 3. D. de suspect. tutor.* TABVLAE rem saluam fore cautionis. *l. 5. D. eod. tit.* TABVLAE contractus: *l. 4. C. si quis alteri vel sibi.* TABVLAE publici vel priuati contractus. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 6.* TABVLAE dotis; *l. penult. princ. D. de donat. int. vir. et vxor.* dotales: *l. 12. D. de dote praeleg. l. 29. D. de pact. dotal.* et B. Augustin. *Sermon. LXXXXVII.* TABVLAE emtionum: *l. 1. C. Theod. de his, qui veniam aetat. impetr.* instrumentorum reipublicae, *l. 31. l. 32. D. de furt.* nuptiales, in *l. 31. princ. D. de donation. l. 9. C. de nuptiis.* et apud Tertullian. *ad vxorem Lib. II. cap. 3.* et Apulei *Apolog. II.* et Augustin. *Lib. II. de morib. Manichaeor.* quas tabulas matrimoniales vocat Iul. Firmicus *Mathes. Lib. VII. cap. 7.* TABVLAE obligationis: *l. 6. C. de fideiussor.* TABVLAE, quibus pecunia expromissa erat. *l. 104. §. 1. D. de legat. I.* TABVLAE testamenti, quae et simpliciter tabulae, vt apud Iuuenalem *Sat. XIV.*

Posthaec tabulas mutare parauit.

Sic et *tabulae* ad natam filiam pertinentes. *l. 9. C. de nupt.* et in praetoris edicto de bonorum possessione secundum vel contra tabolas, et de tabulis exhibendis. TABVLAE plane testamenti non intelliguntur, in quibus haeres scriptus non est, magisque codicilli, quam testamentum intelliguntur. *l. vlt. D. de iur. codicillor.* Sic et *tabulae* substitutionis: *l. 18. §. 4. D. de alim. vel cibar. legat.* TABVLAE supremae. *l. 1. §. 1. D. de bonor. poss. secund. tab.* vide *Lib. XVII.* in *supremus.* TABVLAE venditionis: *l. 2. C. si mancip. ita venier.* et apud Senec. *Lib. IV. controuers.* ¶. 3. Sunt et aliae *tabularum* species: veluti TABVLAE adfixae et parietibus adiunctae: *l. 41. §. 13. D. de legat. I.* TABVLAE eboreae: *l. 2. §. 4. D. de orig. iur.* ligneae: *l. 60. D. de adquir. rer. domin.* TABVLAE nauis: *l. 83. §. 5. D. de verbor. oblig. l. 35. D. de euictionib.* TABVLAE pictae: *l. vlt. D. de aedilit. edicto. l. 17. §. 3. D. de action. emti. l. 34. D. de contrah. emtion.* Ascon. Paedian. *in III. Verrin. Ex quibus proditur, quam multae tabulae pictae, quot signa apud eum nulla emtionis origine furto esse noscantur.* ¶. 4. TABVLAE accepti et expensi, et *tabulae* societatis publicanorum. Cicero *in Verr. II, 74.* Ad TABVLAM. Cic. *Lib. XII. ad Attic. epist. 40. et Lib. XIII. epist. 25.* pro *tabulis auctionum.* TABVLAE nouae: Cic. *Lib. V. ad Attic. epist. 21. et Lib. XIV. ep. 21.* TABVLAE publicae: *l. 2. D. ad leg. Iul. maiest.* TABVLAE quaestioni[illegible] Cic. *pro Cluent. cap. 33.* ¶. 5. Tenendae etiam loqoutiones. TABVLARVM aedituus, *l. 3. §. 3. D. de tabul. exhib.* Conficere TABVLAS. Cic. *pro Coelio Cap. VII. et I. Verrin. Cap. XXIII.* TABVLIS continetur portio actionum. *l. 59. D. de legat. III.* [Si ad ianuam meam TABVLAS fixeris. *l. vlt. §. 7. D. quod vi aut clam.* Cuiac. *Lib. XVI. Obseru. cap. 22.*] Ex TABVLIS nauem facere. *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. domin.*

TABVLAS supprimere. Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 7. §. 4.*

TABVLARIA, *Tabulariam* administrare. *l. vlt. C. de seru. reip.*

TABVLARIVM, in quo sunt complurium mancipiorum emtiones, sed et fundorum, et variorum contractuum instrumenta: praeterea et nomina debitorum. *l. 92. princ. D. de legat. III.* TABVLARIVM φυλακτήριον τῶν συμβολαίων interpretor ex Plutarchi *Quaestion. Roman.*

TABVLARIVS a tabulis dicitur, *l. vlt. D. de muner. et honor. l. 2. C. de iure fisci. l. 1. C. de tabular.* qui instrumenta publica testationesque conscribit. *l. 11. C. qui potior. in pignor.* vbi *tabularii* et *conditionales* vocantur. *l. vlt. §. 10. D. de muner. et honor. l. 3. §. 3. D. de tabul. exhib. l. vlt. C. de iur. emphyteut. l. 8. C. de testament. tut. l. 9. C. de defensor. ciuit. l. vn. §. 1. C. de Latin. libert. toll. l. vn. C. de annal. except. l. 1. C. de exactor. tribut. Lib. X. rubr. C. de tabular. Lib. X. l. 2. C. de iur. fisc. l. 2. C. de conuen. fisc. debitor. Lib. X. l. 2. C. de his, qui ex public. ratiocin. Lib. X. l. 1. C. de immun. nem. conced. Lib. XI.* ¶. 2. TABVLARIVS etiam pro calculatore, quem Graeci διαψηφιστὴν vocant, qui in tabula calculandi et computandi artem pueros docet, vel alias eam artem tenet. *l. 1. §. 6. D. de extraordin. cognit.* Quem etiam huius verbi sensum *l. vlt. in fin. D. si mensor fals. mod. dix.* ostendit.

TAC.

TACITE et aperte opponuntur, in *l. 64. D. de iur. dot. l. 77. D. de regul. iur.* sicut et *tacite* et expresse. Sic TACITE accedere dicitur, quod etiamsi non exprimatur, natura sua rei inest. *l. 75. in fin. D. de euiction.* TACITE adimere: *l. 30. §. 2. D. de admend. legat.* TACITE cautum: *l. 7. C. de reuocand. donat.* TACITE concessum: *l. 1. D. de pecul.* TACITE continere: *l. 4. D. de except. rei iudicat.* TACITE contineri et verbis exprimi opponontur, *l. 65. §. 1. D. de legat. I.* Pignus vel hypotheca TACITE contrahi. *rubr. D. et C. in quib. causs. pignor.* TACITE conuenire: *l. 2. princ. l. 7. D. de pact. l. 4. princ. l. 6. D. in quib. causs. pign. vel hypoth.* conuenisse: *l. 2. §. 6. D. de doli mal. exception.* TACITE valent conuentiones: *l. 4. D. de pactis.* TACITE conuentum: *l. 6. D. in quib. causs. pign.* TACITE in dotem conuersa: *l. 39. D. de iur. dot.* Quaedam TACITE excipiuntur: *l. 9. D. de seruit.* TACITE exheredare: *l. 9. C. de testament. milit.* TACITE inesse haec conuentio stipulationi videtur. *l. 38. D. de solution.* TACITE quaedam insunt stipulationibus, *l. 2. §. 3. D. de eo, quod certo loco.* TACITE inesse conditiones: *l. 99. D. de condit. et demonstrat.* TACITE inserere partes substitutioni. *l. 1. C. de impub. et al. substit.* TACITE intelliguntur pignori esse fructus agri: *l. 7. princ. D. in quib. causs. pign.* TACITE obligari: *l. vlt. C. eod. tit.* TACITE pactum videri: *l. 57. D. de pactis.* TACITE promittere: *l. 10. D. de his, quae vt indign.* ¶. 2. TACITE relictum videtur, quum neque testamento neque

neque codicillis palam datum, sed chirographo cauit is, cuius fides eligitur, quod ad se ex bonis defuncti peruenerit, id ei, qui alioquin capiendi ius non habeat, restituturum. *l. 1. l. 3. princ. l. 40. §. 1. l. 42. D. de iur. fisc. l. 12. in fin. D. de fideicommiss. libert. l. 21. D. de inofficios. testam. l. 83. D. de adquir. vel omitt. heredit.* Quo bene adludit Synesius *epist. I.* quae quatenus ex hac metaphora tacitorum fideicommissorum pendet, volgo obscura habetur. Agit autem in ea de libris suis rhetoricis, quos pro vulgo quaesitis liberia habet. Et tamen perinde atque iustos et legitimos eos complecti scribit, vt pro iustorum loco eos ac lubens sit habiturus, nisi leges, quae acres sunt ingenuitatis patronae, repugnaverit. Itaqoe id eos demum ex bonis suis laturos scribit, quod *clam et tacite* in eos sit collaturus. Verba eius, quibus hanc postremam orationem exprimit, haec sunt: *ἔχει καὶ κέρδος, ὅ, τι ἂν αὐτῷ λάθρα χαρίσωμαι.* Vnde etiam quod ita relinquitur, TACITVM *fideicommissum* vocatur. *l. 18. D. de his, quae vt indign.* TACITE relinqui. *l. 1. C. de delation.* TACITE relicta bona: *l. 18. D. de his, quae vt indign.* TACITE rogatus: *l. 21. D. de inoffic. testam. l. 12. D. de fideicomm. libert. l. 13. D. de his, quae vt indign. l. 83. D. de adquir. heredit.* Dicitur etiam TACITE in obligatione tempus contineri, quae per rerum naturam praestari non potest. *l. 40. §. vlt. l. 73. D. de fideiussor. l. 83. §. 5. D. de verbor. obligat.*

TACITVS, A, VM, aperto, expresso opponitur. TACITA ademtio: *l. 5. D. de adimend. legat.* TACITA conditio: *l. 2. D. pro socio. l. 68. D. de iur. dot.* TACITVS consensus: *l. 16. C. de locato et conducto.* TACITA conuentio: *l. 3. D in quib. causs. pign. vel hypoth. tacite contrah.* Plin. *Lib. V. epistol. 1.* TACITA ciuium conuentio: *l. 35. D. de legibus.* dissimulatio: *l. 1. C. de in integr. restitut.* ¶. 2. TACITVM *fideicommissum* interpretare, quae quis non capienti tacite rogatus est restituere *l. 18. princ. et §. 1. l. vlt. D. de his, quae vt indign. l. 1. C. de delator. Lib. X. l. 13. D. ad leg. Falcid. l. 3. C. eod. tit. l. 17. §. 2. D. de vsur. l. 3. D. de probation. l. 1. C. de delator. Lib. X. l. 3. D. de iur. fisc.* Quinctil. *Lib. IX. cap. 2. Ream tuebar, quae subiecisse marito testamentum dicebatur, et chirographum marito exspirante heredibus dedisse, et verum erat. Nam quia per leges institui vxor non poterat heres, id fuerat actum, vt ad eam bona per hoc* TACITVM FIDEICOMMISSVM *peruenirent.* Scripserat et Paollus librum singularem *de tacitis fideicommissis.* Porro non eo minus *tacitum fideicommissum* est, quod palam testator reliqoerit, si personam, cui restitui vellet, non significaoerit. *l. 123. §. vlt. D. de legat. I.* Cuius rei exemplum est in Quinctil. *declam. cccxxv.* in qua diues fingitur decessisse herede instituto bonorum paupere, cum elogio tali: FETO VT HANC HEREDITATEM TAMQVAM FIDEICOMMISSAM. Ex quibus verbis tacita fides suscepta arguitur: *difficile*, ait, *est quidem natura probare tacitum fideicommissum. Quomodo tamen probamus? Elogium scriptum est, palam certe et manifeste electus hic est ad transitum hereditatis, silentium et fides est, inquam, de restituenda hereditate.* Sic quoque per TACITAM fidem translata praedia dicuntur, in *l. 15. §. penult. D. ad municip.* quae in fraudem munerum ciuilium in alium nomine tenoa translata sunt, ita vt reipsa maneant in prioria possestoris dominio. Eodemque sensu *tacita* pro occulta et clandestina, apud Plinium *Lib. V. epist. 1.* TACITA porro *fideicommissa* describit D. Ioannes Chrysostomus *περὶ πίστεως.* Οἱ δὲ, inquit, *παρακαταθήκας ἐνδόασιν ἄνευ μάρτυρος, ἢ δεδιότες μὴ ἀφαιρεθῶσιν· ἔνιοι δὲ τῶν νόμων ἀπαγορευόντων μὴ καταλιπεῖν κληρονόμους, ὡς αὐτοὶ βούλονται, ἑτέρους καταλείπουσιν ἐντειλάμενοι, τὰ χρήματα ἀποδοῦναι τοῖς αὐτῶν ἐπιτηδείοις* Vetus Glossar. *τάκητον συγερὸς, ὅ ἐστι ἔξω τῆς διαθήκης καὶ τοῦ κωδικέλλου κείμενος ἀγνοούμενος τινὶ οὐ κατελείφθη.* Vetus Glossar. TACITVM interpretatur *τὸ κείμενον ἔξω διαθήκης, καὶ τοῦ κωδικέλλου, καὶ τὰ ἀγνοούμενον τινὶ οὕτω κατελείφθη* Aliud: TACITVM, *ὅπερ ἐπαγγέλλεται ὁ κληρονόμος διδόναι τῷ μὴ δυναμένῳ λαβεῖν.* Sic etiam TACITA fides dicitur, *l. 13. §. 7. D. de iure fisci.* TACITAE fidei heredis committere. *l. 48. D. eod. tit.* Sic quoque TACITAM *fidem* contra leges adcommodare intelligitur, qui vel id, quod reliquoitur, vel aliud tacite, id est, clam, videlicet domestica cautione vel chirographo, vel nuda pollicitatione promittit, se restituturum personae, quae legibus ex testamento capere prohibetur. *l. 10. l. 11. D. de his, quae vt indign. l. 103. D. de legat. I. l. 43. §. 3 D. de vulgar. et pupill. subst. l. 13. D. de dote praeleg.* Vlpian. *tit. XXV. Regul. §. 17.* Sic etiam TACITAM fidem interponere dicitur, in *l. 46. D. de heredit. petit.* quod et restituendi *tacitum ministerium suscipere* Papinianus adpellat, in *l. 18. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* Seneca etiam *in Oedipo*, TACITAM *fidem praestare* dixit. vide supra, *tacite relinquere.* ¶. 3. TACITAE hypothecae: *l. 1. §. 1. C de rei vxor. act. toll. l. 1. C. commun. de legat.* TACITVS intellectus: *l. 60. §. 3. D. mandati.* TACITO iure partes coheredum omittentium hereditatem adeunti adcrescere dicuntur. *l. 67. D. de adquir. hered.* TACITA maodata: Iustin. *Lib. XXXI. cap. 2.* TACITA obligatio: *l. 7. §. vlt. D. mandati.* TACITA pactio: *l. 27. §. 9. D. de pact.* TACITA pactio, in *l. penult. §. 2 D. de bonis libert.* accipitur pro ea, quae in fraudem alicuius facta est, [vt et plerumque *tacita* quum dicimus, fraudes dicimus. Cuiac. *ad l. 1. C. de delator.*] Aliter TACITA pactio, in *l. 3. C. in quib. causs. pign. vel hypoth.* TACITVM pactum: *l. 2. C. de pact.* TACITA pecunia: *l. 47. §. 1. D. de pact.* TACITA pensatio, id est, compensatio adpellatur ea, quae licet verbis expressa non sit, in re tamen competat *l. 67. §. 3. D. de legat. II.* TACITVM pignus: *l. 4. §. 1. D. in quib. causs. pign.* TACITVM *Senatusconsultum* quid sit, explicat Iul. Capitolin. *in Gordianis Cap. XII.* TACITA substitutio, dicitur, quae inesse videtur institutioni. *l. 25. D. de hered. instit.* TACITA suffragia nuncupantur, quae scilicet per tabellas non viua voce ferebantur. Iustin *Lib. XXII. cap. 2.* et Plin. *Lib. III. epist. 19.* TACITA summa, id est, quae non continebatur scriptura mensae. *l. 47. §. vlt. D. de pact.* vide Gellium *Lib. XII. Noct. Attic. cap. 12.* TACITVM tempus, id est, dilatio, quae ex re ipsa inest promissioni. vide *tacite.*

TAE.

TAEDIVM vitae. *l. 45. §. 2. D. de iur. fisci. l. 1. C. de bonis eor. qui ante sent. l. vlt. §. 4. D. eod. tit. l. 1. §. 23. D. ad SC. Silanian. l. 6. §. 7. D. de re milit.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 12. l. 11. §. 3. D. de his, qui not. infam.* [TAEDIO adfectus creditor. *l. 5. D. vt in possess. legator.*]

TAL.

TALIO, ait Isidor. *Lib. V. cap. 27. est similitudo vindictae, vt taliter patiatur quis, vt fecit.* Aristoteles *Lib. V. de morib.* ἀντιπεπονθὸς vocat. Lexicon B. Germani ἀντιπήρωσιν. Imperatores *similitudinem supplicii* vocant in *l. vlt. C. de accusation.* Eodem modo et vetus Glossarium: TALIO *est similitudo supplicii, vt patiatur quis taliter, vt fecit.* Verbum autem hoc ex XII. Tabulis fluxit. Add. supra, RECIPROCVS.

TALIS, *qualis. l. 116. §. vlt. D. de legat. I. l. 3. D. de instruct. vel instrum. legat.*

TAM.

[TAM, *quam*, inuersa loquendi ratione. *princ. Instit. de hered. instit.* Similia exempla congessimus supra *Lib. XII. in non minus.*]

[TAMEN restrictiue vsurpatur in *l. 19. D. de petit. heredit. et l. 27. D. ad SC. Trebell.*]

☞ ¶. 2. TAMEN aliquando pro autem vel quidem. Licet TAMEN praetor, si cum eo, qui in potestate sit, gestum sit, polliceatur actionem: *tamen* etc. *l. 3. princ. D. de pecul.* Nec *tamen* semper exspectandum est. *l. 38. §. 1. D. mandati.* Lamprid. *in Commod. Cap. V. Tunc tamen Perennis cuncta sibi vindicauit.* HEIN.

[TAMQVAM non semper improprietatis nota est, vt in *l. 2. D. arbor. furt. caesar.* sed quandoque etiam caussaliter sumitur, vt in *l. 14. C. de Iudaeis.*]

TAN.

[TANTI, *quanti*, id est, tot, quot. *l. 65. princ. D. de legat. I.*] Add. Cl. Duker. *de Latin. iurisc. p. 358.*

TANTIDEM aestimare *l. 63. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 18. D. de iur. dot. l. 66. §. 3. D. solut. matrim.* TANTIDEM debitor: *l. 49. D. de pecul.* TANTIDEM locari: *l. 3. §. 6. D. de iur. fisc.* TANTIDEM ponderis: *l. vlt. D. de praescript. verb.*

TANTISPER, interim. *l. 7. §. 10. D. de adquir. rer. dom. §. vlt. Inst. per quas pers. cuiqu. adquir. l. 3. §. 1. D. de tutel.*

TANTO magis, in *l. vlt. D. de eo, quod certo loco.* et apud Quinctilian. *declam. CCLXX.*

[TANTVM, pro adeo. *l. 31. vers. tantum, C. de episcop. et cler.*] ¶. 2. In TANTVM vt. *l. 55. D. de rit. nuptiar. l. 6. D. de rer. diuision.*

TANTVMDEM. *l. 7. D. de condict. indeb.* TANTVMDEM est: *l. 15. D. de reb. dub.* erit: *l. 1. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* dici potest: *l. 6. D. de hered. instit.* TANTVMDEM iuris est: *l. 14. §. 1. D. de ritu nuptiar.* TANTVMDEM des: *l. 1. §. 1. D. de legit. tut.* TANTVMDEM praestare: *l. 6. D. de reb. credit.* TANTVMDEM praetor facit: *l. 3. §. 1. D. de administr. tutor.* TANTVMDEM Marcellus tractat: *l. 9. §. 5. D. de hered. instit.* TANTVMDEM, *quantum. l. 10. §. 7. D. de in rem verso.*

TANTVSDEM. TANTAMDEM partem. *l. 29. §. 1. D. de legat. III.* TANTAMDEM pecuniam: *l. 30. §. 1. D. de pact.* TANTAMDEM summam: *l. 10. §. 8. D. de in rem verso.*

TAR.

TARDITAS. TARDITATIS gratia: *l. 7. §. 3. D. de administr. et peric. tut.*

TARDIVS adire: *l. 15. D. de fideicomm. libert.* agere: *l. 21. § 3. D. de act. emti.* TARDIVS latum pretium: *l. 5. D. de pact. inter emtor.*

TARVNTIVS *Paternus* citatur ab Aemilio Macro, in *l. 12. §. 1. D. de re milit.* [Idem hic est *Paternus* cum illo, qui Commodo Imperatori praefectus praetorio fuit, si coniecturam sequimur Thomae Reinesii *Class. I. Inscript* 60 *p. 38.*] Vocatur alias *Taruntenus*, et in Indice Florentino Ταῤῥύντηνος Πάτερνος, et omnino non alius est ac *Taruntenus*, quem Commodus praefectura praetoriana functum occidit. ☜ Lamprid. *in Commod. Cap. IV.* vt adeo vana videatur coniectura Guidon. Pancirol. *Var. Lect. I, 79.* ad *Paternum* nostrum pertinere rescriptum Alexandri Imp. *l. 2. C. de magistrat. conuen.* Reliquit *de re militari* libros IV. ex quibus est *l. 7. D. de re milit. l. 12. D. eod. tit. l. vlt. D. de iure immunitat.* immo et *l. 15. D. de re milit.* quae Papiniano alias tribuitur, si audimus Stewechium *ad Vegetium p. 25.* Ipse Vegetius *de re militari I, 8.* eum citat, *diligentissimumque iuris militaris adsertorem vocat.* HEIN.

TAX.

TAXARE. Fest. Pompei. *Lib. XVIII.* TAXAT, inquit, *verbum ponitur in iis, quae finiuntur, quoad tangi liceat, in litibus quoque cum arbitro praescribitur, quoad ei ius sit statuendi.* Hoc modo accipiuntur verba: TAXATA quantitas, in *l. 3. C. de inutilib. stipulat. l. 2. C. de rer. permut.* TAXATA pretio species, in *l. 21. C. de iure dotium.* TAXARE vsuras, in *l. 108. §. vlt. D. de legat. I.*

TAXATIO. Eam Iustinianus *in Nouell. LXIII.* interpretatur ῥητὴν ποσότητα ὁριζομένην παρὰ τοῦ δικάζοντος· *certam quantitatem a iudicante definitam.* Et ita hoc verbum accipiendum est in *l. 68. D. de rei vindic. l. 18. D. de dolo malo. l. 3. §. 2. D. ad exhib. l. 39. §. 1. D. de oper. libert.* Ita quoque explicandum verbum TAXATIO, in *l. 6. D. vt legator. seruand. caussa.* TAXATIO, condemnationis: *l. 4. C. de action. emti.* TAXATIO

TAX. TEC.

TIO fructuum: *l. 5. C. si quis alt. vel sibi.* peculii: *l. 24. §. 1. D. de act. emti.* Verae substantiae TAXATIO. *l. vlt. C. de magistrat. conuen.* TAXATIONEM iureiurando adiicere: *l. 4. §. 2. D. de in litem iurand.* Vet Glossar. Graecum: TAXATIO, *ἡ φαινομένη ποσότης τῶν ὀρθῶς καὶ ἀληθῶς δαπανηθέντων, ἐφ' οἷς καὶ ὅρκος ἐτελεσιουργήθη.* Aliud Glossarium: *ἡ δικαία διατίμησις.* ¶. 2. TAXATIONES etiam in sententiis, contractibus, testamentis, et aliis negotiis dicuntur clausulae, quibus eius, quod agitur, pronunciatura vis restringitur et coercetur, et temperatur. *l. 24. in fin. D. de act. emti. l. 6. D vt legator. l. 41. in fin. D. de legat. II. l. 5. D. de tritico, vino, oleo.* Quinctilian. *declam. XIII. Crimen istud non priuatam taxationem formulae merebatur.* Nam Festus *Lib. XVII.* scribit, TAXATIO *dicebatur, quum arbitro praescribebatur, quoad et ius esset statuendi.* Add. Cuiac. *Lib. II. Obseru. cap. 12.*

[TAXEOTA, id est, in ordine constitutus. *l. 35. princ. C. de Episcop. et cleric.*]

☞ ¶. 2. TAXEOTA, *ταξεώτης*, pro cohortali, siue officiali, qui ex adparitoribus est alicuius magistratus. *Nouell. CXXIII. cap. 1.* Ita Anton. Augustin. *in verborum quorumdam Iuliani interpretatione.* Glossar. Graecum: *ταξεώτης, adparitor, officialis.* HEIN.

TEC.

TECTOR. Hae adpellatione designantur dealbatores, qui *κονιάται* Graecis dicuntur. *l. 5. §. 7. D. commodati. l. 27. in fin. D. ad leg. Aquill. l. 1. C. de excusat. artific. Lib. X.* Horum opificium ita Tertullianus *de idololatr. Cap. VIII.* explicat. *Scit albarius tector et tecta sarcire, et tectoria inducere et cisternam liare, et cymatia distendere, et multa alia ornamenta praeter simulacra* ☞ *parietibus incrispare.* At quum TECTORES etiam machinas curarint, *l. 5. §. 7. D. commodati.* et trochos posuerint, *l. vn. §. 4. D. de via publ. et si quid in ea fact.* (ita enim in melioribus editionibus legitur,) denique lacus curarint vino plenos, *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquill.* non obscurum est, tectores etiam fuisse fabros machinarios, ceu existimauit Io. Brodaeus *Miscell. X, 4.* vnde non opus est, in *l. 27.* cum Budaeo legas *victor*, vel cum Alciato *tecton.* Probum est enim *tector*, et Vlpiano familiarissimum. vide supra ALBARIVS. HEIN.

TECTORIVM et TECTORIA sunt incrustationes splendorem transmittentes, quae ex gypso et calce vel ex marmore tuso compositae parietibus inducebantur et illinebantur, vt Vitruuius *Lib. II. cap. 4. et Lib. VII. cap. 3.* docet. Plinius *Lib. XXXVI. cap. 23.* TECTORIVM, ait, *nisi ter arenato et bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet.* Inuenitur autem hoc verbum in *l. 7. in fin. D. de vsufruct. l. 38. in fin. D. de rei vindicat. l. 3. §. 9. D. vti possidetis. l. 3. §. 4. D. de in rem vers. l. 17. §. 3. D. de action. emti. l. 40. D. de damn. infect.* Sic TECTORIIS exornare domum solent veteres. *l. 3. §. 4. D. de in rem versa.* hinc tectoris quoque loricationes dicuntur in *l. 79. in fin. D. de verbor. signif.* TECTORIVM imponere parietibus, pro inducere, dixit Neratius in *l. 44. D. de vsufruct.* Vulgaria TECTORIA, in *l. 13. in fin. D. de seruit. praed. vrban.* quae Seneca *epist. XIII. gregalia* vocare videtur, vbi *balnea gregali* TECTORIO *inducta* dicit. In plerisque locis hic notatis, nec non in *l. 3. §. 9. D. vti possidetis* tectoria non solum albarium opus denotare videntur, sed simul picturas illi inclusas, quibus exornari solebant parietes. Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXIX.* Saltim tabularum pictarum tectorio inclusarum meminit Vlpianus *l. 17. §. 2. D. de action. emti.* HEIN.

TEC. TEG. TEL.

TECTORIVS. Opus TECTORIVM: *l. 241. D. de verbor. signific.*

TECTVM. Sub eodem TECTO in SC. Silaniano quid significet, exponit Vlpianus, in *l. 1. §. 26. D. ad SC. Silanian.* qui praeterea sub eodem TECTO esse dicantur, vide *l. 11. §. 4. D. ad leg. Falcid.* [TECTVM turbatur. *l. 13. §. 7. D. de vsufruct.*]

TEG.

TEGVLA a tegendo dicta. TEGVLAE adfixae, aut seorsum positae: *l. 9. D. quod vi aut clam.* TEGVLAS in aedificium conicere: *l. 30. D. de vsurpat. et vsucap.* TEGVLAE tecto deiectae: *l. 24. §. 4. D. de damn. infect* TEGVLAE ex fundo factae: *l. 68. D. de contrah. emtion.* TEGVLAE nondum aedificiis impositae: *l. 18. §. vlt. D. de action. emti.* TEGVLAS de aedificio tollere: *l. 7. §. vlt. l. 9. D. quod vi aut clam.*

TEL.

TELA. In TELA est linum. *l. 70. §. 11. D. de legat. I.*

TELONARIVS, in *l. 3. C. Theod. de indulg. debitor.* Moschopulus *περὶ σχεδῶν. Τελώνης*, ait, *ὁ τὰ τέλη ὠνούμενος, οἷοί εἰσιν οἱ τὰ τῆς θαλάττης καὶ τὰ τοῦ ἀντιπάυλου διενεργοῦντες νῦν.*

TELONEVM. *Canonem* TELONEI apud Cassiodorum *Lib. V. Variar. epist. 39.* legimus, Gothorumque regibus pensitatum fuisse inde intelligimus. Et plane TELONEA inter regalia ponuntur in constitutione Friderici Imperatoris *II. Feud. 56.* Ad quam pertinet, quod Radeuicus *Lib. IV. de gestis Friderici cap. 5.* ita scribit. *Tam Episcopi, quam primates, vno ore, vno adsensu in manum Principis regalia reddere, primique resignantium Mediolanenses exstitere, requirentique de hoc ipso iure quid esset, adiudicauerunt ducatus, marchias, comitatus, consulatus, monetas,* TELONEA. *Fodrum* autem quid esset, vt hoc obiter et extra rem propositam explicetur, Otho Frisingens. *Lib. II. de gestis Friderici cap. 12.* indicat, quo verbo idem auctor *Lib. II. cap. 23.* vtitur,

TELVM vulgo quidem, quod arcu mittitur, generaliter tamen quidquid manu iaci ac mitti potest, significat. Itaque et lignum et ferrum et lapis TELVM dicetur. Vnde Paulhus in *l. 11. §.*

1. D. ad leg. Iul. de vi public. TELORVM adpellatione omnia, ex quibus singuli homines nocere possunt, accipiuntur. Et ita TELI verbum in XII. Tabulis, quae latronem, qui se TELO defenderet, occidi permittebant, acceptum Caius in *l. 233. D. de verbor. signific.* et in *l. 54. §. 2. D. de furt.* tradit. Quomodo etiam in *l. 1. §. 17. D. de SC. Silanian.* et in lege Cornelia de sicariis verbum hoc accipiendum est. *§. 5. Inst. de public. iudic.* Festus vero *Lib. I.* TELA ab *armis* proprietate significationis hoc distare scribit, *quod* TELA *sint ea, quibus procul praeliamur:* ARMA *vero ab humeris dependentia.* Seruius *ad Lib. II. Aeneid. v. 468.* in haec verba: *telorum interea cessat omne genus; bene,* ait, *addidit genus.* TELVM *enim dicitur, secundum Graecam etymologiam, ἀπὸ τῦ τηλόθεν, quidquid longe iaci potest: quamquam legerimus de gladio Lib. IX. Aeneid. v. 747.*

At non hoc telum mea quod vi dextera versat.

et sequitur: consurgit in ensem, dictum autem telum a longitudine, unde mustelam dicimus. Sic Graeci βέλος *dicunt, ἀπὸ τῦ βάλλειν.* Interpres Euripidis *in Hecub.* βέλος πᾶν τὸ βαλλόμενον. TELA non numquam latissime non modo arma, quibus vel cominus vel eminus pugnatur, sed et quaeuis instrumenta, quibus vulnus infligi posset, vocantur. Sisenna apud Nonium *in* TELA. *Manuales lapides dispertit, quod is ager huiusmodi* TELIS *abundabat.* Tacitus *de morib. German. Cap. VI.* Genera TELORVM, quibus Germani vtebantur, recenset, *gladios, maiores lanceas, hostas vel frameas. Cultrum* ex laniunis taberna abreptum TELVM vocat Liuius *III, 50.* qui alibi *Lib. I. cap. 40 securim,* et *falces, agrestia* TELA adpellat *Lib. IX. cap. 36.* Sed et *dentes* TELA sunt Senecae *de ira III, 4. ignes* Sallustio *Iugurth. Cap. LX.* vbi legendus Cortius *in notis.* HEIN. ¶. 2. Hinc loquutiones: Cum TELO ambolare: *l. 1. D. ad leg Cornel. de fals.* TELO se defendere; *l. 1. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 4. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 7. §. 1. D. quod met. causs.* Cum TELO esse: *l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* TELVM in feram missum; *l. 11. §. 2. D. de poenis.* TELVM tutandae salutis caussa gerere. *l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi public.*

TEM.

TEMERARE commissa: *l. 18. C. de his, qui accus. non possunt.*

TEMERARIVS. TEMERARIA licentia. *l. 4. C. de obsequ. par. et patron.* TEMERARII, *l. 7 D. ad leg Iul. maiestat.*

TEMERATOR. *l. 29. D. ad leg. Cornel. de fals. l. vlt. C. de defensor. ciuitat.*

TEMERE, id est, inconsulta facilitate aliquid facere. *l. 41. D. de recept. arbitr.* Sic TEMERE aedificare: *l. 7. §. 12. D. de adquir. rer. domin.* TEMERE adpetere hereditatem: *l. 57. D. de adquir. vel omitt. heredit.* TEMERE dare: *l. 3. §. 1. D. ad leg. Cornel de sicar.* [Litteris TEMERE descriptis: *l. vlt. C. comminat. epistol.* TEMERE separationem petere, cui respondet iustissima ignorantiae caussa; *l. 1. §. 17. in fin. D. de separat.*] TEMERE procedere ad accusationem; *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill.* TEMERE prolatum: *l. 2. C. qui bon. non ceff.* TEMERE prouocare: *l. 6. §. 4. C. de adpellat.* Symmach. *Lib. I. epist. 32.* TEMERE relinquere: *l. 40. D. de heredit. petit.* TEMERE suscipere successionem: *l. 58. D. soluto matrimon.* ¶. 2. TEMERE litigare et controuersiam mouere dicuntur, qui per calumniam quid petunt aut sine iusta caussa experiuntur. *l. 29. princ. l. 39. §. 1. D. de liberal. causs. l. 79. D. de iudic. tit. Inst. de poen. temere litigant.* ¶. 3. *Non* TEMERE, pro non passim, vel facile. Sic *non* TEMERE accipitur in *l. 7. §. 3. D. de iniur. l. 64. D. de regul. iur. l. 41. D. de fideiussor. l. 1. §. 4. D. de dolo mal. l. 27. D. de hered. petit.* *Non* TEMERE admittendum: *l. 9. C. de his, qui accusar. non poss.* Sueton. *in Domitian. Cap. XIX.* *Non* TEMERE *laboris impatiens, per vrbem pedibus non* TEMERE *ambulauit.* *Non* TEMERE alimenta decernere: *l. 3. §. 4. D. vbi pupill. educ. vel mor.* *Non* TEMERE permittenda: *l. 7. C vectigal. noua.* Argentum, quo ipse *non* TEMERE vteretur, inquit Alphenus in *l. 28. D. de auro, argent. legat.* Sic etiam apud Liuium *Lib. XXX.* et Sueton. *in Augusto Cap. LV. LXXIII. LXXVII.*

TEMERITAS accusatorum. *l. 1. D. ad SC. Turpill.* agentium: *l vlt. D. de furtis.* [Per TEMERITATEM ad accusandum prosilire: *l. 2. C. de abolition.*]

TEMONARII dicuntur, qui temonarium tributum exigunt. *l. 2. C. de priuileg. eor. qui in sacro palat.* in qua tamen vulgo *turmariorum,* aut, vt alii emendant, *telonariorum,* pro TEMONARIORVM legitur. Quod vitiom satis perspicue ex eo deprehenditur, quod *capitularios* eos vocari Imperatores aiunt. *Capitulum* autem atque *temonem* alias coniungi docuimus.

TEMONARIVS, A, VM, a temone dicitur. TEMONARIA functio in *l. 14. C. Theod. de extraordin. muner.* TEMONARIA onera, in *l. 1. C. de palatin. sacrar. largit. Lib. XII. l. 4. C. de dignitat. Lib. XII.*

TEMONES inter praestationes et munera referuntur in *l. 4. C. de proxim. sacr. scrin. Lib. XII.*

TEMPERAMENTVM, moderamen. *l. 28. D. de aedilit. edict.* TEMPERAMENTVM admittere. *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. 1.* et in *l. 5. §. vlt. D. de poenis.* TEMPERAMENTVM benignitatis: *l. 11. D. de poenis.* Cum aliquo TEMPERAMENTO temporis: *l. 105. D. de solution.*

TEMPERARE, pro abstinere. *l. 1. §. 9. D. de offic. praefect. vrb.* Sic TEMPERARE ab iniuria: *l. 5. C. de ingenuis manumiss.* TEMPERARE iis, quae sunt prohibita. *l. 1. §. D. de offic. praef. vrbi.* TEMPERARE legato: *l. 41. D. de bonis libertor.* ¶. 2. TEMPERA-

PERARE quoque pro moderari dicitur. Sic: TEMPERANOVM est arbitrio praetoris: *l. 16. D. ex quib. causs. maior.* TEMPERARE conditionem solet praetor. *l. 4 D. de condition. et demonstrat.* TEMPERARE dolorem: *l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adulter.* TEMPERANOA iurisdictio: *l. 1. C. de pignor.* TEMPERARI modus: *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. III.* TEMPERARI res debet: *l. 96. §. vlt. D. de legat. II.* TEMPERANOA res est: *l. 17. D. de vsuris.* TEMPERARI res cautionibus: *l. 45. D. ad leg. Falcid.* TEMPERARI res decreto: *l. 6. D. de legat. praestand.* et decretis: *l. 85. §. vlt. de regul. iur.* TEMPERARI res per exceptionem: *l. 88. D. ad leg. Falcid.* TEMPERARI sententiam, dixit Paull *Lib. V. Sent. tit. 3.* In factum verbis TEMPERANDAM actionem dandam: *l. 11. in fin. D. de dolo malo.*

TEMPESTAS duplex est, vel maritima, vel terrestris. *l. 2. §. 6. D. si quis caution.* vid. Plin. *Lib. XVIII. cap. 28.* Propter necessitatem aduersae TEMPESTATIS onus expositum: *l. 16. §. 8. D. de publican. et vectigal.* TEMPESTAS calamitosa: *l. 15. §. 1. D. locati.* TEMPESTATE contemta: *l. 137. D. de verbor. obligat.* TEMPESTATE factum: *l. 78. §. 3. D. de contrah. emtion.* TEMPESTAS grauis orta in mari vel flumine. *l. 2. §. 2. D. ad leg. Rhod. de iactu.* TEMPESTAS impedimento est: *l. 19. §. 1. D. de probation.* TEMPESTATE impeditus: *l. 18. D. de pecun. constit.* TEMPESTATIS lues: *l. 8. C. de locato et conduct.* In TEMPESTATE maris: *l. 9. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* TEMPESTATE in mari: *l. 2. §. 8. D. si quis caution. in iudic.* TEMPESTATE relatus in insulam: *l. 15. D. de publican. et vectigal.* Vi TEMPESTATIS confractae arbores; *l. 24. §. 9. D. de damno infect.*

[TEMPESTIVVS. TEMPESTIVVM est: *l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebellian.*

[TEMPLA dicuntur tam delubra gentilium, *tit. C. vtriusque de pagan sacrific. et templis.* quam Christianorum ecclesiae. *l. 3. C. de his, qui ad eccles confug. l. 4. C Theod. eod. tit. Lib. IX. tit. 45.*] ¶. 2. [TEMPLVM iustitiae: *l. 1. §. 5. C. de veter. iur. enucl.*]

TEMPORALIS, E. temporarius, et perpetuo opponitur. Sic TEMPORALIS accessio; *l. 2. D. de testament. milit.* TEMPORALIS actio perpetuae opponitur, et hoc nomine eae demonstrantur, quae minore ac breuiore XX, et XXX. annorum spatio finiuntur. *l. 6. D. de oblig. et act. l. 9. §. 2. D. de administrat. et periculo tut. l. vlt. D. de fideiussor. tutor. tit. Inst. de perpet. et tempor. action.* quae actiones et *temporariae* dicuntur. *l. 9. §. penult. D. de rebus auctor. iud. possid.* TEMPORALIS actio. *l. 19. D. de negot. gest. l. vlt. D. de minorib.* quae perpetuae opponitur, *l. 32. D. ex quib. causs. maior. l. 24. §. vlt. D. ad SC. Vellcian. l. 9. §. 2. D. de administr. tut. l. 70. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 2. §. vlt. D. de custod. et exhib. reor. l. 6. D. de obligat. et action. l. vlt. D de fideiuss. tutor.* TEMPORALIS annona: *l. 5. D. de administr. rer. ad ciuit. pert.* conductio: *l. 10. C. de locato.* TEMPORALIS exceptio adpellatur, quae durat vsque ad mortem eius, qui excipit. *l. 32. D. de vsufruct.* [Aliquando obiectiue dicitur TEMPORALIS exceptio, quod contineat et obiiciat tempus actioni, quo illa excloditur, vt in *rubr. D. de diuers. temporal. praescript.*] TEMPORALIS excusatio: *l. 4. D. qui pet. tutor.* TEMPORALE exsilium: *l. 1. D. de iur. patron. l. vlt. D. de iniur. l. 4. D. de extraordin. crimin. l. 4. C. ex quib. causs. infam. irrog.* TEMPORALIS imbecillitas, quae vitio perpetuo opponitur. *l. 101. §. 2. D. de verbor. signific.* TEMPORALE ministerium; *l. 2. C. commodati.* pactum conuentum: *l. 3. D. de except. l. 93. D. de solution.* TEMPORALIS permutatio: *l. 60. D. de regul. iur.* TEMPORALIA vincula: Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 4.* TEMPORALE vitium: *l. 9. D. de liber. et postum.*

TEMPORARIVS, A, VM. temporale, et perpetuo opponitur. *l. 56. D. de condict. indeb.* TEMPORARIAE actiones; *l. 55. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 9. §. 3. D. de iureiur. l. 9. §. 7. D. de reb. auctor. iud. possid.* TEMPORARIA coercitio: *l. 33. D. de poenis.* TEMPORARIVM exsilium: *l. 1. l. 13. D. ad leg. Cornel. de fals.* TEMPORARIAE indictiones: *l. 28. D. de vsu et vsufruct. legat.* TEMPORARIVM interdictum: *l. 2. §. 44. D. ne quid in loc. publ.* TEMPORARIVM opus: *l. 10. §. vlt. D. de poenis. l. 1. §. vlt. D. de effractor. l. 1. D. de furib. balnear. l. 1. D. de abigeis. Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. II.* TEMPORARIVM opus publicum: *l. 34. D. de poenis.* TEMPORARIVS tutor: *l. 2. D. de tutor. et curator. dat.* TEMPORARIA vincula: *l. 33. D. de poenis.*

TEMPTARE. vid. TENTARE.

TEMPVS est vel praesens, vel praeteritum, vel futurum. *l. 123. D. de verb. signif.* TEMPVS tam praeteritum, quam futurum. *l. 18. D. de aliment. vel cibar. legat.* Item vel certum est vel incertum. *l. 2. C. de donat. quae sub condit.* vel aestiuom, vel hibernum, *l. 1. §. 1. D. de aqu. quotid. vel aestiu.* ¶. 2. TEMPVS conditioni legatorum et libertatum adiectum. *l. 40. §. penult. D. de statuliber.* Iudicii accipiendi TEMPVS: *l. 2. §. 1. D. de priuat. delict.* TEMPORIS caussa, id est, ad tempus. *l. 1. D. de tutor. et curat. dat.* TEMPORIS commodum: *l. 10. §. 22. D. de castrens. pecul.* Per TEMPVS exsilii: *l. 29. D. de excusation.* Furti faciendi TEMPVS: *l. 6. D. de furtis.* TEMPORIS gratia, ad tempus. *l. 4. D. de religios.* TEMPVS iudicati: *l. 2. D. de re iudicat.* Magni TEMPORIS iugitas, quadriennium. *l. 7. C. de repudiis.* TEMPVS modicum. vid. supra *Lib. XI.* Multum TEMPORIS, id est, non minus triennio: *l. 1. C. de fideicommiss.* aliquando quinquennium ootat, vt in *l. 1. §. 13. D. de separation.* Post moltum TEMPORIS *l. 22. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 5. l. 7. §. 1. D. de hered. instit. l. 20. D. de adquir. heredit.* [Paruum TEMPVS, duo menses, *l. 2. C. de secund. nuptiis.* cuiusmodi tempus breois terminus dicitur, *Nouell. LXXXIII. praef. §. 2.*] TEMPORIS

RIS

RIS praerogatiua. *vid. supra Lib. XIV.* TEMPORA prouocationis laxa. *l. 6. D. de his, qui not. infam.* Tantum TEMPVS eis remissum est, quo dare, facere possunt. *l. vlt. C. commun. praedior.* Vno TEMPORE et separatis temporibus opponuntur. *l. 6. D. de adquir. vel omitt. hered.* TEMPORIS vtilitas: *l. 4. princ. D. de eo, quod certo loc.* ¶. 2. *Ad* TEMPVS, *l. 1. §. vlt. D. de effractor.* id est, vsque ad tempus. *l. 3. §. 7. D. de suspect. tutor.* *Ad* TEMPVS conducere. *l. 14. D. locati.* *Ad* TEMPVS heredem constituere. *l. 8. C. de testam. milit.* *Ad* TEMPVS damnari: *l. 6. C. ex quib. causs. infam.* *Ad* TEMPVS dari libertas: *l. 33. D. de manumiss. testam.* *Ad* TEMPVS datus tutor: *l. 1. C. in quib. casib.* *Ad* TEMPVS dari in opus; *l. 7. D. de extraord. criminib.* *Ad* TEMPVS excusari: *l. 1. D. de tutor. et curat. dat. l. 2. C. de tutor. vel curat. reip.* *Ad* TEMPVS exsulari: *l. vlt. D. stellionat.* *Ad* TEMPVS heredem facere et instituere. *l. 15. §. 4. D. de testam. milit.* id est, vsque ad certum tempus, vt loquitur *l. 41. D. eod. tit.* *Ad* TEMPVS et perpetuo interdici. *l. 14. D. de interdict. et relegat. l. 1. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* Paull. *Lib. III. Sent. tit. 27.* *Ad* TEMPVS liberorum; *l. 20. D. ad SC. Trebell. l. 61. D. de condit. et demonstrat.* *Ad* TEMPVS punire: *l. 21. D. ad leg. Cornel. de fals.* *Ad* TEMPVS et in perpetuum relegari opponuntur. *l. 7. §. 3. D. de interdict. et releg.* *Ad* TEMPVS relegatus, *l. 35. §. 3. D. de hered. instit.* *Ad* TEMPVS relegatus et ordine motus. *l. 2. l. 3. D. de decurion.* *Ad* TEMPVS relegatio: *l. 3. §. 1. D. stellionat.* *Ad* TEMPVS rogare: *l. 4. §. vlt. D. de precario.* ¶. 3. Sic etiam dicitur *in* TEMPVS. *l. 55. D. ad SC. Trebellian.* *In* TEMPVS damnati et in perpetuum opponuntur, *l. 28. §. 14. D. de poen. l. 12. l. 28. l. 29. D. de excusation.* *In* TEMPVS dari: *l. 19. D. ad SC. Trebell.* *In* TEMPVS liberorum legare: *l. 9. D. de condit. et demonstr.* *In* TEMPVS liberorum relictum; *l. 50. §. vlt. D. de legat. III.* *In* TEMPVS pubertatis relictum: *l. 43. §. 1. D. de legat. II.* *In* TEMPVS anni relegatus: *l. 4. C. ex quib. causs. infam. irrog.* *In* TEMPVS restitutionis: *l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* ¶ 4. *Ex* TEMPORE heres scriptus dicitur, *l. 29. §. vlt. D. de testam milit.* *Ex* certo TEMPORE instituere heredem. *l. 41. D. eod. tit.* *Ex* TEMPORE vsque ad tempus. *l. 16. §. 2. D. famil. ercisc.* *Ex* TEMPORE et ad tempus: *l. 4. D. de seruitutib.* ¶. 5. TEMPORE. *l. 10. D. si quis caution. l. 3. D. quae in fraud. credit.* TEMPORE dominium sibi adquirere: *l. 3. D. de eo, per quem fact.* TEMPORE litem amittere. *l. 30. §. 1. D. ad leg. Aquill.* TEMPORE quoque res amitti dicitur, in *l. 4. D. ne quis eum, qui in ius voc.* et TEMPORE res deperire. *l. 7. §. 1. D. de administr. et peric. tut.* TEMPORE finitur caussa: *l. 1. §. 7. D. de contrar. tutel. et vtil. action.* TEMPORE finita obligatio: *l. 1. D. de dote praeleg.* TEMPORE finitur vsusfructus: *l. 9. D. de vi et vi armat.* TEMPORE liberari: *l. 5. §. 2. D. de Carbon. edict. l. 9. §. 3. D. de iureiur. l. 25. §. 1. D. de hered. petit. l. 69. D. de fideiussor.* TEMPORE autem liberati dicuntur, qui temporali actione tenebantur, cuius dies exiit. *l. vlt. in fin. D. rem rat. haber. l. 1. §. 21. D. de ventre in possess. mittend. l. 45. D. de administr. et peric. tutor. l. 24. D. de mortis causs. donation. l. 3. D. quae in fraud. creditor. l. 8. D. de negot. gest.* Sic et TEMPORE transacto quis liberari dicitur: *l. 37. D. de fideiussor.* TEMPORE magistratus: *l. 53. D. de administr. et periculo tutor.* TEMPORE periturae res; *l. 20. §. 16. D. de heredit. petit. l. 2. l. 3. D. de feriis.* TEMPORE quoque peritura res dicitur, quum dilatio actionem peremtura est. *l. 2. D. de feriis. l. 12 D. de procurator.* Item TEMPORE peritura dicuntur, quorum retentio onerat hereditatem: *l. 12. §. vlt. D. de religios. et sumtib. funer.* ¶ 5. Claudianis TEMPORIBVS. *l. 1. D. de adsignand. libert. l. 3. §. vlt. D. de incend. ruin. naufrag.* TEMPORIBVS Domitiani; *l. 1. D. de collus. deteg.* TEMPORIBVS Hadriani: *l. 15. §. 3. D. de iur. fisci. l. 5. D. de fideicommissar. libert.* TEMPORIBVS Diui Hadriani: *l. 16. D. de castrens. pecul.* Diui Marci: *l. 20. D. de reb. dub.* Neronis: *l. 1. D. ad SC. Trebellian.* Diui Traiani; *l. 26. §. 7. D. de fideicomm. libert.*

TEN.

TENER, A, VM.

TENERA aetas. *l. 18. D. de quaestionib.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 13.* TENERAE aetatis; *l. 11. D. de decurionib.*

TENERE

TENERE merum factum significat, ee ad possessionem corporalem refertur. TENET enim qui corpore possessioni insistit, licet non possideat. *l. 9. in fin. D. de rei vindicat.* Itaque TENERE et possidere separantur. *l. 18. D de acceptilat.* Quin etiam in quos ius possidendi non cadit, quales sunt serui, hi *tenere* dicuntur. *l. 38. §. 8. D. de verbor. obligat. l. 49. §. 1. D. de adquir. possess. l. 4. §. 9. D. de vsurpat. et vsucap.* [Aliquando tamen etiam ipse dominus TENERE dicitur, vt in *l. 10. C. de pignorat. action. l 44. §. vlt. D. de vsucapion*] Sic TENERE hereditatem: *l. 63. §. 5. D. ad SC. Trebell.* TENERE ordinem: *l. 2. D. de decurion.* TENERE rem: *l. 1. C. de rei vindic.* TENERE vires suas: *l. 10. D. de captiu. et postlimin.* ¶. 2. Huius verbi nouam etiam mihi significationem, ex suis ingeniosissimis obseruationibus depromtam, Petrus Faber pro sua in me beneuolentia suggessit, qui TENERE idem interdum significare, quod *obtinere* et *iudicio vincere* his, quae subieci locis, comprobauit. Qui in rem egisset, nec TENVISSET, Paull in *l. vlt. D. de except. rei iudic.* Si vero in caussa TENVERIT, etiam lege Fabia crimenque persequi poterit, Imp. Antoniu. *in l. 1. C. ad leg. Fab. de plag.* Qui falsas tabulas dixerit, nec TENVERIT, Philippus in *l. 6. C. ad leg. Cornel. de falsis.* secundum scriptorum codicum lectionem. Quod nonnullorum inscitia immutatum est. Similiter in *l 12. C. de inoffic. testam.* eum, ait Gordianus, qui inofficiosi caussam delatam non TENVIT, a falsa accusatione non submoueri placuit. Item Ouid. *Lib. VI. Fastor. v. 71. rem* TENERE, pro ius suum obtinere vsurpauit. Et *caussam* TENERE, idem auctor *Heroid. Epist. XVII. v. 244.* Cicero *in orat. pro Caecina Cap. XXIV. Et hoc loco dixisti, Scaeuolam caussam apud Centumuiros non* TENVISSE. Sueton.

ira

in Domitiano Cap. IX. Nec repeti nisi intra annum eaque conditione permisit, vt accusatori, qui caussam non TENERET, exsilium poena esset. Quibus addo ego Liuium Lib. IV. cap. 30. Lib. XXIII. cap. 20. et Lib. XXXIX. Horat. Lib. I. Epist. 16. v. 43.

Quo consultore, et quo caussae teste TENENTVR. Seneca Lib. I. controu. 1. Si non TENVERO caussam, fame moriar: si TENVERO, hoc tantum consequar, ne fame moriar. Quinctilian. Lib. IX. p. 156. ¶. 3. TENERE, pro adstringere, obligare. Sic: TENERE aliquem constitutiones, dicitur l. 15. §. 13. D. de iniuriis. TENVIT eum decretum: l. 23. D. de excusation. TENET eum prius decretum: l. 31. D. eod. tit. Lex quoque TENERE aliquem dicitur in tit. D. ad leg. Iul. de adulter. Senec. Controu. 2. TENET omnes nunciatio: l. 18. D. de oper. nou. nunciat. et infantem et furiosum: l. 11. D. eod. tit. Quaestio TENERE vnum ex heredibus: l. 29. D. de except. rei iudicat. ¶. 4 Ita etiam TENERI, pro obligari. Sic: TENERI actione: l. 3. C. de transaction. TENERI in rem actione. l. 27. §. 3. D. de rei vindicat. actionibus: l. 13. §. 2 D. de vsufruct. l. 52. §. 2. D. de furtis. l. 3. §. 2. D. de alienat. iudic. mutand. TENERI conuentione: l. 14. §. 3. D. commun. diuidund. edicto: l. 7. §. vlt. D. de iurisdict. l. 1. §. 1. D. de eo, per quem fact. TENERI Fauiana: l. 1. §. 24. l. 5. D. si quid in fraud. patron. fideicommisso: l. 77. D. ad SC. Trebellian. fideicommisso facultates: l. 41. §. 3. D. de vulg. et pupill. subst. l. 77. §. 1. D. de legat. II. TENERI furti, ad exhibendum, scilicet actione. l. 4. D. de rei vindic. TENERI interdicto: l. 29. D. de precar. l. 1. §. 22. D. ne quid in flumine publ. l. 3. §. 1. D. de liber. hom exhib. l. 4. §. 2 l. 8. §. vlt. D. de precar. l. 1. §. 25. D. de aqua quotid. TENERI lege: l. 6. D. de iur. patron. TENERI muneribus: l. 5. §. 8. D. de iur. immunit. positione: l. 1. §. vlt. D. si quis omiss. caus. testam. petitione hereditatis: l. 16. §. 5. D. de hered. petit. TENERI pignore: l. 41. D. de reb. credit. pignoris iure: l. 6. C. si alien. res. poena: l. vlt. D. de publican. poena legis: l. 3. §. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar. TENERI praedium creditori pignoribus nouis. l. 9. D. de oper. non. nunciat. TENERI senatusconsulto. l. 6. D. de leg. Cornel. de fals. ¶. 5. TENERE, pro valere, consistere. Sic: TENEBIT actio, id est, valebit. l. 59. D. ad SC. Trebell. et quae potius actio teneat. l. 1. §. 4. D. quod legator. Non TENEBIT actio: l. 11. §. 1. D. de iniur. TENET consensus: l. 7. §. 1. D. quib. mod. pign. TENET datio: l. 17. D. de tutor. et curat. dat. Nec TENET datio bonorum possessionis: l. 1. §. 1. D. de ventr. in possess. mittend. TENET edictum: l. 6. §. 5. D. de edendo. Non TENET emtio: l. 62. §. 1. D. de reg. iur. TENET hypothecaria: l. 13. D. de pignorib. TENET intentio: l. 1. C si pign. conuent. l. 4. C. de vsucap. TENET interdictum: l. 1. §. 32. D. de vi et vi armat. et contra: non TENEBIT interdictum: l. vlt. D. ne vis fiat ei, qui in possess. miss. TENET iudicium: l. 37. D. de administr. et peric. tutor. TENET pignus: l. 4. §. 3. D. de in diem addict. Ratio minus TENET: l. vlt. C. si tutor vel curat. Sic quoque TENERE dicitur sententia, quae conuelli non potest, aut infirmari vllo pacto. l. 23. §. 1. D. de adpellation. et contra non TENET sententia: ibid. TENET stipulatio: l. 15. §. 1. D. de castrens. pecul. l. 7. l. 28. D. de nouation. l. 10. D. de vsufruct. ear. rer. quae vsu consum. l. 37. D. de rebus credit. et contra: non TENET stipulatio: l. 24. §. 8. D. de damno infecto. ¶ 6. TENERE, pro retinere. l. 15. D. de his, quae vt indign. ¶. 7. TENERE pro obseruare. Sic: illud TENENDVM est. l. 12. D. si quis cantion. in iudic. l. 3. §. 5. D. de agnosc. liber. l. 2. §. 2. D. de exception. l. 1. D. de muner. et honor. ¶. 8. Sed et terra TENERI dicuntur, quae terrae cohaerent. Sic: TENERI solo: l. 115. D. de verbor. signific. In eo solo TENETVR: l. 1. §. 1. D. de oblig. et action. ¶. 9. Tenendae et hae loquutiones: TENET, pro occupat, et tegit. l. 7. §. D. de adquir. rer. domin. [TENERI de proprietate: l. 7. D. de procurator.] TENERI in administratione, id est, detineri. l. 10. C. de excusat. tutor. TENERE se arista. l. 77. D. de verbor. signif.

TENOR actorum: l. 11. C. de fide instrument. aetatis: l. 28. §. vlt. D. de liber. et postum. Cuiac. Lib. XXVI. Obseru. cap. 27. Sed quid TENOR aetatis? Cuiacius sane nihil hic extricat, intelligens σχέσιν vel habitum aetatis, sed eam notionem nullo probans exemplo. Elegans videtur coniectura Marqu. Freheri Verosimil. I, 2. legentis propter tenerum aetatis, vti et lubricum aetatis, consilii, ambiguum conditionis et sexcenta huius generis passim occurrunt. HEIN. TENOR codicillorum. l. 3. C. de codicill. indulgentiae: l. 5. C. de his, qui sibi adscrib. l. 9. C. quando prouoc. instrumenti: l. 8. D. de statu homin. interdicti: l. 2. C. quor. bonor. Liuius Lib. XXXV. cap. 16. Vno et perpetuo TENORE iuris, semper vsurpato, numquam intermisso, quae ex foedere debent, exigimus. Sic TENOR iurisdictionis: l. 5. C. de his, quae vi. l. 2. C. de bon. auctor. iudic. possid. TENOR legis: l. vlt. C. de iur. reip. l. 5. C. de iure fisci. TENOR legis Aquilliae: l. 56. D. ad leg. Aquill. TENOR legis, id est, pacti. l. 1. C. si mancip. ita venier. ne prostit. TENOR liberalitatis: l. 15. C. de donat. inter vir. et vxor. mandati: l. 12. C. mandati vel contra. pactorum: l. 3. C. de inutil. stipulat. l. 20. C. de solution. rationis: l. 16. D. de legib. rescripti: l. 18. C. de probation. scripturae: l. 18. C. de probation. TENOR senatusconsulti. Paull. Lib. II. Recept. Sent. tit. 21. §. 18. sententiae: l. 46. D. de re iudicat. veritatis: l. 2. C. si contra ius. TENOR vocis apud Auson. in Gratiar. actione. Qui TENOR vocis quum incitata pronunciatur? Quae inflexio quum remissa?

TENTARE, quod et TEMPTARE scribitur. l. 13. §. 2. D. de iureiur. Illud TENTARE poteris: l. 25. D. de liberat. legat. TENTAT dicere, pro adfirmare nititur. l. 160. D. de verb. signif. l. 3. D. quib. mod. vsusfruct. amitt. l. 11. §. 4. D. quod vi aut clam. l. 2. §. 8. D. ad SC. Tertullian. l. 18. §. 2. D. famil. ercisc. ¶ 2. [TENTARE non semper conatum, sed aliquando ipsum etiam delictum notat, vt in l. vn. C. nemini licet. sign. Saluat.]

TENVIS. TENVES et exhausti. l. 6. D. de muner. et honor. TENVIS patria: l. 1. C. vectigal.

vectigal. noua. TENVIS vitae homines: *l. 6. §. 5. D. de offic. praesid.* ¶ 2. TENVIORES. *l. 1. C. ne liceat potentior. l. 5. §. 12. D. de iur. immunit.* TENVIORES homines: *l. 28. §. 1. D. de poenis.* TENVIORVM collegium; *l. 3. §. 2. D. de colleg. et corporib.* Permittitur TENVIORIBVS stipem menstruam conferre: *l. 1 princ. D. eod. tit.*

TEP

[TEPIDARIVM, lauacrum aquae tepidae. *l. 19. D. de seruitut. praed. vrban.*]

TER.

TER citatus: *l. 8. C. quomodo et quando* TRES denunciationes; *l. 9. C. eod. tit.*

☞ TERENTIVS *Clemens*, iurisconsultus, discipulus, vt videtur Iuliani, quem *suum* vocat, *l. 6. D. de vulgar. et pupill. subst.* ac cuius fere semper amplectitur sententias. Scripsit Lib. XX. ad legem Iuliam et Papiam, ex quibus permulta in Pandectis fragmenta exstant, quamuis ipse TERENTIVS a nemine alias laudetur. HEIN.

TERGEMINI, vid. infra TRIGEMINI.

TERGIVERSARI in vniuersum ab accusatione desistere, definit *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpillian.*

TERMINALIS, in limitibus positus, finalis. TERMINALES arbores, apud Paull. *Lib. V. Sentent. tit. 22.* de quibus vide Sicul. Flaccum, Hyginum et alios auctores de limitibus TERMINALES lapides apud Ammian. Marcellinum *Lib. XVIII. cap. 4.* qui et *finales*, in *libello varior. auctor. de limit.*

TERMINARE, disceptare, finire. TERMINATVS casus: *l. 16. §. vlt. D. ad SC. Trebellian.* TERMINATA iudicio: *l. 230. D. de verbor. signific.* TERMINATA lis: *l. 45. D. de re iudic.* TERMINANDO negotio: *l. 5. §. vlt. C. de tempor. in integr. restitut.* TERMINATVM negotium: *l. 56. §. 1. D. de furtis.*

TERMINVS, limites agrorum et fines possessionum significat. *l. 3. D. de adquir. possess. l. 12. D. fin. regundor.* Varro *Lib. IV. de Lingu. Latin. pag. 9. Hinc fines agrorum termini, quod hae partes propter limitare iter maxime teruntur. Itaque TERMINVS, quum in Latio aliquot locis dicitur, vt apud Accium, non terminus, sed termen: hoc Graeci τέρμα. Terminos* ergo finium caussa positos lapides arboresue accipimus, in *l. 1. l. 2. l. 3. D. de termino moto. l. 1. C. de accusation.* Et Iuuenalis *Sat XVI. v. 36.* terminum hac circumloquutione designat.

Aut sacrum effodit medio de limite saxum.

¶ 2. Hinc TERMINI deiecti et exarati. *l. 12. D. finium regund.* TERMINVM mouere. *rubr. D. de termin. mot.* TERMINOS ponere; *l. 44. D. de recept arbitr.* TERMINI positi in agris; ☞ *l. 5. D de instit. et iure.* ¶ 3. TERMINVM quoque vocabant custodem finium deum, quemadmodum ait Lactantius *Lib. I. diuin. Instit. cap. 20.* TERMINI autem dei sacra inuenerat Numa Pompilius, vt eo magis ab eorum violatione homines absterreret religio. Dion. Halicarn. *Lib. II. Antiquit. Rom p. 133.* Huic deo, qui, inaugurato Capitolio, cedentibus reliquis diis, solus cum Iuuenta restitisse ac ne Ioui quidem cessisse dicitur. Flor. *Lib. I. cap. 7.* Sacri erant lapides terminales, vnde et iis inscriptum; TERMINO SACRVM. Reines. *Class. I. Inscript. 239.* Et *lapidem sacrum arbitrium populis* eleganter vocat Seneca *in Hippolyt. v. 528.* De honore his lapidibus habito Iuuenal. *Sat. XVI. v. 36.*

Conuulsum ruris auiti
Improbus, aut campum, mihi si vicinus ademit,
Aut sacrum effodit medio de limite saxum,
Quod mea cum vetulo coluit puls annua libo.

HEIN.

¶ 3. Vet. Glossar. Graec. προθεσμία· ἡ ῥητὴ καὶ τεταγμένη ἡμέρα εἰς τόδε τι, ἤγουν συμπεφωνημένη, ἡ παρὰ Ἰταλοῖς λέγεται τέρμινον.

¶ 4. [TERMINVS, pro finis. TERMINVS humanae vitae, *l. 23. §. 1. C. de sacros. eccles*] ¶ 5. [TERMINI contractus ootissimi. *l. 24. D. depositi*]

TERRA, mari, caelo capta. *l. 26. §. vlt. D. de furt.* Mari, TERRA, caelo. *l. 2. D. pro suo. l. 1. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* TERRA, marique. *l. 35. §. 4. D. de mort. caussa donat.* TERRA conditum corpus: *l. 39. D. de religios.* In TERRA cadere. *l. 3. C. de postum. hered. instit. Sancimus, si viuus perfecte natus est, licet illico, postquam in TERRA cecidit, vel in manibus obstetricis decessit, nihilominus testamentum rumpi.* Pertinent haec ad ritum tollendi liberos recens natos, (quem tamen Iustiniani temporibos adhuc notum fuisse, merito dubites.) Nam et Stat. Papin. *in Thebaid. I.*

Si me de matre cadentem
Fouisti gremio.

De eo ritu consulendi Iac. Cuiac. *Obseruat. XI, 30.* Lindenbrog. *ad Terent. Andr. I, 3. v. 14.* Isaac. Voss. *ad Pompon. Mel. Lib. I. cap. 8. p. 44.* et Gudii libellum *de ritu liberos recens natos in terra sistendi et tollendi.* HEIN ¶. 2. TERRA Italia: *l vlt. D. de abigeis.* Africa TERRA: Hirt. *de bello African.* ¶. 3. TERRAE *motus: l. 24. §. 3. et §. 4. D. de damn. infect.* TERRAE *motu* concussum aedificium: *l. 59. D. locati.* TERRAE *motu* corruit ager. *l. 15. §. 1. D. eod. tit.*

TERRENVS. TERRENA via: *l. 1. §. 2. D. de via public. et itiner.*

[TERRESTRIS tempestas; *l. 2. §. 6. D. si quis caution. in iudic. sist*]

[TERRIBILES libri de delictis priuatis et extraordinariis, nec non publicis criminibus, qui omnem continent seueritatem poenarumque atrocitatem. *l. 2. §. 8. C. de vet. iur. enucleand.*]

¶. 2. [TERRIBILES scripturae dicuntur S. Biblia, in *l. 13. §. 4. C. de iudic.* iuncta *l. 14. §. 1. C. eod. tit.*]

TER.

TERRITORIVM est vniuersitas agrorum, intra fines cuiusque ciuitatis, ab eo dictum, quod magistratus ibi ius terrendi habeat. *l. 239. §. 8. D. de verbor. signif.* Verum enimuero in huius verbi etymologia a iureconsulto, immu et a seipsis varie auctores dissentiuot. Varro quidem *Lib. IV. de Lingu. Latin. p. 9. Terram a terendo dictam* scribit, *ab eoque colonis communem locum, qui prope oppidum relinquitur*, TERRITORIVM *dictum, quod maxime teratur.* At Siculus Flaccus *de condit. agror. p. 3.* aliunde huius adpellationis originem deducit. Sic enim scribit: *Ab his populis, qui sedes in aliqua regione constituerant, eorumque agros occupauerant, praemensum quod vniuersis suffecturum videbatur solum, territis fugatisque inde ciuibus*, TERRITORIA *dixere.* Et alias *p. 23. Bellis enim gestis victores populi terras omnes, ex quibus victores eiecerunt, publice atque vniuersaliter TERRITORIVM dixere, intra quos fines ius ducendi esset.* vbi malim, *iuris dicundi ius esset.* Huic consentit Frontinus *de agror. qualitate p. 42.* his verbis; *quidquid enim ad coloniae municipiiue priuilegium pertinet, territorii iuris adpellant. Sed si rationem adpellationis huius tractemus,* TERRITORIVM *est, quidquid hostis terrendi caussa constitutum est.* At Isidorus in alia plane sententia est. Territorium eoim vocatum ait, *quasi torritorium*, id est, *tritum bobus et aratro, ab eo, quod antiqui sulco ducto et possessionum et territoriorum limites designabant.* Immo omnes hae etymologiae satis futiles videntur. Verosimiliorem dedit Claud. Salmasius *ad Scriptor. Histor August. p. 315. Torem* vel *torrem* veteres vocabant terminum. Vnde *extorris*, ἐξοριϑεὶς vel exsul. Est ergo *territorium*, quasi terrae, ad ciuitatem pertinentis, *terminus*, quem Graeci ὅρον dixerunt. HEIN. ¶ 2. TERRITORIA ciuitatum et uppidorum. *l. 3. §. 4. D. de sepulcr. violat. l. 41. §. 5. D. de legat. I. l. vlt. §. 25. D. de muner. et honor. l. 3. C. de incol.* Ita etiam TERRITORIVM Gabiniorum: *l. 8. D. de pollicitat.* Intra TERRITORIVM patriae: *l. 7. §. 19. D. de interdict.* TERRITORIVM etiam iudicis dicitur. *l. vlt. D. de iurisdict.*

[**TERRITVS** saepe quasi vapulaturus iniuriarum tenetur. *l. 15. §. 1. D. de iniur.*]

[**TERROR.** TERRORE coocutere; *l. 1. D. de concussion.*]

TERTIOCERIVS eadem furma, qua primicerius et secundocerius dicitur, qui in ordine suo tertium locum obtinet. *l. 1. C. de praepos. agent. in reb. Lib. XII. l. 7. C. de palatin. sacrar. largition. Lib. XI.* vbi et *quartocerius* eadem figura effertur. Inuenitur et TERTIOCERII nomen aliquoties in *Notitia dignitat. vtriusque Imperii.*

TERTIVS, A, VM. TERTIVM edictum, pro tertiu capite. *l. 1. §. 9. D. de postuland.* Inter TERTIOS heredes. Sueton. *in Claud. cap. III.* TERTIA pars; *l. 1. D. ad leg. Iul. ambitus. l. 1. D. ad leg. Iul. de vi priuat.* TERTIA persona: *l. 7. §. 10. D. commun. diuidundo.*

TER. TES.

TERTVLLIANVM, quod et *Tertyllianum* scribitur, Senatusconsultum, quo matres ad legitimam filiorum hereditatem admittuntur. *tit. D. ad SC. Tertullian. l. 34. D. ad SC. Trebellian.*

TERTVLLIANVS iurisconsultus, Lib IV. quaestionum, *l. 30. §. 6. D. de adquir. vel omitt. heredit.* De hoc TERTVLLIANU pleraque incerta, nisi quod sub Antoninis et Seuero floruisse videtur. Laudatur sane ab Vlpiano, *l. 30. §. 6. D. de adquir. hered.* et post SC. Tertullianum, adeoque post Hadriaoi tempora vixit. *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertullian.* Praecipue quaeritur, an idem sit cum Q. Septimio Florente Tertulliano, ecclesiastico scriptore? Nam et hunc iuris nun imperitum, immo τὰς Ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκότα ἄνδρα, *virum Romanas leges accurate doctum* vocat Eusebius *Histor. ecclesiastic. II, 2.* idque ipsa eius opera satis ostendunt. Hinc quaestionem adfirmant Anton. Augustin. *de nomin. propr. Pandect. p. 139.* Cuiac *Obseru. VII, 2.* Radulph. Forner. *Rerum quotidian. VI, 5.* Guil. Grotius *de vit. iurisconf. II, 9.* Negant contra plerique et in his Aegid. Menagius *Amoenit. iur. ciuil.* idque iure negant, quum vel ipse stilus, quem in fragmentis Tertulliani deprehendimus, a tumido illo et adfectato dicendi genere, quod pater ecclesiae sequutus est, totu caelo differat. Praeter quaestionum Libros VIII etiam singularem librum de castrensi peculio reliquit, ex quo desumtae sunt *l. 23. D. de testamento milit. l. 33. D. eod. tit. et l. 44. D. de castrensi pecul.* HEIN.

TES.

TESSARESCAIDECADITAE in *l. 5. C. de haeretic. et Manich.* haereticorum genus, ab eo nuncupatum, quod XIV. Luna pascha cum Iudaeis obseruare contendunt, auctore Isidoro *Lib. VIII. cap 5.*

TESSELARIVS, qui conficit pauimenta tesselata, de quibus Sueton. *in Caligul. cap. XLV.* Mentio fit tesselariorum in *l. 2. C. Theod. et l. 1. C. Iustin. de excusat. artific.* HEIN.

TESSERA *frumenti*, in *l. 49. §. 1. et l. 87. D. de legat. II.* quae et TESSERA *frumentaria*, *l. 49. §. 1. D. de legat. II. l. 52. §. 1. D. de iudic. l. 49. §. 1. l. 87. D. de legat. II.* Quid sit, ex Dionis verbis a Xiphilinu in epitomen contractis, quae subieci, planum fit. Ac primum quud Sueton. *in Nerone cap. XI* ait, Neronem *tesseras frumentarias* populo sparsisse, Xiphilin. *Lib. LXI. p. 698.* διὰ συμβόλων σφαίρια μικρὰ γεγραμμένα io vulgus iacta refert, *quae continerent, quantum frumenti, aliarumue rerum ei, cuius in manum venissent, praestandum esset.* Sed id ipsum apertius *in Tito Lib. LXVII. p. 757.* idem auctor explicat. Σφαίρια μικρὰ ξύλινα ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐῤῥίπτει, σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου τινὸς, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυρῶν σκευῶν, - - - ἃ ἁρπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας αὐτῶν ἀπενέγκειν καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον. *Paruos globos ligneos de superiore loco iecit in theatrum, in quibus scripta erat nota alicuius esculenti, vestisue aut vasis argentei. - - - quae qui rapuisset, attulissetque ad dispensatores, quod inscriptum erat, consequebatur.* Idem in Domitia-

mitiano p. 760. Τοῖς δὲ θεωμένοις συχνὰ διὰ τῶν σφαιρίων ἐδίδε· *Spectatoribus multa largiebatur in globulis.* Et *in Hadriano Lib. LXIX. p. 791.* Δῶρα διὰ σφαιρίων ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ ἐν τῷ ἱπποδρόμῳ ἔρριψε· *Dona in theatro et circo in sphaeris missilibus dedit* Ex quibus colligitur perspicue, TESSERAS symbola fuisse in orbem rotundata, continentia, quantom cuique praestari in veste, auro, argento deberet Ceterum Augustus, vt annonae difficultatibus subueniret, frumentum cuilibet ex populo viritim quaternis pensionibus praeberi instituit: cuius rei ergo TESSERAE, notum facientes, quantum cuique admetiendum esset, dabantur, vt Sueton. *in Augusto cap. XL. et XLI.* scribit. Seruius *in illud Virgil. Lib. I. Georgic. v. 263.*

Aut pecori signum, aut numeros impressit acervis.

Facit, ait, *characteres, quibus pecora signantur*, aut TESSERAS, *quibus frumentorum numerus designatur. Nam numeros pro litteris posuit, quibus numeri continentur.* Hinc Isidorus *Lib. vlt. cap. XIV.* TESSSERAS, ait, *esse, quibus frumentorum numerus designatur.* ¶. 2. Sunt et TESSERAE *militares*, quibus per contubernia, quid dux praecipiat, significatur. ¶ 3. TESSERAS etiam *pacis et belli* inuenimus in *l. 2. §. 37.* ☞ *D. de orig. iur.* Plura de tesseris, tabellis, calculis, καλαμίοις seu ψήφοις paganicis, militaribus, frumentatiis, oleariis, aerariis, numariis, hospitalibus, theatralibus, circensibus, ex ligno; vitro, aere, plumbo confectis disseruit Reines. *Inscript. p. 1016. sequ.* Add. Petiti *Var. Lect. I, 8.* HEIN.

[TESTA. *l. 1. §. 1. D. de tigno iuncto.*]

TESTAMENTARIA adpellata est *lex Cornelia de falsis*, quod de his, qui testamenta subiecissent, resignassent, celassent, suppressissent, falsaue signassent, recitassent, scripta esset: quemadmodum supra *Lib. III.* testimoniis abonde multis probaui. ¶. 2. Latius vero TESTAMENTARIAE *leges*, quaecumque ad testamentorum caussam pertinent, accipiuntur in *l. 1. §. 1. D. ad leg. Falcid.* qualis erat Furia, vt Vlpianus eam *tit. I. Regul. §. 2.* adpellat. TESTAMENTARIA *lex. l. 3. §. 8. D. de bonor. possess. l. 29. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 6. §. vlt. D. de extraordin. criminib.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 24. l. 3. §. 6. D. de tabul. exhibend.*

TESTAMENTARIVS, testamenti scriptorem significat, qui dictante testatore id excipit. *l. 9. §. 3 6. D. de hered. instit. l. 15. §. vlt. l. 22. §. 10. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. D. si quis aliqu. testari probib. l. 3. §. vlt. D. ad SC. Trebellian.*

TESTAMENTARIVS, A, VM. TESTAMENTARIA hereditas, *l. 130. D. de verbor. signific.* quae opponitur legitimae. *l. 17. D. de adquir. vel omittend. hered.* TESTAMENTARIA lex. vide TESTAMENTARIA. Tutor TESTAMENTARIVS. *l. 7. D. iudicat. solui. l. 4. C. de tutor. et curat. qui satis non deder.*

TESTAMENTIFIACTIO, vide TESTAMENTVM.

TESTAMENTVM est iusta voluntatis nostrae sententia, de eo, quod post mortem suam fieri quis velit. *l. 1. D. qui testam. fac.* Iudiciorum testationem vocat Florentinus in *l. 24. D. eod. tit.* et supremam contestationem, in *l. 20. §. vlt. D. eod. tit.* Vetus Glossar. TESTAMENTVM *est testatio mentis, scilicet vltimum elogium, vel vltimus sermo, vel postrema vox, qua quis disponit, rebus suis heredem instituendo, vel legata faciendo.* TESTAMENTVM autem illud proprie dicitur, quod iure perfectum est. Sed abusiue testamenta quoque ea adpellamus, quae iniusta, irrita, rupta, vel imperfecta sunt. Nam horum qooque inspectionem Praetor permittit. *l. 2. §. 1. D testam. quemadm aper.* ¶ 2. TESTAMENTVM etiam pro testamentaria hereditate nonnumquam poni, Petrus Faber, vt nihil non ad locupletandum opus nostrum adderet, me admonuit, probauitque primum ex *l. vlt. D. de bonor possess. secund. tabul.* in qua ita est: *Quod si ita heres scriptus sit, vt interdum excludatur a testamento, eo quod non inuenitur portio, qua heres institutus est* Deinde ex *l. 14. D. de his, quae vt indign.* in qua Papinianus, *admitti* ad TESTAMENTVM, id est, hereditatem testamento delatam, dixit, vt adparet ex lege praecedenti. Item ex *l 2. C. de bon. matern.* in qua sic hoc verbum accipi Thalaeus notauit. Eodemque modo et apud Sueton. *in Nerone Cap. XXXII.* quum ait: *deinde vt ingratorum in principem* TESTAMENTA *ad fiscum pertinerent*, id est, testamentariae hereditates. Ac deniqoe apud Ambros. *in Psalm. Sermon. XIV.* vbi TESTAMENTVM *adire* dixit. Paull. in *l. vlt. D. de bonor. possess. secund. tabul.* dixit *excludi testamento*, id est, hereditate testamentaria; vbi sic legendum est: *quod si ita heret scriptus sit, interim excludetur testamento, eoque* κ. τ. λ. Horat. *Lib. II. Sermon. Sat. V. v. 23.*

Captes astutus vbique
Testamenta senum.

¶. 3. TESTAMENTVM *per aes et libram.* Vetus Glossar. Graec. διὰ χαλκῦ καὶ ζυγῦ. De ☜ hoc testamento Vlpian. *tit. XX. Regul. §. 2. et 9.* vbi videnda, quae viri docti notarunt. Quinctil. *declam. CCCVII. Non dixerim testamentum, cui libripens deest, et familiae emtor, et cetera iure necessaria* HEIN. ¶ 4. TESTAMENTI *factionem* habere dicitur non is solum, qui testamentum facere potest, sed et is, qui ex alterius testamento capere, et sibi vel aliis adquirere potest. *l. 16. D. qui testam. facer. l. vlt. D. pro herede. l. 31. l. 49. l. 50. D. de hered. instituend.* TESTAMENTI itaque factio cum his esse dicitur, quibus vel hereditas, vel legatum relinqui potest. *l. 7. D. pro legato. l. 21. D. de testament. tut. l. 5. D. de seruit. legat. §. 3. Inst. de hered. instit.* §. 6. *Inst. de testament. l. 82. §. vlt. D. de legat. II.* De libera TESTAMENTI factione agitur etiam in *l. 1. D. de testam milit.* et *l. 1. D. de tutel. et ration. distrab.* Denique TESTAMENTI factio dicitur esse cum aliquo, id est, testamenti faciendi ius, vt ait Vlpian. *tit. XX. regul.* vt et TESTAMENTI factionem habere. *l. 3. D. de iur. codicillor.* ¶. 5. *Ad* TESTAMEN-

MENTI *caussam pertinere*, quod ad interdictum de tabulis exhibendis, et edictum de aperiendis testamentis attinet, videtur omne, qoodcumque quasi ad testamentum factum sit, in quacumqoe materia fuerit scriptum, quod contineat supremam voluntatem. Et ideo tam primae, quam secundae tabulae et codicilli hac adpellatione continentur. *l. 2. §. 1. D. de tabul. exhibend.* ¶. 6. Tenenda et haec. Ex TESTAMENTO actio: *l 18. D. de obligat. et action.* TESTAMENTVM falsum, inofficiosum, ruptum, irritum. *l. 2. §. 1. D. de condictione indeb.* et *singularibus titulis.* TESTAMENTO accepit libertatem. *l. 12 §. 2. D. de liberal. caussa.* TESTAMENTO manomissi dicuntur ii, qui testamento liberi esse iussi sunt, et quibus testamento libertas data est. *tot. tit. D. de manumiss. testam.* TESTAMENTVM mutare. vid. *supra Lib. XI.* TESTAMENTI prior pars: *l. 29. D. de adimend. legat.* et posterior, *l. 12. D. de aliment. et cibar. leg.* TESTAMENTA prima superant posterius: *l. 29. D. ad SC. Trebellian.* TESTAMENTO recitatus heres. Cic. *pro Caecina Cap. XIX.* TESTAMENTARIVS tutor: *l. 1. §. 5. D. de suspect. tutor.* TESTAMENTO dati tutores videntur, qui codicillis testamento confirmatis dati sunt. *l 3. D. de testam. tut.* ¶. 7. TESTAMENTVM pro testimonio. *Collat. Leg Mosaic et Roman. tit. VIII. §. 6. Qui testamenta falsa inuicem dicenda aut consignanda dolo malo curauerit.* Quum vero Vlpianus, qui eamdem senatusconsulti sententiam refert, habeat, *testimonia falsa* inuicem dicenda: *l. 9. §. 3. D. ad leg. Cornel. de fals.* malim et hic legere cum viris doctis testimonia. Vid. Ant Schulting. *ad iurisprud. vet. anteiustin. p. 763.* HEIN.

TESTARI, testamentum facere significat. *l. vlt. D. vt legator. seu fideicommiss. seruand. l. 8. §. 1. D. de transaction.* ¶. 2. Sed et TESTARI pro testibus adhibitis quidlibet declarare, denunciare, notumue facere, vsurpatur. *l. 20. D. de adquir. heredit. l. 3. §. 3. D. vti possidet. l. 5. §. 7. D. de oper. nou. nunciat. l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulter.* Et ita TESTARI pro eo, quod vulgo dicimus, protestari. *l. 14. §. 7. §. 8. §. 13. D. de religios. et sumt. funer.* Sic quoqoe TESTATVS est, id est, coram testibus declarauit. *l. vlt. D. de lege commissor.* TESTANDO denunciare: *l. 1. §. 3. D. de peric. et commod. rei vendit.* TESTARI dominum, id est, protestari, seu testato denunciare. *l. 3. §. 3. D. vti possidet.* TESTARI libellis: *l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulter.* TESTARI apud praefectum: *l 7. D. de incend. ruin. naufrag.* TESTANDAE rei gratia: *l. 25. D. ad leg. Iul. de adulter.* Vnde

TESTATIO, pro scriptura testibus communita. *l. 3. C. de testibus. l. 7. D. de sponsal. l. vlt. D. de custod. reor. l. 3. D. de concubin. l. 22. D. ex quib. causs. maior. l. 20. D. de option. legat. l. 7. D. de adsignand. libert. l. 2. D. de nautic. foenor. l. 8. §. 1. D. de oper. nou. nunciat. l. 39. §. vlt. D. de legat. III.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25. §. 5.* vbi TESTATIONE complecti, in TESTATIONEM redigere, *l. 1. §. 4. D. vsufruct. quemadm. cau. l. 39. §. 1. D. de legat. III.* et in TESTATIONEM referre, pro eodem dicuntur. *l. vlt. D. pro derelicto. l. 8. §. 2. D. de oper. nou. nunciat. l. 39. §. vlt. D. de legat. III.* et id significant, quod vulgo dicimus *prendre acte*. In testatum etiam redigere ait Vlpianus *l. 1. §. 4. D. vsufruct. quemadm. caueat.* vide *redigere, Lib. XVI.* Per TESTATIONEM: *l 23. C. de inofficios. testam.* TESTATIO quoque instrumentorum amissorum fit. *l. 13. C. de fide instrum.* TESTATIO suorum iodiciorum: *l. 24. D. qui testament. facer.* TESTATIO priuata seu adnotatio. *l. 5. C. de probation.* TESTATIO habita; *l. 4. D. de fide instrument. l. 13. C. eod. tit.* TESTATIONE probare: *l. 27. D. de rei vindicat.* TESTATIONEM interponi: *l. 7. D. de sponsal. l. 4. in fin. D. de fid. instrum. l. 3. D de concubin.* Vlpian. *tit. III. Regul. §. 3.* interponere: *l. 16. D. ad SC. Maced.* Sic TESTATIO vacuae possessionis: *l. 12. C. de contrahend. emtion.* ¶ 2. TESTATIO pro conueotione et denunciatione testibus adhibitis facta. *l. 5. §. vlt. D. de administrat. et peric. tutor. l. 1. §. 7. D. quod vi aut clam.* Sic TESTATIONIBVS conuentus: *l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr.* TESTATIONE denuociatum: *l. 238. §. 1. D. de verb. signific.* ¶. 3. TESTATIO pro testium depositione, vt loquimur. *l. 21. D. de his, qui notant. infam.* TESTATIONES. *l. 9. §. 1. D. de leg. Cornel. de fals.* TESTATIONES consignare: *l. 9. §. 5. D. de poen.* TESTATIONES in scriptis: *l. 4. D. de pignor.* TESTATIONES falsae. *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. VIII.* ¶. 4. TESTATIONES etiam vocabant testi[illegible]a per tabulas dicta, cum consensu signatorum, et testes iureiurando niti. Quinctil. *Lib. V. Inst. orator.* ¶ 5. TESTATIO vocata etiam sollemnis illa nuncupatio: HAEC VTI IN HIS TABVLIS CERISVE SCRIPTA SVNT, ITA DO. κ. τ. λ. Vlpian. *tit. XX. Regul. § 9.* HEIN.

TESTATO vel *intestato* decedere, id est, testamento facto vel non. *l. 29. l. 45. §. 1. D. de iur. fisci. l. 7. D. de regul iur.* ¶. 2. TESTATO, coram testibus. TESTATO conuenit heredem; *l. 8. D. de bonis libert.* TESTATO conuenerunt. *l. 8. §. 8. D. mandati.* TESTATO conuentus dicitur, qui coram testibus conuentus est. *l. vlt. D. de lege commissor. l. 10. §. 3. D. quae in fraud. creditor. l. vlt. D. pro derelict. l. 5. § vlt. D. de administrat. et peric. tutor. l. 122. §. 3. D. de verbor. oblig.* TESTATO denunciare: *l. 1. §. 3. D. de pericul. et commod. rei vend.* TESTATO dicere: *l 4. C. de distract. pignor.* TESTATO iubere: *l. 1. D. quod iussu. l. 122. §. 3. D. de verbor. obligat.*

[TESTATOR est, qui testamentum iure condidit. Aliquando tamen et is hoc nomine venit, qui sollemne quidem testameotum non condidit, sed heredis legitimi fidei tantum quid committit, vt in *§ vlt. Inst. de fideicommissar. heredit.* ibi: *si* TESTATOR *fidei heredis sui commisit.* Καταχρηστικῶς et is TESTATOR dicitur, qui testamentum iure non fecit.] ¶. 2. TESTATOR *suus*, a quo quis institutus est. *l. 29. D. de hered. instit.*

TESTATRIX. *l. 4. l. 30. l. 87. l. 88. §. 3. l. vlt. §. 6. D. de legat. II. l. 38. §. 5. et l. 83. D.*

de legat. III. l. 32. §. 7. D. de vsu et vsufr. legat. l. 19. §. vlt. D. de annuis legat. l. 4. C. de his, quib. vt indign.

TESTATVS et *intestatus*, testamento facto vel fine testamento. *l. 6. D. de testament. milit.* decedere. *l. 3. §. 1. D. de adquir. heredit.*

[TESTICVLVS. Qui cum vno TESTICVLO natus est, quiue amisit, iuremilitabit. *l. 4. princ. D. de re militar.* vbi Sullam et Cottam duces eo habitu naturae fuisse memorat iurisconsultus. Sanum esse, qui vnum TESTICVLVM habet, respondet Vlpianus, *l. 6. §. 2. D. de aedilit. edict.* addita ratione, quia generare potest.]

TESTIFICARI. Cum clamore TESTIFICARI: *l. 4. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Consentire videtur ad nominationem filii is, qui non TESTIFICATVR dissentire: *l. 1. C. de filiisfamil.*

TESTIFICATIO. *l. 1. C. si minor ab heredit.*

TESTIMONIVM. TESTIMONIA *siue testationes* a testibus productis dicuntur, vt Graeci dicunt, ἐκμαρτυρίαι, vt Suidas interpretatur *Tom. II. p. 504.* Ἐκμαρτυρία διαφέρει τῆς μαρτυρίας· ὅτι ἡ μὲν παρόντων μαρτυρίαν δηλοῖ· ἡ δὲ ἐκμαρτυρία τῶν ἀπόντων. *Ἐκμαρτυρία differt a μαρτυρία. Haec enim testimonium praesentium, illa vero absentium.* ¶. 2. Item TESTIMONIA absentium testium dicta et testationes scriptis comprehensas significant: et a testibus separantur. *l. 3. §. 3. D. de testib. l. 1. D. de fide instrument.* μαρτυρίας γραμματεῖον vocat Plutarchus περὶ Φιλαδελφ. ¶. 3. Pro TESTIMONIO audiri. Sueton. *in Claudio Cap. XV.* TESTIMONIVM dare. *l. 3. D. de testib.* TESTIMONIO niti Quinctil. *declam. CCCVIII.* TESTIMONIVM perhibere, dicere, denunciare: vide suis locis. TESTIMONIVM falsum praebere. *l. 27. D. ad leg. Cornel. de fals.* ¶. 4. TESTIMONIVM pro testamento. *l. 1. princ. D. ad leg. Cornel. de fals.* TESTIMONIA *falsa inspicienda Regul. iur. ex vet. iurisconf §. 6. Antea vna libertas erat, vindicta,* TESTIMONIO, *vel censu.* Etiam in *l. 12. §. 2. D. ad exhibend.* in exemplaribus quibusdam legi: *alterius* TESTIMONIO *optio data sit*, obseruauit Illustr. Bynkershoek *Lib. III. Obseru. cap 18.* Sed quum haec omnia sint dubiae lectionis, magis est, vt diuersa esse dicamus *testamenta* ac *testimonia*. Ant. Schulting. *ad Iurisprud. vet. anteiustinian. p. 763.* HEIN.

TESTIS, cuius testimonio fides fit iudici. TESTEM dare. Cic. *Act. I. in Verrem cap. 18.* et *V. in Verr. cap. 63. Secundum arbitrium tuum testes dabo.* Iuuenal. *Sat. vlt. v. 29. Da testem.* Liuius *Lib. XXV. cap. 7.* Rogati testes; *l. 11. D. de testib. l. 21. §. 2. D. qui testament. fac.* TESTES de domo accusatoris productos interrogari non placuit. *l 24. D. de testib.* Talis testis de domo ὁ οἴκοθεν μάρτυς nec Graecis fide dignus videbatur, ceu ex instituto docuit Io Brodaeus

Miscell. X, 15. HEIN. [Sine aliquo iuris TESTE vel interprete: *l. vlt. C. de his, qui ad eccles. confug.*]

TESTVDINEVS, A, VM, ex testudine factus. Iuuenal. *Sat. VI. v. 80.*

Vt testudineo tibi, Lentule, conopeo.

vbi lectum indicat testudine perlucidum. TESTVDINEIS legatis, lecti quoque testudineis pedibus deargentati debentur. *l. 100 in fin. D. de legat. III.* Ex quo adparet, veteres supellectili ex testudine vsos, quod et Celsus in *l. 7. D. de supellectil. legat.* tradit. *Primus* autem, vt Plinius *Lib. XXXIII. cap 11.* auctor est, *Caruillius Pollio testudines secare in laminas, lectosque et repositoria his vestire instituit.* Ouid. *Lib. II. Metamorph. v. 737.*

Ebore et testudine cultos
Tres habuit lectos.

TEX.

TEXTORES serui: *l. 61. D. de legat. III.* TEXTORES et TEXTRICES vocantur etiam opifices vestis linteae contexendae. *l. 6. C. Theod. de murilegul. et gynaeceiar. Textrini* mancipia. *l. 9 C. Theod. eod. tit.* Corpus gynaeceiariorum vel lintearioruin et linyfariorum. *l. 9. eod. tit.* In his maximum pretium statuebatur *textoribus* et *textricibus tenuiariis*, non a *taeniis* ita dicti, ceu putat Guther. *de offic. dom. Augustae II, 16.* sed a *tenui tela*, quam conficiebant. Talis TEXTRIX VESTIAR. TEN. apud Reinesf. *Class. XI. Inscript. 77.* et VESTIARIVS TENVIARIVS apud eumdem *Class. XI. Inscr. 88.* HEIN.

THE.

THEATRVM et Amphitheatrum diuersa sunt. *l. 6. §. 1. D. de rer. diuision. l. 3. D. de oper. publ.* Quid alterum ab altero distet, exponit Cassiodorus *Lib. IV. Variar. epist. vlt.* et *Lib. V. epist. 42.* vbi *theatrum visorium* interpretatur. Vnde et in THEATRO spectare dicuntur, in *l. 2. §. 2. ne quid in loco publ.* Porro THEATRA vniuersitatis sunt, et communia ciuitatum. *§. 6. Instit. de diuis. rer.*

[THEODORA, Iustiniani Imperatoris coniux. *Nouell. VIII. cap. 1. l. 3. C. de quadrienniii praescript.*].

THEOPHRASTVS citatur in *l. 3. D de legib.* quae excerpta est ex *l. 3. D. si pars hereditat. pet.*

[THERIACA, est medicamentum. *l. 12. §. 41. D. de instruct. vel instrum. legat.*]

THESAVRARIVS et THESAVRENSIS, vide THESAVRVS.

THESAVRVS, siue, quemadmodum in Pandectis Florentinis perpetuo retenta antiquae scripturae ratione scribitur, THENSAVRVS, est vetus quaedam depositio pecuniae, cuius non exstat memoria, vt iam dominium non habeat. *l. 31. §. 1. l. 63. D. de adquir. rer. domin. l. 67. D. de rei vindic. l. 3. §. 3. l. 44. D. de adquirend. possess. l. 1.*

l. 3 §. penult. et vlt. D. de iur. fisci. l. 39. §. 1. D. de auro, argent. legat. THESAVRVM etiam Leo Imp. interpretatur condita ab ignotis dominis tempore vetustiori mobilia. *l. vn. C. de thesaur. Lib. X.* THESAVRVM Papinianus vocat, pecuniam in terra custodiae caussa conditam. *l. 44. D. de adquir. possess.* THESAVRVS positus in fundo: *l. 3. §. 3. D. eod. tit.* THESAVRVS in monumento inuentus: *l. 4. §. 6. D. ad leg. Iul. peculat.* [vid. Radulph. Forner. *Lib. III. Rer. quotid. cap. 18.*] THESAVRI reperti: *l. 3. §. 10. D. de iur. fisc. Nouell. Leon. LI.* ¶. 2. THESAVRVS Imperatoris in *l. 2. C. Theod. de thesaur. et l. 1. C. eod. tit.* Ammian. Marcellin. *Lib. XXII. cap. 3. p. 230. His idem Vrsulus datis litteris ad eum, qui Gallicanos tuebatur thesauros, quidquid posceret Caesar, procul dubio sufferat dari.* THESAVRORVM *praepositos* habebant Imperatores Constantinopolitani, et *Comites. l. penult. C. de murilegul. Lib. XI. l. vlt. C. vt dignit. ord. conseru. l. 2. C. de palatin. sacr. largit. Lib. XII.* et THESAVRARIOS, custodiae thesaurorum praepositos. *l. 1. C. de canon. largit. Lib. X.* et THESAVRENSES. *l. 2. C. de palatin. sacrar. largit.* THESAVRVS hic est Vestiarium Principis. Lamprid. *in Alexandro Cap. XL.* In THESAVRIS *vestem numquam nisi annuam esse passus est. In thesauris*, id est, in vestiario palatino, cui praeerant *praepositi vel Comites thesaurorum*, iisque subiecti priuatae vel linteae vestis magistri, baphiorum ac textrinorum procuratores, ceterique, quibus huiusmodi sollicitudo committebatur. *l. 14. C. de murilegul.* Hi Praepositi vel Comites Thesaurorum officiales communi nomine dicebantur THESAVRENSES. *l. 11. C. de palatin. sacrar. largit.* et vti hi Comiti vel Praeposito thesaurorum; ita hic ipse Comiti sacrarum largitionum suberat. Salmas. *ad Scriptor. Hist. August. p. 220.* HEIN.

[THESSALORVM communitas: *l. 37. D. de iudic. l. 5. §. 1. D. ad leg. Iul. de vi publ.* vid. sopra *Lib. III. Κοινὸν.*]

THI.

[THIVS siue θεῖος significat patruum vel auuoculum. *l. 37. §. 5. D. de legat. III. Nov. CXVIII. cap. 3. §. 3. Inst. de gradib. cognat.* vbi Imperator: Patruus est patris frater, qui Graece πατράδελφος adpellatur. Auunculus est frater matris, qui Graece μητράδελφος dicitur. Et vterque promiscue θεῖος adpellatur. Guil. Forner. *Lib. I. Selection. cap. 14.*]

THL.

THLIBIAE et THLASIAE. *l. 5. D. ad leg. Cornel. de sicar.*

THY.

THYMELICI, de quibus *l. 4. D. de his, qui not. infam. l. 10. de pollicit. l. penult. C. Theod. de spectacul.* Suida *Tom. II. p. 211.* interprete sunt, οἱ ἐν ὑποκρίσει τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενοι. *histriones scenici.* Isidorus vero *Lib. XVIII. cap. 47.* THYMELICOS, *musicos scenicos* interpretatur, *qui organis et lyris et citharis praecinebant.* Indeque dictos ait, *quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitum, quod θυμέλη vocabatur.* Quae interpretatio accommodatior est ad Vlpiani

verba, quam illa Suidae. Phrynichus quoque ἐν ἐκλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων, θυμέλην ait dictum, *τόπον ἐν τῷ θεάτρῳ, ἀφ' οὗ αὐληταὶ καὶ κιθαρῳδοὶ καὶ ἄλλοι τινὲς ἠγωνίζοντο, locum in theatro, ex quo tibicines et citharoedi aliique agebant.* THYMELICOS certe a scenicis disiunctos, suasque in orchestra peregisse actiones Vitruuius *Lib. V. cap. 8.* indicat. Hinc THYMELITAE, in *l. 21. C. Theod. de pistorib. et l. 5. C. Theod. de scenicis.* Thymelicis autem in *l. 4. D. de his, qui not. infam. Xystici* adiunguntur, qui se in Gymnasiis et Xystis exercebant, de quibus plura suo loco.

THYNNARIA piscatio. *l. 13. D. commun. praedior.* De ea autem vide Io. Brodaei *Miscellan. VI, 8.* vbi et in suo codice legi *thynnaria* obseruat, quum vulgo scriptum sit *tignaria.* HEIN.

TIB.

[TIBIALE armorum genus: *l. 14. §. 1. D. de re militari.*]

TIG.

TIGNVM, a tegendo dictum. *l. 1. §. 1. D. de tign. iunct.* eoque nomine in XII. Tabulis omnes materiae, ex quibus aedificia fiebant, adpellantur. *l. 7. §. 10. D. de adquir. rer. domin. l. 62. D. de verbor. signific.* TIGNVM Vetus Glossarium vertit, λίθος, βήσαλον, καταχρηστικῶς πᾶσα ὕλη. Aliud Latinum: TIGNVM *dicitur omne genus ligneae materiae.* Vnde de TIGNO *iuncto* actio. *l. 23 §. 6 D. de rei vindic. l. 6. D. ad exhibend. l. 1. D. de tigno iuncto. § 29. Inst. de rerum diuis.* TIGNA ad fulciendam insulam commodata. *l. 17. §. 3. D. commodati.*

TIM.

TIMERE exceptionem. *l. 56. D. de verbor. signif.*

TIMOR litis: *l. 2. C. de transaction.*

TIN.

TINGERE numos aureos, quid sit in *l. 8. D. ad leg. Cornel. de fals.* acriter disputant interpretes. Diuersas eorum sententias attulit, et pro *tingere* legi posse *cingere*, mouuit ὁ πάνυ Bynkershoek. *Lib. IV. Obseru. cap. 21.* HEIN.

TIR.

TIRO. TIRONES sunt, qui nondum in numeros relati, lecti tamen vt milirent, publicis expensis iter faciunt, et sub campi doctore exercentur. *l. 42. D. de testam. milit. l. vlt. D. de muner. et honor. l. 4. in fin. D. de re milit. l. vlt. D. de custod. reor.* Hos notis in brachiis compungi solitos, ostendit *l. 3. C. de fabricensib. Lib. XI.* et Veget. *Lib. I. de re milit. cap. 8.* TIRONVM autem praestatio et praebitio olim in muneribus publicis fuit. *l. 4. C. de proxim. sacr. scrin. Lib. XI. l. 2. C. de silentiar. Lib. XI. tit. C. Theod. qui a praebit. tiron.* Ammian. Marcellin. *Lib. XXI. cap. 6. p. 211. Parique studio supplementa legionibus scripta sunt, indictis per prouincias tirociniis.*

[TIROCINIVM. TIROCINII cui-

TIT.

euitandi caussa dare: *l. 3. C. de condict. ob turpem causs.*]

TIT.

TITHASVS serui nomen. *l. 67. D. de hered. instit.*

TITIANVS. TITIANAE aedes, TITIANVS fundus, TITIANA praedia: *l. 38. §. 3. l. 41. D. de legat. III. l. 16. l. 17. D. de except.* TITIANA hereditas et Seiana: *l. 25. §. 4. D. famil. ercisc. l. 27. §. 10. l. 55. §. 4. D. ad SC. Trebell.*

TITVLVS, caussam possessionis significat. *l. 1. D. pro soluto.* iuncta *l. 3 §. vlt. D. de adquir. possess. l. 13. §. 1. D. de heredit petit. l. 2. l. 11. C. eod. tit. l. vlt. D. si quis omiss. causs. testam.* ¶. 2. TITVLVM Regerius, vetus interpres, in titulum de diuersis praescriptionibus, definit, *caussam adquirendi dominium, id est, ex qua nostrum fiat, quod non erat nostrum.* Vetus Glossar. TITVLVS *possidendi est initium possessionis, vt emtio, venditio, permutatio, et huiusmodi.* Significat et caussam transferendi dominii: *l. 24. C. de rei vindicat. l. 22. C. famil. ercisciund.* Plin. *Lib. III. epist. 6.* ¶. 3. Sic TITVLVS, quo dominium quaeri solet. *l. 6. C. de ingen. manumiss.* TITVLVS donationis: *l. 42. §. 1. D. de mort. caussa donat.* TITVLO donationis transferre: *l. 2. l. 12. C. de donation.* TITVLO donationis translatum praedium: *l. 6. C. si alien. res pign.* TITVLO donationis possidere: *l. 12. C. de donation.* TITVLO donationis remissae vsurae: *l. 54. D. de donat. inter vir. et vxor.* TITVLO dotis obligari: *l. 5. C. de pact. conuent.* TITVLO emtionis dare: *l. 1. C. de pactis pignor.* possidere: *l. 12. C. de donat.* Emtoris titulo praedium suscipere vel tenere: *l. 2. D. de distract. pignor.* TITVLVS familiae erciscundae: *l. 9. C famil. ercisc.* TITVLO liberalitatis: *l. 8. C. de condict. ob causs. dator.* TITVLO permutationis tradere: *l. 4. C. de rer. permut.* TITVLO pignoris obligari: *l. 2. C. de administr. tutor. l. 26. C. de pignor. l. 2. D. in quib. causs. pign.* accipere: *l. 6. C. quae res pignori.* vendere: *l. 1. D. de distract. pignor.* Sic etiam TITVLVS possessionis dicitur: *l. 1. §. 9. et l. vlt. D si quis omiss. causs. testam. l. 11. C. de petition. heredit.* TITVLO praecedente: *l. 23. C. de rei vindic.* TITVLVS professionum: *l. 1. C. si maior se minor.* Vno TITVLO rationum: *l. 10 §. 2. D. de adpellation.* TITVLVS pro soluto: *l. 46. D. de vsucapion.* TITVLO venditionis transferre: *l. 6. C. de contrah. emtion.* TITVLVS venditionis vel donationis: *l. 1. C. de patrib. qui fil. distrax.* TITVLVS vsucapionis pro dote: *l. 1. D. pro dote.* TITVLVS vsurae: *l. 4. D. de nautic. foen.* ¶. 4. TITVLVS pro colore: *l. 49. D. de donation. int. vir. et vxor.* Aliquo TITVLO se excusare: *l. 60. §. 4. D. de ritu nuptiar.* Nominis alicuius TITVLO vti: *l. 16. C. de donat. int. vir. et vxor.* Sic TITVLO tenus aere alieno allegato: *l. 5. §. 13. D. de reb. eor. qui sub. tutel. vel cur.* Hoc sensu etiam sub TITVLO operarum aliquid stipulari dicimur, in *l. vlt. §. vlt. D. qui et a quib. manum.* ¶. 5. TITVLVS pro nomine et forma. Sic TITVLVS actionis: *l. 69. D. de fideiussor. l. 3. C. ad SC. Macedon.* TITVLVS criminis: *l. 3. §. 1. D. stellionat.* Sic etiam TITVLOS fiscales et largitionales: *l. 5. C. de*

TIT. TOG.

susceptor. Lib. X. rubr. C. de canon. largit. titul. Symmach. *Lib. I. epist. 2. Et quantum in* TITVLIS *fiscalibus tua cura promouerit.* Sic TITVLO Seianorum acceptilati reditus, id est, nomine et adpellatione. *l. 91. §. 3. D. de legat. III.* Pari modo et TITVLO naturalis filii natum ex se manumittere dicitur in *l. 21. D. de captiu. et postlimin.* Sic eiusdem TITVLI priuilegia: *l. 27. D. de reb. auct. iudic. possid.* [TITVLI Sytiarchiae et Alytarchiae muneribus deputati. *l. 1. C. de offic. Comit. Orient.*] ¶. 6. TITVLOS Tiberius *in constitut. praef.* σανίδας τε βασιλικὰς καὶ σήμαντρα ἐπιτιθέντων, *tabulas Imperatorias ac signacula adfigentium.* et *cap. I.* σανίδας τὴν ὑμετέραν προσηγορίαν φερούσας ἢ εἰκόνας, ἢ χαρακτῆρας βασιλικοὺς ἀλλοτρίοις οἴκοις ἢ χωρίοις ἐπιτιθέναι, *tabulas, quae nostram adpellationem contineant vel effigies insigniaue Imperatoria alienis aedibus aut praediis imponere.* Hinc Latini TITVLVM *inscriptionem* vocarunt, vt apud Iuuenal. *Sat. VI. v. 123.* et Plin. *Lib. VII. epist. 29.* TITVLI insculpti monumento: Paull. *Lib. I. Sent. tit. 13.* TITVLI falsi figmentum: *l. 7. C. de contrah. emtion.* et *tabellam*, qua res venales vel locandae proscribontur, vt apud Plin. *Lib. VII. epist. 27.* Sic apud Tibullum *II, 4. v. 54.*

Ite sub imperium sub titulumque, lares.

Vulgo dicimus *affiches, ecriteaux.* ¶. 7. TITVLVS etiam pro inscriptione, quae supplicii, quod de reo sumebatur, caussam indicabat, vsurpatur a Suetonio *in Domitian. Cap. XXIV.* Eodemque sensu in *Euangel. D. Ioann. Cap. XIX. v. 19.* ἔθηκεν ἐπὶ σταυροῦ τίτλον. Nam quod ille *titulum*, hoc *Marcus Cap. XV. v. 26.* ἐπιγραφὴν τῆς αἰτίας, D. vero *Lucas Cap. XXIII. v. 38.* ἐπιγραφὴν, *D. Matthaeus Cap. XXVII. v. 37.* τὴν αἰτίαν αὐτοῦ γεγραμμένην vocant. Sueton. *in Calig. Cap. XXXI.* Horum titulorum exempla sunt in *l. 13. §. vlt. D. de iniuriur. l. 16 sequ. C. ex quib. causs. infam.* Plura eam in rem congesserunt Ian. Langlaeus *Ot. Semestr. II.* Raeuard. *Var. V, 7.* Cuiac. *Obseru. VIII, 7. XIII, 3.* Radolph. Fornet. *Rer. quotid. I, 13.* HEIN. ¶. 8. TITVLVS pro edicti capite. *l. 1. D. de collat. bonor.* et TITVLVS edicti: *l. 195. D. de verbor. signif.* et TITVLVS item pro rubrica. *l. 1. princ. et §. 7. D. de postuland. l. 1 princ. D. de reb. credit.* ¶. 9. Sed TITVLVM alia significatione exposuit Raeuardus, vt in *rubr. C. vt nemo alien. praediis titulos.* Quo sensu crebro verbum hoc vsurpat D. Augustinus, vt in *lib. de gestis cum Emerito.* In *oratione ad Christum: Pelle discordiam, introduc te ipsum in titulos suos, tu mane, non alter possideat et de titulis tuis fallat.* Tertullian. *in Apologet. cap. II. Christiani suo* TITVLO *offeruntur.*

TITVS Aelius Antoninus Imp. *l. 1. C. de hered. instit.* TITVS Antoninus: *l. 12. D. ad SC. Trebell. l. 11. D. ad municipal.*

TOG.

TOGA dicta, quod ea tegamur, eaque vel virilis vel muliebris est. *l. 180. D. de verbor. signif.* [Add. Voss. *Lib. IV. Instit. orator. Cap. VII. §. 11.*] TOGAE vsus: *l. 32. D. de iur. fisc.* Cuiac. *ad l. 11. D. qui testam. fac. poss.* ¶. 2. TOGA forensis, aduocatorum ordo. TOGAE *foren-*

forensi bonore priuati. Symmach. *in Epistol.* TOGAE amicus, idem auctor dixit. Sic TOGA pro veste forensi aduocatorum, in *l. 7. C. de aduoc. diuersor. iudicior.*

TOGATVS. Vet. Glossar. TOGATOS *dicimus eosdem, quos aduocatos et patronos caussarum earum, qui in forensibus negotiis praemunientes, litigatoribus suum praebent patrocinium, quorum patrocinia substantiuo nomine dicuntur bonoraria.* Eodem sensu in Imperatorum constitutionibus ponuntur. *l. 13. §. 9. C. de iudic. l. vlt. C. de sportulis. et in tit. C. de aduocat. diuers. iudic. passim.* TOGATVS ordo aduocatorum apud Sidon. Apollinar. *Lib. II. epist. 13. et Lib. VI. epist. 3.* Sic TOGATORVM *professionem* accipe apud Cassiodorum *Lib. III. epist. 33.* et apud Symmachum, *l. vlt. C. de postulando. l. 3. C. de aduocat. diuers. iudicior.* et qui TOGATI dicuntur in *Const. Summa reip. de Iustin. Cod. confirm. §. 2.* iidem *patroni caussarum* in *Const. Tanta de confirm. Digestor. §. 9.*

TOL.

TOLERABILIS. TOLERABILIVS est: *l. 13. D. de vacat. et excusat. muner.*

TOLERARE damna; *l. 17. C. de euiction.*

TOLLERE, pro auferre. *l. 19. §. 4. D. locati. l. 7. D. de religios.* TOLLERE aedificium, id est, diruere. *l. 17. D. de seruitut. l. 2. §. 17. D. ne quid in loc. publ. l. 27. §. vlt. l. 38. D. de rei vindic.* TOLLERE arbores: *l. 19. §. vlt. D. de vsufruct.* aurum; *l. 31. §. 2. D. de donation.* cretam et fructus: *l. 16. D. de praescript. verb.* fructum: *l. 42. D. de vsu et vsufr. legat.* glandem: *l. 9. §. 1. D. ad exhibend.* opus: *l. 3. §. 2. D. de alienat. iudic. mut. causs.* opus factum: *l. 25. D. commun. diuid.* opus suis impensis: *l. 3. §. 2. D. de alienat. iudic. mut.* TOLLI opus: *l. 14. D. quod vi aut clam. l. 25. D. de damn. infect. l. 1. §. 22. l. 7. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* SVBLATO opere: *l. 1. §. 22. D. eod. tit.* SVBLATA pecunia: *l. 56 §. 1. D. de furt.* TOLLERE rudera: *l. 7. §. vlt. D. de damn. infect.* stercus: *l. 5. §. 3. D. ad exhibend.* sterquilinium: *l. 17. D. si seruit. vindic.* TOLLI superficies: *l. 39. §. 2. D. de damn. infect.* TOLLERE tectoria: *l. 3. §. 9. D. vti possidet.* tegulas de aedificio: *l. 7. D. quod vi aut clam.* TOLLERE et exportare thesaurum: *l. 15. D. ad exhibend.* trabem alienam: *l. 51. D. ad leg. Aquill.* SVBLATIS vindemiis: *l. 7. D. soluto matrimon.* TOLLERE vinum: *l. 2. pr. D. de peric. et commod. rei vend. l. 4. §. 5. D. eod. tit.* TOLLERE vina: *l. 15. D. eod. tit.* ¶. 2. TOLLERE pro suscipere. Sic TOLLERE liberos: *l. 6. §. 2. D. de iur. patron. l. 77. §. 24. D. de legat. II.* Et ita SVBLATIS filiis: *l. 92. D. de adquir. heredit. l. 37. §. 6. D. de oper. libert.* id est, susceptis. Et SVSTVLIT filium: *l. 3. D. de coniung. cum emancip. liber.* ¶. 3. TOLLERE et praestare opponuntur. *l. 14. §. 5. D. de aedilit. edict.* Sic TOLLERE factum: *l. 31. D. de regul. iur.* ¶. 4. [TOLLERE perinde vt Graecum *αἴρω* duplicem habet significatum, tum in se recipiendi ferendique aut leuandi, tum etiam perdendi. Quam ambiguitatem etiam illud epigramma exprimit:

Quis neget Aeneae magni de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Sic Cicero C. Octauium Augustum laudandum et *tollendum* esse dixit, apud *Vellei. Patercul. II, 63. n. 6.* Similis figura est in verbo *exspectare.* vid. supra *Lib. V.*] ¶. 5. TOLLERE altius aedificia, vide *Lib. I. in verbo* ALTIVS. ¶. 6. TOLLI, id est, dissolui et finiri. *l. 35. D. de regul. iur.* TOLLI acceptilatione quod debetur: *l. 12. l. 13. D. de acceptilat.* SVBLATVM per acceptilationem: *l. 6. D. eod. tit.* Sic et TOLLI actio, id est, exstingui dicitur. *l. 6. D. commodati.* Altera actio alteram non TOLLIT: *l. 2. §. 1. D. de tutel. et ration. distrab.* TOLLITVR actio: *l. 6. l. 17. § 1. 2. D. de pact.* SVBLATA est actio: *l. 62. D. de solution.* Pactum creditoris non TOLLIT alienam actionem: *l. 71. §. 1. D. de fideiussor.* TOLLI etiam condictio dicitur. *l. 7. l. 17. l. 18. D. de condict. furt.* TOLLI electione: *l. 12. C. de furt.* TOLLITVR iudicium: *l. 2. §. 1. vers. vtraque D. de tut et ration distrab.* TOLLI matrimonium, id est, solui. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 19.* SVBLATO nomine: *l. 36. D. ad municipal.* TOLLI obligatio: *l. 21. §. 2. D. de fideiussor.* quomodo etiam TOLLI obligationem pactione: *l vlt. D. de iureiur.* TOLLI partam obligationem: *l. 17. C. de solution.* TOLLI obligatio et constitui aduersantur: *l. 8. §. 2. D. de acceptilat. l. 44. l. 95. §. 3. D. de solution.* Sic SVBLATA in perpetuum obligatio: *l. 98. §. vlt. D. de solution.* SVBLATA iure obligatio: *l. 71 princ. D. de fideiussor. l 38. §. vlt. D. de solution.* SVBLATA obseruatio: *l 8. C. de testament.* TOLLI quoque petitio dicitur, pro exstingui, *l. 25. C. de pactis. l. 82. D. de legat. II.* TOLLITVR potestas: Vlpian. *tit. X. Regul. §. 3.* SVBLATA quaestio facti, id est, exstincta. *l. 56. §. 1. D. de furtis.* Effectu TOLLITVR societas: *l. 14. §. vlt. D. commun. diuid.* TOLLERE stipulationem, id est, dissoluere et finire. *l. 44 §. vlt. D. de solution.* TOLLITVR stipulatio iure: *l. 28. D. de nouation. l. 27. §. 2. D. de pact.* TOLLI testamentum et sublatum testamentum, in *l. 29. D. ad SC. Trebell. §. 3. Inst. quib mod. testam infirm.* Ipso iure TOLLITVR testamentum: *l. 27. C. de testament.* TOLLI vsu, id est, consumi. *l. 1. D. de vsufruct. ear. rer. quae vsu consum.*

TON.

TONSOR familiae rusticae caussa paratus; *l. 12. §. 5. D. de instruct. vel instrum. legat.*

TONSVRA ouium: *l. 65. §. vlt. D. de legat. III.*

TOP.

TOPIARII serui, in *l. 60. §. vlt. D. de legat. III. l. 12. §. 42. l. 17. D. de instruct. vel instrum. legat.* et apud Plin. *Lib. III. epist. 19.* sunt, qui hedera gestationes conuestiunt, formas ex plantis, fruticibus, arboribus, faciunt, variasque ex iis subtiliter compositis et plicatis figuris exprimunt et reddunt. Vnde quidam *typigrios* eos efferendos contendunt, a *typis*, id est, formis ac figuris, quas exprimunt. Hos eleganter hoc verborum ambitu

Iul.

Iul. Firmicus *Lib. VIII. Mathes. cap. 10.* designans: *vel qui, ait, buxeas arbores tondens in belluas fingat, aut virides porticus, in circulum flexis vitibus, faciat, ab opere topiario, quod ipsi facere sciunt, dicti.* TOPIARIVM *vero opus e topiis, quae a funiculis nomen obtinuerunt, quibus frutices et arbusculas tonsiles in animalium species aut rerum historias luculenta varietate adsimilatae sunt et religatae hinc inde destinentur flectanturque ad effingenda, quae luduntur, rerum et animalium argumenta.* [Cicero *Lib. III. ad Quinct. fratrem epist. 1.* TOPIARIVM *laudaui: ita omnia conuestit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis: vt denique illi palliati topiariam facere videantur, et hederam vendere.*] Adde de topiariis Reines. *Class. IX. Inscr. 35. p. 562.*

ΤΟΠΟΤΗΡΗΤΗΣ. *Nouell. CXXXIV. cap. 1.* Conseruatores loci, itemque loci iudices dicti, *l. 2. C. de exhib. reis*, Iuliano Antecessori *Vicarii.* Ita dicebantur, qui a Praefectis praetorio, vel comitibus, vel praesidibus prouinciarum in singula loca mittebantur iuris dicundi caussa. De eorum munere et differentia a Defensoribus locorum plura dixit Cuiacius *Lib. III. Obseru. cap. 14. et in Comment. ad Nouell. VIII.* HEIN.

TOR.

TORMENTA adhiberi. *l. 10. §. 3. et l. 18. §. 2. D. de quaestion.* TORMENTA seruorum. *l. 1. l. 4. D. eod. tit.*

TORQVERE laqueum: *l. 23. § 3. D. de aedilit. edict.* ¶. 2. TORQVERI autem dicuntur, de quibus quaestio habetur. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6. l. vlt. D. de decurion.* Sic TORQVERI seruum, id est, quaestionem de eo haberi. *l. 33. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 23. §. vlt. l. 66. D. de vsufruct.* TORTI per calumniam serui: *l. 7. C. de calumn.* Sic TORTVS homo liber: *l. 27. D. ad leg. Iul. de adulter.* ¶. 3 [TORQVERE corpore, id est, corpore coercere. *l. 7. §. 3. D. de iurisd.*]

TORRENS est, ait Vlpianus, qui Graece χείμαῤῥος. *l. 1. D. de fluminib.* Festus vero *Lib. XVIII.* TORRENS, ait, *significat fluuium subitis imbribus concitatum, qui alioquin siccitatibus exarescat.* Seruius ad *Lib. II. Aeneid. v. 305.*

Incidit aut rapidus montano flumine torrens.

Fluuius est, ait, *qui aestate siccatur, vnde et nomen accepit, cui Graeci per contrarium dedere vocabulum. Nam χειμαῤῥον dixerunt a tempore, quo arescit, sicut aequinoctium ἰσημέραν.* Ouid. *Lib. II. Fastor. v. 219.*

Velut TORRENS *vndis pluuialibus auctus.*

et *Remed. Amor. v. 651.*

Flumine perpetuo TORRENS *solet altius ire.*

Agratius, TORRENS *aqua praerupta decurrens.*

TOT.

TOTVS, A, VM. omnis, vniuersus, solidus, integer. TOTVM: *l. 14. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fals.* TOTAS aedes: *l. 7. §. vlt. l. 15. §. 12. D. de damn. infect.* TOTAM arborem: *l. 2. §. vlt. D. pro legato.* TOTVM argentum legatum: *l. 20. D. de except. rei iudicat.* TOTORVM bonorum: *l. 3. D. si a parent. quis manum.* TOTIVS dignitatis exceptio depulsa: *l. 34. C. de decurion. Lib. X.* TOTVS fundus: *l. 4. §. vlt. D. pro emtore.* TOTVM ius: *l. 2. D. de natal. restit.* In TOTO iure: *l. 80. D. de regul. iur.* TOTOS masculos, id est, omnes. *l. 4. C. de liber. praeterit.* [TOTA maturitate praecipimus: *l. 33. C. Theod. de haeretic. Lib. XVI. tit. 5.* TOTA obseruatione prouidebit: *l. 80. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*] TOTVM pretium: *l. 4. §. 10. D. de manumiss.* Non TOTAM summam, sed partem. *l. 20. D. de mort. causs. donation.* ¶. 2. TOTVS aliquando non est integer, solidus, sed aliquando et partem quotam significat. Tunc, quemadmodum a *quot* fit *quotus*, ita a *tot totus.* Sic in *l. 1. §. 5. D. de hered. instit. Ille ex parte* TOTA, *ille ex* TOTA Quae sensum non haberent, si totum esset integrum ac solidum. V. A. Cornel. van Bynkershoek *Obseru. V, 1.* Ceterum TOTVM, quatenus est a *tot*, primam syllabam corripit Manil. *Lib. III. Astron. v. 447.*

Detrahitur summae TOTA *pars, quota demit vtrimque*

Omnibus ex horis. HEIN.

¶. 3. *In* TOTVM, id est, omnino. *l. 67. l. vlt. D. de regul. iur. l. 4. §. 9. D. de manumission. l. 45. D. de iur. dot. l. 7. §. 1. l. 22. D. de muner. et honor. l. 1. §. vlt. D. de oblig. et action.* et per omnia, *l. 8. §. 11. D. de bonor. possess. contra tabul.*

¶. 4. *In* TOTVM et in partem opponuntur. *l. 30. §. 2. D. ad leg. Falcid.* vt et *in* TOTVM et pro portione, *l. 15. §. 18. D. de damn. infect. l. 5. §. 15. D. de oper. nou. nunciat.* Sic et in TOTVM abstinere: *l. 6. §. 3. D. de offic. proconf. In* TOTVM non edere: *l. 8. D. de edendo. In* TOTVM expellendus: *l. 20. §. 1. D. ad SC. Trebell.* Non *in* TOTVM repelli: *l. 1. §. 13. D. de ventre in possess. mitt. In* TOTVM repromittere: *l. 45. §. vlt. D. de damn. infect.*

TRA.

TRABALIS, E, quod semper firmum ac ratum est, neque vmquam suam auctoritatem amittit. *Nouell. Theodos. et Valentinian. tit. III. de Iudaeis, Samarit. haeret.* TRABALI *iussione decreuimus.* Et in *Concil. Toletan. XIII.* mentio fit TRABALIS *iudicii.* Illustrauit hanc loquutionem Ciron. *Obseru. II, 11.* HEIN.

[TRABEA, pro dignitate consulari. Hinc TRABEARVM regalium honor. *l. 4. C. Theod. ne quid public. laetit.* ex qua *l. 1. C. Iustin. eod. tit.* recte emendat Cuiacius *in Comment.* Hinc TRABEAE summitas: *l. 1. C. de consul. Lib. XII. tit. 3.* et TRABEATA quies, in *l. 33. C. Theod. de petit.* vbi vid. Gothofred. et Iac. Guther. *de offic. dom. August. II, 5.*]

TRABS. TRABEM alienam tollere. *l. 50. §. vlt. D. ad leg. Aquill.*

TRACTARE pro administrare. Sic: TRACTARE bona: *l. 12. D. de tutor. et curat. dat.* TRACTARE pecuniam publicam: *l. 2. D. ad municip.* TRACTARE diligenter rationes: *l. 8. D. de*

TRA.

de manumiss. testam. l. 21. D. de statulib. ¶. 2. TRACTARE, pro agere. TRACTARE caussam: *l. 2. C. de aduocat. fisc. l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* TRACTATVR caussa: *l. 45. §. 8. D. de iure fisci.* et alias TRACTATVM est ex facto. TRACTARI praescriptiones: *l. 15. §. 7. D. ad leg. Iul. de adulter.* ¶. 3. TRACTARE, pro excipere et habere. Atrocissime TRACTARE ancillas: *l. 2. D. de his, qui sui vel alien. iur. sunt.* et contra, TRACTARE clementius: *l. 28. §. 3. D. de poenis.* ¶. 4. TRACTARE pro discutere, agere, deliberare, seu disserere. Sic: Nunc TRACTEMVS. *l. 1. D. de tutel. et rat. distrah.* TRACTABITVR: *l. 21. D. de donation.* TRACTANDVM est: *l. 2. D. a quib. adpell.* TRACTATVM est: *l. 9. §. 2. D. de statuliber.* TRACTARI potest: *l. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull. l. 41. §. 1. D. de legat. I. l. 1. §. 1. D. ad SC. Tertullian. l. 24. §. 2. D. de fideicomm. libert l. 7. D. quando dies legator.* TRACTARI solet: *l. 2. D. de custod. reor. l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid* TRACTARE solemus: *l. 13. §. 10. D. de damn. infect. l. 18. D. de tutel. et ration. distrah.* Ad TRACTANDVM, id est, agendum seu colloquendum de adulterio. *l. 9. D ad leg. Iul de adulter.* TRACTARI ius: *l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter.* TRACTAT Iulianus: *l. 13. §. 2. D. de manumiss. testam.* TRACTATVR apud Marcellum; *l. 33. D. de adquir. rer. domin* TRACTAT Papinianus. *l. 14. §. 5. D. de furtis.* Quam speciem Scaeuola TRACTAT: *l. 23. §. 3. D. de adquir. rer. domin. l. 1. §. 16. D. de coniung. cum emancip. liber.* [Hoc decretum ad me TRACTANDVM referetur. *l. 5. C. Theod. de medic. et professor. Lib. XIII. tit. 3.*]

TRACTATVS, id est, quaestio: *l. 5. princ. §. penult. D. de praescript. verb. l. vlt. D. si pars heredit. pet. l. 32. §. 15. D. de recept. arbitr.* Sic TRACTATVS futuri temporis: *l. 1. §. 2. D. de vsur.* TRACTATV habito: *l. 9. D. de gradib. et adfin.* TRACTARE est rem vel quaestionem plene perfecteque discutere. *l. 17. D. de iure patron.* Atque ita differt a quaestione TRACTATVS, quod hic latior sit, illa strictior et simplicior. *l. 5. princ. D. de praescript. verb.* Senec. *controu. I. Hoc ex aequitatis parte pendet, et tractatio magis est, quam quaestio.* et *controu. V. Hos non tamquam quaestionem, sed, vt illi mos erat, pro tractatione et loco.* Ex quo intelligis, qoid *quaestionum publice tractatarum* intellexerit Ceruidius Scaeuola. Vid. Petr. Perennoo. *Animaduers. II, 11.* HEIN. ¶. 2. TRACTATVS pro conuentione. Sic TRACTATV habito, id est, conuentione habita. *l. 32. D. pro socio* Laurentius *de poenitentia: qui enim est distractor aut emtor, qui lucri gratia habet de cupiditate tractatum.* Eodem sensu in TRACTATV rem habere dixit Lactantius *de mortib. persequut. Cap. XLVIII.* HEIN.

TRACTORIAE, diplomata et litteras euectionis publicae praebitionisque significant. *rubr. C. de tractor. et statiu. Lib. XII.* Sic enim eam rubricam emendandam censeo, eodemque collyrio etiam *l. 2. C. de desertor. Lib. XII.* et *l. penult. C. de cursu publ. Lib. XII.* medebimur, in qoibus *tractatoriae*, pro *tractoriis* perperam ac mendose vulgo legitur. Sed et in *l. 1. C. de tractor. et statiu.* vbi impressi codices *tractores cum statiuis*, rectius et rubricae conuenientius scriptorum codicum auctoritate freti legimus *tractoriae cum statiuis.* Huius nostrae scripturae veritatem praeter veteres libros, etiam impressi B. Augustini codices comprobant, in quibus *Epistola XV.* ita scriptum est: TRACTORIA *ad me denuo Idibus Nouembr. venit.* Quae et mox *tractoria epistola* ibidem adpellatur, et in *Lib. post Collat. contra Donatist. Cap. XXIV. A primatu suo per* TRACTORIAM *sunt euocati.* Formulam TRACTORIAE legatorum ex antiquo libro scripto sumtam hic adscribam. *Ille Rex omnibus agentibus (locis) nos in Dei nomine Apostolico viro N. nec non et illustri viro N. partibus illis legationis caussa diximus. Ideo iubemus, vt locis conuenientibus eisdem a vobis euictio simul et humanitas ministretur. Hoc est veredos siue parauerodos et panes nitidos tot, vini modios tot, cereuisiae modium tantum, lardi libras tot, porcos tot, porcellos tot, verueces tot, agnellos tot, phasianos tot, pullos tot, oua tot, olei libras tot, gari libras tot, mei tantum, aceti tantum, piper tot, grani mastiches tot, dactylas tantas, pestasias tantas, amygdala tot, cereos tot, salis tot, olera, legumen, carra tanta, faculas tot. Itemque victu ad caballos eorum foens carra tanta, sussusi modios tot. Haec omnia diebus tam ad ambulandum, quam ad nos in Dei nomine reuertendo vnusquisque vestrum per loca consuetudinaria eiusdem ministrare et adimplere procuretis, quatenus nec moram habeant, nec iniuriam perferant, si gratiam nostram optatis habere.* Vide et *Lib. IV. Legis Franciscae cap. 67.* Sed et

TRACTORES in scriptis vocantur *l. vlt. C. de exsequutor. et exactor. Lib. XII.* qui in impressis libris *tractatores.* Tametsi in Lexico B. Germani TRACTATORES inuenio παραχομιστὰς verti. In Nouellis plane τρακτευτῶν non semel fit mentio, et maxime in *Nouell. XXX. cap. 3.* et in *Edicto Iustin. XIII.* quos curam egisse τῆς εἰς πρᾶξεως τῶν δημοσίων φόρων, *exactionis tributorum fiscalium*, ex iis locis patet.

TRACTVS pro tractu temporis. Sic TRACTVS secundus et tertius. *l. 40. D. de reb. credit.* TRACTVS temporis: *l. 5. §. 1. D. de iure deliberandi. l. 29. D. de regul. iur. l. 12. l. 43 §. vlt. D. de procurat.* Cum TRACTV aliquo locare: *l. 7. §. 8. D. quib. ex causs. in poss. eat.* TRACTVM habet hoc legatum, quum voluerit. *l. 11. §. 6. D. de legat. III. conf. l. 1. D. vnde legitimi.* ¶. 2. TRACTVS, pro plaga et regione. *l. 4. C. de summa trinit. l. 2. C. de offic. praefect. praetor.* Valer. Max. *Lib. VII. cap. 1. Mauritaniae et Numidiae ceterarumque illius tractus gentium* Frontin. *Lib. I. de aquaeduct. Ea namque est, quam omnes tractus eius per vicem in modulos certos dispensatam accipiunt.*

{TRADERE plus est, quam restituere, nam qui restituit procurator, etiam tradere debet. *l. 8. §. vlt. D. mandati.* TRADERE rem custodiendam: *§. 3. Inst. de oblig. quae re contrah.*} ¶. 2. TRADI res videtur, si qoum apud me esset ex aliqua caussa, post emtionem apud me remanse

manserit. l. 9. §. 1. D. de Publician. in rem act. l. 62. D. de euiction. l. 9. §. 5. D. de adquir. rer. domin. Non videtur TRADITVS seruus, quem donec pretium solueret, a venditore emtor conductum rogauit, quum eius possessio per locationem a venditore retineatur. l. 16. D. de peric. et commod. rei vendit. et trad. Si quis fundum per epistolam donet ei, qui in eo fundo sit, sufficit hoc ad TRADITAM possessionem, idem est, etsi a fundo absit, si tamen qui donat, ab eo conducat, vel vsum fructum retineat, vel si eius nomine constituat, possidere. l. 77. D. de rei vindic. l. 35. §. 5. C. de donation. TRAOITAE etiam videntur trabes, quas emtor signauerit. l. 14. §. 1. in fin. D. de peric. et commod. rei vendit. TRADITA quoque videntur vina, quum claues cellae vinariae emtori adiectae sunt. l. 1. §. 21. D. de adquir. possess. vbi etiam adiicitur, eas res, quae propter magnitudinem ponderis moueri oon possunt, pro traditis haberi, si in re praesenti contrahere consenserint.

¶. 3. TRADERE possessionem: l. 18. §. 8. D. de damn. infect. TRADI possessio: l. 12. D. de vi et vi armat. l. 3. §. 1. D. qui potior. in pign. TRADITA possessio: l. 15. C. de rei vindic. l. 21. D. de vsufruct. l. 2. C. de adquir. possess. l. 9. §. vlt. D. de Publiciana in rem act. TRADERE vacuam possessionem: l. 68. §. 1. l. 78. §. 1. D. de contrah. emtion. l. penult. in fin. D. de adquir. possess. l. 12. D. de vi et vi armat. l. 3. §. 1. D. qui potior. in pign. l. 4. princ. D. de vsur. ¶. 4. TRADERE pro dicere. l. 2. §. 2. et §. 35. D. de orig. iur. l. vlt. D. de rer. diuis. Ita etiam: quod per manus TRADITVM est. l. 10. D. de iur. codicill. ¶. 5. TRADERE militi: l. 7. D. de interdict. et relegat. TRADI poenae: l. 11. D. ad leg. Cornel. de sicar. et suae poenae: l. vlt. D. de interd. et relegat. TRADI io opus publicum: l. 10. D. de poenis. ¶. 5. Tenendae et loquutiones sequentes. TRADERE latrones, id est, prodere. l 1. §. 25. D. de quaestion. Mihi TRADITVM est: l. 4. §. 3. D. de penu legat. TRADITVM iri: l. 47. §. 3. D. de fideicommiss. libertat.

TRADITIO. Vetus Glossar. ἡ ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα μετάθεσις. TRADITIO autem rerum corporalium est. Incorporales enim traditionem non recipiunt. l. 43. §. 1. D. de adquir. rer. domin. Sed in his vsus iuris pro traditione possessionis cedit. l. 20. D. de seruitutib. Eoque modo TRADITIO seruitutum accipienda est in l. 1. in fin. D. de seruit. praedior. rustic. TRADITIO vsusfructus, in l. 11. §. 1. D. de Publician. in rem act. ¶. 2. TRADITIONIS autem nomine iureconsulti omnes adquisitionum species complectuntur. §. 31. Inst. de rer. diuision. l. 14. D. de vsu et habitat. vt stipulationis verbo obligationes omnes. Ideoque saepe stipulari et per TRADITIONEM accipere coniungunt, quum omnem obligationem et dominii adquisitionem significare volunt, vt in l. 12. §. 3. D. de vsufruct. l. 27. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 12. §. 1. D. de captiu. et postlim. l. 14. §. 1. l. 15. §. 5. l. 19. §. vlt. D. de castrens. pecul. l. 14. princ. D. de vsu et habitat. l. 25. §. 2. D. de liberal. causs. l. 3. §. vlt. l. 33. l. 37. § 9. l. 39. in fin. D. de adquir. rer. domin. l. 86. §. 2. D. de legat. I. l. 12. D. de auctor. tutor. l. 16. D. de oblig. et act. l. 63. §. 2. D. de adquir. rer. domin. l. 22. §. 9. D. mandati. TRADITIONIBVS corporum dominium translatum: l. 2. C. de crim. stellion. ¶. 3. Promiscua haec sunto: [TRADITIO, id est, alienatio per traditionem. l. 15. D. de reb. dub. TRADITIO pro naturali datione. l. 8. D. de pecul. TRADITIO rata erit. l. vlt. D. de donat. inter vir. et vxor.] TRADITIO vacuae possessionis: l. vlt. D. de seruitut. l. 3. §. 2. D. de action. emti.

TRAGICVS. TRAGICA vestis. l. 15. §. 5. D. de vsufruct.

TRAGOEDI serui: l. 12. D. de fideicommiss. libert. l. 38. §. vlt. D. de aedilit. edict.

TRAHERE, id est, protrahere, differre. Sic TRACTVM, id est, protractum, l. 4. D. de vulg. et pupill. subst. TRAHERE aditionem hereditatis. l. 3. §. 11. D. de statulib. TRAHERE conditionem. l. 7. D. eod. tit. l. 23. D. de hered. instituend. TRAHENDVM decretum, id est, protrahendum. l. 22. D. ad SC. Trebell. TRAHERE denonciationem: l. 5. D. si mens. fals. mod. dix. TRAHERE exsequutionem sententiae: l. 41 princ. D. de vsuris. Protrahi quidem manumissio dicitur in l. 20. §. penult. D. de donation. Sic: diu TRACTVM negotium adpellationis dicitur. l. vlt. D. de re iudic. l. 24. D. de adpellat. TRAXISSE litem satis diu, l. vlt. D. ad SC. Turpill. TRACTA lite: l. 3. D. ad leg. Iul. de adulter. TRAHERE satisdationem, id est, differre. l. 2. D. de magistrat. conuen. TRAHERE tempus, pro extendere. l. 16. §. vlt. D. de pecun. constit. vnde tractus temporis, vt supra diximus. TRACTA vita, id est, protracta. l. 22. D. de donation. ¶. 2. TRAHERE reliqua, dicitur qui reliquatus est. l. 34. §. 1. D. de statulib. l. 3. §. 1. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin. l. 46. D. de admin. et peric. tutor. ¶. 3. TRAHERE, id est, deducere. Sic TRAXIT nomen. l. 1. §. vlt. D. de testam. milit. TRACTVM nomen. l. 2. D. de praeuaricat. TRAHERE originem: l. 23. l. vlt. §. 3. D. ad municip. ¶. 4. TRAHERE, producere est, et extendere. Sic TRAHI leges priores ad posteriores. l. 26. l. 27. D. de legib. TRAHI constitutiones ad exemplum. l. 1. D. de constitut. princ. Item SCi TRAHENDA mens, id est, producenda interpretatione: l. 30. §. 2. D. de fideicommiss. libert. Hoc sensu TRAHERE verbum etiam accipitur in l. 3. §. 3. D. de donat. int. vir. et vxor. ¶. 5. TRAHERE, pro rapere. Sic TRAHI ad poenam: l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiest. TRAHI in seruitutem. l. 6. D. de liberal. causs. TRAHENDVS non erit in seruitutem: l. 76. D. de legat. II. ¶. 6. TRAHERE pro adducere. l. 17. §. vlt. D. de recept. arbitr. ¶. 7. Non TRAHERE damnum, id est, euitare. l. 57. l. 58. D. de rei vindic. ¶. 8. TRAHENDVM, id est, subtrahendum. l. 5. §. 20. D. vt in possess. legator.

TRAIECTITIVS. TRAIECTI-

CTITIA peconia nautica, quae periculo creditoris traiicienda motua datur. *l. 3. §. 8. D. de pecul.* TRAIECTITIA, ait Modestinus, ea pecunia est, quae trans mare vehitur. Ceterum si eodem loco consumatur, non erit TRAIECTITIA. *l. 1. l. 4. D. de nautic. foenor.* Sic in *l. 1. l. vlt. C. de nautic. foen. l. 19. C. de vsur. l. 2. §. vlt. D. de eo, quod certo loca. l. 23. D. de obligat. et action.* Paull. *Lib. II. Sent tit. 14. Nouell. CX.* Adpellatur nautica pecunia in *l. 1. §. vlt. D. naut. caup. stabul. l. 3. D. de nautic. foen.* Augustin. *Serm. CCXLV. Ecce eget hic pauper, qui ciuis est regni caelorum, quid dubitas facere traiectitium? Sic enim dant, qui hoc faciunt, vt plura accipiant, quum ad ea loca venerint, vnde est ille, qui accepit.*

TRAIICERE, est in vlteriorem ripam vel littus vehere. Sic TRAIICERE armenta. *l. 12 D. de seruit. praed. rusticor.* TRAIECTAE in scapham merces. *l. 4. D. de leg. Rhod. de iactu.* TRAIICI quoque pecunia dicitur, quae trans mare exportatur. *l. 39. §. 8. D. de administrat. tutor. l. 9. §. 1. D. ad leg. Iul. peculat.* TRAIICERE vectores: *l. 1. §. 12. D. de exercit. action.* TRAIICIT vectores nauta, *l. 5. D. naut. caupon. stabul.* qui eos in vlteriorem ripam vel littus exponunt. *l. 3. D eod. tit.* ¶. 2. TRAIICERE aquaeductum. *l. 11. §. 1. D. de publican. et vectigal.* TRAIECTVS aqoaeductus per domum. *l. 29. §. 1. D. ad leg. Aquill.*

TRALATITIVS, vide TRANSLATITIVS.

[TRAMES, via, ratio, modus. Per TRAMITES legitimos calumniantium iniquitates expellere. *princ. prooem. Instit.* vbi Hotomanus.]

TRANQVILLITAS seculi. *l. vlt C. ne fiscus vel respubl.* ¶. 2. TRANQVILLITAS nostra. *l. 1. C. quando libell.* [*l. 16. princ. C. Theod. de diuers. offic. Lib. VIII. tit. 7. l. 1. C. Iustin. de adparitor. praefect. vrbi. Lib. XII. tit. 54*]

TRANS flumen. *l. 38. D. de adquir. rer. domin.* TRANS flumen esse: *l. 4. princ. D. de noxal. action.* TRANS flumen possidere. *l. 1. §. 1. D. de ripa muniend.* TRANS mare: *l. 6. §. 9. D. de edend. l. 199. D. de verbor signif.* TRANS mare mittere naues: *l. 26. §. vlt. D. de rei vindic.* TRANS mare vehi: *l. 1. D. de nautic foen.* TRANS mare habere: *l. 6. §. 9. D. de edendo.* TRANS mare abesse: *l. 1. §. 9. D. de excusat. tut. l. 3. §. 12. D. de Carbon. edict.* TRANS mare profecta: *l. 22. D. quib mod. vsusfr. amitt.* TRANS mare agere: *l. 1. D de nautic. foenor.* TRANS mare domicilium habere: *l 34. D. de iudic.* TRANS Rhenum: *l. 11. D. de euiction.* TRANS viam: *l. 38. D. de adquir. rer. domin.*

TRANSACTIO specialiter conuentionem significat, qua a lite iam mota vel mouenda, aliquo dato, retento, promisso, receditur. *tot. tit. D. et C. de transaction.* Et a pacto hoc distat, quod qui transigit, de re dubia et lite incerta neque finita, non gratuito decidit: qui vero paciscitur donationis caussa, rem certam et indubitatam liberalitate remittit. *l. 1. D de transaction.* Harmenopul. *Lib. I. tit. 10. §. 1.* Vet. Glossar. TRANSACTIO *est, quum aliquo aut dato, aut retento, aut promisso ab actione et controuersia litigantes recedunt.* TRANSACTIO solo pacto facta. *l. 122. §. 5. D. de verbor. obligat.*

TRANSACTVS, A, VM. praeteritus, exactus. TRANSACTIS decem annis. *l. 2. C. de incolis.* TRANSACTVM quinquennium: *l. 32. D. ad leg. Iul. de adulter.* TRANSACTVM tempus. *l. 3. C. de praescript. long. tempor. l. 3. C. ex quib. causs. infam. l. 19. D. de bonis auctor. iud possid. l. 7. D. quib. mod. vsusfruct l. 137. §. 2. D. de verbor. oblig. l. 11. §. 12. D ad leg. Iul. de adulter.* TRANSACTA tempora. *l. 21. C. ad leg. Iul. de adulter. l. 137. §. 2. D. de verb. oblig.* TRANSACTO tempore liberatus: *l. 37. D. de fideiussor.* ¶ 2. Simili sensu dicitur TRANSACTVM bene matrimunium. *l. 67. §. vlt. D. de legat. II* TRANSACTI negotii: *l. vlt. D. de transact.* et TRANSACTO negotio *l. 15. D. ad municipal.* ¶. 3. TRANSACTA finitaque in SC. Tertulliano sic accipimus, iodicio terminata, transactione composita, longiorisque temporis silentio finita *l. 1. § vlt. D. ad SC. Trebell. l. 230. D. de verbor. signif.* quae ipsa inscriptione suadente eo referenda est. Paullus vero libro singulari de tacitis fideicommissis, TRANSACTA finitaque intelligenda scribit, non solum de quibus controuersia fuit, sed etiam quae sine controuersia sint possessa. *l. 229. D. de verbor. signific.*

TRANSDVCERE. TRANSDVCI grex. *l. 4. §. 1. D. de seruitut.* TRANSDVCI vites in arbores. *l. 3. §. 4. D. vti possidetis.* TRANSDVCERE aquaeductum. *alibi.* TRANSDVCTVS ad alium vsum. *l. 6. D. de legat. III.* TRANSDVCTA linea. *l. 29. D. de adquir. rer. domin.*

TRANSFERRE, transmittere. TRANSFERRE actiones. *l. 35. § 4. D. de contrah. emt.* TRANSFERRI actiones in pupillum vel adultum. *l. 26. C. de admin. tutor.* TRANSFERRI actionem a procuratore in dominum. *l. 27. §. 1. D. de procurat.* TRANSFERTVR actio: *l. 6. D. quando ex fact. tut.* TRANSFERRI in heredes actiones: *l. 4. C. de hered. tut.* TRANSFERRE iudicium: *l. 27. D. de procurator. l. 45. D. mandati. l. 24. §. vlt. D. de liberal. causs l. 13. D. de fideiussor. l. 33. D. eod. tit. l. 46 princ. D. de procurat. l. 13. §. vlt. D. de vacat. et excus. muner. l 57. D. de iudic.* TRANSFERRI iudicium in heredem tutoris: *l. vlt. §. 1. D. de fideiussor. et nominat.* TRANSLATO iudicio a defensore in dominum: *l. 1. §. vlt. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* TRANSFERRE litem ad alium: *l. 4. §. 1. D. de alienat. iudic. mutandi causs. l. 22. C. de procurat.* TRANSFERRE in se litem: *l. 17. D. de procurator.* TRANSFERRE persequutionem: *l. 2. C. de donation.* ¶. 2. Sic etiam TRANSFERRE dominiom fundi ad aliquem dicimus. *l. 6. §. 4. D. de aqu. et aqu. pluu.* TRANSFERT in se obligationem. *l. 1. l. 4. C. ad SC. Velleian.* TRANSLATA obligatio: *l. 5. D. quando ex fact. tutor.* TRANSFERRE possessionem:

l. 6. §. vlt. D. de Carbon. edicto. TRANSFERRE proprietatem: *l. 9. §. 6. D. de adquir rer. domin.* In alios vsus TRANSLATAE summae: *l. 96. D. de legat. I.* TRANSFERRE tutelam. *l. 2. C. de suspect. tutor. l. 1. C. de hered. tut.* TRANSFERRI quoque venditio dicitur, *l. 4. §. 4. D. de in diem addict.* ¶. 4. TRANSFERRE ad heredem, transmittere. *l. 4. l. 5. D. quando dies legat.* Sic TRANSFERRE ad heredem legatum: *l. 20. D. ad SC. Trebell.* TRANSLATVM legatum: *l. 66. D. de condit. et demonstrat. l 95. D. eod. tit.* ¶ 5 TRANSFERRI corpus: *l. 3. §. 4. D. de sepulcro viol.* TRANSFERRE domicilium: *l. 8. §. 9. D. de transaction.* TRANSFERTVR domicilium re et facto. *l. 30. D. ad municipal.* TRANSFERRE in prouinciam: *l. 28. §. 4. D. de iudic.*
¶. 6. TRANSLATA condictio in alium statum. *l. 17. D. de condict. furtiu.* vt et TRANSLATA conditio. *l. 4. §. 6. D. de fideicommiss. libert.*

TRANSFIGVRARE. TRANSFIGVRATVM ornamentum. *l. 10. §. 6. D. quib. mod. vsusfruct. vel vsus amitt.*

TRANSFVGA, non solum is accipiendus est, qui aur ad hostes, aut in bello trans fugit, sed et qui per induciarum tempus, aut ad eos, quibuscum nulla amicitia est, fide suscepta transfugit, maloque consilio et proditoris animo patriam relinquit. *l. 19 § 8. D. de captiu. et postlimin.* Festus *Lib. XIV.* Gallum Aelium *perfugam*, qui et transfuga dicitur, definisse scribit, *qui liber, aut seruus, aut h stis sui voluntate ad hostes transierit.* Sic in *l. 14. D. ex quib. causs. maior. l. 38. §. 1. D. de poen. l. 3. in fin. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 51. D de adquir. rer. domin.* Vet. Glossar. Graecum: TRANSFVGA, *αὐτόμολός ἐστιν οὐ μόνον ὁ ἐν καιρῷ πολέμου πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ἀπελθὼν, ἀλλὰ καὶ ἐν καιρῷ τῶν ἀνακωχῶν πρὸς ἔθνος μὴ ἔχων πρὸς ἡμᾶς φιλίαν ἀπελθὼν ἤτοι ἀποφυγών.* ¶ 2. Sic er TRANSFVGA metalli, qui ex metallo refugit, in *l. 12. §. 17. D. de captiu. et postlim.* qui alias *refuga* dicitur.

TRANSFVGERE ad hostes: *l. 15. D. de tutel.*

TRANSFVSIO. *l. 1. D. de nouation.*

TRANSFVSVS. TRANSFVSVM legatum. *l. 1. §. 8. D. ad leg. Falcid.*

TRANSGREDI personam, id est, excedere. *§. 6. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.*

TRANSIGERE. Hoc verbum generale est, et ad omnes species pertiner, quibus controuersiae deciduntur atque finiuntur. Itaque et iureiurando TRANSIGI negotium dicitur. *l. 31. in fin. D. de iureiurand. l. 21. D. de dolo mal.* Senec. *Lib. VII. declam in praefat. Placet*, inquit, *tibi rem iureiurando* TRANSIGI. Et sententia TRANSIGI. *l. 13. §. 7. D. de his, qui notant. infam. l. 1. D. ad SC. Turpillian. l. 5. D. de decurion. l. 15. D. ad municipal.* TRANSIGI quoque coercitione dicitur. *l. 1. D. de termino moto.* Velut pacto TRANSEGISSE videtur de credito, qui contentus fuit pignora possidere. *l. 15. §. 3. D. de re iudic.* TRANSACTVM pacto de lite. *l. 27. D. de inoffic. testam.* TRANSEGISSE videtur cum possessore, qui iureiurando litem aestimauit eo pretio, quod ipse constituit. *l. 46. D. de rei vindic.* ¶. 2. TRANSIGENDAE controuersiae gratia: *l. 1. §. 10. D. quar. rer. act.* TRANSIGI negotia: *l. 2 D. si quis caution. in iudic. sist. l. 1. §. 1. D. de pact.* TRANSACTVM negotium: *l. 2. D. si quis caution.* TRANSIGERE rem Cicero *pro Cluentio* dixit. TRANSACTA res per iusiurandum, *l. 21 D. de dolo mal.* ¶. 3. [TRANSIGI actiue pro transigere videtur accipi in *l. 8. §. 2. D. de transaction.*] ¶. 4. TRANSACTVM de futuro. *l. 4. §. 4. D. de re militari.* TRANSACTVM dicitur,, siue Aquilliana stipulatione siue pacto sit transactum. *l. 2. D. de transact.* vtroque enim modo tranactiones fiunt. *l. 15. D. eod. tit.*

TRANSIRE dicitur, quod transfertur et transmittitur. Sic TRANSIRE acceptio a persooa in personam dicitur. *l. 9. §. vlt. D. de except. rei iudic.* TRANSIRE actio: *l. 43. D. ad leg. Aquill. l. 29. D. de testament milit. l. 14. D. ad SC. Trebellian.* TRANSIRE conditio: *l. 27. D. de statulib.* TRANSIRE conditio ad emtorem, in *l. 54. §. vlt. D. de euiction.* vt scilicet in eius persona pareri conditioni possit. *l. 6. §. 7. D. de statulib.* Sic quoque TRANSIRE dominium dicitur, in *l. 80. D. de legat. II.* quum transfertur ad accipientem. *l. 14. D. de reb. credit.* TRANSIRE ius: *l. 7. §. vlt. D. de reb. eor. qui sub tutel. l. 3. D. quae res pignor.* TRANSIRE pecunia ad creditorem. *l. 1. C. de his, qui in prior.* TRANSIRE periculum: *l. 9. §. vlt. D. de reb. credit.* TRANSIRE res ad noua dominia: *l. 1 C. de praescript. long. temp.* ¶. 2. Sic etiam TRANSIRE quid ad heredem vel in heredem dicitur. *l. 6. §. vlt. D. de inoffic. testam. l. 32. D. ad leg. Falcidiam. l. 3. l. 21. §. vlt. D. de annuis legat. l. 8. §. 3. D. de liberat. legat. l. 22. D. de vsu et vsufruct. legat. l. 2. §. vlt. D. de pollicitat. l. 20. D. de poen.* TRANSIRE ad heredem conditio: *l. 12. D. de condict. indeb.* TRANSIRE ad heredem legitimum: *l. 49. §. 3. D. de legat. I.* TRANSIRE ad heredem ius bonorum possessionis: *l. 3. § 7. D. de bonor. possess.* TRANSIRE ad heredem legatum: *l. 5. l. 6 l. 13. l. 19. §. vlt. l. 22. D. quand. dies legator.* TRANSIRE legata ad heredes: *l. 18. D. de regul. iur.* TRANSIRE praemium ad heredes: *l. 13. §. 1. D. de iur. fisci.* TRANSIRE in heredes obligatio: *l. 76. D. de verbor. oblig.* TRANSIRE ad heredem vel successorem: *l. 1. §. 43. D. de aqu quotid. et aestiu. l. 12. D. de condict. indeb.* TRANSIRE ad successorem bona: *l. 2. D. de alim. et cibar. legat.* TRANSIRE ad heredem stipulatio: *l. 25. §. 2. D. de vsufruct.* Item TRANSIRE aduersus heredem. *l. 29 D. de iure fisci.* TRANSIRE in heredes: *l. 76. D. de verb. obligat.*
¶. 4. TRANSIRE videtur ad condemnationem: *l. 16. §. 6. D. de pignor.* TRANSIRE in aliud municipium. *l. 30. §. 5. D. de legat. III.* TRANSIRE ad

ad dominum: *l. 24. D. de condit. et demonstrat.* TRANSIRE per multos dominos seruus dicitur. *l. 2. §. vlt. D. de bonor. possess. secund. tabul.* TRANSIRE ad interdictum: *l. 1. §. 2. D. de oper. nou. nunciat.* Per lubricum TRANSIRE: *l. 7. §. 2. D. ad leg. Aquill.* TRANSIRE in aliud nomen vel in proprium nomeo contractus. *l. 1. §. vlt. l. 7. D. de pact.* TRANSIRE in nouationem res vt in verbom obligationem: *l. 2. D. de nouation.* TRANSIRE cum onere: *l. 3. C. de seruitut.* TRANSIRE in ordinem: *l 4. §. vlt. D. de excusation.* ¶. 4. TRANSIRE pro praeterire. Sic TRANSIRE dicitur dies: *l. 39 D. de minorib.* annus: *l. 5. §. 1. C. de temporib. in integr. restit.* et tempus: *l. vlt. C. de condict. ex lege.*

TRANSITVS fiat. *l. 70. D. de adquir. heredit.* TRANSITVM fieri, in *l. 1. princ. D. si tabul. testam.* TRANSITVM facere negotium: *l. 20. C. de procurator.* In TRANSITV serui manumitti. *l. 7. D. de manumiss. vindict.* [TRANSITVS exercitus: *l. 27. §. 3. D. de vsufruct.* Qoomodo oporteat milites TRANSITVM in ciuitatibus facere. *Nouell. CXXX.*] ¶ 2. [TRANSITVS, in *l. 4. l. 5. C. Theod. de offic. Rect. prouinc. Lib. I. tit. 7.* pro iudicum seu rectorum prouinciarum ab vna prouinciae cioitate ad aliam discursu, vt Cassiod. *Lib. V. Variar. Epist. 14.* adpellat. Add. *l. 1. C. Theod. ne quis in palat. Lib. VII. tit. 10.* Adde etiam Iac. Gothofred. ad *l. 4. C. Theod. de offic. rect*]

TRANSLATIO dominii: *l. 33. §. 1. D. de donation.* TRANSLATIO iudicii, *l. 15. D. de noxal. action. l. 29. D. de oper. libert.* litis translationem significat. *l. 17. §. 14. D. de iniur.* quum iudicium ab vno susceptum in alium transfertur. *l. 25. l. 27. D. de procur.* siue, vt loquitur *l. 20. C. eod. tit.* quum negotium ad alterius personam transitum fecit. TRANSLATIO legati, quae tum fit, quum ab vno ad alium legatum transfertur, et fit quatuor modis, quos Paullus explicat in *l. 6. D. de adimend. legat.* De hac translatione agitur *l. vlt. D. de his, quae poen. nom.* et Iustinisnus in tit. *de ademtione legat.* TRANSLATIO litis: *l. 27. princ. et §. 1. D. de procurator.* ¶. 2. [TRANSLATIONVM sollicitudo. *l. 5. C. de Sacros. Eccles.*]

TRANSLATITIE, pro defunctorie et collusorie, in *l. 1. §. 6. D. ad SC. Turpill.* et obiter in *l. 1. D. de iur. patron. l. 55. §. 3. D. ad SC. Trebellian.* Sic non TRANSLATITIE, et diligentius opponuntur, io *Collat. Leg. Mos. et Rom. tit. IV. §. 11.*

TRANSLATITIVS, A, VM. TRANSLATITIA edicta dicebantur, quae ex veteri et recepro iure, eoque quod antea obtinebat, componebantur: siue quae ex vrbano edicto in prouinciale transferebantur, quia in prouincia saepe in iure dicundo repetere solebant, quae prius in vrbe edixerant. Cic. *Lib. I. in Verrem Cap. XLIV. extr. In re tam vsitata satis est, ostendere, omnes antea ita ius dixisse, et hoc vetus edictum* TRANSLATITIVMQVE *esse. Cognoscite aliud hominis in re veteri edictum nouum.* Idem *Lib. III. ad Attic. epist. 23. Alterum caput est translatitium de impunitate, si quid contra alias leges eius legis ergo factum sit.* Erat enim hoc caput ex antiquis legibus in Claudiam legem transscriptum. Insignior ille locus Ciceronis ex *Lib. III. ad diuers. epist. 8. n. 10. Et si quantum Romae composui edictum, nihil addidi, nisi quod publicani rogarunt, quum Samum ad me venissent, vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum. Diligentissime scriptum caput est, quod pertinet etc. Hoc vero, ex quo suspicio nata est, me exquisisse aliquid, ne quo te offenderem, translatitium est.* Gellius *Lib. III. cap. penult. Hoc significat edictum, quo nunc quoque consules, quum Senatores in curiam vocant, seruandae consuetudinis caussa translatitio vtuntur.* Hoc sensu TRANSLATITIVM funus dicit Sueton. *in Neron. Cap. XXXIII.* et TRANSLATITIVM ius, io *Augusto Cap. X.* et TRANSLATITIAE caussae et breues apud eumdem *in Neron. Cap. VII.*

TRANSMARINVS. TRANSMARINA legatio: *l. 3. C. de legation.* TRANSMARINAE negotiationes: *l. 10. D. qui et a quib. manum.*

TRANSMIGRARE ad alia loca: *l. 1. D. decurion.*

[TRANSMISSIO. Illius materise sedes est in *l. vn C. de his, qui ante apert. tabul. hered. transmitt.* et in *l. 3. 7. 19. C. de iur. deliberand.*]

TRANSMITTERE, transferre. TRANSMITTERE actionem: *l. 6. C. de iur. dot.* actiones: *l. vlt. D. de fideiussor.* TRANSMITTERE ad heredem. *l. 4. D. de bonor. possess. contr. tabul. l. 7. D. de inoffic. test. l. 4. D. quand. dies legat. l 39. §. 1. D. de legat. I, l. 36 §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 24. l. 75. §. vlt. D. de legat. II. l. 2. D. de vsu et vsufr. legat. l. 6. D. de seruit. leg. l. 8. D. de dote praeleg. l. 19. D. de option. legat.* ad heredes: *l. 18. §. 3. D. de aliment. vel cibar. legat. l. 10. C. de locato.* TRANSMITTI exactio ad beredes: *l. 3. §. 1 D de adimend. legat.* TRANSMITTERE dominium ad heredem. *l. 2 C. de action. l. 5. C. quand. dies legat.* et successionem: *l. 8. C. de suis et legitim* fideicommissum: *l. 18. §. 3. D. de aliment. vel cibar. legat* et res: *l. 1. C. de adquir. hered.* Sic et TRANSMITTI ad posteros immunitas dicitur. *l. 4. §. 3. D. de censib. l. 4. D. de iur. immun.* TRANSMITTI bona ad successores: *l. 1. §. vlt. D. de requir. reis* ¶. 2. TRANSMITTI qooque allegatio dicitur, in *l. 1. §. 26. D. de quaestion.* TRANSMITTERE fugitiuos: *l. 4. D. de fugitiu.* ¶. 3. TRANSMITTI libelli ad officium: *l. 72. D. de furtis.* TRANSMITTI in opus metalli: *l. 8. §. 7. D. de poen.* TRANSMITTI ad praefectum: *l 13. C. de fideiussor.* ad praesidem fur. *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. 1.* in prouinciam: *l. 15. C. ad leg. Iul. de aduiter.* TRANSMITTERE ad scrinia: *l. 6. §. 3. C. de adpellat.* ¶ 4. TRANSMITTI tempus: *l. 5. C. de admin. et peric. tutor.* TRANSMISSVM tempus: *l. 4. C. de adquir. possess. l. 3. C. quib. non obiic. long. temp. praescript.* TRANSMISSA persequutio poenae: *l. 33. D. de oblig. et action.*

TRANSPORTARE, transferre.

l. 25. § 7. D. locati. TRANSPORTARE columnam. *ibidem.* TRANSPORTARE vinum: *l. 11. §. 3. D. locati.*

TRANSSCENDERE muros. *l. vlt. D. diuis. rer.*

TRANSSCRIBERE in alterius ius transferre significat. *l 12. D. de praescript. verb. l. 3. C. de renoc. quae in fraud. credit. l. 41. §. 9. D. de legat. III. l. 3. C. de reb. auctor. iud. possid.* Agratius *de orthograph.* TRANSSCRIBERE, ait, *dicimur, quum ius nostrum in alium transit.* Sic TRANSSCRIPTA praedia accipe in *l. vlt. C. de praed. nauicul. Lib. XI.* Ambros. *Lib. VI. epistol. Denique transscriptis in aliorum iura praediis virum sequitur.* Symmach. *Lib. II. epistol. Quum ad soliditatem transscriptae in nouum dominium possessionis cuncta ex morte celebrata sint.* Arnub. *aduers. gentes Lib. I.* TRANSSCRIBERE *posse in homin m ius suum, etc.* Sic et aes alienum in se TRANSSCRIBERE, id est, transferre, in *l. 13. D. ad SC. Velleian.*

TRANSVEHERE corpora: *l. 3. §. 4. D. de sepulcr. viol.* ¶. 2. Eum, qui in caussa publica TRANSVEHATVR, in ius vocari non posse, ait iurisconsoltus in *l. 2. D. de in ius vocand.* vbi alii, sed nulla vrgente ratione malunt: *in censu publice.* *Rem egregie illustrare videtur Sueton *in Augusto Cap. XXXVIII. Equitum turmas frequenter recognouit, post longam intercapedinem reducto iure transuectionis, sed neque detrahi quemquam in transuehendo ab accusatore passus est, quod fieri solebat.* Graeci tamen interpretati sunt de iis, qui in caussa publica cursu publico vel diplomate vtebantur, quos τὰς διὰ δημοσίαν χρείαν ὁδεύοντας τῷ δημοσίῳ δρόμῳ vocant, eique sententiae suffragatur Marqu. Freher. *Verosim. II*, 18. HEIN.

TRANSVERSVS. TRANSVERSA contignatio. *l. 47. D. de damn. infect.* ¶. 2. Ex TRANSVERSO, sioe a latere. *l. 1. D. de gradib. et adfin.* Ex TRANSVERSO gradu cognationis iungi. *§. 2. Inst. de nuptiis.* Cognatio ex TRANSVERSO gradu. Vlpian. *tit. V. Regul. §. 6.*

TRAPETVM, in *l. 19. §. 2. D. locati.* mola est oliuaria, interprete Isidoro *Lib. vlt. orig. cap. 14.* Vnde io Lexico B. Germani TRAPETVM ἐλαιῶν μύλος et ἐλαιουργεῖον redditur. Plin. *Lib. XV. cap. 6.* de oleis agens: *postea*, ait, *inuentum, vt lauarentur vtique feruenti aqua, protinus prelo subiicerentur solidae, (ita enim amurca exprimitur.) mox* TRAPETIS *fractae premerentur.*

TRAPEZOPHORA, in *l. 3. D. de supellect. legat.* Iol. Pollux *Lib. X. onomast. cap. 19.* τράπεζαν, ἐφ᾽ ᾗ τὰ ἐκπώματα κατάκειται, id est, *mensam, in qua vasa potoria collocabantur*, τραπεζοφόρον recenti significatione dictam scribit. ¶. 2. Alias TRAPEZOPHORA sunt fulcra mensam sustinentia, ad hominis aut bestiae cuiusdam siue terrestris, siue aquatilis speciem conformata. Io. Brodaeus *in Miscell. X*, 20. HEIN.

TRE.

TREBATIVS *Testa*, iurisconsultus, citatur *l. 30. §. 5. D. de legat. III. l. 1. §. 18. D. de aqua quotid. et aestiu. l. vlt. D. de cloac. l. 29. D. de legat. III. l. 30. §. 5. et l. 5. §. 1. D. de legat. I. l. 21. §. 1. D. de recept. arbitr. l. 3. §. 11. D. de statulib.* De eo vide Porphyrion ad Horat. *Lib. I. Serm. Sat.* 2. C. Trebatii librum de religionibus citat Gellius *Lib. VI. cap. 12.* Adde Menagii *Amoen. iur. ciu. Cap. XIV.* et Gundling. *dissert. de C. Trebatio Testa.*

TREBELLIANVM Senatusconsultum, Annaeo Seneca et Trebellio Maximo consulibus factum de fideicommissariis hereditatibus, hoc continebat, vt restituta hereditate, fideicommissario et in fideicommissarium actiones hereditariae transirent. Vlpian. *tit. XXV. Regul. §. 14. §. 4 Instit. de fideicommiss. heredit.* Sed Iustinianus in hoc SC. etiam Pegasianum, qood de quartae detractione scriptum erat, transtulit. Hodie igitur ex Trebelliano non tantum transire actiones, sed et quartam detrahi dicimus, vt io *l. 14. §. 4. D. ad SC. Trebell.*

TREBELLIANVS fideicommissarius, *l. 15. §. 1. D. vt legator. seruand.* id est, is, cui ex Trebelliano SC. restituta est hereditas.

TRECENTVM, pro trecentorum. *l. 89. §. 2. D. de solution.*

*[TREGEMINI, siue tergemini. *l. 3. D. si pars hered. pet.*] vid. *trigemini.*

TREMISSES, aureorum siue solidorum tertiam partem valent numi. *l. penult. princ. C. de exact. et translat. milit. annon. Lib XII. l. 3. C. de milit. vest. Lib. XII.* Quos posteriorum Imperatorum tempore siliquas octo pependisse, non dubium est, quandoquidem eorum constitotione duos et septuaginta solidos ex libra conflatos constat.

TRI.

TRIBVERE, id est, dare. *l. vlt. D. de iure dot.* Sic TRIBVERE actiones: *l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend.* TRIBVI actio: *l. vlt. C. si aduers. transaction. l. 60. D. de vsufruct. l. 20. D. ex quib. causs. maior. l. 28. D. de procur. l. 3. §. 8. l. 10. D. de negot. gest.* TRIBVI actiones: *l. 5. §. 6. D. de legat. praestand. l. 5. C. de heredit. vel act. vend. l. 1. §. 16. D. si is, qui testam. liber esse iuss.* TRIBVERE beneficium: *l. 17. §. 3. D. commodati.* TRIBVERE beneficio: *l. 4. C. de emancip.* TRIBVI exceptio: *l. 2. §. 2. D. si quis cantion.* TRIBVERE excusationem: *l. 11. D. de vacat. et excusat. mun.* TRIBVI facultas: *l. 2. C. de sentent. praefect.* TRIBVERE honorem: *l. 5. D. de iur. immunit.* TRIBVI immunitas: *l. 5. C. de professor.* interdictum: *l. 3. D. de liber. exhibend.* ius: *l. 4. D. de mort. inferend.* persequutio: *l. 8. C. de hered. vel act. vend.* potestas: *l. 1. C. si quid in fraud. patron. l. 1. C. de ordin. iudic.* TRIBVIMVS potestatem: *l. 32. §. 4 D. de donation. int. vir. et vxor.* TRIBVI priuilegium; *l. 24. D. de iur. dot.* spatium; *l. 5. l. 6. D. de edendo.* vacatio: *l. 5. D. de vacat. et excusat. l. 1. C. de athlet.* TRIBVERE vacationem: *l. 40. D. de excusation.* TRIBVI venia.

venia. *l. 15. §. 4. D. ad leg. Cornel. de fals. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. I.*

TRIBVNAL, vt Isidorus definit, *est locus sublimis et editus, in quo considentes magistratus ius dicunt. l. penult. D. de iustit. et iur.* Pro TRIBVNALI enim soli magistratus sedebant. Vnde ius dicentem hac periphrasi nonnomquam iurisconsulti demonstrant, *qui tribunali praeest, qui pro tribunali cognoscit.* ¶. 2. Hinc TRIBVNAL Aedilis municipalis apud Sueton. *de Clar. rhetor. cap. VI. init.* TRIBVNAL praesidis: *l. 9. D. de poenis.* TRIBVNALIA praesidum: *Collat. Leg. Mosaic. et Rom tit. XIV.* TRIBVNAL praetoris adsistere. Gell. *Lib. I. Cap. 22.* ¶. 3. Pro TRIBVNALI et de plano opponuntur. *l. 1. §. 8. D. ad SC. Turpill. l. 18. §. vlt. D. de quaestion.* A TRIBVNALI abesse tempore manumissionis. *l. 51. §. 5. D. de fideicomm. libert.* Pro TRIBVNALI adire: *l. 2. C. quemadmod. testam.* et aditi: *l. 5. §. 16. D. vt in possess. legat.* audire custodias: *l. 18. §. vlt. D. de quaestion.* Pro TRIBVNALI iudex dicitur cognoscere. *l. 2. D de re iudicat.* Diomed. *Lib. I.* Pro TRIBVNALI abolitio dari debet. *l. 1. §. 8. D. ad SC. Turpill.* Pro TRIBVNALI datur bonorum possessio: *l. 2. §. 1. D. quis ordo in bon. possess. l. 3. §. 8. D. de bonor. possess.* Pro TRIBVNALI examinare accusationem: *l. 1. §. 11. D. ad SC. Turpill.* Ad TRIBVNAL exhibere: *l. 2. C. si mancip. ita venier.* Pro TRIBVNALI iura reddere: Sueton. *in Vitellio Cap. IX.* manumittere: *l. 7. D. de manumiss. vindict.* petere: *l. 4. §. 8. D. de damn. infect.* Pro TRIBVNALI probatum: *l. 26. D. de negot. gest.* Pro TRIBVNALI recitare et legere: *l. 72. D. de furt.* respondere: *l. 13. §. vlt. D. de adpellat.* sedere: *l. 7. D. de in integr. restitut.* Ceterum *ad tribunal* venire dicitur litigator, *in tribunal* vero praetor vel iudex.

TRIBVNVS cohortis. *l. 9. D. de excusat. tutor.* TRIBVNVS militum: *l. 20. D. de testam. milit.* TRIBVNI militaris etiam fit mentio, in *l. 12. §. vlt. D. de re milit. l. 11. l. 13. C. eod. tit. Lib. XII. l. vn. C. de Salgamo. Lib. XII. l. 1. C. de commeat. Lib. XII. l. 5. C. de iurisd. omn iudic.* TRIBVNATVS militum; *l. 25. D. de re milit.* TRIBVNVS notariorum. *l. 2. C. de primicer. Lib. XII.* Ex tribuno et notario, apud Ambrosium, *pag. 7. et p. 9.* TRIBVNOS sibi in sacro monte plebs creauit, etc. *l. 2. §. 20. D. de orig. iur.* TRIBVNO autem plebis, vt sacro sancto, resistere fas non erat. Exemplum apud Plinium *Lib. VII. cap. 44.* et aduersus vim tribunitiam sola collegarum intercessio remedio erat. TRIBVNI praetoriani: *l. vlt. C. de numerar. Lib. XII. l. 4. C. de adparit. magistr. mil.* TRIBVNI scholarum: *l. 8. C. de erogat. milit. annon. Lib. XII. rubr. C. de comit. et tribun. scholar.* et apud Marcellin. *Lib. XXII.* TRIBVNI vigilum: *l. penult. C. de adparit. magistr. mil. Lib. XII.* TRIBVNVS voluptatum, apud Cassiodor. *Lib. VI. Variar. epist. 19.*

TRIBVTARIVS, tributo obnoxius. Vet. Glossar. Graec. TRIBVTARIA, *τὰ ἐν ἐπαρχίαις κτήματα, τρίβουτον γὰρ τὸ βαρὺ τέλος.* TRIBVTARIA praedia: *l. 13. D. de impens. in res dotal. §. 40. Inst. de rer. diuision.* TRIBVTARIA ratio: *l. 10. C. de excusat. tutor.* TRIBVTARIVM solum, apud Plin. *Lib. XII. cap. 1.*

TRIBVTIO, id est, tributum. *l. vlt. §. 23. D. de muner. et honor.* TRIBVTIONES praedii: *l. 52. §. 2. D. de pact.*

TRIBVTORIA actio, *ἡ διαιρετική ἐκ τοῦ distribuere, ὅ ἐστι διελεῖν.* TRIBVTORIA autem actio a praetore redditur in dominum, quo sciente seruus in peculiari merce negotiatus est, si quid cum eo eius rei caussa contractum erit, vt quidquid in his mercibus erit, quodque inde receptum erit, id inter dominum, cui quid debebatur, et ceteros creditores pro rata portione distribuatur, a qua distributione *tributoria* nomen habet. *§. 3. Instit. quod cum eo, qui in alien. potest. tit. D. de tributor. act. l. 3. D. quando ex fact. tutor.* ¶. 2. [Alio sensu TRIBVTORIA actio dicitur in *l. 8. C. de furt.* vbi tamen rectius legitur exactio.]

TRIBVTORIVS, A, VM. tributarius. TRIBVTORIA caussa: *l. 46. §. 7. D. de iur. fisc.* TRIBVTORIA exactio. *l. 8. C. de furt.*

TRIBVTVM, initio pecunia ea, quae populo imperabatur, adpellata est, siue *quod tributum a singulis pro portione census exigeretur*, vt Varro *Lib. IV. de lingu. Lat.* scribit, siue ab intributione, aut quod militibus tribueretur, vt Vlpianus in *l. 27. D. de verb. signif.* et Festus *Lib. XVIII.* probant. TRIBVTVM a Moschopulo *ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων*, definitur *τέλος ὁ ἐτήσιος τοῖς βασιλεῦσι διδόμενος φόρος.* TRIBVTA vero posteaquam Augustus cum populo prouincias partitus est, adpellata sunt, quae bello victae prouinciae populo quotannis pendebant: quae vero Caesaris prouinciae ad belli subsidia inferebant, *stipendia* sunt vocata. Et caussa est, cur *tributa* a *stipendiis, tributariaque praedia* a *stipendiariis* separantur. *l. 13. D. de impens. in res dotal. l. 46. §. 4. D. de iur. fisc. §. 40. Inst. de rer. diuision.* vbi Theophilus hanc horum verborum differentiam verissime tradidit, quae a quibusdam immerito ridetur. *Italica* quidem certe *praedia* immunia erant. ¶. 5. TRIBVTA autem quaedam erant personarum siue capitis, quaedam vero praediis aut mouentibus reddebantur. *l. 3. D. de censib. l. 42. D. de pactis. l. 32. in fin. D. de vsufruct. legat. l. 13. §. 6. D. de action. emti.* ¶. 3. TRIBVTVM consequi: *l. 1. §. 1. D. de publican. et vectig.* In TRIBVTIS esse reipublicae neruos, nemini dubium est. *l. 1. §. 20. D. de quaestion.* TRIBVTIS obligata bona. *l. 1. C. in quib. causs. pign.*

TRIBVTVS, A, VM. distributus. In TRIBVTVM venire. *l. 4. D. de leg. Rhod. de iact.* In TRIBVTVM vocari; *l. 1. §. 20. D. de exercit. act. l. 1. l. 5. §. 6. et §. 15. D. de tributor. act.* ¶. 2. TRIBVTVS, pro datus, redditus. TRIBVTA facultas; *l. 1. C. de alienat.* immunitas: *l. 17. §. 1. D. de excusation.* TRIBVTVM ius: *l. 2. C. de legit. tutor.* TRIBVTA libertas: *l. 33. D. de liber. causs.*

TRICLINIARIVS. Vestimenta TRICLINIARIA. *l. 20. D. de option. vel elect. legat.*

TRICLINIVM, [a tribus lectis dictum fuit, eoque nomine locus et conclaue significatur, in quo conuiuio excepti discumbebant. Laurent. *Not. ad Phaedr. IV, 14.* Sed latius postea extensam fuisse vocem, loci a Brissonio subiecti ostendunt.] In TRICLINIO paedagogi praesto esse dicuntur, in *l. 12. §. 32. D. de instruct. vel instrum. legat.* TRICLINIVM sternere. *l. 5. §. 14. D. commodati.* TRICLINSS etiam mentio fit in *l. 19. princ. et l. 28. D. de seruit. praed. vrban.*

TRIENS, tertia pars est assis, et quatuor vncias continet. *§. 7. Instit. de hered. instit.* Sic pro TRIENTE heres. *l. 7. D. de bonis auctor. iudic. possid.* TRIENS praediorum: *l. 86. D. ad leg. Falcid.* TRIENTES pensiones, apud Lamprid. *in Alexandro cap. 21.* Vnde et TRIENTES vsurae, quae intra tertiam partem centesimae concluduntur. *l. 3. §. 1. D. de contrar. tutel. act. l. 26. §. 1. D. quando dies legator. l. 3. §. 1. D. ad leg. Falcid.* Quomodo et trientarium *foenus* apud Iul. Capitolin. *in Antonino Pio Cap. II.* interpretari oportet. Sic TRIENTES et semisses in vsufructu constituuntur. *l. 26. §. vlt. D. de vsu et vsufr. legat.*

TRIERARCHVS, qui triremibus praeest. *l. vn. D. de bonor. possess. ex testam. milit. l. 46. D. ad SC. Trebellian.* Ascon. *in Verrin. I. cap. 20.* exponit *naui triremi praepositum.* Cornel. Tacit. *Lib. XIV. Annal. cap. 8.*

TRIGEMINI, et *tregemini*, vtroque enim modo in Pandectis Florent. efferuntur, sunt tres vno partu editi, quales fuere Horatii et Curiatii, temporibus Tulli Hostilii regis. *l. 8. D. de reb. dubiis. l. 3. D. si pars hered. pet. l. 137. D. de verb. signific.* Dionys. Halic. vocat ἄῤῥενα βρέφη τρίδυμα. Colomell. *Lib. III. cap. 10. Caprarium submittentem foetus earum pecudum, quae trigemino partu commendantur*, id est, quae tres vno partu enixae sunt. Idem *Lib. VII. cap. 6. Parit autem, si est generosa proles, frequenter duos, nonnumquam trigeminos.* Add. Gell. *Lib. I. cap. 10.*

TRIMA die, id est, tertio anno. vide ANNVVS.

[TRINITAS. *rubr. C. de summa trinit.* quod vocabolum non primum in Synodo Alexandrina siue anno Christi CCCXV. fuisse receptum, ostendit Fabrotus *ad Cuiac. Paratitla C. eod. tit.*]

☞ TRINVNDINVM, vel vti in XII. Tabulis fuit, *tres nundinae*, viginti quidem septem dies conficiunt: sed trinundinum tamen non differt a *triginta diebus iustis*, quarum ibidem fit mentio. Connumerandas enim esse tres dies, quibus edictum proponebatur, ostendit Io. Fridr. Gronouius *Lib. I. Obseruat. cap. 1. §. 4.* Simili computandi ratione nascitur *dilatio Saxonica*, sex hebdomadum et trium dierum. Sex enim hebdomadas efficiunt tres dilationes ordinariae, quae apud Saxones erat quatuordecim noctium. Additis tribus diebus, quibus citatio fiebat, prodit dilatio sex hebdomadum et trium dierum. HESN.

TRIPARTITA, liber Aelii. *l. 2. §. 38. D. de orig. iur.*

TRIPARTITVS. *Tripartita* diuisio: *l. 60. D. de condit. et demonstrat.* TRIPARTITVM ius: *§. 3. Instit. de testament. ordinand.*

TRIPLEX diuisio: *l. vlt. D. de muner. et honor.*

TRIPLICATIO, est defensio, quae replicationi obiicitur. *l. 7. §. 1. et §. 2. D. de curat. furios. princ. Inst. de replicat. l. 2. §. 3. D. de exception.*

TRISTIS. TRISTIORES casus: *l. 3. §. 2. D. de muner. et honor.* TRISTIS sententia, apud Ouid. *Lib. XV. Metamorph. v. 43.*

Nunc quoque sic lata est sententia tristis, et omnis

Calculus immitem dimittitur alter in vrnam.

Iuuen. *Sat. II. v. 62.* Valer. Maxim. *Lib. VII. cap. 2. ext. 1.* et *l. 15. D. de adpellat.* Sueton. *in Domitiano Cap. XI. Quo contemtius abuteretur patientia hominum, numquam* TRISTIOREM *sententiam sine praefatione clementiae praeiudicauit.* Haec alibi *contraria* dicitur, vt supra *Lib. III.* notaui.

[TRISTITIA indicum, pro seueritate. *l. 2. §. 6. C. de iureiur. propt. calumn.*]

TRITAVVS, est patris et matris atauus, aui vel auiae abauus, proaui proauiae proauus, abaui vel abauiae auus, ataui vel atauiae pater, dictus quasi tertius auus. *l. 3. l. vlt. §. 6. D. de grad. et adfin.* Scribitur autem in *l. 3. triauius, triauia* in Pandect. Florent.

TRITICVM Africum. *l. 74. l. 75. D. de verbor. oblig.* TRITICVM, quod in horreo est. *l. 75. §. 6. D. de verb. oblig.*

TRITVS, A, VM. TRITVM frumentum: *l. 23. D. quib. mod. vsufr.* ¶. 2. Res TRITAS corruptasque reddere. *l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquil.*

[TRIVMPHATOR semper Augustus. *l. 8. C. de summa trinit.*] TRIVMPHATORVM autem titulo primum et paullo ante Constantini M. tempora vsos esse Principes, obseruat Reinesius *ad Inscript. II, 8. p. 252.* HEIN.

TRO.

TROCHLEA, qua releuatur prelum. *l. 19. §. 2. D. locati conduct.*

TRV.

TRVLLA. *l. 3. D. de supellect. legat.*

Add.

Add. Varron. Lib. IV. de Lingu. Lat. Cic. Lib. IV. in Verr. cap. 27. *Erat etiam vas vinarium ex vna gemma praegrandi TRVLLA excauata, cum manubrio aureo. Mitti etiam trullam auream rogatum velle eam se diligentius considerare.* [Reines. Lib. III. Variar. Lect. cap. 17]

TRY.

TRYPHONINVS *Claudius* iurisconsultus. Vide supra Lib. III. Claudius.

TVB.

TVBVLVS. l. 13. D. de seruitut. praed. vrban. vide Lib. II. in verbo BALNEVM.

TVBVS cloacae adpellatione continetur. l. 1. §. 6. D. de cloac. vide supra Lib. VI. in verbo FISTVLA.

TVE.

TVERI se, pro eo quod est sustentare, tolerare, exhibere se, et alere, in l. pennlt. et l. vlt. D. de in rem vers. l. 1. §. 2. D. de tutel. et ration. distrah. ¶. 2. Notandum est autem, hoc verbum etiam passiua significatione contra Grammaticorum regulas vsurpari a iurisconsultis non semel, vt in l. 7. D. de curat. furios. l. 17. D. de iniust. rupt. irrit. l. 30. D. de liber. causs. l. 5 §. 7. l. vlt. in fin. D. de legat. praestand. l. 17. in fin. D. de noxal. action. l. 3. C. de seruitut. l. 153. C. Theod. de decurion. Sic et Varro Lib. III. de re rustic. cap. 1. *Et in pace a rusticis Romanorum alebantur, et in bello ab his tuebantur.* Vitruuius Lib. VIII. in praefat. *Res omnes non ali sine elementorum potestate, neque crescere, nec tueri.* Ad quem locum P. Victorius adfert talia cuiusdam inscriptionis verba: *Pareant ergo et noscant omnes Senatus et Populi Romani Imperium deorum numine et militum fortitudine et* TVERI *et regi.* Sic TVERI auctoritas dicitur, in l. 3. C. de ingen. manumiss. et TVETVR eam auctoritas iuris: l. 6. C. ad SC. Velleian. ¶. 3. TVETVR lex: l. 19. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter. praetor: l. 1. §. vlt. l. 2. D. si tabul. testam. l. 1. §. 8. D. de collat. bon. l. 1. §. 2. D. de superfic. l. 1. §. 2. de itiner. actuqu. priu. l. 4. §. 1. D. de doli except. l. 1. D. de ventr. in possess. mitt. l. 2. §. 2. D. de bonor. possess. secund. tabul. l. 42. D. de iureiur. l. 6. D. de option. legat. ¶ 4. TVERI bona: l. 2. §. 2. D. de legitim. tut. caussam: l. 10. §. 3. D. de edendo. l. 5. C. de vsur. conuentionem: l. 28. §. vlt. D. de pignorat. action. dominium: l. 33. §. 2. D. donation. fines praedii: l. 16. §. 1. D. de vsu et habit. fideiussorem: l. 42. D. de iureiur. iusiurandum: l. 3. l. 7. D. de iureiurand. ius suum: l. 1. D. quod vi aut clam. TVENDI iuris gratia: l. 1. §. 16. D. de oper. nou. nunciat. TVERI leges: l. 5. §. 9. D. eod. tit. TVENDARVM legum caussa: l. 6. §. 1. D. de bonor. poss. TVERI libertatem: l. 30. D. de liberal. causs. l. 6. D. de option. legat. l. 14. D. de iur. fisci. TVENDAE libertatis caussa: l. 1. D. de homin. lib. exhib. TVERI mancipia, ne prostituantur: l. 1. § 8. D. de offic. praef. vrbi. TVENDOS esse municipes: l. 56. D. de vsufruct. TVERI alienum negotium: l. 6. C. de adpellat. TVERI negotia adulti; l. 3. C. si alien. res. TVERI negotiationem: Vlpian. tit. XII. Regul. TVERI pignus; l. 16. D. de pignor. action. TVERI placita: l. 3. C. de seruitut. TVETVR possessorem interdictum: l. 1. §. 4. D. vti possides. TVERI rem familiarem non posse: l. 15. D. de annuis legat. TVERI rempublicam: l. 11. D. de decurion. res: l. 15. D. de impens. in res dotal. rusticas seruitutes: l. 1. princ. D. de itin. actuqu. priuat. TVETVR praetor interdicto eum, qui superficiem petit. l. 1. §. 2. D. de superfic. TVERI vectigalia: l. 1. D. de loco publ. TVERI voluntatem defuncti: l. 29. D. de inoffic. testam. TVENDA voluntas defunctorum: l. 2. C. vt in possess. legator. l. vlt. D. de his, qui sub modo. TVETVR praetor voluntatem defunctorum: l. 1. D. si quis omiss. causs. testam. ¶. 5. TVERI se aequitate iudicis: l. 8. §. 8. D. mandati. TVERI se artificio: l. 12. D. de legat. III. TVERI se beneficio: l. 10. C. ad SC. Velleian. TVERI decreto: l. 2. D. de ventr. in possess. mitt. TVERI se defensione: l. 3. C. de his, qui in prior. l. 9. C. de pignorat. act. l. 12. C. de testament. milit. TVERI exceptione: l. 41. D. de adquir. rer. domin. l. 24. C de rei vindic. l. 3. C. ad SC. Velleian. l. 11. §. 2. D. de pignor. l. 9. D. qui potior. impignor. TVERI se exceptione: l. 12. D. de nouation. l. 3. C. de reb. credit. l. 2. C. de re iudic. l. 2. §. 2. D. quod vi aut clam. l. 13. §. 2. D. de recept. arbitr l. vlt. D. de iureiur. l. 9. §. vlt. D. de SC. Macedon. l. 3. §. 1. D. de condict. indeb. l. 26. D. ad SC. Velleian. l. 30. §. 1. D de pact. l. 39. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 74. §. vlt. D. de iureiur. l. 1. §. 4. D. de dolo malo. l. 46. l. 78. §. vlt. D. de iur. dot. l. 23. D. de probation. l. 37. §. 4. D. de legat. III. l. 13. l. 20. D. de liberat. legat. l. 15. D. vt legator seruand. l. 20. §. 1. D. de liberal. causs. l. 7. l. 9. D. de dol. mal. except. TVENDVS exceptione: l. 7. D. de condit. institut. l. 20. D. famil. ercisc. TVERI se immunitate: l. 2. C. de his, qui sponte. TVERI interdicto: l. 1. §. 7. D. vt in flum publ. l. 2. §. 2. D. eod. tit. TVERI se notione praesidis: l. vlt. C. qui aetat. vel profess. TVERI se praescriptione: l. 19. C. de euiction. et praescriptio TVETVR statum: l. 2. §. vlt. D. ne de stat. defunctor. ¶. 6. TVENDVS est: l. vlt. §. 1. D. de legat. praestand. l. 16. D. si seruit. vindicet. l. 16. princ. l. 28. §. vlt. D. de pignorat. act. [formula loquendi, quae ipso ac subtili iure initum non subsistere, vbique significat. Bachou. Lib. II. de pignor. cap. 2. n. 13.]

TVI.

TVITIO Praetoris, non ipso iure. l. 1. §. 5. D. quod fals. tut. auct. TVITIO militaris: l. 1. C. de offic. milit. iudic. TVITIO praetoris: l. 3. §. 13. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 2. §. 1. D. de bonor. poss. secund. tabul. l. 2. D. quib. mod. vsusfruct. l. 9. §. 1. D. vsufruct. quemadm. caueat. l. 1. §. 2. D. de itin. actuqu. priuat. TVITIONE praetoris constitutus vsusfructus: l. 1. D. quib. mod. vsusfruct.

TVM.

[TVMIDVS superbiae fastidio. l. vlt. princ. C. de legib.]

[TVMOR. Facere TVMOREM: *l. 12. §. 17. D. ad leg. Aquill.*]

TVMVLTVS, est bellum subito et derepente concitatum, vt Cicero *Philippic. VIII. cap. 1.* scribit. Ita potest hoc verbum accipi in *l. 1. §. 1. D. depositi. l. 24. in fin. D. de regul. iur.* TVMVLTVM sedari: *l. 16. D. ad leg. Cornel. de sicar.*

TVN.

TVNC in edicti, vnde vi, verbis: *quaeque ibi* TVNC *habuit*, sic accipimus, tunc quum deiiceretur. *l. 1. §. 34. D. de vi et vi armat.* In hac oratione: *si in quinquennio filius Titio nascatur*, TVNC *heres dato*, articulus TVNC extremi quinquennii tempus significat. *l. 4. in fin. D. de condit. et demonstrat.* TVNC ex hac die, in *l. 126. princ. D. de verbor. obligation.* quod vulgo dicimus, *ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc.*

TVR.

TVRBA. Eam Labeo adpellatam aiebat ex genere tumultus et Graeco ϑορυβεῖν tractam. Idem TVRBAM a *rixa* hoc modo separabat, quod TVRBA multitudinis hominum erat turbatio et coetus, *rixa* etiam duorum. Et ita in edicto a praetore de damno, quod in TVRBA datum est, proposito, in TVRBA factum accipimus, quod decem aut quindecim hominibus coactis factum est. *l. 4 princ. et §. 1. D. vi bonor. raptor.* Sic TVRBAM conuocare: *l. 1. §. 35. D. ad SC. Silanian.* TVRBAE faciendae consilium: *l. 3. D. ad leg. Iul. de vi publ.*

TVRBARE, conturbare, et decoquere significat, vt supra *Lib. III.* scripsi TVRBARI coniuges: *l. 1. §. vlt. D. de liber. exhibend.* matrimonia: *ibid.* TVRBARE possessorem: *l. vlt. C. vbi de possess. agi oport.* TVRBARE rationem sibi commissam est conturbare. *l. 1. in fin. D. de seruo corrupt.* TVRBARE seruitutem: *l. 7. C de adquir. possess.* TVRBARI etiam tectum dicitur, in *l. 13. §. vlt. D. de vsufruct.* TVRBARE signa, est confundere et permiscere, sic vt agnosci iam non possint. *l. 22. §. 3. D. qui testam. fac.* Quinctil. *Lib. XII. cap. 8. Denique linum ruptum aut turbata cera, aut sine adgnitione signa frequenter inuenies.* Hinc TVRBARE testamenta. *l. 8. pr. D. de bonor. poss. contra tabul.*

TVRBATOR pacis; *l. vlt. D. de re militar.*

TVRBO, id est, vis ventorum. TVRBINE deiectae arbores. *§. 3. Inst. de emtion. l. 12. D. de vsufruct.*

TVRPILLIANVM Senatusconsultum. Eo quinque librarum auri poena plectuntur, qui sine abolitione ab accusatione desistunt. *tot. tit. D. et C. ad SC. Turpill. l. 3. in fin. D. de procurat.* Meminit huius SC. *l. 22. in fin. D. de his, quae vt indign. l. 6. §. 3. D. de decurion. l. 14. §. 2. D. de bon. libert. l. 1. in fin. D. de poenis.* Const. Har-

menopul. *Lib. I. tit. 3.* τὸ συκοφαντῶν ἔγκλημα vocat. Nomen autem habet a Turpillio, qui cum Paeto consulatum Neronis temporibus gessit, vt memini me *in libro singul. de adulteriis* notare.

TVRPIS, E, famosum, et quod infamiam irrogat, plerumque significat. TVRPIA vero quaedam natura sunt, quaedam ciuiliter. *l. 42. D. de verbor. signif.* TVRPES actiones: *l. 2. D. de action. remotar. l. 2. D. de concubin.* a Graecis δίκαι αἰσχραὶ nominantur. Lysias. *pro Mantitheo orat. XV.* TVRPIS caussa. *l. 7. in fin. D. de annuis legat.* et res TVRPES caussas continere. *l. 27. §. 4. D. de pact.* TVRPE et inuidiosum commentum: *l. 22. §. 2. D. de iur. fisci.* TVRPIS conditio, quae turpitudinem aliquam habet. *l. 63. §. 7. D. ad SC. Trebell. l. 20. D. de condit. et demonstr. l. 29. §. 2. D. de testam. milit.* TVRPES autem conditiones dicuntur, quae inhonestae et contra bonos mores sunt. *l. 112. §. penult. D. de legat. I.* TVRPIS coniunctionis macula: *l. 1. C. de collus. detegend.* TVRPE crimen. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 4.* TVRPIA facta, quae turpem caussam continent. *l. 7. §. 7 D. de pact.* TVRPIS factio: *l. 7. D. de his, qui not. infam.* TVRPES fratres: *l. 27. C. de inoffic. testam.* TVRPIS institutio: *l. 9. D. de liber. et postum.* TVRPIA iudicia, quae et turpes actiones, quae damnatis infamiam irrogant, ἀτιμοποιοὺς ἀγωγὰς vocat Theophilus in *§. 2. Inst de poen. temer. litigant.* Quales sunt iniuriarum, vi bonorum raptorum, serui corrupti, rerum amotarum, tutelae, fiduciae, mandati, pro socio, depositi. *l. 16 D. pro socio. l. 2. D. rer. amotar. l. 1. D de his, qui notant. infam.* Ita TVRPE *tutelae iudicium* dixit Cicero *Lib. I. de orator. cap. 36.* Et *pro Caecina Cap. III.* TVRPE *iudicium dari aduersus eum, qui tutelam fraudasset.* Idemque pro *Roscio Comoed. Cap. V.* TVRPIA *mandati, pro socio, depositi iudicia* adpellat. Sic TVRPI *iudicio damnatos* apud eumdem in *Orat. pro S. Rosc. Amer. cap. 39* interpretare, qui eo iudicio damnati sunt, quod infamiae notam inurit. Sic idem Cic. *Lib. IX. ad diuers. epist. 15. Noli pati litigare fratres, et iudiciis* TVRPIBVS *confligari.* TVRPE lucrum: *l. 23. C. ad leg. Iul. de adulter.* TVRPIA autem lucra dicuntur ob falsum testimonium, ob gratiosam sententiam aut alias turpiter et scelere quaesita. *l. 5. D. de calumniator. l. 16. §. vlt. D. quod met. causs.* Vnde TVRPIS lucri cupidum. TVRPIA legata, quae denotandi magis legatarii caussa scribuntur. *l. 54. pr. D. de legat. I.* TVRPES nuptiae: *l. 2. C. de instit. et substit.* operae: *l. 16. D. de oper. libert. l. vlt. D. de liber. causs.* TVRPIS pactio: *l. 7. D. de his, qui notant. infam.* TVRPES personae sunt famosae et inhonestae personae, veluti lenones, meretrices, vespillones, arenarii, histriones, pantomimi: *l. 3. D. si quis a parent. manumiss. l. 71. §. vlt. D. de solution. l. 27. C. de inoffic. testam. l. 7. l. 63. §. 10. D. ad SC. Trebell. l. 22. §. 6. D. soluto matrimon. l. 12. C. Theod. de scenic. l. 17. D. de testament. tut. l. 12. D. de sponsal. l. 3. §. 4. D. de liber. exhib.* TVRPIS quaestus: *l. 51. l. 55. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 8. D. de accusation.* In TVRPI quaestu haberi: *l. 1. C. si mancip. ita venier.* TVRPIS res: *l. 6. §. 3. D. mandati.* Rei TVRPIS et flagitiosae: *l. 35. §. 2. D. de contrah. emt.* TVR-

pis sponsus dicitur, in *l. 12. D. de sponsal.* TVRPIS stipulatio: *l. 1. §. 5. D. de dolo mal. l. 7. §. 16. D. de pactis.* TVRPIS caussa stipulationis: *l. 107. D. de verbor. oblig.* TVRPES sumtus: *l. 3. §. 6. D. de in rem verso.* TVRPIS suspicio: *l. 42. §. 2. D. de testam. milit.* TVRPIA verba: *l. 15. §. 21. D. de iniur.* TVRPIS violatio: *l. 2. D. de his, qui sui vel al. iur.* ¶. 2. TVRPISSIMO exemplo: *l. 11. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulter.* TVRPISSIMA vita; *l. 43. §. 5. D. de ritu nuptiar.*

TVRPITER accipitur, quod in hoc accipitur, vt res deposita, vel commodata reddatur. *l. 5. D. de tutel. et ration. distrah. l. vlt. D. de condict. ob turp. causs.* Hinc TVRPITER accepta pecunia: *l. 9. D de doli mali except.* TVRPITER collecta pecunia: *l. 5. D. de tutel.* TVRPITER datur, quod meretrici datur, item quod datur, vt male iudicetur. *l. 3. l. 4. §. 3. D. de condict. ob turp. causs.* TVRPITER facere: *l. 67. D. ad SC. Trebell.* et contra nihil TVRPITER facere. *ibid.* Item TVRPITER faciendom lucrum: *l. 44. §. 1. D. de aedilit. edict.* et TVRPITER fecisse dicitur, qui in dando auro subiicit aes. *l. 36. D. de pignorat. action.* TVRPITER vel scelere quaesitum: *l. 16. §. vlt. D. quod met. causs.* TVRPITER viuere: *l. 41. D. de ritu nuptiar.*

TVRPITVDO arbitri: *l. 9. §. 3. D. de recept. arbitr.* TVRPITVDO dantis et accipientis: *l. 1. l. 4. §. 1. D. de condict. caussa data, caussa non sequut.* TVRPITVDO manifesta: *l. 38. D. de iureiurand.* TVRPITVDO mandati, si aedem sacram spoliandam hominemque vulnerandum occidendumque quis mandet. *l. 22. §. 6. D. mandati.* TVRPITVDO status: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill.* TVRPITVDINE notabiles personae; *l. 1. §. 5. D. de postuland.* TVRPITVDO eius, quae quaestum corpore facit. *l. 43. §. 4. D. de ritu nuptiar.* Propter TVRPITVDINEM motus senatu *l. 2. D. de senatorib.* Sine TVRPITVDINE et infamia: *l. 79. D. de iur. dot. l. 38. D. de oper. libertor.*

TVS.

TVS, a tundendo, sine adspiratione, dicitur. Charis. *Lib. I. p. 73.* Iulius Modestinus ἀπὸ τῶ θύειν tractum dicit.

[TVSCIANVS iurisconsultus. *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* Cum Augustino rescribendum *Maecianus* putat Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. V.* de quo vid. Lib. XIX. in *Volusius Maecianus.*] At loco citato nihil, quod ad rem faciat, notauit Otto Tabor. Quemadmodum pro *Tusciano, Maecianum* scribi iubet Menagius; ita alii malunt *Fuscianum*, alii *Vinianum*. Sed probum est nomen TVSCIANI, et vere Romanum, quippe quod et in *l. 18. D. mandati.* occurrit. Reliqua omnia ignoramus, nisi quod cum Iuliano σύγχρονοι, et Iauoleni auditorem, adeoque Sabinianum fuisse, satis constet ex Pomponio. *l. 2. §. vlt. D. de orig. iur.* HEIN.

TVSCIVS *Fuscianus.* vid. *Lib. VI.* in FVSCIANVS.

TVSCVLANVS fundus: *l. 74. l. 75. §. vlt. D. de verbor. obligat.*

TVTARI. Salutis TVTANDAE caussa: *l. 11. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. 1.*

TVTELA. Eam Seruius Sulpicius definit, vim esse ac potestatem in capite libero, ad tuendum eum, qui se per aetatem defendere non potest, iure ciuili datam ac permissam. Quam vim et potestatem qui habeant, *tutores* adpellantur. *l. 1. D. de tutel. princ. Inst. de tutor. Vis* autem de facto, *potestas* de iure intelligitur, vt talis sit tutor, qui propria imbecillitate non impediatur, nec a iuris constitutione repudietur. Quales sunt pupillus, furiosus, et qui perpetuo morbo laborant, qui propter corporis aut animi imbecillitatem tutores esse non possunt. Item nec feminae, quae, quamuis scirent res pupillares administrare, et ad id explendum vires habeant, tamen a iuris constitutione non admittuntur. ¶. 2. TVTELA suscipi, dari, mandari, geri, administrari, finiri, deponi, reddi, restitui dicitur. ¶. 3. TVTELA *reddi a tutore dicitur et accipi a pupillo, quum rationes redduntur et accipiuntur.* vid. Chirinum Fortunatum. Sic quoque TVTELAM *reddere*, tutelae rationes reddere iurisconsultis significat. *l. 2. §. 3. D. de iudic. l. 21. D. de tutel. et ration. distrah. l. vn. in fin. D. si pendent. adpellat.* Dicunt et eodem sensu *restituere* TVTELAM. *l. 7. §. vlt. l. 28. in fin. D. de administr. tut. l. 1. §. vlt. D. de vsur. l. 21. in fin. D. de ann. legat. l. 1. §. 9. D. ad leg. Cornel. de fals. l. 10. D. rem pupill. saln. for. l. penult. C. de suspect. tutor.* Sic TVTELAM *exigere* et *reposcere*, pro tutelae rationes reposcere, in *l. 13. D. de tutel. et ration distrah. l. 29. D. de administrat. et peric. tutor.* Et *recipere* TVTELAM. Sueton. *in Claudio Cap. II. Diu etiam atque post TVTELAM receptam alieni iuris, et sub paedagogo fuit*, id est, post pubertatem.
¶. 4. [TVTELAE autem vox aliquando sumitur ubiectiue, pro patrimonio pupillari, vt in *l. 5. D. de admin. tutor.* aliquando potestatem et liberum arbitrium significat, vt in sequentibus.] Sic *in suam tutelam venire*, et *suae tutelae effici*, est ad pubertatem venire. *l. 7. §. 1. D. de administr. tutor. l. 8. §. 1. D. de bonor. possess. secund. tab. l. 39. princ. D. de vulgar. et pupill. substit. l. 54. in fin. D. de hered. instit. l. vlt. D. de iur. deliber. l. 32. princ. D. de legat. I. l. 50. D. de legat. II. princ. Inst. de pupill. subst.* Suae TVTELAE factus pupillus. *l. 9. §. 1. D. de administr. tutor.* Sic in edicto praetoris, de missione in possessionem, verba haec: *si pupillus in suam tutelam venerit*, accipienda sunt, *l. 5. §. 2. D. quib. ex causs. in possess.* Proinde si filiaefamilias ita legatum sit, *quum in tutelam suam venerit*, tunc debebitur, quum viripotens facta fuerit. *l. 51. D. de legat. III.* Nec vero iurisconsultis tantum, sed et aliis Latinis auctoribus huiusmodi loquutio placuit. Cicero quidem quum alias saepius, tum *Lib. I. de Orator. cap. 39.* ita loquutus est. *Negaretque nisi postumus et natus, et antequam in suam tutelam venisset, mortuus esset, heredem eum esse posse, qui secundum postumum et natum et mortuum esset heres institutus.* Idem *in Bruto Cap. LIII. M. Curium quum ita heres institutus, vt pupillus ante natus esset, quam in suam tutelam venisset.* Idem *Lib. II. de inuention. Quidam pupillum here-*

TVT.

heredem fecit, pupillus autem ante mortuus est, quam in suam tutelam veniret. Porro interdum ea verba significant, quum in suam tutelam et potestatem peruenerit. Quod ex coniecturis erit aestimandum. Interdum etiam XXV. annum haec verba demonstrant, si ea mens fuerit loquentis testatoris. *l. 50. princ. et §. 1. D. de legat. III.* in qua Vlpianus ex voluntate testantis aliam atque aliam haec verba recipere ioterpretationem docet.

⁋. 5. TVTELAE actio duplex est. *Directa* vna, quae pupillo aduersus tutorem: altera *contraria*, quae tutori aduersus pupillum competit. *tit. D. de contrar. tutel. et vtil. act.* ⁋. 6. Tenendae et hae loqoutiones. TVTELA aedificiorum: *l. 7. §. vlt. D. soluto matrimon.* aquarum: Frontin. *Lib. II. de aquaeduct.* balnei: *l. 35. §. vlt. D de leget. III.* ciuitatis: *l. 2. C. de expens.* facientis, id est, imminentis contra rigorem fluminis. *l. 1. §. 7. D. ne quid in flum. publ.* TVTELA operum; *l. vlt. D. de oper. publ* viae; *l. 30. D. de legat. II.* [TVTELAM publicam libertus meretur. *l. 2. D. ne de fletu defunct.* TVTELAE caussa: *l. 1. C. de verbor. signif.*]

TVTELARIS caussa: *l. 4. D. de in lit. iurand.* TVTELARIA instrumenta *alibi.* TVTELARE officium: *l. 4. C. in quib causs. cess. l. 3. C. de tutor. et curat.* TVTELARIS praetor, de cuius officio librum singularem scripserat Vlpianus, quem citat Modestinus in *l. 6. D. de excusation.*

TVTIVS est. *l. 21. §. 6. D. de recept. arbitr. l. 192. §. vlt. D. de regul. iur. l. 19. D. de praescript. verb. l. 34. §. vlt. D. de obligat. et action. l. 8 §. 18. D. quib. mod. pign. l. 3. D. de his, quae in testam. delent.* Vlpian. *tit. XXII. et XXIII. Regular.* TVTIVA erit dicendum: *l. 1. §. 9. D. quod legator. l. 2. D. eod. tit.* TVTIVS deberi: *l. 1. §. 8. D. de obligat. et action.* TVTIVS feceris: *l. vlt. D. de inoffic. testam.* fecerit: *l. 7. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tutel. l. vlt. D. de inoffic. testam.*

TVTOR, qoi sit, vide *l. 1. D. de tutel. princ. Inst. de tutor.* vide etiam quae in verbo TVTELA diximus. TVTOR item est, qui pupillum morte patris aut emaneipatione sui iuris factum tuetur. Sunt autem varia genera tutorum. TVTORES vel testamentarii sunt, vel legitimi, vel sub inquisitione dati. *l. 14. §. 5. D. de solution.*

⁋. 2. TVTOR *testamentarius* est, qoi in testamento tutor datur a patre pupilli, qoi et *testamenti tutores*, *l. 14. §. 1. D. de solution.*

⁋ 3. *Datiui* aotem *tutores* sunt, qui a magistratibus dati sunt. *l. 7. D. rem pupill. salu. for. l. vlt. C. de legit. tutor.* quales sunt Atilinni, Iuliani et Titiani tutores. *princ. Inst. de Atilian. tut.* qui et sob inquisitione dati tutores vocantur. *l. 14. §. 1. D. de solution.* ⁋. 4. Sont et *legitimi tutores*, agnati videlicet, quibus lex XII. Tabularum, vt successionis emolumentum, ita et tutelae onus detulit. *Legitimus tutor* est, qoi lege praecipiente pupilli, tutorem alium non habentis, nanciscitur tutelam, quales proximi cognati. Regulariter tamen traditum est, ad quem spectat emolumeotum hereditatis alicoius popilli, si ille moreretur, ad eumdem pertineat onus tutelae eiusdem. ⁋. 5. Est et

TVT. TYM. TYR.

TVTOR *fiduciarius*, frater fratris sui emancipati, quia emancipatione periit ius agnationis, ne frater fratris sui tutor legitimus esse possit tamquam proximus agnatus, sed *fiduciarius*. Exempli gratia, Titius filios suos Seruium annis maiorem, et Maeuium pupillum in potestate habuit, emancipaoit Maeuium, et ipse eius tutor mortuus est, eo mortuo Seruius frater Maeuii pupilli fiduciarius eius tutor est. ⁋ 6. Sunt et TVTORES, qui *honorarii* adpellantur. Ita vero dicuntur, qui honotis gratia dantur. *l. 60. D. de ritu nuptiar. l. 2. §. 1. D, de administr. tutor.* qui etsi non gerant, periculo tamen tutelae subiiciontur. Ceterum honoris caussa datus tutor non videtur, quem pater a ceteris tutoribus rationes accipere voluit. *l. 26. §. 1. D. de legitim. tutor.* Honorariis autem opponuntur, qui ad hoe dantur, vt geraot. *l. 14. §. 1. D. de solution.* ⁋. 7. *Notitiae* veto *caussa dati tutores* dari olim liberti solebant, quoil in familia versati cognitas ae perspectas pupilli facultates baberent, et ideo tutores earum notitia instruere poterant. *l. 1. §. 7. de tutel. et ration. distrab. l. 32. §. 1. D. de testament. tut. l. 1. C. de pericul. tutor.* ⁋. 8. TVTOR dicitur abstinere pupillum paternae hereditati. *l. 19. D. ad SC. Velleian. l. 15. §. vlt. D. locati.* ⁋. 9. *Pro* TVTORE negotia gerere, qui dicaotur, exposui *Lib. XIV.*

TVTVS, A, VM, securus, defensus. TVTVS est: *l. 4. §. 6. D. de damn. infect.* TVTVS non erit: *l. 34. D. de iureiur.* TVTVS sine adpellatione: *l. 5. D. de adpellat.* TVTVS auxilio exceptionis: *l. 9. D. de adquir. rer. domin.* TVTVS aduersus exactionem: *l. 1. §. 7. D. quar. rer. actio.* TVTVS exceptione: *l. 25. D. de verbor. obligat. l. 14. D. quod metus caussa. l. 4. D. de nouation. l. 17. §. vlt. D. soluto matrimon. l. 21. §. 9. D. de recept. arbitr. l. 26. §. 3. D. de condict. indeb. l. 28. D. de legat. I. l. 17. §. 2. D. solut. matrim. l. 12. D. de doli mal. except. l. 3. C. de postulando.* TVTVS ipso iure vel per exceptionem. *l. 1. §. 7. D. quar. rer. actio.* TVTVS pacto: *l. 13. §. 1. D. de minorib.* TVTA remedio exceptionis: *l. 14. C. ad SC. Velleian.* TVTA senatusconsulto. *l. 22. D. eod. tit.* TVTVS in solutionibus. *l. 5. C. depositi.* TVTVS stipulatione, *alibi.* ⁋. 2. *In* TVTVM redigere actiones. *l. 24. D. de liberal. causs.* ⁋. 3. Res *in* TVTO sit: *l. 80. D. de verbor. obligat.*

⁋. 4. Quae TVTIORE loco babentur: *l. 20. §. 8. D. de instruct. vel instrum. leg.* et Quo TVTIORE loco sit: *l. 12. D. ratam rem baberi.*

TYM.

TYMPANVM, margaritae genus. *l. 34. §. vlt. D. de aur. argent. leg.* quod ita Plinius *Lib. IX. cap. 35.* exponit, *quibus vna tantum est facies, et ab ea rotunditas auersis planities, ob id* TYMPANA *nominantur.* ⁋. 2. TYMPANVM etiam in instrumentis oleariis numeratur. *l. 19. §. 2. D. locati.*

TYR.

[TYRANNIRE. Tyranniens spiritus. *l. penult. C. de diuers. rescript.*]

TYR. TZA.

[TYRANNIS. Tyrannidis tempore actum nihil valet. *l. vlt. C. de incest. et inutil. nupt.* Exemplum est in *l. 23. C. de episcop. et cler.*]

TYRO, vide supra TIRO.

TZA.

TZANCARVM, vel TZANGARVM,

(est enim quaedam in scriptura varietas,) fit mentio in *l. 2. l. 3. C. Theod. quo quemque habit. esse oport.* Et ita forte apud Trebell. Pollion. *in Claudio cap. XVII.* verbum hoc pro *Zanchis*, quae inter vestimenta numerantur, substitui debet. Genus autem quoddam calceamentorum id fuisse, adductus libelli Graeci de officiis aulae Constantinopolitanae verbis, suspicor, quae ita habent: ἔστι καὶ ἕτερον εἶδος ὑποδημάτων, ἃ καλοῦνται τζαγγία, ἔχοντα ἐκ πλαγίων κατὰ τὰς κνήμας, καὶ ἐπὶ τῶν ταρσῶν, ἀετοὺς διὰ λίθων καὶ μαργάρων, ἅτινα καὶ φορεῖ ὁ βασιλεὺς εἴς τε τοὺς περιπάτους, καὶ τὰς προκύψεις. καὶ ὁ ταῦτα ποιῶν οὐ τζαγγάριος, ὡς οἱ ἕτεροι, ἀλλὰ τζαγγᾶς ὀνομάζεται. Sed et Moschopulus περὶ σχεδῶν, τζαγγάριον vulgo adpellari scribit, quem Attici σκυτοτόμον, id est, cerdonem coriarium vocant. Plane Imperatorum calceamenta purpurea et φοινικόχροα fuisse Zonaras *Tomo III. Annal. pag. 134.* in Michaelis Theophili filii Imperio. ἐδίδου, ait, αὐτῷ τὰ φοινικόχροα πέδιλα, καὶ προσέταττεν ὑποδήσασθαι, καὶ βασιλέα ἀνεῖπε. *Calceos purpureos ei tradidit, ac induere iubet, et Imperatorem salutat.* Eaque mox τῆς βασιλείας παράσημα, *Imperii insignia* vocat. Idem in *Basilio*

TZA.

Porphyrogeneto p. 178. Κατανοήσας ὁ βασιλεὺς ἔτι τοὺς πόδας αὐτοῦ ὑποδεδεμένους ὑποδήμασι φοινικοῖς· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῆς βασιλείας γνωρίσματα ὁ Σκληρὸς ἀπεδύσατο, τὰ δέγε πέδιλα οὐκ ἀπέθετο. *Imperator animaduersis puniceis in eo calceamentis, nam cetera insignia regia deposuerat, calceis solis retentis*, et quae sequuntur. Guilielm. Tyrius *Lib. XV. de bello sacro Cap. 23. Exhibita*, ait, *sibi in patris praesentia, et eo mandante Imperiali reuerentia, ocreis, vt mos est in illo imperio, insignitus purpureis ab. vniuersis legionibus certatim Augustus est adpellatus.* Idem etiam Nicetas *in Annalib. p. 2. in Ioanne Comneno* confirmat: καὶ τοῦτον, ait, ἐπικρίνας καταλείψειν τῆς βασιλείας διάδοχον ἐρυθρῶν τέ οἱ πεδίλων μεταδεδώκει καὶ βασιλέα ἐδώκει ἀναγορεύεσθαι. *Datisque purpureis calceis Imperio destinauit, et Imperatorem adpellandum curauit.* Et in *Ioanne Comneno p. 9.* τῷ μὲν προσήκοντι κατὰ γένεσιν, Ἀλέξιος τῷ δὲ τὸ ὄνομα, πορφυρίδος μετέδωκε καὶ πεδίλοις ἐρυθροῖς ὑποδεῖσθαι διαφῆκε καὶ συνευφημεῖσθαι οἱ παρεῖχεν, ὁπηνίκα Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ ἀνηγορεύετο. *Quorum natu maximo Alexio purpurae ius et purpureos calceos dedit, et quum a populo Romanorum Imperator salutaretur, vna secum proclamari passus est.* Hesychius *in verbo* σκυτεύς, sed mendose, σκυτεύς, ait, σαγγάριος καὶ καλιγάριος· Scholiastes *Horatii pag. 373.* Zangas et Kangas. [Adde Iac Gothofred. *in Comment. ad l. 2. C. Theod. de habitu, quo vti oport. Lib. XIV. tit. 10.* et Carol. du Fresne *in Glossar.* et Glossar. *ad libros Capitular.* Franc. Pithoei hac voce.]

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XIX.

VACANTES, quantum exiſtimo, ab Imperatoribus adpellantur, qui nulla iam dignitate funguntur, ſiue munere exceſſerint, ſiue numquam geſſerint. *l. vlt. C. vt dignit. ord. ſeruet. l. vlt. C. de primicer. et ſecundoc. Lib. XII.* VACANTES etiam *tribunos* legimus apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXXI.* et Vegetium *Lib. III. cap. 17.* [Vid. Guther. *Lib. I. de offic. dom. Auguſt. cap. 14.* et Gothofred. *in Comm. ad l. vlt. C. Theod. de agentib. in reb. Lib. VI. tit. 27*]

VACARE, verbum pro re adiecta varias ſignificationes habet. Sic VACANTES areae dicuntur, quae nullum vſum ornatumque ciuitatibus praebent. *l. 41. C. de oper. public.*
¶. 2. VACARE bona, *l. 38. D. de iur. fiſc. l. 5. C. de bon. auctor. iudic. poſſid.* et VACANTIA bona dicuntur eorum, qui ſine herede decedunt: quae lege Iulia ad fiſcum deferuntur. *l. 96. §. 1. l. 114. §. 2. D. de legat. I. l. 50. D. de manumiſſ. teſtam. l. 6. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 6. §. 7. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 1. §. 1. l. vlt. D. de ſucceſſor. edict. l. 1. §. 2. l. 41. D. de iur. fiſc. l. 18. D. de vſucapion. l. 10. §. vlt. l. 19. D. de diuerſ. tempor. l. 10. C. de inoffic. teſtam. l. 22. C. de adpellat. l. 1. C. de quadrag. praeſcript. l. 1. C. de donat. inter vir. et vxor. l. penult. l. vlt. C. de vacation. Lib. X.* Sueton. *in Veſpaſiano Cap. VIII.* Symmachus vocat *hereditatem domino nudam.* Vet. Gloſſar. Graecum: VACANTIA *bona*, ἄπρακτα, ἀδέσποτα, ἀκληρονόμητα. Quae et *vacua bona.* Et dicuntur *ſine domino iacere*, *l. 1. princ. et §. 12. D. de ſucceſſor. edict.* Strabo etiam *Lib. XVII. Geograph.* ἀδέσποτα vocat, quod dominum, id eſt, heredem non habeant. Conſtantinus vero Harmenop. *Lib. III. tit. 1. §. 18.* ἀκληρονόμητα. Sed et *caduca* Tacito *Annal. III, 28.* vocantur *vacantia*, quemadmodum probauimus in *Comment. ad leg. Iul. et Pap. III, 6. 4.* HEIN. Sic VACANTEM hereditatem accipe, *in l. 13. §. 1. D. de heredit. petit.* et VACARE bona in *l. 2. in fin. D. ad SC. Tertullian.* et in *l. 38. D. de iure fiſci*, quorum neque heres, neque poſſeſſor exſtat, ab eo quod domino vacua iacent. ¶. 3. Sic et VACARE domus dicitur, quae a nullo inhabitatur, et VACARE portio aedium. *l. 22. §. 1. D. de vſu et habitat.* VACARE fructus dicitur, qui a nemine colligitur. *l. 2. §. vlt. D. quib. mod. vſusfruct.* VACARE hereditas, quae ab heredibus ſcriptis adita non eſt. *l. 30. D. de vulgar. et pupill. ſubſtit.* VACARE locus: *l. 2. l. 12. D. de decurion.* VACARE pars et vacans pars,

in §. 7. *Inſt. de hered. inſtit.* ea eſt, ex qua nemo heres ſcriptus eſt. *l. 19. l. 59. D. de hered. inſtit.* Sic etiam VACARE portio dicitur, quae teſtamento nulli data eſt. *l. vlt. D. de bonor. poſſ. ſecundum tabul. §. 7. Inſt. de hered. inſtit. l. vlt. D. ſi a parent. quis manum.* VACANS mulier, vide VACATIO. VACARE quoque pecunia dicitur, quae otioſa eſt, et quae non occupatur, neque nominibus vel in emtionibus praediorum collocatur. *l. 12 in fin. D. de adminiſtrat. et peric. tutor.* Et VACARE poſſeſſio, quae a nullo detinetur. *l. 37. D. de vſucapion.* VACANS poſſeſſio, et vacuam poſſeſſionem adeptus. *l. 3. §. 6. D. de itin. actuque priu. l. 32. §. 20. D. de recept. arbitr. l. vlt. §. 1. D. de donation. l. 37. D. de vſucapion.* VACANS *regnum occupare* dixit Iuſtin. *Lib. XLII. Cap. 4. n. 2.* Sic etiam VACARE ſeruus, qui nullum miniſterium praeſtat, et qui opus non facit, vel artem exercet. *l. 11. §. 1. D. ad exhibendum.* VACANS ſextans dicitur, vt pars vel portio vacans. *l. 8. D. de bonor. poſſ. ſecund. tabul.* Adde etiam infra verbum VACVVS, et VACATIO.
¶. 4. VACARE, id eſt, feriari. Sic: ruſtici ſtipulas illectas, quum VACAVERINT, colligunt. *l. 30. §. 1. D. de verbor. ſignific.* ¶. 5. VACARE, pro immunem eſſe. Sic VACARE culpa, id eſt, carere. *l. 3. D. de magiſtrat. conuen.* VACARE a legatione: *l. 6. D. de legation.* a nominibus: *l. 2. §. 4. D. de religioſ.* a tutelis: *l. 17. § penult. et l. 22. D. de excuſation.* ¶. 6. VACARE liberis alendis, id eſt, operam dare: *l. 5. D. de iur. immunitat.*

VACATIO, munerum et onerum publicorum excuſationem ſignificat. *l. 5. §. vlt. in fin. D. de muner. et honor. tit. de vacat. et excuſat. muner. l. 9. C. quand. prouocar.* Sueton. *in Claud. cap. LV.* *Quum decurias rerum actu expungeret, eum, qui diſſimulata vacatione, quam beneficio liberorum habebat, reſponderat, vt cupidum iudicandi dimiſit.* Plin. *Lib. X. epiſt. 66.* *Quum citarem iudices, conuentum incohaturus, Flauius Archippus vacationem petere coepit, vt philoſophus.* Sed VACATIO muneris non praeſtat, vt ne magiſtratus quis creetur. *l. 12. D. de muner. et honor.* Ea vero omnia, quae extra ordinem ad tempus indicuntur, ab his, qui vacationem meruerunt, exigenda non ſunt. VACATIO honoris, Valer. Maxim. *IV, 1. 5.*
¶. 2. VACATIO etiam ex lege Iulia et Papia dari dicebatur his perſonis, quae neceſſitate matrimonii contrahendi ad tempus liberabantur, et interim nihil-

nihilominus, ex aliorum testamentis perinde atque nuptiis deuinctae capere poterant. Vlpianus *tit. XIV. Regul. §. vn. Feminis*, ait, *lex Iulia a morte viri anni tribuit vacationem, a diuortio sex mensium.* Sueton. *in Augusto Cap. XXXIV.* de lege Iulia de maritandis ordinibus: *hanc*, inqoit, *quum aliquanto seuerius, quam ceteras emendasset, prae tumultu recusantium ferre non potuit, nisi adempta demum lenitaque parte poenarum et vacatione triennii data.* ☞ Cauendum tamen est, confundamus *vacationem feminae*, et *vacationem* ipsius *legis Iuliae*. Nam de illa intelligi debet Vlpianus, de hac Suetonius, quae res alioquin et Cuiacio et Casaubono crucem fixit. *Comm. nost. ad leg. Iul. et Papiam. II, 5. 1.* HEIN. Intra quae *vacationis* tempora viduam manentem *vacantem* adpellari in *l. 5. §. 2. D. ad leg. Iul. de vi publ.* defendi potest; quamquam et quamlibet viduam accipi posse non ignorem. Quinctil. *declam. XV. Sicut enim, iudices, malignitas est persuasionis humanae, feminam vacantem vocare meretricem, seu miserae nomen id imposuit aliquis amator.* Cornel. Tacitus *Lib. XIII. Annal. cap. 44. vacuam mulierem* in eumdem sensum dixit. ¶. 3. Dicitur et VACATIO tutelarum: *l. 17. §. 3. D. de excusat.* et VACATIO a tributis et muneribus. *l. 11. C. de excusat. tutor.* VACATIONEM postulare. *l. 36. §. vlt. D. eod. tit.* vt et *petere*, Plin. *Lib. X. epist. 66.*

VACILLARE fides anceps dicitur, in *l. 27. §. 1. D. ad leg. Cornel. de fals.* vt et non VACILLANTE testimonio. *l. 15. D. de quaestion.* ☞ Sic et VACILLARE integrum debitum, pro inutile esse, dixit Caius *Lib. II. Instit. tit. 9. §. 10.* HEIN.

VACVITAS possessionis: *l. 18. §. vlt. D. de his, quae vt indignis.*

VACVVS, A, VM, proprie inane significat, et pleno opponitur, vt in *l. 30. §. 6. l. 84. D. de adquir. hered. l. 2. princ. D. de decurion.* Sic VACVAM ceram dixit Iustinus *Lib. II. cap. 10. n. 13.* VACVVS fundus, qui a nemine detinetur et occupatur. *l. 33. D. locati.* Auctor *ad Herenn. Lib. IV. Necesse est, quum constet, istum fundum nostrum esse, ostendas te aut vacuum possedisse, aut vsu tuum fecisse.* Alio sensu VACVVS dicitur fundus, et aedificato opponitur. *l. 20. §. 2. D. de oper. noui nunciat.* Sic et VACVA aedificiis, arboribus, vineis loca. *l. 22. D. de seruit. praed. rustic.* VACVVS et plenus locus: *l. 2. princ. D. de decurion.* VACVVM ministerium. *l. 27. §. 2. D. de vsufruct.* VACVA pars, quae et vacans. *l. 19. l. 59. §. 1. D. de hered. instit.* Sic et VACVA pecunia, quae occupata non est, fed in area sterilis et otiosa mansit. *l. 24. D. de praescr. verb. l. 28. D. deposit.* eadem et vacare dicitur. VACVVS sextans. *l. 8. D. de bon. poss. secund. tabul.* VACVAE tabulae, id est, nihil scriptum habentes. *l. 11. D. de iniusto, rupto, irrito fact. test.* Sic et VACVVM testamentum, apud Senec. *Lib. II. controuers. vlt.* VACVVM tempus. *l. 31. §. 5. D. de vsurpat. et vsuc.* VACVVS et plenus venter vel vterus. *l. 30. §. 6. l. 84. D. de adquir. heredit.* ¶. 2. In primis autem VACVA *possessio* dicitur, id est, ea, quae a nemine detinetur. *l. 2. §. 1. l. 3. §. 1. D. de action. empti. l. 18. §. 1. D. de contrahend. empt. l. 68. in fin. D. eod. tit. l. 75. §. 7. D. de verb. obligat. l. 3. §. 6. D. de itin. actuque priuat. l. penult. in fin. D. de adquir. possess. l. 3. C. eod. tit. l. 4. §. 22. et l. 37. D. de vsurpat. l. 18. D. de vi et vi arm. l. 32. §. 20. D. de recept. arbitr. l. vlt. §. 1. D. de donation.* quae et *vacare* dicitur, vt supra hoc verbo diximus. Cicero *Lib. III. de orator. cap. 31. Nostra est*, inquam, *omnis ista prudentiae doctrinaeque possessio, in quam homines quasi caducam atque vacuam abundantes otio, nobis occupatis, inuolauerunt.* Quinctil. *declam. XII. Vndecumque effulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur, et in vacuam possessionem fames venit.* Ita VACVAM *possessionem* tradere, eamque dari tradique dicitur *l. 48. D. de action. empt. l. 18. §. 2. D. de adquir possess. l. 52. §. 1. l. 75. §. 7. D. de verbor. obligat.* VACVA autem *possessio* emtori tradita non intelligitur, si alius vel ventris, vel legatorum nomine in ea sit, vel creditores bona possideant. *l. 2. §. vlt. D. de action. empti.* Quamquam hi non possideant, sed magis custodiendi et obseruandi caussa in possessione sint. Sed et in VACVAM *possessionem* inducere dicimus. *l 33. §. vlt D. de adquir. possess.* et mittere, *l. 34. D. eod. tit.* Et in VACVAM *possessionem* mitti, introducioe dicuntur, qui in fundi possessionem liberam, et a nemine occupatam introducuntur. *l. 3. §. 1. D. de action. empti. l. 4. princ. D. de vsur. l. 32. §. penult D. de recept. arbitr. l. 18. §. 2. l 33. l 34. princ. D. de adquir. possess.* In VACVAM *possessionem* intrare, *l. 4. §. 22. D. de vsurpat.* eam occupare, *l. 4. §. 28. D. eod. tit.* In VACVAM *possessionem* ire, *l. 18. D. de vi et vi armat.* in eam inductus: *l. vlt. princ. D. de iur. fisci.* VACVAM *possessionem* relinquere, *l. 52. §. vlt. D. de adquirend. possess.* Auct. *Rhetoric. ad Herenn. Lib. IV. Vacuum, quum ego adessem, possidere non potuisti. Etenim vacuus non est fundus, qui ab alio possidetur.* VACVA traditio dicitur, pro vacuae possessionis traditione. *l. 20. D. de seruitutib.*

VAD.

VADARI dicebatur actor reum, siue vades ab eo hoc nomine postulabat, et ab illis, vt a reo stipulabatur, ni vadimonium promissum obiret, aut ei sese reus sisteret. VADARI autem erat vadem dare aut stipulari vadimonium et poscere. Cicero *pro Quint. Cap. XIX.* VADARI *vis, promittit.* Plaut. *Aulular. II, 4. v. 38.*

Homo ad praetorem deplorabundus venit:
Infit ibi postulare, plorans, eiulans,
Vt sibi liceret Miluium vadarier.

et *in Curculion. II, 3. 5.*

Vbi tu es, qui me conuadatus Veneriis vadimoniis.

Horat. *Lib. I. Sermon. Sat. 9. v. 36.*

Et casu tunc respondere vadato,

id est, ei, cui vadem dederat me, et qui vadem ab eo acceperat, et non cuinis respondere debebat. [Salmasius aliter *Cap. XVI. de modo vsurar. p. 695.* cui VADARI idem est, ac denunciare, vt quis in ius vadat.] Adde verba: VADIMONIVM, et VAS.

VAD. VAG. VAL.

VADERE, ire. Domum vadere: *l. 35. §. vlt. D. ex quib. cauſſ. maior.*

VADIMONIVM, a vadibus dictum, non ſponſionem modo alterius ſiſtendi, ſed et conſtitutum diem ſignificat, quo quis ſe iodicio ſiſtere debebat, ad quam diem, qoi iudicio adſunt, *vadimonium obire*, et *ad vadimonium occurrere* a Latinis dicuntur. Cicero *pro Quintio Cap. XVII.* VADIMONIVM *non obiit quidam ſocius et adfinis meus.* Plin. *Lib. VIII. Epiſtol. 12. An ſi litibus terrerer, obſtrictum me eſſe crederem obeundi VADIMONIA.* Ita etiam Cicero *ad Attic.* et Plinius *in praefat. Hiſtor. Natur.* loquuti ſunt. Auſonius *Epiſt. XXIII. v. 43.*

Et promiſſa obiens VADIMONIA *Damon.*

Feſtus autem *obire vadimonium, ire ad vadimonium* interpretatur, *quod veteres ob, pro ad, ponere ſolebant.* Sueton. *in Caligul. Cap. XXXIX. Et litigatorum plerique, quod occurrere abſentes ad vadimonium non poſſent, cauſa caderent.* VADIMONIVM promittere. Seneca *Lib. III. de benefic. Vadimonium promittimus, tamen deſeritur. Non in omnes datur actio, deſerentem vis maior excuſat.* Graeci dicunt ἐγγύας ὁμολογεῖν, vt eſt apud Plutarch *in Apophtegm p. 196. To. II. Oper.* et Ioſeph. *Lib. IV. Antiqu Iudaic. cap. 4. n. 5. p. 206. Tom I. Oper.* VADIMONIO etiam ſiſtere dixit Apulei. *Lib. IX. de Aſin aur.* Gell *Lib. II. cap. 14.* Concipere VADIMONIVM, dixit Cicero *Lib. II. ad Quint. fratr. epiſt. 14.* VADIMONIA fieri, Liuius *Lib. XXIII.* et Cicero *pro Quint. Cap. XVIII.* Differre VADIMONIVM. Cic. *ad Attic. Lib. II. epiſt. 7. pro Quint. Cap. XVI. ad diuerſos Lib. II. ep. 8.* Iuuen. *Sat. III. v. 213.*

Differt vadimonia praetor.

Plin. *Lib. VII. cap. 53. Iudex vadimonium non differet.*

VADVM. Flumen VADO tranſiri. *l. 17. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.*

VAG.

VAGARI per orbem terrarum. *l. 20. §. vlt. D. de oper. libert.* VAGARI in crimine. *l. 16. D. de dolo mal. l. 7. princ. D. de iniur.*

VAGINA. In VAGINA milites ſcribere poſſont teſtamentum. *l. 15. C. de teſtam. milit.*

[**VAGVS**, otioſos. VAGI ſerui: *l. 3. C. de agricol. et cenſit. Lib. XII. tit. 47.*]

VAL.

VALENS iuriſconſultus citatur a Paullo, in *l. 78. §. 6. D. de legat. III.* vide ſupra *Lib. I.* ABVRNVS.

VALERE. Praedia VALEANT decem: *l. 7. §. 4. D. de donat. int. vir. et vxor.* VALENT facultates: *l. 61. D. de iur. dot.* VALERE maiore: *l. 5. C. de bis, quae vi.* VALERE patrimonium: *l. vlt. C. de magiſtrat. conuen.* Pluris, quam res VALET: *l. 17. D. de act. emt.* VALENTEM quinqoe: *l. 11. § 4. D. de pecul.* VALERE res dicitur, *l. 2. C. commun. diuidund.* Quatenus res VALET: *l. 55. D. de donat. inter vir. et vxor.* ¶. 2. VALERE etiam dicitur, quod validum et efficax eſt. VALERE ita promiſſio dicitur. *l. 61. D. de iur. dot.* VALVIT ſententia. *l. 33. §. vlt. D. de adquir. rer. domin.* VALEBIT ſententia, ſi condicetur ei, cui donatum eſt. *l. 5. §. 7. D. de donat. int. vir. et vxor.*

VALERIVS *Seuerus. l. 3. D. de negot. geſt. l. 8. D. de procurator.* vide *Lib. XVII.* in SEVERVS.

VALETVDINARIVS, aegrotus. *l. 40. D. de excuſation. l. 12. in fin. D. de re milit.* ¶. 2. VALETVDINARII, id eſt, qui circa aegrotos perpetuo ſunt occupati in valetudinariis *l. 6. D. de iure immunit.* Non medicos intelligi in *l. 12. §. vlt. D. de re milit.* ceu viſum eſt Budaeo, ſed ipſos aegrotos, oſtendit Ferrand. Adduenſ. *Explicat. Lib. I. p. 559. Tom. II. Theſaur. Iur. ciu.* At in *l. 6. D. de iur. immun.* qui circa aegrotos perpetuo ſunt occupati, noo vocantur *valetudinaris*, ſed ibi mentio ſit *optionis valetudinarii.* Itaqoe nec hic Budaeus hinc recte exſculpſit *medicos valetudinarios*, quum coniunctim legendi ſint noo *valetudinarii medici*, ſed *optio valetudinarii*, quemadmodum iam obſeruauit Io. Fridr. Gronou. *ad Senec. Natur. Quaeſtion. Lib. I. p. 285.* HEIN.

VALETVDO, eſt τῶν μέσων. Nam eſt aut *integra*, aut *aduerſa. l. vlt. D. de iniuſt. rupt. irrit. l. 6. D. de his, qui ſunt ſui vel al. iur.* Item *bona, aduerſa* vel *infirma.* De VALETVDINE bona, in *l. 35. §. 1. D. de donation.* de aduerſa, quae illi contraria eſt, in *l. 4. §. 5. D. de ſtatulib. §. 7. Inſt. de excuſat. tut. l. 4. §. 2. D. de dol. except. l. 53. §. 2. D. de re iudic. l. 2. §. 3. D. ſi quis caution. in iudic. ſiſt.* Et VALETVDO, verbum ſimpliciter prolatum, freqoentiſſime pro morbo ſumitur. *l. 6. D. de ſtatu hom. l. 26. §. vlt. D. de adopt. l. 15. D. de recept. arbitr. l. 9. D. de liber. et poſtum. l. 1. §. vlt. D. vnde cognati. l. 17. D. de ſponſal. l. 9. §. 1. D. de probat. l. 6. §. vlt. D. qui teſtam fac l. 61. D. de donat. int. vir. et vxor.* Paoll. *Lib. V. Sent. tit. 12.* ¶. 2. Porro VALETVDO tam corporis, quam mentis dicitur. *l. 45. §. vlt. D. de excuſation.* ¶. 3. VALETVDINE graui adfici. *l. 3. D ad SC. Silanian.* VALETVDINE corporis laborantes. *l. 6. §. vlt. D de agnoſc. vel alend. liber.* VALETVDINIS cauſſa vngi: *l. 25. §. vlt. D. de aur. argent. legat.* VALETVDINE impediri et diſtringi: *l. 1. §. penult. D. quod cuiusc. vniu. nom. l. 20. l. 40 D. de procurator. l 17. §. 19. D. de iniur. l. 23. §. vlt. D. de hered. inſtit. l. 15. D. de oper. libert. l. 23. D. de oblig. et action.* VALETVDINE impeditus. *l 21. §. 9. D. de recept. arbitr. l. 15. D. de iureiurand. l. 14. D. de re militar.* VALETVDO podagrae: *l. 13. C. de decurion. l. 3. C. qui morb. ſe excuſ.* VALETVDINE prohibitus: *l. 2. §. 3. D. ſi quis caution. in iudic. ſiſt. l 40. D. de excuſat.* VALETVDO ſubita. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 15.* ¶. 4. Ex eadem VALETVDINE decedere. *l. 35. §. 4. D. de mort. cauſſ. donat.* In ea VALETVDINE eſſe: *l. 5. §. 7. D. de agnoſc. et alend. lib.* In eadem VALETVDINE per-

VAL. VAN. VAP. VAR.

perseuerare. *l. 43. D. de vulg. et pupill. subſtit.* Per VALETVDINEM non poſſe. *l. 10. D. de auctor. et conſenſ tutor.* ¶. 5. VALETVDINIS impendia: *l. 45. D. de vſuſruct.* ſeu impenſae: *l. 18. §. 2. D. commod.* In VALETVOINEM ſeruorum modicae impenſae: *l. 12. D. de impenſ. in res dotal.* quod quis in VALETVOINEM ſeruorum impenderet, in *l. 2. D. eod. tit.* qui et VALETVDINIA ſumtus, id eſt, in ſalutem et ſanitatem facti adpellantur. *l. 27. §. 17. D. ad leg. Aquill.*

VALIDE, pro valde. Nno VALIOE ſapienter. *l. 4. §. 3. D. de aedilit. edict.* VALIDE ſtulta. *l. 27. D. qui teſtam. fac.*

VALIDVS. Pactum VALIDVM: *l. 46. D. de pactis.*

[VALLARE. Fideiuſſiones, quas ſtipulationum ſollemnis caotela VALLAVERIT. *l. 33. §. 3. C. de Epiſcop. et cleric*]

VALLVM. Vetus Gloſſar. *χαράκωμα, ἔςι τὸ περίφραγμα, ὃ περιεβάλλοντό τινες ςρατοπέδῳ ἐπὶ σωτηρίᾳ.*

VAN.

VANVS timor. *l. 13. D. de re iudicat.*

VAP.

[VAPVLARE ab aliqoo. *l. 52. §. 1. D. ad leg. Aquill.* Si ſaepe territua quis eſt, quaſi VAPVLATVRVA. *l. 15. §. 1. D. de iniur. et famoſ. libell.*]

VAR.

VARIARE, varium et controuerſum eſſe. *l. 4. § 2. l. 7. D. de leg. commiſſor.* VARIARE in adpellatione. *l. 65 §. vlt. D. de verbor. obligat.* VARIAT: *l. 17. D. de hered. inſtitueud.* VARIATVM eſt. *l. 32. §. 16. D. de recept. arbitr. Collat. Leg. Moſaic. et Roman. tit. 15. §. 2.* Paull. *Lib. 5II. Sent. tit. 1. §. 1.* Similiter et VARIATVM reſcripta dicitur. Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 6. §. 3.*

VARIE, vario et diuerſo modo. VARIE accipi: *l. 195. D. de verb. ſignific.* VARIE iudicari. *l. 8. D. de liberal. cauſſ.* VARIE ſtatui poena: *l. 6. D. de extraordiu. crim.* Tam VARIE: *l. 15. D. ad leg. Aquill.* Haec tam VARIE: *l. 17. D. de minorib.* VARIE teſtimonium dicere. *l. 16. D. de teſtibus.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 15. §. 5.* VARIE tractatum eſt: *l. 4. D. de captiu. et poſtlim.*

VARIETAS *proprie iu disparibus coloribus dicitur, ſed transfertur in multa diſparia,* ait Cicero *de fiuib. Lib. II. cap. 3. extr.* Sic VARIETAS exſiſtit: *l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid.* VARIETATEM habebit: *l. 90. D de condition. et demouſtrat.* Poſt multaa VARIETATES placuit: *l. 55. §. vlt. D. de legat. II.* VARIETAA ſucceſſionum; *l. 1. C finium reguudor.*

VARIVS, A, VM, diuerſum, diſpar. VARIVM fuit. *l. 140. §. 1. D. de verbor. obligat.* VARIA ademtio: *l. 26. D. de adimend. legat.*

VAR. VAS.

VARIAE cauſſarum figurae. *l. 1. D. de obligat. et action.* VARIARVM lectionum libri, quales Pomponius ſcripſerat, ceu ex Indice Florentino adparet. VARIO modo fateri: *l. 1. §. 23. D. de quaeſtion* VARIVS mos: *l. 33. D. de regul. iur.* VARII numeri: *l. 2. C. de ſuis et legitim.* VARIARVM quaeſtionom, Lib. V. Pompon. *l. 44. D. de adquir. poſſeſſ.* VARIAE ſententiae iodicum exſtiterunt. *l. 76. D. de legat. II.* VARIA teſtimonia. Paull. *Lib. V Senteut. tit. 15.* ¶. 2. VARIVS dicitur, qui aliud ſimulat, aliud agit. Sic VARII et doloſi coaiunguntur, in *l. 1. princ. D. de dolo malo.*

VARVS iuriſconſultus, *l. 10. D. de liber. cauſſa.* vide *Lib. I.* nomen ALFENVS.

VAS.

VAS, VADIS. Dicebantur autem VADES, vt Varro *Lib. V. de Liugu Lat.* et Feſtus *Lib. vlt.* oſtendont, *qui reum capitis ſiſtendum ſpondebant* Qualis fuit ille Damon, de quo Cicero *Lib. III. de offic. cap. 10.* meminit. Auſon. *in Techuopaegn. v. 100.*

Qui ſubit in poenam capitali iudicio, VAS.

¶ 2 Sed tamen quicumque pro altero vadimonium, etiam in ciuili cauſſa, et in priuatis iudiciia extra capitalem cauſſam, promittebat, VAS adpellabatur. Acrun. *ad illa Horatii verba Lib. I. Serm. Sat. 2.*

Ille datis vadibus, qui rure extractus iu vrbem.

Vadibus, ait, *id eſt, ſponſoribus, a vadimonio, quo promittit is, qui ad iudicium prouocatur, certo die ſe adfuturum.* VADES autem ideo dicti, qund qui eoa dederat, vadendi et diſcedendi habeat poteſtatem. Meminit eorum lex XII. Tabularum: VAOEA, SVBVAOEA, et Liuiua *Lib. III. cap. 13.* ¶ 3. Dare VADEM, apud Ciceron *Lib. II. de finib. cap. 24.* *Δοῦναι τῆς ἀφίξεως ἐγγυητὰς, mulctae vades dare*, apud Dionyſ. Halicarn. *Lib. X. Antiqu. Rom. p. 633.* [VAOES exigere: *l. vlt. §. 1. C. de caſtrenſiaη. et miniſter. Lib. XII. tit. 26.*]

VAS, VASIS. Legatis vaſis non ſolum ea continentur, quae aliquid in ſe recipiant, edendi bibendique cauſſa paratum, ſed et quae aliquid ſuſtineant. Et ideo ſcutellae, vel promulſidaria, repoſitoria quoque continebantur. Vaſorum enim generalis adpellatio eſt. Dicimus, vaſa vinaria, vaſa naualia. *l. 19. §. 9. D. de aur. argent. legat.* VAS certam menſuram capiena. *l. 6 §. 4. D. de action. emti.* ¶. 2. Memorantur aurem in libris noſtria VASA argentea. *l. 48. pr. D. de furtis.* Corinthia. *l. 100 § 3. D. de legat. III.* eſcaria, pocularia. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 67.* byſſina, cryſtallina, vitrea. *ibid.* eſcaria, potoria. *ibid. §. 86.* olearia: *l. 19. §. 2. D. iocati.* pura et caelera opponuntur. *l. 6. D. de rei vindic.* vinaria: *l. 17. D. de action. emti. l. 93. §. 4. D. de legat. III.* VASA, io quibus ſunt vnguenta. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 83.* ¶. 2. VASA vel VASARIA, archiua, vel ſcriniε publica, in quibus tabulae cenſuales, reſcripta et conſtitutionea principum reponebantur. *l. 12. C. Theod. de cenſit. peraequat et inſpector. Nouell. IX. extr. intra ſacratiſſima* VASA. Plin. *Lib. VII. Hiſt Natur. cap. 49.* *Nec ſunt omnia*

VASARIA *excutienda.* Adde Cassiodor. *Lib. VII. Variar. epist. 45.* HEIN.

VASCVLARIVS, qui vasa conficit. *l. 20. §. vlt. D. de praescr. verb. l. penult. D. de aur. arg legat. l. vlt. D. de oblig. et action.* VASCVLARII *artifices caelatores* apud Cicer. *IV. Verr. 24.* et in inscriptione Romana, quam adieci. Excidit hic inscriptio, eadem fortassis, quam ex schedis Langermannianis edidit Reines. *Inscr. XI, 101.* vbi SATYRVS LVCIFER VASCVLARIVS. Mentio eorum fit et alibi, tum *argentariorum*, apud Gruter. *Inscr. p. DCXLIII, 3.* tum *fictiliariorum, p. DCXLIII, 2. cornearioruin, p. DCXLIII, 2.* Quin COLLEGII VASCVLARIORVM mentio fit in lapide apud Reines. *Inscript. X, 10.* HEIN.

VASTAGA, vel vt rectius scribitur, BASTAGA; de quo verbo supra *Lib. II.* diximus. [Adde Reines. *Class. I. Inscript. 10. p. 24.* et Iac. Gothofred. *ad l. 4. et l. 11. C. Theod. de murilegul. Lib. X. tit. 20.*]

VBE.

VBER, et sterile, exiguum, et minus pingue aduersantur. VBERES anni: *l. 15. §. 4. D. locati.* VBERIOR actio: *l. 1. D. de in rem verso.* VBEREM dotem: *l. 4. D. de pact. dotal.* VBERIVS legatum: *l. 12. § 27. D de instruct. vel instrum. legat. l. 24. §. 16. D. de fideicomm. libert. l. 88. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* VBERRIMVM legatum: *l. 54. D. de legat. II.* VBERIOR merces: *l. 8. D. locati.* VBERIVS pretium: *l. 4. C. de fid. instrum.* Minus VBERES prouentus: *l. 6. D. de extraord. criminib.* VBERIORE reditu: *l. vlt. D. de iur. dotium.* VBERIOR scriptura: *l. 217. D. de verbor. signif.* VBERIOR sors: *l. 14. C. de vsur.*

VBERA. Infantes ali VBERIBVS. *l. 1. §. 14. D. de extraord. cognition.*

VBERTAS sterilitati opponitur. *l. 8. D. locati. l. 15. §. 4. D. eod. tit.* VBERTAS anni: *l. 26. D. quand. dies legat.* annorum: *l. 8. D. locati.*

VBI.

VBI, pro in quo. *l. 1. D. de except. rei iudicat.*

[VBICVMQVE, id est, in vniuersis caussis. *l. 5. C. de legibus.*]

VBIQVE, pro vbicumque, in *l. 77. D. de contrab. emt. l. 4. §. 5. D. de pen. legat.* et in C. Iustinianeo saepe. Liu. *Lib. XLV. Litterasque omnes, quae vbique depositae essent et pecuniam regiam conferri.* Quibus ex locis recte Cuiscius, praeceptor meus, pro *ibique*, legit VBIQVE in *l. 166. D. de verb. signif.* Eademque loquendi ratione *cuiusque*, pro *cuiuscumque* in *l. 7. §. 2. D. de liberal. causs.*

VDO.

VDONES, vide supra ODONES.

VE.

[VE, post *si*, in disiuncta oratione significat itemque, siue, siue. Paull. in *l. 14. D. de inst. rupt. irrit. si filius natus nataue sit*, hoc est, siue filius natus, siue filia nata sit]

VEC.

[VECTIBVLICI *lex. l. vlt. C. de seru. reip. manum.* Quis fuerit ille VECTIBVLICVS, nemo hactenus, quod sciam, aperuit, vtut anxie inquisiuerint viri docti. Itaque emendare textum varie adgressi sunt Contius, Cuiscius, Ant. Augustinus, post quorum omnium coniecturas VETTI. PVBLICI. hoc est, Vettiam Publiciam, a C. Publicio, et Vettio Proculo Coss. legendum suspicatur Ianus Rutgers. *Lib. II. Var. Lect. cap. 5.*] Sententiam nostram de hac siue lege, siue senatusconsulto, diximus in *Histor. iur. Rom. Lib. I. §. CCI III. in schol.* Istam enim legem a Vettio Rustico Bolano, qui cum L. Calpurnio Pisone anno V. C. DCCCLXIII. consul fuit, ceu ex Gruter. *Inscript. p. LXVI, 2. p CXXVIII, 5. p. CLXIII, 7.* palam est, nomen traxisse, vt VETTIA vel VECTIA BOLANI dicta sit, verisimile nobis videtur. HEIN.

VECTIGAL, vt ipsa adpellatio ostendit, proprie dicitur, quod pro inuectione vel euectione mercium debetur. *rubr. de publican. et vectigal.* Sed tamen generaliter publica vectigalia accipimus, ex quibus vectigal fiscus capit, quale est *vectigal portus, vectigal octauae, venalium rerum.* Item *salinarum, metallorum,* et *picariarum. l. 17. l. 203. D. de verbor. signif. l. 59. §. 1. D. de hered. instit. l. 2. C. quae res vendi.* Species vero ad vectigal pertinentes, enumerat iureconsultus, in *l. vlt. §. 7. D. de publican. et vectigal.* in qua credibile est, de suo nonnulla Tribonianum infersisse. ¶. 2. VECTIGAL cadaueris. vide infra VECTVRA. VECTIGALIS conductor. *l. 68. §. 1. D. de fideiussor.* VECTIGALIA exercere: *l. 10. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ.* VECTIGALIS fauor: *l. 1. §. 1. D. vt in flum. publ.* VECTIGALIA fisci: *l. 8. D. de vacat. et excusat. muner.* VECTIGALIA fisci conducere: *l. 1. C. qui munerib.* VECTIGAL, quod in itinere praestari solet: *l. 21. D. de donat. int. vir. et vxor.* VECTIGAL necessarium: Paull. *Lib IV. Sent. tit. 6.* VECTIGAL praedii, quod ex praedio vectigali penditur. *l. 39. §. 5. D. de legat. I. l. 7. §. pen. D. de vsufruct.* VECTIGALIA publica: *l. 9. §. 9. D. de poenis.* VECTIGAL reipublicae: *l. 9. D. de rescind. vendit.* ¶. 3. VECTIGAL pro reditu. VECTIGAL fundi: *l. 59. §. vlt. D. de vsufruct.* ¶. 4. VECTIGALIS *caussa*, id est, fraudandi vectigalis caussa. *l. 8. §. 1. D. de publican. et vectigal.* vti *fideicommissi caussa. l. 8. princ. D. qui et a quib. manum.* V. A. Corn. van Bynkersh. *Obseru. VIII, 11.* HEIN.

VECTIGALIS, E. Agri VECTIGALES ciuitatium seu municipiorum vocantur, qui manente apud municipes dominio in perpetuum locantur, id est, hac lege, vt tamdiu pro his vectigal pendatur, quamdiu neque ipsis, qui conduxerunt, neque his, qui in locum eorum successerunt, auferri eos liceat. *l. 1. D. si ager vectig. vel emphyt. l. 12. §. 2. D. de Publican. l. 71. §. vlt. D. de*

VEC.

de legat. I. Sueton. *in Iulio Cap. XVII.* Agro vectigali immunem opponit Hyginus *Lib. II. de limit. constit.* quo ex libro haec subiicienda duxi: VECTIGALES *autem agri sunt obligati quidam R.P. P. R. quidam coloniarum aut municipiorum, aut ciuitatum aliquarum, qui et ipsi plerique ad P. R. pertinentes ex hoste capti partitique ac diuisi sunt per centurias, vt adsignarentur militibus, quorum virtute capti erant amplius quam destinatio modi.* Vet. Glossar. Graecum: *Agri* VECTIGALES, εἰσὶν ἀγροὶ πόλεων διηνεκῶς μισθούμενοι ἐπὶ τούτῳ τρόπῳ καὶ ὅρῳ· ἵνα ἐφ' ὅσον δίδοται τὸ ὑπὲρ αὐτῶ βεκτιγάλιον τέλος, μὴ ἐκβάλλωνται, μήτε αὐτοὶ μήτε οἱ παρ' αὐτῶν εἰς τόπον αὐτῶν ὑπεισιόντες. ¶. 2. VECTIGALES quoque agros populi Romani adpellabant, qui ex hoste capti, vectigalibus sobiiciebantur, mancipibusque vel in singula lustra, vel in annos centenos locabantur, vt Hyginus *in lib. de limitib. constit.* docet. ¶. 3. Hinc VECTIGALES aedes et vectigale praedium. *l. 15. §. 26. D. de damn. infecto. l. 16. §. vlt. D. de pignor. action. l. 10. D. famil. ercisc.* Ita et VECTIGALEM fundum accipe in *l. 1. princ. D. de condict. triticiar. l. 16. in fin. D. de pignor. act. l. 16. D. de seruitut. l. 4. §. 9. D. fin. regund. l. 1. D. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 7. D. commun. diuidund. l. 23. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l. 5. §. 7. D. vt in possess. legat. l. 1. §. vlt. D. vt in flum publ. l. 7. §. 5. et §. vlt. D. de legat. I. l. 66. §. 2. D. de legat. II. l. 219. D. de verb. signific. l. 1. C. de administr. rer. public.* VECTIGALES municipiorum fundus: *l. 71. §. 5. D. de legat. I.* ¶. 4. VECTIGALIS *actio*, quae de vectigali fundo possessoribus proposita est. *l. 15. §. 26. D. de damno infect. l. 66. princ. D. de euiction.* Proprias enim Praetor his in rem actiones proposuit, loco domini eos habens, licet domini non sint. *l. 1. D. si ager vectigal. l. 5. §. vlt. D. arbor. furtim caesar.*

VECTOR, qui locum in naue conducit. *l. 2. D. de leg. Rhod. de iact.* et naui vehuntur. *l. 1. §. vlt. l. 5. D. naut. caupon. stabular. l. 1. in fin. D. furti aduers. naut.*

VECTVRA, merces est, quae a vectoribus soluitur. *l. 62. D. de rei vindic. l. 15. §. 6. l. 61. D. locati. l. 21. D. de oper. libert.* Sic VECTVRA carrocorum: *l. 52. §. 15. pro socio.* VECTVRA itineris vxori data. *l. 21. D. de donat. inter vir. et vxor.* VECTVRA iumentorum et camelorum. *l. 6. D. qui potior. in pignor. l. 29 D. de petit. heredit. l. 62. D. de rei vindic. l. 15. §. 6. D. locati. l. 52. §. 15. D. pro socio. l. 39. §. 1. D. de legat. I. l. 13. §. 23. D. de action. emti.* VECTVRA mercium, vestimentorum, penoris: *l. 4. §. vlt. De naut. caup. stabul.* VECTVRA nauis. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25.* vel nauium: *l 55. D. de condict. indebit. l. vlt. D. de leg. Rhod. de iact.* ¶. 2. VECTVRA *cadaueris. l. 37. D. de religios. Et si qua vectigalia sunt, vel sarcophagi et* VECTVRA. De vectigali isto pro cadauere e loco in locum soluendo dubitarunt Haloander, Leunclauios, Elbertus Leoninus. Sed scrupulum omnem eximit constitutio vetus, a Cuiacio *Lib. XI. Obseru. cap. 21,* edita, qua vectigal istud abrogatur. Radulph. Forner. *Rer. quotidian. III, 6.* Lips. *Elector. I, 6. et 9.* Euer. Otto *de tutel. viar. III, 7. p. 519.* HEIN.

VEH.

VEHI certum pondus. *l. 4. §. 1. D. de seruitut.* VEHI sella vel lectica. *l. 7. D. de seruit. praed. rustic.* [pro portari: non enim habet ius vehiculi, qui iter tantum habet. *l. 12. D. eod. tit.*]

VEHICVLARIS cursus. *l. vlt. D. de muner. et honor.*

VEHICVLVM. Quod de VEHICVLO excidit. *l. 3. princ. D. de incend. ruin. naufrag.*

VEL.

VEL, pro etiam. *l. 1. D. de pignor. l. 4. §. 2. D. de edendo. l. 9. §. vlt. D. ad exhibend. l. 6. §. 1. D. de agnosc. vel alend. liber. l. 29. D. de pecul. l. 25. §. 3. D. de vsufruct. l. 20. §. 1. D. quod vi aut clam. l. 2. §. 24. D. vi bonor. raptor.* ¶. 2. VEL, pro saltim. *l. 13. D. de ritu nuptiar. l. 13. §. 8. l. 39. §. 3. D. ad leg. Iul. de adulter.* et e contrario *saltem* pro *vel*, id est, etiam. *l. 57. §. 3. D. de contrah. emt.* ¶ 3. VEL etiam particula ἐξηγητικὴ, posita pro *puta. §. 4. Inst. de vsu et habit.* iuncta *l. 12. §. 2. D. eod. tit.* Eamdem significationem locum habere posse in *l. 7. §. vlt. D. ad leg. Iul. maiest.* vbi Desid Herald. *Obseru. et Emend. Cap. XI.* legit *veluti*, obseruat V. A. Eo. Otto *Praefat. Tom. II. Thes. iur. pag. XIX.* HEIN. ¶. 4. [VEL, pro licet *l. 4. in fin. D. de interrog. in iur. faciend.*] ¶. 5. [VEL, pro id est, *l. vlt. C. vbi et apud quem. l. 1. C. de precar.*] ¶. 6. [VEL, pro nec. *l. 3. C. de bon. proscript.*] ¶ 7. [VEL, negatiue, seu per remotionem. *l. 6. C. de rei vindicat.*] ¶. 8. [VEL, postpositiuum. *l. 177. D. de regul. iur. l. 4. §. 2. D. de re milit.*]

VELAMENTVM, pro specie et praetextu. *l. 2. C. de rescind. vendit. l. 31. C. de liberal. causs. l. 7. C. de iur. et fact. ignor.* Vtitur hoc verbo etiam Tertullian. *de coron. milit. Cap. XII.* VELAMENTVM *timiditatis* apud eund. *de fuga in persequution. Cap. VI.* Sic VELAMENTVM absentiae: *l. 4. C. de postuland.* captiuitatis: *l. 1. C. de collus. detegend.* caussae: *l. 1. C. de repud. bon. possess.* matrimonii: *l. 27. C. ad leg. Iul. de adulter.* rusticitatis: *l. 1. C. de interdict. matrimon.*

VELLE apud iurisconsultos est, expressis et disertis verbis testari et profiteri se velle, vt ex diuerso, *nolle* est vetare et contradicere et ita declarare. Inter haec medium verbum est *non nolle*, id est, pati et tacere. *l. 1. §. 3. D. de tribut. act.* Eius autem est *non nolle*, qui potest et *velle*. *l. 3. D. de regul. iur.* ¶. 2. VELLE non creditur infans, pupillus, furiosus, prodigus: item is, qui imperio patris vel domini obsequitur. *l. 4. l. 40. l. 189 D. de regul. iur.* Itaque in lege Papia, si impubes sit patronus, voluntate eius non vide-

videtur liberta nupta, si tutoris auctoritas non accesserit. *l. 13. in fin. D. de oper. libertor.*

[VELLEIA lex. *l. 29. §. 5. et §. 15. D. de liber. et postum.*]

VELLEIANVM Senatusconsultum, quod M. Silano et Velleio Tutore Coss. factum est, feminis alienam in se obligationem suscipientibus subuenitur. *l. 1. l. 2. D. ad SC. Velleian.* Adpellatur SC. de intercessionibus, in *l. 9. l. 10. C. eod. tit.*

[VELOVOCI. Ciuitas VELOVOCORVM. *l. 2. C. Theod. de veteran Lib. VII. tit. 20.* pro *Belouocorum*, sicut legitur in *l. 1. C. eod. tit. Lib. XII. tit. 47.* vsitata scilicet B et V. commutatione: de qua Reines. *Inscript. I, 10. p. 24.* Gothofredus tamen *Velanorum* rescribendum censet]

VELVM. Habebantur apud veteres VELA, quae in aedibus vel vmbrae gratia, vel arcendi frigoris ventique excludendi caussa obtendebantur. *l. 17. §. 4 D. de action. emt. l. 41. §. 10. D. de legat. I. l. 12. §. 17. D. de instruct. vel instrum. legat.* vbi etiam VELA *Cilicia* ideo parari scribitur, ne aedificia vento vel plouia laborent. Martial. *Lib. XIV. Epigr. 29.*

Sit licet et ventus, te tua VELA *tegent.*

Senec. *Lib. IV. Natural. quaest. Itaque quamuis caenationem* VELIS *et specularibus muniant, et igne multo doment hiemem.* Sueton. *in Calig. Cap. XXVI. Reductis interdum flagrantissimo sole* VELIS *emitti quemquam vetarent.* Tertull. *de habitu femin. Lib. I. cap. 7. Sed et parietes Tyriis et hyacinthinis et illis regiis* VELIS, *quae vos operose resoluta transfiguratis, pro pictura abutuntur.* Sic VELVM in maeniano immissum. *l. 2. §. 6. D. ne quid in loc. publ.* et *cubicula obductis* VELIS *opaca*, apud Plin. *Lib. VII. epist. 21.* ¶. 2. VELA theatri apud Propertium *Lib. III. eleg. 18. Lib. IV. eleg. 1.* quae apud Ouid. *Lib. III. Metam. v. 111. aulaea* adpellantur. Chrysostom *Homil. II. in Epist. ad Ephes.* τὰ ἀμφίθυρα, vetus interpres vertit VELA, quae vela in hypaetris extendebantur. ¶. 3. Alia circa columnas habebantur, vt ostendit *l. 12. §. 20. D. de instruct. vel instrum legat.* ¶ 4 [VELO *leuato* de submersis nauibus caussae cognoscuntur. *l. 5. C. de naufrag. Lib XI. tit. 5.* id est, aperta fore. Cuiac. *in Paratitl. C. vt nem. priuat. tit. praed.* Lamprid. *in Alexandro Cap. IV. Cum amicis tam familiariter vixit, vt communis esset ei saepe consessus*, etc. *salutaretur vero quasi vnus de senatoribus, patente* VELO, *admissi malibus remotis, aut solis iis, qui ministri ad fores fuerant.* vbi quod Lampridio *patere*, Senecae *in epist. LXXX. adleuari* VELVM dicitur. Adde Car. du Fresne *Glossar.* Lips. *ad Senec.* Guther. *de offic. dom. Aug. III, n. p. 613* Wouwer *ad Sidon. Lib. I. epist. 2.*] *Leuato* VELO *cognoscere*, id est, nulla adhibita consultatione, interpretatur Hugo Grotius *ad Matth. Cap. XXVII. v. 19.* idque loquendi genus ex eo deriuat, quod tribunal praesidis a loco consilii, de cuius sententia pronunciare solebat, velo interposito discretum fuerit. Sed malim tamen loquutionem, quae sequioris aeui est, a *velo*, quo consistorium Imperatoris praetendebatur, vt Corippus *Lib. III. de laud. Iustin.* indicat, quam vnde Grotius, deducere. HEIN. [Vnde VELVM iudicis, pro ipsa admissione et ingressu ad iudicem. *l. 1. C. Theod. de offic. Rect. Prouinc. Lib. I. tit. 7.* vbi vid. Iac. Gothofred.]

VELVT, improprietatis vel fictionis nota est Sic VELVT *heredes* dicuntur bonorum possessores, et ceteri honorarii successores, quoniam heredes sola lex, vel constitutio Principis facere potest. *l. 1. D. de possess. heredit. petit. §. 2. Inst. de bonor. possess.* Peculium VELVT *patrimonium* esse dicitur, *l. 32. §. 2. l. 39. D. de pecul.* Item VELVT *longae possessionis* praerogatiua. *l. 5. 3. §. pen. D. de itiner. actuqu. priu.* vt et VELVT *possessor* iuris. *l. 1. D. de hered. petit. l. vlt. D. si pars hered. pet. l. 16. §. penult. l. 18. §. 1. D. de hered. petit.* quoniam iuris possessio proprie nulla est. Pari ratione et *interdicta* VELVT *possessoria* de iuribus praediorum constituta dicuntur. *l. 20. D. de seruitut.* et VELVT *longa possessio*, quae vsu nititur, qui in rebus incorporalibus possessionis vicem repraesentat. *l. 5. §. penult. D. de itin. actuqu. priu. l. 20. D. de seruit.* VELVT *Muciana cautio*, quae ad exemplum Mucianae comparata et introducta est. *l. 91. D. de condit. et demonstrat.* VELVT *vti possidetis interdictum*, pro vtili interdicto, in *l. 1. §. 2. D. de superfic.* VELVT *pacto* transegisse dicitur, qoi contentus fuit, pignora in creditum posfidere. *l. 15. §. 3. D. de re iudicat.* ¶ 2. [Simili ratione VELVT vsurpatur pro quasi. *l. 17. C. de donation. l. vlt. C. de vsucap. pro herede. l. 2. §. 15. D. de orig. iur. Tribunus Celerum secundum* VELVTI *locum a regibus obtinebat.* ¶. 3. [VELVT determinationem siue reduplicationem notat in *l. 4 §. 6. D. de manumission.*]

[VELVTI si, id est, non aliter quam si. *l. 18. §. 2. D. de castrens. pecul.*] ¶. 2. [VELVTI procul. *l. 4. §. 1. D. de seruitutib.*]

VEN.

VENA. Aquarum VENAE. *l. 1. §. penult. D. de fonte. l. 21. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* item VENAE fontis: *l. 34. in fin. D. de seruit. praed. rustic.* et putei: *l. 24. §. vlt. D. de damn. infect.* ¶. 2. Dicitur et VENA ferri, in *l. 1. C. de fabricens. Lib. XI.* vbi tamen vulgo mendose *venerabilis*, pro *venae nobilis* legitur, quemadmodum arguitur ex *l 2. C. Theod. eod. tit.* VENAE metallorum et lapicidinarum, in *l. 13. §. 5. D. de vsufruct.* et VENAE saxorum, in *l. 2. et l. 12. C. Theod. de metallar.*

VENALIS, E. VENALIVM *nomen*, quemadmodum Quinctilianus *Lib. VIII. cap. 2.* scribit, *quum commune sit omnibus rebus, quae mercis numero habentur, tamen peculiariter seruis nouitiis tribuitur. l. 11. D. de negot. gestis. l. 9. C. de Iudaeis.* Inde VENALES Asiatici, apud Ciceronem. Sic VENALIVM greges accipe apud Varronem *Lib. I. de re rustic. cap. 11.* Senec. *de benefic. Lib. IV. cap. 12. Mercator vrbibus prodest,* medi-

medicus aegrotis, mango VENALICIVS. Idem *Lib. II. Detrahis vestimenta* VENALICIVS, *ne quae vitia corporis lateant.* Plin. *Lib. XXXV. cap.* 17. *Est et vilissima, qua circum perducere ad victoriae notam, pedesque* VENALIVM, *trans mare aduectorum denotare instituerunt.* Quinctil. *declam. CCCXXXVIII. Quum forte videret puerum* VENALICIVS *interpositum, et cognouit, et agnitus est.* Sueton. *de claris rhetor. cap.* 1. *Venalitii, quum Brundusii gregem* VENALIVM *naui educerent, formoso et pretioso puero, quod portitores verebantur, bullam imposuere. Venalium* autem venditores *venalitiarii* et *venalitii* dicebantur, vt infra probabimus. ¶. 2. Dicitur et VENALE beneficium: *l. 20. D. de bonor. possess. contr. tabul.* Concordium VENALE: *l. 27. D. de pactis dotal.* VENALEM formam passim exhibere; *l. 22. C. ad leg. Iul. de adulter.* VENALEM possessionem habere: *l. 1. C. de rer. permut.* VENALES res accipere: *l. 19. C. mandati.* VENALES sententiae: *l. 7. C. quand. prouoc.* VENALIS stipulatio: *l. 1. §. 6. D. quar. rer. actio.* (vbi alii libri poenali habent. HEIN.)

VENALITIARII adpellantur mangones, id est, mancipiorum negotiatores, qui seruorum negotiationem exercent. *l. 207. D. de verb. signific. l. 1. §. 1. D. de tributor. act. l. 37. l. 44. §. 1. D. de aedilit. edict. l. 57. D. mandati.* quos *venalitiariam vitam exercere*, Vlpianus ait, in *l. 73. §. vlt. D. de legat. III.* Mango venalium. Plin. *Lib. VII. cap.* 12. et mangones venalitii, *Lib. XXI. cap.* 26. [Adde Salmas. *de foenore trapezitico p. 192.*] vide infra in *venalitius.*

VENALITIVM, pro grege venalium, in *l. vlt. in fin. D. de aedilit. edict.* et VENALITIA multitudinis numero, in *l. 5. §. vlt. D. de iur. deliber.* Petron. *Cap. XXIX.* ¶. 2. [VENALITIVM, id est, vectigal rerum venalium, quod exigebatur a venditore ob venditionem proponendam. *l. 1. C. de veteran. Lib. XII. tit.* 47. *l. 4. C. de proxim. sacror. scrin. Lib. XII. tit.* 19. ibique Dion. Gothofred. *lit. y.*]

VENALITIVS, venalis. VENALITIA matrimonia. *l. 2. D. de donation. int. vir. et vxor.* VENALITIA familia, quae venalis habetur. *l. 31. §. vlt. D. de donat. int. vir et vxor.* Sueton. *in Augusto Cap. XLII. Magna vero quondam sterilitate, ac difficili remedio quum* VENALITIAS *et lanistarum familias vrbe expulisset.* ¶. 2. VENALITIOS, qui et venalitiarii, Nonius Marcellus interpretatur venditores, citatque locum ex Ciceron. *Orator. Cap. LXX. Neque me diuitiae mouent, quibus omnes Africanos et Laelios multi* VENALITII *mercatoresque superarunt.* Sueton. *de clar. rhetor. cap.* 1.

VENARI. Quum in VENANDO telum io feram immissum hominem interfecit. *l. 11. §. 2. D. de poen.* VENATVM mittere. *l. 12. §. 1. D. de re militar.*

VENATIO, in *l. 26. D. de vsur. et fruct.* priuata est; et quaodoque fructuum adpellatiooe venit. Huc pertioet *l. 12. §. 12. D. de instruct. vel instrum. legat.* et Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 22.* VENATIONIS instrumentum. Paull. *ibid. §. 41. et 45.* ¶. 2. VENATIO edi dicebatur, quum in arena populo bestiarum VENATIO exhibebatur. *l. 122. D. de legat. I. l. 1. §. 6 D. de postuland. l. 4. §. vlt. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* Vnde venatorius ludus in *l. 8. §. vlt. D. de poenis.* et VENATIO, pro ludo bestiarum in *l. 10. pr. D. ad leg. Iul. de vi publ.* seu pro bestiarum pugna apud Gellium *Lib. V. cap.* 14. VENATIO *ludiaria* apud Trebell. Pollion *in Gallien Cap. III.* Vet. Glossar. Graec. VENATIO, κυνηγὲς καλεῖν ἐν τῷ νόμῳ τῆς θηριομάχης.

VENATOR. Serui VENATORES. *l. 12. §. 12. D. de instruct. et instr. legat. l. 99. §. 1. D. de legat. III.* Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §.* 71. [VENATORIBVS immunitas ob hanc professionem concessa non est. *l. 6. C. de excusat. muner. Lib. X. tit.* 47.]

VENATORIVS. Instrumentum venatorium. *l. 12. §. 12. D. de instruct. vel instr. legat.*

VENDERE, verbum, ad omnem alienationem pertinet, *l. 8. §. 11. D. quib. mod. pign. l. 29. in fin. D. de statulib.* sed proprie ea est, quae pretio et re inter se commutatis fit. Vnde magna differentia est inter *vendere* et *rem vendendam* dare. Nam si lancem tibi dedi vel massam auri, vt eam venderes, et numis vtereris, neqoe venditio, neque mutuum; sed mutuum conualescit, postquam oumi ex venditiooe redacti sunt. *l. 11. D. de reb. credit.* Periculum autem rei interim eum spectat, cuius caussa res ad vendendum data est. Nam qui rem vendendam accipit, vt pretio vteretur, periculo suo rem habet. *l. 4. princ. D. eod. tit.* maxime si sine vsuris credita est, et dominus alias rem vendendi propositum oon habuerit. ¶. 2. [VENDERE lege pignoris. *l. vlt. §. 4. D. de legat. II.*]

VENDICATIO est, quum rem vendico, id est, dico rem meam esse. vid. VINDICATIO.

VENDITARE, id est, venale habere. Sic VENDITARE sententiam: *l. 15. §. 30. D. de iniur. et famos. libell.*

VENDITIO. Facere venditionem. *l. 56. D. de administrat. et peric. tutor.* VENDITIONEM pati. vide Lib. XIV. in PATI. [VENDITIO officiorum prohibita. *l. vlt. C. de proxim. sacror. scrin. Lib. XII. tit.* 19.] ¶. 2. VENDITIO pro re vendita accipitur. *l. 18. D. de in diem addict. l. 11. §. 10. D. quod vi aut clam.* Sic et emtio, et donatio, et furtum accipitur.

VENENARIVS, intoxicator, et qui venena miscet. *l. 28. §. 9. D. de poenis.* Tertullian. *in Apologet. Cap. XLIII. Nam si qui forte vere de sterilitate Christianorum conqueri possunt,*

primi erunt lenones, perductores, aquarioli, tum sicarii, VENENARII, magi. Idem *de pudicit. Cap. V. Vt tragoedias omittam, sciunt hodie venenarii, sciunt magi.* Suetoo. *in Neron. Cap.* xxxiii. *Britannicum veneno adgressus est, quod acceptum a quadam Locusta, venenariorum indice, ventre Britannici moto, mulierem sua manu verberauit.* Quod idem Corn. Tacitus *Annal. Lib. XIII. cap. 16.* refert. Vtitur etiam hoc verbo Iul. Firmic. Matern. *Lib. VI. Mathes. cap. 19.* Haec eo pluribus exemplis confirmo, quod in huius verbi interpretatione lapsum Io. Baptist. Pium *in posterior. aduotat.* video.

VENENVM, *τῶν μέσων ἐςὶ*, vt secundum Vlpianum in *l. 1. §. 3. D. de seruo corrupt.* loquar, id est, medium nomen est: quemadmodum *Φάρμακον* apud Graecos: ideoque qui VENENVM dicit, adiicere debet, vtrum bonum an malum. Nam et medicamenta *venena* sunt, eoque nomine continetur omne, quod adhibitum, eius rei naturam, cui adhibitum est, motat, siue ad sanandum, siue ad occidendum paratum est. VENENVM quid? Qoinctilian. *declam. CCCL. l. 236. D. de verbor. signific. l. 3. §. 2. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Vnde apud Ciceron. *de offic. Lib. III. cap. 23.* vbi vulgo: *qui vinum fugiens vendit sciens*, in vetustis codicibus, quos quidem mihi legere contigit, omnibus, *venenum fugiens* legitur, id est, medicamentum. Non. Marcell. *medicinam*, ait, *et* VENENVM *dicimus: tractum a Graecis, qui venenum Φάρμακον adpellant.* Quod antiquorum exemplis comprobat. Similiter Seruius *ad Virgil. Georgic. Lib. I. v. 129. Ille malum virus. Bene*, ait, *addidit malum, ad discretionem. Nam virus et bonum et malum est, sicut* VENENVM, *quod idem est. Venit autem a Graeco. Nam illi Φάρμακον medium habent, id est, bonum et malum.* ¶. 2. Inde adeo eius VENENI, quod nocet, *mali* adiectione distinctio fit, *l. 9. §. 1. D. ad leg. Aquill. l. 35. §. 2. D. de contrah. emt. l. 7. D. de leg. Pomp. de parric. l. 4. §. 1. D. famil. ercisc.* Et huiusmodi venenom Quinctil. *declam. CCCL.* interpretatur, *potionem mortis caussa datam.* Inter venena autem *cantharidas* Tertullian. *Lib. I. aduers. Marcion. cap. 14.* ponit. Nec dissentit Marcianus, in *l. 3. §. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar.* ¶ 3. [Frequentius tamen iam olim de malo vsurpatam hanc vocem; hodie autem omnino non dici venenum nisi de malo, notat, et responsum Alexandri, quo testimonia aliaqoe imperfecta et ambigua esse statuit, si aiunt de veneno, nec addunt de malo, resellit Alber. Gentilis *Cap. XVI. Lection. Virgil. p. 152.*] Sic VENENVM conficere. *l. 1. §. 1. D. ad leg. Cornel. de sicar.* VENENVM per vim infusom, in *l. 1. §. 18. D. de SC. Silan.* VENENO peremtus. *l. 9. C. de his, quae vt indign.*

VENERABILIS Augusta. *§. vlt. Inst. de vsucap.* VENERABILIS ecclesia. *l. vlt. C. Theod. de patrocin. vicor.* ¶ 2. VENERABILES domos locosque in constitutionibus recentiorum Imperatorum exaudire oportet, ecclesias, xenones, ptochotruphia, nosocomia, brephotrophia, orphanotrophia, et alia id genus. *l. 18. l. 19. C. de sacros. eccles. l. 33. l. 37. C. de episcop. et cler.* Quorum verborum interpretationem ex Iuliano Patricio hic adiiciam: *Xenodochium*, ait ille, *est locus* VENERABILIS, *in quo peregrini suscipiuntur. Adpellant etiam Xenonem. Ptochotrophium est locus* VENERABILIS, *in quo parentibus orbati pueri pascuntur. Gerontocomia est locus* VENERABILIS, *in quo pauperes et propter senectutem solam infirmi homines curantur. Brephotrophium est locus* VENERABILIS, *in quo infantes aluntur.* Vt *orphanotrophium* interprete Moschupulo *περὶ σχεδῶν, ἔνθα οἱ ὀρφανοὶ τρέφονται, in quo orbi aluntur.*

[VENERANDVS. Quod VENERANDAE reipublicae caussa secundum bonos mores fit, id est, adserendae ab improbis et facinorosis. *l. 33. D. de iniur. et famos. libell.* vbi Dion. Gothofred.]

VENERATIO maiestatis. *l. 7. §. 3. D. ad leg. Iul. maiestat. Veneratio* hic non actus venerandi est, sed ipsa dignitas et magnitudo principis. Tacit. *Annal. I, 34. A VENERATIONE Augusti exorsus:* vbi genu flexum et manum ori admotam frustra fingit Aurelius. Idem *Annal. XII, 42. Augebat* VENERATIONEM *feminae.* Senec. *ad Polyb. Cap. XXI. Qui munere fortunae tantam venerationem receperat.* vid. Io. Fridr. Gronou. *ad Tacit. Annal. I, 34.* HEIN.

VENIA pro permissu, in *tit. D. de in ius voc.* vt patet ex verbis edicti Praetoris. VENIA *impetrata ab edicto Praetoris*, Macrob. *Lib. VII. Saturnal.* ¶. 2. VENIA aetatis. *l. 20. D. de minor.* VENIA erroris proprii petita. *l. 17. D. eod. tit.* VENIA iuris. *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. I.* VENIAM habet ignorantia. *l. 29. D. de excusation.* VENIAM sententiae consequota. *l. 4. C. de his, qui sibi. l. 12. C. de sentent. pass.*

VENIENTANA *gemma.* Eius meminit *l. 19. §. penult. D. de aur. arg. legat.* Eam Plinius et Isidorus gemmam esse a Veientibus repertam, nigram facie, albis intermicantibus notis scribunt. Duker. *de Lat. iurisc. p. 302.*

VENIRE, verbum iurisconsultis frequentissimum est. Sic VENIRE in actionem dicuntur, quae ex vi et natura actionis peti possunt. *l. 14. §. vlt. D. de reb. auctor. iud. possid. l. 1. §. 8. et §. 21. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 3. §. 1. D. de action. emt.* VENIRE in actiones et stipulationem: *l. 18. §. 4. D. de damn. infect.* Sic et fructus VENIRE in actionem dicuntur. *l. 56. D. famil. ercifcund. l. 1. §. vlt. D. si quid in fraud. patron.* VENIRE in aestimationem: *l. 3. D. de tabul. exhibend.* VENIRE in caussam transactioois: *l. 30. §. vlt. D. de except. rei iudicat.* VENIRE in computationem: *l. 9. §. 1. D. de donation.* VENIRE culpam: *l. 15. §. 11. D. quod vi aut clam.* in damnationem: *l. 42. D. de rei vindic.* in rationem damni: *l. 4. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* io diuisionem: *l. 12. C. de collat. l. 11. D. de tributor. action.* Sic et VENIRE dolum dicimus, quum dolus ab aliquo praestandus est. *l. 45. D. famil. ercifcund.* VENIRE in Falcidiae ratio-

tionem: l. 41. D. de donat. causs. mort. VENIRE in hereditatis petitionem: l. 6. §. vlt. D. de action. rer. amotar. VENIRE in interdicto res dicuntur: l. 52. D. famil. ercisc. VENIRE in iudicium: l. 4. §. 2. D. finium regundor. l. 25. §. 9. D. famil. ercisc. l. 17. D. de liberat. legat. l. 62. §. 1. D. de euiction. l. 35. §. vlt. D. locat. l. 7. C. arbitr. tutel. VENIRE in iudicium nomina. l. 2. §. vlt. D. famil. ercisc. VENIRE in iudicio pars dicitur, quae alienata est. l. 54. D. eod. tit. VENIRE in iudicium tutelae: l. 23. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 9. D. rem pupill. salu. l. 9. §. 1. D. de administrat. et peric. tutor. VENIRE in iudicium administrationem et dolum: l. 4. D. de fideiussor. l. 19. §. vlt. D. de testam tutel. VENIRE in petitionem: l. 68. D. de legat. II. VENIRE in restitutionem: l. 27. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 7. §. 3. D. de except. rei iudic. VENIRE in stipulationem: l. 68. D. de verbor. obligat. l. 1. §. 16. D. vt legat. seu fideic. l. 18. §. 4. D. de damn. infecto. VENIRE res in stipulationem: l. 71. D. pro socio. VENIRE in stipulatum vsurae: l. 1. §. 3. D. de pignorib. VENIRE in stipulatione: l. 21 D. de verbor. oblig. l. 24. D. de damn. infect. l. 56. D. soluto matrimon. VENIRE in venditionem: l. 2. §. 2. D. de hered. vel action. vendit. ¶. 2. VENIRE pro ire, ingredi. Sic VENIRE in possessionem. l. 33. §. vlt. D. de adquir. possess. l. 1. §. 5. D. si mulier. ventr. nomin. ¶. 3. VENIRE, pro adire et accedere. VENIRE ad accusationem: l. 2. §. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter. ad condictionem: l. 15. D. de condict. indeb. VENIRE ad iudicem: l. 27. D. de donation. ad iudicium: l. 1. D. de feriis. l. 7. §. vlt. D. si quis caution. in iudic. sist. Cicer. pro Quint. et contra non VENIRE ad iudicium: l. 24. D. de hered. petit. l. 1. §. 2. D. de eo, per quem fact. est. vel in iudicium: l. vlt. §. 3. D. eod. tit. VENISSE in iudicium: l. 23. D. de iudic. et alibi: vbi in ius VENTVM est. VENIRE ad praetorem: l. 1. §. 1. D. de inspic. ventr. Ad praetorem VENIRE vocatus: l. 5. D. de iudic. l. 3. §. vlt. D. si quis caution. in iudic. sist. et alibi. ¶ 4 VENIRE, pro peruenire. Sic: VENIRE in familiam: l. 9. D. de adimend. legat. VENIRE in funus: l. 10. D. de legat. III. VENIRE in libertatem, id est, peruenire ad libertatem. l. 11. D. qui et a quib. VENIRE in ordinem decurionum: l. 1. D. de albo scribend. l. 2. D. de decurion. VENIRE in seruitutem: l. 14. D. de poenis. ¶. 5. VENIENTES a domino personae, id est, procedentes. l. 8. §. vlt. D. rat. rem haber. ¶. 6. VENIRE ad bona: l. 6. D. si tabul testam. ad bona patris: l. 20. §. 1. de bonor. possess. contr. tab. ad bonorum possessionem: l. 3. §. 5. l. 6. D. eod. tit. VENIENTES ad hereditatem: l. 24. D. de condit. institut. VENIENTES heredes ex quolibet gradu: l. vlt. C. famil. ercisc. Ab intestato VENIENTES filii: l. 81. D. de legat. II. VENIRE ad legatum: l. 33. D. eod. tit. ad substitutionem: l 43. §. vlt. D. de vulg. et pupill. substit. ad successionem: l. 2. D. de nat. restituend. l. 9. C. de testam. milit. l. 9. C. de collation. l 2. C. de donat. causs mort. ¶. 7. VENIRE, id est, procedere, oriri. Sic: VENIRE ex contractu actiones: l. 23. §. 4. D. de aedilit. edict. VENIENTES actiones ex contractibus; l. 49. D. de oblig. et action. ¶. 8 VENIRE, pro adesse. l. 28. §. 1. D. de fideicomm. libert. Sic: VENIT conditio: l. 13. §. 5. D. de pignor. VENIT dies: l. 4. D. de iudic. l. 11. §. 1. D. de minor. l. 45. D. de excusation. l. 16. D. de hered. petit. l. 5. D. ad leg Falcid. l. 4. D de testam. milit. l. vlt. D. de iur. fisc. l. 1. D. de condit. et demonstr. l. 51. D. mandati. VENIT dies pensionis. l. 14 D. de pignor. VENIT dies exigendarum pecuniarum. l. 8. D. de admin. et peric. tutor.

VENTER, adpellatur a iurisconsultis vterus, quem mulier gestat, vel animal, quod in vtero est. l. 12. princ. D. de bonor. possess. l. 7. §. 8 D. commun. diuid. l. 1. §. 6. D. de ventr. in possess. mittend. Item qui in VENTRE est. l. 5. §. 2. et §. vlt. D. de statu homin. et qui in vtero est. l 7. l. 26. D. eod. tit. et VENTER, qui pariturus est. l. 30. §. 11. D. de adquir. hered. VENTER ancillae: l. 9. D. ad leg. Falcid. Ita quoque VENTER dicitur institui, exheredari, vel praeteriri. l 84. D. de adquir. heredit. Inde VENTREM in possessionem mitti, et VENTRI curatorem dari dicunt. l 7. §. 10. D. quib. ex causs. in possess. eat. VENTER in possessione est. l. 27. §. vlt. D. de hered. instit. vacuus VENTER. l. 30. §. 6. l. 84. D de adquir. heredit. ¶. 2. [VENTREM facere dicitur paries, qui ex vitio inclinat. l. 17. princ. D. si seruitus vindic. Voss. Lib. IV. inst. orat. cap. 6.]

VENTILARE, disceptare. VENTILATA est quaestio. l. 4. §. 23. D. de dol. mal. et met. except.

VENTOSVS dies. l. 30. §. penult. D. ad leg. Aquil.

[VENTRALE, in l. 6. D. de bon. damnator. est fascia ventri adposita, in qua et nummos et res alias ferebant. Merill Lib. III. obseru. cap. I. Cuiac. Lib. X. obseru. cap. 26.] Adde Salmas. ad Script. Hist. Aug p. 153.

[VENTVS. Viuere VENTO. l. vlt. C. de pupill aliment.]

VENVLEIVS *Saturninus* iurisconsultus, is est, qui *Quintus Saturninus* vocatur, in l. 13. §. 5. D. de iureiur. l. 2. D. si ingen. esse dicat. l. 1. D de senator. Sed id non adeo certum. *Claudius Saturninus*, qui idem procul dubio, ac *Quintus*, sub Antoninis Pio et Marco vixit. l. 1. §. 2. D. quae res pign. vel hypoth. l. 6. §. 7. D. mandati. l. 4. princ. D. de legation. *Venuleius Saturninus* demum sub Caracalla et Alexandro floruisse videtur, idque ex l. 1. C. de excusat. veteran. et l. 1. C. quib. non obiic. long. temp. praescr. colligit Guid. Pancirol. *Variar. Lect.* I, 79. Venuleius scripsit libros *Actionum* decem, *Disputationum* libros VII. *Interdictorum* libros VI. *de offic. proconsulis* libros IV. *Publicorum* libros II. *Stipulationum* libros XIX. et librum singularem *de poenis paganorum*. HEIN.

VENVMDARE. VENVMDARI passus. l. 7. D. de liberal. causs.

VERBERA a magistro adlata, vel parente, emendationis oon iniuriae gratia data creduntur. *l. 16.* §. *2. D. de poenis.* [Huiusmodi VERBERA etiam intelliguntur in *l. 1. C. Theod. de stud. liber. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 9.*] VERBERA seruilia quae sint, *l. 12. D. de iur. fisc.* exposui *Lib. III. Antiquit. cap. 9.*

VERBERARE et *pulsare* in lege Cornelia de iniuriis hoc differunt, quod *verberare* est cum dolore caedere, *pulsare* sine dolore. *l. 5. princ. et §. 1. D. de iniur. l. 22. §. vlt. D. rem rat. haber.* Quamquam illod rursus diffitendum non sit, non perpetuam esse eam differentiam, sed confundi vt plurimum has voces. *l. 4. §. 13. D. vi bonor. raptor.* [Reprehendit igitur Vlpianum et Offilium Laurent. Valla *Lib. VI. Elegant. cap. 47.* Sed vide Alexandr. ab Alexandr. *Lib. III. genial. dier. cap. 19*] et quae hae de re docte disputauit V. C. Car. Andr. Duker. *de Latin. iurisc. p. 146.*

VERBERATIO vinculorum. *l. 7. D. de poenis.*

[**VERBOSVS.** VERBOSI eommentarii apud Caium in *l. 1. D. de orig. Iur.* adpellantur, qui meram eontinent ἀδολεσχίαν, eodem sensu, quo VERBOSAE adsertiones dicuntur in *l. vlt. §. 1. C. de adpellat.* vbi talibus vti interdicitur et litigatoribus, et libellorum dictatotibus, seu aduocatis]

VERBOTENVS. *l. 44. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 19. §. 2. D. de aedilit. edict.*

VERBVM. VERBA alia *directa* sunt et *ciuilia* et *legitima*, seu *principalia*, seu *imperatiua* Alia sunt *precaria* et *inflexa*, vt suis locis exposuimus. Et Varro *Lib. IV. de lingu. Latin.* VERBA *quae hereditate a Romulo rege venerunt.* De verbis preeariis, in *l. 15. C. ad leg. Falcid. l. 11. C. de fideicomm. libert.* quae et VERBA fideicommissi. *l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebellian.* et VERBIS fideieommissi relinqui. *l. 15. §. 6. D. ad leg. Falcid.* et manumitti. *l. 28. §. 1. D. de testament. tutel. l. 10 §. 1. D. de aliment. et cibar. legat.* et confirmari: *l. 5. C. de fideicommiss.* VERBIS legati vel fideieommissi relinquere. *l. 101. D. de condit. et demonstrat. l. 5. l. 15. §. 6. D. ad leg. Falcid.* Item VERBA testamenti. *l. 6. C. de testament.* ¶. 2. VERBIS contrahitur obligatio per interrogationem et responsionem, vt Caius in *l. 1. in fin. D. de verb. obligat.* et *Lib. II. Instit. tit. 9. §. 2.* et Iustin. *princ. Inst. de verb. oblig.* scribit. Sic VERBIS credimus. *l. 2. §. vlt. D. de rebus eredit.* VERBIS eontrahi: *l. 1. D. locati.* VERBIS obligatio: *l. 2. §. 4. D. ad SC. Velleian.* et VERBORVM obligatio: *l. 35. D. de regul. iur.* Vnde et verborum obligatio pro stipulatione ponitur. *l. 1. C. de rer. permut. l. 6. C. de iur. dot.* Vetus Glossar Graecom: βέρβοις, ἀγωγὴ περὶ ψιλῶν λόγων, ὅταν ἐξ ἐπερωτήσεως ἢ συμφώνε ἀπόκρισις συνίσταται. Sie quoque VERBIS fit stipulatio. *l. 1. §. 1. D. de pact.* Sed quae VERBIS contrahitur obligatio, eadem quoque VERBIS soluitur *l. vlt. D. de acceptil.* Senec. *Lib. VI. de Benefic. cap. 5.* *Quamuis non interuenerint numi, sed delegatione et* VERBIS *perfecta solutio fit.* Et VERBIS vel non. *l. 2. D. de nouation.* ¶. 3. VERBA facere pro absenre. *l. 33. §. 2. D. de procurator.* VERBA facere pro eo, qui de libertate contendat. *l. 24. D. de dolo mal.* ¶. 4. [VERBVM commone, id est, formula. *l. 4. §. 2. D. de vulgar. et pupill. subst.* Sie et *l. 33. D. de pignorat. action.*] ¶. 5. Praetoris VERBA dicuot. *l. 1. D. de his, qui notant. infam.* ¶. 6. VERBI gratia. *l. 46. D. de solution. l. 5. D. de peric. et commod. rei vendit. l. 6. D. de his, qui sui vel alien. iur. l. 4. D. de seruitut. l. 4. §. 7. l. 8. D. si seruit. vindic. l. vlt. D. de alienat. iudic. mut l. 4. §. 2. D. de leg. Rhod. l. 18. D. de aedilit. edict l. 0. D. locati. l. 66. §. 6. D. de legat. II. l. 2. §. 6. D. de collat. bonor. l. 49. §. 1. D. de fideiussor. l 11. D. de iniur. l. 2. §. vlt. D. de suis et legit. l. 5. D. unde legitimi. l. 3. D. vnde cognat.* Vlpian. *tit. XVI. Regul.* §. 2.

VERE datum, id est, bona fide. *l. 40. D. de statulib.* VERE distraxisti, et donationis caussa opponuntur. *l. 8 D. de contrah. emtion.* VERE reus dicitur fideiussor, ad qoem pecunia peruenit. *l. 5. D. de liberat. legat.* VERE caussa perorata, pro iuste. *l. 6. D. de quaestion.*

VERECVNDE. *l. 1. § 8. D. de offic. praefect. vrb.* VERECVNDE denuneiare: *l. 4. §. 5. D. de damn. infect. l. 10. C. de rei vindic.* et postulare: *l. 1. §. 8. D. de offic. praef. vrbi.*

VERECVNDIA reuerentiam vel pudorem significat. Sic: VERECVNDIAE curatorum conuenit. *l. 5. §. 6. D. de admin. et peric. tutor.* VERECVNDIA non iurantis. *l. 25. §. vlt. D. de pecun. constit.* Quae laedunt VERECVNDIAM. *l. 15. D. de condit. institut.* VERECVNDIA magna: *l. 93. D. de furtis.* maternae VERECVNDIAE congruum: *l. 31. §. 1. D. de donation.* VERECVNDIA mea: *l. 1. C. ne fisc. vel resp.* VERECVNDIAE obsequi: *l. 41. D. de oper. libert.* VERECVNDIA paterna: *l. 14. D. de castrens pecul.* paternalis: *l. 20. D. de donation.* VERECVNDIAM pulsare: *l. 8. D. de adimend. legat.* VERECVNDIA sexus: *l. 1. §. 7. D. de suspect. tutor.*

VERECVNDVS, A, VM. VERECVNDA eogitatio eius, qui lites exsecratur. *l. 4. §. 1. D. de alien. iudic. mut.* INVERECVNDVM desiderium: *l. 22. D. de heredit. petit.*

VEREDARIVS, vide VEREDVS.

VEREDVS et **VEREDI** in *l. 4. l. 7. C. de cursu publ. Lib. XII. l. 18. §. 21. D. de munerib.* a Graeco verbo, βερηδεύειν, quod eurrere significat, venit, vt doctissimus Faber, in veteri Lexico Brissonii, quod humaniter mihi vtendom concessit, erudite notauit. Auson. *Epist. VIII. v. 8.*

Vel celerem mannum vel ruptum terga veredum
Conscendas, propere dummodo iam venias.

Isidor. *Lib. XII. Etymolog. cap. 1.* VEREDOS *ab eo dictos*, tradit, *quod veherent rhedas, vel quod per vias publicas currerent, per quas et rhedae ire solebant.* Procop. *Lib. II. de bello Persic.* eqoos publicos,

blicos, *cursuales* VEREDOS adpellari Latinis scribit. Inde VEREDARII apud Cassiodor. *Lib. II. Variar. epist. 31. Lib. V. epist. 39.* Hi sunt teste eodem Procopio *Lib. III. de bello Persic. qui equis celeriter vecti, regias perferunt litteras.* In quodam libro veteri scriptum reperi: VEREDARII *dicuntur a vehenda, quia festinanter in equis currunt, nec descendunt de equis, antequam sua responsa liberent. Habent pennas in capite, vnde intelligitur festinatio itineris, daturque eis semper equus paratus, non manducant, nisi super equis quando proficiscuntur. Veredus dicitur, qui vehit currum, vel qui parua rheda vehit. Rheda hic est paruus currus.* Cuius rei fidea sit penes auctorem. Certe quale quale sit, ideo visum adscribere, nec celatum lectorem volui, propterea quod insit aliquid ex vetustate delibatum. Nam certum est, olim nuncios πτεροφόρους fuisse. vid. Coel. Rhodigin. *in Var. Lection.* ¶. 2. Sed et VEREDVS pro equo viatorio, qui nec cisium nec rhedam vehat, ab Ausonio in loco supra citato ponitur et *Epist. XVII. v. 13.*

Non cisium aut pigrum caueas conscende VEREDVM,
Non tibi sit rhedae, non amor acris equi.

Et apud Martialem pro equo venatico, *Lib. XII. epigr. 14.*

Parcius vtaris moneo rapiente VEREDO,
Prisce, nec in lepores tam violentus eas.

VEREOR ne. *l. 20. §. 1. D. de bonor. possess. contra tabul. l. 9. D. de iur. dotium.*

VERISIMILIS. VERISIMILE non videbitur. *l. 9. §. 1. D. vnde cognati.* VERISIMILIVS est. *l. 96. D. de legat. I. l. 56. princ. D. de verbor. obligat.*

VERITAS iuris. *l. 23. C. de fideicommiss.* naturae. *l. 6. D. ad municip.* Errore VERITAS originis non amittitur. *ibid.* VERITAS rei: *l. 120. D. de verbor. oblig.* De VERITATE rei quaeri: *l. 1. C. ad exhib.* VERITAS rerum erroribus gestarum non vitiatur. *l. 6. §. 1. D. de offic. praesid.* ¶. 2. VERITATEM et poenam opponit *l. 2. §. 1. D. quod fals. tutor.* VERITATEM et quantitatem, *l. 2. §. vlt. D. qui satisd. cog.* ¶. 3. Tenendae loquutiones: VERITATI locum superfore. *l. 29. §. vlt. D. de probation.* [VERITAS plena. *l. 2. C. de relation.* pro quo *l. 3. C. Theod. eod. tit. Lib. XI. tit. 29.* habet, *maturitas.* vide *Lib. XI.*] VERITAS quaeretur: *l. 1. D. si mul. ventr. nomin.* VERITATEM esse quaerendam: *l. 3. §. 3. D. de iureiur.* VERITATEM spectare: *l. 8. D. de castrens. pecul.* VERITATIS via. *l. 10. C. de locato.* VERITATIS vim obtinere: *l. 6. D. de quaestion.* ¶ 4. In VERITATE, id est, reuera. *vid. Lib. IX.* In VERITATE esse: *l. 2. C. quib. ex causs. maior. l. 5. D. ne quis eum, qui in ius voc.* Ex VERITATE: *l. 42. D. ad leg. Falcid.* Secundum rei VERITATEM: *l. 62. D. eod. tit.*

VERNA, proprie adpellatur seruus domi nostrae ex nostra ancilla, vel seruo natus, Graecis οἰκογενής. *§. 20. Inst. de legat. l. 36. D. de legat. I.*

[VERRES, κάπρος, domesticum animal, sed ferox. *l. 40. D. de aedilit. edict.*]

VERSA vice. *l. 3. princ. D. de homin. lib. exhib. l. 1. §. 11. D. vt legator. seru. l. 1. D. de liber. causs. l. 6. §. 3. D. de aqu. et aqu. pluu. l. 33. §. 1. D. de donat. inter vir.*

VERSARI, pro agere. VERSARI dolose: *l. 51. D. de recept. arbitr.* VERSARI dolose more praedonum: *l. 25. §. 5. D. de heredit. petit. l. 10. D. de interrog. in iur. fac.* VERSARI dolo vel culpa: *l. 1. §. 3. D. de magistr. conuen.* et dolo malo: *l. 2. D. si mens. fals. mod.* imperite et negligenter. *l. 1. §. 1. D. eod. tit.* Sic etiam VERSARI in publicis legationibus: *l. 4. C. de legation.* Male in re locata VERSARI: *l. 5. C. de locat. et conduct.* negligenter. *l. 24. §. 1 D. de minorib.*

¶. 2. VERSARI pro consistere Sic VERSATVR res in caussae cognitione. *l. 17. §. 17. D. de iniur. l. 13. l. 16. D. de minorib. l. 31. §. 23. D. de aedilit. edict. l. 14. §. 2. D quod met. causs.*

¶. 3. VERSARI pro esse. VERSARI in lucro. *l. 3. D. de vi et vi armat. l. 17. D. de solution.* VERSARI in obligatione: *l. 6. D. de reb. credit.*

¶. 4. VERSARI delictum in actione, id est, venire et praestari in actione, quod dolo vel delicto corruptum est. *l. 49. D. de oblig. et action.* Sic quoque dolum in actione negotii gesti, solummodo versari, id est, venire Vlpianus dixit *l. 3. §. 9. D. de negot. gest.* et iureconsultus in *l. 8. §. 8. D. quib. mod. pign.* Sic quoque VERSARI vtilitatem, id est, agi de ea, in *l. 5. §. 2. D. commodat. l. 1. D. de negot. gestis. l. 20. D. de heredit. petit. Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. X.* ¶. 5. VERSARI in rem, pro verti. *l. 27. D. ad SC. Velleian.*

VERSICOLOR. Ea adpellatione continentur, quae tincta sunt et neta, neque detexta, neque contexta: veluti purpura, coccum, et alia id genus. Quae vero natiuo colore vel alba vel nigra sunt, versicoloribus non adnumerantur. *l. 70. §. 12. l. 78. §. 5. D. de legat. III. l. 32. §. 6. D. de aur. argent. legat.* VERSICOLORIA ergo iureconsultis non sunt, quae pro diuerso adspectu varios colores praeferunt, vti colla columbarum, quod Graeci ἄλλαστον χρῶμα adpellitant, sed quae pro natiuo, alio colore tincta sunt. Salmas. *ad Script. Hist. August. p. 397.* HEIN.

VERSICOLORIVS, A, VM. VERSICOLORIA lana. Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 82.* Plin. *Lib. XXXV. cap. 17.* VERSICOLORIA vestis. *l. 32. §. 7. D. de aur. argent. legat.*

VERSVS, A, VM. In rem VERSVM dicitur, quod in patrimonium redactum est. *l. 2. D. quod cum eo, qui in alien. potest. l. 21. D. de dol. mal. l. 3. §. 1. D. ex quib. causs. in possess. eat. l. 1. §. 9. D. de separation.* VERSVM autem *in rem*, quod ad actionem de in rem verso attinet, videtur, puta agrum colendo, domum fulciendo,

mancipia vestiendo, mercando, vel creditori soluendo, vel quid tale faciendo, vt Paull. *Lib. II. Sent. tit. 9. §. 1.* scribit. Vlpianus autem *in rem* VERSVM videri ait, siue id ipsum, quod seruus accipit, in rem domini conuertit, veluti si triticum acceperit, et id ipsum in familiam domini cibariorum nomine consumserit, aut si pecuniam a creditore acceptam dominico creditori soluerit, et generaliter toties de *in rem* VERSO esse actionem, quibus casibus procurator mandati, vel qui negotia gessit, negotiorum gestorum haberet actionem, quotiesque aliquid consumsit seruus, vt aut meliorem rem dominus haberet, aut non deteriorem. *l. 3. §. 1. et sequ. D. de in rem vers.*

VERSVTVS. VERSVTVM ius: *l. 28. C. ad leg. Iul. de adulter.*

VERTERE. VERTISSE *in vsus suos* pupillarem pecuniam, vt vsuris maximis sobiiciatur tutor, videtur, qui sibi sumsit ex administratione numos, vel clam, vel quasi sua pecunia licenter abusus est. Nec enim vtique, qui non foenerauit, vel non deposuit, vel qui debitor patris pupilli fuit, deinde ipse sibi non soluit, vel qui nec pecuniam pupillarem suo nomine foenerauit, in *vsus suos* VERTISSE intelligitur. *l. 7. §. 4. l. 46. l. 54. D. de admin. et peric. tutor. l. 38. D. de negot. gestis.* Quod si tutor *in vsus suos* pecuniam *conuerterit*, inde aliquid in rem pupillarem impenderit, quantum impenderit, VERTISSE definit. *l. 3. §. 3. D. de contrar. tutel. et vtil. action.*

¶. 2. VERTI, id est, agi, agitari, versari. Quae in caussis VERTVNTVR: *l. 1. §. vlt. D. de interrog. in iur. faciend.* VERTETVR in caussae cognitione: *l. 7. D. de iur. deliber.* In eo VERTITVR cognitio: *l. 3. §. 4. D. de Carbon. edict.* VERTITVR in cognitionem, id est, consistit. *l. 1. C. de ordin. iudicior.* VERTITVR in animo donatio, id est, consistit. *l. 33. D. de donat. int. vir. et vxor.* VERTITVR, id est, versatur, ius non factum in stipulatione: *l. 38. §. 6. D. de verbor. obligat.* VERTITVR ius potestatis, id est, agitur de iure potestatis. *l. 3. §. 7. D. de donat. int. vir. et vxor.* Sic quoque VERTITVR legatum vnius rei inter personas: *l. 10. D. de option. legat.* VERTITVR periculum: *l. 15. §. 6. D. de re iudicat.* VERTITVR in interdicto possessio: *l. 14. §. vlt. D. de except. rei iudic.* VERTITVR priuilegium: *l. 74. D. de iur. dot.* VERTITVR quaestio in iudiciis: *l. 22. D. de except. rei iudic.* VERTITVR quaestio in eo: *l. 13. D. de negot. gest.* VERTITVR ratio lucri. *l. 98. D. de regul. iur.* VERTITVR vtilitas: *l. 1. §. 7. D. ne quid in flum. publ. l. 5. §. 2. D. commodati.*

[VERVM pro tamen. *l. 11. §. 7. D. de iniur. l. 18. princ. D. de probation. l. 9. §. 6. D. quod metus causs.* Sic et VERVMTAMEN. *l. 1. §. vlt. D. vt legator. seruand*]

VERVS, A, VM. falso opponitur, vt in *l. 1. §. 1. et l. 10. D. quod fals. tut. auct.* VERVS contractus: *l. 15. C. de donation. inter vir. et vxor.* VERVM debitum, ad differentiam donationis. *l. 49. D. de re iudicat.* VERVM diuortium: *l. 49. §. vlt. D. de pact. dotal.* VERVS dominus: *l. 1. §. 6. D. de adquir. possess. l. 13. princ. D. de mort. caussa donation.* [vbi significat eum, qui fuit dominus, et dominium per vsucapionem amisit. VERVS filius et filius libertinus opponuntur. *l. vlt. D. de iur. deliber.* VERVS heres: *l. 29. §. vlt. D. de statulib.* ad differentiam eius, qui se heredem falso existimat. *l. 19. §. vlt. D. de condict. indebit.* VERVS interpres. *l. 1. §. vlt. D. de verbor. oblig.* VERA iudicia: *l. 24. D. de testament. milit.* VERO nomine amica et paullo honestiore concubina adpellatur. *l. 144. D. de verbor. signif.* VERVS pater: *l. 23. D. de iur. deliberand.* VERA philosophia, non simulata: *l. 1. §. 1. D. de iustit. et iure. l. 8. §. 4. D. de vacat. et excusat. muner.* Sic etiam *vere* philosophantes, *ibid.* VERVS procurator: *l. 22. §. 8. D. rat. rem haber. l. 12. D. de solution. l. 5. §. 18. D. de oper. non. nunciat.* qui non vero opponitur. *l. 1. §. vlt. D. quod iussu. l. 13. D. depositi. l. 26. §. 5. D. mandati.* Ita VERVM procuratorem dare: *l. 17. §. 19. D. de iniur.* VERVS titulus: *l. vlt. C. de vsucapion. pro hered. l. 5. C. de praescript. long. tempor. l. 6. C. de ingen. manum.* VERVS et falsus tutor: *l. 1. §. 1. l. 10. D. quod fals. tut. auctor. l. 1. §. vlt. D. de eo, qui pro tutor.* VERA venditio: *l. 9. C. de adquir. possess.* ¶. 2. VERVM quoque pro eo, quod aequum ac iustum est, non modo nostri, sed et reliqui bonarum litterarum auctores dixerunt. Sic: VERVM pro iusto in *l. 31. §. 4. D. de donat. int. vir. et vxor.* Sic VERAM aestimationem et VERVM pretium dici reperias. *l. 7. §. 12. iuncta l. 10. in fin. D. commun. diuid. l. 5. princ. D. de in rem vers. l. 3. §. 12. D. de bonor. poss. contr. tabul.* VERA aestimatio: *l. 44. §. 8. D. de legat. I. l. 38. D. de aur. arg. legat. l. 61. D. ad leg. Falcid. l. 179. D. de verbor. signific.* Sic etiam *ex veritate* facienda aestimatio: *l. 42. D. ad leg. Falcid.* Secundum *rei veritatem* aestimanda. *l. 62. D. eod. tit.* et contra non quod *in veritate* est, sed quanti aestimatur. *l. 5. D. ne quis eum, qui in ius voc.* Item VERA aestimatio litis: *l. 15. D. de iudic. l. 1. §. 2. D. de verb. obligat.* VERVM pretium: *l. 20. §. vlt. D. de hered. petit. l. 20. §. 1. D. de praescript. verb. l. 49 §. vlt. l. 81. D. de legat. I. l. 32. D. de fideicommissar. libert. l. 2. §. 13. l. 4. §. 11. D. vi bonor. raptor. l. 50. D. de furtis. l. 2. C. de rescind. vendition.* Ita et veteres loquuti sunt auctores. Horat. *Lib. I. epist. 7 v. 98.*

Metiri se quemque suo modulo ac pede VERVM *est.*

Idem *Lib. II. Serm. Sat. 3.*

An quodcumque facit Maecenas, te quoque VERVM *est.*

Idem *Lib. I. epist. 12. v. 23.*

Nil Grosphus nisi VERVM *orabit et aequum.*

Sic Papinianus: VERE caussa perorata. *l. 6. D. de quaestion.* Cicer. *Lib. II. ad Attic. epist. 1. Quid* VERIVS, *quam in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam accepisset?* Et pro *Quint. Cap. V. Continuone* VERA *caussa fuisset, cur a praetore postulares, vt bona possideres.* Et paullo post: *continuone* VERVM *fuit, postulare, vt ex edicto bona postulare liceret.* Sic Cic. *pro S. Rosc. Amer. Cap. XXX. L. Cassius ille, quem populus Romanus* VERISSIMVM *ac sapientissimum iudicem putabat.* Priscian. *Lib. XVIII. p. 1180. Iustum*, inquit, *pro vero, et* VERVM *pro iusto*

iusto frequenter tam nos, quam Attici ponimus. Sophocles: Αἴαντι δίκαιος γόνος. *Virgil. XII. Aeneid. Quaecumque fortuna mea est me* VERIVS *unam.* VERIVS, *pro iustius dixit.* Haec Priscianus. Cuius opinione vt Sophocles δίκαιον γόνον, pro *vero*, sic Labeo iurisconsultus VERVM filium, pro *iuste* ac *legitimo* dixit. *l vlt. D. de iure delib.* Atque ita fortasse id verbum accipiendum est, quum dicimos, VERA ratione. *l. 3. princ ad leg. Falcid.* Cic *Paradox. I.* [Vid. Radulph. Fornet. *Lib. I. Rer. quotidian cap. 19.* et Gronou. *ad Senec. Lib. II. de ira cap. 29. n. 5.*] ¶. 3. VERVM est. *l. 45. §. 1. D. de excusation. l. 114. §. 15. D. de legat. I. l. 3. D. de bonor. possess secund. tabul. l. 1. §. 1. D. vt in possess legator. l. 3. §. 12. D. de bonor. poss. contra tabul. l. 12. D. de bon. libert. l. 16. D. eod. tit. l. 4 §. vlt. D. de manumiss. vindict. l. 5. D. de manum. testam. l. 101. §. 1. l 2?5 D de verb. signif.* VERVM est dicere. *l. 3. §. 2. D. de bonor. possess. contra tabul.* VERVM fuit: *l. 1. l. 11. D. si tabul. testam.* VERA sont. *l. 13. C. de transaction.* ¶. 4. VERIVS est. *l. 104. §. 6. D. de legat. I. l. 9. §. 1. D. de duob. reis. l. vlt. D. de vulg. et pupill. substit. l. 1. §. 8. l. 6. §. vlt. D de bonor. possess. contra tab. l. 5. D. pro emtor. l. vlt. D. de liberal. causs. l 5. §. 1. D. de adquir. rer. domin. l. 64. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. 16. D. vt legator. l. 4. §. 1. D. de fideicomm. libert. l. 16. D. de bon. libert. l. 30. § 1. D. qui et a quib. l 4. §. 6. D. de manum l. 32. D. de stipulat. seruor. l. 15. D. de legat. praestand. l. 22. §. 4. l. 23. D. rem rat. haber.* VERIVS puto: *l. 11. §. vlt. D. de acceptil.* VERIVS esse arbitror: *l. 33. D. ad SC. Trebell.* VERIVS et honestius est: *l. 51. D. de donat. int. vir. et vxor.* Esse tamen VERIVS: *l. 2. §. 1. D. de religios.* [VERIVS esse videtur: *§. 47. Inst. de rer. diuision.* vbi Wesenbecius notat, phrasin hanc ostendere, rem fuisse apud veteres controuersam.] ¶. 5. VERO proximiora: *l. 21. §. vlt. D. de testament.* Iuxta VERI fidem. *l. 3. C. pro socio.* Si VERVM amamus: *l. 63. D. de condit. et demonstrat.* Sic Iuuenal. *Sat. III. Seu* VERVM admittimus. Non in omnibus VERVM: *l. 14. §. vlt. D. de verbor. obligat.*

VES.

[VESANVS, qui sine sanitate est. *l. 242. §. 3. D. de verbor. signific. Ve* enim particula vt augendae aliquando, ita minueodae rei hic valet. Gell. *Lib. V. Noct. Attic. cap. 12.*]

VESCI. VESCENDI caussa: *l. penult. D. vt in possess. legator.* VESCENOI gratia: *l. 7. D. de iure deliber.* VESCENOI pupilli caossa: *l. 33. D. de reb. auctor. iud. possid.* VESCENDI caussa deminuere. *l. 5. §. 3. D. de Carbon. edict.*

VESICA. Vitiosam VESICAM habens redhiberi potest. *l. 14. §. 4. D. de aedilit. edict.*

VESPERTINVS. VESPERTINIS temporibus in publico esse magistratibus inconueniens est. *l. 2. §. 31. D. de orig. iur.*

VESPILLO. vid. VISPELLIO.

VESTIARIVM, pro vestitu. *l. 83. D. de condit. et demonstration. l. 3. §. 4. D. si cui plus quam per leg. Falcid. l. 4. l. 8. l. 12. l. 13. l. 18. D. de aliment. vel cibar. legat. l. 8. §. 22. D. de transaction.* Sic VESTIARIVM annuum. *l. 1. C. de fideicommiss.* et VESTIARIVM dare: *l. 66. D. solut. matrimon.* ¶. 2. VESTIARIVM in postremis libris Codicis, et in Notitia Imperii Romani accipe, in quo vestes princ[ipis] conduntur, et reponuntur. Moschopul. ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Βεστιοπράτης, ὁ ῥάπτης, βέστια γὰρ παρὰ Ῥωμαίοις τὰ ἱμάτια, ἐξ οὗ καὶ βεστιάριον κυρίως ἐν ᾧ τὰ βασιλικὰ ἐνδύματα φυλάσσονται. Goil. Tyrius *Lib. II. de bello Sacro cap. 15. Quo facto ex Imperialibus* VESTIARIIS *oblata sunt praedicto viro munera in auro, vestibus, vasis et pretiosis lapillis.* Huic VESTIARIO Comes praeponebatur. Erat et VESTIARII sacri scrinium, vt supra docui. ¶. 3. [Huiusmodi erat etiam VESTIARIVM Patriarchii Lateranensis, in quo videlicet sacra Pontificum indomenta, et cetera ad sacra perageoda supellex, de qoo Caes. Rapson. *de Basilic. et Patriarch. Lateranens. Lib. IV. cap. 12.* Vnde qoi et praepositi et supellectilis huius custodes erant, VESTIARII adpellabantur. Idem *Lib. III. cap. 17. p. 264.*]

VESTIARIVS negotiator. *l. 45. D. de oper. libertor.* VESTIARII, in *l. 5. D. de institor. action.* Paull. *Lib. III. Sent. tit. 6. §. 58. et 72.*

VESTIBVLVM, est aditus aedium. *l. 19. §. 1. D. commun. diuid.* Cuiac. *ad l. 157. D. de verb. signific.* VESTIBVLVM a *D. Marco Cap. XV.* προπύλαιον, a *D. Matthaeo Cap. XXVI.* πυλὼν adpellatur.

VESTICVLA. *l. 18. §. 13. D. de instruct. vel instrum. legat.*

VESTIGATOR, *a vestigiis ferarum, quas indagatur,* dicitur, vt ait Varro *Lib. IV. de Lingu. Latin. p. 25.* Meminit Caius in *l. 12. §. 12. D. de instruct. vel instrum. legat.* Is a Lucaoo *Lib. IV. Pharsal. v. 440.* hac paraphrasi signatur,

Nec creditur vlli
Silua cani, nisi qui presso vestigia rostro
Colligit.

VESTIGIVM. E VESTIGIO. *l. 35. D. de negot. gestis.*

VESTIMENTVM. VESTIMENTORVM esse, Vlpianus ait, omnia lanea, lineaque, vel serica, vel bombycina, quae indoendi, praecingendi, amiciendi, insternendi, iniiciendi, accumbendi caussa parata sont. *l. 23. §. 1. D. de aur. argent. legat.* VESTIMENTVMque id accipitur, qood detextum est, etsi desectum noo sit, id est, si consummatum sit, non etiamsi noodum pertextum, vel detextum in tela adhuc sit. *l. 22. D. eod. tit.* ¶. 2. VESTIMENTORVM autem quaedam *virilia* sunt, quae scilicet ipsius patrisfamilias caussa parata sunt, et quae ad vsum virilem saluo pudore attinent. *Muliebria* vero, qoae ad vsum matrisfamilias spectant, quibus vir oon facile vti potest sine vitupe-

ratione:

ratione: veluti stolae, pallia, tunicae, capitia, zonae, mitrae. l. 23. §. 2. D. eod. tit. l. 127. D. de verbor. signific. Paull. Lib. III. Sentent. tit. 6. §. 80. 81. Et Varro Lib. IX. de Lingu. Latin. p. 131. Tunicam virilem et muliebrem dicimus, non eam, quam habet vir aut mulier, sed eam, quam habere ex instituto debet. Potest enim muliebrem vir, et virilem mulier habere, vt in scena ab actoribus haberi videmus: sed eam muliebrem dicimus, quae de eo genere est, quo indutae mulieres, vt vterentur, est institutum. Mentem autem legantis in hac re inspiciendam esse Pomponius in l. 33. D. de aur. argent. legat. scribit, vt si testator solitus fuerit vti quadam veste, quae etiam mulieribus conueniens est, ea virilis adpellatione contineatur. VESTIS plane absoluta adpellatione tam virilis, quam muliebris, et scenica, etiamsi tragica aut citharoedica sit, continetur. l. 127. D. de verbor. signif. l. 15. §. 5. D. de vsufruct. ¶ 3. Est et tertium VESTIMENTORVM genus, communium puta, quibus promiscue vtitur mulier cum viro. l. 23. §. 2. D. de aur. argent. legat. Quo pertinet, quod Pomponius ait l. 4. D. de donat. int. vir. et vxor. Si vir vxoris, aut vxor viri VESTIMENTIS vsus vel vsa fuerit, valere donationem. VESTIMENTA autem, quae sui nomine confecit vxor muliebria, mulieris esse; sed viri nomine VESTIMENTA confecta virilia, viri esse. Idem respondet l. 31. §. 1. D. eod. tit. [vide quae de eiusmodi promiscui vsus vestimentis obseruauit Guil. Forner. Lib. I. Selection. cap. 1.] Haec de diuisione vestimentorum in virilia, muliebria, et communia. Muliebres vestes iterum in ancillares, meretricias et matrumfamilias distinguuntur in l. 15. §. 15. D. de iniur. Vbi vestis matrisfamilias est stola, id est, tunica talaris, cui adsuta instita et palla. Vestis meretricia breuis tunica, ad instar virilium, et toga. Vestis ancillaris tunica breuior ad medium crus pertingens, nulla adsuta instita, nec toga iniecta, quo ipso a meretricibus distinguebantur. Vid. Octau. Ferrar. Part. I. Lib. III. cap. 23. p. 252. HEIN. ¶ 4. Sunt praeterea etiam VESTIMENTA puerilia, quae ad nullum alium vsum pertinent, nisi puerilem. l. 23. §. 2. D. de auro, argent. legat. Sunt et familiarica, quae ad familiam vestiendam parata sunt. ibid.

VESTIRE familiam: l. 3. §. 1. D. de in rem verso. l. 23. §. 2. D. de aur. arg. legat.

VESTIS an vestimentum legetur, nihil interest. l. 23. l. 33. D. de aur. argent. legat. Eiusque absoluta adpellatione tam virilis quam muliebris continetur. l. 127. D. de verbor. signific. l. 15. §. 5. D. de vsufruct. ¶ 2. [VESTES etiam ex pellibus constare, ait Vlpianus, in l. 23. §. 3. D. de aur. arg. legat. quum et tunicas et stragula pellicea nonnulli habeant. l. 24. D. eod. tit. Adparet autem ex l. 25. D. eod. tit. non de Romanorum, sed barbarorum vestitu eum sentire, vt obseruauit Strauchius differt. II. ad Tacit. Germ. cap. 3. §. vlt. Romanos enim pelliceis vestibus non vsos esse, ex Varrone de re rustica Lib. II. cap. vlt. constat. ¶ 3. De scenicis VESTIBVS, quarum in l. 127. D. de verb. signif. et l. 15. §. 5. D. de vsufr. fit mentio, quaeue varii erant generis, quaedam dixit Guil. Forner. Selection. I, 21. HEIN.

VET.

VET.

VETARE etiam dicitur, qui ignorat, hoc est, qui non consentit. l. 48. §. 3. D. de furt. VETAT dominus: ibid. VETAT lex, id est, prohibet. l. 13. D. de testib. l. 42. D. de hered. instituend. l. 7. D. de condition. instit. Vlpian. tit. I. Regul. §. 2. Nihil VETAT: l. 15. D. de except. rei iudic. VETAT praetor: l. 7. §. 4. D. de liberal. caussa. VETANTE praetore l. 102. D. de regul. iur. Quod iussit VETVITVE praetor. l. 14. D. de re iudicat. VETVIT edicto praetor: l. vlt. D. ne de statu defunctor. VETATVM edicto: l. 2. C. de aedific. priuat. ¶ 2. VETARI minori XX. annis, et permitti maiori XX. annis differunt. l. 1. D. de manumiss. VETITVS rationes reddere seruus. l. 119. D. de legat. I. [per enallagen subiectorum, pro eo, quod dicendum fuisset: heres vetitus fuit, ne a seruo rationes exigeret. l. 23. §. 2. D. de pecul. legat.] VETARI testamento tutor esse. l. 8. D. de testam. tutel. l. 114. §. 14. D. de legat. I.

VETERANVS dicitur, qui iustam missionem legitimis impletis stipendiis consequutus est. tit. D. de veteran. tit. C. de excusat. veter. l. 8. §. 3. D. de inoffic. testam. l. 8. §. 2. D. de procurat. l. 9. D. de iur. codicill. l. 40. D. ad leg. Falcid. l. 9. C. quand. prouoc. non est necess. Iustinian. in §. 1. Inst. quib. non est permiss. fac. testam. etiam dimissis militibus, id est, veteranis, est concessum. VETERANIS habitus honor. l. 5. C. de poenis. VETERANORVM etiam fit mentio in l. 1. §. 8. D. de bonor. possess. secund. tabul. l. 114. D. de legat. I. l. vlt. C. de his, qui non implet. stipend. l. 1. C. de his, qui sponte. Vetus Glossar. Graecum: VETERANVS, ὁ πεπαλαιωμένος καὶ ἀφεθεὶς τῆς στρατείας. Vicena olim stipendia legitima. Suidas: Βετερανὸς παρὰ Ῥωμαίοις, ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας. Ἐπὶ εἰκοσαετίαν δὲ ἔτοι ἐδούλευον. VETERANVS Romanis dicitur, qui solutus est militia. In vicesimum autem annum solent merere. Sed id parum seruatum sub Imperatoribus. Apud Tacitum enim Lib. I. Annal. cap. 17. Percennius tricena aut quadragena stipendia senes, et plerosque truncato ex vulneribus corpore tolerare, queritur. HEIN. ¶ 2. [VETERANI diuersorum officiorum. l. 46. C. Theod. de cursu publ. Lib. VIII. tit. 5. pro emeritis officialibus. Reines. Class. I. Inscript. 25. p. 53.]

VETERATOR seruus, in edicto aedilitio, non spatio seruiendi, sed genere et caussa aestimatur. Nam quicumque ex nouitiis, venalitiorum alicui ministerio praepositus sit, VETERATORVM numero erit. l. vlt. §. 2. D. de aedilit. edict. Praecipiunt Aediles, ne VETERATOR pro nouitio veneat. l. 37. D. eod. tit. In vectigalium tamen caussa, veterana mancipia intelliguntur, quae anno continuo in vrbe seruierunt. l. 16. §. 3. D de publican. et vectigal. ¶ 2. VETERATOR est etiam ob id, si liberalibus studiis eruditus sit. Ita Florentiae legitur, in l. vlt. in fin. D. de aedilit. edict. secus ac in Synopsi Basilicorum: ἢ μὴ οὐδὲ παιδευθεὶς ἐλευθέρια σπουδάσματα κατ' αὐτὸ τοῦτο ἐμπειρός ἐστιν. Nec ob id, quod liberalibus studiis eruditus sit, veterator est. Florentina lectio facile vincit.

VET.

cit. Mancipia enim, quae rudia erant, simpliciora esse, et ad ministeria aptiora et dociliora videbantur, et ad omne ministerium habilia. *l. 37. D. de aedilit. edict.* Quo ipso nomine nouitii veteratoribus praeferebantur. Conf. Carol. Labb. *Obseru. et emendat. ad Synops. Basilic p. 44 sequ.* HEIN. [Festus sane aliique Grammatici VETERATOREM versutum et callidum interpretantur. Donat *ad Terentii Andr. II, 6. v. penult.* VETERATOR *est vetus in astutia, et qui in omni re callidus est.*]

VETERES, in *l. 39. D. de pactis. l. 1. §. 6. D. de postuland. l. 3. §. 18. l. 19. §. 1. D. de adquir. possess. l. 4. §. 1. D. de in ius vocand. l. 66. § 2. D. de furtis. l. 43. §. vlt. D. de iniur. l. 4. D. de itin. actuqu. priu. l. 5. §. 6. et §. 11. D. commodati. l. 20. §. vlt. D. qui testam. fac. l. 32. princ. D de hered. instit. l. 10. §. 3. D. de vsu et habit. princ. Inst. quib. mod. tut. fin. l. vlt. C. de liber. praeter. l. 1. §. 3. D. de dolo mal. l. 52. §. vlt. D. pro socio. l. 6. C. de donation. inter vir. l. 12. D. de auctor. tutor. l. 70. §. 12. D. de legat. III. l. 21. D. de statulib. l. 19. §. vlt. D. de vsucap. l. 39. D. eod. tit. l. 91. §. 3. l. 140. §. 1. D. de verbor. obligat.* Sic: VETERVM auctoritas: *l. 51. D. ad leg. Aquill.* VETERES definiebant. *l. 97. D. de solution. l. 17. D. de furt.* VETERVM opinio: *l. 6. D. de condict. ob turp. causs.* Secundum VETERVM opinionem: *l. 31. D. ad leg. Falcid.* VETERIBVS placet *l. 7. D. de contrahend. emtion. l. 11. §. 4. D ad leg. Aquill.* VETERVM plerique: *l. 3. D. arbor. furt. caesar.* VETERES putauerunt. *l. 1. in fin. D. de pericul. et commod. rei vendit.* Apud VETERES quaesitum: *l 10. §. penult. D. de vsu et habit.* Sic et VETVS quaestio; *l 68 D. de vsufruct.* VETERES receperunt: *l. 78. D. de hered. instituend.* responderunt: *l. 66. §. 2. D. de furt. l. 71. D. de vsufruct.* VETERVM sententia: *l. 15. C. de donation. ante nuptias.* Sic et VETERES iurisconsulti apud Gell. *Lib. IV. Noct. Attic. cap. 2.*

VETERINARIVS, mulomedicus. *l. vlt. D. de iur. immunit.* Columell *Lib. VI. cap. 8. Lib. VII. cap. 5. Lib. II. cap. 1.* et VETERINARIA medicina, apud eumdem auctorem, *Lib. VII. cap. 3.*

VETVS aedificium. *l. 1. §. 13. D. de oper. nou. nunciat.* caussa; *l. 2. §. vlt. D. ne de statu defunctor.* consuetudo; *l. 13. D. de pollicitat.* VETVS consuetudo patris; *l. 34. §. 1. D de legat. III.* VETVS creditor: *l. 12. D. quae in fraud. creditor.* debitor: *l. 48. D. de fideiussor.* VETVS forma; *l. 7. C. de seruitut.* VETVS forma aedificii; *l. 1. C. de seruitut.* Ex VETERE more: *l. 7. C. de seruitut.* VETERES vel nouae obligationes: *l. 18. C. ad SC. Velleian.* VETVS opus nouo opponitur. *l. 1. §. 13. D. de oper. noui nunciat.* VETVS paries: *l. 38. §. vlt. D. de damno infect.* Sic VETERES rationes opponuntur his, quae noua lege introducuntur. *l. 4. D. de obligat. et action.* VETVS vinum ex vsu testatoris aestimatur, id est, quot annorum vino pro vetere vtebatur. Si id non adpareat, VETVS accipietur, quod non est nouum, id est, anni prioris vinum. *l. 10. l. 11. D. de tritic. vin. oleo legat.* Varro *Lib. I. de re rustic. cap. 65.* VETVS *vinum non fit, antequam accesserit annus.* ¶. 2. VETVS *ius* in libris nostris varie accipitur. Hinc forma

VET. VEX.

VETERIS *iuris*, in *l. 1. §. vlt. C. si cert. petat.* legem XII. Tabularum significat, vt adparet ex *l. vlt. C. de heredit. action. l. 25. §. 13. D. famil. ercisc. l. 1. C. de except. l. 26. C. de pactis.* Sic etiam XII. tabulae significantur in *princ. Instit. de bonor. possess.* quas et antiquam legem dici supra notauimus. Interdum vero *ius* VETVS intelligitur, quodcumque ante nouam aliquam legem vel constitutionem obtinuit, vt in *l. 2. §. 20. D. ad SC. Tertullian. l. 2. C. eod. tit. ius* VETVS est, quod ante SC. Tertullianum seruabatur. Similique modo in *l. 32 §. 10. D. de donat. inter vir. et vxor.* VETVS *ius* est, quod ante orationem Antonini in vsu erat. In *l. 8. §. 1. D. de reb. cor. qui sub tutel.* VETVS ius intelligendum est, quod orationem Seueri antecessit, quae praedia eorum, qui sub tutela curaue essent, sine decreto alienari obligarique prohibuit. Eadem fere in *antiquo iure Lib. I.* docuimus.

VETVSTAS, in libris nostris infinitum tempus, id est, quod hominum memoriam excedit, significat. *l. 1. §. vlt. l. 2. l. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend. l. 14 C. de aquaeduct.*

¶. 2. VETVSTAS etiam pro X. aut XX. annorum spatio accipitur, vt adparet ex *l. vlt. in fin D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* cui iunge *l. 1. C. de seruitut.* adde Harmenopul. *Lib. II. tit. 4.* quod ex eruditissimi Fabri notis ad Brissonii Lexicon huic loco adscripsi. [Vox est Brederodii. Hausit autem eam doctrinam Faber haud dubie a praeceptore Cuiacio, qui ita VETVSTATIS vocabulum in mysteria praescriptionis explicat, ad *l. 14. D. de seruitutib.*] ¶. 3. [VETVSTATIS auxilium opponitur temporis praescriptioni. *l. vlt. C. de fund. rei priuat. Lib. XI. tit. 65.* vbi vide Cuiac. *in l. 5. C. de praescript. XXX. annor.*] ¶. 4. VETVSTAS arborum: *l. 24. §. 9. D. de damn. infect.* VETVSTATE corruere: *l. 7. §. 2. D. de vsufruct.* deterius factum: *l. 65. §. vlt. D. eod. tit.* VETVSTAS funium perticarumque: *l. 5. §. 7. D. commodat.* VETVSTATE putrefactum: *l. 1. §. vlt. D. de bonor. possess. secund. tabul.* VETVSTAS villae: *l. 30. §. vlt. D. locati.* VETVSTATE corrupta villa: *l. 50. §. vlt. D. de vsufructu.* VETVSTAS vinearum: *l. 15. §. 5. D. locati.* At cur de *vetustate vinearum* conquerenti colono remissio negata? Caussam perorauit Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. IX.* vbi eleganter docet, et genetosius vinum ferre vites vetustas, et easdem μακροβίας esse, quin immortales. Rationem reddit Theophrastus *Hist. Plantar. IV, 14.* τινὲς φασὶ τὰς ἀμπέλους μακροβιωτάτας εἶναι, τῷ μὴ φύειν ἑτέρας, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῶν ἀεὶ συναναπληροῦσθαι. *Vites omnium maxime longaeuas quidam putant, quoniam non alias creent, sed ex se repleantur.* HEIN.

VEX.

VEXARI aduersarium: *l. 2. D. de alien. iudic. mut.* annonam: *l. 6. D. de extraord. crimin.* VEXANDI argentarii: *l. 6. §. 2. D. de edendo.* corpora aut ossa VEXARE: *l. 38. D. de religios. l. 3. §. 4. D. de sepulcr. violat.* VEXARI iudices: *l. 13. §. 4. D. de heredit. petit.* VEXARI iudiciis: *l. 13. §. 4. D. eod. tit.*

VEXATIO. Timere VEXATIONEM. *l. 4. D. ad SC. Trebell.* et VEXATIONIS timor. *l. 7. D. quod met. cauſſ.* Sine VEXATIONE heredis. *alibi.*

VEXILLATIO, equitum ala. Vegetius *Lib. II. cap. 1.* VEXILLATIONES, *equitum alas, dict ab eo, quod velis, id eſt, flammulis vtantur.* Quo poſtremo verbo Leo Imperator in Libro *de re militari* non ſemel vtitur. Ita accipe VEXILLATIONES in *l. 2. C. de heredib. decurion. l. 9. C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. 8. C. de erogat. militar. annon. Lib. XII. l. 1. C. Theod. de bon. milit.* et in Notitia Imp. Rom. Apulei. *Lib. VII. de Aſin. aur. Tota denique factione militarium* VEXILLATIONVM *indagatu contecta.* De VEXILLATIONE etiam fit mentio in *l. vlt. C. de his, qui non implet. ſtipend.* [Sunt aotem VEXILLATIONES equitum, quemadmodum legiones proprie peditum erant. Gothofred. *ad l. 22. C. Theod. de erogation. militar. annon. Lib. VII. tit. 4.*]

VIA.

VIA, interdum ius eundi, agendi, et ambulandi ſignificat. Nam iter et actum in ſe VIA continet. *l. 1. priuc. l. 7. D. de ſeruit. praed. ruſticor. l. 14. § 1. D. de acceptilat.* Dicitur autem VIA quaſi *vehia, quod vehendo teratur*, vt Varro *Lib. IV. de lingu. Latin.* VIA enim, vt Iſidorus *Lib. XV. cap. vlt.* ſcribit, *eſt, qua ire vehiculum poteſt.* Huius latitudo lege XII. Tabularum definita eſt, in porrectum pedes VIII. in anfractum pedes XVI. *l. 8. D. de ſeruitut. praed. ruſtic.* [Hunc locum transſcripſit Laurentius *ad Phaedr. Lib. III. fabul. in prolog. p. 14.* vbi Ritterſhuſius bene oſtendit, quid diſcriminis ſit inter *viam* et *ſemitam*, in illo Phaedri verſu: *Ego illius ſemita feci viam:* nimirum, quod latior ſit VIA, *ſemita* anguſtior, vt in illo Ciceronis *Lib. I. de diuination. qui ſibi ſemitam nou faciunt, aliis monſtrant viam.* Quid aotem differant VIA, *actus, iter*, copioſe exponit Menag. *Amoen. iur. ciu. cap. XXXVI.*]

¶. 2. VIAE alias itinera ſignificant, quibus publice commeatur. VIARVM autem quaedam *publicae* ſunt, quaedam *priuatae. l. 2. §. 22. D. ne quid in loco publ. l. 38. D. de adquirend. rer. domin. Publicas* VIAS Iſidor. *Lib. XV. cap. vlt.* definit, *quae in ſolo publico ſunt, per quas iter populo patet, quae ad mare vel ad oppida pertinent.* Hae et *praetoriae* dicuntur et *conſulares* et βασιλικαὶ et *militares. l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. publ. l. vlt. D. de itiner. publ.* et apud Curtium *Lib. V. cap. 13.* Sicul. Flacc. *de condition. agror. pag. 9.* VIARVM, ait, *non omnium vna eademque conditio eſt, nam ſunt viae publicae regales, quae publice muniuntur et auctorum nomina obtinent. Nam et curatores accipiunt, et per redemtores muniuntur.* Hygin. *de limitib. conſtit. p. 163. Quibusdam*, ait, *colonis D. M. ita conſtituerunt, vti viam conſularem transeuntem per coloniam contineret.* An diſtinguendae ſint VIAE *militares*, et *conſulares* vel *praetoriae*, non adeo expeditum eſt. Pro iisdem habere videntur Liuius *Lib. XLIV. cap. 43.* Curt. *Lib. V. cap. 13.* Sueton. *in Auguſt. Cap. XLIX. Scriptor. rei agrar. p. 146. 254.* Eumen. *in gratiar. action. Cap. VII.* Contra diuerſas eas VIAS eſſe innuere videtur Conſtantinus M. Imp. *l. 4. C.*

Theod. de curſu publ. Sed litem hanc ita componit V. C. Euer. Otto *de tutel. viar. II, 2. p. 339.* vt omnes qoidem militares publicas, id eſt, conſulares praetoriasue fuiſſe exiſtimet, non autem omnes poblicas pro militaribus habeat, ſed eas tantum, quae vel ceteras latitudine ſuperarint, vel a milite, ne otio langueſceret, ſtratae ſint. HEIN.

¶. 3. Priuatae VIAE, quae et agrariae dicuntur, dopliciter accipiuntur: vel eae, quae ſunt in agro, quibus impoſita eſt ſeruitus, vt ad agrum alterius ducant. Vel eae, quae ad agros docunt, per quas omnibus commeare licet, in quas exitur de via conſulari. *l. 2. §. 23. D. eod. tit.* ¶. 4. Sunt et *vicinales* VIAE, quae vel in vicis ſunt, vel in vicos ducunt. *l. 2. §. 22. D. eod. tit.* quae, ſi non ex collatione priuatorum fiant, publicarum loco habentur. *ibid.* Sed inter eas et ceteras militares hoc intereſt, quod *militares* exitum ad mare, aut in vrbes, aut in flumina publica, aut ad aliam viam militarem habent. *Vicinalium* vero pars in militarem exitum habent, pars ſine exitu intermoriuntur. *l. vlt. D. de locis et itiner. publ.* Et ita *vicinales vias* accipe apud Senec. *Lib. V. de benefic. cap. penult.* et apud Frontin. *Lib. II. de aquaeductib.* et in *§. 5. Inſt. de leg. Aquill.* vbi Theophil. *Publica* μὲν ἐςιν ὁδὸς, ait, ἥτις καὶ μιλιτάρια λέγεται, παρὰ δὲ τοῖς ἕλλησι βασιλικὴ, ἣ πάντες ἄνθρωποι κέχρηνται ἐπὶ διαφόρους ἀπιόντες τόπυς· *vicinalis* δὲ ἡ ἐπὶ κώμας ἄγυσα. *Vicus* γὰρ ἡ κώμη. διὰ ταύτης γὰρ βαδίζει πᾶς ἐπὶ τὴν κώμην ἀπιών. *Publica* VIA *eſt, quae et militaris dicitur, apud Graecos* βασιλικὴ, *qua omnes homines in diuerſa loca euntes vtuntur. Vicinalis vero eſt, quae in vicos ducit, dicta a vico, quem Graeci* κώμην *vocant. Per hanc enim tranſit omnis, qui in vicum abit.* Vet. Gloſſar. Graec. *Vicinalis via*, ὁδὸς ἡ εἰς κώμην ἄγυσα. Sicul. Flacc. *de condit. agror. p. 9. Vicinales autem VIAE, quae de publicis diuertuntur in agros, et ſaepe ad alteras publicas perueniunt, aliter muniuntur per pagos, id eſt, per magiſtros pagorum, qui operas a poſſeſſoribus ad eas tuendas exigere ſoliti ſunt, aut, vt comperimus, vnicuique poſſeſſori per ſingulos annos certa ſpatia adſignantur, quae ſuis impenſis tueantur.*

¶. 5. VIA clioosa, mollis, aſpera, anguſtior, latior, paluſtris, ſicca, longior, altior, humilior. *l. 9. §. vlt. D. ſi ſeruit vindic. l. 23. D. de ſeruit. praed. ruſtic.* In VIAM terrenam glaream iniicere, aut ſternere VIAM lapide, vel lapide ſtratam terrenam facere. *l. 1. §. 2. D. de via publ. et itin publ. refic.* ¶. 6. VIARVM curam Romae gerebant quatuoruiri. *l. 2. § 30. D. de orig. iur.* ¶. 7. Dicitur et VIA iuris. *l. 22. D. quae in fraud. creditor.*

VIATICVM, ſumtus itineris ſignificat. Graece ἐφόδιον dicitur, auctore Gellio *Lib. XVII. cap. 8. l. 36 D. ad municipal. l. 17. D. de reb. credit. l. 79 D. de iudic. l. 6. §. 1. C. de adpellat. l. 1. §. 9. D. de tutel et ration. diſtrab. l. 52. §. 15. D. pro ſocio.* Impendia ad iter explicandum neceſſaria vocantur in *l. 7. D. ad SC. Trebell.*

¶. 2. Ad ſumtum etiam deſtinatam quamcumque pecuniam VIATICVM vocant. *l. 17. D. de reb. credit.* vid. Harmenopul. *p. 25.* VIATICVLVM, quod ad ſumtum pater filio deſtinauerat, ὑποκοριϛικῶς dixit Vlpianus in *l. 18. §. vlt. D. de iudic.*

VIATOR, pro eo, qui iter facit. *l. 5. l. 6. §. 3. D. naut. canpon. stabul.* ¶. 2. **VIATOR**, pro adparitore. *l. vlt. D. de iudic. l. 5. §. 27. D. vt in possess. legator. l. 5. §. 13. D. de reb. eor. qui sub tutel.*

VIC.

VICANEVS, qui ex eodem vico vel pago est. *l. 4. D. de censib. tot. tit. C. vt nullus ex vican. Lib. XI. tit. 56.*

VICARIVS, vocatur, qui vicem alterius gerit. *l. 4. §. 4. l. 13. D. de legation. l. vn. C. vt omn. iudic.* Scholiast. *Horat. III. Carm. 24. v. 15.* ¶. 2. VICARIVS in *l. 37. §. 1. D. de pecul.* interprete Theophilo in *§. 4. Instit. quod cum eo, qui in alien. potest. et §. 17. Inst. de legat. seruus dicitur inferioris notae et ipsius ordinarii serui seruus*, οἰκέτυ οἰκέτης. Sic VICARIVS a seruo datus, hoc est, substitutus in locum eius, qui manumittitur, in *l. 1. C. de seruis reip.* et VICARIVS seruus, *l. 13. D. de contrabend. emtion. l. 25. D. commun. diuid. l. 17. §. 1. D. de in rem vers. l. 5. §. 1. D. de tributor. act. l. 19 §. vlt. D. de noxal. action. l. 4. in fin. l. 6. l. 7. §. 4. l. 11. §. 4. 5. l. 17. l. 18. l. 19. princ. l. 23. l. 37. princ. l. 38. §. 2. D. de pecul. l. 31. D. de contrab. emt. l. 17. §. 7. l. 44. princ. D. de aedilit. edict. l. 73. in fin. D. de legat. III. l. 12. §. 44. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 4. l. 6. §. 2 et §. 3. l penult. D. de pecul. legat. l. 10. princ. D. de manumiss. testam.* Vet. Glossar. Graec. ὁ δῦλος, καὶ ὁ τοποτηρητὴς καὶ ὁ ἐκ προσόδε. Aliud Glossar. ὁ τῦ δύλυ δῦλος. Et vet. Gloss. Lat. *qui suo ordinario subministrat, et qui, vt cuius-*
☞ *cumque vicem gerant, constituuntur.* Apud Gruter. *Inscript. pag. DLXXX*, 10. memoratur TIB. CLAVDII AVG. SERVI ARCARII VICARIVS. HEIN. VICARIVS VICARII *l. 6. §. 3. l. 25. D. de pecul. legat.* ¶. 3. Erant etiam VICARII prouinciarum, qoi vices praefectorum praetorio in dioecesibus gerebant. *l. 3 C. de canon. largition. titul.* Veluti in *praefectura praetoriana orientis* tres erant VICARII, quorum fit mentio in *l. vlt. C. de diuers. offic. Lib. XII.* Vnus *dioeceseos Asianae*, qui prouincias octo administrabat, Pamphiliam, Lydiam, Cariam, Lyciam, Lycaoniam, Pisidiam, Phrygiam salutarem. Alter erat VICARIVS *dioeceseos Ponticae*, sub cuius dispositione erant prouinciae vndecim, Bithynia, Galatia, Paphlagonia, Honorias, Galatia salutaris, Cappadocia vtraque, Helenopontus, Pontus Prolemoniacus, Armenia prima et secunda. Tertius erat VICARIVS *Thraciarum*, cui suberant Thracia, Haemipontus, Rhodope, Maesia secunda, Schythia. In partibus vero *occidentis*, VICARIVS vnus erat *vrbis Romae*, cuius fit mentio apud Cassiodor. *Lib. IV. Variar. epist. 41.* cui suberant consulares et correctores Italiae et Praesides Sardiniae, Corsicae, Valeriae. Alter vero erat ante Iustiniani tempora, VICARIVS *Africae*, in inscript. *l. 16. C. de rescind. vendit.* in epistola praefectorum praetorio *in actis concilii Arelatensis*; cui suberant consulares Byzantii, et Numidiae, et praesides quoque Tripolitanae et Mauritaniae vtriusque. Tertius erat VICARIVS *Hispaniarum*, cuius fit mentio in inscript. *l. vlt. C. quor. bonor. l. 16. C. de donat. ante nupt.* et apud Sulpitium Seuer. *Lib. II. Hist. sacr.* Huic soberant consulares Baeticae, Lusitaniae, Galliciae, praesides Tarracensis, Carthaginensis, Tirigitaniae, insularum Balearium. Et haec ita ante Iustinianum obtinuere. Ceterum Iostinianus VICARIOS Asianae et Ponticae dioeceseos abrogauit, et vtrumque in vnicae prouinciae, nempe Galatiae Pacatianae, administrationem commutauit. *Nouell. VI. Nouell. XX.* Idem VICARIVM Africae in propriam praefecturam praetorianam transmutauit.

VICARIVS, A, VM. VICARIA damna: *l. 3. C. quo quisqu. ordin.* VICARIA opera: *l. 31. D. de contrab. emtion.* VICARIA possessio custodiae gratia; *l. 5. §. 1. D. vt legator. seu fideic.*

VICELLIA *lex.* vide infra VISELLIA.

VICEM continere: *l. 37. §. 1. D. de oper. libertor.* et obtinere: *l. 34. D. de vsur. l. 5. D. de tritic. vin. oleo legat. l. 1. D. quar. rer. act. l. 4. §. 31. D. de dol exception. l. 5. C. de adoption.* VICEM emtionis obtinere: *l. 2. C. de rerum permutat.* VICEM seruitutis obtinere *l. 4. C. de euiction.* VICEM rei iudicatae obtinere: *l. 5. C. comminat. epist. programm.* VICEM referre, id est, compensare. *l. vn. princ. C. de suffrag.* VICEM repraesentari actionum: *l. 20. D. rem rat. haber. l. 11. D. de duob. reis. l. 3. D. de administr. rer. ad ciuit. pert. l. 39. §. 5. D. de admin. et peric. tutor.* VICEM sustinere: *l. 25. D. ad municipal. l. 4. §. vlt. D. de fideiussor.* VICEM praesidis tueri: *l. 4. C. ad leg. Fabiam de plagiar.* ¶. 2. *Ad* VICEM: *l 9. C. quomodo et quand. Ad* VICEM naturalis habere: *l. 5. C. de adoption. Ad* VICEM magistri equitum institutus. Praefectus praetorio: *l. vn. princ. D. de offic. praefect. praetor.* ¶. 3. *In* VICEM dotis adscriptum: *l. 2. D. de dote praeleg. In* VICEM portionum: *l 32 §. 1. D. de vsu et vsufr. legat. In* mutui VICEM pretium habere: *l. 3. de SC. Macedon. in* VICEM succedere: *l. 1. C. si in caussa indic.* ¶ 4. **VICE** cautionis in possessione esse: *l. 15. §. 30. D. de damno infect.* VICE codicillorum valere: *l. 3. D. de testam. milit.* VICE corporis, non hominis: *l. 78. §. 4. D. de iur. dotium.* VICE legatorum fungi: *l. 3. §. 17. D. de bonis libert.* VICE nominum fungi: *l. 34. D. de condit. et demonstr.* Horat. *Art. Poet. v. 304. Fungar* VICE *cotis.* VICE pignorum; *l. 1. C. in quib. causs. pign.* VICE solutionis: *l. 6. §. 1. D. de muner. et bonor.* VICE sortis fungi: *l. 58. §. 1. D. de administr. et peric. tutor.* VICE vsurarum: *l. 14. C. de vsuris.* ¶. 5. Sic et VICE mutua: *l. 76. §. 1. l. 77. §. 30. D. de legat. II. l. 5. §. 1. D. vt legator. seu fideicomm. l. 4. C. de castrensi pecul. l. 24. C. famil. ercisc.* VICE mutua dare: *l. 25. D. de praescript. verb.* VICE sua alium dare: *l. 11. D. de nouation.* ¶. 6. **VICE** alterius postulare, id est, eius nomine. *l. 13. §. 14. D. de damn. infect.* VICE eius fungi, id est, partibus. *l. 16. D. de iurisdict. l. 3. D. de offic. eius, cui mand. iurisd.* VICE et officio magistra-

VIC.

ſtratuum fungi: *l. 12. D. de offic. praeſid. l. 16. D. de iurisdict.* VICE perſonae fungi: *l. 22. D. de fideiuſſor.* VICE praefecti cognoſcere: *l. 7. §. vlt. D. de legat. III* VICE praeſidis fungi: *l. 3. C. vbi cauſſae fiscal.* VICE praeſidis agere: *l. 1. C. de pedan. iudic.* iudicare: *l. 3. C. ſi aduerſus rem iudic.* ¶. 7. VICES, pro viciſſitudines. VICES temporum. *l. 2. D. quib. mod. vſusfr. amitt.*

VICENA millia paſſuum: *l. 1. D. ſi quis cantion in iudic. ſiſtend.* viginti millia paſſuum: *l. 2. §. 3. D. quis ordo in bon. poſſeſſ.*

VICESIMA hereditatium, vectigal fuit ab Auguſto ad ſubſidium aerarii oneraque bellorum lege Iulia extraneis heredibus irrogatum. Cuius fit mentio in *l. vlt. C. de edict. D Hadrian. toll.* et apud Paull *Lib. IV. Sentent. tit. 6.* et apud Plinium *in Panegyr. Cap. XXXVII.* et Dion. *Lib. LV. p. 565.* De legibus autem VICESIMAE primus ſcripſit Aul. Ofilius, auctore Pomponio, in *l. 2. § 44. D. de orig. iur.* Scripſerat et de VICESIMA *hereditatium* Aemilius Macer libros II. vt ex inſcriptionibus ſatis multis probatur. Hiſtoriam autem VICESIMARII huius *vectigalis* accorate tradidit Ezech. Spanhem. *in Orb. Roman. Exerc. II. Cap. IV. p. 140. ſequ.* HEIN.

VICINALIS via. vide ſupra in verbo VIA.

VICINITAS. VICINITATIS ratione: *l. 7. §. 5. D. de adquirend. rer. domin.*

VICINVS, proximum ſignificat et finitimum. Sic VICINAE aedes: *l. 18. §. 2. l. 13. §. 3. D. de damn. infect.* VICINVS fundus: *l. 17. D. de ſtipulat. ſeruor. l. 18. §. 2. D. de adquir. poſſeſſion.* VICINVM praedium: *l. 7. §. 5. D. de adquir. rer. domin. l. 1. §. vlt. D. de arbor. caedend.* VICINVS proximus et vlterior: *l. 1. §. 11. D. de cloacis.* et VICINVS proximus opponitur ſuperiori: *l. 8. D. de aper. nou. nunciat.* VICINA villa: *l. 44. D. de adquir. rer. domin.* VICINIS ſcientibus: *l. 6. D. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur. l. 9. C. de nuptiis.* ¶. 2. VICINVM, proximum ſignificat et adfine. Sic VICINA dicitur eſſe emtioni permutatio, in *l. vlt. D. de rer. permutat.* Sic VICINVS tractatus: *l. 9. §. 4. D. de vſufruct.* VICINAE ſcripturae in *l. 20 §. 1. D. qui teſtam. facer.* Furioſo VICINVM eſſe, id eſt, proximum et finitimum, vt Caius in *l. 1. §. 13. D. de obligat. et act. Cicer. Lib. II. de offic.* loquuntur.

VICISSIM, id eſt, vice mutua. *l. 11. C. de transaction.*

VICTOR iudicii. *l. 7. §. 4. D. commun. diuid.* (vbi tamen vigorem legitur. HEIN.) et VICTOR qui iudicio vincit: *l. 39. D. de adquir. poſſeſſ.*

VICTORIA. *l. 10. §. vlt. D. de adpellation.* VICTORIA heredis: *l. 7. D. famil. erciſc.*

VICTORINA, villicae nomen. *l. 41. §. 15. D. de fideicomm. libertat.*

VIC. VID.

VICTVS, VS. Hoc verbo continentur, quae eſui, potui, cultuique corporis, quaeque ad viuendum homini neceſſaria ſunt, veſtimenta quoque et cetera, quibus tegendi curandiue corporis cauſſa vtimur, eadem adpellatione continentur. *l. 43. 44. 45. D. de verbor. ſignific.* Verbum itaque *viuere*, non ad ſolum cibum pertinet, ſed et veſtimenta et ſtramenta eo continentur, quum ſine his viuere nemo poſſit. *l. 234. D. de verbor. ſignific.* VICTV pro perſonae qualitate et medicamenta continentur, ceu ex *l. 8. §. 10. D. de transaction* colligit Scipio Gentil. *de aliment. Cap. II. p. 4.* non vero ſtragulae veſtes, ſine quibus viui poteſt *l. 45. D. de verbor. ſignific* HEIN. Si VICTVM vel ſtratum inferre quis iudicato non patiatur. *l. 34. D. de re indic.* Ad VICTVM neceſſaria: *l. 16. D. de interdict.* VICTV et veſtitu ſuo. *l. 18. D. de operis libertor.*

VICVS, pro pago, in *l. 2. §. vlt. D. de vacat. et excuſation. muner. l. 30. D. ad municipal. l. 198. D. de verbor. ſignificat.* Caeſar. *Lib. I. de bell. Gall. et Lib. II.* Liuius *Lib. IX. X. XXI. XXII.* vide Iſidor. *Lib. XV. cap. 2.*

VID.

VIDERE. [Hoc verbum notam eſſe diffidentis, in id tamen ſe magis inclinare demonſtrantis, ait Cuiacius *Lib. II. Obſeruat. cap. 25.* At *in Comment. ad l. 4. §. 1. D. de verbor. obligat.* verbum *videamus* eſſe adfirmantis. Solere enim iurisconſultos modeſtiae cauſſa his vocibus vti, forſitan, videtur, videamus, vt Ariſtoteles δοκεῖ, σκοπεῖν δεῖ, φαίνεται. vid. ſupra verba ARBITRARI, OPINARI.] Sic: VIDEAMVS. *l. 17. D. quod met. cauſſa. l. 8. princ. D. de legat. praeſtand. l. 20. §. 1. D. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* VIDEAMVS an. *l. 37. D. de rei vindicat.* VIDEAMVS, ne non. *l. 4. §. 1. D. de verbor. obligat.* VIDEAMVS tamen ne. *l. 39. §. 1. D. de heredit. petit.* [VIDEBIMVS an ſit ſubmouendus. *l. vlt. §. vn. D. de inoffic. teſtam.* vbi temeraria eſt adſertio Ant. Fabri, negantis hanc phraſin ab vllo Iureconſultorum vſurpari.] VIDENDVM ne. *l. 8. §. 10. D. de inoffic. teſtam.* Nunc VIDENDVM: *l. 5. §. 2. D. commodati.* ¶ 2 [VIDERE aliquando idem eſt, ac legere, ſeu oculo mentis videre et accipere, vt in *l 3. D. ſi pars heredit. petat.* Sed et tergeminos VIDIMVS Horatios, ſcilicet ex lectione Liuii; niſi malimus ſubaudire metalepſin vel metonymiam.] Recte ſe habet haec Taboris obſeruatio, vel potius Guid. Panciroli *Var. II, 27.* cui illam ſublegit Quum vero eam ſignificationem exemplis et teſtimoniis veterum haud probarit, talia haud pauca collegit Illuſtr. Bynkersh. *Obſeruat. III, 8.* HEIN.

¶. 2. [VIDETVR, pro inuenitur. *l. 32. §. vlt. D. de adpellation.*] ¶. 3. VIDETVR, VISVS EST decliui iam Latinitate plane παρέλκει. Vlpianus *apud Pariator. leg. Moſaic. et Roman. tit. XV. Quod quidem magis per contumaciam et temeritatem eorum factum eſt, qui* VISI *erant, vel conſulere, vel exercere, quam quod fuerat permiſſum:* vbi VISI *erant conſulere*, idem eſt, ac conſulebant. Iul. Capitolin. *in Vero Cap. IX.* VISVM *eſt nonnullis, non tamen Marco, quod eius fraude putaretur occiſus.* Vbi lege quae notauit Cl. Salmaſ. *p. 106.* HEIN.

HEIN. ¶. 4. [VIDETVR particula aliquando dispositiue et sine nota impropriietatis sumitur, vt in *l. 2. C. de recept. arbitr.* Eadem nequaquam est πλαστική, sed plane adsertiua, in *l. 14. C. de Iudaeis.*] Aliis contra VISVM est. *l. 47. D. de ritu nuptiar.*

[VIDVA. Hoc nomine non solum eam, quae aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quae virum non habuisset, adpellari, ait Labeo: quia VIDVA sic dicta est, quasi vecors, vesanus, qui sine corde aut sanitate esset: similiter viduam esse quasi sine duitate; *l. 242. §. 3. D. de verbor. signific.* Vt plurimum tamen ea tantum VIDVA adpellatur, quae nupta fuit, et cuius maritus mortuus est, quo sensu etiam *virgini* opponitur in *§. 4 Inst. de public. iudic.* De etymo huius vocis Scip. Gentil. *origin p. 304.* et Menag. *Amoen. iur. ciu. Cap. XXXIX.*]

VIDVITAS. VIDVITATEM perpetuam iniungere *l. 31. D. qui et a quib. manumiss.* VIDVITAS iniuncta. *l 63. D. de condit. et demonstrat.* indicta. *vid. Lib. IX.* In VIDVITATE perseuerare mulier. *l. 15. §. 8. D. ad leg Iul. de adulter.*

VIE.

[VIETOR. Si VIETORI locaueris locum. *l. 27. §. vlt. D. ad leg. Aquil.* sic enim pro *tectori* legendum censet Budaeus, quem tamen refellit Cuiac. *Obseru. X, 9.*]

VIG.

[VIGERE. Qui attonito splendore VIGVERVNT. *l. vn. C. de quaestor.*]

VIGILES, nocturni excubitores vocabantur, qui noctu incendiorum arcendorum caussa vigilias agebant ex Augusti instituto, qui per singulas vrbis regiones eos disposuit, praefecto eis ex equestri ordine viro spectabili, qui *Praefectus* VIGILVM est adpellatus. *l 12. l. 13 D. de offic. praefect. vigil. l. vlt. D. de condict. caussa dat. l. 2. §. 1. D. de fugitiu. l. 58. D. de furtis.* VIGILVM cohortes, apud Senec. *Lib. I. Natural. quaestion.*

VIGILANTER obseruare: *l. 5. §. 4. D. de reb. eor. qui sub. tutel.*

VIGILANTISSIMVS. Iustissimi et vigilantissimi iudices. *l. 3. C. de offic. rector. prouinc.*

VIGILARE sibi dicuntur creditores, qui de suo consequendo solliciti sunt, et in eo exigendo aliis sunt diligentiores. *l. 6. §. 7. l. 24. D. quae in fraud. credit. l. 21. princ. D. de pecul.* Sic VIGILANTIBVS ius scriptum dicitur.

VIGILAX, pro vigilante. *l. 18. princ. D. de aedilit. edict.* Quod vocabulum probum eoque Ouidium, Columellam, Tibullum, Propertium vsos esse, ostendit V. C. Duker. *de Latin. iurisc. p. 343.* HEIN.

VIGILIAE. Multis VIGILIIS excogitata atque inuenta testamentorum obseruatio. *l. 35. princ. C. de inofficios. testam.*

VIGOR denunciationis. *l. 62 §. 1. D. de euiction.* VIGOR iudiciarius. *l. 4. C. quor. adpellat. non recip.* VIGOR iudiciorum et iuris publici: *l. 14. C. de Iudaeis.* rei iudicatae: *l. 8. C. de exsequut. rei iudic.* iustitiae: *l. 5. C. de iure fisci.* Ammian. Marcell. *Lib. XXX.* VIGOR legis: *l. 1. D. de constit. princ. et princ. Instit. de iur. natur.* VIGORIS vestigia: *l. 4. C. qui testam.* VIGOR virilis: *l. 1. D. de minorib.*

VIL.

VILIS, minoris pretii, et momenti. VILIORIS distraxi, id est, minoris. *l. 7. §. vlt. D. de tributor. act.* VILIORE pretio: *l. 38. D. de contrah. emtion.* VILIORE pretio aestimatur: *l. 6. C. soluto matrimon.* VILIORE pretio praestare: *l. 4. D. de administrat. rer. ad ciuit. pert.* VILIORES seruos facere, id est, deteriores. *Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. II. §. 4.* ¶. 2. VILISSIMA sunt praedia. *l. 7. §. 3. D. de donat. int. vir. et vxor.* VILISSIMO res distracta: *l. 2. §. vlt. D. de eo, quod certo loco.*

VILIVS licitari: *l. 3. C. commun. diuidundo.* VILIVS locare: *l. 52. D. de donat. int. vir. et vxor.* VILIVS conducta habitatio: *l. 14. C. de vsur.* VILIVS mercari: *l. 7. §. 6. D. pro emtor.* VILIVS praestare: *l. 8. D. ad municipal.*

VILLA, significat aedificium fundi. *l. 81. §. 3. D. de legat. I.* dicta quasi *vehilla.* Varro *de re rustic. Lib. I. cap. 2.* Interdum tamen VILLA accessio erat fundi *l. 8. l. 10. D. quib. mod. vsusfr. amitt.* VILLA cogendis et conseruandis fructibus necessaria. *l. 32. §. 2. D. de vsu et vsufr. legat. l. 50. D. de vsufruct.* VILLA incorrupta: *l. 3. §. vlt. D. locati.* Alias VILLARVM nomen aedificia rustica significat. *l. 211. D. de verbor. signific.*

VILLICVS dicitur, qui agrum colit. *l. 8. D. de instruct vel instrum. legat.* vel pensionis certa quantitate, vel fide dominica id facit. *l. 18. §. 4. D. eod. tit.* vnde a VILLICIS pensionem exigere: *l. 40. D. ad leg. Falcid.* VILLICVS et VILLICA. *l. 41. §. 15. D. de instruct vel instrum. legat.* [Cuiac. *Lib. X. Obseru. cap 37.* VILLICVS est is, qui praepositus est rationibus rusticis, fructibus percipiendis, vniuersoque operi rustico. Plerumque autem propter fructus percipiendos, non propter quaestum; aliquando tamen distrahendis quoque mercibus VILLICVS praeponitur *l. 16. D. de institor. action.* ¶. 2 [A poetis, et in antiquis lapidibus de quouis praefecto vox haec vsurpatur. Sic enim Pegasum praefectum vrbi VILLICVM *vrbis* adpellat Iuuenal. *Sat. IV.* et alibi VILLICVS *puellarum* dicitur, qui apud lenonem meretrices curat ornatque. vid. Strauch. *in dissert. de centum lapid. vrbicar. n. 9.* Reines. *Class I. inscr. 125. p. 162.*] Hoc sensu reperias VILLICVM LOCI. Gruter. *Inscript. p. XLIV, 3.* PRAEDIORVM. *p. MLXVII, 8.* HORTORVM. *p. DCII, 3. 4.* SVB-

VIL. VIN.

VILLICVM HORTORVM. *p. MCXII, 1.* VILLICVS AQVARVM. Reines. *Class. IX. inscr. 38. 39.* VILLICVS A PLVMBO. Gruter. *p. DCXLIII; 10.* AB ALIMENTIS. *p. MXXXIII, 9.* AERARII in lapide apud Cuiac. *Obs. X, 37.* Eodem ergo loquendi genere vsus Iuuenalis Pegasum VILLICVM VRBIS dixit; ferione an σατυρικῶς; disquirit Menag. *Amoen. iur. ciuil. Cap. XVII. p. 89.* HEIN.

VIN.

VINACEA, sunt grana vuarum in doliis condita. *l. 52. §. 14. D. de furt. l. 14. in fin. D. de condict. furtiu.* Cato *de re rustic. Cap. X. et XI.*

VINARIVS. Vasa VINARIA. *l. 19. D. de action emti. l. 206 D. de verb. signific.* et dolia: *l. 19. D. locati.* VINARIA autem vasa proprie torcularia esse placet: dolia autem et seriae tamdiu in ea caussa sunt, quamdiu vinum habeant. Quum vero sine vino esse desierint, in eo numero non sunt. *l. 206. D. de verb. signific.* Seriarum autem, cadorum, cupparum, culleorum, in quibus diffundi solebat, fit mentio in *l. 15. §. 6. D. de vsufructu. l. 93. §. penult. D. de legat. III. l. 3. §. 1. l. 14. l. 16. D. de tritico, vin. oleo legato.* ¶. 2. VINARIVS, pro vinoso. *l. 4. §. 2. l. 25. §. 6. D. de aedilit. edicto.*

VINCERE dicitur, qui superior, et VINCI, qui inferior est. VINCERE in interdicto, et VICTVS interdicto. *l. 35. D. de action. emti.* VICTVS apud iudicium. *l. 31. §. 1. D. de pignor.* VINCERE licitatione: *l. 6. D. famil. ercisc. l. 9. D. de publican. l. 1. C. commun. diuid.* VINCI in lite: *l. 1. §. 7. D. si quid in fraud. patron.* VINCIT mulier. *l. 17. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* VICTVS de possessione. *l. 35. D. de adquir. possess.* VICTVS. *l. 3. C. de interdict.* VICTI: *l. 5. D. iudicat. solui.* VICTVM sustinere: *l. 6. D. de muner. et honorib.*

VINCIRE liberum hominem: *l. 23. §. vlt. D. de adquir. possess.* VINCI poenae caussa. Vlpian. *tit. II. Regul. §. 11.* VINCIRE seruum: *l. 27. D. de pignorib. l. 43. §. vlt. D. de fideicommiss. libert.* Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 12.*

VINCTVS, quod ad legem Aeliam Sentiam attinet, non fuisse seruus videtur, licet carcere clausus fuerit, si vincula corpori eius non sint addita. *l. 216. D. de verbor. signif.* Vlpian. *tit. I. Regul. §. 11.*

VINCVLVM. VINCVLORVM adpellatione vel publica vel priuata vincula significantur. *l. 224. D. de verbor. signific.* Et ideo in edicto Praetoris, de in integrum restitutione maiorum verba haec: SIVE IN VINCVLIS ESSET, non ad eum tantum pertinent, qui publica custodia coercetur, sed ad eum quoque, qui a latronibus aut praedonibus vel potentioribus vi oppressus vinculis teneatur. Sed et inclusi latumiis vinctorum numero habentur; quatenus nihil interest, parietibus quis, an compedibus teneatur. In VINCVLIS quoque esse accipimus eos, qui ita adligati sunt, vt in publico parere sine dedecore non possint. *l. 9. l. 10. D. ex quib. causs. maior.* De VINCVLIS publicis, *l. 1. §. vlt. D. de aleator. l. 23. D. ex quib. causs. maior.* de priuatis *l. 23. D. eod. tit.* *Custodiae* autem adpellatione sola publica intelligitur. Et ideo in VINCVLIS *custodiaue* separantur. Vlpian. *ibid. l. 3. §. 5. D. de testibus.* ¶. 2. In VINCVLIS vel sub fideiussoribus: *l. vlt. §. 7. D. de bon. eor. qui ante sent.* In VINCVLA coniici: *l. 3. D. de custod. reor.* In VINCVLA publica coniici: *l. 2. 3. D. eod. tit. l. 38. D. de iniur. l. 7. D. ad leg. Iul. repetund.* In VINCVLIS coniectus reus: *l. 4. D. ad leg. Iul. maiestat.* Cic. *Lib. II. de legib.* VINCVLIS publicis contineri: *l. 3. §. 16. D. de suspect. tutor.* VINCVLIS perpetuis contineri: *l. 6. C. de poenis.* Q. Curt. *Lib. VII. cap. 1. n. 6. A duobus iudicibus delatis tertium iam annum custodiebatur in* VINCVLIS. In VINCVLIS vel in compedibus decedere. *l. 45. §. 1. D. de iur. fisc.* Ex VINCVLIS caussam dicere. *l. 25. §. 1. D. ad SC. Silan. l. 2. D. de custod. reor.* Sueton. *in Neron. Cap. XXXVI. Coniurati e* VINCVLIS *triplicium catenarum dixere caussam.* vid. supra DICERE. In VINCVLA publica duci. Valer. Maxim. *IV, 1. 8.* In VINCVLIS esse: *l. 16. D. ad SC. Turpill. l. 1. D. de diuers. tempor.* VINCVLIS liberari. Curt. *VII, 1. 18.* In VINCVLA publica mitti. *l. 38. D. de iniur.* VINCVLIS ruptis. *l. 13. D. de custod. reor.* Curt. *IV, 15. 9.* [VINCVLORVM verberatio: *l. 7. D. de poen.* Grotius *in flor. spars. ad hanc leg. p. 214.* distinguit voces, et ad illud *vinculorum* subaudiri vult vocem *poenam* ex l. praecedenti. Quod durum nimis.] Quin VINCVLORVM verberatio est verberatio in vinculis, vti iam vidit Accursius. Solebant enim quidam in vinculis verberari. Liu. *Lib. XXXIX. cap. 17. l. 9. D. de incend. ruin. naufrag. l. 10. princ. D. de poen.* Locum habet haec interpretatio, siue *vincula* tropice accipias pro iis, qui sunt in vinculis, vt *custodias* dicimus pro iis, qui in custodia sunt, siue leui emendatione legas *vinctorum verberatio.* V. A. Cornel. van Bynkersh. *Obseru. Lib. I. cap. 21.* HEIN. ¶. 3. VINCVLVM etiam omnis caussa dicitur, qua continetur vel nititur aliquid. Sic: VINCVLVM aequitatis. *l. 95. §. 4. D. de solutionib.* VINCVLVM cautionis. *l. 40. D. de vulg. et pupill. subst. l. 13. §. 1. D. de tutor. et curat. dat.* VINCVLA censualia: *l. 4. §. 8. D. de censib.* VINCVLO euictionis adstringere: *l. vlt. C. credit. vend. non deb.* VINCVLVM familiae, *l. 87. D. de adquir. hered.* id est, patriae potestatis, quod simpliciter vinculum dicitur, in *l. 71. princ. D. eod. tit.* VINCVLVM fideiussionis, apud Cassiodor. *Lib. II. Variar. epist. 13.* VINCVLVM inscriptionis: *l. vlt. C. de accusationib.* VINCVLVM insulae: *l. 5. D. de interdict. et relegat.* VINCVLVM iuris: *l. 3. C. de testam. milit. l. 54. D. de oblig. et action.* apud Lactant. *Lib. VI. diuin. instit. cap. 10.* et Lucan. *Lib. V. Pharsal. v. 288.*

Nec fas, nec VINCVLA *iuris*
Hoc audere vetant.

et in definitione obligationis. VINCVLVM locationis: *l. 52. §. penult. D. de fideiussor.* matrimonii: *l. 11. §. 12. D. ad leg. Iul. de adulter.* VINCVLVM naturale et ciuile: *l. 69. D. de condict. indebiti.* VINCVLVM necessitudinis et adfinitatis: *l. 9. D. de suspect. tutor. l. vlt. C. de codicill.* VINCVLVM obligationis; *l. 46. D. de adquir. possess. l. 67. D. de procura-*

curator. VINCVLVM pignoris: *l. 15. §. 7. D. de re iudic. l. 16. C. de locat. et conduct. l. 9. C. de remission. pign. l. 2. C. de amitt. pignor. l. 39. §. 5. D. de administr. et peric. tut. l. 2. C. de curator. furiof. l. 2. l. 8. l. 11. l. 13. C. de postlim. reuerf.* Et ita VINCVLVM restituendae rei, quae pignori nexa erat, dicitur io *l. 9. in fin. D. de supellectil. legat.* Sic et VINCVLVM in *l. 20. D. qui testam. facer.* pro vinculo pignoris, quo ab hostibus redemti redemtoribus obstringuntur, *l. 21. D. de captiu. et postlim. l. 8. l. 11. C. eod. tit. l. 43. §. vlt. D. de legat. I.* quo VINCVLO resolui intelliguntur, si libertas iis detur. *l. 71. princ. D. de adquir. heredit.* VINCVLVM poenae: *l. 134. D. de verb. obligat.* potestatis: *l. 17. C. de donationib.* VINCVLVM patriae potestatis: *l. 4. C. de pact. conuent.* paternae potestatis: *l. 6. C. de sentent. pass.* religionis: *l. 1. C. de in litem iurand.* VINCVLVM seruitutis: *l. 18. C. de liberal. causs.* VINCVLA stipulationis: *l. 40. D. de transaction. l. 6. C. si cert. petat. l. 6. C. de vsur. l. 3. D de vsur.* ¶. 4 VINCVLO exsoluti. *l. 1. C. qui non poss. ad libert. peruen.* VINCVLO suo resoluere: *l. 71. princ. D. de adquir. heredit.*

VINDEMIA coacta: *l. 13. D. quib. mod. vsusfruct. amitt.* Ex VINDEMIA dare vinum: *l. 17. §. vlt. D. de annuis legat.* VINDEMIA facta: *l. 1. §. 25. D. de ventr. in possess. mitt.* VINDEMIA pendens: *l. 25. D. de action. emti.* VINDEMIARVM tempus: *l. vlt. D. de iur. fisci. l. 1. D. de feriis.* VINDEMIAS vendideram. Plin. *Lib. VIII. epist. 2.*

VINDEX. Eo nomine in XII. Tabulis adpellatur, qui alterius caossam suscipiebat vindicandam, qoem nunc *procuratorem* dicimus, Boeth. *in Topic.* scribit. Videtur tamen ita potius adpellatus, qui iudicio sisti, iudicatumue solui satis pro alio dabat. ¶. 2. VINDEX idem ac defensor cioitatis in *l. 1. C. Theod. si quae praed. pot.* Postea ita dicti, qui tributa exigebant *Nouell. CXXVIII. cap. 5.* quales in singulis ciuitatibus constituerat Anastasius Imp. quum antea id esset officium curialium. Nicephor. *Hist. Eccles. XVI, 14.* conf. Cuiac. *Obseru. III, 14.* et Anton Augustin. *in Explicat. loc. obscur. in Nouell.* voce VINDEX. HEIN.

VINDICARE, *Hoc verbum,* ait Diomedes *Lib. I. p. 361. non pro defendo, sed pro animaduerto et punio, vt apud Sallust.* VINDICATVM *fuit in noxios.* Sic quoqoe VINDICARE delictum dicitur iudex, in *l. 1. D. de obsequ. parent. et patron.* ¶ 2. VINDICARE, pro adserere sibi, vel ius suum petere, maxime per in rem actionem. Sic: VINDICARE sibi arbitrium: *l. 1. §. 10. D. de magistrat. conuen. l. 24. D. de tutor. et curator. dat.* VINDICARE bona *l. 6. §. 7. D. de iniusto, rupt. irrit.* bona defuncti: *l. 8. C. commun. de success.* bona ex Senatusconsulto. *l. 11. D. de except. rei indic.* bona testatorum: *l. 2. §. 2. D. qui petant tutor.* VINDICARE dominium: *l. 16. §. 5. D. de pignor. l. 1. C. vbi in rem act. l. 15. C. de rei vindic. l. 10. C. arbitr. tutel. l. 9. C. de pignorat. act.* VINDICARE dominium serui: *l. 8. §. 1. D. de liberal. causs.* Dotem vel ante nuptias donationem sibi legibus VINDICARE: *l. 8. §. 4. C. de repud.* [VINDICARE hereditatem. *l. 3. C. de testam.* quod idem esse ac adire, ex *l. 16. §. 1. et l. vlt. D. de adquir. hered.* colligit Cuiac. *Obseru. XIX, 18*] VINDICARE legitimam hereditatem: *l. 2. D. de manumiss. quae seru. ad vniu. l. 2. §. 2. D. ad SC. Tertullian l. 47. §. vlt. D. de fideicomm. libert.* VINDICARI hereditatem paternam: *l. 8. C. de iure deliber.* VINDICARE sibi hospitium: *l. 6. C. quod cum eo, qui in alien. potest.* VINDICARE hypothecam: *l. 12. D de pignorib.* VINDICARE iure dominii: *l. 4. C. de religios. et sumt. fun.* VINDICARE per in rem actionem ius non esse alicui reficiendi. *l. 3. §. penult. D. de riuis.* VINDICARE iuri tuo: *l. 12. C. de donat. int. vir. et vxor.* VINDICARE sibi legatum: *l. 22. D. ad SC. Trebell. l. 59. §. vlt. D. de manumiss. testam.* VINDICARE sibi libertatem: *l. 40. § 1. D. de testam. milit.* VINDICARE meum esse: *l. 6. §. 2. D. de confess.* nostrum esse: *l. 66. D. de rei vindicat.* VINDICARE pignus: *l. 28. D. de pignorib.* VINDICARE rem suam: *l. 3. D. eod. tit.* VINDICARE res per in rem actionem: *l. 16. §. vlt. D de hered. petit.* VINDICARE res cum obiectu exceptionis anouae: *l. vlt. C ex quib. causs. maior.* Res, quas velut de patris successiooe filius tuus VINDICAT: *l. 1. C. de Carbon. edicto.* VINDICARE seruitutem: *l. 1. D. de remission. rubr. D. si seruit. vindic.* VINDICARI status: *l. 3. D. ne de statu defunct.* [VINDICARE substantiam possont, qui illis adita hereditate, vel petita bonorum possessione successerunt *l. 8. C. de legit. hered.*] VINDICARE successionem: *l. 4. §. vlt. C. in quib. causs cess. long. temp. l. 5. C. commun. de success.* VINDICARE sibi iura successionis: *l. 15. C. de postlim. reuers.* [VINDICAT successionem, qui ex successorio capite vt cognatus petiit bonorum possessionem: *l. 2. C de successor. edict.* Sine auxilio bonorum possessionis successionem VINDICARE noo posse: *l. 2. C. vnde legitimi*] VINDICARE suum esse, pro eo, quod alias suum esse petere dicitur. *l. 27. §. 4. D. de aur. argent. legat. l. 66. D. de rei vindic. l. 6. §. 2. D. de confess. §. 4. Inst. de action l. 21. §. 1. in fin. D. de except. rei iudic.* VINDICARE vacationem: *l. 7. D. de legation.* vsumfructum: *l. 8. §. 1. D. de liberal. caussa.*
¶. 3. VINDICARI fisco: *l. 4. C. de incest. et inutil. nupt. l. 4. D. ad leg. Corn. de fals.* VINDICARI fisci iuribus: *l. 1. C. de sepulcr. viol.* VINDICARI fisci rationibus. *l. 4. C. de poen. l. 1. D. de bon. libertor. l. 8. C. de iure fisc. l. 5. D. de poenis. l. 1. C. de bonis eorum. l. vlt. D. de bon. eor. qui ante sent. l. 1. D. de interdict. et releg. l. 7. §. vlt. D. de bonis damnat. l. 2. C. vbi causs. fisc. l. 4. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 21. D. de his, quae vt indign.* VINDICARI bona fisci et caduca. *l. 3. D. de his, quae testam. delent.* VINDICARI fisco dotem: *l. 27. D. de iure fisci.* VINDICARI fisco hereditatem: *l. 3. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 28. D. de bon. libertor. l. 49. D. de manumiss. testam. l. 35. D. de iure fisci. l. 12. §. vlt. D. de fideicomm. libert. l. 9. l. vlt. D. ad leg. Iul. maiest. l. 14. D. de iur. fisci.* VINDICARI fisco partem: *l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. l. 4. C. de his, quib. vt indign.* VINDICARI fisco pars thesauri: *l. 3. §. 10. D. de iure fisci.*

¶. 4 VINDICARE sibi libertatem, id est, proclamare ad libertatem. *l. 32. §. vlt. l. 40. §. 1. D. de testam. mil. l. 6. C. eod. tit.* VINDICARE in libertatem: *l. 12. princ. D. ad exhibend.* VINDICARI io ingenuitatem: *l. 32. D. de liberal. caussa.* Et contra VINDICARE in seruitutem dicimus. *l. 3. D. eod. tit.* ¶ 5. VINDICARE pro vlcisci. Sic: VINDICARE adulterium. *l. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter.* VINDICARE etiam iniuriam sibi factam, exsequi et crimen persequi significat. *l. 2. §. 5. D. de iudic. l. 18. §. 1. D. de iure fiscl.* VINDICARE mortem: *l. 18. D. de SC. Silanian. l. 11. D. de accusation. l. 5. C. de quaestion. l. 1. princ. D. de iure fisci.* VINDICARE necem: *l. 26. D. de SC. Silau. l. 10. C. de his, quae vt indign. l. 37. §. vlt. D. de bonis libert. l. 4. D. de his, qui accuss. poss. l. 2. C. de calumniat.* [VINDICARE seuera sententia. *l. 1. C. ne liceat potent.*] ¶ 6. [VINDICARE aliquando latiore sensu pro defendere accipitur, vt in *rubr. C. quand. lic. vnic. se sine iudice vindic.* Tabor. *Armament. de abusu armor. Cap. III. §. 5.* VINDICENTVR iure ac legibus. *l. vn. C. de his, qui ad stat. confug.* vbi itidem haec vox pro defendere seu adserere significat.

VINDICATIO, omnis in rem actio adpellatur. *l. 25. D. de obligat. et action §. 15. Instit. de action.* A vindicando autem vindicatio dicitur. Itaque noo eae tantum actiones, quibus rem nostram esse, sed et quibus pignori obligatam nobis esse iotendimus, VINDICATIONES adpellantur. Vnde *hypothecaria actio* VINDICATIO *pignoris* adpellatur, in *l. 16. §. 3. D. de pignor. l. 9. C. de pignorat. action.* VINDICATIO dominii: *l. 11. C. de vsufruct.* VINDICATIO seruitutis: *l. 90. D. de oper. noui nunciat. l. 1. §. 5 D. de arbor. caedend.* VINDICATIO successionis: *l. 4. C. qui admitti ad bonor. possess.* ¶. 2. [VINDICATIO, pro vindicta seu vltione. *l. 7. C. de reuoc. donation.* quo sensu *vindicationem*, pro *dicationem* in *l. 2. C. Theod. de famos. libell. Lib. IX. tit. 34.* reponendum, cum aliis censet Radulph. Forner. *Lib. I. rer. quotid. cap. 27.* sed nihil mutandum, ex sententia Gothofredi.]

VINDICIAE, quae olim dicebantur, vide apud Gell. *Lib. XX. cap. 19* et Festum Pompei. *Lib. vlt.* Dare VINDICIAS dixit, vt et dicere et abdicere, Pompon. in *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* Arnob. *Lib. IV. aduers. gent. pag. 81. edit. Elmenh. Qui inter personas huiusmodi aut* VINDICIAS *iustas dare, aut sacramenta conetur promittere non iusta.* Ascon. Paedian. *ad Lib. I. in Verr. cap. 45. Lis,* ait, VINDICIARVM *est, quum litigatur de ea re apud Praetorem, cuius incertum est, quis debeat esse possessor. Et ideo qui eam tenet, satisdat pro praede litis* VINDICIARVM *aduersario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessione facturum esse, qua iurgium esset.*

☞ VINDICTA, pro vltione. Sic: VINDICTA defuncti, quam saluo officio non potest omittere heres, si testator fuerit occisus. *l. 21. l. 22. D. de his, quae vt indign.* Hereditate itaque excidebat tamquam indignus, qui defuncti vindictam insuper habebant. *l. 17. D. eod. tit. l. 2. C. de calumniat. l. vlt. D. de iur. patronat.* Hinc auctor est Aimoin. *de gest. Francor. IV, 28. Filiis ducis Aquitaniae, propter inultam patris mortem, bona erepta fuisse, secundum legem Romanam* HEIN. VINDICTA proprii doloris: *l. 37. D. ad leg. Iul. de adulter.* ¶. 2. VINDICTAE, id est, poenae persequutio. *l. 2. §. 4. D. de collat. bonor.* opponiturque rei persequutioni. *l. penult. D. si ex noxal. causs. l. penult. D. de sepulcr. viol. l. 7. D. de in integr. restitut.* Ad VINDICTAM maiestatis publicae respicit. *l. 33. D. de iniur.* VINDICTAE viam eligere: *l. 31. C. de liberal. causs.*

¶. 3. VINDICTAM Boeth. *in Topic. Ciceron. virgulam quamdam fuisse,* ait, *quam lictor manumittendi serui capiti imponens, eum in libertatem vindicabat.* Quam a Vindicio seruo, de quo in *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.* Vitelliorum seruo, dictam quidam putant, quod pro praemio indicii coniurationis libertatem a consulibus publice accepisset. Alii ab eo, quod ea virgula apud magistratum in libertatem mancipium vindicabatur et manumittebatur, in ciuitatemque accipiebatur, vt Liuius *Lib. II. cap. 4. 5.* et Plutarch. *in Poplicola p. 100.* et Theuphil. in *§ vlt. Inst. de libertin* sentiunt. Hac autem virga Praetor vel consul tangebat caput serui, quem ex iure Quiritium liberum se facere dicebat. Itaque is vertigine quadam tunc vsu recepta circumactus, et vt ait Persius, rotatus et circumductus pileum accipiebat. Vet. Glossar. Graecum: *ἡ ῥάβδος, μεθ' ἧς ὁ ἄρχων ἢ ὁ πραίτωρ τὴν τοῦ ἐλευθερουμένου κεφαλὴν ἔπαιον φάσκοντες· φαμὲν τὸν παρόντα ἄνθρωπον εἶναι ἐλεύθερον καὶ πολίτην Ῥωμαῖον.* ¶. 4. Hinc VINDICTAM imponere: *l. penult. §. 4. D. de castrens. pecul. l. 14. in fin. D. de manumiss. l. 12. §. 2. D. de liberal. causs. l. 5. D. de manumiss. vindict. l. 2. C. si aduersus libert.* VINDICTA libertatem imponere: *l. 10. C. qui testam. facer.* VINDICTA liberare: *l. 5. l. 22. D. de manum. vind. l. 15. D. de manumiss. l. 122. §. 2. D. de verbor. obligat. l. vlt. D. pro derelicto.* liberari: *l. 4. D. de manumiss testam.* Paull. *Lib. IV. Sent. tit. 12.* VINDICTA manumittere: *l. vlt. D. pro derelicto. l. 33. D. de dolo malo. l. 3. C. de vind. libert.* VINDICTA manumissi. Vlpian. *tit. I. Regul. §. 6. 7. rubr. D. de manumiss. vindicta.*

VINDIVS *Verus,* iurisconsultus, aliquoties, at non expresso libri titulo laudatur. *l. 32. §. 4. D. ad leg. Falcid. l. 7. §. 18. D. de pactis. l. 2. D. si ex noxali causs. agat.* De aetate tamen eius satis constat: quia eum inter Antonini Pii consiliarios fuisse, testatur Iulius Capitolinus *Cap. XII.* HEIN.

VINEA. *l. 52. §. 2. D. de heredit. petit.*

VINETVM, in *§. 3. Inst. de obligat. quae ex delict.*

VINVM. VINO legato, id omne, quod ex vinea natum vinum permansit, et acetum quoque, quod vini numero paterfamilias habuerit, continetur. Mulsum vero et defrutum, et zythum et cereuisia, nisi de his quoque testator senserit, non continentur. *l. 1. l. 9. D. de tritic. vin. oleo legat. l. 2. in fin D. de option. legat.* VINI autem quaedam genera enumerantur, in *l. 9. D. de trit.*

trit. vin. VINVM Falernum, Campanum, Asiaticum diffusum. VINI veteris seu vetusti fit mentio, in *l 3. D. de reb. credit. l. 10. C. de erogation. milit. annon. Lib. XII. l. 37. §. 2. D. de legat. III.* et noui, in *l. 3. D. de reb. cred. et l. 10. C. de erogat. mil. annon.* VINVM amphorarium, Aminaeum, Graecum et dulcia omnia *l. vit. §. 2.* ☞ *D. de tritic. vin oleo.* VINVM Aminaeum Seruius *ad Virgil.* dictum putat quasi *sine minio, quia album fit.* Aliter et rectius Macrobius *III, 10.* Cuius vini quum Cato *de re rustica Cap. VI.* Plinius *Hist Natur. XIII, 13.* aliique scriptores meminerint: merito mireris, Alciatum ipsum vocabulum sollicitasse, et pro vino Aminaeo legisse ἀμεινον. Quem ideo merito notat Brodaeos *Miscell. X, 12.* HEIN. ¶. 2. VINVM sine qualitate dari sibi stipulari *l. 75. §. 2. D. de verbor. obligat.* VINA intemperantiae praebere. *l. 29. C. ad leg. Iul. de adulter.* Si per VINVM euenerit. *l. 12. D. de custod. et exhib. reor.* Per VINVM lapsi: *l. 6. §. 7. D. de re militar.*

VIO.

VIOLARE laedere, iniuria adficere. VIOLARE cognatam: *l. 5. D. de quaestion.* VIOLATI contumeliis: *l. 6. §. 1. D. de agnoscend. liber.* VIOLARE matrimonium: *l. 13. §. 1. l. 24. D. ad leg. Iul. de adulter.* VIOLATVM matrimonium: *l. 23. C. eod. tit.* De VIOLATO matrimonio quaeri: *l. 1. C. eod. tit.* VIOLATVS pudor. *l. 11. C. de quaestion.* VIOLATVM sepulcrum *rubr. de sepulcro viol.* Lucan. *VIII, 843.* qui et *bustum* VIOLARE dixit *Lib. VIII, v. 748.* VIOLATAE statuae: *l. 7. §. 1. D. ad leg. Iul. maiestat.* VIOLATA virgo: *l. 1. C. ad leg. Iul. de adulter.*

VIOLENTER abripere: *l. 2. C. vi bonor. raptor.* VIOLENTIVS fecerit: *l. 29. §. 7. D. ad leg. Aquill.*

VIOLENTIA, vis. VIOLENTIA ignis: *l. 4. C. de peric. et commod. rei vend. l. 5. C. de vsucapion.* VIOLENTIA iudicis: *l. 7. D. de adpellation.* VIOLENTIA ventorum: *l. 24. §. 4. D. de damno infect.*

VIR.

VIR bonus arbitrari dicitur. *l. 45. D. de procurator.* et VIRI boni arbitratu: *l. 21. §. 4. D. de oper. non. nunciat. l. 18. §. 1. D. de damn. infect.* VIRI autem boni arbitrium, quod omnibus fere stipulationibus olim comprehendebatur, idoneae et integrae existimationis, diligentisque, circumspecti et considerati patrisfamilias arbitrium significabat. *l. 20. §. vlt. D. de oper. libertor. l. 21. §. 4. D. de oper. non. nunciat. l. 9. princ. et §. 2. l. 13. in fin. l. 15. §. 4. l. 65. D. de vsufruct. l. 18. §. 2. D. de damn. infect. l. 47. §. 2. D. de fideicomm. libert. l. 13. D. de ann. legat. l. 1. D. de legat. II. l. 17. l. 18. D. iudicat. solui. l. 50. D. solut. matrim.* et infinitis aliis locis. Qua de re *Lib. II.* quaedam diximus. VIR bonus et diligens paterfamilias *l. 20 §. vlt. D. de oper. libert.* ¶. 2. VIR clarissimus. *l. 2. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.*

VIRGA salignea: *l. 3. §. 3. D. arbor. furt. caesar.*

VIR.

VIRGILIVS. Eius testimonio vtitur iurisc. in *l. 6. §. vlt. D. de rer. diuis.* et Iustin. in *§. 2. Inst. de iur. nat. gent. et ciuil.* vide supra POETA.

VIRGINII mentio fit in *l. 2. §. 24. D. de orig. iur.*

VIRGO accipitur, quae non est facta puerpera, quae nullos liberos suscepit, in *l 8. C. de incest. nuptiis.* Sic loqoitur Marcellinus Comes et Paullus Diaconus de Honorii nuptiis agentes. *Virginis adpellationem nox vna aufert.* Quinctil. *declam. p. 175.* Vnde Cicero apud Macrobium *cras mulier fiet.* [VIRGO *nondum mulier.* Arnob. *Lib. V. aduers gent. p. 173.* *Quodam tempore, quum in Siciliae pratulis purpureos legeret nondum mulier flores, et adhuc VIRGO Proserpina.* quo loco vide, qoae de differentia *virginis* et *mulieris* obseruauit Desid. Heraldus. *p. 211.* add *l. 11. §. 1. D de contrab emt. l. 11. §. 5. D. de action. emt.* Miscentur tamen haud raro hae voces. vid. Lib. XI. et Guil. Forster. *Lib. I. Obseruat. cap. 5.* et Alber. Gentil *Cap. XI. p. 104. sequ*] VIRGO filia: *l. 41. §. 7. D. de legat. III.*

VIRIDIARIA, loca significant virentibus herbis, graminibusque et arbustis consita. *l. 26. D. de instruct. vel instrum. legat.* et apud Vlpian *Regul. tit. VI. §. 17.* Sueton. *in Tiber Cap. VI.* et Capitolin *in Gordian. Cap. XXXII.* Et Veget. *Lib. IV. cap. 6.* adpellantur. Et VIRIDARIA, prout in Pandectis Florent. scriptum est in *l 13. §. 4. et §. 7. D. de vsufruct. l. 8. in fin. D de instruct. vel instrum. legat.* et VIRIDIA in *l. 79. in fin. D de verbor. signific. l. 15. D. de seruitut. l. 12. D. de seruit. praed. vrban* et apud Vitruoium *Lib. VI. cap. 6. et Lib. V. cap. 9.* Sic apud Senec *epist LXXXVI. cisternam* VIRIDIAVA *subditam.* et aupd Plin. *Lib. V. epist. 6. ambulationes pressis ac tonsis* VIRIDIBVS *umbrosas.* Macrob. *Lib. I. Saturn. Cap. IV. Viridia, quum ἀντὶ ἐπιθέτε accipiuntur, genitiuum in ium faciunt, vt viridia prata, viridium pratorum: quum vero ipsam loci viriditatem significare volumus,* VIRIDIORVM *dicimus: vt quum dicitur; formosa facies viridiorum.* Adparet autem ex *d. l. 26* etiam in doliis defodi consueuisse viridaria aggesta terra. ☞ Quin et in fenestris amoenitatis gratia interdom habebantur, vt ex Martiale, et ex Plinio *Lib. XIX. cap. 4.* intelligimus. Supra aedificia quoque viridaria habuisse Romanoa, ostendit *l. 12. D. de seruitut. praed. vrban.* et *l. 79. D. de verbor. signific.* Em. Merill. *Obseru. I, 34.*

VIRILIS, E. VIRILIS animi est: *l. 4. D. qui petant tutor.* [VIRILIS animae: *l. 6. l. 7. C. Theod. ad leg. Iul. de adulter.*] VIRILE munus: *l. 1. C. quand. [illegible]. offic. l. 18. C. de procurator.* seu munus masculorum: *l. vlt. D. de tutel.* VIRILE officiom tutela esse dicitur. *l. 16. D. de tutel.* VIRILIA officia: *l. 1. §. 5. D. de postuland.* VIRILES obligationes: *l. 8. C. ad SC. Velleian.* VIRILIS opera argentarii: *l. 12. D. de edendo.* VIRILIS sexus: *l. 1. §. 2. D. de Carbon. edicto. l. 1. D. de senatorib. l. 19. D. de liber. caussa. l. 1. §. 1. D. de legat. praest.* Per VIRILEa sexus descendentes: *l. 3.*

Iiii iiii 3 *D. de*

VIR.

D. de iniust. rupt. irrit. cognati: *l. 2. D. de suis et legit. §. 1. Inst. de legit. agnat. tutel.* liberi: *l. 16. D. de tutel.* personae; *l. 7. D. de legit. tutor.* VIRILIS vestis: *l. 32. D. de aur. argent. legat.* VIRILIS vigor, qui completur post vigesimum quintum annum: *l. 1. D. de minor. l. 25. D. de aur. arg. legat.* ¶. 2. VIRILIS adpellatione in lege Papia, etiam interdum tota hereditas continetur. *l. 145. D. de verb. signific.* VIRILES portiones, *aequales* interpretatur Paullus *Lib. III. Sent. tit. 2. §. 3.* quae scilicet pro numero personarum in capita constituuntur, vt tot fiant, quot sunt personae: *l. 1. §. 11. D. de tutel. et ration. distrah. l. 6. D. de fideiuss. tutor. l. 16 §. 2. D. de legat. I. l. 43. D. de re iudic. l. 54. §. vlt. D. de legat. I. l. 67. §. 4 D. de legat II.* VIRILIS portio in legatis conferuandis post petitam contra tabulas bonorum possessionem, quomodo accipienda sit, vid. *l. 8. D. de legat. praestand. l. 5. §. 7. l. 6. 7. 8. pr. §. 1. 2. 5. D. eod. tit. l. 67. §. 4. D. de legat. II.* VIRILIS pars: *l. 38. §. 2. D. de legat. III.* Pro VIRILI parte actionem dari: *l. 3. C. de magistrat. conuen.* Pro VIRILIBVS partibus: *l. 37. D. de stipulat. seruor.* VIRILES inter eos fieri; *l. 77. §. 4. D. de legat. II.* VIRILES partes; *l. 70. §. vlt. D. de legat. II. l. 10. §. 3. D. de adpellation. l. 8. §. 1. D. de statuliber.* VIRILES partes et hereditariae separantur; *l. 54. §. vlt. l. 67. §. vlt. l. 114. §. 17. l. 124. D. de legat. I. l. 8. §. 1. D. de statulib.* Ex VIRILIBVS partibus institutere; *l. 13. D. de hered. instituend.* Pro portione VIRILI: *l. 43. D. de re iudic. l. 33. D. de legat. I.* Pro VIRILI portione obligare: *l. 1. C. quo quisqu. ordin.* VIRILES portiones factae: *l. 2. C. ad SC. Trebell.* Ex VIRILIBVS portionibus succedere; *l. 2. C. de suis et legitim.*

VIRILITAS, testiculi. Sic: VIRILITATEM amittere. *l. 4. §. vlt. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Martial. *Lib. IX. epigr. 7.*

Non puer auari sectus arte mangonis,
VIRILITATIS *damna moeret ereptae.*

Tacit. *Lib. VI. Annal. cap. 31. Proximus huic Abdus ademtae* VIRILITATIS. Hirt. *de bell. Alexandr. Cap. LXX. Neque exsectis* VIRILITATEM *restituere posse, quod quidem supplicium grauius morte ciues Romani subiissent.* Plin *Lib. XXXV. Hist. natur. cap. 12. Galli Semia testa* VIRILITATEM *sibi amputant.* Quinctilian. *declam. CCCXL. Mango iratus, ait, illi fortasse pretium excisa* VIRILITATE *producet.* Et *Lib. V. instit. orator. cap. 13. Non alia mediusfidius modo docentium, quam quo mancipiorum negotiatores formae puerorum excisa* VIRILITATE *lenocinantur.* Apulei. *Lib. VIII. Metamorph. Fuga detestabilem illum exsectorem* VIRILITATIS *meae relinquentem.* [Sic et VIRILITAS dicitur de arietis testiculis, quos tamquam sibi exsectos, leniendae matris, quam [illegible]olauerat, irae, in gremium eius proiecit Iupiter, apud Arnobium *Lib. V. aduers. gent. p. 101*]

VIRIOLA, ornamenti genus ex gemmis. *l. 14. D. de contrah emt. l. 8. §. 2. D. de option. legat. l 25. §. 10. l. vlt. §. vlt. D. de aur. argent. legat.* Diminutiuum autem esse a *viria*, quo verbo vtuntur Tertullian. *de pallio Cap. IV.* et Plin. *Lib.*

XXXIII. cap. 3 Vetus glossa; VIRIOLAE, κλαυίον, ψέλιον, VIRIOLAE, περιχείρια, ψέλια. Cuiac. *Obseru. II, 4.* HEIN.

VIRIPOTENS virgo, dicitur matura et nubilis virgo, et quae iam virum pati potest. *l. 13. D. de verbor. signific. l. 101. D. de condit. et demonstrat. l. 51. D. de legat. III. l. 7. C. qui pet. tutor. l. 65. D. de donat. int. vir. et vxor.* Si pupilla VIRIPOTENS fuerit: *l. 5. §. penult. D. quib. ex causs. in possess.* VIRIPOTENS puella: *l. 7. C. qui pet. tutor.* quae virum pati potest, *l. 30. D. quando dies legator.* Sic nondum VIRIPOTENTES virgines: *l. 38. D. de pecun. constit.* VIRIPOTENTES autem vocantur feminae, vt masculi *puberes. princ. Inst. de nuptiis* et apud Vlpian. *tit. V. Regul. §. 2.* vt masculi *impuberes*, feminae vero nondum VIRIPOTENTES. *l. 1. §. 32. D. ad SC. Silanian.* Feminas tamen tam impuberes quam puberes dixit Vlpianus *tit. XI. Regul. §. 1.*

VIRTVS bellica: *l. 12. D. de captiu. et postlim.* VIRTVS militum: *l. 21. D. eod. tit.* VIRTVTIS caussa certamen; *l. 2. l. 3. D. de aleator.*

VIS.

VIS, est necessitas imposita contrariae voluntati, maiorisque rei impetus, qui repelli non potest. *l. 1. l. 2. D. quod metus causs.* Vetus Glossar. Graec. Βία ἐστὶ μετὰ πράγματος ἀπέλευσις, ἣν οὐ δύναταί τις ἀπωθεῖσθαι ἤγουν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ ἀποδιώκειν καὶ ἀποτρέπειν Vim autem sine corporali vi locum non habere, ait Pomponius, inuito Vlpiano. *l. 1. §. 29. D. de vi et vi armata.* Eaque vel *publica* vel *priuata* est. Omne enim omnino, quod per vim fit, aut in *vis publicae* aut *priuatae* crimen cadit. *l. 195. D. de regul. iur.* ¶. 2. VIM *publicam*, Isidorus *Lib. V. Etymolog. cap. 26.* definit, esse, *si quis ciuem ad populum vel iudicem vel regem adpellantem necauerit, torserit, verberauerit, vinxerit.* Quod ille ex Paullo *Lib. V. Sent. tit 26 §. 1.* transscripsit. Vetus Glossar. Graec. Διαφέρει βία δημοσία τῆς ἰδιωτικῆς βίας. Βία μὲν δημοσία ἐστὶν, ὅταν μετὰ ὅπλων ἐπελθών τις ἁρπάσῃ ἀκίνητον, καὶ ἔχει καταδίκην τὸν περὶ Ἰούλιον νόμον VIM *publicam* committit, et qui per vim stuprum infert: *l. 29 §. vlt. D ad leg. Iul. de adulter.* Atque ita credo initio genere et qualitate delicti, *vim publicam* a *priuata* separatam. Postea placuit, *publicam* VIM eam accipi, quae armatis hominibus coactis committatur; *priuatam* vero, quae sine armis fiat. *l. 5. D. ad leg. Iul. de vi priuat. l. 3. l. 4. l 5. D. ad leg. Iul. de vi publ. §. 8. Inst. de public. iudic. §. 6. Inst. de interdict.* ¶. 3. VIS *priuata*, vt Isidorus eodem loco explicat, *est, si quisquam ante iudicium armatis hominibus ex suo quemquam deiecerit, vel expugnauerit.* Glossar. Graecum: ἡ δὲ ἰδιωτικὴ βία ἐστὶν, ὅταν χωρὶς ὅπλων ἀφέληταί τις ἀκίνητον, καὶ ἔχει καταδίκην τὸν περὶ βίας ἰδιωτικῆς νόμον, ἤγουν δημεύεται τὸ τρίτον τῆς οὐσίας, καὶ οὔτε συγκλητικὸς ἢ ἄρχων γίνεται, ἢ ἄλλην μετέρχεται τιμήν. *Priuata* dicitur, quae sine armis fit, vt modo diximus.

¶ 4. Est et VIS *maior*, quam θεοῦ βίαν vocant. *l. 9. §. 2. l. 25. §. 6. l. 33. l. 36. D. locati. l. 1. C. eod. tit. l. 13. in fin. l. 30. D. de pignorat. action. l. 3. §. 1. D.*

VIS.

1. D. naut. caupon. ſtabul. l. 17. §. 4. D. de praeſcript. verb. l. 1. C. commodati. l. 19. C. de pignor. Hinc VIS *maioris* periculum. *l. 1. C. de locato. Collat. Leg. Moſaic. et Rom. tit. X.* Plin. *Lib. XIX. cap. 28. Duo autem genera caeleſtis iniuriae meminiſſe debemus. Vnum quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellae, ceteraque ſimilia intelliguntur, quae quum acciderint,* VIS *maior adpellatur.* Columell. *Lib. I. cap. 7. Nam vbi ſedulo colitur ager, plerumque compendium, numquam niſi caeli maior* VIS, *aut praedonum inceſſit, detrimentum adfert.* Senec. *Lib. IV. cap. penult. Vadimonium promittimus, tamen deſeritur: non in omnem datur actio deſerentem: maior* VIS *excuſat.* Adpellatur et VIS diuina. *l. 24 §. 4. D. de damn. infect.* et VIS magna. *l. 2. in fin. D. de peric. et commod. rei vend.* VIS naturalis. *l. 59. D. locati.* VIS, cui reſiſti non poteſt: *l. 15. §. 1. D. eod. tit.* et potentia: *l. 33. D. eod. tit.* et maiores caſus, quibus humana infirmitas reſiſtere non poteſt. *l. 1. §. 4. D. de oblig. et action.* Huiusmodi ſunt grandiores labes, tempeſtates, incendia, terrae motus, vis aquarum, magnitudines ventorum, et alia id genus, quae conſilio humano prouideri non queunt, qui caſibus fortuitis et vi diuinae adſcribuntur. vid. *l. 24 §. 4 D. de damn. infect.*

¶. 5 VIS aquarum. *l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* fluminis: *l. 9. §. 1. D. de damn. infect. l. 5. §. 4. D. ad exhibend. l. 7. §. 7. D. ad leg. Aquill. l. 2. D. ſi quis caution. l. 1. C. de religioſ. et ſumt. fun.* VI fluminum importata: *l. 4. §. vlt. D. de reb. credit. l. 11. § vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* VI fluminis lapſum aedificium. *l. 24. § 4 D. de damn. infect.* VI fluminis victus. *l. 7. §. 7. D. ad leg. Aquill.* VI ignis abſumtae: *l. 3. C. de periculo tutor.* et conſumta inſtrumenta. *l. 5. C. de fide inſtrum.* VIS maris: *l. 24. §. 4. D. de damn. infect.* VI ruinae: *l. 24. § 5. D. de damn. infecto.* VIS tempeſtatis: *l. 7. §. 12. D. ſoluto matrimon.* VIS tempeſtatis, et vis cui reſiſti non poteſt. *l. 15. §. 1. D. locati.* VI tempeſtatis euerſae arbores: *l. 59. D. de vſufructu.* quae et VIS ventorum adpellatur. *l. 24. §. 5. D. de damn. infect. l. 29. §. 3. D. ad leg. Aquill.* VIS ſubita venti: *l. 30. §. 3. D. eod. tit.* vis venti aedificia conuellit: *l. 43. D. de damno infecto.* VI ventorum eiectae arbores. *l. 12. D. de vſufruct.*

¶. 6. Eſt et VIS hoſtium, praedonum. *l. 30. D. ad leg. Falcid.* VIS latronum: *l. 5. § 4. D. commodati. l. 30. D. ad leg. Falcid.* piratarum: *l. 3. § 1. D. naut. caupon. ſtabular.* VI praedonum vel hoſtium amiſſum: *l. 1. §. 6. D. de poſtulando.*

¶. 7. Non omittendae ſunt loquutiones: *vim facere, vi fieri, vim inferre, vi dedi, vim adhibere, admittere, pati, et vi poſſidere*, quarum pleraſque ſuis locis explicauimus, nonnullas hic adferemus. VI *deditus: l. 24. D. de heredit. petit.* VI *factum*, in interdicto, quod vi aut clam, videtur, finitore Mucio Scaeuola, quod quis contra, quam prohiberetur, fecit. *l. 1. §. 5. D. quod vi aut clam.* Sed et qui vel minimi lapilli iactu prohibitus facere perſeuerauerit, vel contra teſtationem denunciationemque fecerit, aut quum ſe ſciret prohibendum, per vim molitus eſt, ne prohiberi poſſet, et quo minus prohiberetur, conſequutus eſt per periculum denunciando aduerſario, aut ianua praeacluſa. *l. 1. §. 6. 7. l. 19. D. eod. tit.* VIM *facit*, qui non ſinit poſſidentem eo, quod poſſidebit, vti arbitrio ſuo, ſiue in ſerendo, ſiue in fodiendo, ſiue aedificando, ſiue quid omnino faciendo, quod liberam poſſeſſionem aduerſarii non relinquit. *l. 11. D. de vi et vi armat.* VIM *facere* videtur, quo minus reficiatur, qui neceſſaria refectioni aſportari non patitur. *l. 4. D. de itin. actuqu. priuat.* Non videtur VIM *facere*, qui iure ſuo vtitur, et ordinaria actione experitur. *l. 197. §. 1. D. de regul. iuris.* Alia cauſſa eſt eius, qui quod ſibi deberi putat, non per iudicem repoſcit. *l. 13. D. quod metus cauſſ. l. penult. D. ad leg. Iul. de vi priuata.* VIS quaedam impune *fit. l. 4. §. 1. D. de itin. actuqu. priuato. l. 5. §. 1. D. eod. tit.* VIS aliqua *fit* iuris retinendi cauſſa, a qua facinus abeſſe poteſt. *l. 20. D. de obligat. et action.* VIM *inferre* viſceribus mulier dicitur. *l. 39. D. de poenis.* VI *poſſidere* in interdictis praetoriis dicitur, qui expulſo veteri poſſeſſore, ſiue iure is, ſiue mala fide poſſidebat, adquiſitam per vim poſſeſſionem obtinet: aut qui in hoc ipſum aptatus et praeparatus venit, vt contra bonos mores auxilio, ne prohiberi poſſit ingrediens in poſſeſſionem, facit. Sed qui per vim poſſeſſionem ſuam retinuerit, aut etiam ereptam ſibi, in ipſo congreſſu recuperauerit, *vi poſſidere* non intelligitur. *l. 1. §. 28. D. de vi et vi armat. l. 4. §. 22. D. de vſucap. et vſurpat.* VI poſſidet et ille, qui abſente domino ingreſſus poſſeſſionem venientem deinde non admiſit. *l. 6. in fin. D. de adquir. poſſeſſ.* At qui vacuam poſſeſſionem occupauerit, quamquam deinde venientem dominum prohibuerit, VI non *poſſidet. l. 4. §. penult. D. de vſucapion.* VI porro *poſſidere* a me videtur, qui ab auctore meo vi poſſidet. *l. 3. §. 1. D de itinere actuqu. priuat.* VI, *clam*, precario poſſidere, cui aduerſatur ſine vitio, vt *l. 1. §. 29. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.*

¶. 8. VIS quoque ſumitur pro effectu. Sic VIRES accipere: *l. 81. §. 9. D. de legat. I. l. 9. §. 2. D. de option. legat. l. 26. D. de ſtipulat. ſeruor.* [Cuiac. *Lib. XXV. Obſeru. cap. 19.* et *ad Iulian d. l. 9.*] VIS actionis. *l. 1. D. ad exhibend.* VIS conditionis et figura opponuntur. *l. 69. D. de hered. inſtituend.* Nulla VIS conuentionis: *l. 12. D. de precario.* VIRES exceptionis: *l. 11. §. vlt. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. l. 36. §. 3. D. de teſtam. milit.* VIRES habet inſtitutio: *l. 13. §. 1. D. de teſtam. milit.* VIRES praeturae: *l. 2. D. de iudiciis.* VIRIBVS propriis conſiſtunt obligationes: *l. 27. D. de oblig. et action.* VIS rei iudicatae: *l. 6. C de exſequut. rei iudic. l. 6. C. comminat. epiſt. program.* VIRES non habet ſententia. *l. 1. C. quand. prouoc.* VIS ſtipulationis: *l. 23. D. de pact. dotal.* VIRES habet ſtipulatio: *l. 33. D. de adquir. rer. domin.* VIRES teſtamenti: *l. 2. D. de his, quae in teſtam. delent. l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 8. D. de heredit. petit. l. 36. §. 1. D. de teſtament. milit.* VIRES ſuas obtinet teſtamentum. *l. 11. C. de teſtament. l. vlt. C. qui non poſſunt.*

¶. 9. Vnde VI *ipſa*, quod Graece dicitur τῇ δυνάμει, vt in *l. 29. D. de recept. arbitr.* et effectu, in *l. 10. D. de vſu et habitat.* Ita vero in *l. 27. §. 3. D. de pact. l. 1. D. de ſtatuliber. l. 72. §. 4. D. de ſolution. l. 16. §. 3. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. vlt. D. de interdict. l. 45. §. 1. D ad leg. Falcid.* VI ipſa modo idem eſt, ac ſua natura, vti apud Gell. *Lib. II. Noct. Attic. cap. 7. quae ſua vi recta et honeſta ſunt*: modo ipſo effectu, vel τῇ δυνάμει.

An

An vero et simpliciter positum VI effectum notat in *l. 45. §. 1. D. ad leg. Falcidiam?* Vid. V. A. Cornel. van Bynkersh. *Lib. VII. Obseru. cap. 25.* HEIN. ¶. 10. VIRES, pro bonis et facultatibus. Sic sopra VIRES dotis: *l. 15. D. de donation. int. vir. et uxor.* VIRES fideiussoris: *l. 27. §. 2. D. de fideiussor.* VIRES hereditatis vel eius, cui crediturus eram. *l. 42. D. mandati.* VIRES patrimonii: *l. 36. D. de bonis libert. l. 1. §. 12. D. si cui plus, quam per leg. Falcid. l. 43. §. 1. D. de administr. et peric. tutor. l. 11. §. 5. D. ad leg. Falcid. l. 1. D. de legat. II. l. 5. C. de suspect. tutor.* Senec. *Lib. I. Controu.* Vltra VIRES portionis: *l. 11. §. 6. D. ad leg. Falcid.*

VISCERA, pars viscerum matris, vt ait Quinctilian. *declam. CCCXXXVIII.* Seneca *in Octauia.* Ouid. *Lib. VI. Metamorph. v. 192.*

Vteri pars haec est septima nostri.

Sic VISCERVM portio, partus antequam edatur. *l. 1. §. 1. D. de inspiciend. ventr.* VISCERIBVS vim inferre. *l. 8. D. ad leg. Cornel. de sicar. l. 39. D. de poen. l. 39. C. de quaestion.*

[VISCERATIO, in *l. 54. D. de legat. III.* idem scepulum, vt vocatur in *l. 122. princ. D. de legat. I.* vid. Senec. *epist. XIX. et LXXIII.* et vtroque loco Lipsium. Add. Reines. *Class. I. inscript. 105. p. 145.*]

VISELLIA lex, aduersus libertinos ingenuitatis iura et munia vsurpantes et sibi vindicantes scripta fuit. *tit. C. ad leg. Visell. l. vn. C. vict. ciuil. crim. ag.* Vet. Glossar. Graecum: VICELLIA lex, ἐστὶ νόμος παλαιὸς ἐκτεθεὶς ὑπὸ βεσελλίου ὑπάτου, τιμωρῶν τοὺς ἀπελευθέρους καὶ ἐπάγων ἀτιμίαν τοὺς ποιήσαντας τὰ τῶν εὐγενῶν, τουτέστι τοὺς συγκλητικοὺς γενομένους, ἢ ἑτέραν τινὰ τιμὴν, ἢ λέγοντας ἑαυτοὺς εὐγενεῖς εἶναι χωρὶς αἰτήσεως χρυσῶν δακτυλίων· καὶ κεῖται ἐν τῷ Κα. τοῦ θ. βιβλ. τοῦ Κώδ. Ἀνῃρέθη δὲ ὑπὸ τῆς νεαρᾶς τῆς ἐν τῷ κς. τίτλ. τοῦ μη - - - βιβλ. τῶν βασιλικῶν λέγουσα μὴ δεῖσθαι τοὺς ἀπελευθέρους χρυσῶν δακτυλίων, ὅθεν οὐκ ἔστι διαφορὰ εὐγενείας ἢ ἀπελευθερότητος.

VISIONES, vt Anton. Augustinus animaduertit, iureconsulti adpellant, quod Graeci θεωρήματα et θεωρίας. *l. 25. §. 15. D. de hered. petit. l. 8. §. 2. D. ad SC. Velleian. l. 8. in fin. D. de probation. l. 29. §. 5. D. mandati. Inspectionem* etiam dicunt iureconsulti nonnumquam in eamdem sententiam. *l. 31. §. 1. D. depositi. l. 44. §. 1. D. de obligat. et action. l. 12. §. 9. D. de captiuis.* vbi dicitur inspectatio. VISIONES plane Quinctilian. *Lib. vlt. cap. 10.* adpellat, quas Graeci φαντάσματα. [*Ciuitas vacatur studiis* VISIONIS. Apulei. *Lib. VIII. metamorph. p. 316.* Vocabulum autem VISIONIS semper a manu esse Triboniani, sit Cuiac. *Lib. III. Quaestion. Paull. ad l. 25. D. de probation.* et Wissenbach. *in Emblemat. Tribon p. 60.*] Repetit hoc Cuiacius etiam *Obseruat. XXI, 26.* quia Graecismum sapiat haec loquutio. Quasi vero et meliores aeui iurisconsulti a Graecismis religiosissime abstinuerint. Frequentissime in disputando veteres vtebantur verbo *videbimus.* Quinctil. *declam.* *CCCIX. Videbimus, an in controuersiam res adducta sit? declam. CCCXIV. Videbimus an in aliis partibus demens fuerit?* Add. *declam. CCCXXVI. CCCXXVII. CCCL.* Senec. *epist. CX. et CXVI.* conf. Io. Frid. Gronou. *ad Senec. de ira III, 14.* Itaque non mirum, si quaestionem, de qua disquirebant, *inspectionem* vel *visionem* nostri vocarint: quamuis alia notione ea vocabula alibi occurrere non ignorarint. HEIN.

VISPELLIO, vilium et ignobilium cadauerum elatorem significat. Et ita hoc verbum in Pandectis Florentinis scribitur, in *l. 31. D. de euiction. l. 7. D. ad SC. Trebell. l. 72. §. penult. D. de solution.* vbi BISPELLIONEM vsitata litterarum B. et V. commutatione scriptum est. Quod tamen in foedum errorem quosdam induxit. Sic et in Lexico B. Germani: BISPELLIONES, νεκροθάπται, κοπιᾶται. In aliorum auctorum codicibus VISPILLONES, et VESPILLONES adpellantur, vt apud Tertullian. *de pallio*, et Martial. *Lib. I. epigr. 31. et 48.* et in libello Fulgentii *obscurarum vocum p. 801. edit. Dion Gothofred.* Et apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXIX.* et Sidon. Apollin. *Lib. I. epist. vlt. et Lib. II. epist. 8.* vbi *vespillones et sandapilarios* coniungit. In codicibus tamen Suetonii, in *Domitian. Cap. XVII.* et Eutropii *Lib. VII.* quum de Domitiani funere agit, qui Venetiis anno 1490. impressi sunt, VISPILLIONES scriptum est. Dixi etiam de hoc verbo *Lib. I. de solutionib.* Vetus Glossariom vtriusque testamenti; VISPELLIONES, ait, *esse fossarios, qui mortuos portant.* Apud Festum Pompeium diligentia Anton Augustini restitutum sic legitur: *Vespae et vespelliones dicuntur, qui funerandis corporibus officium gerunt, non a minutis illis volucribus, sed qui vespertino tempore eos auferunt, qui funebri pompa duci propter inopiam nequeunt. Hi etiam* VESPILLONES *vocantur. Martial. Qui fuerat medicus nunc est VESPILLO Diaulus.*

VIT.

VITA decedere: *l. 36. §. vlt. D. de testam. milit. l. 9. D. de reb. dubiis. l. 101. l. 102. D. de condit. et demonstr. l. 11. D. ad leg. Falcid.* VITAE necisque ius: Caes. *Lib. VI. de bell. Gallic. Collat. Leg. Mos. et Roman. tit. IV. l. 1. D. de his, qui sui vel alien. iur.* Firmic. Matern. *Lib. III. Mathes. qui habeant etiam vitae et necis auctoritatem.* Seneca *Lib. I. de clement.* ¶. 2. VITA, pro conditione. VITAE tenuis: *l. 6. §. vlt. D. de offic. praesid.*

VITELLIVS, iurisconsultus. *l. 34. D. de adquir. possession.* VITELLIVM eumdem cum Masurio Sabino putat Anton. Augustin. *Emendat. I, 6.* deceptus, vt videtur, *l. 18. D. de hered. instit.* vbi Paullus in inscriptione ad Vitellium scripsisse dicitur, et tamen in textu ipso locus ex Sabino exscribitur. Sed non recordatus est vir doctissimus, Sabinum quoque scripsisse ad Vitellium; *l. 45. D. de legat. III. l. 8. l. 12. §. 27. D. de instruct. vel instrum. legat. l. 3. princ. D. de pen. legat. l. 22. in fin. D. de his, quae vt indign.* Ex eo ergo commentario ibi quaedam profert Paullus. Petr. *Perennon. Animaduers. II, 6.* Praeter

Sabinum et Paullum Vitellio eam operam nauarunt Cassius. *l. 12. §. 27. D. de instruct. vel instrum. legat.* et Aristo, vt ex *l. 3. §. 1. D. de poenu legat.* colligit Guil. Grotius *de vit. iurisconſ. II, 5.* HEIN.

VITIARE, pro corrumpere. VITIATVM aedificium: *l. 30. D. locati. l. 18. §. 11. D. de damno infect.* VITIARE fundamenta. *l. 24. §. 4. D. de damno infect.* VITIARE numos. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 25.* VITIATVS oculus: *l. 7. D. ad leg. Aquill.* VITIATVM praedium: *l. 15. §. 32. D. de damn. infect.* ¶. 2. VITIARE pro destruere, et efficere, vt nullius sit momenti. Sic: actio VITIATVR petitione, id est, extinguitur vel tollitur. *l. 14. §. 4. D de except. rei iudic.* VITIANTVR actus legitimi: *l. 77. D. de regul. iur.* VITIARE matrimooium: *l. 3. C. de interdict. matrimon.* VITIATA obligatio: *l. 1. §. 3. D. de verb. oblig.* VITIATA est regula: *l. 1. D. de regul. iur.* VITIARE scripturas: *l. 94. D. de regul iur.* stipulationem: *l. 65. D. de verbor. signific. l. 1. §. 3. D. de verbor. obligat.*

VITIOSE, id est, non idonee, cautum, vel satisdatum. *l. 6. D. qui satisdar. cog.* VITIOSE tutor datus, id est, errore. *l. 37. D. de excusation.* VITIOSE vti: *l. 1. §. 20. D. de aqua quotid. et aestiu.* VITIOSE et recte vti opponuntur. *l. 6. D. de itiner. actuqu. priuat.* VITIOSE possidere. vide VITIVM.

VITIOSVS, A, VM, qood vitio laborat. VITIOSAE aedes: *l. 7. §. 2. l. 9. princ. l. 13. l. 15. §. 13. l. 18. §. 1. et 2. l. 24. §. 2. l. 27. D. de damn. infect.* VITIOSAE aedes et incolumea opponuntur. *l. 13. §. 2. D. eod. tit.* et integrae. *l. 13. §. 11. D. eod. tit.* VITIOSA dolia: *l. 19. §. 1. D. locati.* VITIOSA exheredatio: *l. 3. §. 2. D. de liber. et postum.* VITIOSA institutio: *l. 32. D. de hered. instituend.* VITIOSA insula *l. 13. §. 2. D. de damno infect.* VITIOSVM iugum: *l. 38. §. 13. D. de aedilit. edict.* VITIOSVS paries: *l. 18. §. 11. D. de damn. infect.* VITIOSA pars: *l. 38. §. 1. D. de damno infect. l. vlt. D. locati.* VITIOSA possessio, vide *vitia possessionis.* VITIOSVS sermo: *l. 34. D. de aedilit. edict.* VITIOSA tigna: *l. 17. §. 3. D. commodati.* vasa: *l. 18. §. 1. D. eod. tit.*

☞ VITIS. VITES etiam arboris adpellatione continentur. *l. 1. D. de arbor. caedend.* Et saepissime arboribus accensentur vites, tum in iure nostro. *l. 2. D. arbor. furt. caesar.* verum etiam apud Plinium *Lib. XIV. Hist. natur. cap. 1.* immo et Horat. *Carmin. I, 18. 1.* aliosque, quorum testimonia attulit Menagius *Amoen. iur. ciu. Cap. IX.* HEIN. VITES transducere in arbores. *l. 3. §. 4. D. vti possidetis.* quia arboribus olim et maxime vlmis maritabaotur. VITIVM incensores in Mysia grauius puniuntur. *l. 16. §. penult. D. de poenis.*

VITIVM, a *morbo* in Aedilium edicto separatur. Eaque inter haec verba differentia statuitur, quod *morbus* temporalis est corporis imbecillitas: VITIVM vero perpetuum corporis impedimentum, veluti si luscus qois sit: *l. 1. princ. et §. 7. D. de aedilit. edict. l. 101. §. 2. D. de verbor.* *significat.* Glossar. vet. Graec. VITIVM, πάθος. ¶. 2. In stipulatione vero damni infecti, qua de VITIO loci operisue cauetur, VITIVM esse definitur, quod accidens extrinsecus vitiosas aedes facit. *l. 15. §. 13. et sequ. D. de damn. infect.* Ita exaudienda verba: quod si arbores vetustate deciderint, VITIO earum casus factus intelligitur. *l. 24. §. 9. D. de damno infect.* VITIVM loci, *l. 14. §. 1. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* VITIVM loci dicitur nocere aquae, apud Ciceron. *in Topic. quoties*, vt Boethius ibi explicat, *naturaliter ita sese locus habet, vt excipere aquam posset et nocere verno. Palustris itaque locus et arenosus vitiosus non existimabitur, quia naturale id VITIVM est.* VITIVM operis vel soli: *l. 18. §. 1. D. de damn. infect.* Quo referenda sunt verba Ciceronis *in Topic. Non enim eius* VITIO, *qui demolitus est, damnum factum est, sed eius operis VITIO, quod ita aedificatum est, vt suspendi non possit.* Propter rei VITIVM: *l. 48. §. 1. D. de adquir. vel amitt. possession.* ¶. 3 VITIVM *facere* aedificia dicuntur, interprete Boethio *in Topic. Cicer. Cap. III.* quae ruinam minantur. *l. 28. §. vlt. l. 3. D. locati. l. 32. D. de damn. infect.* VITIVM etiam *facere* nauis dicitur. *l. vlt. §. penult. D. de leg Rhod. de iactu.* Hirtios *de bell Alexandr. Cap. XIX. Turris lignea ab imo* VITIVM *fecit, vsque ad tabulatum secundum.* ¶. 4 VITIVM etiam pro culpa ponitur. Sic VITIO suo qoem caussa cecidisse, VITIOVE eius quid accidisse, id est, culpa dicimus. *l. 22. in fin. D. de negot gestis. l. 95. §. penult. D. de solution. l. 71. in fin. D. de condit. et demonstration.* Sic verba, VITIO suo accipienda sont, in *l. 63. §. vlt. D de euiction.* Sine VITIO soo, id est, sine culpa sua. *l. 4. C. de pignor. action.* ¶. 5. VITIVM, pro defectu. Sic in ambigua voce legis ea potius accipienda significatio, quae VITIO caret. *l. 19. D. de legibus.* et quae facit, vt vox interpretata aliquid operetur: neque enim maligne accipienda est *l. 126. §. 2. D. de verbor. obligat.* ne vitium adferat interpretatio, et nullius momenti faciat esse legem. ¶. 6. VITIA *possessionum*, alia sont *ex re*, veluti quod res fisci sit, vel furtiua, vel vi possessa, vel contra legem Iuliam repetundarum accepta: alia *ex persona*, veloti si mala fide, si clam, si precario quis possessionem sit ingressus. *l. 11. C. de adquir. possess. l. 13. §. 1. D. eod. tit. l. 24. D. de vsurpation. l. 13. §. 1. D. de Publiciana.* VITIOSVM itaque *initium possessionis* est, si quis rei alienae sciens possessionem adprehendat. *l. 15. §. penult. D. de vsurpation.* quae VITIOSA possessio adpellatur, *l. 14. l. vlt. D. de adquir. possess.* et qui eam possidet, VITIOSE *possidere* dicitur. *l. 3. §. 1. D. de itin. actuqu. priuat.* VITIOSE autem coepisse possidere intelligitur, qui vi, clam, vel precario, vel mala fide coepit possidere. *l. 2. §. 11. D. pro emtor. l. 13. §. vlt. l. vlt. D. de adquir. possess. l. 3. §. 1. l. penult. D. de itin. actuque priuat. l. 1. §. 20. D. de aqua quotid. l. 15. §. penult. D. de vsurpation.* qui et VITIOSE nactus possessionem dicitur. *l. 4. §. vlt. D. de vsurpation.* Ex contrario sine VITIO tradita possessio, in *l. 24. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 1. §. vlt. D. de exception. rei vend. l. 1. C. vnde vi.* ¶. 7. Tenendae etiam sequentes loquutiones. VITII quid addere in aurum: *l. 9. C. ad leg. Corn. de fals.*

VIT. VIV.

VITIVM adferre, id est, destruere. *l. 77. D. de regui iur.* VITIVM amotum: *l. 24. D. de donat. int. vir. et vxor.* VITIVM caeli: *l. 8. C. de locato.* VITIVM contrahere: *l. 6. C. de re milit.* Cum VITIO facta substitutiu: *l. 41. §. vlt. D. de vulg. et pupill. subst.* Eodem VITIO laborare; *l. 126. §. 2. D. de verbor. obligat.* VITIO materiae fracta gemma. *l. 13. §. 5. D. locati.* VITIVM pronunciationis, id est, error, qui in pronunciatione admissus est. *l 37. D. de excusation.* VITIVM sterilitatis: *l. 18. C. de locato.* VITIO subiectum testamentum: *l. 2. C. de edicto D. Hadrian. tollendo.*

VITRASIANVM Senatusconsultum, de manumissis, et pretiu manumissionis. *l. 30. §. 6. D. de fideicommissar. libert.*

VITREA, absolute, pro vitreis vasis, in *l. 12. §. 28 D de instruct. vel instrum. legat.* [et apud Senec. *Lib. I. de ira cap. 12.* *Si* VITREVM *fractum est*: quamquam *vitrum* eu loco legendum existimet Lipsius, sed sine caussa. VITREVM autem nun semper significare, quud est ex vitro, sed aliquando etiam, quud vitri culorem habet, ex Virgil. *IV. Georg. v. 350.* prubat Salmasius *ad Lamprid. Elagabal. Cap. XIX.* conf. Nicii Erythraei *Indic. Virgil.* voce *vitreisque sedilibus*] VITREA escaria et putoria: *l. 3. §. 1. D. de supellectil. legat.*

VITREAMINA, iu *l. 18. §. penult. D. de instruct. vel instrum. legat.*

VITRIARIVS. *l. 2. C. Theod. de excusat. artific.* Lamprid. *in Alexandro Cap. XXIV.*

[VITVPERARE. *l. 4. §. 1. D. de alien. iudic. mutand.*]

VIV.

VIVARIVM, locus septus est, quo inclusae ferae custodiuntur et adseruantur. *l. 62. §. 1. D. de vsufructu. l. 3. §. 14. D. de adquir. possess.* vbi Paullus a VIVARIIS piscinas separat, et quod initio VIVARIIS, ei pustea *siuis circumseptis* oppunit. Sic et apud Plin. *Lib. VIII. cap. 52.* vbi VIVARIA *primum togati generis inuexisse Fuluium quemdam*, scribit, qui in *Tarquiniensi feras pascere instituit.* Columella *Lib. VIII. cap. 1. Vel etiam pecudum siluestrium, quae nemoribus clausis custodiuntur,* VIVARIA. Idem *Lib. IX. in praef. Mos antiquus lepusculis caprisque ac similibus feras iuxta villam plerumque subiecta dominicis habitationibus ponebat* VIVARIA, *vt et conspectu suo clausa venatio possidentis oblectaret oculos.* Ammiau. Marcellin. *Lib. XXXI. Ita hic quoque intra septa, quae adpellant* VIVARIA, *sagittarum pulsibus crebris dentatas conficiens bestias incidentia multa parui ducebat.* Gellius *Lib. II. cap. 20.* VIVARIA, *quae nunc dicuntur septa quaedam loca, in quibus ferae viuae pascuntur: Varro Lib. III. de re rustic. dicit, leporaria adpellari.* ei mux: VIVARIA *autem, quae nunc vulgus dicit; sunt quos Graeci παραδείσους adpellant;* quae *parca* dicimus, quae inclusa animalia continent. Pru pascuis etiam, uedum pro septis clausis ferarum hoc verbum vsurpatur a Seneca *epist. XCI.*

VIV. VIX. VLC. VLL.

VIVARIA *piscium in hoc clausa, vt tempestatum pericula non adiret gula, et quamuis acerrime pelago saeuienti haberet luxuria portus suos, in quibus distinctos piscium greges saginaret.* Haec Seneca. Pro piscina etiam hoc verbum vsurpat Columella *Lib. VIII. cap. 16. et cap. vlt.* Quint. Curtius *Lib. VIII. cap. 9. n. 28. Venatoris maximus labor est, inclusa* VIVARIA *animalia inter vota cantusque pellicum fugere.* Viuaria autem muraenarum, ostrearum, cochlearum dixit Plinius *Lib. IX. cap. 54. 55. 56.* [VIVARIA etiam adpellauit alius quidam nun aeque notus Plinius, Valerianus Empiricus dictus, *ferinam e* VIVARIO *carnem*, quod primus Barthium docuit Reines. *II, Var. Lect. 8. p. 198.*]

VIVERE vento. *l. vlt. C. de pupill. aliment.* ¶. 2. [VIVERE etiam actiones dicuntur, quae nondum exspirarunt *princ. Inst. de perpet. et tempor. act. l. 3. C. de praescript. XXX. vel XL. annor. l. 1. §. 1. C. de annal. except. Ital. contract. toll. l. 3. C. de temp. adpellat.* VIVERE lis. *l. 21. in fin. C. de fide instrum.*]

VIVIANVS iurisconsultus laudatur *l. 1. §. 45. et 46. D. de vi et vi arm. l. 1. §. 6. D. de itin. actuqu. priuat. l. 17. §. 4. D. commodati.*

VIVVS, A, VM. Adsignare VIVVS: *l. 1. §. 3. D. de adsign. libert.* Si VIVVS alienauerit: *l. 21. D. de fideicommiss. libert.* Inter VIVOS confici: *l. 4. C. de donation. inter vir. et vxor.* Si VIVVS in parentem filius contulit, id est, inter viuos. *l. 1. §. 3. D. si a parente quis manum.* VIVVS manumittere: *l. 4. §. 8. D. de fideicomm. libert. l. 20. D de manum testam. l. 3. §. vlt. D. de instruct. vel instrum. legat.* et inter VIVOS manumittere: *l. 3. C. de iur. dot.* Inter VIVOS et testamento manumittere opponuntur. *l. 1. D. de adsign. libert.* VIVVS pater dare dicitur, iu *l. 11. C. de legat.* VIVO patre testature nasci: *l. 3. l. 12 D. de iniusto, rupt. irrit. l. 16. D. de testam tutel. l. 8. l. 24. D. de liber. et postum.* ¶ 2 VIVI crematio: *l. 28. princ. D. de poen.* VIVI exuri: *l. 16. l. 28. §. 12. l. 38. §. 1. D. de poen.* ¶. 3. VIVA aqua: *l. 10. D. quod vi aut clam.*
¶. 4. VIVA vux. *l. 8. D. de iustit. et iure.* Sic et Graeci *ζῶσαν φωνὴν* dicunt.

VIX.

VIX est, vt id obtineat. *l. 7. §. 5. D. de adquir. rer. domin.* VIX est, vt voluerit. *l. 114. §. 4. D. de legat. I.* VIX id obtinere putest. *l. 18. D. de legat. III.* VIX poterunt persuadere. *l. 3. ad leg. Falcidiam.* VIX ad quartam partem aeris alieni sufficere. *l. 23. D. quae in fraud. creditor.*

VLC.

VLCISCI mortem: *l 9. C. de his, quae vt indign.* VLCISCI uecem mortemque defuncti: *l. 15. D. ad SC. Silanian.*

VLL.

[VLLVS, aliquis. VLLIVS momenti, id est, alicuius. *l. 4. §. vlt. D. de decret. ab ordin. faciend.*]

VLPIA-

VLP.

VLPIANVS, *Domitius*, iurisconsultus, de quo supra *Lib. IV.* in *Domitius* satis copiose diximus. De VLPIANO quaedam veluti per lancem saturam. Tyrium Syrophoenicem eum fuisse, patet ex *l. 1. princ. D. de censib.* Floruit sub Seuero et Antonino, sub Elagabalo aut in exsilio fuit, aut dignitate priuatus. Lamprid. *in Elagabalo Cap. XVI.* Sub Alexandro Praefectus praetorio fuit, quin ἐπιγνώμων καὶ ὥσπερ κοινωνὸς τῆς ἀρχῆς, *inspector ac veluti particeps imperii.* Zosim. *Hist. I, 11.* vt summum Imperatorem ideo factum Alexandrum putet Lamprid. *in Alexandro Cap. LI. quod Vlpiani consiliis praecipue rexerit rempublicam.* Non mirum ergo, Alexandrum eum amicum vocasse. *l. 4. l. 24. C. locat.* Stilus eius multa habet singularia, nec semper est elegantissimus, fatente illustri viro Corn. van Bynkersh. *Obseru. VIII, 15.* nec tamen Hebraismos in eius fragmentis reperiri, olim singulari dissertatione aduersus Ant. Augustinum aliosque ostendimus. Proculianis eum fuisse existimat V. A. Eu. Otto *in Papiniano XIII, 9. p. 297.* Sed id non magis certum, quam quae de aemulatione inter eum et Paullum, quin et Papinianum plerique sibi videntur obseruasse. HEIN. [VLPIANVM quemdam Tyrium, vnum ex Deipnosophistis κατέκειτον dictum, Athenaeus *in prooemio operis*, et ex eo Suidas in κατέκειτος testantur. Id de nostro accepit non modo Lectius *de vita et scriptis Vlpiani Orat. I.* sed et alii. Sed vide Ger. Io. Vossium *de Histori. Graec. Lib. III.* et Hier. Wolffium *ad Vlpian Comment. Demosthen. p. 109.*] ¶. 2. [VLPIANVM *rhetorem* fuisse Christianum, ostendit Cuiac. *in Cap. I. de vit. et honest. cleric.* et huic *libros* adsignat *opinionum* Iac. Gothofredus *in Comment. ad l. 61. D. de regul. iur.* quod eius stilus saeculum Constantini redoleat.]

VLT.

VLTERIOR, proximo opponitur. *l. 65. D. de verbor. significat. l. 69. §. vlt. D. de legat. II. l. 52. §. 9. D. pro socio.* VLTERIORES, *l. 3. D. de postulando.* VLTERIORES aedes: *l. 4. §. vlt. D. si seruit. vindic.* VLTERIOR agna[tus]: *l. 2. §. 5. D. de suis et legitim.* VLTERIOR gradus: *l. 53. D. de ritu nuptiar.* Sic primo grado procreati et VLTERIORES opponuntur. *l. 32. §. vlt. D. de legat. II.* item VLTERIOR heres: *l. 2. §. 18. D. pro emtor.* VLTERIOR successit: *l. 28. §. 1. D. de liber. et postum.* VLTERIOR vicinus: *l. 1. §. 11. D. de cloacis.* VLTERIVS tempus: *l. 5. D. de precario. l. vlt. D. de manumiss.* VLTERIVS et longius tempus. *l. 5. D. de precar.*

VLTERIVS, pro vltra. *l. vlt. D. de pactis. l. 27. §. 1. D. de minor.*

VLTIMVS est, quem nemo sequitur. *l. 2. §. 4. D. de suis et legitim.* Alias VLTIMVM idem est ac supremum et summum. VLTIMVM iudicium: *l. 9. D. de inoffic. testam.* VLTIMVM vitae tempus: *l. 11. §. 9. D. de donat. inter vir. et uxor. l. 13. D. de statulib. l. 17. §. vlt. D. de manumiss.* VLTIMA voluntas: *l. 6. D. de condit. et demonstrat. l. 1. C. si contr. matr.* VLTIMA voluntate relinquere: *l. 16. D. de interdict.*

VLT.

¶. 2. VLTIMAM *poenam*, Plinius *Lib. II. epist. 2.* et Sueton. *in Iulio cap. XIV.* dixerunt, quae alias VLTIMVM *supplicium. l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 1. §. 28. D. ad SC. Silan.* Plin. *Lib. VIII. epist. 14.* Curt. *Lib. VI. cap. 7. n. 31.* quod mortem interpretamur. *l. 21. D. de poenis. l. 1. in fin. D. ad leg. Cornel. de fals.* Quod et Gregorius Nyssen. *in disput. de anima* notat. Ad bestias itaque damnati, quia ea damnatio mortem irrogat, VLTIMO supplicio damnati dicuntur. *l. 29. D. de poenis.* Sic VLTIMO supplicio damnata: *l. 18. D. de statu hom.* VLTIMO supplicio puniri: *l. 5. §. vlt. D. ad leg. Iul. de vi publ. l. 38. §. 8. D. ad leg. Iul. de adulteriis.* Sic Graeci ἐσχάτην δίκην, vt Plutarch. *in Ciceron.* et ἐσχάτην κόλασιν, vt Appian. *Lib. I. de bell. ciuil.* et ἐσχάτας τιμωρίας, vt Demosthen. περὶ στεφάνου *p. 193.* adpellant.

VLTIO, pro vindicta. VLTIO necis testatoris. *l. 7. C. de his, quae vt indign.* VLTIO publica: *l. 11. C. de accusationib.*

VLTRA, pro post. VLTRA annum: *l. 24. D. de in ius vocand.* et sic VLTRA diem: *l. 1. C. de recept. arbitr.* VLTRA mortem: *l. 52. §. 9. D. pro socio.* ¶. 2. VLTRA, pro trans. VLTRA, vel vt in Florent. scribitur, VLS Tiberim. *l. 2. §. 31. D. de orig. iur.* VLTRA viam: *l. 38. D. de adquir. rer. domin.* ¶. 3. VLTRA, pro supra. VLTRA dodrantem. *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 87. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* VLTRA facultates damnari: *l. 21. D. de re iudicat.* VLTRA modum sumtuum: *l. vlt. C. quemadm. ciuil.* Non VLTRA quadrantem: *l. 18. D. de legat. praestand.* VLTRA vires facultatum: *l. 2. §. vlt. D. vbi pupill. educar.* VLTRA vires patrimonii: *l. 12. D. de testam. milit. l. 9. §. 1. D. de minorib.* ¶. 4. VLTRA, porro. VLTRA contendere: *l. 1. D. de edendo.* VLTRA procedere: *l. 15. §. 7. D. de re iudicat.* et VLTERIVS procedere: *l. 27. §. 1. D. de minor.*

VLTRO. Particula haec quasdam potestates habet, non satis notas, nisi in veterum litterarum tractatione atque cura exercitis. Primus autem admonui, VLTRO interdum significare vltra, versa vice, prior. Idque in Terentii *Adelph. Act. IV. scen. 3.* et a Seruio *in Lib II. Aeneid. v. 145.* esse adnotatum. Iustin. *Lib. XXII. cap. 5.* VLTRO*que victores insequuti.* Eamdem significationem Cuiac. *Lib. III. Obseru. cap. 2.* obseruauit, eamque sibi deprehendere visus est in *l. 1. §. 6. D. vti possidet.* *Actio numquam* VLTRO *possessori datur*, id est, numquam prius possessori datur. Liu. *Lib. I. cap. 5.* *Latrones captum regi Amulio tradidisse*, VLTRO *accusantes.* Petr. Perrenon. *Animadu. I, 13.* eamdem significationem deprehendit in *l. 2. princ. D. ad leg. Rhod. de iact.* VLTRO*que ex locato habiturus est actionem*, nec non in *l. 6. D. de bonis damnat.* *Itaque neque speculatores* VLTRO *sibi vindicent, neque optiones.* VLTRO, id est, prius, quam reus damnatus sit, quod patet ex *l. 2. D. eod. tit.* HEIN. Harum omnium significationum exempla ego obseruaui in *l. 3. §. 4. D. de condict. caussa dat. l. 1. §. 6. D. vti possidet. l. 2. D. ad leg. Rhod. l. 34. §. 3. D. de contrah. emtion. l. 15. D. de oper. nou. nunciat. l. 29. in fin. D. famil.*

famil. ercisc. l. 59. D. de furt. l. 1. in fin. D. de vsur. l. 25. D. de liberat. causs. l. 18. §. 2. D. de castrens. pecul. l. 10. D. de negot. gest. l. 19. D. mandati. l. 22. D. ex quib. causs. maior. l. 11. §. 3. l. 37. §. 4. D. de legat. III. Cicero *pro Quint. cap. XXIII. Vnus fuit Sex. Naeuius, qui quum ipse* VLTRO *deberet.* Tacit. *Lib. XI. Annal. cap. 29. Deinde metu, ne ad perniciem* VLTRO *traherentur, desistunt.* Idem *Lib. VI. Annal. cap. 23. Consultusque Caesar, an sepeliri sineret, non erubuit permittere, vltroque incusare casus, qui reum abstulissent.* Idem *Lib. VI. cap. 30.* VLTRO*que damnatur, atque vrbe exigitur.* et *cap. 31. Non despectum id apud barbaros,* VLTRO*que potentiam habet.* Plin. *Lib. XXXV. cap. 6. Qui adulterant vero iudicio stercora columbina vel annulariam* VLTRO *inficiunt.* Idem *Lib. V. cap. 9. Caussas huius incrementi varias prodidere, sed maxime probabiles, Etesiarum eo tempore ex aduerso flantium repercussum,* VLTRO *in ora acto mari.* Idem *Lib. XXIX. cap. 1. Quinimmo transit conuicium et intemperantia culpatur,* VLTRO*que qui periere arguuntur. Accius Phoenissis incusat* VLTRO *a fortunae opibusque omnibus desertum.* Sueton. *in Tiber. cap. XI. Sed neque impetrauit,* VLTRO*que etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum.* Apulei. *Apolog. II. Sed necquidquam tentata eius grauitate,* VLTRO *leuitatis et inconstantiae increpitus reportat.* Augustin. *lib. de gest. cum Emerito. Ab eo imperatore, ad cuius examen criminationes suas* VLTRO *accusando miserunt.* Sil. Italic. *Lib. XVI.*

Latius adfatur iuuenem ac prius incipit vltro.

¶. 2. Sic: VLTRO adire: *l. 1. C. ne tut. vel curat.* agere: *l. 18. §. 2. D. de castrens. pecul. l. 15. D. de oper. noui nunciat.* VLTRO actio competit: *l. 25. D. de liberat. legat.* VLTRO conueoire: *l. 1. §. vlt. D. de vsur.* VLTRO iurare: *l. 23. D. de dolo mal.* VLTRO petere: *l. 11. §. 3. D. de legat. III.* peti: *l. 37. §. 4. D. eod. tit.* VLTRO pecuniam offerre: *l. 11. §. 4. D. eod. tit.* VLTRO desiderare: *l. 39. D. de liber. caussa.* VLTRO proferri: *l. vlt. C. de alim. pupill.* ¶. 3. Quemadmodum vero VLTRO aliquando ex vna parte notat, ita VLTRO *citroque* valet, hinc inde, ex vtraque parte, ex vtroque latere. *l. 19. D. de verb. signif. l. 2. D. de negot. gestis.* VLTRO *citroque* actio: *l. 38. §. 2. D. de noxal. action. §. 2. Inst. de oblig. quae quasi ex contract.* Pensitatio VLTRO *citroque* facta. *l. 52. §. 2. D. famil. ercisc.* Rationem esse, Labeo ait, VLTRO *citro* dandi, accipiendi, credendi, obligandi, soluendi sui caussa negotiatiooem. *l. 6. §. 3. D. de edendo.* Hereditas inter masculos VLTRO citroque capitur. *§. 3. Inst. de legitim. agnat. success.*

VMB.

VMBRA arboris oocere: *l. 1. §. vlt. D. de arbor. caedend.* ¶. 2. [VMBRAE inanes et cassae imagines dignitatum; *l. 74. v. inanes. C. Theod. de decurion. Lib. XII. tit. 1.*]

VNC.

VNCIA duodecima pars est assis, et, vt Cassiodor. *Lib. I. Variar. epist. 10.* scribit, *mensurae primus gradus.* VNCIAE hereditatis. *l. 60. l. 78. §. 2. D. ad SC. Trebellian.* Ex VNCIA heres, id est, ex duodecima parte herea. *l. 24. D. de leg. Cornel. de fals. l. 30. D. de adimend. legat. l. 5. §. 1. D. de legat. praestand. l. vlt. §. vlt. D. de legat. III. l. 8. §. vlt. D. de legat. praestand. l. 42. D. de legat. III.* Ex duabus VNCIIS heres: *l. 6. C. de iur. deliber. l. 7. C. de negot. gestis.* Sic etiam VNCIAE vsurae: *l. 47. §. 4. D. de administrat. et peric. tut.*

VNCIARIVS heres: *l. 34. §. 12. D. de legat. I.* VNCIARIA lex. Festus *Lib. vlt.*

VND.

VNDE, pro a quo veteres dicebant, vt testis est Donatus *in Terent. Eunuch. prolog.* citans illud Virgilii: *genus vnde Latinum.* Sic: is, VNDE is emit. *l. 15. §. 1. D. de diuers. tempor. praescript.* VNDE erat: *l. 1. §. 1. D. de effractor.* id est, vnde oriondus erat, quae loquutio familiaris est Ciceroni, veluti *Topic. cap. 6.* Scholiast. *Horatii p. 373. et p. 311.* Itaque reum a quo petitur, eum VNDE petitur, Latini adpellant. Cic. *Lib. VII. ad diuers. epist. 11. Omnibus vnde petitur hoc consilii dederim.* Vnde petas. *l. 60. §. 2. D. iocati.*

VNG.

VNGVENTVM. VNGVENTIS legatis, non tantum ea legata videntur, quibus vngimur voluptatis caussa, sed et valetudinis. *l. 21. §. 1. l. 25. in fin. D. de aur. arg. legat.* VNGVENTA autem coactis odoribus fieri, ait *l. 27. §. 1. D. de adquir. rer. domin.* In VNGVENTA dare pecuniam: *l. 7. §. 1. D. de donatiou. inter vir. et uxor.*

VNI.

VNIO, margarita est ex concha, quae apud rubrum mare et crescit et coalescit. *l. 6. l. 19. §. 13. sequ. D. de aur. arg. legat.* Plin. *Lib. XI I. cap. 1.* VNIO *in maris rubri profundo, smaragdus in ima tellure quaeritur.* Apertius hoc demonstrat idem auctor *Lib. IX. cap. 25.* Scribit autem Isidorus *Lib. XVI. orig. cap. 10. Inde* VNIONES *dictos, quod tantum vnus, numquam duo vel plures simul reperiantur.* [VNIONEM soluere. vid. *in soluere.* et adde Rad. Forner. *Lib. I. Rer. quotidian. cap. 11. 12.*]

VNITAS. Terra VNITATEM facere dicitur, qoum crusta terrae coaluit. *l. 9. §. 2. D. de damn. infecto.* VNITATE maioris partis consumi. *l. 23. §. 5. D. de rei vindicat.*

VNITVS. VNITA pars parti: *l. 15. §. 13. D. de damno infect.*

VNIVERSALIS. Res VNIVERSALES et singulares opponuntur. *l. 1. D. de interdict.*

VNIVERSITAS, adpellatur collegium, corpus, curia, societas. *tit. quod cuiuscumqu. vniuers. nom et tit. de manumiss. quae seru. ad vniuersit. pert.* Durat vero et manet VNIVERSITATIS nomen, etiamsi ad vnam personam reciderit. *l. 7. §. vlt. D. quod cuiusc. vniuers. nomin.* VNIVERSITAS vel respublica. *l. 10. §. 4.*

§. 4. D. de in ius vocando. Sic VNIVERSITATIS res sunt, quae in ciuitatibus sunt, theatra, stadia, et si qua alia sunt communia ciuitatum: *l. 6. §. 1. D. de rer. diuis. §. 6 Inst. eod. tit.* VNIVERSITATIVM liberti: *l. 1. D. de adsignand. libert.* ¶. 2. VNIVERSITAS et singula corpora opponontur. *l. 1. D. de dote praeleg.* Sic VNIVERSITAS et res, seu quantitas opponuntur. *l. 16. §. 1. D. ad SC. Trebell.* ¶. 3. VNIVERSITAS quoque pro vniuersitate siue iorium, siue rerum et bonorum, vt hereditate, vt castrensi peculio, coi singulae res opponuntur. *l. 1. §. 1. D. quor. bonor. l. 20. §. 10. D. de heredit. petition. l. 1. D. de rei vindic. l. 7. §. vlt. D. de bonis damnat. l. 1. princ. D. de interdict.* Sic VNIVERSITAS aedificii: *l. 7. §. 11. D. de adquir. rer. domin.* aedium: *l. 23. D. de vsurpation. l. 8. D. quod vi aut clam* agrorum: *l. 239 §. 8. D. de verbor. signific.* bonorum: *l. 18. D. de testam. milit.* VNIVERSITAS consummationis: *l. 51. §. 1. D. locati.* VNIVERSITATIS emtor: *l. 13. §. 8. D. de heredit. petit.* VNIVERSITAS fundi, *l. 2. §. 6. D. pro emtore. l. 10. D. de legat. II.* pro toto fundo: *l. 30. D. famil. ercisc.* VNIVERSITATIS cuiusque successio: *l. 3. D. de bonor. possess.* Ad VNIVERSITATEM venire, id est, ad successionem omnium bonorum. *l. vlt. D. de bonis damnat.* VNIVERSITATIS vsusfructus relictus, veluti iumenti vel equitii. *l. 70. § 3. D. de vsufruct.* ¶. 4. Per VNIVERSITATEM transire. *l. 62. D. de adquir. rer. domin.* et per VNIVERSITATEM transit praedium. *l. 1. D. de fundo dotal.* Caius *Lib. II. Instit. tit. 2. §. 1.* Per VNIVERSITATEM, ait, hoc est, omnia simul bona adquirimus hereditate, adoptione. Sic in *§. vlt. Inst. per quas person. nob. adquir.* et *princ. Inst. de adquisit. per adrogat.* et in *l. 1. C. Theod. de action. certo temp. finiend.* verbum hoc accipiendum est.

VNIVERSVS, A, VM, pro omne. Sic VNIVERSAE et singulae res opponuntur. *l. 7. D. pro dote.* VNIVERSAE actiones: *l. 45. D. ad SC. Trebell.* VNIVERSA bona: *l. 18. §. 1. D. de his, quae vt indign. l. 37. §. 3. D. de legat. III. l. 17. §. 1. D. quae in fraud. creditor. l. 3. C. de remiss. pignor. l. 1. C. in quib. causs. pignor.* VNIVERSA bona et praedia: *l. vlt. §. 4. D. de legat. II.* Sic et VNIVERSORVM bonorum societas. *l. 5. l. 7. D. pro socio.* id est, earum rerum, quae posteacumque adquirentur. *l. 73. D. eod. tit.* VNIVERSAE chartae: *l. 52. §. 4. D. de legat. III.* facultates; *l. 15. C. de legatis.* VNIVERSARVM fortunarum societas: *l. 73. D. pro socio.* VNIVERSI fructus: *l. vlt. D. de iur. fisci.* VNIVERSI iudices: *l. 37. D. de re iudicat.* VNIVERSA legata: *l. 7. D. de instruct. vel instrum. legat.* VNIVERSI liberi: *l. 87. §. vlt. D de legat. II.* VNIVERSAE pensiones: *l. 58. D. de fideiussor.* prouinciae: *l. 6. §. 8. D. de offic. praesid.* stationes: *l. 28. §. 9. D. de liber. legat.* VNIVERSAE res hereditariae, siue iura sunt, siue corpora. *l. 18. §. vlt. D. de hered. petit.* VNIVERSAE res, non singularum rerum partes. *l. 52. §. vlt. D. famil. ercifcund. l. 7. D. pro dote.* VNIVERSAE species, quae in fundis erunt. *l. 92. D. de legat. III.* Sic et VNIVERSAM vestem: *l. 16. D. de donation.* ¶. 7. VNIVERSVS pro toto. VNIVERSAE aedes: *l. 30. D. de adquirend. possess.* VNIVERSA conductio; *l. 1. §. 4. D. de migrando.* VNIVERSVM creditum. *l. 90. §. 1. D. de solution.* et ex VNIVERSO credito: *l. 94. §. vlt. D. eod. tit.* VNIVERSVM debitum: *l. 2. C. de pignorib.* VNIVERSI debiti: *l. 116. D. de verb. oblig.* In VNIVERSVM dominium succedere: *l. 70. D. de verb. signific.* VNIVERSA dos: *l. 9. D. de dote praelegat.* VNIVERSA emtio praediorum: *l. 41. D. de legat. III.* familia: *l. 14. D. de option. legat.* Sic VNIVERSA familia et certa opponuntur: *l. 65. D. de legat. II.* VNIVERSVM fideicommissum: *l. 78. §. 7. D. ad SC. Trebell.* VNIVERSVS fundus: *l. 86. §. vlt. D. de legat. III.* VNIVERSVS fundus hereditarius: *l. 41. D. eod. tit.* VNIVERSVS grex: *l. 30. §. vlt. D. de vsurpation.* VNIVERSA hereditas: *l. 41. §. vlt. D. de legat. III. l. 21. §. 2. D. de ann. legat.* VNIVERSVM ius: *l. 67. D. de regul. iur.* VNIVERSA obligatio nominis: *l. 34. D. de legat. III.* patrimonium: *l. 21. §. 2. D. de excusation.* VNIVERSA possessio plurium praediorum: *l. 1. D. de reb. dub.* VNIVERSVS reditus patrimonii: *l. 2. D. vbi pupill. educ.* VNIVERSAM rem restituere: *l. 14. §. vlt. D. ad SC. Trebell.* VNIVERSA substantia: *l. 78. §. 8. D. eod. tit.* summa: *l. 48. D. de solutionib. l. 135. §. 2. D. de verbor. obligat. l. 63. D. de fideiussor.* ¶. 3. *In* VNIVERSVM obligare: *l. 2. §. 11. D. de administr. rer. ad ciuit. pertin.* *In* VNIVERSVM sequenda regula. *l. 11. §. vlt. D. de doli mali except.* ¶. 4. [VNIVERSA non, id est, nulla. *l. 4. C. de precib. Imper. offerend.*]

VNIVIRA, quae vni viro nupserat, apud Tertullian. *Lib. I ad vxor cap.* 7. et alias, et Trebell. Pollion. *in trig. Tyrann. Cap. XXXII.* et in lapide apud Gruter. *Inscript. p. MCXLI, 1.*

VNVS, A, VM. VNA ademta. *l. 13. D. quib. mod. vsusfruct.* VNAE aedes: *l. 32. D. de damno infect.* VNA decem: *l. 56. D. de verbor. obligat.* VNAE tabulae: *l. 1. §. 6. D. de bonor. poss. secund. tabul.*

[VNVSQVISQVE, pro alterutro. *l. 3. C. commun. diuidund.*]

VOC.

[VOCABVLVM. VOCABVLA rerum immutabilia sunt, hominum mutabilia. *l. 4. princ. D. de legat. I.* Si quis in fundi VOCABVLO errauit. *ibid.* VOCABVLO feminino etiam masculos contineri, exemplo pessimum est. *l. 45. princ. D. de legat. II.* vid. *l. 81. D. de legat. III.*]

VOCARE. VOCARI in crimen: *l. 26. C. ad leg. Iul. de adulter.* Cic. *V. Verrin. 50.* VOCARI ad iudicium. *l. 1. §. 3. l. 51. D. de admin. et peric. tut. l. 102. D. de verbor. oblig. l. 29. D. de iur. dotium.* VOCARE in ius, verbum est XII. Tabularum, vt adparet ex his verbis: Si in ius VOCET, atque eat. Iuuenal. *Sat. XV. v. 135.* *Pupillum ad iura* VOCANTEM. Et quia vocatos, non sequentes, trahere licebat, inde Horatius saepe *rapere in ius* dixit. Sic: *Lib. I. Sermon. Sat. 9. v. pen-*

v. penult. rapit in ius. et *Lib. II. Serm. Sat. 3. v. 72.*

Quum rapias in iura malis ridentem alienis.

Et *obtenta rapere ad subsellia collo.* Item VOCARI in ius, et ad agendam caussam: *l. 1. C. quis adpell.* VOCARI ad poenam: *l. 1. D. ad SC. Silanian.* VOCARE in testimonium: *l. 10. §. 4. D. de quaestion.* ¶. 2. VOCARI ad curam. Paull. *Lib. II. Sent. tit. 28.* ad duumuiratum; *l. 3. C. quando prouocare.* ad honorem; *l. 2. §. vlt. D. de decurion.* ad honores: *l. 1. C. de incolis.* ad munus: *l. 7. C. de adpellat. l. 6. C. de incol. l. 1. C. de muner. et honor. l. 2. C. de excusation. l. 3. C. qui morb. se excus. l. 20. D. ad municipal.* ad munera: *l. 6. C. de excusat. tut. l. 1. C. de potior. ad mun. vocand. l. 20. D. ad municipal.* VOCATVS ad munera et honores: *l. 3. D. de muner. et honor.* VOCARI ad negotia gerenda: *l. 16. D. de excusation.* ad tutelam legitimam. *§. 13. Instit. de excusat. tutor.*

¶. 3. VOCARI ad bonorum possesionem et ad successionem: l. *1. §. 1. l. 3. §. 11. D. de bonor. poss. contra tabul. l. 4. D. si tabul. testam. null. exstab. l. 4. D. quis ordo in poss.* l. *20. §. 1. D. de bon. poss. contra tabul.* VOCARI ad hereditatem senatusconsultis aut constitutionibus; l. *3. D. de heredit. petit.* VOCATVS ad hereditatem: *l. 6. D. de suis et legitim. hered. Collat. Leg. Mosaic. et Roman. tit. XVI.* VOCARE ad hereditatem suam: *l. 12. §. 6. D. de bonis libert.* VOCARI ab hereditate. *l. 2. D. vnde cognati.* VOCAT praetor ab intestato: *l. 1. §. 5. D. si tabul. testam. nullae exstab.* VOCAT liberos praetor. *l. 1. §. 7. D. de coniungend. cum emanc.* VOCARI in partem ex SC. *l. 2. §. 14. D. ad SC. Tertullian.* ad viriles partes. *l. 88. §. 6. D. de legat. II.* ad substitutionem: *l. 83 D. famil. ercifcund.* in locum sobstituti; *l. 19. D. de iniust. rupt. irrit.* VOCARI ad successionem: *l. vlt. C. famil. ercisc.* VOCARE ius ad successionem: *l. 12. C. de legitim. hered.*

VOCONIA lex de mulierum hereditatibus. *princ. Inst. de leg. Falcid* et apud Paull. *Lib. IV. tit. 8. §. 22.* et Parlator. *leg. Mosaic. et Rom. tit. XVI. §. 3.* Quam Voconius Saxa Tribunus plebis a plebe rogauit, vt Cicero *pro Cornel. Balbo cap. 8.* et Flor. *in Epitom. Liu.* et Augustin. *Lib. II. de ciuitate Dei* scribunt. Caoebatur autem ea, vt ne quis census mulierem vltra quadrantem hereditatis relinqueret heredem. Adde Franc. Balduini et Iac. Perizonii libellos de lege Voconia.

VOL.

VOLGO concipere. *l. 44. §. 3. D. de ritu nupt.* pro vulgo concipere.

VOLO, verbum, meram voluntatem significat, proinde qui restituere rogatus est, quibus volet, etiam indignos praeferre poterit, aliter atque, si his, quos putauerit, vel arbitratus fuerit, restituere rogatus esset. Tunc enim non alias, quam ex boni VIRI arbitratu restitutio facienda est. *l. 1. l. 24. D. de legat II.* Verba autem haec: SI VOLET extensiua sunt, et tractum habent. *l. 6. in fin. D. ad SC. Tertullian l. 113. D. de verbor. obligat.* Add. supra VELLE.

VOLVMEN, Plinius pro libro dixit.

Sic VOLVMINA rationum, qoi et libri rationum. *l. 6. §. vlt. D. de statulib. l. 13. §. 2. D. de manumiss. testam.*

VOLVNTARIVS, A, VM; quod a voluntate et arbitrio nostro pendet. VOLVNTARIA alienatio: *l. 11. D. de fideic. libert. l. 69. § 1. D. de legat. II.* Non est alienatio VOLVNTARIA: *l. 1. D. de fundo dotal.* VOLVNTARII casus et fortuiti opponuntur. *l. 4 C. de instit. et substit.* VOLVNTARIVM consortium: *l 52. §. 8. D. pro socio.* VOLVNTARIVS contractus: l. *4. C. de vsufruct.* VOLVNTARIVM exsilium: *l. 16. §. 8. D. de poenis.* VOLVNTARIVS heres: *l. 13. D. de option. legat.* qui necessario opponitur. *l. 13. D. de option. leg. l. 3. §. 3. D. de hered. instit. l. 18. l. vlt §. vlt. D. de vulg. et pupill. l. 15. l. 16. l. 71. §. 1. D. de adquir. hered.* VOLVNTARIA iurisdictio contentiosae opponitur. l. 2. *D. de offic proconf.* VOLVNTARIVM iusiurandum, id est, quod ex conuentione extra iudicium defertur. *rubr. et l. 17. D. de iurejur.* VOLVNTARIVM delatoris munus: *l. 2. C. de delator.* VOLVNTARIA morte supplicium anteuertere: *l. 2. C. qui testam fac.* VOLVNTARIA obligatio: *l. 5. C. de oblig. et act.* VOLVNTARIVS procurator, qui se alienis negotiis offert Paull. *Lib. I. Sent. tit. 3.* VOLVNTARIA et necessaria satisdatio oppoountur. *l. 7. D. qui satisd. cogant.* VOLVNTARIA societas: *l. 63. §. 8. D. pro socio.* tutela: *l. 12. C. de excusat. tutel.*

VOLVNTAS interdum ex scientia et patientia inducitur. *l. 7. §. 11. D. ad SC. Macedon.* Errantis VOLVNTAS nulla est. *l. 20. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* nec furiosi: *l 47. D. de adquir. heredit. l. 40. D. de regul. iur.* Proinde eorum VOLVNTATE factum nihil videtur. Ceterum quum voluntas alicuius in aliquo actu desideretur, ea vel subsequi recte potest. *l. 10. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* [VOLVNTAS expressam conuentionem notat in *l. 5. C. de locato.*] ¶. 2. VOLVNTATEM filiae, quum pater agit de dote, non sic accipimus, vt consentiat filia, sed vt ne contradicat. *l. 2. §. 2. D. soluto matrim.* VOLVNTATE itaque filiae pater dotem recepisse videtur, si caussas contradicendi ei filia non habeat. *l. 37. D. eod. tit.* VOLVNTATE domini in libertate est, qui volente et consentiente domino ius libertatis vsurpat, vel aliquid pro libero gerit. *l. 4. C. de fideicommiss libert. l. 2. D. de liberal. causs.* et apud Quinctil. *declam CCCXL.* VOLVNTATE nostra serui possidere intelliguntur, quod eis peculium habere permisimus. *l. 1. §. 5. D. de adquir. possess.* Opera, quae non secundum VOLVNTATEM sunt, opponuntur operibus manu factis, et quae ex voluntate facientis originem trahunt. *l. 2. §. 6 D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* ¶ 3 [VOLVNTAS aliquando animum et propositum delinquendi notat. Sic: VOLVNTATE sua id admiserit. l *7. §. 5. D. arbor. furt. caesar.*] ¶. 4. [VOLVNTAS absolute voluntatem sopremam vel vltimam significat. *rubr. C. si contra matris voluntatem tut. dat.* Sic et in *l. 88. §. vlt. D. de legat. II.* pro iure legitimo liberis debere hominis sani VOLVNTATEM. Sic quoque Plin. *Lib. IV. epist. 10. Quum religiosissime soleas custodire defunctorum* VOLVNTATEM.

TATEM. et *Lib. V. epist. 7.* *Hoc si ius adspicias, irritum: si defuncti* VOLVNTATEM, *ratum et firmum est. Mihi autem defuncti* VOLVNTAS, (*vereor quam in partem iurisconsulti, quod sum dicturus, accipiant,*) *antiquior iure est.* ¶. 5. VOLVNTAS pro mente et sententia. *l. 2. §. 12. D. pro emtor.* VOLVNTAS legis: *l. 18. l. 19. D. de legib.* orationis: *l. 6. §. 2. D. de confessis.*

¶. 6. Neque praetereundae loquutiones sequentes. VOLVNTATEM dare pro consentire. *l. 21. §. 6. D. ad municipal.* VOLVNTAS mera. vide *Lib. XI.* VOLVNTATIS quaestio: *l. 3. C. de hered. instit. l. 90. princ. D. de legat. I. l. 13. §. 1. D. de iure codicill. l. 4. §. vlt. l. 41. §. 5. D. de vulg. et pupill. substit. l. 16. princ. l. 17. §. 4. D. ad SC. Trebell. l. 12. l. 66. D. de his, quae vt indign. l. 77. §. 2. D. de legat. II. l. 25. §. 1. l. 50. §. vlt. l. 94 D. de legat. III. l. 90. D. de legat. I.* Sic quaestio VOLVNTATIS non iuris: *l. 14. C. de donat. inter vir. et vxor.*

VOLVPTARIVS, A, VM, vel VOLVPTVARIVS et VOLVPTVOSVS. VOLVPTARIAE impensae sunt, quae ad voluptatem fiunt, quaeque speciem dumtaxat ornant, non etiam fructum augent, vt sunt viridia, aquae salientes, incrustationes, loricationes, picturae. *l. 1. princ. l. 7. l. 9. l. 11. D. de impens. in res dotal. fact. l. 27. D. de negot. gest. l. 79. D. de verb significat.* quae magis ad voluptatem, quam ad vtilitatem pertinent, vt sunt etiam tectoria. *l. 3. §. 4. D. de in rem vers.* Sic voluptatis caussa refectiones, vt tectoria et pauimenta. *l. 7. §. vlt. D. de vsufr.* et VOLVPTVARIAE res. *l. 39. D. de heredit. petit.* quae etiam VOLVPTVOSAE adpellantur. *l. 14. D. de impens. in res dot.* et apud Vlpian. *tit. VI. Regul. §. 14. et §. 17.* qui huiusmodi impensas definit, esse eas, quibus neque omissis deterior dos fieret, neque factis fructuosior effecta est, quod euenit in viridariis et picturis et similibusque rebus.

VOLVPTAS, et vtilitas, siue fructus ἀντίκειται. *l. 3. § 4. D. de in rem verso. l. 79. D. de verb. signif.* Sic VOLVPTATIS caussa factus sumtus. *l. 32. §. 5. D. de admin. et peric. tut.* VOLVPTATI deseruientia praetoria. *l. 198. D. de verbor. signif.* quale describitur *l. 13. §. 4. D. de vsufructu.* VOLVPTATIS artifex, in *l. 7. §. 5. D. de oper. libertor.*

VOLVSIVS *Maecianus*, iurisconsultus, quem Diui Fratres vocant amicum iuris ciuilis praeter veterem et bene fundatam peritiam anxie diligentem, in *l. 17. D. de iur. patron.* Fuit autem Maecianus in consilio Antonini Pii. Iul. Capitol. *in Anton. Pio Cap. XII.* sub quo et Marcum in iurisprudentia instituit. Idem *in Marco Cap. III.* ipseque Marcus *εἰς ἑαυτὸν, I, 6.* vbi Μαικιανοῦ legendum esse pro Μαρκιανοῦ, viri docti monent. Periit in tumultu Cassiano. Volcat. Gallic. *in Auid. Cassio Cap. VII.* scripsitque *fideicommissorum* seu *quaestionum de fideicommissis* libros XVI. *Publicorum* libros XIV. e quibus Iacob. Gothofredus *de imperio maris Cap. II.* esse putat librum *de lege Rhodia*, recte id negante V. A Corn. van Bynkersh. *ad leg. Rhod. Cap. I.* Denique eiusdem iurisconsulti exstat libellus *de asse*, mirifice commendatus a Cuiacio in *l. 21. §. 2. D. de ann. legat.* quem contra eum Maeciano nostro sine idonea caussa abiudicarit Alciatus *Parerg. I, 17.* HEIN. [Add. Menag. *in Amoenit. iur. ciu. Cap. V.*]

VOS.

[VOS et VOBIS ad personas singulas, in *l. vlt. D. de institor. act.*]

VOT.

VOTVM eius, qui dat dotem: *l. 1. D. de iur. dot.* VOTVM matris: *l. 72 D. de condition. et demonstrat.* [VOTORVM oblatio. *rubr. vtroqu. C. de votor. oblat.* ad quam singularis exstat Strauchii dissertatio.] VOTO obligari. *l. 2. D. de pollicit.* VOTVM obtinendi *l. 11. §. 3. D. ad leg. Falcid.* Ex VOTO parare: *l. 50. D. de bon. libert.* VOTVM parentum: *l 26 § vlt. D. si quis omiss. causs. testam.* VOTVM patris: *l 22. §. 4. D. ad SC. Trebell.* et VOTVM patris, in *l. 7. D. vnde liberi.* est, vt ad filios suos bona sua perueniant. *l. 13. C. de legit. hered. l. 50. D. de bon libert. l. 5. D de inoff. rupt. irrit.* VOTVM recipiendi filii: *l. 17. C. de postlim. reuers.* VOTVM futurae sobolis: *l. 13. C. eod. tit.* VOTVM soluere: *l. 15. D de offic. procons. l. 2. D. de extraord. crim.* ¶. 2. VOTA, pro nuptiis. *l. 4 l. 6. princ. C. de secund. nupt.* et apud Macrob. *Lib. I. Saturn. cap. 6.* et in *l. 24. C. de nuptiis. l. 2. C. de sponsal.* B Ambros. *Sermon. CLXXXVI* *Solent autem homines, sicut mos est, in suis VOTIS, hoc est, nuptiis praecipue saltare et canere.* *VOTA nuptialia*, apud Apulei. *Lib. IV. de asino aur. p. 101.* Idem *Lib. I. Floridor.* *Togam parari VOTO et funeri.*

VOX.

VOX. VOCE adpellare: *l. 5. §. vlt. D. de adpellation.* VOCE patris vel domini loqui: *§. 12. Inst. de inutil. stipulat.* VOCIBVS popularium postulatus. *l. 12. D. de adpellat.* [VOCES populi vanae non sunt audiendae. *l. 12. §. 1. C. de poen.*] VOCES populi vanae hic sunt vulgi clamores, quibus reos vel ad supplicium postulabant, vel absolui non sine conuicio flagitabant. Quales illi inconditi clamores Iudaeorum: *Tolle, tolle, crucifige, crucifige, Barrabam, Barrabam.* Similes memorat Apuleius *Lib. II. Metam.* quibus reus ad ignem poscebatur. Omnium autem frequentissime tales clamores audiebantur aduersus Christianos. *Actor. XXII, 23.* Tertullian. *in Apologet. Cap. X.* Cyprian. *epist. III.* Has *vanas voces* et insanientis populi clamores contemni iubent leges, quibus tamen saepe se vinci passos esse magistratus, vel Christi patientis historia satis superque ostendit. HEIN. VOCEM rapere: *l. 7. C. de quaestion.* VOCE tenus: *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpill.* VOX validior et exiguior. *l. 1. §. 27. D. ad SC. Silanian.*

¶. 2. [VOX continuae accusationis: *l. 7. princ. C. Theod. de apostat. Lib. XVII. tit. 7. l. 4. C. eod. tit.* vbi tamen codices quidam *continua accusatione* legunt. Libertate in accusandum publicis VOCIBVS relaxata: *l. 6. C. de Iudaeis.* VOX aduocationis: *l. 5. C. ad leg. Iul. repetund. l. vlt. C. Theod. eod.*

eod. tit. Lib. IX. tit. 27. Conquerendi VOCEM omnibus aperimus. *l.* 1. *C. Theod. de offic. rector. prouinc. Lib. I. tit.* 7. VOCEM funestam amputari, (intercidi habet Cod. Theod.) oportet potius, quam aodiri. *l. penult. C. de his, qui accus. non poss.* Dicitur aotem eo loco *vox funesta* serui vel familiaris dominum accusantis: eodemqoe modo, quo libertorum aduersus patronos illicitae atque improbae VOCES adpellantur in *l.* 11. *C. de testib.*]

VRB.

VRBANICIANI

VRBANICIANI milites, in *l.* 35. *§.* 4. *D. ex quib. causs. maior.* et VRBANICIANI officiales, in *l.* 1. *C. Theod. de condit. in publ. horr.* [hoc est, officiales Praefecti vrbi et adparitores. Guther. *de offic. dom. August. Lib. II. cap.* 4 a quibus diuersi sunt VRBANICINIANI, quorum mentio fit in *l.* 8. *C. Theod. de agent. in reb. Lib. VI. tit.* 27. vbi vid. Gothofred.]

VRBANVS, A, VM.

VRBANVS, A, VM. Aedes VRRANAE: *l.* 41. *§.* 5. *D. de legat. III.* VRBANA aedificia: *l.* 39. *D. de legat. I.* VRBANAE habitationes: *l.* 4. *D. de pact.* VRBANA praedia adpellari aedificia, etiamsi in villa sint, *rustica* vero fundos, Vlpianus scribit, in *l.* 1. *D. commun. praedior.* et *tit. XIX. Regul.* 1. VRBANA autem praedia a *rusticis* non loco, sed materia et qualitate discernuntur. *Vrbana* siquidem accipimus aedificia omnia, non solum ea, quae sint in oppidis, sed et si forte stabula sunt io contineotibus aedificiis, vel alia meritoria in villis et vicis, vel si praetoria voluptati tantum deseruientia, horti quoque, qui amoenitatis gratia, non reditus habentur. *l.* 98. *D. de verbor. signif. l.* 16. *C. de praed. min. l.* 54. *in fin. D. de petit. heredit. l.* 59. *D. de contrah. emtion. l.* 13. *§.* 11. *D. de action. emti. l.* 4. *D. de pact. tit. de seruit. praed. urban.* Atqoe ita VRBANORVM vel rusticorum praediorum seruitutes, pro genere et qualitate praediorum, quibus debentur, aestimamus. Nam et aquaeductus, qui per vrbanum praedium transit, iter quoque per vrbanum praedium, vrbanae seruitutes sunt. *l.* 11. *§.* 1. *D. de Publician. l.* 14. *D. commun. praed.* Vet. Glossar. *Seruitutes vrbanorum praediorum sunt, quae aedificiis inhaerent, vt mihi liceat tignum mittere in parietem.* ¶. 2. Similiter et VRBANA *familia*, *l.* 65. *D. de legat. II.* Paull. *Lib. III. Sent. tit.* 7. et VRBANI *serui*, *l.* 1. *D. de auro, argent. leg. l.* 210. *D. de verbor. signif. l.* 60. §. 1. *D. de legat. III.* a *rustica familia* non loco, sed genere vsus distinguitur. Potest enim dispensator non esse vrbanorum seruorum oumero, si rusticarum rerum rationem dispenset. *l.* 166. *D. de verbor. signif. l.* 10. *§.* 4. *D. de vsu et habit. l.* 12. *D. de supellect. leg.* Cic. *Lib. XIV. ad famil. epist.* 7. Qua in re vsus praecipue testantis spectari conuenit, videndumque est, quo quemque seruum loco et numero is habuerit. Et certe quos circa se habet paterfamilias et sui vsus ministeriique vrbani caussa, oon possunt non in eo numero esse. Quod plenius exponitur in *l.* 99. *D. de legat. III.* et *l.* 12. *§.* 42. *D. de instruct. vel instrum. legat. l.* 4. *§. penult. D. de penu leg.* Sic et VRBANVM ministerium: *l.* 99. *§.* 11. *D. de legat. III.*

¶. 3. VRBANAE cohortes. Dio Cassius *Lib. LVIII.* στράτευμα πολιτικὸν vocat. vid. *Lib. III.*

VRB.

VRBICARIVS, A, VM,

VRBICARIVS, A, VM, vrbicum, vel vrbanum. VRBICARIA praefectura: *l.* 2. *C. vbi senator.* VRBICARIAE regiones, in *l. vn. C. Th. si per obrept. fuer. impetr. l.* 3. *C. Th. tribut. in ips. specieb. l.* 9. *C. Theod. de extraord. muner. l.* 3. *C. Th. quib. et quor. vsusfr.* [Ita vocabantur, quae vrbi circumiacebant. Salmas. *ad Script. Hist. Aug. p.* 314. *sequ*] Adde eumdem *in epistola ad amic. de region. suburbic.* et *in Eucharistico de region. et eccles. suburbic. Part. I. cap.* 2. *p.* 46. vbi ostendit, annonariam regiooem opponi vrbicariae; vrbicariamque omnes suburbicarias vrbicariasque, intra centesimum ab vrbe lapidem sitas, comprehendisse. HEIN.

VRBICVS,

VRBICVS, id est, vrbanus. *in inscript. l.* 9. *D. de oper. noui nunciat.* VRBICA ministeria: *l.* 3. *§.* 5. *D. de penu legat.* VRBICA negotia et peregrina opponuntur *l.* 51. *D. de administr. et peric. tutor.* VRBICI pistores: *l. vlt. D. de excusation.* VRBICA procuratio: *l.* 11. *§.* 2. *D. de minor.* VRBICAE rationes *l.* 27. *D. de instruct. vel instrum. legat.* VRBICA tutela: *l.* 8. *§.* 9. *D. de excusation.* VRBICAE viae: *l.* 2 *§.* 24. *D. ne quid in loc. publ.* VRBICO vsui destinata. *l.* 4. *§.* 5. *D. de penu legat.* VRBICVS, pro vrbanus etiam alii vsi sont. Martial. *Lib. I. epigr.* 34. *v.* 5.

VRBICA Lingonicus Tyrianthina bardocucullus.

Quin VRBICVM pecus dixit Plautus *in Trucul. II*, 2. *v.* 14. HEIN.

VRBS,

VRBS, ab vrbo adpellata, id est, a curuatura aratri, quod io vrbe condenda olim adhiberi solebat, vbi Pomponius tradit in *l.* 239 *§.* 6. *D. de verbor. signific.* Quod et Seruius in *Lib I. Aeneid. v.* 16. et Isidor. *Lib. XV. cap.* 2. scribunt, et alias plenius exponemus. ¶. VRBS Roma: *l.* 4. *§.* 5. *D. de penu legat. l.* 32. *D. de legibus. l. vlt. D. de captiuis.* VRBS Roma, ἀντονομαστικῶς. Quinctilian. *Lib. VI. p.* 113. VRBEM aotem simpliciter quum legimus, Romam κατ' ἐξοχὴν intelligimus, quae olim inter alias

tantum caput extulit vrbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

Et ita in *l.* 1. *D. de senator. l.* 41. §. 6. *D. de legat. I. l.* 1. *D. ad leg. Iul. de ambit. l. penult. §.* 3. *D. de iur. immunit. l.* 7. *§.* 15. *D. de interdict. et relegat. l.* 1. *D. de offic. praefect. vrbi.* VRBIS tamen adpellatio proprietate sermonis angustior est, quam Romae. VRBS enim muris, Roma vero continentibus demum aedificiis finitur. *l.* 2. *D. de verbor. signific. l.* 4. *§.* 5. *D. de pen. legat.* Praeterea vrbs dicta ab vrbando, vrbare, aratro definire. Qua ergo sulcus ductus erat, eo vrbs porrigebatur. Varro *Lib. IV. de lingu. Lat. p.* 35. *Quod fiebat orbis, vrbs. Principium, quod erat post murum, pomerium dictum, eiusque ambitu auspicia* VRBANA *finiuntur* HEIN. Eadem a Constantino VRBS *aeterna* in *l.* 1. *C. de suariis. Lib. XI.* et ab Ammian. Marcell. et Symmach. *Lib. I. epist.* saepe vocatur. Et ita in *l.* 4. *C. de operib. publ.* Valentioianus et Valens AA. intra *vrbem aeternam* scripserant. Coius loco Triboniaous *intra vrbem Romam veterem et nouam* soppofuit. Addidit etiam de soo clausulam hanc: *nisi ex suis pecuniis opus huiusmodi construere voluerit.* Quemadmodum etiam in *l.* 6. *eod. tit.* addidit: *et murorum*

et in *l. 9. publicis pecuniis* et in *l. 11. non sterilia.* et illa postrema verba; *nemini excusatione*, etc. Sed de Triboniani licentia erit alius dicendi locus. ¶. 3. VRBEM *regiam* in constitutionibus *Constantinopolim* accipere debemus. *l. vlt. C. de adsessor. l. 12. C. de iudic. l. 14. §. 5. C. de sacrosf. eccles. l. 25. C. de nuptiis. l. 23. C. de testament. l. 6. C. de his, qui ad eccles. confug. l. 33. §. 1. C. de episcop et cleric. §. vlt. Inst. de satisdation.* Eadem et inclyta et florentissima VRBS adpellatur *l. vn. C. de contr. iudic. l. 11. C. de adsessor. l. vlt. C. de aedific. priuat. Const. omnem reip. de concept. Digestor. §. 9.* et VRBS magnifica, in *l. 33. §. 5. C. de episcop. et cler.* et *noua Rome*, vt *Lib. XVI.* probauimus. Zonaras etiam νέαν Ῥώμην καὶ βασιλίδα πόλιν Imperatorum exemplo vocat. ¶. 4. [VRBIS adpellatione, in *l. 4. §. 9. D. de damno infect.* et *l. 3. C. Th. de decur. vrb. Rom. Lib. XIV. tit. 1.* intelligendae sunt vrbes metropolitanae, matrices ciuitatum et prouinciae capita, quas ciuitates maximas Modestinus in *l. 6. §. 2. D. de excusation.* et πόλεις τῶν πόλεων septuaginta interpretes alibi adpellant. Quo etiam sensu *ciuitatis* nomen vsurpat Tertullian. *Lib. I. ad Nation. cap. 1.* vbi vide Iac. Gothofred.]

VRE.

VREDO. *l. 15. §. 2. D. locati.* Plin. *Lib. XVII. cap. 24. et Lib. XVIII. cap. 28. et 29.* et Cicer. *de Natur. Deor. Lib. III. cap. 35.*

VRERE seruum. *l. 27. §. 6. D. ad leg. Aquill.*

VRG.

VRGERE, vel VRGVERE, aes alienum dicitur. *l. 5. §. 14. D. de reb. eor. qui sub tutel. l. 7. §. 11. D. quib. ex caus. in possess.* VRGVET aeris alieni ratio: *l. 35. § 2 D. de hered. instit.* VRGERE bona fides: *l. 2. C. de commod. et peric.* VRGET creditor: *l. 5. § 9. D. de reb. eor. qui sub tut.* VRGVENTIBVS creditoribus: *l. 47. D. de minor.* debitis; *l. vlt. C. de praed. et al. reb. min.* VRGERE iure: *l. vlt. C. de luit. pignor.* VRGVENTE necessitate: *l. 3. §. 10. D. de negot. gest.* et *l. 2. §. 8. D. si quis caution.* VRGENTIBVS necessitatibus: *l. 1. C. qui et aduers. quem.* VRGERE praeses ad manumittendum: *l. 11. C. de fideicomm. libert.* VRGVENS refectio: *l. 15. D. de recept. arbitr.* VRGENS necessaria refectio: *l. 3. §. 1. D. de riuis.* VRGET item res: *l. 1. D. de feriis.* Si res VRGEAT: *l. 49 D. ad SC. Trebell.* et re VRGVENTE: *l. vlt. D. de iudic.* VRSERIT voluntas: *l. 52. §. 4. D. de legat. III.* ¶. 2. VRGVERI, in *l. 13. §. vlt. D. de recept. arbitr.* VRGVERI ad bonorum possessionem: *l. 1. §. 12. D. de successor. edict.* VRGERI ad collationem; *l. 10. C. de collation.* ad exhibitionem; *l. 6 C. de testib.* ad obsequium: *l. 22. C. de donation.* ad petitionem: *l. 20. C. de pignor.* ad rescindendam venditionem: *l. 6. C. de rescind. vendit.* ad restituendam fideicommissorum libertatem: *l. 13. C. ad leg. Falcid.* ad solutionem: *l. 12. D. quando dies legator. l. 9. l. 13. C. de obligat. et action. l. 5. C. de ordin. cognit. l. 23. C. de fideicommiss. l. vlt. C ne tutor vel curat. vectig.* VRGERI suspicionibus; *l. 22. D. de quaestion.* ¶ 3. VRGAT, pro vrgueat, in *l. 8. D. quib. ex caus. in possess.*

VRI.

VRINA. Facere VRINAM in lecto. *l. 14. §. 1. D. de aedilit. edicto.*

[VRINALIA. Qui vinum Surrentinum in VRINALIBVS habebat diffusum. *l. vlt. princ. D. de instruct. vel instrum. legat.*

VRINATOR, qui sub aqua natat. *l. 4. §. 1. D. ad leg. Rhod. de iactu.* Quo verbo vtitur et Firmicus *Lib. VIII. Mathes. cap. 15.* Illorum ministerium egregie his verbis describit Manil. *Lib. V. Astronomic. v. 429.*

Illis in ponto iucundum est quaerere pontum;
Corpora qui merguut vndis, ipsumque sub antris
Nerea et aequoreas conentur visere Nymphas,
Exportantque maris praedas et rapta profundo
Naufragio, atque imas auidi scrutantur arenas.

Nam per vrinatores naufragio mersae, et in mare nauis leuandae caussa iactae res extrahi, solebant. Vnde *vrinandi artifex*, apud Symmach *Lib I. epist. 25.* Varro *Lib. IV. de Lingu. Latin.* *Vrnae dictae, quod vrinent in aqua haurienda vt vrinator vrinare est mergi in aquam.* De VRINATORIBVS, qui et *piscatores vrinatores*, κολυμβηταὶ, δύται, ὕφαλοι, ὑφυδροι, κυβιστῆρες, et si colligerent ostreas et purpuras, πορφυρεῖς, si spongias, σπογγοθῆραι adpellati, plura reperies apud Reines. *ad Inscript. p. 622.* HEIN.

VRS.

VRSEIVS *Ferox*, iurisconsultus, citatur a Cassio. *l. 1. §. 10. D. quar. rer. actio* et VRSEIVS Proculum citat *l. 27. §. 1. D. ad leg. Aquill.* nec non *l. 48. D. de iur. dotium l. 11. § 2 D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* ipseque non modo a Iuliano citatur, sed et a Cassio, adeoque Proculo et Cassio eum fuisse σύγχρονον, et sub Nerone circiter floruisse eum oportet. Proculi sectator videtur fuisse, ac proinde non mirum, ad eum notasse ex alterius sectae antesignanis Cassium et Iulianum. HEIN.

VRSVS. VRSORVM foueae: *l. 28. D. ad leg. Aquill.*

VSI.

VSIO, pro vsu, in *l. 66 §. 2. D. de legat. III. l. 27. § 4. D. de aur. argent. legat.* Vtitur et Cato *de re rustic. cap. XXXIX.* quemadmodum ibi Victorius adnotauit. Add. Duker. *de Lat. iurisc. p. 360.*

VSITATVS, A, VM, vsu receptum. VSITATVM est: *l. 17 §. 6. D. de recept. arbitr. l. 24 D. de vsufruct.* VSITATVM fere est: *l. 108. §. 7. D. de legat. I.* VSITATVM non est: *l. 21. §. vlt. D. de adpellat.* VSITATIVS esse: *l. 137. §. vlt. D. de verbor. obligat.* VSITATISSIMVM est: *l. 17. D. de excusation.* VSITATVM in ciuitate: *l. 32. §. 6. D. de admin. tutor.* VSITATVS mos: *l. 3. C. de postuland.* VSITATA stipulatio: *l. 20. D. de damn. infecto.*

VSQ.

VSQVE, accipitur inclusiue, in *l. 2. D. de*

de bis, qui not. infam. l. 11. *D. de dolo. l.* 1. *D. an per al. causs. adpellat.* ¶. 2. VSQVE adhuc, id est, donec princeps comprobauerit. *l. vlt. C. de discussorib.* ¶. 3. VSQVE ad vltimum diem vitae: *l. 4. C. de donation. int. vir. et vxor.* VSQVE in hodiernum diem: *l. 135. §. 2. D. de verbor. obligat.* VSQVE ad relegationem procedi: *l. 5. princ. D. de poenis.* VSQVE ad primum dumtaxat gradum: *l. 5. C. eod. tit.* VSQVE eo, vt ciuitatem amittant: *l. 5. §. 1. D. de capite minut.*

VSQVEDVM viuus: *l. 21. D. de annuis legat.*

VSQVEQVAQVE. Non VSQVEQVAQVE: *l. 12. D. de curat. furios.* Non VSQVEQVAQVE verum: *l. 14. D. de liber. et postum.*

VSV.

VSVALIS. Mancipia VSVALIA: *l. vlt. §. 3. D. de publican.* vid. in VSVS.

VSVARIVS dicitur, qui vsum habet, vt fructuarius, qui fructum. *l. 13. §. 2. D. de vsufruct. l. 11. §. vlt. D. ad leg. Aquill. l. 27. l. 37. D. de seruit. praed. rustic. l. 32. D. de stipulat. seruor.* ¶. 2. VSVARIVS tamen seruus, in quo vsum habemus, vocatur in *l. 14. D. de vsu et habit. l. 12. §. 6. l. 14. princ. l. vlt. D. eod. tit. l. 2. D. de pecul. l. 7. §. 4. D. de dolo mal. l. 54. §. 3. D. de adquir. rer. domin. l. 2. D. de peculio.* et VSVARIAE ancillae, *l. 12. §. vlt. D. de vsu et habit.* et VSVARIAE res: *l. vlt. D. de vsu et habit.* Eadem in significatione seruus *fructuarius* dicitur, in quo fructum habemus *l. 45. §. 3. D. de adquir. hered.* et fundus *superficiarius*, vt suis locis probauimus. ¶. 3. VSVARIVS et vsufructuarium significat. *l. 32. D. de stipulat. seruor.*

VSVCAPERE, est, vsu adquirere, et possessione suum facere, quemadmodum iurisconsulti loquuntur. *l. 1. l. 19. l. 21. D. ex quib. causs. maior. l. 82. §. 1. D. de legat. I. l. 33. princ. D. de vsucapion. l. 22. §. 3. D. ad SC. Trebell.* VSVCAPI itaque dicitur res, quae per temporum spatium nostra fit. *l. 23. §. vlt. D. de rei vindic.*

VSVCAPIO est dominii adiectio vel adeptio, adquisitioque per continuationem possessionis temporis lege definiti. *l. 3. D. de vsucapion. l. 23. §. 1. D. quib. ex causs. maior.* Vlpian. *tit. XIX. Regular. §. 8.* Vet. Gloss. Graec. διὰ μακρᾶς χρήσεως δεσπόζω. VSVS quoque CAPIO. *l. 1. §. 2. D. pro dote.* VSVCAPIO currere et procedere, item impleri dicitur. *l. 15. l. 18. D. de vsurpat. l. 2. D. pro dote.* VSVCAPIONE dominium adquiritur. *l. 1. C. si aduers. vsucapion.* Sicut traditione ita VSVCAPIONE rem nostram facimus. *l. 7. §. vlt. D. pro emtore.*

VSVFRVCTVARIVS, qui alias fructuarius dicitur. Vet. Glossar. Graec. ὁ τὴν χρῆσιν ἔχων, ἔθος καρποφορίας.

VSVRA, inde adpellata est, quod pro vso pecuniae datur. Est enim quasi merces et pensio vsus pecuniae. Et ideo contra naturam esse creditur, quum pro vso pecuniae, cuius dominium a dante abscessit, et in accipientem transit, praestetur. Vsurarum autem plures sunt species. ¶ 2. *Assis* locum in vsuris centesima obtinet, ad eamque reliquae omnes rediguntur. *Centesimae* autem dicuntur, quae ex singulis centenis numis duodenos numos quotannis efficiunt: sic dictae, quod earum menstrua quantitas centesima pars sit sortis. *l. 4. §. vlt. D. de nautic. foenor. l. 8. C. si cert. petat. l. vlt. §. vlt. C. de iure dot. l. vn. §. 7. C. de rei vxor. act. tollend. l. 1. l. 2. C. de vsur. rei iudic. authent. hoc ius C. de sacros. eccles.* Constant. Harmenop. *Lib. III. Epit. tit. 7. §. 18.* ἑκατοστιαῖος τόκος ἐστίν, τὰ ἐπὶ τοῖς ἑκατὸν νομίσματι ιβ νομίσματα ὑπὲρ ὅλου δίδοσθαι ἐνιαυτοῦ διὰ τὰ ἐπὶ τοῖς ἑκατόν, καθ' ἕκαστον μῆνα δίδοσθαι νόμισμα ἕν. *Centesima vsura est, quum ob centum numos tota anno duodecim praestantur, propterea quod pro centum numis vnus quoque mense numus detur.*

¶. 3 VSVRAE *semisses*, quae quasi dimidiae centesimae sunt; nempe quum pro centum aureis sex quotannis penduntur, ita vt vsura menstrua ducentesima sit pars sortis. *l. 30. D. de adimend. legat. l. 3. D. quod iussu. l. 24 D. de praescript. verb. l. 1. C. de his, quae vt indign.* et apud Plinium *Lib. XIV. cap. 4.* Cuiusmodi olim vsuras a debitoribus suis fiscus accipiebat. *l. 17. §. 6. D. de vsuris.* Ex qua VSVRAS *fiscales* in *l. 6. D. de iure fisci* semisses interpretabimur. Adpellantur et *semissales*, in *l. 12. D. de pollicitat.* ¶. 4. VSVRAE *quincunces* sunt, quae quintam centesimae reddunt, nimirum quinque aureos pro centum. *l. 15. D. de adimend. legat. l. 7. §. 10. D. de administr. et peric. tutor. l. 17. D. de vsur.* Et ita *quincuncem modestum* accipe apud Persium. *Sat. V. v. 149.*

¶ 5. *Trientes* sunt, quum in sortem centum, quatuor numi penduntur. *l. 7. §. 10. D. de admin. tutor. l. 3. §. vlt. D. ad leg. Falcid.* Tertiam centesimae dixit Paullus in *l. 17. in fin. D. de vsur.*

¶. 6 *Quadrantes* VSVRAE sunt, quum in sortem centum, tres numi quotannis praestantur. *l. 21. §. 4. D. de ann. legat.* ¶. 7. *Septunces* vero, quoties septem aurei. ¶. 8. *Besses*, quoties in singula centena, octo annua praestantur. *l. penult. C. de vsur.* ¶. 9. *Dodrantes* vero, quum nouem. ¶. 10. *Dextantes*, quoties pro C. aureis, quotannis X. redduntur.

¶. 11. *Deunces* vero duos aureos, pro centum efficiunt. ¶. 12 *Vnciae* vsurae in centenos aureos vnum annuum reddunt. *l. 47. §. 4. D de administrat. et peric. tutor.* Hae enim duodecimam partem centesimae, velut assis vncia, explent.

¶. 13. Hinc videre licet, quae *vsurae maiores* et *minores. l. 12. §. 9. D. mandati. l. 9. C. de vsur.* VSVRAE leuiores: *l. 5. D. de operib. publ. l. 118. D. de legat. I. l. 12. D. de vsur. l. 7. §. 10. D. de admin. tut.* grauiores: *l. 12. D. de vsuris.* VSVRAE pupillares vel quincunces sunt, vel trientes pro more regionis, nisi in certis caussis, quas *Lib. III. Antiquit. Select. cap. 1.* exposui. VSVRAE, quae in regione obseruantur. *l. 3. §. 1. D. de contr. tutel. et vtil. action.* VSVRAE statutae: *l. 7. §. 5. D. de pactis.* VSVRAE redituum: *l. 4. D. de pactis dotal.*

tul. VSVRAE vsurarum: *l. 27. D. de re iudicat.* Sub VSVRIS mutua data pecunia: *l. 7. §. 9. D. de SC. Macedon.*

VSVRARIVS debitor adpellatur, qui sub vsuris pecuniam debet. *l. 7. D. de vsur.* Sic et VSVRARIVM debitum, *l. 6. in fin. l. 40. D. de negot. gest.* VSVRARIVM negotium: *l. 6. §. 12. D. de negot. gest.* VSVRARIA pecunia, quae sub vsuris debetur. *l. 11. l. 12. D. de compensation.*

VSVRPARE aquam. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6 §. 9.* collegium: *l. 2. D. de colleg.* dominium; *l. 2. C. de aedific. priuat.* immunitatem: *l. 9 §. vlt. D. de publican.* ¶. 2. VSVRPATVM etiam pro vso adquisitum, in *l. 40. §. 1. D. ex quib. causs. maior.* Sic VSVRPATVM ius, id est, vsu retentum. *l. 16. D. quemadmod. seruit. amitt.* VSVRPATA lex: *l. 2. §. 1. D. de admin. rer. ad ciuit. pertin.* VSVRPATVS gratia procurator: *l. 1. C. ne liceat potent.* VSVRPARI etiam seruitus dicitur, quae vtendo retinetur. *l. 6. §. 1. l. 9 l. 16. D. si seruit. vindic.* sic et VSVRPATA seruitus apud Paullum *Lib. I. Sent. tit. 18. §. 2.* est, quae amissa vsu recuperatur. VSVRPATVM est tametsi nullo iure: *l. 13. §. vlt. D. de iniur.* VSVRPATO nomine tutoris vel curatoris. *l. vlt. C. de interdict. matrim.* ¶. 3. [VSVRPARE, pro abuti: *l. 45. C. de decurion. Lib. X. tit. 31.*]
¶. 4. [VSVRPARE, pro mala fide et iniuria sibi vindicare. *l. 3. C. de offic. quaestor.*]

VSVRPATIO, est vsucapionis interruptio. *l. 2. l. 5. D. de vsurpation.* De vsurpationibus autem librum scripserat Appius Claudius, teste Pomponio, in *l. 2. §. 46. D. de orig. iur.*
¶. 2 [VSVRPATIONEM oratores frequentem vsum vocant. *l. 2. D. de vsurpat. et vsucap.* vbi vid. Cuiac. *in Paullo.*] ¶. 3. [VSVRPATIO pro abusu. *l. 1. C. ne sanct. baptism. iter. l. 6. C. de episcop. audient.*]

VSVS, significat ius vtendi in re aliena, salua rerum substantia, et ab vsufructu differt. Nam cui vsus relictus est, vti potest, frui vero non potest. *l. 2. D. de vsu et habit.* Minusque est VSVM legari, quam fructum, quandoquidem fructui et VSVS inest, VSVI fructus deest *l. 10. l. 14. §. 1. D. eod. tit.* Et VSVS quidem necessitate personae circumscribitur et definitur, fructus non item. Nam qui vsumfructum habet, non tantum ad vsum suum vti potest, sed et ad quaestum et compendium. Omnis enim rei vtilitas ei concessa est. Interdum tamen VSV legato, etiam vsusfructus datus intelligitur, veluti si pecuniae vsus legetur, vsus adpellatione etiam vsusfructus continetur, quoniam idem continet vsus pecuniae, quod fructus. *l. 5. in fin. l. 10. D. de vsufruct. ear. rer. quae vsu consum.* VSVM autem Graece χρῆσιν adpellari Vlpianus significat, in *l. 10. §. 1. D. de vsu et habit.* quamquam apud Ciceronem *Lib. VII. epist. 29.* χρῆσιν pro fructu Curius accepit. Itaque vsus sine fructu constitui potest. *l. 13. §. 3. D. de acceptil.* et sic quaedam VSVI, non fructui sunt. *l. 64. D. de rei vindic.* ¶. 2. VSVS *sui caussa* et VSV *suo duci* ea demum mancipia videntur, quae ad patrisfamilias corpus tuendum atque ipsius cultum destinantur, veluti cubicularii, coci, ministratores, obsonatores, et alii eiusmodi vsus caussa parati. *l. 203. D. de verb. signif.* quae et VSVALIA mancipia dicuntur, in *l. vlt. §. 3. D. de publican.* Si quis argentum, quod VSVS *sui caussa paratum* esset, legauerit, id dumtaxat debebitur, quod victus sui caussa ad quotidianum vsum parauerit, non etiam quod commodare ad ludos et ceteras adparitiones solebat. *l. 28. D. de aur. arg. legat.* Legatis vxoris seruis, qui VSVS *eius caussa parati sunt*, ad eam non pertinent hi serui, qui non proprii ipsius, sed communis VSVS caussa parati sunt, *l. 35. D. de legat. II.* his vero verbis ea, quae post testamentum factum vsibus eius comparauerunt, continebuntur. *l. 33. §. 1 D. de legat. III.* Huc spectant loquutiones ¶. 3 In VSV esse aedificium: *l. 138. §. vlt. D. de verbor. signific* In VSV plerique adpellant *l. 52. §. 4. D. de legat. III.* In VSVM concessi, *l. 88. D. de legat. II.* In VSVM data mancipia: *l. 27. §. 6 D. ad leg. Iul. de adulter.* In VSV habere domum, nec quidquam in ea locare: *l. 33. D. de legat. I.* In VSV habere fructus: *l. 18. D de his, quae vt indign.* In VSV habere in domo mariti: *l 9 § 3. D. de iure dotium.* In VSV habere mulier: *l 58. D. de donat. int. vir. et vxor.* Proprii VSVS gratia: *l. 10. C. eod. tit.* VSIBVS propriis necessaria: *l. 3. C. de rer. permutat.* VSIBVS priuatis, et principalibus, et priuatis, VSVIVE publico destinata. *l. 2. §. vlt. D. ne quid in loc. publ.* VSVI publico obstare, *ibid.* In VSVM quotidianum haberi: *l. 6. D. de pignorib.* In VSV quotidiano esse. *l. 1. D. ad exhibend.* In VSVM suum: *l. 97. D. de legat. III.* VSVS sui caussa. *l. 4. §. 1. D. de publican.* VSIBVS suis retinere, et in VSVS suos conuertere: *l. 7. §. 12. D. de administr. et peric. tutor.* In VSVS tutoris pecuniae conuersae: *l. 3. C. arbitr. tutel.* ¶ 4. VSVS etiam pro consuetudine. Sic in VSV, id est, volgari et quotidiano sermone, in communi vita, et, vt dicimus, in praxi. *l. 45. l 52. §. 4. D. de legat. III. l. 2. l. 3. D. ex quib. causs. maior. l. 1. §. 33. D. de SC. Silan. l. 73. §. 2. D. ad leg. Falcid. l. 7. § 2. D. ex quib. causs. in possess. eat. l. 48. in fin. D. de aedil. edicto. l. 158. l. 211. D. de verb. signif.* Ita VSVS exigi dicitur, *l. vlt. C. ne quis in sua causs.* In VSV esse: *l. 48. §. vlt. D. quod cum eo, qui in alien. potest.* In VSV esse desiit: *l. vlt. D. de leg. Fab. de plag.* In VSV sunt verba: Vlpian. *tit. XXV. Regul. §. 2.* In VSV communi erant. *l. 31. § vlt. D. de donat. int. vir et vxor.* In VSV frequentissime versatur: *l. 45. D. de legat. III.* In VSV obseruari solet: *l. 1. §. 33. D. de SC. Silan.* Ex VSV cuiusque loci sumendum, *l. 65. §. vlt. D. de legat. III.* VSVS adpellandi, pro more. *l. 1. D. de adpellat.* et VSVS iuris. *l. 158. D. de verbor. signific.* In VSV igitur est, Cicero ait, in consuetudine *Lib. II. de inuentione cap. 54.* et Iulianus in *l. 8. D. de suis et legit. hered.* Graeci dicunt ἐν ἔθει. Aeschines κατὰ Τιμάρχου *p. 264. oper. Demosth. et Aeschin.* ὥσπερ ὁ νῦν πάντες ἐν ἔθει πράττομεν, τὸ τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντες λέγειν. *vt quod nunc ex vsu facere omnes solemus, vt prolata et exserta manu dicamus.*
¶. 5. VSVS etiam possessionem significat, vt Iauolenus, in *l. 7. et l. 115. D. de verb. signif.* scribit.

bit. Et ita Aelius Gallus possessionem VSVM definit apud Festum *Lib. XIV.* Sic et Horat. *II. Epist. 2. v. 159.*

Quaedam, si credis consultis, mancipat vsus.

VSV et mancipio separantur. Lucret. *Lib. III. v. 985.*

Vitaque mancipio nulli datur, omnibus vsu.

Publ. Syrus *in mimis*: *Fortuna nobis* VSV *dat, mancipio nihil.* Graeci hoc efferre conantur his verbis: χρήσει ὀ κτήσει. Cic. *Lib. VII. ad famil. epist. 29.* Vnde VSVA aquae: *l. 2. D. de extraord. cognit.* VSV adquirere: *l. 23. D. ex quib. causs. maior. l. 82. §. 1. D. de legat. I.* et VSV capere; *de quo verbo supra.* ¶. 6. VSVS, pro vtilitate. Sic VSVI esse. *l. 19. §. vlt. D. de captiu.* Ex VSV est, pro vtile est. *l. 99. in fin. D. de solution.* ¶. 7. Tenenda et haec. VSV res consumi vel minui. *l. 1. et rubr. D. de vsufruct. ear. rer. quae vsu consum.* VSVM pecuniae habere. *l. 83. D. de pignor. act.*

VT.

VT, pro quamuis. *l. 10. in fin. D. de neget. gest. l. 1. C. de action. emti.* Caesar *Lib. III. de bell. Gallic. cap. 9. Ac iam vt omnia contra opinionem accididerent, tamen se plurimum manibus,* (nauibos) *posse.* Liuius *Lib. V. sub fin. Hanc autem iactari magis caussam, quam veram esse, vt ego non dicam, adparere vobis, Quirites, puto.* et paullo post: *quum iam vt virtus vestra transire alio possit, fortuna certe loci huius transferri non possit.* et *Lib. XXXVIII. Vbi ira consedit, animos sol, puluis, sitis, vt ferrum non admoueas, prosternunt.* et idem auctor saepius alibi. Tertullian. *de cultu femin. Vt a* ☞ *culpa vaces, ab inuidia non liberaberis.* Inde etiam geminatum *vt*, id est, *vtut*, *αὐτὶ τῷ quamuis est.* Gronou. *Lib. III. Obseru. cap. 6.* HEIN.

¶. 2. VT quid noceat. *l. vlt. §. 1. D. quis ordo in possess.* ¶. 3. [VT pro aeque vt. *l. 1. §. vlt. D. quae res pignori vel hypoth.*] ¶. 4. [VT, pro quasi. VT filius institutus, id est, quasi. *l. 46. D. de iure fisci.*] ¶. 5. [VT idem significare videtur, ac quum, in *l. 2. D. de inoffic. testam.* quasi non sanae mentis fuerunt, VT testamentum ordinarent, id est, eo tempore, quum testamentum ordinarent. Sic Terent. *Hecyr. Act. III. sc. 3. v. 18.*

Mater consequitur: iam vt ad limen exirem, ad genua accidit.]

¶. 6. [VT, pro aut, io *l. 8. C. de locato. vt si qua lue.* vsorpari, notat Rudolph. Forner. *rer.* ☞ *quotid IV, 5.*] ¶. 7. De constructione coniunctionis VT cum futuro indicatiui modi, qualis est in *l. 32. §. vlt. D. de adquir. hered.* vide Cl. Dukerum *de Latin. vet. iurisconf. p. 356. et p. 489* HEIN.

VTC.

[**VTCVMQVE**, id est, in vniuersum vel quocumque loco et tempore. *l. 64. D. de legat. II. l. 26 D. de iniur.* et apud Horatium et Plautum saepissime. Cuiac. *in Paull. ad d. l. 26.*]

¶. 2 [VTCVMQVE, pro aliquo modo. *l. 75. D. de verbor. oblig.*]

VTE.

[**VTER**, id est, alteruter. Sic VTRO pro alterutro. *l. 1. §. 24. D. de exercit. act.* nisi for-

te ibi pro *vtro* legendum est *vno.* Similiter et VTRIVS pro alterutrius, in *l. 1. D. de diuort.* nisi et ibi magis est, vt *vnius* legamus.]

¶. 2. [VTRAE, id est, vtraeque, in *l. 34. princ. D. de oblig. et action.*] ¶. 3. VTER ab VTERO, id est, ab altero, euersus sit. *l. 45. §. 3. D. ad leg. Aquill.* ¶. 4. [VTER, dicitur vnus ex pluribus. VTRI volet, cui ex his volet. *l. 23. princ. D. de testam. tut.*]

VTER, est saccus ex pellibus confectus. VTRES vini. *l. 3. in fin. D. de tritic. vin. ol. legat.*

VTERINVS. Fratres VTERINI sunt, qui diuerso patre sed eadem matre geniti sunt, quemadmodum B. Ambros. *Lib. VIII. epist. 66.* exponit. Idem *Lib. II. de Abrahamo. Omnes homines vnius naturae partus sunt, iuxta eius concepti viscera, et vno foti atque effusi vtero; vnde nobis iure quodam germanitatis veluti fratres connectimur ab vno patre conditi, et vna matre tamquam fratres* VTERINI *editi.* B. Ambros. *Lib. VIII. epist. 62.* VTERINVS *frater, id est, diuerso patre et eadem matre genitus*: et ibidem VTERINOS *fratres agnationis ius non habere, sed cognationis tantum sibi titulo connexos esse*, ait. VTERINI fratres, in *l. 21. C. de excus. tutor.* VTERINVM Graeci ὁμομήτριον. Appian. *de bellis Syriac. p. 132. edit. Stephan.* ἐπεβούλευε γὰρ τῷ Κυζικηνῷ, καίπερ ὄντι ὁμομητρίῳ. *Struxit enim Cyziceno, quamuis vterino fratri, insidias.* πρὸς μητρὸς ἀδελφὸν vocat Dio Cass. *Lib. LVIII.*

VTERQVE, de duobus. Sic VTRVMQVE. *l. 12. D. de inoffic.* VTRAQVE pars: *l. 2. C. qui potior. in pign.* et ab VTRALIBET parte aedium: *l. 1. §. 8. D. de eloae.* Ex VTRAQVE parte cauere, id est, vltro citroque. *l. 2. D. de aedil. edicto.* VTRAQVE ripa: *l. vlt. D. de flumin.* VTERQVE sexus. vide SEXVS. Sic et ¶. 2. VTRIQVE, in *l. 53. D. mandati.* Cum VTRISQVE. *l. 13. §. 4. D. de pignor.* [VTRISQVE natis: *l. 14. D. de iniusto, rupt. irrit.* quamuis Accursius ibi explicet pro vtrocomque nato. Si VTRIQVE vixerint, vtrique, si alteri, alteri debebitur. *l. 81. §. 8. D. de legat. I.*] ¶. 3. [VTERQVE, id est, alteruter. *l. vlt. §. 5. C. de bon. quae liber. l. 2. princ. D. de eo, quod certo loc.* Et sic quoque accipiendum hoc verbum, in *l. 14. D. de ininst. rupt. irrit.* et *l. 19. princ. D. de liber. et postum.* ex sententia Accursii, quae tamen vix probanda.

VTERVS, venter. *l. 3. D. de condict. indeb. l. 3. §. 10. D. de suis et legitim. l. 7. D. de statu homin.* Vno VTERO tres edere. *l. 3. §. 16. D. de statuliber. l. 3. §. 10. D. de suis et legitim.* id est, vno foetu, vt loquitur *l. 7. D. de reb. dub.* VTERO quoque exsecto partus editus. *l. 1. §. 9 D. vnde cognati. l 6. §. 1 D. de inoffic. testam.* In VTERO gestare. *l. 4. D. de SC. Silan.* VTERO grauidi *l 11. D. de iure codicill.* In VTERO habere: *l. 30. §. 6. D. de adquir. hered.* Vno VTERO marem et feminam parere. *l. 10. §. vlt. D. de reb. dub.*

VTI,

V T I.

VTI.

VTI, experiri, et instituere. Sic VTI actione. l. 28. §. 4 D. de iureiurand. l. 12. §. vlt. D. ad exhib. l. 11. §. 1. D. de pignor. l. 14. §. 11. D. de religios. l. 3. §. vlt. D. de negot. gest. l. 4. §. 5. D. si seruit. vindic. l. 11. D. de action. emt. l. 84. §. vlt. l. 108. §. 2. D. de legat. I. l. 76. §. 8. D. de legat. II. l. 15. §. 26. §. 36. D. de damn. infect. l. 41. l. 53. D. de oblig. et action. l. 8. §. vlt. D. de condit. instit. l. 58. §. 2. D. de donat. int. vir. et vxor. l. vlt. C. quand. fisc. VTI actionibus: l. 63. §. 9. D. ad SC. Trebell. l. 2. C. de contrar. indic. l. 1. C. si aduers. transact. l. 3. C. de dot. promiss. VTI actionibus cessis: l. 11. C. de fideiussor. VTI possessoriis actionibus; l. 4. D. de Carbon. edicto. VTI deposit actione. l. 8. C. ad exhibend. VTI Fauiana: l. 1. §. 27. D. si quid in fraud. patron. VTI interdicto: l. 5. §. 10. et §. vlt. D. de oper. nou. nunc. l. 3. §. 7. D. vti possidet. l. 1. l. 7. §. 3. et l. 15. D. quod vi aut clam. l. 2. l. 17. D. de precar. l. 3. D. ne vis fiat ei, qui in possess. l. 1. C. de tabul. exhibend. l. 1. C. quor. legat. VTI hereditatis petitione; l. 1. D. de hered. petit. VTI pignoratitia: l. 11. §. vlt. D. de except. rei iudic. et Publiciana; l. 16. D. de pignor. VTI Seruiana: l. 10. D. eod. tit. VTI vindicatione: l. 8. C. ad exhib. et rei vindicatione; l. 8. C. depositi vel contra. l. 12. C. de furt.

¶. 2. VTI, pro opponere, obiicere. VTI auctoritate rei iudicatae: l. 17. D. de inoffic. testam. VTI compensatione: l. 12. §. vlt. l. 15. D. ratam rem haber. deductione; l. 15. D. eod. tit. defensione: l. 16. C. de vsur. l. 33. D. de nouation. l. 43. D. de reg. iur. l. 3. C. de reb. alien. non alien. l. 20. C. de excusat. tutor. defensionibus: l. vlt. C. ne vxor pro marit. l. 52. D. de iudic. l. 5. C. quod cum eo, qui in al. pot. l. 1. C. de acceptilat. l. 28. C. de euiction. l. 1. C. de iur. et fact. ignor. VTI pluribus defensionibus; l. 5. D. de exception. VTI exceptione: l. 1. §. 1. l. 21. D. ad SC. Trebell. l. 23. §. 3. D. de condict. indeb. l. 2. §. 4. l. 4. §. 1. D. de dol. mal except. l. 36. D. de verb. oblig. l. 8. §. 1. D. ratam rem hab. l. 26. D. de legat. II. l. 6. §. 1. D. de pecul. legat. l. 45. D. de fideicommiss. libert. l. 19. princ. et §. 2. D. de probation. l. vlt. C. ne fisc. vel resp. l. 14. C. de rei vindic. l. 1. l. 5. l. 8. D. de exception. l. 2. l. 14. l. 20. C. ad SC. Velleian. l. 19. C. de iur. dot. l. 7. §. 10. §. 11. D. de SC. Macedon. l. 1. §. 1. D. quand. de pecul. act. ann. l. 5. §. 1. D. de diuers. tempor. act. l. 3. §. 3. D. de liber. legat. l. 80. §. vlt. D. ad leg. Falcid. l. 5. §. 5. l. 8. D. de dol. mal. except. l. 17. D. soluto matrim. l. 7. §. 2. D. de curator. furios. l. 1. D. vt in possess. legat. l. 11. l. 13. §. 2. D. de iureiur. l. 3. §. 3. D. quod quisqu. iur. in alt. l. 3. l. 5. §. vlt. D. si quis caut. in iudic. l. 15. C. de fideiuss. VTI exceptione aduersus creditorem: l. 12. D. de nouation. Non VTI exceptione: l. vlt. §. 4. D. ad SC. Velleian. VTI excusatione; l. 1. §. 1. D. de vacat. et excusat. VTI excusatione apud praesidem; l. 18. C. de excusat. tut. excusationibus: l. 21. §. 1. l. 36. §. vlt. D. de excusation. VTI praescriptione: l. 50. §. vlt. D. de iudic. l. 29. C. de praescript. long. temp. l. 5. D. de accusation. l. 1. C. si quis ignor. l. 1. C. de praescript. long. temp. Similiter et VTI replicatione dicitur. l. 50. §. vlt. D. de bonis libert. l. 46. §. 5. D. de administr. et pericul. tut. l. 2. C. de iudic.

¶. 3. VTI accessione: l. 14 D. de diuers. tempor. action. VTI accessione auctoris: l. 4. §. 27. D. de doli mal. except. VTI adminiculo: l. 13. §. 1. D. de adquir. poss. VTI adpellatione: l. 5. C. si reus vel accus. l. 10. §. vlt. C. mandat. VTI auxilio adpellationis: l. 7. C. de adpellation. VTI aedibus: l. 22. D. de damn. infect. argumento; l. 9. D. de seruitut. l. 13. §. 5. D. de iureiur. argumentis. l. 8. C. de quaestion. arte: l. vlt. D. de obsequ. parent. auxilio: l. 3. D. de fideiuss. l. 5. l. 6. C. ad SC. Velleian. l. 26. D. eod. tit. l. 23. §. 3. D. de condict. indeb. l. 16. D. si seruit. vindic. l. 12. D. de minor. auxilio aetatis: l. 11 D. de institor. act.

¶. 4. VTI beneficio: l. 33. D. de excusation. VTI beneficio edicti: l. 1. §. 1. D. si famil. furt. fec. beneficio Falcidiae: l. 16. §. 9. D. ad SC. Trebell. l. 47. §. vlt. l. 94. D. ad leg. Falcid. beneficio legis Falcidiae: l. 63. §. 11. et §. 12. l. 28. l. 66. D. ad SC. Trebell.

¶. 5. VTI commodo: l. 4. D. ad SC. Trebell. l. 2. D. de action. emti. legis Falcidiae commodo: l. 27. §. 10. D. ad SC. Trebell commodo legis: l. 30. D. eod. tit. VTI conditione: l. 7. §. vlt. D. de dol except. l. 1. §. 10. D. quar. rer. act. conditione iurisiurandi: l. 34. §. 7. D. de iureiurand. VTI contemplatione: l. 6. D. ad SC. Velleian. l. vlt. D. de eo, quod certo loco. conuentione: l. 12. C. de pactis.

¶. 6. VTI distinctione: l. 35. D. locati. l. 65. §. 10. D. pro socio.

¶. 7. VTI Falcidia, seu beneficio legis Falcidiae, vel non vti. l. 11. l. 15. D. de his, quae vt indign. l. 43. D. de condit. et demonstrat. l. 14. §. vlt. l. 15. §. 1. l. 22. D. ad leg. Falcid. VTI lege Falcidia; l. 75. D. eod. tit. VTI ratione Falcidiae: l. 5. C. eod. tit. Non VTIMVR Falcidia: l. 11. D. de his, quae vt indign.

¶. 8. VTI honoribus: l. 3. C. de re militar.

¶. 9. VTI immunitate: l. 34. D. de excusation. instrumento: l. 2. C. de fide instrum instrumentis; l. 31. D. de iureiur. l. 35. D. de re iudic. VTI intentione: l. 66. D. de iudic. VTI iure: l. 5. C. de hered. vel act. vend. l. 3. C. de rescind. vend. l. 18. C. de negot. gest. l. 5. l. 7. C. de non num. pec. l. 10. C. de pignor. action. VTI iure meo. l. 24. §. vlt. D. de damno. infect. VTI iure suo: l. 50. §. 1. D. de bon. libert. l. 3. §. 5. D. de bonor. poss. contr. tabul. l. 3. D. de natal. restit. l. 5. §. vlt. D. de doli except. l. 3. §. 1. D. de homin. lib. exhib. VTI iure suo creditor: l. 1. D. de statulib. Non VTI iure suo; l. 14. D. de legat. praestand. Respublica VTITVR iure minorum: l. 4 C. ex quib. causs. maiores.

¶. 10. VTI lucro: l. 26. D. de damn. infect.

¶. 11. VTI opera serui: l. 3. §. 3. D. de statulib. opera et negotiis: l. 37. §. 6. D. de legat. III. operibus: l. 36. D. de stipulat. seruor.

¶. 12. VTI praerogatiua: l. 9. §. vlt. D. de iureiur. l. 11. D. de administr. et peric. tut. VTI praetextu: l. 6 D. de muner. et honor. priuilegio: l. 5. §. 6. D. de iur. immunit. l. 12. D. si quis caution. in iudic.

¶. 13. VTI querimonia: l. 8. C. de non num. pecun.

¶. 14. VTI eadem ratione: l. 2. D. de rescind. vend. ratione Falcidiae: l. 5. C. ad leg. Falcid. VTI remedio: l. 1. §. 3. D. de tutel. et ration. distrah. arctiore remedio; l. 3. C. de patria potest. VTI repudiatione: l. 26. C. de fideicommiss.

¶. 15.

VTI-

VTIMVR Senatusconsulto: *l. 20. §. 10. D. de hered. petit.* subscriptione: *l. 29. D. ad leg. Cornel. de fals.* ¶. 16. VTI titulo: *l. 16. C. de donat. int. vir. et vx.* VTI via: *l. 10. §. 1. D. de pactis.* ¶. 17. VTIMVR etiam iure, vel sententia consultorum, quae adprobata receptaque est. Eo iure VTIMVR. *l. 1. §. 4. D. vt legat. seu fideic. l. 8. §. 1. et §. 7. D. de precar. l. 26. D. de adquir. rer. domin.* Eoqoe iure VTIMVR: *l. 3. D. de agnosc. vel alend. liber.* Hoc iure VTIMVR: *l. 152. D. de regul. iur. l. 16. §. 9. l. 25. D. ad SC. Trebell. l. 114. §. 4. D. de legat. I. l. 13. §. 1. l. vlt. D. de fund. dotal. l. 8. §. vlt. l. 13. §. 7. D. de acceptil. l. 83. D. de solution. l. 6. D. de vi et vi armat. l. 3. §. 1. D. de in rem vers. l. 57. D. de manumiss. testam. l. 14. §. 8. D. de bonis libert. l. 3. §. 10. D. de statulib. l. 4. §. 18. D. de doli except. l. 8. §. 2. D. de nouat. l. 8. §. 3. D. de fideiussor. l. 14 D. de adpellat. l. 1. §. 11. D. de successor. edict. l. 7. l. 61. §. 1. D. ad leg. Falcid. l. 80. eod. tit. l. 10. D. de verb. obligat. l. 52. §. 19. D. de furt.* Hoc iure hodie VTIMVR: *l. 25. §. 7. D. de heredit. petit.* Quo iure VTIMVR: *l. 18. D. de his, quae vt indign.* Alio iure VTIMVR: *l. 13. §. vlt. D. locati.* Sic etiam VTIMVR Cassii sententia: *l. 50. D. ad leg. Falcid.* Non VTIMVR Atilicini sententia: *l. 6. §. vlt. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* ¶. 18. VTENDI generalis est adpellatio. VTENDVM datum dicitur, et quod mutuum datum est, *l. 2. D de calumniator.* et quod commodatur. *l. 20. D. de adquir. possess l. 19. l. 21. §. 1. D. commodati. §. 2. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* Vnde VTENDVM rogare, pro commodato rogare. *l. 13. D. depositi.* Plaut *in Aulular. Act. I. scen. 2. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, quae vtenda vasa semper vicini rogant.* Cato *de re rustic. Cap. I. Vnde* VTENDA *roget.* Inter *commodatum* tamen et VTENDVM *datum* Labeo proprie hoc interesse existimabat, quod inter genus et speciem. Commodari enim rem mobilem, non etiam soli; VTENDAM dari etiam soli. *l. 1. D. commodati.* Sic VTENDVM dare aurum: *l. 34. D. de iur. dotium.* VTENDA vasa dare: *l. 21. §. 1. D. commodati.* Plaut *in Asinar. Act. II. scen. 4. Scyphos, quos vtendos dedi Philodemo. in Aulul. Act. II. scen. 1. Famem hercle vtendam si roges, numquam dabit. Ibid. Act. II. scen. 9. Ego hinc artoptam ex proximo vtendum peto a Congrione.* Sic quoque VTENDVM aliquid accipere. *l. 19. D. commodati.* ¶. 19. Non VTENDO amittere. *§. 3. Inst. de vsufruct. l. 126. D. de verbor. obligat.* ¶. 20. VTI passiue. *l. 24. D. de seruit. praed. rustic.*

VTILIS, E. VTILIA quaedam sunt *publice*, quaedam *priuatim*. *l. 1. §. 1. D. de instit. et iur.* Publice VTILIA sunt et quae ad vtilitates omnium in commune pertinent *l. 3. §. 15. D. de SC. Silanian. l. 6. §. 6. D. de offic. praesid. Publice* VTILE est, verbi gratia, absentium excusationes accipi. *l. 33. §. 2. D. de procurator.* per itinera tuto ac sine periculo commeari. *l. 1. §. 1. D. de his, qui effud. vel deiec.* supremas defunctorum voluntates exitum habere. *l. 5. D. testam. quemadm. aper.* mulieres dotatas esse, *l. 1. D. soluto matrim.* peccata nocentium nota esse. *l. 18. D. de iniur.* Item alia multa, quae *Lib. IX.* in verbo INTEREST adnotauimus. De iis, quae *priuatim vtilia* sunt, non est, quod separatim dicamus, quum sint innumera. ¶. 2. VTILE pro aequum. VTILE est. *l. 26. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 1. §. 5. D. quando adpell.* Longe VTILE est. *l. 28. §. 1. D. de pact.* VTILIVS, pro aequius. *l. 54. D. mandati.* VTILIVS est. *l. 1. §. 2. D. de ventr. in possess. mittend. l. 5. §. vlt. D. si pars hered. petat.* VTILIVS esse videtur. *l. 25. §. vlt. D. de adquir. possess.* VTILIVS est dicere: *l. 61. D. de iur. dot. l. 3. D. de religios.* VTILIVS dicendum est. *l. 2. §. 24. D. vi bonor. raptor.* VTILIVS puto: *l. 4. §. 23. D. de doli exception.* VTILIVS visum est. *l. 1. D. vsufruct quemadm. cau. l. 4. §. 33. D. de doli except.* adde infra verbum, VTILITAS. ¶. 3. VTILES *actiones* dicuntur, quae deficientibus legum vel edictorum verbis aequitate suggerente, et vtilitatis gratia ad speciem propositam accommodantur. *l. 19 D. de praescript. verb. l. 5. §. 9. D. de constit. pec. l. 2. §. 5. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* Quod ego alias Deo fauente exemplis adpositissimis demonstrabo. Interim hoc monuisse contentus ero, VTILES *actiones directis* opponi, quae recta ex verbis legis descendunt, quum *vtiles* inflexae sint, et, vt Theophilus vocat, *πλαγιασταί.* Hinc VTILIS actio *legitimae* opponitur, id est, directae, in *l. 22. D. de aqu. et aqu. pluu. arcend.* Ex eo enim negotio, cuius caussa constitutae et comparatae sunt, ad aliud, cui minus conueniunt, vtilitate suadente contorquentur, et inflectuntur. Demonstrantur autem plerumqoe hae actiones his verbis: *quasi, ad exemplum, exemplo, veluti, ad similitudinem.* Sic *exemplo* pigneratitiae actionis, VTILIS actio datur. *l. 5. §. 21. D. vt in possess. legator.* Seruiana actio, vel quae ad exemplum eius instituitur, VTILIS. *l. 1. C. de precar. et interd. Saluian.* Quae et accommodari dicuntur. Huc pertinent: VTILEM actionem: *l. 17. in fin. D. de vsufruct. l. 51. §. 3. D. de euict. l. 37. D. mandat. l. 1. D. de eo, quod certo loco. l. 22 §. 5. D. mandat. l. vlt. D. de aestimator. l. 3. D. de condict. indeb. l. 39. D. de euiction.* VTILIS actio, quae praescriptis verbis rem gestam demonstrat. *l. 6. C. de transaction.* VTILIS in rem actio: *l. 55. D. de donat. int. vir. et vxor. l. 3. § 3. D. de nou. oper. nunciat.* VTILI actioni succedit VTILIS alia, vt *l. 1. C. de magistrat. conuen.* VTILIS in factum actio: *l. 26 §. 3. D. de pact. dotal.* VTILIS exceptio: *l. 41. D. de minor. l. 2. C. de iudic. l. 19. §. vlt. D. ad SC. Velleian. l. 3 D. de rescind. vendit. l. 5. C. de vsur.* VTILEM fore exceptionem: *l. 16. D. de exception.* VTILIS ad exemplum institoriae: *l. 13. §. 25. D. de action. emt.* VTILE interdictum: *l. 1 § vlt. D. de interdict. l. 1. §. 20. D. de vi et vi armat. l. 3. §. 5. D. vti possidet.* cui opponitur ioutile. *l. 1. §. 35. D. de aqu. quotidian.* (vbi tamen VTILE legitur. HEIN.) VTILE interdictum habere: *l. 3. §. 5. D. de itin. actuqu priu. l. 4. §. 4. D. de in diem addict. l. 11. §. 10. D. quod vi aut clam.* VTILE esse interdictum: *l. 1. §. vlt. D. de migrand. l. 1. §. 11. D. de itin. actuqu. priuat. l. vlt. D. quod vi aut clam.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 6.* VTILE interdictum competere: *l. 1. §. 18. et §. 17. D. de flumin. l. 2. §. 6. et §. 39. D. ne quid in loc. publ. l. 1. D. de Saluian. interdict.* VTILE interdictum reddi: *l. 1. princ. D. eod. tit.* VTILE iudicium: *l. 2. §. 1. D. famil. ercisc. l. 65. D. de euiction.* VTILE communi diuidundo iudicium: *l. 1. §. 8. D. de superficieb.* VTILE iudicium reddi: *l. 44. D. de aqu. quotid.* VTILIS per-

VTI.

persequutio: l. 5. C. si alien. ret. VTILIS petitio: l. 36. D. de seruit. VTILIS pignoratitia: l. 13. D. de condict. indeb. l. 5. §. 21. D. vt in possess. legat. VTILEM futuram doli replicationem: l. 7. §. 6. D. pro emtor. ¶. 4. Interdum tamen VTILIS actio eam significat, quae est in manibus l. 24. D. de liber. causs. §. 1. Inst. vi bonor. rapt. Sic VTILIS actio pro efficaci: l. 31. D. de regul. iur. l. 38. §. 21. D. de verb. oblig. et VTILE iudicium; l. 24. D. de lib. caussa.

¶. 5. Dicuntur et anni, dies, menses VTILES. Sunt autem dies VTILES, quibus experiundi et iudicis adeundi potestas est. l. 1. D. diuers. temp. action. l. 3. in fin. D. de accusat. l. 6. D. quae in fraud. creditor. l. 19. D. ad SC. Turpill. l. 31. §. 22. l. 55. D. de aedilit. edicto. l. 1. §. 9. D. de agnosc. vel alend. liber. VTILES autem dies, interdum; (quod in his, quae decretum exigunt, seruatur,) sessionum accipiuntur, quibus scilicet praetor pro tribunali sederit, et postulationibus daderit responsum. In his vero, quae de plano expediri possunt, VTILES sunt, quicumque dies, quibus praetor sui copiam in publico, vel adeuntibus se fecerit. l. 2. D. quis ordo in bon. possess. l. 2. C. qui admitt. ad bon. poss. §. vlt. Inst. de bon. possess. Sic VTILES dies, quibus adeundi iudicis facultas est. l. 1. §. 7. D. quand. adpell. et quibus eius facultas fuerit, apud quem reus vel rea postulari potest. l. 6. D. ad leg. Iul. de adulter. et quibus potest accusationum sollemnia implere accusator. l. 11. §. 5. D. eod. tit. Ita et VTILES menses accipiendi sunt. l. 4. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 1 §. 10. D. ad SC. Turpill. Collat. Leg. Mosaic. et Rom. tit. IV. §. 4. l. 19. §. vlt. D. de aedilit. edict. VTILEM quoque annum ita accipimus, ex diebus vtilibus, id est, quibus experiundi potestas fuerit, constantem. l. 1. D. quand. de pecul. act. annal. est. l. 1. D. de in rem verso. l. 28. §. 3. D. de liber. et postum. l. 14. D. de aqu. et aqu. pluu. arc. l. 1. l. 6. in fin. D. quae in fraud. credit. l. 1. D. vti possidet. l. 14. §. 2 D. quod metus causs. l. 9. §. vlt. D. de aedilit. edict. l. 1. D. si is, qui testam lib. l. 1. §. 39. D. de vi et vi armat. l. 2. §. 13. D. vi bon. rapt. l. 17. D. de castrens. pecul. l. 4 C. de noxal. action. l. 5. C. ad SC. Velleian. l. 2 C. vnde vi. quo primum experiundi potestas fuit l. 2. C. vi bonor. raptor. Experiundi autem potestas est, si agendi facultas est, nec enim satis est, reum potestatem secum agendi facere, vel habere eum, qui se idonee defendat: sed hoc amplius exigitur, vt actor nulla idonea caussa impediatur experiri. Nam si vel reipublicae caussa absit, vel ab hostibus detineatur, aut in vinculis sit, aut sic tempestate in aliquo loco detineatur, aut mandare non possit, experiundi potestatem non habet. l. 1. D. de diuers. tempor. action. Ceterum experiundi potestatem, quod ad redhibitoriae tempus attinet, habuisse non videtur, quo vitium latens fugitiui ignorauit l. 55. D de aedilit. edicta. Dies ad adpellandum constituti ad aliquid vtiles sunt: si forte eius, a quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Nam is dies seruatur, quo primo adeundi facultas erit, id est, quo in publico sui copiam fecerit. l. 1. §. 7. D. quando adpelland. sit. VTILE autem tempus et continuum opponuntur. l. 31. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 1. §. 9. D. de liber. agnoscend. Sic VTILE tempus restitutionis: l. 39. D. de minor.

¶. 6. Proprio sensu dicitur VTILIS conditio: l. 10. C. de pact. l. 1. C. de pactis conuent. VTILES impensae: l. 14. D. de mort. causs. donation. sumtus: l. 5. C. de rei vindicat. vid. supra Lib. IX. in verbo IMPENSAE.

VTILITAS, alia priuata, alia publica. l. 2. §. 2. D. ne quid in loco publ. Publica, quae eadem communis adpellatur, in l. 51. in fin. D. ad leg. Aquill. l. 45. §. vlt. D. eod. tit. l. 3. D. de feriis. l. 1. C. vectigal. non. l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. publ. Sic VTILITATIS publicae interest. l. 13. D. de pollicitat. propter VTILITATEM publicam: l. 13. D. de accusation. VTILITATIBVS publicis et priuatis prospicitur. l. 2. § 2. D. ne quid in loco publ. Sic etiam VTILITAS prouinciae: l. 10. D. de offic. procons. ¶. 2. Ad publicam VTILITATEM spectare videtur cloacarum refectio. l. 1. §. 7. D. de cloacis. Conditio VTILITATI publicae oppugnans. l. 2 §. 44. D ad SC. Tertull. Praeterea si, quod tumultus vel incendii; vel naufragii caussa depositum est, non redditur, crescit perfidiae crimen, et publica VTILITAS coercenda est, vindicandae reipublicae caussa. l. 1. §. 4. D. depositi. Publica quoque est VTILITAS edictorum praetoris, quae iuris veteris supplendi, corrigendi, emendandi caussa comparata sunt l. 7. D. de iustit. et iur. Pro publica VTILITATE exercetur actio iniuriarum, quoniam ad compescendam audaciam cohibendamque petulantiam hominum iniuriosorum pertinet. l. 42 §. 1. D. de procurat. adde l. 5. §. vlt. D. de iniur. et Paull. Lib. IV. Sentent. tit. 4. §. 15. Publicae VTILITATIS interdictum; l. 2. D. de interdict. Publicae VTILITATIS caussa propositum dicitur interdictum, de loco publico fruendo. Tuetur enim vectigalia publica, neruos totius ciuitatis l. 1. §. 1. D. de loco publ. fruendo. Publicae VTILITATIS gratia munera patrimonii adiudicantur l. 2. C. de muner. patrim. Publica est VTILITAS nuptiarum. l. 12. §. 3. D. de captiu. Versatur et in nuptiis vtilitas priuata, in rerum dotalium scilicet conseruatione: quo referenda sunt verba, propter vtilitatem nubentium, in l. 6. D. de pact. dotal. Pupillorum quoque fida cura ad publicam VTILITATEM spectat. l. 6. D. rem pupill. saluam fore. licet in ea versetur priuata VTILITAS pupilli: l. 23 C. de excusat. tutor. l. 4. D. de offic. eius, cui mandat. iurisdict. quare contra VTILITATEM pupillorum nihil fieri debet. l. vlt. C. de aliment. pupill. praestand. Huc spectant verba: ¶. 3. VTILITAS legis Aquiliae, in l. 11. D. de praescript. verb. Ex VTILITATE edicta commendantur. l. 1. D. de negot. gestis. l. 1. D. de restit. in integr. l. 1. D. de exercit. action. l. 1. §. 1. D. naut. caupon. stabul. ¶. 4. Atque haec VTILITAS ius facit et constituit. Iura enim salubriter pro vtilitate hominum introducta sunt. Quam ob rem et Horat. I, Serm. 3. VTILITATEM iusti et aequi matrem dixit. Ac Cicero Lib. III. de finib. Estque legislatoris, ait, omnia ad VTILITATEM ciuium referre, grauissimeque et verissime defenditur, numquam aequitatem ab VTILITATE posse seiungere. Denique idem Cicero pro Caecina sic loquitur, vt ostendat, nihil inter aequitatem et vtilitatem communem interesse. An tu, inquit, qui tam diligenter et callide verborum contrauer-

trouersias, non aequitate diiudicas, et iura VTILITATE *communi, sed litteris exprimis.* Idem *ad Quint. Fratr.* et Aristoteles *de moribus.* Vnde idem Cicero *in Topic.* ius ciuile definit, *quod pluribus in quaque ciuitate vtile est.* Solent et saepeiurisconsulti sic ratiocinari: par vtilitas, ergo idem ius. *l. 3. §. 35. D. vt in possess. legator. l. 2. §. 9. D. pro emtor. l. vlt. D. de cloaicis.* Nam quoties lege aliquid vnum vel alterum introductum est, bona occasio est, et cetera, quae ad eamdem VTILITATEM tendunt, interpretatione, vel certe iurisdictione suppleri. *l. 12. D. de legib.* Inde VTILE vel VTILIVS esse, id est, magis ex vsu esse, pro ratione decidendi legimus. *l. 2. § 37. D. ne quid in loc. publ. l. 5. in fin. D si pars hered. petat. l. 89. in fin. D. de solution.* Vide supra in VTILE et VTILIVS. Inde VTILE pro aequo ponitur in *l. 1. §. 5. D. quando adpelland. sit.* et VTILITAS pro aequitate. *l. 3. §. vlt. D. de constit. pecun* Ideoque VTILITATI opponitur stricta iuris ratio. *§. 10. Inst. de mandato. l. 43. D. de religios.* ¶. 5. Ita interpretanda sunt verba: propter VTILITATEM. *l. 1. §. 5. D. de exercit. act. l. 17. §. 2. D. de praescript. verb.* Propter VTILITATEM receptum est. *l. 40. §. 1. D. de adquir. possess.* Sic: propter publicam VTILITATEM, ne insepulta cadauera iaceant, strictam rationem insuper habemus. *l. 43. D. de religios.* Ad VTILITATEM publicam quoque pertinent cautiones legati seu fideicommissi nomine a legatariis praestari solitas remitti posse. *l. C. 2. vt in possess. legat.* Eodem modo accipe verba: propter VTILITATEM dicendum est, *l. 1. §. 1. D. quod legator.* et sententia Pegasi *vtilior* est. *l. 1. §. 3. D. si pars hered. pet.* et VTILITATEM habet. *l. 3. §. vlt. D. de constit. pecun.* Quod rescriptum summam habet VTILITATEM, id est, rationem. *l. 67. § 10. D. de legat. II.* VTILITATIS caussa: *l. 2. §. 16. D. pro emtor. l. 95. §. 7. D. de solution. l. 5. §. 1. D. de legit. tutor.* VTILITATIS caussa vsucapere posse, quod a furioso, tamquam sanae mentis homine, emtum est. *l. 2. §. 16. adde §. 9. D. pro emtore.* VTILITATIS caussa Senatus censuit, posse etiam earum rerum, quae vsu consumuntur, vsumfructum constitui: vt tamen heredi eo nomine vtiliter caueatur. *§. 2. Instit. de vsufruct.* Multaque alia VTILITATIS caussa placuerunt, quae strictum ius non admittebat. *l. 8. C. de adquir. possess.* Sic VTILITATIS caussa dicitur. *l. 26. D. mandat.* VTILITATIS causis receptum: *l. 5. D. de obligat. et action. l. 1. §. 14 D. de adquir. possess. l. 32. § vlt. l. 44. §. 1. D. eod. tit.* Paull. *Lib. V. Sent. tit. 2.* VTILITATIS caussa iure singulari receptum. *l. 44. §. 1. D. de adquir. possess.* VTILITATIS caussa recepta sententia *l. 2. §. vlt. D. de statulib.* VTILITATIS caussa obseruari coepit. Paull. *Lib. V. Sent. tit. 10. §. 2.* VTILITATIS gratia motus: *l. 1. D. qui et a quib.* VTILITATIS ratione receptum est. *l. 1. C. de adquir. possess.* Sic etiam VTILITATEM summam habet rescriptum. *l. 67. §. vlt. D. de legat. II.* Sic multa iure ciuili contra rationem disputandi pro VTILITATE communi recepta esse, Iulianus ait *l. 51. §. vlt. D ad leg. Aquil.* et Paullus contra tenorem rationis propter aliquam VTILITATEM quaedam introducuntur. *l. 16. D. de legib.* Sic VTILITAS publica praefertur aequitati, in *l. 7 C. de procurat.* Et ex VTILITATE publica aliquid receptum esse dicimus. *l. 8. D. depositi.* ¶. 6. Adde et sequentia. VTILITATEM in ea re deduxisse. *l. 81. D. de verbor. obligat.* VTILITAS augetur. *l. 18. §. vlt. D. de iudic.* VTILITAS exigit. *l. 20. §. 2. D. de seruitut. praed. vrb. l. 11. D. de praescript. verb.* VTILITAS recipit. *l. 36. D. de statulib.* VTILITAS suadet: *l. 1. §. 6. D. ne quid in flumin. publ.* et suasit: *l. 3. §. 12. D. de itiner. actuqu priuat.* Sic VTILITATE suadente: *l. 1. §. 6. D. ne quid in flumin. publ.* Et VTILITATE suadente receptum, quemadmodum legendum videtur in *l. 44. §. 6. D. de vsucapion.* VTILITAS versatur *l. 1. D. de negot. gest.* ¶. 7. VTILITAS *priuata* est omne compendium, et id, quod nostra interest, id est, damna et lucra complectitur. *l. 4. §. 7. D. de damn. infect. l. 11. §. vlt. D. de action. emt. l. 81 §. vlt. D. de verb. oblig. l. 1. §. 5. D. ne vis fiat ei, qui in possess. l. penult. D. si quis caution. in iudic.* Ita accipe, quod dicitur: VTILITATEM deberi. VTILITATEM venire in iudicium et in aestimationem. *l. 9. §. 8. D. ad exhib. l. 22. l. 23. D. ad leg. Aquill.* Sic VTILITAS pro eo, quod interest, in *l. 80. D. de furt. l. 4 §. 1. D. fin regund. l. 11. §. vlt. D. de action emti. l. 6. l. 11. §. vlt. D. de seruo corrupt.* [Vnde Cuiac. *in Paull. Lib. XIX. ad Edict. l. 2. D de seru. corrupt.* VTILITATEM et id, quod interest, semper idem in iure esse, scribit.] Eodem sensu, VTILITAS omnis, in *l. 91. D. de verbor. signific.* Et VTILITAS a fructibus separatur. *l. 1. §. 41. D. de vi et vi armat.* Sic: VTILITAS auctoris: *l. 9. §. vlt. l. 10. D. ad exhibend.* creditoris: *l. 1. §. 5. D. ne vis fiat ei, qui in possess. miss.* emtoris; *l. 21. §. 3. D. de act. emti.* pignoris: *l. 14. D. de pecun. constit.* pretii: *l. 2. C. de fid. et iur. hastae fiscal.* VTILITAS, quae circa ipsam rem constitit. *l. 21. §. 3. D. de action. emti.* et VTILITATES amissae aestimandae sunt. *l. 9 §. vlt. D. ad exhibend.* Et ita accipe verba: propter VTILITATEM contrahentium: *l. 13. D. de pignorib.*

¶. 8. VTILITAS temporis, pro actione dierum vtilium. *l. 1. §. 3. D. quis ordo in bon. possess.* [Aliter VTILITAS temporis, in *l. 4. princ. D. de eo, quod certo loco*]

VTILITER, id est, recte secundum iuris ac legum ordinem. *l. penult. D. de legit. tut. l. 3. D. de manum. testam.* opponitur inutiliter. *l. 66. §. 2. D. de euiction.* VTILITER admittitur: *l. 55. D. de pactis.* VTILITER agere: *l. 30. §. 1. D. de act. emti. l. 54. D. mandati.* Et non VTILITER acturum: *l. 57. D. eod. tit.* VTILITER agis: *l. 24 §. 4. D. locati. l. 43. D. de religios.* agam: *l. 62. D. de solution.* agi: *l. 6. l. 7. D. de seru. export.* agi potest: *l. 4. §. vlt. D. qui satisd. cogant.* cauere: *§. 2. Inst. de vsufruct.* Paull. *Sent. V, 9. 1.* cautum: *l. 3. §. 2. D. vsufruct. quemadm. caueat.* VTILITER cedere tempora: *l. 5. D. pro emtore.* VTILITER competit. *l. vlt. D. seruit. quemadm. amitt.* computari tempora: *l. 21. C. ad leg. Iul. de adult.* dari: *l. 17. D. de fideic. libert.* dependi: *l. 68. D. de solution.* experiri: *l. 23. D. depositi.* VTILITER instituit. *l. 48. §. vlt. D. de hered. instit. l. 6. D. de bonor. possess. secund. tabul.*

bul. VTILITER interdicere: l. 1. §. 1. D. de migrando. peti: l. 29. D. de act. emt. VTILITER probatum est. l. 5. §. 1. D. vt legator. VTILITER relicta libertas: l. 45. D. de fideicomm. libert. VTILITER respondetur: l. 22. D. mandati. VTILITER stipulari. l. 45. l. 46. l. 97. §. 1. D. de verbor. obligat. l. 98. §. 4. D. de solution. l. 13. §. 8. D. de damn. infect. et contra, inutiliter. l. 11. l. 38. D. eod. tit.

VTIQVE, pro tantum. l. 21. D mandati. l. 31 §. 12 D. de aedilit. edict. l. 17. §. 4. D. de praescript. verb. l. 7. §. 2. D. de iniur. Ita etiam non VTIQVE, pro non tantum l. 31. §. 12. D. de aedil. edict. adde supra verbom NON.
¶. 2. [VTIQVE. id est, certe. l. 16. D. de rei vindic.] ¶. 3 [VTIQVE, pro, si non l. 34. princ. D. de damn. infect. l. 14. §. 1. D. depositi. l. 35. §. vlt. D. de negot. gestis.]

VTP.

[VTPOTE, pro tamquam vel quasi. l. vlt. §. 2. C. commun. de legat. l. vlt. C. vbi et apud quem cognit. l. 36 princ. C. de donation. l. vlt. princ. C. de admin. tutor.]

VTPVTA. l. 1. §. 3. D. de vi et vi arm. l. 72. D. de verbor. oblig. l. 9. D. de duob. reis. l. 13. D. de acceptil. l. 27. l. 43. §. 3. D. de furt. l. 1. in fin. D. de tign. iuncto. l. 7 §. 2. D. de iniur. l. 1. §. 2. D. de tabul. exhibend. l 2. §. 19. D. ad SC. Tertull. l. 13. §. 1. D. de damn. infect. l. 1. D. de liber. causs.

VTR.

VTROBIQVE: l. 18. D. de exception. l. 51. D. de adquir. possess. l. 6. D. pro emtor. l. 22. §. 2. D. ad municipal.

VTRVBI, sic enim recte in Pandectis Florent. et apud Theophil. princ. Inst. de interdict. scriptum est, interdictum est retinendae possessionis, quod de re mobili maiore parte anni possessa datur. l. 1. D. vtrubi. l. 9. D. de rei vindicat. Theophilus interpretatur παρ' ὁποτέρῳ. Sic autem a primis verbis, quibus concipiebatur, hoc interdictum nominatum est. l. 37. §. vlt. D. de obligat. et action. l. 8. D. de procurator.

VVA.

VVA. VVAE duracinae, et purpureae, et quae eius generis sunt, quas non vini caussa habemus, quas Graeci τρωξίμους, id est, comestibiles adpellant. l. 205. D. de verbor. signif.
¶. 2. VVA tumorem quemdam et glandulam carneam significat l. 14. §. 5. D. de aedilit. edict. Plin. Lib. XX. cap. 17. Tonsillis quoque, ait, et VVIS medetur et capitis doloribus.

VVL.

[VVLGARIS, E. VVLGARE pactum, quod communiter matrimonii contractibus adscribi solet. l. 30. D. de pactis dotal. iuncta l. 5. D. de diuort. Sic VVLGARE pactum, in l. 3. C. de pignor. act. iuncta l. 1. C. de pact. pignor. l. 4. D. de pignorat. action. ¶. 2. VVLGARIS substitutio potest videri dicta, quae ex legibus XII. Tabolarum descendit, nisi cui magis placeat inde dicta, quod a quolibet testatore, et cuicumque heredi scripto fieri possit. Nam et in vulgarem casum factam substitutionem dixit Modestinus, in l 4. §. 1. D. de vulg. et pupill. substit. Adde verbum, SVBSTITVTIO. ¶. 3. VVLGARIA verba, ordinaria et cautione de rato habendo comprehendi solita. l. 3. D rem ratam haber. VVLGARE verbum impostorum exorzizare. l. 1. §. 3. D. de extraord. cognit. [vide Lib. V. et adde auctoribus ibi excitatis Grotium in Flor. Spars. p. 228. Impostorum nomine Schilterus gentiles intelligit exorcistas, in Instit. Iur. Canon. I, 10. 3. Guil. Forner. Select. III, 28. circumforaneos quosdam nebulones, falso sibi medicorum nomen adrogantes, significari ait. neque ad exorcistas a Constantino demum in ecclesiam introductos, ab Vlpiano adludi potuisse, censet. Corruit tota ratio Fornerii, si de his scosisse Vlpianum dicamus, qui, vt de initio nascentis ecclesiae vsque ad saeculum IV. constat, extraordinario miraculi dono praediti daemonia compescuerunt, eieceruntque.]
¶. 4. VVLGARIS vxor, quae sui vulgo copiam facit, et vt cum Martiale loquar, quam quis habet cum populo. l. 13. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter. [Guil Forner. Selection III, 21]
¶. 5. VVLGARIS cautio legatorum, quae legatorum in die vel sub conditione relictorum nomine vulgo interponi solet. l. 114. §. 12. D. de legat. I. VVLGARIS exceptio rei iudicatae: l 3. D de popular. action. VVLGARIS formula, in l. 44. D. de furtis. pro actione vsitata de peculio, cuius formula est cum adiectione noxae. VVLGARI modo legatorum diea proferri dicitur, in l. 4. D. de dot. praeleg. qui ea clausula prorogatur, quae refertur in l. 30. D. de legat. I. VVLGARIS persona, leuis quae honestae personae opponitur, in l. 5. §. 1. D. de legit. tutor. VVLGARE praemiom, propositum delatoribus praemium significat, in l. 13. §. 5. D. de iure fisci. VVLGARIA tectoria, pro gregalibus tectoriis, vt cum Seneca loquar, in l. 13. in fin. D. de seruit. praed. vrban. At in l. 3. §. 1. D. de supellect. legat. vt et vasa aenea VVLGARIA Paullus interpretatur, quae noo essent proprio loco attribota.

VVLGO adpellatur. l. 1. D. quod legator. dicitur l. 1. §. 25. D. de vi et vi arm. Actio VVLGO vi bonorum raptorum dicitur. l. 2. §. 17. D. vi bon. raptor. Quod VVLGO iactatur. l. 95. §. D. de solution. respondetur. l 11. D. pro emtor. l. 33. §. 1. D. de vsucapion. Quod VVLGO traditum est. l. 11. D. pro emtor. Quem VVLGO vocant. l. 4. D. de euiction. ¶. 2. VVLGO concepti et quaesiti dicuntur, qui passim et σποράδην et incerto patre concepti sunt, qui et spurii vocantur. l. 19. D. de statu homin. l. 4. in fin. D. de in ius vocand. l. 18. D. de bon. libert. l. 5. §. 1. D. de liber. agnosc. l. 16. §. penult. D. de his, quae vt indign. l. 1. §. 2. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. ad municip. l. 8. D. vnde cognati. Cai. Lib. I. Inst. tit. 8. Modestinus autem VVLGO conceptos definit, qui patrem demonstrare non possunt: vel qui possunt

quidem, sed eum habent, quem habere non licet. *l. 23. D. de statu homin.* vt et Plotarch. *in Quaest. Roman.* et quos VVLGO mater concepit, patrem habere non intelliguntur. *§. 12. Inst. de nupt.* Sic VVLGO concipere et VVLGO parere accipimus eam, quae vulgo et passim sui copiam facit. *l. 44. §. 3. D. de ritu nupt. l. 5. D. de stat. homin. l. 5. D. de in ius vocand. l. 4. §. 2. D. de gradib. et adfin. l. 22. C. ad leg. Iul. de adulter. l. 77. §. 2. D. de legat. II.* VVLGO autem quaesiti ex iustis nuptiis quaesitis opponuntur. *l. 2. D. ad SC. Tertullian. l. 28. D. de bon libert. l. 5. D. de statu homin.* Nam hi parentem demonstrare et ciere possunt, vt Tzetzes *Lib. Hist. Chil. V. cap. 18.* significat his verbis:

Νομοθετεῖ καὶ γυναιξὶ τὲς γάμυς τὲς νομίμυς,
Ἐξ ὧν παῖδες ἐγνώσκεισαν τὲς δύο Φυτοσπόρυς.
Τὸ πρὶν μόνην γινώσκοντες, ὡς ἔΦην, τὴν μητέρα.

A Synesio *Orat. de reg. in princ.* et *epist. I.* vocantur *πανδήμοι παῖδες*, et *πάνδημα ἔκγονα*. *Vulgo concipere* etiam dixit Lamprid. *in Elagabalo.*

[VVLNERATVS. Si VVLNERATVS non mortifere, negligentia perierit, de vulnerato actio est, non de occiso. *l. 30. in fin. D. ad leg. Aquill.*]

☞ VVLTVS sacri, pro imaginibus Imperatorum, pectore tenus expressis, quas et *thoraces* vocabant. *l. 1. C. publ. laetit. vel consul. nunc. Si sacros VVLTVS inhiantibus forte populis inferimus.* Quod in Basilic. *Lib. LVI. sub fin.* exprimitur: *εἴτε λαίβρατα καταγγέλλοιεν.* Iul. Capitolin. *in Maxim. et Balbin. Cap. XVII. Legiones et auxilia iam vbique VVLTVS vestros adorant.* Salmas. *ad Scriptor. Histor. Aug. p. 440.* HEIN.

[VVLVA. In receptacula VVLVAE mulieris inqoisiuit Iulianus, *l. 36. D. de solutionib*]

[VXOR, *dicitur vel ab vnguendis postibus, vel figenda lana, id est, quod quum puellae nuberent, maritorum postes vnguebant, ibique lanam figebant; vel quod lotos maritos ipsae vnguebant.* Donat. *in Terent. Hecyr. Act. I. sc. 2. v. 60.* Add. Brisson. *de rit. nuptiar. p. 84.* VXORES eorum, qui in hostium potestate peruenerunt, possunt videri nuptarum locum retinere eo solo, quod alii temere nobere non possunt. *l 6. D. de diuort.* Cum ea, quae VXOR fuit, furti agere non possumus. *l. 1. D. de action. rer. amot.* Reuerentia maritis exhibenda ab VXORIBVS. *l. 14. D. soluto matrim.* VXOR marito concrescat, et sentiat eius fulgorem. *l. 28. C. de nupt.* Pro VXORE vectigal soluere. *l. 21. D. de donat. int. vir. et vxor.* Probatam a marito VXOREM, et quiescens matrimonium oon debet alius turbare. *l. 26. D. ad leg. Iul. de adulter.* Defendi a viris VXORES, non viros ab VXORE aequum est. *l. 2. D. de iniur.* Si VXOR constante matrimonio furere ooeperit. etc. *l. 22. §. 7. D. solut. matrimon.* VXORES duorum fratrum ianitricees dicuntur, apud Graecos *εἰνατέρες*. *l. 4. §. 7. D. de grad. et adfin.* VXOREM societas vitae quodammodo domioam facit. *l. 1. D. de act. rer. amot.* Si VXORI meae placet. *l. 14. D. de fideicomm. libert.* VXOR domina vocatur, vt *Lib. IV.* dictum, non honoris tantum gratia, sed et quod ipsa familiae domina sit, viroqoe mortuo quasi filia soccedat. *l. 1. D. de act. rer. amot. §. 1. Inst. de hered. qualit.* Guil. Forner. *Selection. I, 11. et 19.*]

¶. 2. [VXOR pro sponsa. *l. 17. D. de pact. dotal. l. 15. §. 24. D. de iniur.* Add. Barth. *Lib. VI. Aduersar. cap. 13.*]

¶. 3 [VXOR etiam dicitur ancilla. *l. vlt. C. de seru. fugitiu.*]

[VXORIA actio. *rubr. C. de rei vxor. act. toll.*]

DE VERBORVM, QVAE AD IVS PERTINENT, SIGNIFICATIONE.

LIBER XX. XXI. XXII.

XEN. XER. XYL.

XENIA, vocabantur munuscula, quae a prouincialibus rectoribus prouinciarum offerebantur. *l. 6. D. de offic. proconf.* *l. vnic. C. Theod. ne damn. prouinc. infiig.* Cassiodor. *Lib. VII. Variar. Form. IX. Vnusquisque per sollemnitatem commonitus offerat voluntarium munus.* XENIA *enim sunt, non debita.* Plinius etiam *Lib. V. epist. 14. Quam me iuuat, quod in caussis agendis; non modo pactione, dono, munere, verum etiam* XENIIS *semper abstinui.* Vtitur et hoc verbo idem auctor *Lib. VI. epist. 31.*

[XENODOCHIA. *l. 15. l. 17. l. 19. l. 35. C. de episcop. et cleric.*]

[XENODOCHVS. *rubr. et l. 32. l. 42. §. 6. §. 9. l. 46. §. 1. §. 3. l. 49. §. 3. l. vlt. C. de episcop. et cleric.*]

[XENON, IS, locus, vbi peregrini recipiuntur. *l. 1. §. 3. C. de Latin. libert. tollend. l. 22. l. 23. C. de sacrof. eccles. l. 17. §. 2. l. 42. §. 6. l. 46. princ. §. 1. et 9. l. 49. §. 3. 5. 6. 7. l. vlt. C. de episcop. et cler.*]

XENOPAROCHI. *l. vlt. D. de iur. immun.* Duker. *de Latin. iurisc. p. 405.*

XER.

XEROLOPHVS vrbis faustissimae, in quo epigrammata varia inscripta, ex quibus vnum laudat Iustinianus §. 5. *Instit. de public. iudic.* Locus erat Constantinopoli, multis columnis, statuis, tripodibus ornatus, cuius meminit Priscianus *Lib. VI.* Vide Petr. Gyllii *Topograph. vrb. Constantinop. IV, 8.* HEIN.

XYL.

XYLOCINNAMOMI, de quo in *l. vlt. §. 7. D. de publican.* fit mentio. Dioscorides *Lib. I.* diuersam facit speciem a cinnamomo, esseque lignosum cinnamomum tradit, quod sarmenta longa, robustaque ferat, et odore longe sit cinnamomo inferior. Meminit et Plin *Lib. XII. cap. 19.*

ΞΥΛΩΝ, id est, lignum, et ξυληγοὺς, id est, lignorum vectrices naues adpellant. *l. 55. §. 5. D. de legat. III.*

XYS. ΥΠ. ΥΣ. ZA.

XYSTICI, thymelicis iunguntur, in *l. 4. D. de his, qui not. infam.* qui se in gymnasiis et xystis exercebant. Quorum Suetonius *in Galba. Cap. XIX.* meminit. Tertullian. *de spectacul. Cap. XXII. Etenim ipsi actores et administratores spectaculorum, quadrigarios scenicos,* XYSTICOS, *arenarios illos amentissimos.* Vnde XYSTARCHES apud eumdem Tertull. *ad Martyres Cap. III.* Suidas, ξυσαρχεῖς, τοῦ γυμνασίου ἄρχεις interpretatur. Et ita XYSTARCHAM apud Ammian. Marcellin. *Lib. XXI. cap. 1.* legimus. In Pandectis tamen Florentinis *exystici* adpellantur.

ΥΠ.

[ΥΠΕΡΒΙΒΑΣΜΟΙ et traiectiones quaedam a Cuiacio notantur, *Lib. XXV. Obseru. cap. 35.*]

ΥΠΟΒΟΛΟΝ, incrementum dotis, modo tertiae, modo dimidiae partis. De eo vide Cuiac. *Lib. V. Obseru. cap. 4.* HEIN.

[ΥΠΟΚΟΡΙΣΤΙΚΩΣ, id est, diminotiue; patrimonium suum peculium plerique dicunt. *l. 16. princ. D. ad SC. Trebell.*]

ΥΣ.

[ΥΣΤΕΡΟΛΟΓΙΑ in iure frequens. *l. 7. §. 8. de pactis.*]

ZA.

ZAETA, vel ZETA, pro diaeta, quemadmodum *Zabolus*, pro diabolo, *Zacenus*, pro diacono, *Zanga*, pro διάγχῃ, *constrictione.* Salmas. *ad Hist. August. p. 343.* Argutantur enim, qui *zetam* ἀπὸ τοῦ ζέειν, *feruere*, vel ἀπὸ τοῦ ζῆν *viuere* deriuant. Vsus est Plin. *Lib. II. epist. 17.* quamuis alii ibi restituerint *diaeta.* HEIN.

ZAETARIVS, seruus diaetis praefectus. Paull. *Recept. Sent. III, 6.* quem *diaetarium* vocari videmus, in *l. 12. §. 42. D. de instruct. vel instrum. legat.* De diaetariis plura Laur. Pignor. *de seruis p. 572.* HEIN.

ZANGAE, vide supra TZANGAE.

ZE. ZI. ZO. ZY.

ZE.

ZEVXIPPI porticus, in *l. 18. C. de oper. publ.* et apud incert. auct. *in descript. vrb. Constantinopol.* thermae ZEVXIPPI in secunda regione ponuntur. Zonaras *Tom. III. Annal. in Iustinian. p. 51.* Καὶ τὸ Σευήρȣ λȣτρὸν τὸ λεγόμενον Ζευξίππȣ. *Et balneum Seueri, Zeuxippi dictum.* et in *Philippico p. 80.* Καὶ ἐν τῷ τȣ̃ Ζευξίππȣ μετὰ τὸν ἀγῶνα λȣσάμενος λȣτρῷ. *Et post certamen lauans in balneo Zeuxippi.*

ZI.

ZINGIBERI, in *l. vlt. §. 7. D. de public. et vectig.* imitatione Graecae scripturae. Nam Graecis ζίγγιβερ dicitur, estque interprete Suida εἶδος ἀρώματος, *species aromatis*, de qua videndus est Dioscorides *Lib. II.* et Plin. *Lib. XII. cap. 7.*

ZO.

[ZONA. *l. 23. §. 2. D. de aur. argent. legat. l. 6. D. de bonis damnat.* et apud Gell. *Lib. XV. cap. 12.*]

ZY.

ZYGOSTATES, libripens, ponderum caussa in ciuitatibus constitutus. *l. vlt. C. de ponderator. Lib. XI. l. 2. C. Theod. eod. tit.* et *Edicto Iustin. XIII.* Inde *Zygostasii* munus in *l. 1. C. vtroqu. de frument. vrb. Alexandr.* Immo ZYGOSTATARVM praecipue erat examinare monetam, si de qualitate solidorum orta esset dubitatio. Marqu. Freher. *Verisimil. I, 14.* Tales etiam Graecis ἀργυρογνώμονες, de quibus idem Freherus. Addimus nos locum Aeschinis Socratici *Dialog. I. c. 11.* Ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον εἰσὶν ἡμῖν δοκιμασταὶ, οἵτινες ὁρῶντες κρίνουσι τό, τε βέλτιον, καὶ τὸ χεῖρον; Εἰσί. Τίνας ὢν τȣ́τȣς καλεῖς; ἀργυρογνώμονας. *Sed suntne nobis etiam circa aurum et argentum probatores, qui videntes iudicant, quid melius, quid deterius sit? Sunt. Quomodo ergo hos vocas?* Ἀργυρογνώμονας. HEIN.

[ZYTHVM, quod in quibusdam prouinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, non continebitur vini adpellatione. *l. 9. princ. D. de tritic. vin. oleo leg.* quem textum emendat, et pro *pane*, *panico* legit Cuiac. *Obseru. XXIII, 39.* eo, quod nemo vmquam audiuerit ex pane confici Zythum. Sed nihil absurdi esse illam zythi ex pane confectionem, docuit Reinesius *Lib. III. Variar. Lect. cap. 9. p. 483.* vtut Cuiacii opinionem probare nihilominus videatur Strauchius *ad Tacit. differt. II. cap. 2. §. 5.* ipso etiam Reinesio non adeo inuito.] Pro pane in eadem lege *farre* rescribit Alciat. *Parerg. X, 15.* quod eodem loco refert Reinesius. Et sane vti incredibile non est, ex pane quoque factum Zythum; ita in Aegypto, vbi illud quam maxime in vsu erat, ex hordeo fiebat, teste Herodoto *Lib. II. p. m. 57.* HEIN.

ΚΑΙ ΤΑΥΤΑ ΜΕΝ ΤΑΥΤΑ.

BARNABAE BRISSONII

ΠΑΡΕΡΓΩΝ

LIBER SINGVLARIS.

AD FRANCISCVM ALEMANTIVM V. C. LIBELLORVM SVPPLICVM MAGISTRVM.

ANimi est, Vir Clarissime, bene a natura institoti, velle prodesse quam plurimis, nec sibi se dumtaxat, sed et omnibus natum existimare. Quo ego studio ductus, quum cuperem laboris nostri fructum manare quam latissime, voces quasdam ac loquutionum figuras, ad ioris quidem certe scientiam parum pertinentes, ceterum linguae Latinae ornamentum aliquod, incrementumque adlaturas, seorsim adnotaui, vt ad homines quoque, a professione nostra remotos, aliqua ex Pandectis, beneficio meo, vtilitas perueniret. Quamquam non deerunt, sat scio, qui mihi tantum aut a grauioribus studiis aut a forensibus negotiis, in quibus bona nobis temporis pars ponitur, otii esse mirentur, aliena vt ab arte nostra curare, eaque, quae nihil πρὸς τὰ ἄλφιτα attinent, liceat. Quorum me licet ab instituto laudis cursu sermones numquam deflexerint; quum tamen ad eos veluti ventos moderandos dux et auctor recepto more opus esset, quem tecum compararem, habui neminem; in quo praeter eximias et praedicatione nostra superiores virtutes eam in me ornando promouendoque voluntatem perspexi, qua, nisi plane ferreus, non potuissem non ad te colendum obseruandumque trahi. Cuius mei officii vt aliqua mihi ratio apod vulgus constaret, datam mihi, qualemcumque meae in te obseruantiae testificandae occasionem omittere nolui. Itaque libellum hunc leuissimi licet et paene nollius momenti, attamen grati et beneuoli animi testem in tuo nomine ac lubens iliuulgaui, qoem te eo liberalius acceptorum confido, quo maiorem te par est voluntatis meae, quam facultatis docere rationem.

Verum, vt ad ram ipsam veniam, in primis quae in Pandectis Pisanis aliter atque in tritis et vulgatis codicibus scripta occurrant, et quid eam varietatem, aot potius receptae passim scripturae labem creauerit, paucis primum demonstremus; ita nimirum, vt ne in alienas possessiones temere irruamus et vastissimum de Orthographia Latina dicendi campum apertum, quibus oportet, relinquamus. Et hic ea tantum, qoae propositis rebus necessaria sunt, ita persequemur, vt nobis res, non nos rebus subiiciamus; reliqua ad eos, quorum ea de re propria notio est, remittamus.

§. I. Inuenio igitur, quod *sterquilinum* vulgo dicitur, STERCVLINVM in Pandectis Florentinis scribi, in *l. 17. §. 2. D. si seruit. vindic.* et in *l. 17. §. 2. D. de actione emt.* Quam scripturam veteres, M. Catonis *de re rustica* et Terentii *Comoediarum* libri adiuuant, in quibus STERCVLINVM constanter legi iam pridem Pet. Victorius et Georgius Fabricius prodiderunt. Confirmat hoc idem B. Germani *latinograecum Lexicon*, in quo ita est: STERCVLINVM, *κοπροδοχεῖον, κοπρία.* Idque et vetbi ipsius origo suadet, ex qua *Stercutii* quoque Dei, quem a veteribus stercorandorum agrorum caussa cultum Isidor. *Lib. XVII. Etymol. cap. 1.* tradit, effiicta et formata adpellatio est.

§. II. Ac facile in hoc verbo C. in Q. vt in aliis multis dictionibos propter adfinitatem mutatum est. Nam et, quod *quippe* dicimos, id in Pisanis Pandectis COEPPE in *l. 3. §. 5. D. de adquir. possess.* et alias *Qoeppe* scribitur, in *l. 8. §. vlt. D. de bonor. poss. contr. tabul.*

§. III. Praeterea, quod vulgo *sursum versum*, in Pandectis Florentinis SVSVM VERSVM recte, meo quidem iudicio, non semel scriptum est. *l. 28. in fin. D. de probation. l. 9. D. de diuort. l. vlt. §. 9. et §. 11. D. de gradib. et adfin.* Probabiliorem autem mihi eam lectionem facit, quod a *sus*, ductum *susum* mihi persuadeo.

§. IV. Etiam *cis* et VLTIS eaedem Pandectae habent, in *l. 2. §. 31. D. de orig. iur.* non, vt alii codices, *vls.*

§. V. Sed et, quod *tegmen* et *subtegmen* passim, TEMEN et SVBTEMEN Florentiae legitur. *l. 70. princ. et §. vlt. D. de legat. III. l. 22. in fin. D. de aur. argent. legat.* Quam scripturam Lexicon B. Germani comprobat, vbi SVBTEMEN *κρόκη ῥοδάνη* vertitur.

§. VI. Hoc amplius Florentini libri CVLCITAS, non vt alii, *culcitras* efferunt, *l. 3. pr. D. de supellect. legat. l. 25. §. 7. D. de aur. argent.*

legat. Eademque fcriptura in lexico B. Germani, in quo CVLCITA τύλη redditur. Apud Ifidorum etiam *Lib. XIX. Etymol. cap.* 27. ita fcriptum eft; *culcitae vocatae, quod culcentur, id eft, farciantur pluma, fiue tomento, quo molliores calidioresque fint.*

¶. VII. COHERCITIONEM quoque Florentinae Pandectae, non, vt vulgus loquitur, *coercitionem*, femper enuntiant.

¶. VIII. Iam vero *Fauia* lex et *Fauiana* actio recte in iisdem Pandectis et Paulli *Sentent. libris*, et in codice Theodofii FABIA et FABIANA dicitur. Eum autem errorem, qui diutina poffeffione cum vitio codices omnes occupauit, ex ea, quae inter litteras B. et V. olim exftitit, cognatione ortum, certo certius eft. Nam quum in pronunciando et fcribendo promifcue atque indifferenter his litteris vterentur, eo factum eft, vt vna in aliam multis in dictionibus degenerarit. Quae res non paucos errores in auctorum libros inuexit, quorum ne longe exempla petantur, quam multi codices VELLE quaeri, pro *belle* quaeri ante hac fcriptum habuerunt, in *l. 2. §. vlt. D. de fuis et legit.* Quin etiam ex hac promifcua litterarum mutatione *Celfi* nomen corruptum fuit. Is enim non in legum modo libris, fed et in Plinii epiftolis IVBENTIVS adpellatur, qui *Iuuentius* dici debet, quemadmodum recte Pandectae Florentinae ediderunt, in *l. 20. §. 6. D. de heredit. petit. et l. 7. §. 1. D. de iure patron.* et antiquum illud vetufti libelli a me *Lib. III. cap. 7. Select. Antiquit.* relati monumentum teftatur, cui *Iuuentius Celfus* fubfcripfiffe traditur. Cuiusmodi nominis praefectus quidam vrbi a Symmacho *Lib. I. ep. 29.* memoratur. Nec abfimili errore *Iauolenus* in IABOLENVM tranfiit, et *Hauitus* in HABITVM. Vnde vitiata fplendidae orationis Ciceronianae infcriptio fuit, quam pro CLVENTIO AVITO dictam earumdem Pandectarum fcriptura patefecit, ficuti Iac. Cuiacius, de noftra fcientia optime meritus, aliis quoque eiusdem generis mendis detectis, admonuit: quibus addatur licet emendatio *l. 2. C. de cenfiur. et peraequator. Lib. XI.* vbi FOETVS VETAVERIT, pro *hebetauerit*, fcriptum eft: quemadmodum patet ex *l. 1. Cod. Theod. eod. tit.* ex qua amplius, vt hoc obiter admoneam, patet, Tribonianum capitale fupplicium a Gratiano et Valentiniano irrogatum, in competentem indignationem transformaffe. Atque ex hac litterarum mutatione creatam illam lectionis varietatem exiftimo, quae inter Iuftinianeum et Theodofianum Codicem intercedit, in *l. 11. C. de fufceptor. Lib. X.* vbi VINI SVSCEPTORIBVS legitur, quom in *l. 26. C. Theod. eod. tit. binis fufceptoribus* fcriptum fit.

¶. IX. In quo Codice etiam innumerabilibus prope in locis voces hae, *conniuere*, et *conniuentia* deprauatae funt, in earumque locum CONHIBERE et CONHIBENTIA irrepferunt, vt in *l. 71. et l. 77. Cod. Theod. de decurion. et l. 2. Cod. Theod. quorum adpell. non recip. l. 39. Cod. Theod. de epifc. et cleric.* Inde quoque manauit error ille, qui apud Caffiod. *Lib. V. variar. epiftol. ad vniuerfos poffeffor.* cernitur: in quo SIGNINI ALBEI, pro *fignini aluei* cum vitio legitur, vt et apud *Cicer. orat. 7. in Verrem circa finem*, lege, *de iudiciis indicibusque nobis promulgata*, pro IVDICIBVSQVE NOVIS. Sed de his fatis; ad inftituta pergamus.

¶. X. Quod vulgo *fulphur*, in Pandectis Pifanis SVLPVR fcribitur. *l. 13. §. 5. D. de vfufr.* Quomodo et in vetuftis Catonis codicibus verbum hoc fcriptum offendiffe fe Victorius teftatur. Inde SVLPVRATA, in *l. 55. §. 8. D. de legat. III.* et SVLPARIAE pro *fulphuris fodinis. in l. 52. §. 8. D. de furt.* Eodemque modo et CALPVRNIVS in iisdem Pandectis fcribitur, in *l. 10. D. de offic. proconful.* qui in aliis libris *Calphurnius.*

¶. XI. Sed et BALLISTRARIOS eaedem Pandectae nuncupant, quos alii *baliftarios*, *l. vlt. D. de iure immunit.* Quam fcripturam etiam Lexicon Latino-graecum B Germani fequitur, in quo ita eft, BALLISTRA, σφενδόνη, μάγγανον. Quo poftremo verbo, vt hoc in transcurfu admoneam, in hoc fignificatu Leo Imper. in libello *de bellico adparatu* non femel vtitur. Enimuero multa, quae reliqui Codices per O. efferunt, vocabula, Florentini per V. fcribunt.

¶. XII. Sic conftanter ac perpetuo Florentini habent EPISTVLAM, *epiftolam* numquam: etfi Graeca, vnde latina ducta eft, adpellatio, ita pronunciandum fuadeat. Me tamen in admirationem trahit, quod et in vetuftorum auctorum manu exaratis libris EPISTVLAM. fcribi, alii ante me monuerunt. Et ita quoque in infcriptione quadam Romana fcriptum eft:

M. AVR. ALEXAND.
AVG. LIB.
AB EPISTVLIS.

SVBOLEM etiam, non *fobolem* iidem libri edunt. *l. 10. §. 2. D. de iure dot. l. 22. §. 7. D. folut. matrim. l. 64. D. de condit. et demonftr.* Quemadmodum et in Cod. Theodos. qui Io. Tilii beneficio Lutetiae excufus eft, vbique hoc verbum fcribitur. *l. 1. Cod. Theod. de mulieribus, quae fe feruis iunxerunt l. 74. Cod. Theod. de decurion.* et aliis infinitis locis, vt et in Lexico iam faepius citato SVBOLES, ἐπιγονή. Quod rectum videtur, vt a *fubolefcendo*, id eft, fubcrefcendo, vox haec deriuata fit. Eam enim apud veteres verbum *olefcere* fignificationem habuiffe Feftus notauit. ADVLESCENTEM quoque ibidem femper legas, *adolefcentem* numquam. Et VTRVBI *l. 1. et rubr. D. vtrubi. l. 9. D. de rei vindic.* VTRVBIQVE non *vtrobique*. *l. 4. D. de pact. dotal. l. 85. D. de legat. III. l. 25. D. quando dies legat. eod. l. 19. in fine D. de iudic. l. 11. §. 3. D. de aqua et aqu. pluu. arc. l. 36. §. penult. D. de Leg. I.* Varietatem autem hanc fcripturae, qua inter fe codices diffident, ex antiqua litterarum O. et V. quam in fermone recipiebant, functione fluxiffe credo, ex qua *vulgo* et *volgo* indifferenter fcribi in veterum libris fcimus. Inde adeo qui paffim *Opilio*, Florentinae VPILIO dicitur, in *l. 60. in fine D. de legat. III.* quamquam ouium cuftodes, *ouiliones* adpellentur, in *l. 25. in fine D. de inftructo vel inftr. leg.* Sic etiam HOC pro *huc*, (: quod veteribus in vfu fuiffe Seruius in *Lib. VIII. Aeneid.* notat:) legimus, in *l. 6. D. de vfu et habit.*

¶. XIII.

¶. XIII. Latinum porro V. graecum ὑψιλὸν repraesentare, eiusque loco in referendis dictionibus graecis antiquitus sufficì solitam, non est ignotum. Hinc illa MVSIA pro *Mysia*, in *l. 16. §. vlt. D. de poen.* et TVMPANVM in *l. 19. §. 2. D. locati.* pro *tympanum*, ASSVRIVS sermo, pro *Assyrius*, in *l. 1. §. vlt. D. de verb. oblig.* SVLLA pro *Sylla*, in *l. 2. §. 32. D. de orig. iur.* Et PVRRHVS pro *Pyrrhus*, in *l. 1. §. 2. D. de postul.* Et POLVPOSVS, pro *polyposus*, in *l. 12. D. de Edict. aedilit.* Contra CENTYRIO, pro *centurio*, in *l. 26. §. 3. D. de pact. dotal. l. 40. D. de admin. tutor. l. 15. D. de vulg. et pupill. subst.* Vt LYSITANIA, pro *Lusitania*, in *l. vlt. D. de censib.*

¶. XIV. Fuit etiam latino I. magna et ad commutationem procliuis cum vocali V. cognatio. Inde adeo, quod hodie recuperare, antiquitus RECIPERARE dictum, non ex Pisanis Pandectis tantum, sed ex aliis vetustis codicibus intelligimus. Ex diuerso DVPLOMA, pro *diploma*. ADSIMVLATVR, pro eo quod vulgo *assimilatur*, in iisdem Pandectis legimus. Et plane ADSIMVLARE dixisse antiqoos Diomedes ait, Ciceronisqoe et Virgilii testimoniis confirmat; licet eam scripturam veterum codices in hunc diem non retinuerunt.

¶. XV. ARCESSITIS etiam amicis in Florentinis scribitur, *l. 39. §. 1. D. de leg. III.* vbi alii codices *accersitis* habent. Atque ita, quantum memoria repeto, in manuscriptis veterum auctorum codicibus, quos quidem mihi videre ante hac contigit, ARCESSERE, pro, *euocare* scriptum, vbicumque id occurrit, reperi, licet grammaticorum distinctioni hanc scripturam repugnare non ignorem, qui *accersere* in ea significatione dicendum contendunt. Vnde in *l. 7. C. vbi caussae fiscal.* quo loci typis impressi libri *accersendis*, veteres mei ARCESSENDIS scriptum habent. Itidemque apud Cicer. *pro A. Cluent.* primi qui ex Venetorum officina prodiere codices, ARCESSIT *sine caussa puerum*, non vt recentiores, *accersit*, ediderunt.

¶. XVI. DEFRVDETVR vero, quod est in *l. 45. in fin. D. solut. matrim.*, cuios loco hodie *defraudetur*, scribimus, germanam antiqoitatem olet. DEFRVDO enim non *defraude* veteres dixisse, vt reliquos omnes taceam, Nonius Marcell. notat, et hoc Plaut. *in Asinar.* versu comprobat:

Ten' ego DEFRVDEM, *cui ipsi nihil est in manu?*

Subdit et Terentianum *ex Phormione Act. I. scen. 1.* versum:

Meum DEFRVDANS *genium comparsi miser.*

¶. XVII. CONSTITIT certe, pro *constitit* saepe numero in Pandectis Pisanis scribitur, *l. 68. in fin. D. de solut. l. 34. D. de negot. gest.* Et CONSTITEREMVS, pro *consisteremus*, in *l. 26. D. de iudic.*

¶. XVIII. IVVENALEM etiam *facilitatem*, non, vt alii libri, *iuuenilem*, eaedem Pandectae scribunt, in *l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.*

¶. XIX. Et SYCAMIONEM *arborem in l. penult. D. de extraord. crim.*, vbi alii *Sycomorum*.

¶. XX. Et PERFOCAT, in *l. 4. D. de liber. agnosc.* vbi alii *praefocat*.

¶. XXI. Scribunt et eaedem Pandectae vt plurimom, ATQVIN, non *atqui. l. 78. §. penult. D. de leg. III. l. 19. D. de neg. gest. l. 59. D. ad SC. Trebell. l. vlt. D. de fideicomm. libert. l. 15. D. ad leg. Iul. de adulter.*

¶. XXII. REFICTIONEM itidem pro *refectionem* aliquoties scribunt. *l. 1. §. 7. D. de cloac. l. 3. §. vlt. et l. vlt. D. de riuis.*

¶. XXIII. At VRGVERE, et TINGVERE, addito V. in ceteris temporibus constanter scribont. *l. vlt. D. de iudic. l. 22. D. de negot. gest. l. 73. D. de legat. III.* et aliis innumerabilibus locis. Quae verbi TINGVO scriptura Capro Grammatico probatur: et in hunc quoque modum VRGVET in lexico B. Germani scribitur et vertitur *ἐπείγει, κατασπεύδει, ἐπίκειται.* Placet etiam Probo, artis suae peritissimo, ita scribendum VNGVO.

¶. XXIV. Plane meram antiquitatem sapit, quod PRAEGNAS, PRAEGNATIS, reliquosque deinceps casos, simili forma eaedem Pandectae efferunt. Cui dictioni, vt posteritas litteram N. inseruit, ita de qoibusdam aliis vocibus detraxit, quibus euphoniae gratia olim ea interiici et interponi consueuerat.

¶. XXV. NANCTVS enim et THENSAVRVS, QVOTIENS, QVOTIENSCVMQVE, VICENSIMVS, QVADRAGENSIMVS, CENTENSIMVS, et alia id genus, hodie sine N. pronunciantur. Quibus haud satis scio, an adnumerari debeant, quae in iisdem Pandectis obseruaui, RELINQVERIT, RELINQVISSET, *l. 9. D. ad leg Falcid. l. 2. § 6. D. de collat. bonor. l. 41. §. 6. D. de fideicomm. libert. l. 122. D. de verb. obligat.* et aliis infinitis locis. Idem CONTINGERVNT, io *l. 41. §. 7. D. de fideicomm. libert.* OBTINGERVNT, in *l. 15. D. de muner. et bonor.* CONFVNDERANT, in *l. 31. D. locati.* RESCINDERAT, in *l. 1. §. 12. in fine D. de cloac.*

¶. XXVI. Nam nec absimili specie RVMPERIT, RVMPTVM, et CORRVMPIT, pro *ruperit*, *ruptum* et *corrupit*, legimus in *l. 22. D. de furt. l. vlt. D. locati. et rubr. D. de iniust. rupt. et irrit.* Et quaedam alia praeterea verborum tempora contra Grammaticorum regulas formam habent:

¶. XXVII. Veluti ACCEDERAT, pro *accesserat*, in *l. vlt. D. de adquir. heredit.* DECEDERIT, pro *decesserit*, in *l. 27. §. 1. D. de leg. III.*

¶. XXIX. ADIVVAVERIT, pro *adiuuerit*, in *l. 15. D. de manumiss. testam.*

¶. XXX.

§. XXX. ADPVLSERIT, in *l. 1. §. 18. D. de aqua quotid.*

§. XXXI. Et TOLISSE pro *tulisse*, in *l. 13. §. 4. D. de acceptil.* Et OBLINVERIT, in *l. 1. §. 1. D. de extraord. crimin.*

§. XXXII. Sed vt nudae antiquitatis reliqua in Pandectis impressa vestigia persequar, non omittendum est, quod VXOREI, pro *vxori* legimus, in *l. 31. D. de vsufr. leg.* IPSEIS, pro *ipsis*, in *l. 1. D. de feriis* et BENEIVOLENTIA, pro *beneuolentia*, in *l. 62. D. de hered. instit.* Cuius generis in vetustis saxis monumentisque exempla sunt frequentia.

§. XXXIII. PLOSTRVM item et CLODIVM illic scribi obseruabis, quae nunc per *au* efferuntur.

§. XXXIV. Item NEGLEGERE, INTELLEGERE, DEIVDICARE, DELENIMENTVM, DEVERTICVLVM, DESTRICTE, DESPERIRE, DEMINVTVM, quae nunc per I. enunciantur. Cui mutationi facile ipsa litterarum affinitas locum dedit, quae antiquis temporibus sine vllo discrimine inter se commutabantur, quemadmodum Fab. Quinctil. *Lib I. cap. 12.* et Gell. *Lib. X. cap. 24.* et Donat *in Phorm. Terentii* admonent. Maxime vero ea in dictionum fine licentia vtebantur.

§. XXXV. Vnde NOXALE, pro *noxali*, in *l. 27. pr. D. de euiction.* DEFENSIONE, pro *defensioni*, in *l. 39. §. 1. D. de noxal.* EXCEPTIONE, pro *exceptioni*, in *l. 39. §. 3. D. eod. tit.* PETITIONI, pro *petitione*, in *l. 8. D. de rei vindic.* Et FERRVMINATIONI, pro *ferruminatione*, in *l. 23. §. 5. D. eod. tit.* ADFINITATI, pro *adfinitate*, in *l. 39. D. de iniur.* Cuiusmodi infinita exempla in eorum librorum lectione versantibus occurrent, quae hic admonitus sibi quisque suo studio obseruabit.

§. XXXVI. Est et ex antiquo loquendi more repetenda quorumdam verborum a vulgari forma dissidens scriptura. APISCI enim, pro *adipisci* et CLVDO, pro *claudo*, non raro in illis Pandectis leges.

§. XXXVII. NVBSIT etiam et SCRIBSIT, quae passim per P. scribuntur, aliquoties inuenies in *tit. de condit. et demonstrat.*

§. XXXVIII. At ex contrario OPTINERE, OPTVLIT, SVPTILE, SVPTILITAS in iisdem libris, vt plurimum per P. nun vt in aliis, per B. scribuntur.

§. XXXIX. Sed et multa per C. illic scripta animaduerti, quae per T. vbique alias concipiuntur, veluti CONDICIO, AEDILICIVS, AEDILICIA, ADVENTICIVM, MVCIANA, VENALICIARIA, CONVICIVM, SOLACIVM, TRAIECTICIA, PIGNERATICIVS, PIGNERATICIA, quae duo postrema etiamnum in Codice Iustin. corrupta sunt.

§. XL. Retinent et illi libri fere semper in compositis verbis integras vtrinque voces. Itaque EXSTAT, EXSPECTAT, EXSOLVERE, EXSEQVI, EXSTRVERE, EXSPIRAT, tam crebro legimus, vt nimiae sit et putidae diligentiae loca proferre.

§. XLI. Eadem forma TRANSDVCERE habent, non *traducere*, in *l. 13. §. 1. D. de publican. l. 61. D. de leg. III. l. 31. D. de poenis.* Et TRANSSCRIBERE, in *l. 92. D. de reg. iur.*

§. XLII. INLACRYMARI in *l. 19. D. de offic. praesid.* INROGARE, *l. 1. in fine D. de seruis export.* Et CIRCVMIRE in *l. 7. §. 1. D. de offic. proconf.* Nonnulla quoque contra receptam scribendi consuetudinem in illis libris vocabula adspirantur:

§. XLIII. Nimirum HARENA, HARENARII, quibus in verbis adspirationem Phocas Grammaticus desiderat. Item HOLVS *l. 12. D. de vsu et habit.* VERHEDI *in l. vlt. D. de muner. et honor.* At HARVNDO et HARVNDINETVM, non abscisse, sed varie et modo addita, modo dempta adspiratione. Sicut et TRAHIANVS quandoque *l. 4. in fin. D. ad leg. Iul. pecul. l. 3. in fin. D. de abigeis. l. 5. §. vlt. D. de his, quae vt indign.* et TRAHIANOPOLIS, *l. 1. D. de censib.* Per contrarium quaedam in illis libris citra spiritum, aliter atque vulgo scribuntur:

§. XLIV. Qualia sunt haec, CARVS, CARITAS, pro *beneuolentia*, POSTVMVS, quae, quia in Pandectis obuia sunt, idcireo locorum testimonio supersedeo. Tantum confirmandae huius scripturae caussa Lexicon B. Germani citabo, in quo POSTVMVS sine adspiratione scribitur, definiturque *ὁ ζῶντος μὲν τοῦ πατρὸς συλλαβόμενος, ἀποθανόντος δὲ γεννώμενος.* Similiter citra adspirationem verbum TVS scribitur, non modo in *l. 3. §. pen. D. de penu legat.* verum etiam in eodem B. Germani lexico. Quam scripturam rectam esse Isidorus *Lib. XVI. Etym. cap. 8.* a tundendo huius verbi originem deducens, docet. Item PARTOS Pandectae efferunt, non *Parthos*, *l. 10. D. de condit. et demonstr.* EDERAM in *l. 3. D. arbor. furt. caes.* et VMOREM, *l. 57. D. locati. l. 18. D. de seruit. vrban.* Et VMERALE, in *l. 14. §. vlt. D. de re milit.* Et REDAM, *l. 60. §. penult. D. locati.* TROCLEAS, *l. 19. §. 2. D. eod. tit.* RENVM, in *l. 11. D. de euict.* AENVM, in *l. 12. D. de instruct. vel instrum. legat.*

§. XLV. Ceterum in loco PH adspirati in multis praesertimque peregrinis dictionibus F. ponitur, sic FOENICES, ELEFANTOS, FILIPPOS, ORFITIANVM, CHIROGRAFA, SIFONES, EFESVM in Florentinis libris legimus *l. 4. et l. vlt. D. de censib. l. 2. in fine D. ad leg. Aquil. l. 6. D. de adquir. heredit. l. 11. §. 1. D. de seruo corrupt. l. 12. D. de instruct. vel instrum. leg. l. 137. §. 2. D. de verbor. oblig.*

§. XLVI. Insuper quaedam vnicis litteris concepta vocabula in illis libris occurrunt, quae nos geminatis ac repetitis scribimus, vt CONNVBIVM.

Quam

Quam ſcripturam lexicon B. Germani ſequitur, vt ſupra Lib III de verborum ſignificatione docui. Item CONEXA, *l. 17. D. de negot. geſt. l. 59. D. de rei vindic. l. 1. §. pen. D. de ſuis et legit.* LITVS et LITORA, *l 3. D. de rer. diuiſ.* et alibi ſaepe. COPERTORIA, *in l. 38. §. 1. D. de aur. et argent.* quae volgo *coopertoria.* ILICO, VILICVS, VILICA, *l. 146. l. 205. D. de verb. ſignif.* et aliis infinitis locis. PEDISEQVA *l. 65. D. de leg. II.* BRITANICA *l. 46. D. ad SC. Treb.* Poſtremo ANVLVM, AEDILES curules, OPORTVNE, ſine litterarum geminatione in illis libris vel indiligens lector offendet.

¶. XLVII. Vice verſa geminantur in aliquot dictionibus litterae, quarum repetitionem communis ac trita ſcribendi ratio repudiat. Nam et QVERELLAM, SEQVELLAM, et SOLLEMNEM, LITTERAM, IMMO, QVINIMMO, COMMINVS, REPPERIT, MERCENNARIVS perpetuo inuenies. Et certe in lexico B. Germani eodem modo QVERELLA ſcribitur et redditur μέμψις. BRACCHIVM etiam iidem libri ſcribunt, *l. 23. §. 5. D. de rei vindic. l. 12. D. de aedilit. edict.* Et SOLLERTIAM, *l. 24. D. ex quib. cauſſ. maior.* MASSVRIVM, *l. 2. §. 47. D. de orig. iur. l. 105. D. de verb. oblig. l. 144. D. de verbor ſignif.* Et CATILLINAM, *l. 8. D. ad leg. Iul. maieſt.* RECCIDERE, *l. 10. l. 40. D de adopt. l. 7. in fine D. quod cuiusque vniuerſit. l. 6. D. de captiu. l. 13. D. de option. legat.* SVMMISSIT etiam et PROMISSIT inuenies, in *l. 15. §. 8. D. de iniur. et l. 49. D. famil. erciſc.* et REPPVLERIT, in *l. 86. §. 1. D. de leg. I.* At SVPREMVM, CVPAE, CVLEI, varie interdum vnicis ac ſimplicibus, interdum repetitis litteris ſcribuntur.

¶. XLVIII. Enimuero puris vocalibus ſcribi ſolita quaedam vocabula, quibus nunc diphthongos addimus, ex cooſtanti eorum librorum ſcriptura obſeruaui Cuiusmodi ſunt haec, HEREDITAS, CETERVM, EDERE, FEMINA, FETVS, VENEO.

¶. XLIX. Rurſus cum diphthongis quaedam ſcripta obſeruaui, quae ab iis vulgo vacant. Veluti PAENE, ſicut et in epigrammate veteri Romano: *docta, erodita* PAENE *Muſarum manu.* Item PAENVLA, *l. 7. D. de ſupell. leg.* PAENVRIA, *l. 25. in fine D. de pignor. act.* OBOEDIRE, in *l. 8. in fine D. de pollicit.* AMOENITAS, in *l. 3. D. de aqu. quotidian.* SCAENA, in *l. 1. et l. 4. §. vlt. D. de his, qui not. infam. l. 24. D. ad leg. Iul. de adulter.* Quemadmodum in epigrammate qooque marmoris Romani ſcriptum ferunt, io hoc verſu:

Et graeca in SCAENA *prima populo apparui.*

Vnde SCAENICA, in *l. 15. §. 5. D. de vſufr. l. 127. D. de verb. ſignif.* Et PROSCAENIVM, *in l. 8. D. de pollicit.* DEPRAEHENDERE, et COMPRAEHENDERE non ſine varietate aliqua diphthongis augentur.

¶. L. Porro alias plerumque a receptis, diphthongos verbis quibusdam Pandectae tribuunt. Etenim CAENVM et FAENVM, CAECVS, PAENITENTIA, CAELVM, quae vulgo per *oe*, illic per *ae* eduntur. *l. 26. D. de adquir. rer. domin. l. 93. §. penult. D. de leg. III. l. 1. D. de poſtul. l. 28. D. de ſeruit. vrban. praedior.* Et quod mihi magis mirum accidit, FAENVS vbique illic ſcribitur, vt et in lexico B. Germani FAENERATOR; quamquam a *fetu* pecuniae ea nomina tracta Grammaticis placet.

¶. LI. Nec vero ipſae ſibi vsquequaque Pandectae conſtant. Nam SVGRVNDA, et SVGRVENDA dicunt, *l. 5. in fin. D. de his, qui deiec. et rubr. D. de damn. infect. et ſugr.* In lexico B. Germani *ſugrunda* ſcribitur et exponitur ἐκθετής. FVLCTRVM item lecti, et FVLCRVM dici inoenio. *l. 52. §. vlt. D. de leg. III. l. 36. D. de adquir. rer. domin.*

¶. LII. Sed enim ambigui generis dubiaeque coniugationis nomina ac verba in his non pauca reperire eſt; veluti CONCORDIA et CONCORDIVM neutro genere in *l. 27. D. de pact. dot.* ALIMONIA, ALIMONIAE in *l. 1. §. pen. D. de extraord. cognit.* et ALIMONIA, ALIMONIORVM, in *l. 73. D. de iure dot. l 4. D. de liber. agnoſc*, vt et apud Varron. *Lib. I. de re ruſtic. c. 8. in partu et* ALIMONIO. Idem *Lib. III. cap. 16. mellis* ALIMONIO *lectus*, item et LECTVM, in *l. 19. §. 8. D. de aur. et arg. leg.* PAPYRVS et PAPYRVM, in *l. 52. §. 6. D. de leg. III.* DENARII et DENARIA, *l. 13. § 1. D. de verb. oblig.* TEGVLAE et TEGVLA, TEGVLORVM in *l. 30. §. 1. D. de vſucap. et vſurp. l. 8. D. quod vi aut clam.* CASTELLA et CASTELLI, *l. 41. §. 10. D. de leg. I.* CONSORTIVM et CONSORTIO, *conſortionis*, in *l. 96. §. 3. D. de ſolution.* Quod verbum Velleius qooque Paterc. *Lib poſter.* vſurpat: *vt et tribuniciae poteſtatis* CONSORTIONEM *Neroni conſtitueret.* Alia etiam ex Lucilio et ex M. Tullio *Lib. III. offic.* et ex Liuio deprompta teſtimonia, Nonius Marcell. ſoppeditat. Praeterea LVPANAR et LVPANARIVM legimus, *l. 43. D. de ritu nupt. l 21. §. 11. D. de recept. arbitr. l 27. D de petit. heredit.* EXEMPLAR et EXEMPLARIVM, *l. 47. D. de leg. II. l. 10. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt. l. 18. D. teſtam. quemadm. aper. l. 1. § 5. D. de bonor. poſſ ſecund. tabul.* MILIARE et MILIARIVM, *l. 42. D. de excuſ. tutor. l. 1. §. 4. D. de offic. praef. vrb. l. 4. §. 1. D. de hered. inſtit.*

¶ LIII. At quemadmodum Gellius *vulgarem* et *vulgarium* ac *vulgariam* dicit, ita noſtri PECVLIARES *res* et PECVLIARIAS, PECVLIAREM *cauſſam* et PECVLIARIAM efferunt, *l. 54. §. vlt. D de doli except. l. 4. §. penult. D. de pecul.* TEMPORALEM denique et TEMPORARIAM actionem. VERSICOLOREM veſtem et VERSICOLORIAM. ANGVLAREM locum, et ANGVLARIVM, apod eos legimus *l. 9. §. 3. D. de iureiur. l. 55. §. vlt. D. ad SC. Trebell. l. 1. §. vlt. D.*

de aqua quotid. l. 70. D. de leg. III. l. 69. D. de contrab. emt.

¶ LIV Item DVCTVM *aquae* et DVCTIONEM. *l. 10. in fin D de aqu et aqu. pluu.* INCESTVS etiam et INCESTVM, apud eos inuenitur, *l. 56 D. de ritu nupt. l. 39. §. vlt. et l. vlt. D. ad leg. Iul. de adulter. l. 4 et l. 5. D. de quaestion.* CONIVNCTIO et CONIVNCTVS, *l. 91. §. vlt. D. de legat. III.* MANDATVM et MANDATVS, in *l. 41. §. 11. D. de leg. III. l. vlt. in fin D. pro emptor. l. 2. ff. de litigios. l. 41. D. de negot. gest. l. vltim. D. de solut. l. 22. et l. 26. D. de minor. l. 14. §. pen. D. de relig. l. 25. §. vlt. D. de except. rei iudic.* IVSSVS et IVSSVM, in *l. 25. §. 4. et l. 39. D. de adquir. hered.*

¶. LV Eamdem in quibusdam verbis coniugationum varietatem atque inconstantiam notare licet. Nam AEDIFICARE et AEDIFACERE auctores nostri dicunt, *l. 60. § 4 D. locati. l. 10. §. vlt D. solut. matrim.* SIGNIFICARE et SIGNIFACERE, in *l. 65. §. 1. D. ad SC Trebell.* eadem figura, qua *lucrifacere.* MAGNIFICIEBAT *leges*, *in l. 1. §. penult. D. quod vi aut clam.*

¶. LVI. Sed et DEMOLIRI ae DEMOLIRE vsurpant, *l. 30. D. locati. l. 12. D. de vsufr. l. 37. et l. 43. §. 1. D. de damn. infect. l. 50. D. ad leg. Aquill.* Cuius varietatis nouitatem mihi Diomedes *Lib. I. p. 395.* leniit, qui DEMOLIRE aliqoos dixisse, prolatis eam in rem Varronis *ex libris Poeticis*, et *epistolicarum quaestionum*, et Naeuii *in corollaria* locis comprobat. Illud etiam, quando in huius verbi mentionem incidimus, notandom est, DEMOLIOR non tantum actiua, sed et passiua significatione a Iorisconsultis vsurpari. Ita DEMOLITA *domus est*, dixit Iauolenus, in *l. 23. D. de vsucap.* Et DEMOLITIS aedibus, Vlpian. in *l. 10. §. 1. D. quib. mod. vsusfr. amitt.* Sic et alia multa, quae actiuam dumtaxat habere significationem vulgo creduntur, pssiue accepta in libris nostris obseruaui. Veluti TVERI et STIPVLARI, de quibus *Lib. XVII. et Lib. XVIII. de verborum, quae ad ius pertinent, significatione* diximus. Item POLLICERI in *l. 1. §. 18. D. de exercit. act.* vbi Vlpianus: *actio* POLLICETVR, ait, id est, promittitur. Nec non OBLIVISCI, Paullus *in l. 60. §. pen. D. de ritu nuptiar. per adoptionem in totum adoptiuae familiae* OBLIVISCVNTVR. MORARI Papinian. *in l. 5. §. 1. D. vt legat. nomin. caueat Si petitionis dies* MORARETVR, pro *retardaretur* et *differretur.* Paullus, in *l. 85. § vlt. D. de reg. iur. quoties aequitate desiderii naturalis ratio aut dubitatio iuris* MORATVR EXSEQVI Paullus, in *l. 18. D. de iurisdict. quaesitum est, an sententia* EXSEQVI *possit.* Vlpian. in *l. 2. D. de re iudic. sed perraro intra statutum tempus sententiae* EXSEQVENTVR. POPVLITARI Papirius Iustus, in *l. 21. in fin. D. de adpell. quum fructus* POPVLITARENTVR *ab aduersario.* Et apud Liuium crebro populari παθητικῶς ponitur. INTERPRETARI, Iulianus in *l. 13. in fin. D. de reb. dub. sed proclinior est sententia testatoris sic esse* INTERPRETANDA. Paullus, in *l. 12. D. de reg. iur. in testamentis plenius voluntates testantium* INTERPRETANTVR. Sic et apod Sueton. *in Nerone cap. 13.: Dein precanti tiara deducta diadema imposuit: verba supplicis* INTERPRETATA *praetorio viro multitudini pronunciante.*

¶. LVII. MENTIRI Modestinus in *l. 28. D. ad l. Corn. de fals. Si a debitore praelato die pignoris obligatio* MENTIATVR. ADMETIATVR etiam passiua significatione ponitur, *l. 35. §. penult. D. de contrab. emt. et l. 35. D. locati.* Sed et ACTIO MODERATVR, pro, *modus actione praescribitur*, in *l. 15. in fin D. de negot. gest.* inuenies. Et NOMEN, QVOD CONFITETVR, pro, *quod in confesso est*, io *l. 15. §. 9. D. de re iudic.* Quin etiam ARBITRETVR, pro *arbitrium feratur et sententia dicatur* παθητικῶς bis vsurpatur in *l. 27. §. 4. D. de recept. arbitr.* Et alias *sumptus*, ait Vlpianus, in *l. 12. §. 5. D. de relig. et sumt. funer.* ARBITRANTVR pro *facultatibus et dignitate defuncti*, i. e. arbitrio boni viri definiuntur et aestimantur. Idemque Vlpianus verbo PATITVR sic vsus est, in *l. 11. §. vlt. D. de action. emt.: bonae fidei*, inquiens, *contractus hac conuentione non* PATITVR, i e. non patitur neque admittit hanc conuentionem. FVNERARI etiam passiue accipitur, et *sepeliri* significat in *l. 17. D. de reb. auct. iud. possid* et in *l. 8. D. de sepulc. viol.* et apud Paullum *Lib. V. Sentent. tit. 26* iuncta *l. 5. D. ad leg. Iuliam. de vi publ.* CONTESTETVR lis, passiue in *l. 1. in fin. D. de feriis. l. 3 §. penult. D. de sepulc. viol. l. 7. §. 1. D. de hered petit.* COMPLECTITVR, quoque pro comprehenditur. Scaeuola in *l. 133. D. de verb. oblig.: nam sicut et ipsius heredis caput, ita ipsius vit vel saepius facta* COMPLECTITVR. Vlpian. in *l. 3. §. 1. D. de adpell. et relat. et quorumdam*, ait, *nomina libellis sint* COMPLEXA. Sic in *l. 30. §. 7. D. de fideicomm. libert. decretum interponetur, quod id ipsum* COMPLECTATVR, id est, *contineatur et comprehendetur.*

¶. LVIII. Postremo et FOENERARI *pecuniam ab aliquo* pro *mutuam accipere* Paullus dixit, in *l. 35. D. de solution.*

¶. LIX. Iam, vt ad nomina veniam, eorum in nomero multitudinis genitiuos complores a communi sermone pronunciatiooeque abhorrentes, in nostris libris vel minus atteotus lector deprehendet. Nam MENSVM semper, non item *mensium* scriptum inueniet *l. 40. D. de rebus credit. l. 7. §. 2. D. solut. matrim. l. 2. D. quando actio de pecul. annal. est. l. 60. D. de leg. III. l. 5. §. 19. D. vt in possess. legat. l. 7. §. 11. D. de administr. et peric. tutor. l. 101. D. de regul. iur.* Quo etiam modo in Codice Theodosiano idem genitiuus scribitur, vbicumque is occurrit,

vt

vt *l. 10. Cod. Theod. de adpell. et l. 4. Cod. Theod. de reparation. adpellat.* probant.

¶. LX. Deinde nominum horum, *ciuitates, hereditates, quantitates, facultates, aestates, seruitutes, parentes*, hi semper genitiui eduntur CIVITATIVM *l. vlt. §. 7. D. de muner. et honor. l. 23. §. vlt. D. de oper. libert.* HEREDITATIVM *l. 3. D. de legit. tutor. et* in inscriptione *l. 68. D. ad l. Falcid.* aliarumque similium. QVANTITATIVM in *l. vlt. in fin. D. quod metus cauß.* FACVLTATIVM *in l. 78. §. 1. D. de leg. III.* AESTATIVM *l. 1. §. 33. D. de aqua quotid.* SERVITVTIVM in *l. 6. §. 3. D si seruit vindic. et l. 72. D. de verbor. oblig.* PARENTIVM in *l. 34. §. pen. D. de rit. nuptiar. l. penult. D. de sponsal.*

¶. LXI. BVBVM etiam dicunt iureconsulti pro *boum*, et DVVM pro *duorum* et EDVLIVM pro *eduliorum l. 55. D. de leg. III. l. 7. §. 11. D. de administr. tutor. l. 6. in fin. D. de offic. proconſ.*

¶. LXII. Sunt etiam in iisdem Pandectis quaedam contra tritum morem litterarum incremento producta vocabula. NOMENCVLATOR enim illic dicitur, qui aliis in libris *nomenclator*, vt supra *Lib. XII.* probaui. VBERITAS item pro *vbertas*, in *l. 15. §. 4. D. locati.* FACILITAS item pro *facultas*, *l. 3. in fin. D. de adpell.* FIGVLINAE, pro *figlinis*, in *l. 6. D. de seruit. praed. rustic.* SECVTIO, pro *sectio*, in *l. 85. D. de verb. oblig.* DVCITVM, pro *ductum*, in *l. 1. D. de testam. milit.* VALIDE pro *valde*, in *l. 27. D. qui testam. facer. poß.* vbi VALIDE *stultam* Celsus dixit, sicut VALIDE *sapientem* Vlpian. in *l. 4. §. 3. D. de aedilit. edict.* Contra LAMNA, pro *lamina*, in *l. 27. in fin. D. de aur. et argent.* DOMNA, pro *domina*, in *l. 38. §. 4. D. de leg. III.* CALDA, pro *calida*, in *l. 19. §. 2. D. locati.*

¶. LXIII. Porro casus plerumque a receptis Grammaticorum regulis alienos verbis et aduerbiis iurisconsulti adnectunt. Sic verbum CONTINEO datiuo iungunt, qui ablatiuo secundum Grammaticorum traditiones sociari deberet. Ita PROMISSIONI *continentur*, legimus in *l. 57. D. de iure dot.* Et alias: CONDITIONI *continentur*, *l. 41. §. 11. D. de fideicomm. libert.* vt et alias. Omnes casus, qui huic STIPVLATIONI continentur, *l. 3. D. vsufruct. quemadm. cau.* Similiter in *l. 2. D. ex quib. cauß. maior. hoc edictum, quod ad eos, qui* EI *continentur.* Et *in l. 3. §. 9. D. de penu legat.* PENORI LEGATO *contineantur.* Verbum etiam CONTENTVS datiuo copulant; vnde VNI CONTENTVS *esse debet* aiunt, in *l. 8. §. 1. D. de legat. II.* Et CONTENTAM *esse* DOTI, in *l. 61. D. de hered. instit.* At in *l. 37. §. 4. D. de leg. III.* popularius dicunt: CONTENTVS *partis dimidiae dotis.*

¶. LXIV. FVNGOR etiam datiuo ab iis iungitur. Itaque magistratui FVNGITVR, inuenies in *l. vlt. in fin. D. ad municip.* Et muneri DEFVNGI, *l. 1. §. 6. D. ad SC. Turpill.* Nisi MVNERI pro *munere*, illic ex litterarum familiari mutatione, de qua ante egimus, scriptum dicamus.

¶. LXV. Sic et *pecuniam* CONDITIONI *comprehensam* dicunt in *l. 92. D. de condit. et demonstrat.* vt ORBI *terrarum comprehensos*, Cic. *Lib. IV. de republ.* Nonio referente.

¶. LXVI. Verbo quoque ANTECEDERE datiuum nostri auctores tribuunt in *l. 92. D. de verbor. signific.* vt et verbo INSEQVI. Hinc INSEQVENTES SIBI *agnatos* Vlpian. in *l. 5. §. 9. D. de suis et legit.* Nec non verbo POENITERE eumdem casum adplicant. Nam *prioris* VOLVNTATIS SIBI POENITVISSE dicunt, in *l. 22. D. de legat. III.* Quin etiam VTI *exceptionem* dixit Paullus in *l. 7. §. 6. D. pro emtore.*

¶. LXVII. Quod minus nouum mihi nouum Diomedes fecit, qui antiquos datiuo iunxisse verbum VTOR, *Lib. I.* tradit. Similique modo ABVTI *dotem*, in *l. 22. §. 8. D. solut. matrim.* vt ABVTI *operam*, in *prologo Andriae.*

¶. LXVIII. Item *hypothecariam* AGERE, pro hypothecaria legimus in *l. 57. D. de leg. I.*

¶. LXIX Et SVBSEQVI *actione* in *l. 39. D. de noxal.* et *habitatione* CONDVCAT, in *l. 5. §. 22. D. vt in poßeß. legator.*

¶. LXX. Atque vt ad particulas et voces reliquas descendam, multos eis Grammaticorum praeceptis repugnantes casus tribui videas. Nam SATIS *tempus habeat*, dicunt in *l. 19. D. de oper. libert.* AMPLIVS *sui debiti*, in *l. 61. in fin. D. de condiction. indebit.* et AMPLIVS *legi concessae portionis*, in *l. 62. §. 1. D. de condit. et demonstrat.*

¶. LXXI. SVB CONDITIONEM *datus sextans*, in *l. 76 D. de adquir. heredit.* SVB CONDITIONEM *datum legatum*, in *l. 7. in fin. D. de leg. III.* SVB CONDITIONEM *manumissum*, *l. 79. D. de condit. et demonstr.* SVB CONDITIONEM *reddendarum rationum liber esse iussus*, *in l. 3. D. eod. tit.*

¶. LXXII. Articulum quoque IN, sine vlla motus significatione saepenumero accusatiuo iungunt. In Praetoris edicto ita scriptum erat, *ventrem cum liberis* IN POSSESSIONEM *esse iubeo*, *l 121. D. de leg. I. l. 13. in fin. D. de man. test.* Quo loquendi genere ipsi iurisconsulti Praetorum verba subsequentes vtuntur, in *l. 1. §. 1. D. de Carbon. edict. et l. 3. §. pen. D. de iure fisci. l 7. §. 1. cum rubr.*

rubr. D. de action emti. Eadem figura et IN POSSESSIONEM *remanere* dicunt in *l. 32. §. 5. D. de donat. inter vir. et vxor. et in l. 21. §. 2. D. de captiu. et postlim.* Item IN SERVITVTEM *remanere l. 14. D. de fideic. libert.* IN FVGAM *esse*, in *l. 14. §. 11. D. quod met. cauf.* In MORAM *esse*, in *l. 8. D. de nonat.* IN RELEGATIONEM *esse*, in *l. 13. D. de bonor. poss.* IN FRVCTVM *esse*, *l. 40. §. 4. D. de contrah. emt.* IN POTESTATEM *esse l. 1. D. quis ordo in bonor. poss.* et apud Vlpian. *in Instit. tit. XXVIII.* Cuius loquutionis exempla ex antiquis auctoribus prompta Gellius suppeditabit. Sic et IN SERVITVTEM *factum delictum*, in *l. 11. D. de minor.* In HEREDITATEM *deprehendi*, in *l. 18. §. 2. D. de stipul. seruor.* Et vt breuiter absoluam, eiusmodi alia exempla occurrunt in *l. 35. in fin. D. de aedilit. edict. l. 40. D. d. adopt. l. 55. D. ad l. Aquil. l. 6. D. de seru. corrupt. l. penult. D. de fugit. l. 29. D. ad SC. Treb. l. 41. D. pro socio. l. 2. D ad L. Rhod. l. 32. §. 5. D. de donat. inter vir. et vxorem. l 11. §. penult. l. 27. l. 31. D. locati. l. 78. §. 6. D. de leg. III. l. 34. D. de negot. gest.*

¶. LXXIII. Nonnumquam etiam cum motu, sexto casui vox IN, ab iisdem iungitur, veluti IN POSSESSIONE *mitti*, IN *hostium* POTESTATE *peruenire*, IN CARCERE *recipi*, *committere* IN ACTIONE, et his similia. *l. 13. D. vt in poss. legat. l. 12. D. qui testam. fac. l. 6. §. 7. D. de iniust. rupt. l. 65. §. 5. D. pro soc. l. 34. §. 3. D. de leg. II. l. 85. D. de leg. III. l. 32. D. de liber. causs. l. 8. D. de pollicit.*

¶. LXXIV. His adiungam et alias in eamdem classem reuocandas phrases, quales sunt hae: PRIDIE *aequinoctium*, *l. 11. §. 34. D. de aqua quotid.* PRIDIE *vindemias*, *l. 7. D. solut. matrimon.* PLVS *quartae*, *l. 11. §. 5. in fin. D. ad l. Falcid.* Et PLVS *debiti l. 2. C. ex quib. causs. infam. irrog.* secundum scriptorum librorum lectionem. PLVS *pretium soluat in l. 25. §. 1. D. de vsufruct.* *Multo* MINVS *fructum percipiat*, in *l. 14. D. de vsufruct.*, nisi FRVCTVM illic concise pro *fructuum* positum magis placeat, vt et in *l. 58. §. penult. D. ad SC. Trebell.*

¶. LXXV. Item ABVNDE *patrimonium reliquit* in *l. vlt. §. 1. D. de leg. II.* PAVCIORES *centum dierum non sunt dandi*, *l. 2. D. de iure deliber.* PARVVM *vini*, in *l. 21. D. de furt.* Et PARVVM *inter hanc speciem interest*, in *l. 117. D. de leg. I.* Et *non* RARVM *admodum* pro *raro*, in *l. 2. D. si pars heredit. pet.*

Verum quoniam de articulis dicere coepi, satius fuerit, quae de iis notatu digna collegi, absoluere, vt ad alia gradum deinceps faciamus.

¶. LXXVI. Inuenio autem AD, pro *apud* positum in *l. 62. §. 1. D. de condit. et demonstr. et l. 1. in fin. D. apud eum, a quo adpell. l. 41. §. 10. D. de leg. III.* Quam significationem Seruius *in artem grammaticam Donati* notat, et hac auctoritate comprobat, *decem fiscos* AD *senatorem illum pactos.* Sic et Cic. *epist. ad Brutum: Messalam laudem praesertim* AD *Brutum, cui non minus virtus illius quam mihi nota est.* Idem *ad Attic. Lib. X. commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, quum* AD *me bene mane Dionysius fuit.* Liu. *Lib. X. minus cladis, ceterum non plus armorum* AD *hostes erat.* Atque alias idem auctor hoc in sensu vocem illam vsurpauit; vt et Plin. *Lib. VII. epist. 6.* quum ait: *ego quoque* AD *me habeo decretum prouinciae.* Contra APVD, pro *ad* accipitur in *l. 11. D. de offic. proc. et in l. 27. D. de statulıber.* Non est etiam praetereunda vocis AD, ex mente loquentis expressa significatio, in *l. 18. §. 2. D. de manum. test.* in qua, AD annum idem accipitur quod *post annum.*

¶. LXXVII. ALIVBI, pro *alibi* ponitur in *l. 64. D. de condit. et demonst. l. 2. D. de cadau. punitor.* Quo in significatu eadem voce vtuntur Varro *Lib. I. de re rustic. cap. 44* et Tertull. *lib. de spectac.*

¶. LXXVIII. AVTEM, pro *enim* in *l. 10. §. vlt. D. de diuers. tempor. praescrib.* pro *igitur* in *l. 65. §. 4. D. de leg. III.* Elegantiam vero et ornatum habet haec particula subiuncta voci *et*, vt in *l. 16. §. 1. D. ad SC. Trebell.: et generaliter* AVTEM *l. 5. §. 1. D. de oblig. et action* et hoc AVTEM casu Cui non absimile est illud Senec. *Lib. VII. epist. 59.: et haec* AVTEM *quae non sunt, rerum natura complectitur.*

¶ LXXIX. PROINDE valet perinde in *l. 134. in fin et l. 137. §. 6. D. de verbor. oblig. l 49. D. de euict. l. 205. D. de regul. iur.* Fuit enim vox haec veteribus similitudinis nota. Atque eo sensu a Terentio *Heautont. et in Phormion.* et a Varrone apud Non. Marcell. in verbo *vndulatum*, particulam hanc vsurpatam reperies; vt et apud Quinctilian. *declam. XIII.* quum ait: *an viminis modo texti pretium formula taxassem, et* PROINDE *agerem, quasi inanes perdidissem.*

¶. LXXX. CVM pro *quia*, in *l. 41. §. 7. D. de leg. III. l. 62. D. solut. matrim. l. 27. D. de condit. et demonstr. l. 5. §. 21. D. vt in possess. legat. l. 29. §. vlt. D. de adulter.*

¶. LXXXI DVM, pro *verum* in *l. 1. §. 22. in fin. D. de aqua quotid.*

SIC, pro *deinde l. 15. D. de praescr. verb. l. 1. §. 10. D. si quadr. pauper. fec. l. 9. §. 1. D. de donat. inter vir. et vxor. l. 34. §. 4. D. de iureiur. l. 25. §. vlt. D de aedilit. edict.* vbi ex abundanti *Sic* DEINDE legimus.

SI pro quamuis *l. 78. §. 4. D. de leg. II. l. 124. in fin. D. de verbor. oblig.* SVPER, id est,

est, *praeter et vltra*, in *l. pen. D. de peric. et commod.*

¶. LXXXII. *In* PVBERTATEM, pro *intra pubertatem*, in *l. 2. ad fin. D. de vulg. ac pupill. substit.*

¶. LXXXIII. *In* ANNOS, pro *post annos* in *l. 41. §. 15. D. de fideicom. libert.* *In* TEMPVS, pro *post tempus* in *l. 56. §. 1. sequ. D. ad SC. Trebell.* QVASI pro *veluti*, in *l. 21. D. quand. dies legat. ced.* secundum Florentinam vtique scripturam.

QVAM, nouo sensu positum inuenies, in *l. 13. D. de liber. et postum.* et *l. pen. D. de leg. III.*

TAM pro valde, in *l. 24. §. 1. D. de minor.* Cuius significationis aliud quoque mihi testimonium P. Faber meus protulit ex *l. 1. in fin. D. de curat. furios.* Vbi in Florentinis est, *si* TAM *probus sit*, id est, si sobrie viuat, vt in *l. 12. D. de tutor. dat.* Addidit et Plinium eodem sensu hoc verbum vsurpasse *Lib. VII. cap. 49. oratores quidem ambo, sed* TAM *dispari euentu.* Et Velleium Paterculum libro posteriore; *nam dictaturam, quam ei pertinaciter deferebat populus,* TAM *constanter repulit.* Et alias, *nec minora consequi potuit: sed non* TAM *concupiuit.*

¶. LXXXIV. VERVM, pro *tamen* in *l. 9. §. 6. D. quod metus causs. l. 2. D. de his, quae in testam. delent.*

VEL, pro *vel in*, *l. 177. D. de reg. iur.* in qua ita est: *qui* IN *ius* VEL *dominium alterius succedit.*

TAMETSI, pro *quamuis* ponitur in *l. 56. D. de iudic. l. 7. §. 11. D. ad SC. Maced.* qui duo loci ad eum, quem Iac. Cuiacius *Lib. I. obseru.* notauit, commodissime addentur: ac mihi vox haec in TAMEN SI mutata videtur in *l. 18. §. vlt. D. de iniur.* vbi longe optius, quam vti vulgo legitur, legeretur. *Quod si sciisset filium esse,* TAMEN ETSI *nesciisset, cuius filius esset, dicerem, inquit, patrem suo nomine iniuriarum agere posse.*

¶. LXXXV. QVANQVAM ETSI, *l. 1. §. vlt. D. vt legat. nom. caueat.* QVIA ENIM, in *l. 23. D. de except. rei iud.* Enimuero repetuntur plerumque per pleonasmum sine aliqua sensus necessitate voces multae, vt in *l. 16. in fin. D. qui testam. fac. poss. nam* ETIAM *compotibus mentis personales actiones* ETIAM *ignorantibus adquiruntur.* Et in *l. 3. D. si pars heredit. petat.*; *ideo*, ait Paullus, *quia scire non potuerunt, quod nasci possent: ideo* TAM *multa de huiusmodi re* TAM *varia et incredibilia tradiderunt* etc. Eodemque modo vox AN παρέλκει, in *l. 52. D. de pecul.* et in *l. 40. D. de adquir. heredit.*: *quaesitum est*, ait Vlpianus, AN *licet quis paternae hereditatis nihil attingat, aliquid tamen propter patris voluntatem habeat vel faciat,* AN *creditoribus paternis cogitur respondere.* Pomponius, in *l. 77. D. eod. tit.* *Illud dubitari potest,* AN *si cum testamento heres institutus essem ab eo, qui etiam si intestatus decessisset, legitima hereditas eius ad me pertineret,* AN *simul vtramque hereditatem repudiare possim.* Scaeuola in *l. 78. §. 5. l. 2. D. ad SC. Trebell.* *quaesitum est,* AN *Septicio filio defuncto intra vicesimum annum sine liberis, hoc fideicommissum vtrum pro portionibus hereditatis ad fratrem et sororem eius pertineat.* Idem Pomponius *in l. 3. D. de verbor. oblig.* AN *etiam si me non prohibeas, vxorem autem meam prohiberes, vel contra vxore mea stipulata, me prohibeat,* AN *committatur stipulatio?* His accedent ex Petr. Fabri beneficio et alia particularum παρέλκοντα exempla, quae subieci. Tryphon. *in l. pen. D. de vi et vi arm.*: *quamquam ego moram fecero, quo minus interdicto te conuenirem, subtractis tamen mortalitate seruis, aut pecoribus aliisue rebus intercedentibus, tuum tamen onus nihilominus in his restituendis esse.* Paullus *in l. 38. §. 4. D. de vsur.* *in Fauiana quoque actione et Pauliana, per quam, quae in fraudem creditorum alienata sunt, reuocantur, fructus quoque restituuntur.* Vlp. in *l. 1. D. de extraord. cognit.*: *si imprecatus est, si, vt vulgari verbo impostorum vtar, exorcizauit.* Paull. in *l. 45. §. 2. D. de iur. fisc.*: *eius bona, qui sibi mortem consciuit, non ante ad fiscum coguntur, quam prius constiterit etc.* Adde et haec Vlpian. verba, quae sunt in *l. 1. §. 27. D. de aqu. quotid.* *ne quid in illo fundo faciat, quare ex re ea aqua inquinetur.*

Sed iam satis superque in singulis voculis haesitamus, ad dicendi genera inuentu rara vel a communibus grammaticorum regulis abhorrentia, quae in Digestis reperiuntur, transeamus.

¶. LXXXVI. Initio autem antiptoses quasdam, a me obseruatas, adscribam. Cuiusmodi est, quod in *l. 27. §. 34. D. ad leg. Aquil.* scribitur: *si quis mulionem conductum ad regendum mulum, commendauerit ei mulum.* Pompon. in *l. 8. D. de liberat. legat.*: *non solum nostrum debitorem, sed et heredes nostri, vt liberetur, legare possumus.* Simile huic est Terentianum illud *Adelphis*: *illum, vt viuat, optant.* Insolens quoque est haec loquutio: *nec transferri personae putationem ex persona filiorum ad eos potest*, quam Paullus vsurpat, in *l. 18. §. 4. D. de iniur.* Nec minus dura plerisque videbuntur haec: *iubere eum debebit Proconsul, vt idonee caueat*, *l. 41. D. de heredit. petit.*: *aestimationem eius quod interfit ad id tempus referendum.* *l. 12. D. si quis omiss. causs. test.* Et *denegandum est aduersus eum exceptionem*, *l. 19. D. de nouat.* Item, *sed Iuliani sententiam sequendum est.* *l. 12. §. 2. D. de captiu. et postlim.* *A capite rationem reddendum*, in *l. 19. §. 1. D. de negot. gest.*: *petebam res aestimatas, quarum pretium in dotem erant*, *l. 78. §. penult. D. de leg. III.* *cuique periculosum esse fidem suam* *l. 1. D. ad SC. Trebell.* *pro non scripto ea condi-*

 tio

tio est, *l. 22. §. 1. D. quando dies legat.* id est, vt alias, pro non scripta, *l. 20. D. de condit. instit.*

¶. LXXXVII Grammaticorum etiam traditionibus spretis Papinianus, *quum Asiam venisset*, dixit in *l. 73. in fin. D. de condit. et demonstr.* Et *magis faciliores voluntates* in *l. 67. §. 8. D. de leg. II.* quemadmodum Palladius: *longior magis quam latior Lib. I. cap. 17.* dixit. *Maior natu quam XXV. annorum, l. 14. D. de bon. libertor. minor quam XXV. annis natu, l. 12. D. de minor. l. 102. D de leg. I. l. 8. D. si quid in fraud. patronor.: minor quam viri potens, l. penult D. quand. dies legat. ced.* Huc pertinet et illud, *mori magis quam damnari maluerunt*, *l. 6. §. 7. D. de iniust. rupt.* Et *melius est sensum magis amplecti quam verba, l. 3. §. 9. D. de admend. et transf. legat.*

¶. LXXXVIII. Et *melius est possidere potius, quam in personam experiri, l. 1. §. 1. D. de superficieb.*

¶ LXXXIX. Longe magis Grammaticos turbabit, quod in *l. 156. §. 2. D. de reg. iur.* scriptum offendent, *alii in locum successerunt*; et in *l. 1. in fin. D. de bonor. poss. secund. tab. pars vni*, pro vnius: et in *l. 1. in fin. D. de in rem vers. domus sui*: et in *l. 80. D. pro soc.* ex *duomillesimis partibus*. At quod in *l. vlt. D. de reb. dub.* legitur: *cum quisque eorum ad trigesimum aetatis annum peruenissent*, similibus aliorum auctorum locis confirmatum, minus nouitatis habebit. Nam et apud Plautum legere me memini, *vbi quisque vident, eunt obuiam*: et apud Ouidium: *vestras quisque redite domos.* Et alias: *fugiuntque penates quisque suos.* Apul. *Lib. VIII. de asin. aur. sarcinulis quisque sumtis suis viam capessunt.*

¶. LXXXX. Hic ergo, quae e graeco dicendi genere efficta expressaque in Pandectis inueniuntur, subiicerem, nisi hic locus vberrime ab Anton. August. *Lib. II. Emend.* tractatus esset, ad cuius copiam, etsi vix aliquid addi posse videatur, cumuli tamen loco paucula quaedam adiiciam. Ad eas igitur phrases, in quibus verbum *CAVSSA*, vel *nomine* vel *gratia*, graeco more reticetur, has insuper addemus: *rei seruandae possidere*, in *l. 5. §. 4. vt in possess. legat. fideicommissi non teneri*, *l. 77. § 5. D. de leg. II.* Si quis *euitandi criminis id egit*, vt reipublicae obesset, *l. 15. §. 1. D. ad leg. Iul. de adulter. Damni non amplius parte sua consecuturum*, *l. 11. §. 4. D. de aqua et aqu. pluu. arcend. Damni infecti missus* in possessionem *l. 15. §. 30. D. de damn. infect.* Et *damni infecti cauere* satisdareque, *l. 11. D. eod. tit.* et alias saepe, *satisdare legatorum*, *l. 4. et l. 10. D. vt legat. nom. cau. legati satis petere l. 7. D. eod. tit.*

¶. LXXXXI. Reliquis graecismis sunt et hi iungendi, *inhabiles tueri* in *l. 11. D. de decurion. Ius non habet intercedere*, *l. 3. §. 4. D. de muner. et honor.* Cum *quidam repeteretur mercedem*, quam acceperat, *l. 15. §. 6. D. locati. non dissimulato, se libertum esse*, *l. 15. D. de in ius vocand.* id est, quum non dissimulasset. *Comperto matrem suam intestato decessisse*, id est, quum comperisset *l. 86. §. vlt. D. de adquir. heredit.* NIHIL MINVS, pro *nihilominus*, graecorum exemplo, qui οὐδὲν ἧττον dicunt, in *l. 37. §. 3. D. de leg. III.*

¶. LXXXXII. Ex eodem fonte crediderim et haec, quae sequuntur, hausta. *Ex eo tempore quidquid aestimatur quod nouissime solui potuit*, *l. 11. D. de re iudic.*, vbi QVOD pro *quo*, dictum est, imitatione graecorum, qui plerumque *et* subaudiunt. Simili modo in *l. 9. D. de lib. et post. hered. instit. ad id tempus referuntur, quod testamentum destituitur, non quod moritur.* Et in *l. 12. §. vlt. D. vt in possess. legat. vel fideicom.; in eum scilicet casum, quod fideicommissi conditio extitit.* Et in *l. 15. §. 21. D. de damn. infect. Ergo interuallum aliquod debebit intercedere, quod aut pro derelicto aedes longo silentio videatur habuisse.*

Certum temporis, Vlpian. dixit in *l. 8. §. 11. D. de inoffic. testam. multum temporis* in *l. 22. §. 2. D. ad SC. Trebell. l. 5. §. 7. D. de re milit. certo loci* in *l. 19. §. 1. D. de iudic. Aliquo loci*, in *l. 1. D. de seru. export. eo loci*, in *l. 32. in fin. D. de indic.*

¶. LXXXXIII. Ceterum pura puta Latina sunt isthaec, *nihil acti erit l. 137. §. 1. D. de verbor. oblig. quid acti sit*, *l. 21. l. 26. D. de reb. dubiis. l. 41. D. de verbor. oblig. quod acti sit*, *l. 57. D. de oblig. et act. aliquid ius*, *l. 19. D. de damn. inf. l. 20. D de noxal. action. aliquid mancipium*, *l. 36. D. de bon. libert. impendium aliquid*, *l. 63. §. 7. D. ad SC. Trebell. aliquid emolumentum*, *l. 12. §. 4. D. de relig. et sumtib. Si quid sacerdotium nacti*, *l. pen. D. de vacat. muner.* QVO pro *quod*, in quibusdam locis positum obseruaui, vt in *l. 35. D. de reg. iur. Non esse imputandum* QVO *non soluerit.* Et in *l. 24. §. 4. D. de damn. infect. rationem adiicit*, QVO *si hoc non admittatur, iniquum erit.* QVO *enim tam firmum aedificium est, vt fluminis*, etc. Et in *l. 40. D. de contrah. emt.* QVO *post diem trigesimum renunciasset, nihil ei profuturum.*

¶ LXXXXIV. Notandae sunt et hae phrases: *abundat mandati quantitatem*, *l. 35. D. mandati. pignoris obligatio etiam inter absentes recte ex contractu obligatur*, *l. 23. D. de pignor. qui nauis nauigandae caussa in naui sunt*, *l. 1. §. 1. D. naut. caupon. stabul. l. 1. §. 1. D. de exerc. act.* Sicuti et *agi actio* dicitur, in *l. 23. D. de praesc. verb.*

¶. LXXXXV. Et quoniam nullum hic ordinem tenere propter varietatem loquutionum institui, superioribus accedant et quae sequuntur. *Annum in fuga fecerat*, pro consumpserat. *l. 24. §. vlt. D. de stat. liber. non inuitum huius solutionis fore*, in *l. 2. D. depositi.*: *sponte stipulatoris*, *l. 29. D. de euiction. sponte tutorem*, *l. 3. §. 2. D. de reb. cor. qui sub. tut.*

¶. LXXXXVI. LARGITER *esse*, pro *interesse* in *l. 81. D. pro soc.* Verbum autem ipsum INTERESSE, nouo genere constructionis vsurpatum

patum a Paullo obseruaui, in *l. 21. in fin. D. quando dies leg. ced.* *Nec multum*, ait, *interesse tale legatum ab hoc, si heres erit, dato.* Idem verbum scite disiunxit et disparauit Modestinus, in *l. 6. D. de publican.*: *inter criminis*, ait, *reos et fraudis participes multum statuerunt*, id est, multum interesse: cuius generis alias disiunctiooes, quando in hunc sermonem ipsa nos deduxit oratio, referre placet. Vlpianus, in *l. 12. §. 1 D. de iure dot.* *Si mulier circum in hoc venta est*, id est, in hoc circumuenta est. Idem in *l. 29. pr. D. de relig. et sumt. funer.* *lucri dotem faciat.* SATISDARE autem, SATISFACERE et SATISPETERE saepenumero eo modo disiungi, adnotaui. Nec absimili modu, SATIS EGERIT pro *sat. egerit* idem Vlpianus dixit, in *l. 10. D. de cond. et demonstr.* sequutus veterum morem, qui SATIS AGERE, pro *sategere* dicebant auctore Charisio *Lib. I. Instit. grammat.* a quo Catonis *ex libro dierum dictatum de consulatu suo*, verba haec citantur: *iam nostri apud vallum* SATIS *agebant.* Citantur et ex Pacuuii *Atalanta*, et Plauti *Bacchidibus* idem comprobantes versus. Quibus ego Apuleium adiungam *Lib. VIII. de asino aureo* ita loquentem: *coloni multitudinem nostram latrones rati*, SATIS *agentes rerum suarum eximieque trepidi.*

¶. LXXXXVII. Sed reliquas dicendi species notatu non indignas exsequamur. MAIVS delinquit, pro *magis*, legimus, in *l. 5. §. 1. D. de seru. corrupt.* *crimen, quod delinquitur*, in *l. 38. §. 1. D ad leg. Iul. de adult.*: *quum erit annis XXV.* in *l. 78. §. 12. et 15. D. ad SC. Trebell.* *Periculose esse ex persona rei hoc metiri*, *l. 61. D. de iudic.* *Distat aliquid doli exceptione*, *l. 4. §. pen. D. de doli except.* poenam dignam suae personae pati, *l. 18. §. 9. D. de iur. fisc.*

¶. LXXXXVIII. Cuius loquutionis, si quem insolentia offendet, sciat is et ita Balbum in *epist. ad Ciceronem* loquutum esse: *obsecro te*, ait, *Cicero, suscipe curam et cognitionem dignissimam tuae virtutis.* *Damnatus in crimine capitali*, *l. 13. §. vlt. D. qui test. fac. poss.* *A marito puellae iuratus*, pro iureiurandu adactus, in *l. 14. D. de dot. praeleg.*

¶. LXXXXIX. *Constare ratio*, et *constare rationibus*, in *l penult. D. de seru. corrupt.* *Nuptum collocare*, et *nuptui*, *l. 59. et l. 62. D. de ritu nuptiar.* *l. 41 §. 7. D. de legat. III. l. 5. C. de interdict. matrim.* *Concessisse venditioni*, pro consensisse et acquieuisse, in *l. 14. in fin. D. de diuers. tempor. praescript.* *Ex defuncto interpositus contractus*, *l. 73. D. ad SC. Trebell.* *Peto de te*, *l. 57. §. vlt. D. eod. tit. l. 5. §. 14. D. commodati.*

¶. C. *Non tantum ad sola furta pertinent*, pro, non ad sola tantum furta, *l. 1. §. 14. D. si quis testam. liber. esse.* *Illo deprehensam*, *vbi* etc. *l. 23. §. 1. D. ad leg. Iul. de adult.* *Eo morari, vbi*, *l. 7. in fin. D. de ann. legat.* *Erga parietem adfixae statuae*, *l. 245. D. de verbor. signific.* *Ambedit agrum flumen*, *l. 38. D. de adquir. rer. domin.* et *deletus ager vi fluminis*, *l. 11. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.*

¶. CI. *Ad infitias ire*, *l. 44. §. 4. D. famil. ercisc.* *A quibus instructus sit fundus*, pro quibus instructus, in *l. 28. D. quando dies leg. ced.* *Eualuit Serui sententia*, in *l. 6. §. 2. D. si seruit. vindic.* *Dando se in adrogandum*, *l. pen. D. de bonor. possess. secund. tabul.* *Data ad hoc opera*, pro, de industria, *l. 53. §. penult. D. ad leg. Aquill.* *Latitans patronum*, *l. 8. D. de condit. et demonstr.*

¶. CII. *Factus in possessionem*, pro actus et missus *l. 11. D. vt in poss. legat. vel fideicommiss.* *Multam aduersus aliquem dicere*, in *l. 32. §. 12. D. de recept. arbitr.* *In nomen suum praedia emere*, *l. 2. D. quando ex fact. tut. et cur. minor.* *Occupabit conditio institutionem*, pro eo, quod est, committet, et ei faciet l[illegible]m, *l. 17. D. de condit. instit.*

¶. CIII. *Pertinet ad animum meum Semproniа*, *l. 60. §. 1. D. mandati.* *Perrepserat rumor*, *l. 2. D. quis ordo in bonor. poss. seruet.* *Parere aeri alieno*, pro aes alienum exsoluere, *l. 5. §. 9. D. de reb. eorum, qui sub tut.* Sicut *parere pensionibus*, satisfacere est, io *l. 54. §. 1. D. locati.*

¶. CIV. *Aditus posticasque vertere*, *l. 13. §. 7. D. de vsufr.* *Propagationes facere*, in *l. 24. §. 3. D. locati.* *Pulsatus esse*, pro expulsus in *l. 54. §. 1. D. eod. tit.* *Pensi in societatem sumtus*, id est, expensi *l. 52. §. 15. D. pro socio.* *Proiicere pecuniam*, id est, profundere, perdere et dissipare *l. 25. D. de probat.* *Proiicere rem vili pretio*, in *l. 50. D. de euiction* id est, addicere, et adiudicare, et, vt vulgo loquimur, *abandonner.*

¶. CV. *Retineo me dixisse*, pro memini, in *l. 92. D. de condit. et demonstr.* *Facere procuratorem*, pro dare, in *l. 8. §. 3. D. mandati. l. 4. §. vlt. D. de adpell.* *Stare sententia*, et *sententiae*, promiscue dicunt iurisconsulti in *tit. de recept. arbitr.* *Respondere messes*, dicit Paullus in *l. 8. in fin. D. solut. matrim.* Sic vt et Virgilius *in Georg.* *illa seges demum votis respondet auari Agricolae.* *Ratam fecerit solutionem*, *l. 7. D. de dot. praeleg.* *Subserere vites*, *l. 13. §. 2. D. de vsufr.*

¶. CVI. *Supplicium sumere a seruo*, *l. 12. D. de iurisdict.* *Subdici poena*, pro subiici poenae, *l. 1. §. 13. ad SC. Turpill.* *Stipulam, quae in messe iacet*, *l. 13. D. quib. mod. vsusfr. amitt.* *Quod superauerit*, id est, quod superrerit, *l. 6. D. de reb. auctor. iudic. possid.*: vnde *superamenta materiarum*, in *l. 55. §. 4. D. de leg. III.* *Superare vita*, in *l. 78. §. 13. D. ad SC. Trebell.* *Transire ceteros*, in *l. 13. D. locati.* *Vestem, quam vestitus est*, *l. 14. §. 15. D. de furt.*

¶. CVII. Nec praetereunda est familiaris iurisconsultis loquutio: *quum in eo esset*, vt qua vtuntur, in *l. 24 in fin. D. quae in fraud. credit. l. 44. D. de pact.* et *l. 7. §. 4. D. de liberal. causs.* Nec haec

haec quidem omittenda, *in re agenda*, quam illi vſurpant, in *l. 27. D. de rei vindic. l. 2. D. de ſolution* *Diſciplinae traditus*, et *in diſciplinam*, id eſt, magiſtro erudiendus atque inſtituendus datus, *l. 16. de edicto aedilit. l. 78. D. de leg. III.* *Careudum habeat*, *l. 38. D. de rei vindic.* *Adpoſita auctoritate*, pro interpoſita et accommodata *l. 189. D. de reg. iur.*

¶. CVIII. *Imminente iudice*, pro interueniente, et partes ſuas interponente, in *l. 85. §. vlt. D. de leg. I.* *Adplicitus morbo*, in *l. 7. D. ad SC. Trebell.* *Adplicari ad munera*, *l. 2. D. de iure immunit.* *Si nauis quid exarmauerit*, *l. 2. §. 1. D. ad l. Rhodiam.* *Ceſſum dant mulae*, *l. 43. D. de aedilit. edict.* *Exitum inteſtati facere*, ad cauſſam inteſtati redigi, valet, in *l. 3. D. de his, quae in teſtam. del.* *Sine exitu res futura eſt*, id eſt, ſine fine, *l. 17. §. 6. D. de recept. arbitr.*

¶. CIX. *Cogere radices*, pro concipere, in *l. 3. D. arbor. furt. caeſar.* *Calumniari ius ciuile*, *l. pen. D. ad exhibend.* *Inſula iniuncta domui*, *l. 19. §. vlt. D. de leg. III.* *Area iniuncta domui*, *l. 57. D. locati.*

¶. CX. *Iungere inter ſe litem*, *l. 1. D. de litigioſ.* *Fabricam docere*, id eſt, fabrilem artem, in *l. 26. §. vlt. D. mandati.* *Intricare peculium*, *l. 1. §. vlt. D. de ſeru. corrupt.* *l. 21. D. de pecul.* *Inconditum eſt*, pro durum et inciuile, in *l. 95. §. 2. D. de ſolution.*

¶. CXI. *Durare animum in tormenta*, *l. 18. §. 1. D. de quaeſtion.* *Annum agere aetatis vicenſimum*, *l. 1. D. de manumiſſ. l. 15. §. 6. D. ad leg. Iul. de adulter.* *Reliquorum nomine deſolutum eſt*, pro, exſolutum eſt, in *l. 41. §. 9. D. de fideicom. libert.* *Vſuras reſoluat*, id eſt, exſoluat, in *l. 10. D. de pollicit.*

¶. CXII. *Nimium eſt licere*, in *l. 12. §. 2. D. de adminiſtr. et peric. tutor.* *Nimia circa maritum*, *l. 22. §. 6. D. ſolut. matrim.* *Palmarii nomine*, id eſt, victoriae, *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* Rurſum tetradatur *l. 58. D. ſolut. matrim.* Sic *retro reddat*, in *l. 67. D. de ſolut.* *Retro reſtituere*, *l. 6. D. de fideic. libert. l. vlt. §. vlt. D. de public.* *Retro recurrere*, *l. 16. §. 1. D. de pignor.* *Operas a mane dare*, *l. 2. D. de ann. legat.*

Nunc ſiluam quamdam minus vſitatorum verborum ſubiiciam, additisque iuriſconſultorum teſtimoniis comprobabo, vt, quibus commodum fuerit, his vti habeant, quorum auctoritate ſe tueantur. Huiusmodi enim ducibus freti non pauca a delicatis quibusdam et faſtidioſis iudicibus ex albo purae latinitatis temere eradi vocabula, docebimus, quae puritatis ſtudioſiſſimis auctoribus in vſu ſunt.

¶. CXIII. Initium autem faciam a verbo CERTIORARE, quod a ICtis crebris ſermonibus vſurpatur. *l. 3. §. 8. D. de minor. l. 1. §. 4. D. ſi quis omiſ. cauſſ. teſtam. l. 22. §. 11. D. de heredit. petit l. 21. §. 2 D. qui teſtam. fac. poſſ. l. 3. §. 6. D. de liber. homin. exhib. l. 5. §. 1. D. de cond. cauſſ. dat. l. 1. in fin. D. de action. emti. l. 4. D. de interrog. in iure faciend. l. 34. D. de iureiur.* OBVIARE etiam reperies, in *l. 20. D. de donat.* SPONSARE, pro ſponſalia contrahere, in *l. 38. D. de rit. nuptiar.* MELIORARE, in *l. 13. §. 5. D. de vſufr.* Cui contrarium PEIORARE apud Paull. *Lib. II. Sentent. tit. 28.*

¶. CXIV. Simile eſt MINORARE et MINORARI, *l. vlt. D. de ſeru. export.* vt et DEPRETIARI, de quo verbo *Lib. IV. de verbor. ſignif.* dixi. FALSARE, in *l. penult. D. de falſ.* MOLESTARI, in *l. 20. D. de liber. legat.* DVPLICARI et QVADRVPLICARI, *l. 27. D. de furt.* et alias ſaepe. INSINVARE pro notum facere, in *l. 11. §. 2. D. de leg. III.* quod alias NOTIFICARE, in *l. 5. §. 2. D. de iur. immun.* INAVGERI, in *l. 27. in fin. D. de liberal. cauſſ.* INARARE, in *l. 8. §. vlt. D. quod vi aut clam.*

¶. CXV. INFESTARI, in *l. 5. §. 2. D. de incend. ruin. naufrag.* EXPENSARE, pro expendere: *l. 41. §. 10. D. de fideicomm. libertat.* EXINANIRE, in *l. 87. §. 3. D. de legat. II.* vbi *exinaniſſe* patrimonium; id eſt, exhauſiſſe. INTEGRARE, in *l. 8. D. de tutel. et action. diſtrah. l. 21. §. pen. D. ad SC. Silan.* et apud Paullum *Lib. II. Sent. tit. 15.* REDADOPTARE, in *l. 41. D. de adoption.* ADVIXERIT, in *l. 30. D. de adimend. legat.* AEQVIPERANT, in *l. 104. D. de regul. iur.* COAESTIMABITVR, in *l. 67. §. 1. D. de furtis.* CONSANAVERIT, neutraliter, vt Grammatici loquuntur, vt in *l. 10. D. de aedilit. edict.* LVCRIFIT, in *l. 3. §. 3. D. de aqu. quotid.* REVINCI, in *l. 3. §. 15. D. de ſuſpect. tutor.* Quod verbum et apud Apuleium *Lib. VIII. de aſin. aur.* inueni. *Quod*, ait, *ſimulanter* REVICTA *Charide ſuſcipit.*

¶. CXVI. REFICERE *teſtamentum*, pro iterum condere, in *l. 9. D. de milit. teſtam.* COMPLANARE, in *l. 3. §. 2. D. de aqu. et aqu. pluu. arc.* COANGVSTARE, in *l. 19. §. 5. D. locati. l. 102. D. de verbor. ſignif.* CASSITARE, in *l. 20. §. 4. D. de ſeruit. praed. vrban.*

¶. CXVII. COMPARERE, in *l. 7. D. de bonor. poſſ. ſecund. tabul.* PRAEOCCVPARE, in *l. 29. D. de poen.* PONAMVS, pro fingamus, et vt vulgus barbarorum loquitur: PONAMVS *caſum*, *l. 7. D. de inoffic. teſtam. l. 17. D. de leg. II. et l. 3. D. de coniung. cum emancip. liber. l. 1. § 6. D. ne quid in flum. public.*

¶. CXVIII. PRAETERMITTENDI et PRAEMISSORVM verbo in eumdem cum interpretibus ſenſum vtuntur auctores, in *l. 1. D. de iur. et fact. ignor. l. 9. D. de caſtr. pecul.* PRAEGRAVO, in *l. 5. §. 1. D de ſolution.* PARTICIPARE *furtum, lucrum, conſilium fraudis*, *l. 1. in princ. D. ſi famil. furt. feciſſe dicatur*, *l. 96. D. de ſolution.* MANIFESTARE, in *l. 16. §. 1. D. de aliment. legat. l. 1. §. 4. ad SC. Turpill. l. 5. §. 12. D. de his, qui deiecer. vel effud. l. 1. §. 1. D. de tabul. exhib. l. vlt. §. 1. D. de vulg. et pupill ſubſtit. l. 10. in fin. D. de reb. dub.* STERNERE *triclinium*, in *l. 5. §. 14. D. commodati.*

¶. CXIX.

¶. CXIX. TRANSFIGVRATVM *ornamentum*, in *l. 10. §. 6. D. quib. mod. vsusfruct. amitt.* VENIRI, pro *venire*, et *venum dari l. 3. D. de obsequ. a liber. et libert. praestand.* CONCIDERE *testamentum*, *l. 1. §. 1. D. de his, quae in test. delent.* INCIDERE *tabulas*, *l. pen in fin. D. de bonor. poss. secund. tabul.* et INCIDERE *linum*, *l. 1. §. vlt. D. eod. tit.*

¶. CXX. AMICALIS *affectio*, in *l. 10. §. 7. D. mandati.* et in epistola Pandectis praeposita. ADIECTAMENTVM, in *l. 242. D. de verbor. signif.* ADDITAMENTVM, in *l. 70. §. 2. D. de leg. II. l. 58. §. penult. D. ad SC. Trebell. l. 91. §. vlt. D. de leg. III. l. 26. §. 2. D. de pact. dotal. l. 70. §. 1. D. de leg. II.* AEDICVLAE ὑποχορισικῶς, in *l. 9. D. ad leg. Iul. pecul.*, vt CASVLAE, in *l. 92. D. de leg. III.* DOMVNCVLA, in *l. 3. §. vlt. D. de sepulc. viol.* DOMINVLVS, in *l 41. §. 4. D. de leg. III.* MINVTVLA *summa*, *l. 192. D. de verbor. signif.* CONCAMERATIO *aedium*, in *l. 31. D. de leg. III.* IN CONCVBATV, pro concubinatu, in *l. 3. D. de concubin.* CVRRAX, in *l. 18. D. de aedilit. edict.* vt VIGILAX, eodem loco. CONIECTIO, pro coniectura, in *l 21. D. qui testam. fac. poss.* CENTISIVM, pro centesimo, in *l. 42. D. de excus. tutor.* COMESOR, in *l. 18. D. de aedilit. edict.*

¶. CXXI IN CETERA *parte*, *l. 19. D. de liber. et postum. l. 2. D. de his, quae in testam. delent.* CETERA *cognitionis*, in *l. 40 D. de minor.* CETERA *venditionis*, in *l. 5 §. 7. D. de rebus eor. qui sub tutel.* CALCITROSVS *equus*, in *l. 1. §. 1. D. si quadrup. pauper. fecisse dic.* CAPISTRVM *equi*, *in l. 1 §. 5. D. depositi.* CAPSELLAE, in quibus fructus componuntur, *l. 12. §. 1. D. de instruct vel instrum. legat.* CRVDAE *vineae*, pro immaturis, *l. 27. §. 25. D. ad leg. Aquill.* CAVILLATIO, pro captiosa ratiocinatione, in *l. 65. D. de reg. iur. l. 85. D. de condit. et demonstr.* CANNABVM, *l. 1. §. 12. D. de exercit action.* COMMILITIVM, in *l. 18 D. de castr. pecul.* Quo verbo etiam Vell. Paterculus et Ouidius et Tacitus vtuntur. CVRIOSITAS, in *l. 6. D de iur. et fact. ignorant.* CETEROQVIN, in *l 35. §. 3. D. de hered. instit. l. 29. D. de iure fisc.*

¶. CXXII. CERTE TAMEN, in *l. 28. in fin. D. de noxal. action.* DEFECTVS *conditionis*, in *l. 27. in fin. D. de testam. milit.* DIVIDITAS, in *l. 80. in fin. D. ad leg. Falcid.* DVLCITVDO, in *l. 10. §. 10. D. quae in fraud. creditor.*, vt PINGVITVDO, in *l. 1. §. vlt. D. de aqu. et aqu. pluuiae arcend.* Licet Seruius in *Lib. III. Georgic. Virgil.* id nomen latinum esse neget. DVPLATIO, in *l. 31. D. de noxal. action.* DVBIO PROCVL, in *l. 22. §. vlt. D. ad SC. Trebellian.*, vt ADHVC NONDVM, in *l. 9. D. de liber. caus.* DELEGATV, pro delegatione, in *l. 4. §. 26. D. de doli except.* sicut RESPONSV, pro *responsione*, in *l. 1. §. 7. D. de oblig. et action.* DOMV vero in sexto casu, et DOMI in secundo, persaepe dicunt, *l. 28. D. locati. l. 42. D. de neg. gest. l. 36. D. de euiction. l. 22. D. quib. mod. vsusfr. amitt. l. 65. §. vlt. l. 91. §. vlt. D. de leg. I. l. 63. et l. penult. §. 11. D. de leg. II.*

¶. CXXIII. EXTER et EXTRARIVS, pro extraneo *l. 69. §. 1. D. de leg. II. l. 15. §. 3. D. de castrens. pecul. l 55. D. ad SC Trebell. l. 17. D. de quaestion.* EXTREMO aduerbialiter, in *l. 83. D. de leg. III.* vt HIBERNO, in *l. vlt. §. pen. D. quae in fraud. credit.* SVSPECTO, in *l. 21. D. de his, quae vt indign. aufer.*

¶. CXXIV. FOEDVS, pro foeditate, in *l. 47. D. de ritu nuptiar.* FRVGI VITA, in *l. 8. §. 11. D. de transaction.* FERE PLERVMQVE, in *l. vlt. D. de sponsal.*, vt BENE BEATE in *l. vlt. D. de nundin.*, *et bene mane* apud Ciceronem.

¶. CXXV GIBBEROSI, in *l. 3. D. de aedilit. edict.* GVTTVROSI, in *l. 12 §. 1. D. eod. tit.* GENERATIM, in *l. 55. D. ad SC. Trebell.* vt MINVTATIM, in *l. 3. D. de aliment. vel cibar legat. l. 55. § 2 D. de legat. III.* GALLICANA *lingua*, in *l. 11. D. de legat. III.* GALLICANA *res*, in *l. 4. in fin. D. de legat. I.*

¶. CXXVI HERONES, in *l. 31. D. locati.* HIRCOSVS, in *l 12. §. 1. D. de aedilit. edict.* IMPETIGINOSVS, in *l. 6. D. eod. tit.* IDONIOR, in *l. 18. D de testament. tut. l. 2. D. de popular. act.* INDVBITANTER, in *l. 2. §. 7. D. de bonor. possess. secund. tab* IMMVTABILITER, in *l. 99. D. de verbor. oblig.* IN PRAESENTIA, et IN PRAESENTIARVM, in *l. 1. §. penult. D. quod vi aut clam. l. 137. D. de verbor. obligat. l. 11. §. 8. D. de interrog. in iur. fac. l. 1. §. 15. D. de magistrat. conuen. l. 1. §. 1. D de tabul. exhib.* IN TOTVM, pro omnino, *l. 1. §. 1. D. de suis et legitim. l. 77. D de regul iur. l. 60. §. pen. D. de rit. nuptiar.* INCAVTE, pro inconsulto *l. 1. D. de his, quae in testam. delent.* INCOLORARE, in *l. 18. D. de minor.* IN RECENTI, pro recens, in *l. 25. D. de poenis.* INSTAR *quoddam operis*, in *l. 21. §. 3. D. de oper. nou. nunciat.* INDILIGENTIA, *l. 9. §. 6. D. de publican.* INDEVOTIO, in *l. 1. in fin. D. de penu legat.* quod tamen verbum Triboniani esse facile crediderim. INTERTRITVRA, in *l. vlt §. vlt. D. de pignor. action.* INTERCAPEDO, in *l. 55. in fin. D. de administr. tutor.* IMMINVTVM, pro non minuto, in *l. 44. D. de bonis libert.* sicut *inscriptum pecus*, pro non scripto, et quod quis apud publicanos non est professus, Varro dixit, *Lib. II. de re rustic. cap. 1.* INVINCTVS, pro valde vincto, in *l. penult. D. de leg. Fab. de plag.* IMPRAESTATIONES, in *l. 22. §. vlt. D. famil. ercisc.*

¶. CXXVII. LANIPENDIA, in *l. 31.*

D. de

D. de donat. int. vir. et vxor. LITIGIVM, in *l. 49. D. de recept. qui arbitr.* LORICATIONES, in *l. 79. in fin. D. de verb. signif.* LONGE *aequum*, in *l. 48. §. 13. D. de doli mal. except.* LONGE *vtile*, in *l. 1. §. 1. D. de superficieb.* LEGVLI, in *l. 13. §. 6. D. de vsufruct.* LVNATICVS, in *l. 13. §. 6. D. de aedil. edict.* LVCROSA *bona*, in *l. 8. D. qui testam. fac.* LEVAMENTVM, in *l. 3. §. vlt. D. si quis testam. liber esse iuss.*

¶. CXXVIII. MALITAS, pro malitia, in *l. 5. D. quod met. caussa.* MEDIETAS, in *l. 3. D. si pars hered. petat.* quo in sensu alias MEDIOCRITAS dicitur, *l. 7. D. vt legat. nom. cau.* MISSA, pro missione, in *l. 39 §. D. ad leg. Iul. de adulter.* METIPSAE, in *l. 62. §. 1. D. de vsufruct.* vbi Florentiae legitur, *vel sibimetipsae inciderint*, pro si ibimetipsae inciderint. MORIO, in *l. 4. §. 3. D. de aedil. edict.* MORTALITAS, in *l. penult. D. de vi et vi armat. l. 6. §. 7. D. de offic praesid. l. 2. D. de pact. dotal. l. 0. §. 43. D. ad SC. Tertullian. l. 22. D. ad SC. Trebell. l. 24. D. quae in fraud. creditor. l. 15. D. de inoffic. testament. l. 26. D. de fideicomm. libert. l. 209. D. de regul. iur.*

¶. CXXIX. MORTIFERE vulneratus, *l. 15. §. 1. l. 21. D. ad leg. Aquill. l. 3. D. de condict. tritic.* MOMENTARIA *cura*, in *l. 8. D. de aliment. leget.* MERCATVRIS *faciendis*, in *l. 5. D. de institor. act.* NVNDINAS, id est, epulas, in *l. 69. D. pro socio.* NVTRITIA, pro nutricum mercedibus, in *l. penult. D. de extraordin. cognit.* NON DVBIE, in *l. 90. D. de legat. I. l. 71. §. l. 91. D. de condit. et demonstration. l. 34. §. 1. D. mandati.* NECESSARIE, pro necessario, in *l. 51. D. de hered. petit.* OPITVLATIO, in *l. 1. D. de minorib.* OSSVARIA, in qua mortui ossa iacent, in *l. 2. D. de sepulcr. viol.*

¶. CXXX. PROTERVITAS, in *l. 1. D. si is, qui testam. liber esse iuss.* PIGMENTARII, in *l. 13. §. D. ad leg. Cornel. de sicar.* PHASIANARII, in *l. 66. D. de legat. III.* PARVM est, *vt*, in *l. 200. D. de regul. iur.* PAR mularum: *l. 22. D. ad leg. Aquill. Poculorum* PARIA *duo*, in *l. 3. D. de legat. III.* PORTICATIONES, in *l. 37. in fin. D. de religios.* PRVRIGINOSI, in *l. 3. D. de aedilit. edict.* PLAVSTRARIVS, in *l. 27. §. pen. D. ad leg. Aquill.* vt PISTRINARIVS, in *l. 1. §. 9. D. depositi.* PLVRIFARIAM, *l. 1. D. de minor. l. penult. §. pen. D. de iur. immun.* quo verbo et Apuleius *Lib. VIII. Metamorph.* vsus, et vt Erasmus quoque adnotauit, Tranquillus non semel. PEREGRE esse, in *l. 23. §. vlt. D. de hered. instit.* PERGVLA, in *l. 18. §. D. de iudic. l. 5. §. vlt. D. de his, qui effud. vel deiec.* PVGILLARES, in *l. 6. D. de supellect. legat. l. 17. §. 3. D. commodat. l. 148. D. de verbor. signific.* PORCA, in *l. 1. §. 1. D. de abigeis.* POLIA, in *l. 38. in fin. D. de aedilit. edict.* PERVICACITER, in *l. 3. §. 16. D. de suspect. tutor.* PVNICA *lingua*, in *l. 11. D. de legat III.* POENVS *sermo*, in *l. 1. §. vlt. D. de verbor. oblig.* PRAEROGATIVA, in *l. 9. in fin. D. de iureiur. l. 1. D. de veteran. l. 5. §. 3. D. de itin actuqu. priu.* PRAEVALENTIA, in *l. 23. §. 4 D. de rei vindic.* PERFVNDI *oculus*, in *l. 5. in fin. D. ad leg. Aquill* et *effundi* dicitur, in *l. 13. §. 4. D. locati.* pro erui. PVTATIO personae, in *l. 18. §. 4. D. de iniur.* PRAESTATVRVS, EXSTATVRVS, OBSTATVRVS semper in Pandectis scribitur, licet Grammatici *praestiturus, exstiturus, obstiturus* dicendum tradant. Quae quia singulis paene in paginis Pandectarum deprehendi possunt, idcirco a me exemplis non confirmantur.

¶. CXXXI. QVINGENAS, pro quingentas singulis, dixit Vlpianus, in *l. 15. in fin. D. de oper. libert.* Sicut QVINIS *emti serui*, in *l. 47. D. de euict.* qui singuli quinque emti sunt. Et QVINA soluissent, id est, singuli quinque, in *l. 25. D. de condict. indebiti.* Et DENA, id est, decem singuli, in *l. 10. D. eod. tit. l. 29. D. de legat. I. l. vlt. D. de tributor. act.* At in *l. 3. D. de ann. legat.* et in *l. 126. D. de verb. oblig.* DENA decem significant. QVADRIGINTA, pro quadraginta, in *l. 33 D. ad SC. Trebell.* QVIN *minus*, interrogatiue, in *l 78. §. 5. D. de legat. III.* QVADRIFARITER, in *l. vlt. §. 14. D. de grad. et adfin.* QVADRVPLATVR, in *l. 14. §. 1. D. quod metus caus.*

¶. CXXXII. RESVPINVS, pro negligenti et dissoluto, in *l. 23. D. de probation* RESVPINA *existimatio*, in *l. 4. D. quod vi aut clam.* qua alias *crassa* et *supina* et dissoluta vocatur, in *l 6. D. de iur. et fact. ignor.* RVSTICANVS *homo*, in *l. vlt. D. de doli mali except.* RVRESTRE *opus*, in *l. 99. D. de legat. III.* RAVCIS *segetes corruptae*, in *l. 15. §. 1. D. locati.* RVDVS, in *l. 3. D. de seruit. rustic.*

¶. CXXXIII. RATIONABILE, in *l. 122. in fin. D. de verbor. signific.*

¶. CXXXIV. SERVACVLVM, pro ferraculum nauis, in *l. 29. §. 2. D. ad leg. Aquill.* SCVTELLAE, in *l. 19. §. 10. D. de aur. argent. legat.* SILIGINARIVS, in *l. 52. §. 11. D. de furtis.* SEGNITIOR, in *l. 17. §. 17. D. de iniur.* SALES, in *l. 11. princ. et l. 13. D. de publican.* STROBYLI *de pinu*, in *l. 55. in fin. D de legat. III. l. 167. D. de verbor. signif.* SVASVS *nomen*, in *l. 9. §. 1. D. de seru. corrupt.* SALICTVM et SALICTETVM, in *l. 7. §. 5. D. quod vi aut clam l. 3. D. arbor furt. caes. l. 9. §. vlt. D. de vsufruct.* SALIGNEAE *virgae*, *l. 3. D. arbor. furt. caes.* SYRIATICAE *res*, in *l. 15. D. de testam. tut.* STIRPITVS, in *l. 3. D. arbor. furt. caes* SICCIDA *lana*, *l. 70. D. de legat. III.* SCOPAE, *quibus columnae et pauimenta exterguntur. l. 12. §. 18. D. de instruct. vel instrum. leg.* Vnde SCOPARII, in *l. 8. in fin. D. eod. tit.* STYPTERIAE *metalla*, *l. 3. in fin. D. de rebus eor. qui sub tutel.*

¶. CXXXV. TANTISPER *quam*, in *l. penult. D. de vacat. et excusat. mun.* TEMERA-

RATOR, in *l. 29. D. ad leg. Corn. de falſ.* TRANSVERSARIVM, in *l. 27. D. locati.* TOMENTVM TOMENTATIONIS *cauſſa paratum*, io *l. 70. D. de legat. III.* TRVELLAE, in *l. 36. D. de aur. argent. legat* quae TRYLLAE, in *l. 19. §. 9. D. eod. tit.* vocantur.

¶. CXXXVI. VINARIVS pro vinoſo, in *l. 4. §. 2. et l. 25. §. 6. D. de aedil. edict.* VITREAMINA, in *l. 18. D. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* VNIS *tabulis*, *l. 1. §. 6. D. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tab.* VREDO *fructus corrumpens*, in *l. 15. §. 2. D. locati.* VVLNVSCVLVM, in *l. 1. §. 8. D. de aedil. edict.* VARVS et VARIVS, in *l. 10. §. vlt. D. eod. tit.* VISCERATIO, in *l. 54. D. de liberat. legat.* VT *quid*, interrogatiue, in *l. vlt. §. penult. D. quis ordo in bon. poſſ.* Atque haec fere omnia nobis Pandectarum Florentinarum lectio ſuppeditauit, quam in hoc opere, quoad eius fieri potuit, ſum ſequutus. Nec tamen ex omni parte integros Florentinos libros praeſtare velim.

¶. CXXXVII. Quippe compertum habeo, multa eis vitia, vel transſcriptione commiſſa, vel ex prima origine transmiſſa, inſidere, quorum aliqua ſenſus noſtros ſpecie recti facillime fallunt, aliqua labem ſuam manifeſte produnt. Nemo certe dubitabit, quin in *l. 50. D. de petit. heredit.* vbi illic, *ratione doli exceptione* legitur, legi debeat, *ratione doli exceptionis.* Sic enim eius reſponſi auctor Papinianus et alias loqui conſueuit. *l. 67. §. 3. l. 69. §. vlt. D. de legat. II.* Sed et NOMINATIM, pro *nominatum*, in *l. 6. in fin. D. de interdict. et releg* illic legitur. Et HOMINIBVS, pro *nominibus*, in *l. 2. in fin. D. de cuſtod. reor.* Et SOLVENDVM pro *ſolidum*, io *l. vlt. D. de diſtract. pign.* Et PRAECEPTOREM pro *Praetorem*, in *l. 14. D. ad SC. Trebell.* Plane nonnulla antiquae ſcripturae rationem minime tenentibus mendoſa videri poſſint, quae mendo vacant. Veluti IDONEI pro *idonee ei* legitur, in *l. 11. §. 15. D. de legat. III.* Verum hoc ad priscum ſcribendi morem redigendum et reuocandum eſt, quo coaleſcentibus in vnum extremis dictionum antecedentium et primis ſequentium ſyllabis, vnum plerumque verbum duorum vice fungebatur.

¶. CXXXVIII. Quemadmodum EIVS, pro *ei ius* ſcriptum eſt, in *l. 6. in fin. D. arbor. furt. caeſ.* et CVIVS, pro *cui ius*, in *l. 163. D. de regul. iur.* ALTERIVS, pro *alterius ius*, in *l. 9. D. de liberal. cauſ.* niſi ſi in generandi caſu *alteri* veteres vſurparunt, ſicut et *alii* et *vni* eodem caſu eos dixiſſe, ex iis ipſis Pandectis intelligimus.

Sed haec hactenus, quae licet leuioris operae, atque adeo profeſſione noſtra indigna moroſis quibusdam videbuntur, quum tamen doctrina praeſtantes olim viros in id genus quaeſtionibus verſatos cogitem, non eſt, cur ego, qui praeclare mecum agi exiſtimo, ſi per eorum veſtigia repere liceat, hanc tractationem mihi parum decoram putem.

INDEX

INDEX ALPHABETICVS VOCVM AC FORMVLARVM IN HIS ΠΑΡΕΡΓΟΙΣ PRAECIPVARVM.

A.

B.

C.

Con-

Pecu-

Tamen,

FRANCISCI HOTOMANNI IC.

DE

VERBIS FEVDALIBVS COMMENTARIVS

EX

CVIACIO, VVLTEIO,

ALIISQVE OPTIMIS INTERPRETIBVS.

MVLTVM AVCTVS.

ABBAS, qui feudum conferre posse dicitur, lib. feud. I. tit. 1. et tit. 14. §. 3. is est, qui in munochorum sodalitate, oc coenobio principatum obtinet, qui a Iustiniano archimandrita, a nonnullis coenobiarcha vel archimonachus dicitur. Iust. Nou. CXV. §. ὑπόλοιπον. Sancimus, vt ABBAS, siue archimandrita singulis monasteriis praeponatur, quem monachi ex vitae probitate maxime idoneum delegerint, et qui ab episcopo confirmetur. Legibus autem Langubardorum sancitum est, ne ABBAS minus quinquaginta monachos sibi subiectos habeat, qui cum eo regulariter viuant. In Lombarda Lib. II. tit. 54. lib. 18. Sed posterioribus seculis

§. 2. ABBATES etiam dicti sunt pruceres, siue ex vocabuli notatione, quod abbatiarum prouentu fruerentur. Hinc Hugo ille Capetus, Galliae regnum arte adeptus, ABBAS Hugo dicebatur. Symphorianus Champerius in Genealugia regum Francorum: Cumque Lotharii frater Carolus aspiraret ad regnum, cuius antea contemptum prae se tulerat, ab Hugone ABBATE (eo qui Capetus vulgo vocabatur) aditus, vt aiunt, ex familia comitum Parisiensium, captus est: et in custodiam Aureliis positus. Alb. Krantzius in Saxonia, Lib. IV. cap. 22. De regno Francorum per ea tempora magna contentio fuit, cum Carolus Lotharii defuncti frater illud peteret, Hugo Parisierum comes cognomento Magnus, et item ABBAS, illud sibi vendicaret. Suidegerus in Chron. Dionysiacis: Qui in Chronicis ABBATES dicuntur, non sunt monachi, sed barones et proceres seculares, quibus rex abbatias fruendas ad tempus concedit. Guill. Paradinus scriptor Annal. Burgund. Lib. II. sub anno 1103. scribit, se monimenta vidisse complura perantiqua, in quibus proceres Galliae his nominibus vtebantur: Dux et ABBAS: Comes et ABBAS. Vnum etiam profert, quod subscribemus. Ego H. de bello ioco volo, vt praesentes et futuri sciant, quod Guido comes Forensis, nepos meus L. Dei gratia regi Francorum, quando rediit de Podio sanctae Mariae, cum secum duxit captos Vicecomitem de Pollignac et filium eius Heraclium, donum quod ei dederat, scil. abbatiam Sauigniaci, quae antecessorum et mea semper fuerat, et esse debet, sui gratia mihi eandem per virgam reddidit Montebrisonis, in ecclesia sanctae Mariae Magdalenae extra villam: vbi rex missam audiuit: his testibus de familia regis, Guidone de Garsanda, G. pincerna, et G. Cheurusa consanguineis meis. Idem in Append. Aimoini Lib. L. cap. 34. Quin etiam, inquit, vsque ad tempora Roberti regis, ea, quae ABBATES accipiebant, sibi

addixerunt: et statuentes decanos monachis, sibi nomen ABBATIS vsurpauerunt. Quem locum Paulus Aemilius, historicus pontificalis verius, quam Gallicus, in Carolo Simplice sic imitatus est, vt multa pro suo more ad patroni sui potentiam amplificandam infarciret. Aimoinus Lib. V. c. 1. Ordinauit autem per totam Aquitaniam, comites, ABBATESque: nec non alios plurimos, quos vassos vulgo vocant, ex gente Francorum: eisque commisit curam regni. Aimoin. eod. lib. c. 36. Ludouicus, quos potuit, conciliauit sibi, dans eis abbatias et comitatus. Item: Andiuit regni primores tam ABBATES quam comitee indignator, quin quibusdam honores dederat, sine ipsorum consensu. Item: Consecratus est, et coronatur, in regem Ludouicus ab Hincmaro Rhemorum episcopo: et episcopi se suasque ecclesias ad debitam defensionem et debita priuilegia sibi seruanda, commendarunt. ABBATES etiam, ac regni primores, ac vassi regii se illi accommodauerunt, et sacramento secundum morem, fidelitatem promiserunt. Quo ex locu probabilis coniectura duci potest, nomen hoc in pontificali Rumano, iu furmula regis inaugurandi, hac ipsa in re repositum fuisse. Pontificibus quoque (inquit) ecclesiarum Dei condignum et canonicum honorem exhibere, atque ea, quae ab imperatoribus et regibus ecclesiis collata et reddita sunt, inuiolabiliter obseruare: ABBATIBVS, comitibus et vasallis meis congruum honorem secundum consilium fidelium meorum praestare. Nauclerus Generat. 33 Hugonis Capeti pater, inquit, primum ABBAS dictus est, quod ipse et Robertus comes Parisiens. primi fuerunt, qui relicta monasteriis praedia prouentusque occupauerint, ea sibi suisque militibus attribuentes seque ABBATES appellantes: atque impartientes monachis, prout volebant, adhibito moderamine victus et vestimentorum.

§. 3. ABBATES quoque nonnunquam in histuriis accipiuntur pro nobilibus, quod nomen etiam hodie retinent in montibus Pyrenaeis nobiles quidam: et hoc sensu, quantum opinor, Antonius V. cap. 1. Carolus, inquit, ordinauit per totam Aquitaniam comites, ABBATESque, nec non alios plurimos, quos vassos vulgo vocant. Cuiac. Lib. I. feud. c. pag. 15.

ABBATIA, cuius diminutiuum est ABBATIOLA, vocatur ipsum monasterium cum omnibus suis pertinentiis, cui abbates vel abbatissae praesunt v. Cuiac. d. l.

ABBATISSA, cui similiter feudorum conferendorum ius esse dicitur, libr. feud. I. titul. 1. §. 1.

§. 1. Et aequiparatur *abbati* in administratione rerum secularium, *cap. 1. de his, qui feud. dare possunt.* Rosenth. *Cap. IV. feud. concl. 18. n. 1. et lit. A.* monialium, siue monacharum antistita; quam Iustinian. *Nouell. 115.* iubet ab ipsis monialibus electam, ab episcopo confirmari: et monialibus eunuchum vnum attribui, qui res illarum administret. *Nouel. 123. 133.*

ADA.

ADAEQVATIO, est aequabilis diuisio hereditatis inter fratres, antequam diuisionem leges vetabant quicquam alienari, nisi post annos 40. et ei, qui se laesum contendebat, succurrebatur. *Lombard. libr. II. tit. 29.* Sic tamen, vt omni tempore sortes stare debeant, et adaequatio percurrat. Idem *l. Langob. titul. 48. de quadraginta annis poss. fratr. et Aleman. tit. 89. vltim frat. post mort. pat.* hinc *lib feud. II. titul. 58. §. 3.* Scilicet adaequatio percurrat vsque ad quadraginta annos.

ADV.

ADVOCATIA negotii alicuius publici procuratio, a soperiore mandata: vt *lib. feud. II. tit. 27. §. 15. Quicumque* ADVOCATIAM *suam, vel aliquod aliud beneficium inordinarie tractauerit.* Hinc *aduocatus* videtur idem fuisse, qui a pragmaticis nostris Commissarius vocatur, cui praefectura aut munus aliquod, ac praesertim causarum disceptandarum, publice mandatum est. Hinc *lib. I. Franc. III. cap. 11.* de aduocatis et vice-dominis. Et *lib. IV. cap. 100. Vt tales eligantur, qui sciant, et velint iustitiae causam discernere et determinare.*

§. 2. ADVOCATIA etiam dicitur tutela et defensio sacerdotalis alicuius collegii: velut *abbatiae* et *monachorum*, quibus et vectigalia quaedam attributa sunt: quorum potentem aliquem, vel comitem, vel alium nobilem sibi defensorem et patronum cooptabant: vt in diplomate donationis, quam Carolus Magnus monachis Vlmensibus fecit: apud Nauclerum, *Adelbertum cognatum nostrum aduocatum ac defensorem constituimus, etc.* Item: *vt abbas et monachi ex his, quos inter potentes nouerint, et inuenerint meliores seculi et aequitatis amatores, eligant huic loca aduocatos et defensores.* Item: *statuimus, vt si aduocatus placitare voluerit, quando vel qualiter, aut quoties hoc fiat, in abbatis arbitrio pendeat, et ab eo disponatur: vt non compluribus quam triginta equis ad placitandum veniat: et quidquid placitando ibidem adquirat, tertia parte sibi retenta, duas abbati reddat.* Iohan Tritemios. *Constituit autem archiepiscopus aduocatum Hirsaugiensis monasterii ipsum comitem Erlafridum, sub ea conditione, vt mortua* patre filius in ADVOCATIAM non succedat: nisi fuerit ad eam per abbatem et monachos assumptus. Verebatur enim ne post mortem suam per filium, siue nepotes iniuriam aut violentiam aliquam pateretur, si ADVOCATIA hereditario iure deuolueretur ad posteros. Abbas Vrsperg. *in Philippi vita* ADVOCATIAE beneficium his exponit verbis: *Imperatores nihil iuris sibi vindicarunt, praeterquam illud quod pertinet ad dominium totius terrae: vt sub protectione sua eas susciperent, et priuilegiis suis muuirent, et fideliter defenderent.* Et paulo post: *Et de voluntate fratrum in praediis eorum statueret extra abbatiam annuum, quod sibi pro abbatia et defensione solueretur.* Vide infra *Mamburgus.*

AFF.

AFFIDATI non proprie vasalli sunt, sed quasi vasalli: sic enim dicuntur, qui in alicuius fidem et tutelam recepti sunt. Neapol. *const. lib. III. tit. 7. Vt in terris,* inquit, *demanii nostri nulli omnino liceat* AFFIDATOS *vel recommendatos habere.* Item: *Quod si* AFFIDATOS *susceperit, vel etiam commendatos; bona sua omnia publicentur.* Et *constitut. seq. Duo sunt necessaria, vt homines* AFFIDATORVM *vel recommendatorum iure teneantur, videlicet, quod praedecessorum nostrorum temporibus homines illos ipsi, vel antecessores sui tenuerint: et quod in eisdem temporibus vel ab ipsis, vel a praedecessoribus suis de feudo vel hereditario suo aliquid tenuerint, propter quod homines ipsorum merito censeantur.*

ALO.

ALODE, vel ALODVM, ALODIVM vel ALLODIVM, dicitur proprium cuiusque liberi hominis patrimonium: quod Romano more dicebant, praedium censui censendo: vel praedium mancipi: vel quod iure Quiritium, aut quod mancipio et nexu tenebatur. Cicero *de arusp. respons. Multae sunt domus in hac vrbe, atque haud scio, an paene cunctae iure optimo, sed tamen iure priuato, iure hereditario, iure auctoritatis, iure mancipii, nexi iure* Feudista *lib. II. tit. 26. §. 2. Agnatis feudum, filia vero* ALLODIVM *esse asserentibus.* Item *lib. II. tit. 17. § 2. Per filiam debere recognoscere, cum de paterno* ALLODIO *esset feudum hoc.* In *leg. Baior.* vbi titulus est; *vt nullus Baioarius* ALLODEM, *aut vitem sine capitali crimine perdat:* mox haec subsequuntur. *In ducis potestate sit vita ipsius, et omnes res et patrimonium.* Sic *legis Salicae tit. 62. de* ALLODIS Item, *Ripuariae 58. et Baioar. cap. 24. de his, qui propriam* ALLODEM *vendiderint.* Et apud Radeuicum *lib II. c. 30.* vbi Imper. Fridericus loquens de Adriano papa, nuntios nostros non esse recipiendos in palatiis episcoporum asserit. *Concedo: si forte aliquis episcoporum habet in suo proprio solo, et non in nostro palatium. Si autem in nostro solo et* ALLODIO *sunt palatia episcoporum, cum profecto omne, quod inaedificatur, solo cedat, nostra sunt et palatia.* Item *cap Baioariae legis 24.* venditam ALLODEM euincenti dicitur. *Cur inuadere conaris territorium, quod ego iuste iure hereditatis donaui?* Tum alter: *Non ita, sed mei antecessores illud tenuerunt, et mihi* ALODEM *reliquerunt, et vestita est illius manu, cui tradidi.* Item *legis Anglarum tit. 17. de alodib. Hereditatem defuncti filius non filia suscipiat, post quintam tamen generationem filia in hereditatem succedat: et tunc demum hereditas ad fusum a lancea transeat.* Item *leg. Franc. lib IV. cap. 51. Audiuimus, quod aliqui reddant beneficium nostrum ad alios homines in proprietatem: et in ipso placito dato precio comparant ipsas res iterum sibi in* ALODEM. Sic apud *Adonem in Chron. aetat. sexta. Baptisatis Saxonibus, et ingenuitate et* ALODO *firmitas fidei roborata, si amplius amissa Christianitate in perfidiam relaberentur,* id est. sub poena libertatis et patrimonii amittendi. Rerum igitur duo genera barbarici scriptores constituerunt: ALLODIA, quae pleno patrimonii iure sic tenebantur, vt eo nomine nolla neqoe gratia, neque merces, neque opera deberetur: et *Feuda*, quae beneficio alterius sic tenebantur, vt eorum nomine, gratia et opera quaedam deberetur. Helmodos in *histor. Slau. lib. II. c. 6. Nobile illud castrum, cum omni attinentia sua obtinuit.* ALLODII insigne exemplum extat apud *Hectorem Boeticum histor. Scot. lib. XVI. Inter reliquam praedam,* inquit, *diploma donati a rege agri inuentum est,*

est, his verbis exaratum: Ego rex Adelstanus dono tibi Pauline Oddan, et Roddan praedia tam bona, tamque immunia, atque ipse ea possedi. Verbi autem illius notionem demonstrare, in tanta caligine perdifficile esse arbitror. Verisimile tamen videtur, primam verbi originem ex eo manasse, quod nationis bello subactae praedia bipartito diuiderentur: et melior pars militibus fruenda in beneficii loco attribueretur: altera pars plebeis, ac reliquae multitudini: quod etiam Germani dicunt, ALS LEVO, quasi quis dicat, vniuersae plebi. Nam *Leudes* et *Leudi* passim apud Germanos et Francogallicos historicos dicuntur, qui vulgo subiecti appellantur, vt *apud Greg. Turon. lib. IX. in pactione Childeberti et Gruntchranni conuenit: vt Leudes illi, qui domino Gruntchranno sacramenta praebuerunt, si postea conuincuntur se in parte alia tradidisse, vt debeant remoueri.* Et paulo post: *Similiter conuenit, vt nullus alterius Leudes nec sollicitet, nec venientes excipiat.* Item alio loco: *Conuenit, vt Leudes, qui domino Gruntchranno sacramenta primitus praebuerunt.* Atqoe in hanc sententiam primum me Gallorum nostrorum sermo et consuetudo induxit, qui praedia huiusmodi nominant *Alleud*: eaque longissimo interuallo ab iis, quae in his libris ALLODIA vel ALLODES appellantur, separant. Nam illo nomine eos demum fundos appellant, pro quibus census, siue pensiuncula soluitur: vnde fundi liberi ALLODII *fiefs de Franc alleud*: quorum nemo donator agnoscitur: pro quibus nemini gratia debetur, et qui eo nomine immunes sunt: quos more Romano dicebant, *Optimo iure possideri.* Verum haec quidem hactenus. Nam omnis haec posita in diuinatione disputatio est aliquanto tamen concinniore fortasse, quam quod Guil Bud in Annot. in Pand scribit: ALAVDIA *a laudandi, hoc est, nominandi auctoris verbo profecta: quod qui praedia eo iure habeant, laudare auctorem suum neminem teneantur: vt qui nullum soli dominum agnoscant, nec patronum, i. e. qui in nullius fide sit.* quasi Budaeus ALAVDIA coniunctum verbum putaret ex *a*, particula priuatiua, et *laudare*: quippe, qoorum nomine laulatio non debeatur. Neque fortasse probabilius videatur, si ALODEM ex *A* eadem particula priuatiua, et *Lodes* fictum vocabulum dicamus, quasi sine lode, id est, vasallo: vt cum amens dicitur, quasi sine mente: nam neque A particula illam apud Germanos priuaodi vim habet, et *Lodes* praecise vasallom non significat; sed quemuis (vt ante dixi) principis ditioni subiectum, siue is miles sit, siue non sit: et siue feudum alterius beneficio teneat, siue non teneat. Doctores autem vulgo ALAVDIVM definiunt proprietatem, quaea nollo recognoscitur; quod non absurde dicitur, sed quod feuda quaedam ALLODII libegi finxerunt, quae Galli FRANC ALLEVD appellarunt, totum est (vt iam ante diximus) ab institutis Germanicis alienissimum. Sed ecce rursus alteram huius vocabuli notionem. Beatus Rhenan. *Rerum Germanicarum libr. II.* ALOOIA (inqoit) *proprii iuris erant fortasse Germanico vocabulo sic dicta, quod familiae velut coagmentata sint, et coniuncta, hoc est, inseparabilia a familia*: EIN ANLOD. Vnde plerumque negligebantur beneficis regia: ALOOIA curabantur. [Vt autem hoc sit, feudum ALLODIO opponi constat ex *c. 1. §. si de feudo defuncti contentio sit* Et *c. 1. in fin. de eo, qui sibi et heredibus suis*: et pluribus exemplis et historiis confirmant Cuiac. Hoto. et Vult. vbi de hoc vocabulo agunt.]

ANG.

ANGARIARVM et PARANGARIARVM praestatio inter vectigalia, quae regalia dicuntur, recensentur, *lib. feud. II. tit. 56.* quod ea regia aut imperatoris iura propria sunt: cum olim eo nomine significarentur munera onerum vehendorum prouincialibus imposita. Vnde *Angariari naues* dici solebant, quibus onerum transmittendorom necessitas iniungebatur, *l. pen. D. de veteran.* Itaque Suidas, *ἀγγαρείαν* interpretatur *ἀνάγκην αἰκούσιον, καὶ ἐκβίας γινομένην ὑπηρεσίαν* Plura autem diximus in Commentario verborum iuris.

[ANGARIAE et PARANGARIAE: Hisce verbis Hotom scribit, significari operas extraordinarias, quae propter repentinum aliquod negotium ad solius imperatoris edictum praestantur, et paucorum quorundam, quibus lege hoc ita tributom est, *l. iudicib. C. de curs. public* Vulgo haec ita distinguuntur, quod ANGARIAE sint munera personalia, quae praestantur imperatori sumptibus et expensis imperatoris: PARANGARIAE sint munera mixta, quando quis imperatori seruitia expedit sumptibus propriis. Vultei *de feudis lib. I. cap. 5. num 6.* Vtriusque, tam ANGARIARVM quam PARANGARIARVM praestatio inter vectigalia, quae regalia dicuntur, recensentur *lib. feud II tit 56.* Vultei. *auct. loc.* quod ea regis aut imperatoris iura propria sint cum olim eo nomine significarentur munera onerum vehendorum prouincialibus imposita. Vode *Angariari naues* dici solebant, quibus onerum transmittendorum necessitas iniungebatur, *l. pen D. de veter.* nonnulli interpretantur potestas; qua de re vide Cuiac *in leg. fin. Coaic. de fabr. lib. 11. et in tit. de curs. publ. lib. 12.*]

APE.

APERIRI *feudum* alicui dicitur, cum ei lege defertur: veluti domino, cum ei ob vasalli mortem aut culpam committitur, id est, ad eum reuertitur, *lib. I. tit. 18. § 2. lib. II tit. 15. et tit. 26 §: 4.* Committi enim et in commissum cadere veteres dixerunt, quae propter delictum aliquod amittuntur. APERIRI etiam *agnato feudum* dicitur, cum ob vasalli crimen in non dominum commissum agnato lege defertur, *lib. II. tit. 31.*

ARM.

[ARMANDIAE, vel, vt alii volunt, ARMANNIAE, sunt, vt quidam exponunt, littora poblica: quae ita dicta esse putant ab ariditate: alii interpretantur vectigal, quod ex armentis animalium soluatur. Isern Afuerat. Bald. et alii in *cap. 1. quae sint regal.* Quidam dicunt esse vectigal, non tamen ex armentis animalium, sed quod pendatur ex licentia arma faciendi: prout anteriores scribere dicit Rosen *cap V. num 19.* Alii deniqoe interpretantur fabricas et publica armamentaria, quae principem Romanorum semper sibi soli vindicasse apparet ex *Nouell. 85. et l. 1. C. vt armorum vsus.* Hanc postremam Cuiac amplectitur *lib. V. feud. pag. 292* eamque interpretationem esse omnium verissimam testatur Borch. *dict. c. 1. n. 41.* vt refert Vultei. *lib. I. feud. cap. 5. n. 6.*]

ASS.

ASSILIRE, pro vim afferre, adoriri, oppugnare, *lib feud. I. tit. 5. §. 1. Similiter si dominum* ASSILIERIT, *vel castrum domini sciens dominum vel dominam intus esse* Eiusd. *lib. tit. 17. Si scienter seniores* ASSILIERINT.

AST.

[ASTALIVM ab astu dictum, idem est, quod felonia. ASTALIVM *facere*, est frustrari et decipere. Vnde saepius in legibus, *asto animo* est doloso et callido, *l. 4.*

de furtis, l. 15. qual. quis defen. se deb. leg. 3. de hom. lib. bo. l. 1. de dam. iniur. Ad hunc mudum Plaut. loquitur in *Paenul. Mea soror ita stupida est sine animo asto.* Et Accius *apud Nonium: Nisi vt asta ingenium lingua laudem.* Cuiac. *lib. I. feud. tit. 2.*]

AVI.

AVIATICVS, nepos, *lib. feud. III. tit. 1. §. 3. Si vero filios non habuerit, et* AVIATICVM *ex filio masculo reliquerit.* Fictum nomen ab *Auus* vel *Auius*, quo nomine in legibus barbaricis pro *auus* saepe vtuntur. *Nepotem* vero feudistae interdum fratris filium appellant, vt *lib. I. tit. 5. §. 1.* quam consuetudinem in Francogallica lingua retinuimus. Sed de huiusmodi nominis abusione plur. in *Comment. verb. juris* exposuimus.

BAN.

BANNVS siue BANNVM duo significat: edictum, qua de vassalli equis armisque instructi ad comitatum adesse debeant: et *sanctionem*, h. e. mulctam edictu non parentis Capitul Carol. *Si hoc non impleuerit, beneficium perdat: et qui beneficium non habuerit,* BANNVM *soluat.* Et alibi: *Qui hoc fecerit, tantas vices* BANNVM *soluat, quanta mancipia vendit, et si non habet pretium, semet ipsum donet, vsque dum ipsos* BANNU *soluat.* Gregorius Turon. *lib. V. c. 26.* BANNOS *iussit exigi pro eo, quod in exercitum non ambulassent.* Vnde HERIBANNVM duo quoque significat, de quo infra suo loco: generaliter mulctam omnem, quae domino debetur, quasi ab *Her* et *Bannus*: specialiter eam, quae pro militiae desertione penditur, quasi ab HOERE, quod exercitum significat Legis Franc. *lib. IV. c. 71. Quicumque liber homo in hostem* BANNITVS *fuerit, et venire contempserit, plenum* HERIBANNVM, *id est, solid. 60. persoluat; aut si non habuerit, vnde illam summam persoluat, semetipsum pro vuadio in seruitium principis tradat, donec per tempora* BANNVS *sit persolutus. Et qui propter* HERIBANNVM *se in seruitium tradidit, si moriatur, heredes eius de ipso* BANNO *obnoxii non fiant.* Hinc

BANNITVS, interdum euocatus, leg. Franc. *III. c. 64. Quicumque nostros habent honores, in hostem* BANNITVS *fuerit, et ad condictum placitum non venerit, etc.* Leg Franc. *lib IV. cap. 72. Vt non per aliquam occasionem, neque pro vuadia, nec de scara, nec de warda, nec pro Heriberigare, nec pro alio banno heribannum apponet ei suam tertiam partem.* Item: *ipse heribannus non exactetur neque in terris, neque in mancipiis, sed in auro atque argento, etc.* Vnde nonnulli Francogallicum verbum corruptum putant ARRIEREBAN. Vsurpatur enim pro poena non respondentis ad exercitum, ab HOERE, vel HERE, quod exercitum significat, et BANNVS, indicta, vnde HERISLITIVM, poena desertae siue detrectatae militiae. Leg. Franc. *lib. IV. cap 72. Quicunque absque licentia vel permissione principis de hoste reuersus fuerit: quod factum Franci et Alemanni* HERISLITZ *dicunt, volumus, vt antiqua constitutio, id est, capitalis sententia, erga illum custodiatur.* Item in *Capitulari Caroli*, et in Lombarda *lib. I. tit. 15. Si quis dimisso exercitu absque licentia regis domum reuertatur, et quod nos Theudisca lingua dicimus* ERISLITZ *fecerit*: Item: *Ex ea die sit bannum rescissum, quod Theudisca lingua* ERISLITZ, *i. e. armorum depositio vocatur*, vbi *depositio* pro *desertio* positum videtur. Beatus tamen Rhen. *lib. German. II. Deseruisse*, inquit, *exercitum, inter capitalia numerabatur. Id flagitium Franci vocabant* HERISCHLITZ, *quasi dicat, exercitus scissionem.* ¶. 2. BANNITVS, interdum exilio damnatus, *lib. feud.*

IV. tit. 27: dominum excommunicatum, vel ab rege BANNITVM, *non est obligatus vassallus ad adiuuandum.*

BAR.

BARO in libris quidem feudisticis non nominatur: sed apud alios scriptores barbaricos eo nomine appellatur, qui inter nobiles opibus et potentia antecellit: quem *satrapen* Persae appellabant. Denique BARONES et *optimates* pro iisdem vsurpantur. In append. Aimoini *lib V. cap. 52. Archiepiscopos, episcopos, abbates quoque, plures etiam, optimates et* BARONES *sui regni congregari fecit.* Et *cap. seq. Quidam quoque suffraganei ipsorum, nec non optimatum et* BARONVM *regni Franciae non minima pars.* Et *cap. 51. Quae perniciosa factio zelo et diuersitate* BARONVM, *comitum atque optimatum regni tanta terram calamitate exstinxit, etc.* Otto Frising. *lib. VII. cap. 25. Leopaldus marchio suscepto a rege ducatu Norico, omnibus pene* BARONIBVS *ad eum pertinentibus, amoreque seu terrore ad eum confluentibus, sed in ducatus Ratibonam suae ditioni subiecit.* Vnde autem nominis huius origo fluxerit, nemo adhuc, quod sciam exposuit. [Plerique eam deducunt a Graeco βαρὺς, quod est grauis, Eguin Bar. *II. feud. 3.* nimirum moribus: alii a Graeco βάρος, quod Latinis significat pondus, quod nimirum aliis corporis pondere et natura anteire debeant. Borch. *tract. feud. cap. 5* vuloit dictos esse a Germanico *Banner*. Nonnulli appellationem illam ab Hebraeorum, *Bar*, quod est filius, repetunt, de quo videatur Mozzius, *de his, qui feud dare poss. num. 17.* Plures notationes videre licet apud Vultei. *de feud. lib. I. cap. 4 num. 14.*] Apud veteres quidem Latinos auctores notum est pro bardo et stupido vsurpari, sed in legibus barbaricis.

¶. 2. BARO passim pro *mare* seu *viro* vsurpatur: vt legis *Salicae, titul. 34. Si quis* BARONEM *de via hortauerit, aut impinxerit, etc. Si vero mulierem hortauerit, etc.* Idem in Lombarda *lib. I. tit. 9. Si quis homicidium perpetrauerit in* BARONE *libero, vel seruo, vel ancilla, etc.* Quare non absurde fortasse disputari posset, cum barbari scriptores vulgo pro vassallis homines nominent: quemadmodum posterius in voce *homo*, exponetur: factum, vt BARONES dicerentur iidem, qui alibi vassi dominici, et homines siue vassalli regii: quo nomine regii capitanei, siue proceres omnes, hoc est, duces, comites, marchiones continentur. Sigebertus in *Chronicis anni 1560. Capitales* BARONES *suos cum paucis secum duxit: solidarios vero milites innumeros.* Flauius Blondus *lib. quinto decad. 2. Nam primarii vrbis, quos nunc* BARONES, *nunc capitaneos appellabant, imperatori obsequentes, etc.* de Friderico Barbarossa loquitur. Sic in Lombard. *lib I. tit. 14. Si quis ex* BARONIBVS *nostris ad nos venire voluerit, securus veniat, et illaesus ad suos reuertatur.* Sic apud Ottonem Frising. marchio in BARONVM numerum refertur, *lib. Frid. II. cap. 12. Inter quos Wilhelmus marchio de Monteferrato, vir nobilis et magnus, et qui pene solus ex Italiae* BARONIBVS *ciuitatum effugere potuit imperium, grauem conquestionem fecit.* Item *cap. 16. Vicinorum* BARONVM, *quorum vnus marchio Opitius, praesidiis munita.*

¶. 3. Iure autem Gallico BARO dicitur, qui in suo territorio summae, mediae, et infimae coercitionis, atque etiam nundinarum ius habet: veluti virgis caedendi, suspendendi, exilio mulctandi, ceruicis amputandae, cremandi, notae inurendae. Itaque patibuli quatuor tignis erigendi potestatem habet: vt est apud Ioh. Butirer. *in summa rurali.* Apud Scotos autem BARONES vetustis temporibus iidem, qui apud Germanos dicebantur: nimirum vassi regii, equites regii. Hector. Boet. *histor. Scot. lib.*

lib. II. §. seq. Conuenienti eo nobilitati condicto die, regno in partes, quas vocant Baronias, diuiso, cunctas opes agrosque regias meritorum habita ratione diuisit. BARONES *vero (ita illius temporis equites nostrorum annalium monumenta appellant) ne non suppeterent ad regiam maiestatem facultates, vt cuiuscunque agri domino excedente ex humanis, heres siue mas, siue femina, vsque ad alterum supra vicesimum aetatis annum regis esset sub tutela.*

[BARONIA, pars regni iure feudi concessa. Hector iam *d. loco.*]

BEN.

BENEFICIVM [generali significatione, prout definitur ab Oberto *cap. 1. de beneficio quid sit, etc.* ex Seneca nihil aliud est, quam beneuola actio, tribuens gaudium capientibus, capiensque tribuendo in id, quod facit, prona et sponte sua parata. Speciali significatione] Latine nostri appellant crebro, quod sua lingua feudum: vt in *Disp. feudor. c. 2.* exposuimus. Sic *libro feudorum II. tit. 1. §. 2. Sciendum est, feudum, siue* BENEFICIVM *non in rebus soli, etc. consistere.* Item *lib. feud II. tit. 52 §. 3. Comperimus militer sua* BENEFICIA *passim distrahere.* Item: *Milites suos omnibus* BENEFICIIS *exutos.* Item: *Nemini licere* BENEFICIA, *quae a suis senioribus habent, sine ipsorum permissione distrahere.* Et ab hac consuetudine non abhorret, quod Caesar *lib. de bello ciuil. II.* sic scribit: *Caesar, etsi multis necessariisque rebus in Italiam renocabatur, tamen constituerat nullam partem belli in Hispaniis relinquere, quod magna esse Pompeii* BENEFICIA, *et magnas clientelas in citeriore prouincia sciebat.* Sic cum populus Romanus stante republica honores et magistratus mandabat, eique soli accepti ferebantur, BENEFICIA dicebantur Cicero *Philip. 14. Est ille quidem consul: sed alterum nomen* BENEFICII *est populi Romani, alterum, etc.* Et *Agraria 2. Et vnusquisque studia et suffragio suo viam sibi ad* BENEFICIVM *impetrandum munire possit.* Et *pro Muraena: Vt eiusdem hominis voce et declaratus consul, et defensus,* BENEFICIVM *populi Romani cum vestra atque omnium ciuium salute tueatur.*

¶. 2. BENEFICIVM igitur, [proprie sic dictum] idem quod feudum: vnde *beneficiare* pro *infeudare*, vel feudum alicui tribuere. Sigebert. *in Chron. anni 1007. Postea imperator seditione suorum coactus, Valentianas Balduino comiti* BENEFICIAVIT: *vt sibi contra motus suorum auxilia esset.* Hinc

BENEFICIATVS, pro BENEFICIARIVS, qui feudi beneficio affectus est, *lib. feud. II. tit. 55. §. 1.* BENEFICIATI *eorum feuda, quae ab iis tenebant, obligauerant, vendiderant.* Otto Frising. *lib. II. cap. 12. Singuli singulos* BENEFICIATOS *suos per praecones exposcunt.* Item: *sicque omnes omnium* beneficia, *qui sine bona voluntate dominorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnentur.* Caes. *de bell. ciuil. lib. I. Petreius vero non deserit sese, armat familiam, cum hac et praetoria cohorte cetratorum, barbarisque equitibus paucis,* BENEFICIARIIS *suis, quos suae custodiae causa habere consueuerat, ad vallum aduolat.* Idem *lib III. Euocatorum circiter duo millia, quae ex* BENEFICIARIIS *superiorum exercituum ad eum conuenerant, quae tota acie dispersierat.* ¶ 3. BENEFICIVM et *hereditas* sic opponuntur, vt feudum et allodium: nam illo nomine appellantur, quae BENEFICIO alicuius adepta sunt: hoc vero. quae legitimis hereditatibus, vt in testamento Caroli Magni apud Nauclerum et Mutium; *Praecipimus, vt post nostrum discessum vnusquisque accipiat* BENEFICIA *in regno domini sui, et non alterius, etc.* He-

reditatem *autem suam habeat vnusquisque illorum hominum absque contradictione, in quocunque regno hoc eum habere contigerit.*

BRE.

BREVE TESTATVM, quod Latini modo testationem, modo testificationem appellant. *lib. feudor. II. tit. 32. etiam si probari possit per* BREVE TESTATVM. et *lib I. tit. 2. Nisi per pares curtis, vel* BREVE TESTATVM *probari poterit.* Cicero *Verrina VII Iste in tabellas refert, obsignat signis amicorum prouidens homo, vt contra hoc crimen hac testificatione vteretur*

¶. 2 [BREVE TESTATVM descriptores feudorum interpretantur instrumentum publicum, vt in *cap 1. §. si cum.* et *§. si autem inuestitura* Quid sit inuestitura et instrumentum publice confectum, vt in *c. 1. in fi. si de feud. vas. ab aliquo interpell. fuer.* Vult. *lib. I. feud. cap. 7. n. 42.*]

.[BREVIS autem, BREVES, BREVE, BREVIA, et BREVICVLVM, sunt chartulae siue libelli breues, quae cum per se solae fidem non faciunt, vt probat Cuiac. *in l. inter chartulas C. de conuen. fisci debit. lib. 10 per l. instrumentum*, et *l. exemplo C de probat.* merito adiectum est in doctrina feudali huic *breui* epitheton illud *testatum*, nimirum vt isto actu innuatur, debere hoc BREVE esse eiusmodi, quod ad probandum siue *testificandum* sit idoneum et sufficiens. Vult. supra *d. l.*]

BVC

[BVCCELLARII, attestante Cuiac *lib. II. feudor tit. 7* dicuntur milites corporum custodes siue protectores, qui patronis suis assistuot semper, *l. vlt Cod. ad leg. Iul. de vi publ.* vide plura apud Cuiac. *dict. loco.*]

CAM.

CAMBIVM, quod ab antiquo verbo *cambire* originem trahit, permutatio, siue rei alterius pro altera substitutio. *lib. feud. II. tit. 25. Vassallus* CAMBIVM *feudi a domino petit* Et *lib. I. tit 4. §. 2. Vel* CAMBIVM *proprietatis nomine illius feudi habuerit*, et *lib. III. tit. 1. §. 4.*

CAMERA pro conclaui, in quo pecunia seruatur: vnde *feudum de* CAMERA, *lib. II. tit. 1. §. 2. tit. 2. §. 2.* pro stipendio, quod vassallo datur a domino. Sic in testamento Caroli M. *apud Eguinar Incipit descriptio atque diuisio, quam perfecit de thesauris suis, atque pecunia, quae illa die in* CAMERA *eius inuenta est.* Anton Florentin. *part. hist. 3. in extremo:* Anno 1204 *Petrus Arragoniensis rex obtulit regnum suum Innocentio papae, illudque sibi ac successoribus suis constituit censuale, vt annuatim de* CAMERA *ipsius regis 250. massemuntinae apostolicae sedi redderentur* Feudum *de* CAMERA, et Soldatam idem esse arbitror *ex lib. feud. II. tit. 10 in fin.* Pet. de Vineis *Epist. a cap. 38. Nec non nostrorum, et* CAMERIS *feudatariorum in ipsa collecta subsidiis computatis.*

CAMPIO, certator pro alio datus in duello: a campo dictus, qui circus erat decertantibus definitus. Sic *lege Langob. tit. 112. Nullus* CAMPIO *praesumat, quando ad pugnandum contra alium vadit, herbas, quae ad maleficium pertinent, super se habere.* Item in c Otthonis, *leg. Franc. lib. V. tit. 6. Si seruus liberum se vocauerit, liceat domino* CAMPIONEM *dare, si morbus aut aetas eum pugnare prohibuerit.* Et *Frision, tit. 14. In hac tamen contentione licet vnicuique pro se* CAMPIONEM *mercede conducere.*

CAP.

CAPITANEI dicuntur, qui Latinis sunt principes, aut proceres: quod tanquam *caput* reliquo corpori, sic illi reliquis ciuibus praesunt. Horum duae

 species

species numerantur: nam alii sunt CAPITANEI regni, quo verbo duces, comites, marchiones intelliguntur: ac proprie CAPITANEI nominantur, lib. feud. I. tit. 1. §. 1. et tit. 7. alii vero improprie, qui vrbium praefecti sunt, quibus plebs ab aliquo superiorum gubernanda commissa est: qui et valuasores regii, aut maiores appellantur, lib. feud. I. tit. 1. §. 1. et tit. 7. et tit. 17.

CAV.

CAVENA, vel (vt est apud Ardizonem) CANEVA, pro cella: vnde feudum de CAVENA in lib. II. tit. 1. §. 2. et tit. 2. §. 2. erogatio annua vini, frumenti, alteriusue annonae, quae militi tribuitur. Itaque verisimilius est, pro cella siue cellaria dictam. libro feud. II. t. 10. in fin feudum soldatae significatur esse feudum de camera vel CAVENA: quia plerumque, inquit, in solidorum donatione consistit: quandoque autem in vino et annona. Doctores, duce Aluarotto, definiunt, CAVENAM esse locum, in quo frumentum, vinum, oleum, et huiusmodi cetera seruantur. ¶. 2. [CAVENA, vox barbara est, et placet nonnullis magis scribatur non CAVENA, sed CANEVA. Nonnullis etiam CANVA, vel, vt est apud Ardizonem, CANEVA: quas voces scribunt Langobardis significare cellam: doctores autem inter quos Vultei. malunt CAVENAM dictam, quasi cameram auenae: auena synecdochice accepta, pro omnis generis frumento, atque iterum pro omni eo, quo corpus hominis sustentatur, vt ita dicere possimus, cameram esse CAVENAM pecuniae principis, CAVENAM esse cameram frumenti principis]

CLE.

CLERVS, κλῆρος, Latinis sors, generale nomen est pro vniuersa ecclesia, Hebraeorum more, apud quos natio Iudaeorum eo nomine appellatur, 1 Pet. V, 3. vbi presbyteros admonet, μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων, non vt dominantes clericis. Hinc

CLERICVS, de quo saepe in libris feudisticis mentio fit, ita definitur ab Hieronymo in epist. ad Nepotian. Igitur CLERICVS, qui Christi seruit ecclesiae, interpretetur primum vocabulum suum, et nominis definitione prolata, nitatur esse quod dicitur. Si enim cleros Graece, sors Latine appellatur, propterea vocantur CLERICI, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia ipse Dominus sors, id est, pars clericorum est. Constantinus autem CLERICOS ita definit, qui diuino cultui ministeria religionis impendunt. l. 2. C. Th. de episc. et cler. nimirum presbyteri, diaconi, lectores, exorcistae. Separantur autem ab episcopis, lib. feud. II. tit. 35. et in tit. C. de episc. et cler.

CLI.

CLIENTES et CLIENTVLI, in his libris interdum dicuntur, qui passim vassalli aut milites, aut feudatarii appellantur, vt lib. I. tit. 13. Improprie autem iis haec appellatio tribuitur. Nam CLIENTES olim duorum erant generum: alii namque ciues Romani erant homines tenues, qui se in potentioris alicuius fidem dicabant, quem patronum nominabant, qui eos ab iniuriis defenderet. Eius necessitudinis certa erant iura, quae in Comment. verb. iur. ex Dionys. Halicarn. lib. II. exposuimus, et rursus in fragment. 12. tabul. ad illam legem, patronus si clienti fraudem faxit, sacer esto. Eorum mentio fit in leg. 3. D. de vsu et habit. leg. 5. §. 1. D. de iis, qui effud. leg. si libert. 89. D. de furt. leg. 3. §. sed quod D. de pen. leg. Alii praeterea CLIENTES erant homines prouinciales, qui se imperat. popul. Rom. dediderant, ac propterea parte aliqua suorum agrorum donati fuerant: quorum conditio propius ad vassallorum similitudinem accedit. Qua de re copiose cap. Disput. 2. exposuimus, de quibus legi potest l. non dubito 7. D. de capt. et post.

COM.

COMITES in libris feudisticis dicuntur iudices ordinarii, qui in pace et otio ius reddunt, itemque praefecti vrbium. Itaque lib. feud. II tit. 27. §. Qui iudex dictus est, idem continuo post COMES appellatur. COMES eandem hereditatem regiae ditioni assignet, et §. 4. si COMES hereditatem regiae potestati consignet. Et §. 12. COMES quanto pretio secundum qualitatem temporis sit annona vendenda, vtiliter prouideat. Et §. 16. COMES siue iudex in cuius regimine Guerram fecerint. Sic legis Franc. lib. XI. de aduocatione ad COMITES, cap. 6. Monemus vestram fidelitatem, vt memores sitis fidei nobis promissae in pace et iustitia facienda, etc. Et in edicto religioso Carolomanni apud Auentinum lib. III. Praefectus, quem Franci graphionem vocant, summo studio adnitatur, vt incantationes impune non abeant. Graff igitur, modo praefectus, modo COMES Latine dicitur. Helmod. in histor. Slau. cap 68. Super hos omnes functus est COMES honore cometiae: fecitque iustitiam populo. Otto Frising. lib Frid. II. cap. 12. ostendit, singulas Langobardorum ciuitates suos habuisse COMITES, id est, iudices ac praefectos iuri dicundo praepositos, vbi de Langobardorum in Gallia Cisalpina sedibus, moribus et institutis loquitur; Ex quo fit (inquit) vt tota illa terra intra ciuitates ferme diuisa, singulas ad comminandum (id est, intus vocandum) secum dioecesanos compulerint, vixque aliquis nobilis, vel vir tam magnus, tam magno ambitu inueniri queat, qui ciuitatis suae non sequatur imperium. Consueuerunt autem singuli singula territoria ex hac communicandi potestate, comitatus suos appellare. ¶. 2. COMITES etiam dicuntur alicuius regionis praefecti Greg. Turon. lib. IV. Nam semper Britanni sub Francorum potestate post obitum regis Chlodouei fuerunt: et COMITES non reges appellati sunt. Alb. Krantz. in Vandal. lib. I. c. 28. Equidem arbitrer, qui, cum senatus rempublicam administraret, rexere prouincias proconsules: et sub Augustis inde imperatoribus prouinciarum praesides inde dicerentur: aut praefecti praetorii: hi postea sub imperatoribus iam imperio declinante COMITES dicerentur: Erat (inquit) comitatus imp. Mediol. Quid vult insinuare aliud, nisi quod publicum imperatoris consilium ibi quieuerat? COMITES ergo in prouinciis habebantur, qui in quaque prouincia publicum fouebant consilium. Hoc ipsum et epistolae Augustini sonare videntur. Aetate autem nostra longe aliud praefert COMITIS nomen: inferiorem scilicet nobilitatis gradum, sub duce, supra barones. Haec ille. ¶. 3 [COMITES stabuli fuerunt praefecti equorum regiorum, qui deinde corrupte Conestabili tam in orientis, quam in occidentis imperio appellati sunt] ¶. 4. COMITES praeterea duodecim circiter Caroli Magni tempora, sub vno duce fuisse solitos, docuimus sub vocabulo, duces. Quod tamen neque vbique, neque perpetuo obseruatum est. Albertus Krantz lib. Dan. VIII. cap. 37. Comitatum quoque Holsatiae atque Stormariae, iuncta ditione Thietmarsiae in ducatum verti deposcit. Non grauatus imperator, mox annuit postulatis. Comitatus titulum exstinguit, et ex tribus memoratis ditionibus vnum creat ducatum, regemque praesentem ille solemniter inuestiuit.

COMITATVS pro iurisdictio, territorium, qui alibi districtus dicitur. Otto Frising lib Frid. II cap. 13. de Langobard. Consueuerunt autem singuli singula terri-

territoria ex hac comminandi, id est, in ius vocandi, potestate COMITATVS *suos appellare.*

COMMENDARE se, dicebantur vasalli, cum se in fidem et clientelam patroni dicabant, more (vt videtur) ab antiquis Romanorum et Atheniensium institutis tracto. Terent. *in Eunucho:*

. . Vna est domus:

Thais patri se COMMENDAVIT *in clientelam et fidem.* Aimoin. *lib. IV. cap. 64. Illuc et Tassilo cum primoribus gentis suae venit: et more Francico in manus regis in vassaticum manibus suis semetipsum* COMMENDAVIT. Item *lib. V. cap. 35. Abbates etiam, et regni primores, ac vassi regis se illi* COMMENDAVERVNT, *et sacramento secundum morem fidelitatem promiserunt. Commendati* tamen, et *recommendati* dicebantur, non iidem qui vassalli, sed tantum qui se in alicuius potentioris fidem et tutelam receperant: vt diximus in voce *Affidati.*

CON.

CONSORTES dicuntur dominus et vassallus: quasi σύμμαχοι eiusdem militiae socii, eiusdem fortunae participes; *lib. feud. III. tit. 3. Si contigerit feudum neglectu fidelis* CONSORTIBVS *applicari*: id est, dominis committi et aperiri. Alibi *coniuges* appellantur, quasi coniugales, eodem iugo alligati, *lib. II. tit. 58. §. 1.* Nonnunquam etiam *pares* appellantur: vt suo loco diximus ex *l. Franc. IV. c. 65.*

CONSVLTVM dicitur idem quod pignus, vt *lib feudor. II. tit. 8. §. 3. Nam nec pignus, quod* CONSVLTVM *dicitur, fieri potest ex feudo.*

CONVERSVS dicitur, qui a communi hominum consuetudine ad monachalem vitam abductus, deposito virili habitu vestitum cucullarem induit. *libr. feudor. II. tit. 30.* Hic primus est ad monachismum gradus. Alter est eorum, qui post *conuersionem* profitetur se ab hominum consortio abscedere, et *professi* appellantur. Postremus *monachorum.* Conuersio non spoliat patrimonio: professio spoliat, cum haec formula pronunciata est: *Do me et mea vni ecclesiae, glos. in cap. vt lex continentiae can 27. qu. 1.* quod totum ex antiqua gentium consuetudine profectum est, vt ex illo *Verrin. I.* intelligi potest: *Dixit et se et omnia sua Veneris esse; si pateret eam se et sua Veneris esse dixisse.* Iustinianus *Nouell. tertia Si quis* (inquit) *monachus fieri vult, non statim monachus fiat, sed per triennium tonsura quidem et veste laicorum vtatur: et narret causas, propter quas ad solitariam vitam migrare cupiat: vt si per triennium talis appareat, et dignus videatur tonsura, et veste religiosa, tunc tondeatur, et vestem monachicam vestiat.*

[CONVICANI, quorum mentio fit in *l. 1. C. non lic. habit. metr.* sunt cognati consortesque nostri]

CRE.

CREDENTIA, arcanum vassalli fideicommissum. *lib. feudorum I. tit. 27. Vel si* CREDENTIAM *ad eorum damnum scienter manifestauerint.*

CVC.

CVCVRBITARE *dominum,* pro vxori domini stuprum afferre, *lib. feud. I. tit. 5. §. 2. lib. III. tit. 2. §. 1. et lib. II. tit. 27. et tit. 38.* Barbarica videtur origo vocabuli, cum in legibus Langob *corbita* pro stupro vel infamia vsurpetur. Vnde CVCVRBITARI dicebant vxoris adulterio infamem: quam *Argam* etiam appellabant, vt in Lombard. *lib. tit. de conuis.* quod tamen a Graeco ἀργὸς deductum videtur: quasi qui eiusmodi contumeliam

patitur, sit iners, atque excors: nam apud Paul. Diaconum *de gest. Langob. lib. VI. cap. 8. Quando tu* (inquit dux quidam Ferdulphus) *fortiter aliquid agere poteris, qui ab Arga nomen deductum habes?* [*Corbitare* autem video Plautum dixisse, pro ventrem implere *in Cassina: Noui ego ambas illas striges Corbitant vbi commesse possunt.* Fictum videtur a Corbita, quae nauis oneraria est: vnde illud eiusdem *in Poenulo: Tardiores quam corbitae sunt in tranquillo mari, vt corbitare facile dici possit non modo adultera, quae ex alio praegnans fit: sed etiam adulter, qui alienae vxoris ventrem implet, quem vulgo cuculum appellant.* ¶. 2. CVCVRBITARE autem *vxorem domini* vasallus dicitur, non tantum si cum ea adulterium perfecerit, sed etiam si id duntaxat attentauerit. quod variis modis fieri potest, vt scribitur *in l. apud Labeonem 15. §. si quis virginis D. de iniur.* puta, conando, ad proximum actum perueniendo; item turpiter cum ea ludendo, turpiter osculando, etc.]

CVR.

CVRIA et CVRTIS, idem. Itaque *lib. feud. II. tit. 51. §. 1. Quidam capitaneus in quadam* CVRTE *sua beneficium dedit militibus, et postea eandem* CVRIAM *vendidit.* CVRIA autem proprie ac restricte, est area muro circumdata, in qua aedificium insulae modo positum est, vt in *diplomate Ludouici apud Ioannem Auentinum: Ludouicus diuina fauente gratia rex Baioariorum, Gotzbaldo perpetuo dono in villa Engolstat duas ecclesias* CVRTIM *dominicatam, cum aedificiis desuper positis,* Abbas Vrsperg *in Frider I. de pactione inter ipsum et Placentinos: Praecepit muros et fossata deiicere, et turres ciuitatis euertere: et quatenus in vna* CVRTE *non consistat plus aedificiorum, quam vna domus.* Item in formula pacis Alsaticae *apud B. Rhenanum lib. German. rerum II. Quicunque aliquem rapina, aut incendio, aut captiuitate, aut aliqua temeraria praesumptione infra* CVRTIS (mendose legitur CORTIS) *aut domus ipsius conseptum, aut conclaue inuaserit, aut aliquem ad sanguinis effusionem percusserit, liber capitali summa puniatur:* vbi legendum est *sententia, vt lib. feud. tit. 27. §. 2.* Hinc ¶. 2. CVRTIS pro praetorio, siue ampla et magnifica domo frequenter vsurpatur: quam Gallice dicimus LA MAISON SEIGNORIALE. Helmodus *in hist. Slau. lib I. cap. 12. De vrbibus vero, aut praediis, aut* CVRTIS *numero, quae ad possessionem pontificis pertinebant,* et *c. 24. Ipse quidem villas amplissimae possessionis accepit; et praedia colonis exercenda distribuit: habuitque praeter alias* CVRTES *duas nobiles, ad quas saepius diuersatus est. Vnam in via publica, quae dicitur Buzu, etc.* Item *cap. 18 Praeterea* CVRTES *illae notissimae Buzu et Nezenna, et caeterae possessiones in terra Vagirorum episcopo restitutae sunt rursus incolendae.* Item *cap. 32. Missi ergo a principibus venerunt ad regem, qui tum forte consistebat in* CORTE *regia Hilgestein, etc.* Latius tamen hoc nomen vsurpatur pro territorio et finibus eius dominii, cui vasalli subsunt. Vnde *feuda in* CVRTE, vt *lib. II. tit. 51. Quidam capitaneus in quadam* CVRTE *sua beneficium dedit militibus, et postea eandem* CVRIAM *vendidit, non habita mentione beneficii.* Hinc *pares* CVRIAE, et *pares* CVRTIS passim in libris nostris promiscue appellantur. Et cum in legibus Baioar titulus sit, *de eo, qui scandalum in* CVRIA *ducis commisit,* mox in textu sic legitur: *Si quis in* CVRTE *ducis scandalum commiserit.* Item: *Nullus praesumat in* CVRTE *scandalum committere.* Differunt autem CVRIA siue CVRTIS et domus Albertus Argentinens. *Itaque de Spira reuersus, Argentinae in* CVRIA *dominorum de Ochsenstein decumbens, diem clausit extremum. Domus* est aedificium, in quo

quo dominus habitat, quod Iurisconsultorum more praeturium appellatur. CVRTIS vero idem, opinor, quod Romanis cohors. *In villa* (inquit Varro) *cohors est, ex eo dicta, quod circa eum locum pecus cohercetur.* Vnde *cohortales aues*, quae in villatica cohorte aluntur: eiusmodi sunt gallinae, vt de vulpe *in Fast. Ouid.*

Abstulerat multas illa cohortis aues.

Hinc *in legibus Baioar. cap. 14. Si quis in* CVRTEM *alicuius per vim contra legem intrauerit, cum tribus solidis componat.* Et mox: *Si autem in domum per violentiam intrauerit; cum sex solidis componat.* Item *in legibus Aleman. tit. 10. Si quis intra* CVRTEM *episcopi contra legem intrauerit, 18. solidis componat.* Lingua nostra dicimus *bassam cohortem*: quae non ita munita esse solet, vt domus siue castrum domini. Itaque paulo supra, quasi cohors leui muro, vel maceria clausa esset, scriptum in iisdem legibus ita est: *Si* CVRTEM *dissipauerit, aut irruperit liber liberi, cum tribus solidis componat et restituat damnum* Verisimile est autem, patronos in cohorte locum habuisse, iurisdictioni et causis cognoscendis designatum. Alienare autem CVRTEM dominus, simulque constituta feuda poterat. Tacite tamen generali CVRTIS alienatione feuda non continentur *lib. II. feudorum, tit. 26. §. 20. tit. 51. §. 1.* Etsi autem CVRTIS et *domus* ita differunt, vt cohors et villa: tamen vt saepe ex potiore parte res appellantur, saepenumero CVRTIS pro domus parte numeratur, vt *in legibus Baioar. titul. decimo quarto*: *Si quis intra* CVRTEM *ducis aliquid inuiolauerit, quia domus ducis publica est, trinigeldum componat.* Hinc *feudum in* CVRTE dicitur, et *feudum extra* CVRTEM. *lib. feudorum I. tit. 5. §. 5. et lib. II. tit. 51. §. 1.* Et *pares* CVRTIS, aut CVRIAE, aut *domus* pro iisdem nominantur, *lib. I. tit. 10.*

DEF.

DEFENSIO in his libris duplex est: *iuratoria* et *armata.* DEFENSIO *iuratoria* est, cum deficiente vtrinque probatione iusiurandum cum 12. sacramentalibus defertur. *lib. feud. II. titulo 58 §. 6.* Fauorabilior autem is est, cui defertur. *lib. feud. II. titulo 58 §. 4* Rursus haec iuratoria duplex est: *vna*, quae reo principali conceditur, vt iuret se fecisse, vel non fecisse; *altera*, quae successori permittitur, vt iuret se neque scire, neque credere factum a decessore fuisse, *dicto tit. 58. §. 6.* DEFENSIO *armata* est, quae per duellum et singulare certamen instituitur, vt *lib. III. titulo 2. §. 1. Si quis suorum parium per pugnam eum fatigare voluerit, vt per pugnam se defendat, edicimus.* et *lib. II. tit. 36. §. 3.*

DEL.

DELINQVERE *feudum*, pro committere vel committere culpam, quamobrem alteri debeatur, *lib. feud. II. titul. 31. Vasalli feudum* DELINQVENTIS *licet ad agnatos quandoque pertineat, filius tamen ad id nullatenus aspirabit.*

DES.

DESTRICTIO, vid. *Districtus.*

DEV.

DEVESTIRE, et *inuestire*, contraria sunt. Nam vt *inuestire* est possessionem tradere: sic DEVESTIRE, possessionem auferre, siue ea prius infeudationis nomine tradita sit, siue quo alio ciuili iure adquisita. *Vest*, enim siue *vestitura* barbaris fuit possessio; vt in verbo *inuestitura* docuimus DEVESTIRE, pro inuestituram feudalem adimere, vsurpatur *in lib. feud. I. titul. 7. Si princeps inuestierit capitaneos suos, de aliquo feudo, non possit eos* DEVESTIRE *sine culpa*, pro: quamuis possessionem adimere: *in lib. feud. III. tit. 1. §. 4. Illis vero, quae tenent proprietario iure, aut per libellum, siue precariam, nemo eum* DEVESTIRE *audeat iniuste.* Helmodus *in Slau. histor. Quem meritum* inuestiuimus, *immeritum quare non* DEVESTIAMVS? *statimque* (loquitur de aliquot episcopis et imperatore Henrico IV.) *regem aggressi sunt, eique coronam de capite abruperunt: deinde sublatum de sede purpurea, caeterisque, quae ad sacram* inuestituram *pertinent, funditus exuerunt.*

DIF.

DIFFIDARE, siue DIFFIDVCIARE, est feidam, hoc est, bellum indicere, hostem declarare: vt in voce, *Feida*, exponimus Frid. *lib. feud. II. tit. 59. §. 4. Perpetua damnamus infamia,* DIFFIDAMVS *atque bannimus.* Sic apud Petr. de Vineis *lib. epist. III cap. 85. Penitus denegas opportunitatem, quam tecum soliti sunt habere, et* DIFFIDES *eos tanquam inimicos nostros et imperii.* Punitur etiam, pro, priuatas inimicitias denonciare: quemadmodum in voce, *Feida*, docuimus, et exempla protulimus. Populi autem Romani instituto amicitia renunciabatur, et domo interdicebatur Sueton. *in Claudio*: *Ac ne tunc quidem vltra progressus, quam vt amicitiam ei renuntiaret, mandaretque domesticis vltionem, si quid sibi accideret.* Tacitus *lib. quinto. Sed Caesar missis ad senatum litteris disseruit, morem fuisse maioribus, quoties dirimerent amicitias, interdicere domo, eumque finem gratiae ponere.* At Carolus IV imperator *in aurea bulla c. 17.* iubet DIFFIDATIONES priuatas fieri per triduum, palam ac testato. *Non licere* (inquit) *praetextu* DIFFIDATIONIS *quempiam inuadi per incendia, spolia, vel rapinas, nisi* DIFFIDATIO *per tres dies naturales ipsi diffidando personaliter, vel in loco, quo habitare consueuit, publice fuerit intimata: possitque de intimatione eiusmodi per testes idoneos fieri plena fides.*

DIN.

[DINGRAVII et GOGRAVII fuerunt iudices pedanei. Cuiac. *lib. I. tit. 1. feud.*]

DIS.

DISTRICTVS, siue DISTRICTIO, coercendi potestas, siue iurisdictio, quae magistratui cum imperio mixto intra certae regionis ac territorii fines conceditur. Siculus Flaccus: *Regiones*, inquit, *dicimus, intra quarum fines magistratibus ius dicendi coercendique est libera potestas.* Lib. *feud. I. tit. 5. §. 4. Si quis feudum extra curtem detinuerit et dominus* DISTRICTVM *habuerit, etc.* Et libro *II. titulo. 54. Qui allodium vendiderit,* DISTRICTVM *et iurisdictionem imperatoris vendere non praesumat.* Fictum nomen est a *distringendo*, quo nostri scriptores vsi sunt, pro coercendo, vt *in Capital. Caroli Magni: A ministris reipublicae* DISTRICTI, *sex solidis componant.* Item *lib. Franc. l. III. c. 4. Discutiatur, quis e duobus contra ius sit, vt pacati fiant, et distringantur ad pacem.* Et *leg. Baioar. tit. 6. Si talis homo potens hoc fecerit, quem ille comes distringere non potest, tum dicat duci suo, et dux illum distringat, secundum legem suam.*

¶. 2. Interdum pro territorio vsurpatur. Antonios Florent. *histor. part. III. titulo 20. cap. 8. §. 13. Ciuitas Florentia XXX. millia hominum in se continebat aptos ad arma, et* DISTRICTVS *eius LXX. millia.*

DOM.

[DOMESTICI, de quibus tractatur in *C. Iust. tit. 17.* Dicuntur imperatoris protectores DOMESTICI, in *l. 8. C. Theod. de domesticis et protectorib.* et, vt loquitur Cassiod. *lib. I. variar. In aula imperatoris iugiter excu-*

DOM. DOS. DOT.

excubant pro defensione et tuitione corporis et honoris imperat. οἰκειακοὶ στρατιῶται, id est, DOMESTICI *milites* appellati a Suida, et οἰκεῖοι δορυφόροι, id est, DOMESTICI hastas gestantes, a Socrat *lib. I. c. 13.* Quorum alios pedites, alios equites fuisse, probat Cuiacius *in l. 1. C. de domesticis et protectoribus*, per *l. fin. C. eod.* et apertius per *l. restituendae §. licentiam* C. de *aduocat. diuers. ind.*]

DOMINVS passim appellatur is, qui feudum in refus alteri fruendum constituit: idcirco, vt vulgo creditur, qui rei in feudum datae *dominium* et proprietatem retinuit; solum vsumfructum feudi nomine concessit: *lib. feud. II. tit. 8. §. 9.* Ego barbarico nomine DOMINVM eodem modo dici non dubito, quo et *Signor*, siue *senior* appellatur; quasi vasallus patronum suum honoris caussa DOMINVM appellaret; vt in formula iurisiurandi, *lib. feud. II. titulo quinto. Ego vero: quod ero fidelis ei, vt vasallus* DOMINO. Sic DOMINA patroni vxor appellatur, *lib. II. tit. 24. §. 3.* et *l. Franc lib. IV titul. 46. Promitto, me* DOMINO *meo Carolo, et filiis eius fidelem futurum.* Ex eodem genere illud est, quod vulgo in scholis dictitant, directum feudi *dominium* manere penes patronum: vtile vero in vasallum transire.

DOMINICVM, patrimonium domini. Hinc DOMINICVM *ecclesiae*, *lib. feudor. II. tit. 35. § 1. episcopi et clerici, ea quae in* DOMINICO *habent, olim dederunt, et hodie dant.* Sic in Append Aimoini *lib. V. cap 25. Cum omnibus villis in eo consistentibus, tam* DOMINICATIS, *quam etiam vassallorum.* Item; *Et abbatias Pramram et Stabolam cum omnibus villis* DOMINICATIS *et vasallorum* .Item in instrumento priuilegii sancti Germani Parisiensis: *Vineas quoque in praefata villa decreuimus ab eisdem excoli, vindemiari, a quibus olim cultae fuerunt, et vindemiatae, siue sint* INDOMINICATAE, *siue in beneficium quibuslibet datae.* Hinc

DOMINICALIA, pro regalibus feudis, vt apud Radeuic. *lib. II. c. 30* In capitulis pacificationis oblatis ab Adriano papa imperatori Friderico I. *de* DOMINICALIBVS *apostolici fodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiendae coronae.*

DOS.

[**DOS** interdum etiam dicitur, quod maritus vxori dat. v. *Morganatica*]

DOT.

DOTALITIVM, vsusfructus partis bonorum mariti, quem vxori propter nuptias dat, vt eo post suam mortem alatur: vulgus *doarium* appellat: Harmenopolus *Hypobolon*. Saxon. Specul. *lib. III. artic. 74 Diuortium si id iure fuerit celebratum inter virum et vxorem, mulier* DOTALITIVM, *id est, vitae prouisionem, sibi in proprietate viri donatum continebit.* Sigeb. in *chron. sub anno 1178* Willelmus rex Siciliae fecit chartam fieri Iohannae reginae suae vxori de DOTALITIO suo, cuius partem hic posuimus: *Willelmus rex Siciliae diuina fauente clementia per hoc praesens scriptum damus, et in* DOTALITIVM *concedimus Iohannae reginae charissimae vxori nostrae ciuitatem montis S. Angeli, etc.*

DOTARIVM, [alii DOARIVM v. *Morganatica*] idem quod dotalitium Neapol. const. *lib. III. tit. 13. et tit. 15. et tit. 16* vbi mulier cogitur iurare fidelitatem ei, qui feudi proprietarius permansit. Contra autem quod ab vxore confertur, *maritagium* appellabant: quam vocem in Francogallia retinuimus. Petrus de Vineis *epist. lib. III. cap. 5. Aggressus est eos in lecto nudos: et surgere non permisit, donec eos in manibus eius omnem dotem et ius, de quibus tenebatur eis pro maritagio, respondere oportuit necessario remisisse.* Et *lib V. cap. 16. Et ideo cum pro maritagio filiae nostrae charissimae, quam filio N. marchionis Misnensis decreuimus copulandam, etc.*

DVC.

DVCES, ab antiquis semper quidem pro ductoribus exercituum dicebantur: sed tamen tribus modis id nomen vsurpatur: nam interdum DVCES appellabantur, qui summum in militia imperium obtinebant; qui, si commisso praelio victoriam obtinuissent, imperatores conclamatione militum appellabantur Liuius *lib. IX. Iam primum vt ordiar ab* DVCIBVS *comparandis, haud equidem abnuo, egregium* DVCEM *fuisse Alexandrum.* Interdum autem DVX appellatur, cui pars imperii ab altero superiore mandata est. Cicer. *offic. III. M. Attilius Regulus, cum consul iterum in Africa ex insidiis captus esset,* DVCE *Xantippo Lacedaemonio, imperatore autem patre Annibalis Amilcare, iuratus missus est ad senatum, etc.* Sic in leg *conuentionum 5. D. de pact. Publica conuentio est, quae fit per pacem, quoties inter se* DVCES *belli quaedam paciscuntur.* Sic a Caesare DVCES persaepe appellantur, qui legati ipsius erant, qui imperatore absente summam potestatem habebant; vt Labienus apud Caesarem *lib. VI. Praestate eandem nobis* DVCIBVS *virtutem, quam saepenumero imperatori praestitistis.* Hirc *de bello Afric Quibus rebus cognitis, Iuba, cum non longe a Scipione atque eius* DVCIBVS *abesset. Prius autem imp. ex praelio quodam appellatus fuerat.* Iustin. *lib. XXIV. Multis nobilibus regnum Macedoniae affectantibus Sosthenes ignobilis praeponitur, et cum rex ab exercitu appellatus esset, ipse non in regis, sed* DVCIS *nomen iurare milites coegit.* Idem *l. IX. Cum Honoratum insuper ducatu aduersarium viderat.* Et *lib. XXX. c. 2. Agathocles regis lateri iunctus ciuitatem regebat: tribunatus, praefecturas et ducatus mulieres ordinabant.* Tacitus *de mor. German Reges ex nobilitate:* DVCES *ex virtute sumunt: nec regibus infinita aut libera potestas: et* DVCES *exemplo potius, quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt.* Interdum tamen DVCES dicuntur, qui summum imperium obtinent qui vero cum potestate sunt, i. e. quibus imperii pars mandata est, comites. Cicero *pro Marcello: Bellicas laudes solent extenuare verbis, easque detrahere* DVCIBVS, *communicare cum militibus, ne propriae sint imperatorum.* Et aliquanto post. *Haec enim res vnius est propria Caesaris: ceterae* DVCE *te gestae magnae illae quidem, sed tamen multo magnoque comitatu. Huius autem rei tu idem es et* DVX *et comes.* Eo loco Caesar *perspicuus et* DVX *et imperator* adpellatur. Idem *in Laelio: de Scipione dicam libentius: quanta illi fuerit grauitas, quanta in oratione maiestas: vt facile* DVCEM *populi Romani non comitem diceres.* Liuius *lib. IV. Ea rite opima spolia habentur, quae* DVX DVCI *detraxerit; nec* DVCEM *nouimus, nisi cuius auspicio bellum geritur.* Caesar *comment. Gallic. VII Comites familiaresque eius angusto in loco, equitum nostrorum vim paulisper sustinuerunt*: de rege Ambiorige loquitur. Cicer. *pro Rabir. Callisthenem doctum hominem comitem magni Alexandri ab Alexandro necatum.* ¶ 2. Postea vero **DVCES** dicti sunt, quibus rex aut populus regionis alicuius administrandae

poteſtatem dederat: vt *in l. Baioar. tit. 13. c. 2. Si quis contra* DVCEM *ſuum, quem rex ordinauit in prouincia illa, aut populus elegit* DVCEM, *de morte eius conſiliatus fuerit, etc.* Specul. Sax. *lib. III. art. 52. Quaelibet prouincia Theutonicae terrae ſuum habet Palatinatum: Saxonia, Bauaria, Franconia, et Sueuia: quae, antequam a Romanis ſuperabantur, regna fuerunt: a quibus ipſa in ducatus nomina fuerunt permutata. Attamen illuſtres vaſallos et vexillorum feuda reſecarunt.* Animaduerſione autem dignum eſt, quod circiter aetatem Caroli Magni DVCES dicebantur: cui duodecim comites ſuberant: quod ex infra ſcriptis locis intelligetur. Theodulphus *ſub anno 849. Taſſilonem ducatu Baioariorum collocauit per ſuum beneficium, Grifonem vero partibus Neuſtriae miſit, et dedit ei duodecim comitatus.* Nam hoc illius fragmentum cum aliis nonnullis mihi Stephanus Paſquerius communicauit, vir eruditiſſimus, et in Francicarum antiquitatum doctrina plane ſingularis. Eum autem locum Aimoinus imitatus eſt *lib. IV. c. 61. Taſſilonem* (inquit) *in ducatum reſtituit, Grifonem more* DVCVM *duodecim comitatibus donauit. Sed ille tali beneficio contentus non erat.* Idem *eodem lib. c. 116. Baldricus* DVX *Foroiulienſis honoribus, quos habebat, priuatus, et marcha, quam ſolus tenebat, inter quatuor comites diuiſa eſt.* Sic enim ſeparatim legendum eſt, *inter quatuor*, id eſt, XII. vt et in Eiusd. Append. *lib. V. c.* 11. Itidem *Baldrico* DVCI *Foroiulienſi, dum obiiceretur, et probatum eſſet, eius ignauia et iniuria vaſtatam, a Bulgaris regionem noſtram, pulſus eſt ducatu, et inter quatuor comitatus eſt eiusdem poteſtas diſſecta.* Quem locum P. Pithoeus, vir ſingularis ingenii, et omnium literarum laude praeſtans, iampridem emendauit. Otto Friſing. *lib. Chron. V. c. 20. At Pipinus Taſſilonem in ducatum reſtituit; fratrique 12. comitatus reſtituit: quibus ille non contentus ad Waifarium* DVCEM *Aquitaniae fugit.* Ado in Chron *Eique per beneficium Baioariam ducatum commiſit: Grifoni quoque in partibus Auſtriae* XII. *comitatus dedit.* ¶. 3. DVCES rurſus et *comites* apud ſcriptores barbaricos ita diſtinguuntur, vt DVCES ſint totius regionis praefecti: *comites* vrbis tantum. Greg. Turon. *lib. IX. c. 7. Ennodius, cum ducatum vrbium Turonicae atque Pictauae adminiſtraret, adhuc et vici Iulienſis atque Benarnae vrbium principatum accepit. Sed euntibus comitibus Turonicae, atque Pictauae vrbis, ad regem Childebertum, obtinuerunt eum a ſe remoueri.* Idem *lib. VIII. c. 18. Itaque Nicetius a comitatu Aruerno ſubmotus, ducatum a rege expetiit, datis pro eo immenſis muneribus.* Item: *Theodolphum Andegauis comitem eſſe decreuit.* Item: *Gondobaldus autem comitatum Meldenſem, ingreſſusque vrbem, cauſſarum actionem agere coepit.* Item *lib. VI. c. 41. Miſitque ad* DVCES *et comites ciuitatum nuntios, vt muros componerent vrbis.*

DVL.

DVLTVM *facere* idem eſt, quod dimittere. Theodulphus: *Saxonos baptizati more ſuo omnem ingenuitatem et alodem ſuam manibus gurpierunt, et* DVLTVM *fecerunt.*

EQV.

[EQVES interdum pro vaſallo ponitur. EQVITES *regis*, vaſalli regii, *Cuiac.*]

EXE.

EXERCITALIS, idem qui miles, vaſallus, feudatarius. Lomb. *lib. I. tit. 15. Si quis de* EXERCITALIBVS *ducem ſuum contempſerit, ad iuſtitiam faciendam 20. ſolidis duci ſuo et regi componat.*

EXF.

EXFESTVCARE, verbum ad feuda pertinet. Significat enim idem quod deueſtire, hoc eſt, honorem alteri abrogare, aut ipſum abdicare. Otto Friſing. *Chron. lib. VII. c. 34. At Eugenius papa cum Romanis hoc tempore pacem fecit, vt patritiatus dignitatem* EXFESTVCARENT, *et praefectum in priſtinam dignitatem reciperent.* Sigebert. *in Chron. ann. 1123 Concilium Romae celebratur: pax inter regnum et ſacerdotium reformatur, et ius inueſtiturarum epiſcopalium ab imperatore* EXFESTVCATVR. Fictum videtur ex *feſtuca*, quo verbo veteres Latini virgam, ſurculum, vindictam ſignificabant: eaque in ſeruorum manumiſſionibus vtebantur. Cum igitur inueſtitura, feſtuca, aut ſcipione tradendo fieret, *infeſtucare* dictum eſt, pro inueſtire: et EXFESTVCARE, pro deueſtire. Otto *lib. I. Frid. I. c. 8. Conditio pacis fuit, vt Bertolfus ducatum* EXFESTVCARET, *ſic tamen, vt Turegum a manu imperatoris ei tenendum remaneret.*

EXI.

EXINANIRI *feudum*, dicitur, quod deſeritur, quod euaneſcit, cuius conſtitutio irrita et inanis eſt, *lib. I. tit. 15. §. 2.*

FAC.

FACERE *iuſtitiam*, pro ſiſtere ſe in iudicio, *lib. feud. II tit. 22.* et *tit. 24. §. 4. Si dominus ei iuſtitiam* FACERE *noluerit, poterit eum depraedare.* Et *lib. II. tit. 24. §. 4. ſi ſuo domino iuſtitiam* FACERE *noluerit, feudo ſpoliandus eſt.* Sic enim locum illum interpretor, vt *in legibus Baioar. c. 16. tit. 2. Si quis liber alteri libera, qui eum mallat,* (in ius vocat) *dedignabitur iuſtitiam* FACERE. Item: *Et poſtea reſpondeat ſecundum legem, et* FACIAT *iuſtitiam.* Interdum tamen FACERE *iuſtitiam* eſt, legibus vindicare, vt lib. *feud. II. tit. 27. §. 6. Dominus, cuius caſtrum id eſſe cognoſcitur, ad* FACIENDAM *iuſtitiam illum producat.* Interdum ius reddere, vel iuriſdictionem exercere. Ado *in Chron. Legatos regios, qui tunc ad iuſtitias* FACIENDAS *cum eis verſabantur, comprehendunt.* Aimoinus *lib. IV. cap. 10. Lotharius vero, cum ſecundum patris iuſſionem in Italia iuſtitias* FACERET, id eſt, *ius redderet.* Helmod. *in hiſt. Slau. c. 68. Super hoc omnes functus eſt comes honore Corneliae,* FECIT*que iuſtitiam populo ſuo,* [id eſt, ius reddidit]

FEV.

FEVDVM, Germanica vox eſt, vulgo vſurpata pro beneficio, cuius nomine opera quaedam gratiae teſtificandae cauſa debetur: vt multis expoſuimus capit. *diſput. feud. I.*

FEO.

FEODVM pro *feudum* dixerunt multi, et in his Angli: fortaſſe ab illa notatione Germanicae vocis FEED, de qua diximus eodem diſput. cap. Itaque vulgari lingua ſcribunt FEE: longiſſime tamen a Langobardici iuris ratione et inſtituto. FEODA namque generaliter appellant praedia omnia, quae perpetuo iure tenentur, etiam allodia, quae a parentibus et maioribus hereditate relicta ſunt. [Et aliquando FEODVM ipſis hereditatem ſignificat.] Stephan. Paſquerius, excellenti vir ingenio, et inter Pariſienſes cauſidicos dicendi facultate praeſtans, libellum mihi Anglicanum *Litteltonium* dedit, quo feudorum Anglicorum iura exponuntur: ita incondite, abſurde, et inconcinne ſcriptum, vt facile appareat, veriſſimum eſſe, quod Polydorus Virgil. *in Anglica hiſt. de iure Anglicano* teſtatus eſt: *Stultitiam*

FEO. FEL. FEL.

in eo libro cum malitia et calumniandi studio certare. Sed operae pretium, quas *feudi* species constituunt, ipsorum verbis exponere. FEVDVM enim appellatur aliud *simplex*, aliud *Talicum*. *Tenant en* FEE *simple, est celui qui ad terrer ou tenemens á tener á luy, et á ses heires a tous jours. Et est appel en Latin* FEODVM *simplex: quia* FEODVM *idem est, quod hereditas: et simplex idem est, quod legitimum vel purum: et sic* FEODVM *simplex idem est, quod hereditas legitima, vel hereditas pura. Car si home voile purchasser terres ou tenementz en* FEE *simple, il convient d' avoir ceux parolx en son purchasse, á auer et tener á luy et á ses heires: car ceux parolx (ses heires) sont le state denheritances. Car si home purchasse terre par ceux parolx (á auer et tener á luy á tous jours) en ces deux cases, il n'y ad estat, fors que pour terme de vie: pour ce qu' il faut ceux parolx, ses heires: lesquels paralx tant selemens font l' estat d' enheritance, en toutes feoffemens et grantes.* Id est: Feudatarius simplex is dicitur, qui praedia perpetuario iure possidet. Nam Latine FEODVM simplex vocatur, quia FEDDVM idem est, quod hereditas. Et simplex idem est, quod hereditas legitima, vel hereditas pura. Nam si quis praedia iure FEDDI simplicis adquirere velit, hac formula vti eum oportet: vt sibi suisque heredibus habere et tenere liceat. Haec enim verba, *suis heredibus*, faciunt rem hereditariam, siue perpetuariam. At si vtatur his verbis, vt tibi habere et tenere perpetuo habere, tenereque liceat: his duobus casibus ad vitae tempus duntaxat adquiritur. Tum aliquanto post, *cap. II.* FEE *taile:* FEVDVM *taile dicitur, cum praedia donata sunt alicui viro, et ipsius heredibus ab ipso nascituris.*

FEI.

FEIDA, vel FAIDA, idem quod alibi *Guerra*: ex Germanica FEED, quod modo bellum, modo capitales inimicitias significat. *Leg. Langobard. tit. 20. Vt* FEIDA, *quod est inimicitia, post acceptam compositionem postponatur.* Et *tit. 58. Propter* FAIDAM *deponendam*, id est, inimicitiam pacificandam. In *Lomb. lib. I. tit. de homicid. lib. homin. leg. si quis Langobard. Quia filiae eius, quod feminco sexu esse probantur, non possunt ipsam* FAIDAM *leuare.* Item *lib. I. tit. 7. Vt* FAIDA (quae est inimicitia) *post compositionem acceptam postponatur.* Hinc FAIDDSVS, qui alibi *diffidatus*. cui inimicitiae denuntiatae sunt, vt *in legib. Frising. Homo* FAIDDSVS *pacem habeat in ecclesia, in domo sua, ad ecclesiam eundo, etc.* Et *in legibus Baioar. Si quis hominem per iussionem regis occiderit, non requiratur ei nec* FEIDOSVS *sit.* Hinc *diffidare*, meo iudicio, pro inimicitias denuntiare, bellum indicere, hostem declarare. Est *diffidatio*, quae a barbaricis ad Latinam consuetudinem alludentibus *diffiduciatio dicta est.* Abbas Vrsperg. *in constit. Frider. I. Sancimus etiam, vt quicunque alii damnum facere, aut laedere ipsum intendat, tribus ad minus ante diebus per certum nuntium suum diffiducient eum; quod si laesus diffiduciatum se fuisse negare voluerit, etc.* vide supr. *Diffidare.* B Rhenanus *German. rerum lib. II.* FAIDAM *vocabant Franci simultatem apertam, qua vnus aliquis vni vel pluribus bellum denuntiat: ab hoc Gallicani scribae* FAIDDSVM *appellant, qui* FAIDAM *exercet. Germanis notum minus vocabulum est.*

FEL.

FELONIA, non praecise contumaciam vasalli in dominum, huiusue in vasallum perfidiam significat: verum quoduis capitale facinus, *lib. feud. II. tit. 26. §. domino 23. Domino committente* FELDNIAM *(vt ita dicam) proprietas feudi ad vasallum pertinet, siue peccauerit in vasallum, siue in alium.* et rursus *tit. 37.* et *tit. 47. si fratrem interfecerit, vel aliam* FELONIAM *commiserit.* Denique FELDNIA Gottis et Langobardis dicitur, quod Germanis hodie *Schelmerey*, Latinis *scelus*, contumaciam et rebellionem inferioris erga superiorem non significat. Domino enim, aeque in vasallum, vt huic in illum tribuitur. *d. lib. II. t. 26. §. domino.*

FEV.

FEVDATARIVS, qui feudum a patrono sibi commissum acceperit: Latina consuetudine, vt beneficiarius, *lib. feud. II. tit. 2. §. 3.* FEVDATARSVS *parium laudatione damnum resarciat.*

FIC.

[FICTVM VECTIGAL, cuius mentio fit *in constitut. Frider.* de pace Constantiae, fixum et firmum significat. Cuiac. *d. loc.*]

FID.

FIDELES interdum generaliter dicuntur, qui in principis alicuius potestate ac ditione sunt: qui vulgo subiecti appellantur, vel subditi. Greg. Turon. *lib. X. c. 3 Nos, piissime rex, subiecti atque* FIDELES *vobis gentique vestrae esse desideramus.* Item *lib. IV. Sacramentum dederat, vt ei* FIDELIS *esset*: et *lib. V. Sacramento se obstrinxit, quam* FIDELIS *regi Chilperico esse deberet.* Hinc

FIDELITAS generaliter interdum pro fide et obedientia omnium subiectorum. Duplex enim FIDELITAS est. *Vna*, quae a vasallis et quasi vasallis: *altera* quae a ciuibus praestatur, vt *in leg. Frider. de pace Constant. lib. feud. II. tit. 62. Vasalli nostri a nobis inuestituram recipiant, et* FIDELITATEM *faciant, sicuti vasalli ceteri omnes, sicuti ciues a XVI. annis usque ad LXX.* Item apud Radev. *l. II c. 30. Episcopos Italiae solum sacramentum* FIDELITATIS *sine hominio facere debere domino imperatori.* Abbas Vrsperg *sub anno 1191. Procurante imperatore factum est, vt principes Alemanniae penes omnes filium paruulum ipsius adhuc in cunis vagientem, assumerent in regem, et ei* FIDELITATEM *iurarent.* Aimoin *lib. IV. c. 61.* Et post eum totidem verbis abbas Vrsp. *in vita Pipini regis. Illuc et Tassilo dux Baioariorum cum primoribus gentis suae venit,* FIDELITATEM*que tam ipsi regi Pipino, quam filiis eius iureiurando promisit.* Radevicus *lib. I c. 11. Tunc ad curiam venientes Friderico* FIDELSTATEM *fecerunt, atque hominium et beneficia sua de manu illius reuerenter susceperunt.* Et huc pertinet illa quaestio de iuramento, quod impp. papae Rom in coronatione recipienda praestare solebant, *c. ego Ludouicus dist. 63.* vtrum sit iusiurandum FIDELITATIS vasalliticae, quasi imperium a papa recognoscat, *cap. 1. de iureiur. in Clem.* an vero iusiurandum foederis, aut FIDELITATIS iudicialis, quasi imp. simpliciter se ecclesiae christianae *fidelem* fore promittat. ‖. 2. FIDELES interdum specialiter dicuntur iidem qui vasalli: qui feudo accepto, in patroni fide et clientela sont: vicissimque suam ei certi obsequii nomine fidem astrinxerunt. Cicero *in oratione pro Sex. Roscio: Quaeres in cuius fide sint et clientela. lib. feud. I. tit. 14. §. 3. Si ergo domino et* FIDELI *placuit, vt paciscantur cum filia, etc.* Et *lib. I. tit. 4. §. 6 Tunc oportebit* FIDELEM *incrementi vestituram probare.* Item: *Si vero* FIDELIS *in possessione incrementi fuerit, etc.* Et *tit. 6.*

Si

Si contentio fuerit inter dominum et FIDELEM *de inuestitura feudi, etc.*

FIDELITATEM *dicimus* (inquit Obertus) *iusiurandum, quod vasallus praestat domino, lib. II. tit. 3. § 4.* et *tit. 26. §.* vbi *quot heredes sunt, tot* FIDELITATEM *habent*: hoc est, tot debent se domino exhibere, vt ei suam fidem et obsequium interposito iureiurando adstringant. *Iusiurandum* FIDELITATIS videtur Latine non incommode dici *execratio* posse. Cicero *Verrin. VII. Vbi* fides, *vbi* execrationes, *vbi dextras complexusque?* vide *vassallitium.*

FOD.

FODRVM, Germanica vox est, [deriuata a vocabulo germ. *Fuder*, censente Cuiacio] passim hodieque in cauponis Germaniae pro pabulo equorum vsurpatur. In *legibus Franc. Tempore hyemis, quando mareschalcos illarum ad* FODRVM *dirigunt.* Passim vero vsurpatur pro annona militari. vt *lib. feud. III. tit. 1.* tradere volumus. Item *lib. II. tit. 56.* Et *tit. 62. Nobis intrantibus Lombardiam* FODRVM *consuetum et regale praestabunt.* Otto Frising. *lib. I. Frid. II. cap. 13. Mos enim antiquus, ex quo imperium Romanum ad Francos deriuatum est, ad nostra vsque deductus est tempora, vt quotiescumque reges Italiam ingredi destinauerint, gnaros quoslibet de familiaribus suis praemittant, qui singulas ciuitates, seu oppida peragrando, ea, quae ad fiscum regalem spectant, quae ab accolis* FODRVM *dicuntur, exquirant.* Huius collationis, quae ob transitum exercitus imponitur, mentio fit *in leg. si pendentes 12. § si quid D. de vsufr.* et apud Petrum de Vineis *epist. lib. II cap. 29.* vbi FODRVM interpretatur frumentum, hordeum, et res alias victui opportunas, ad exercitum imperatorium. Sicul. Flaccus *de cond. agror. Nam et quoties militi praetereunti, aliiue cui comitatui annona publica praestanda est, si ligna aut stramenta deportanda, quaerendum, quae ciuitates, quibus pagis huiusmodi munera praebere solitae sint.* Appendix Aimoini *lib. V. cap. 3. Inhibent a plebeiis vlterius annonas militares (quas vulgo* FODRVM *vocant) dari.* Fuit autem hoc antiquioris quoque consuetudinis. [Guntherus:

Id quoque, quod FODRVM *vulgari nomine dicunt,*
Et capitolicium certo sub tempore censum,
Haec Ligures sacro tribuerunt omnia fisco.]

Ammianus Marcellinus *in fin. lib. XXI. Eique vehiculo insidenti* (de Iouiano imperatore loquitur) *vt principibus solet, annonae militaris offerebantur indicia, vt ipsi nominant, probra.* Quod sane cuiusmodi sit, non intelligo. Illud constat, annonas illas militares plerunque aestimari, et pecuniam pro iis pendi solere: quod institutum ex antiquis magistratuum Romanorum moribus fluxit: qui cum frumentum in cellam ab aratoribus exigendi ius haberent, saepe pro frumento pecuniam, quanti frumentum erat, accipiebant. Qua de causa genus illud frumenti *aestimatum* appellabant, vt in Verrinas Ciceronis orationes multis locis docuimus. Seruius Honoratus *in I. Aeneid. Cellarium* (inquit) *dicitur paucorum dierum. Vnde et in cellam dicitur imperatum frumentum. Penus vero dicitur longi temporis.* Otto Frising. *lib. Frideric. II. cap. 23. Peractis ibi aliquot diebus, cum* FODRVM *a vicinis ciuitatibus, et castellis, et oppidis exquireretur, Spoletani indignationem principis incurrunt: dupliciter enim peccauerant, cum octingentarum librarum facti essent obnoxii, partim defraudando, partim falsam monetam dando.* Praeclarum est autem, quod Cicero de suo FODRO et annonis scribit *in epist. ad Atticum.* *Nos Asia excepit mirabiliter. Aduentus noster ne minimo quidem sumptui fuit. Scito non modo nos foenum, aut quod lege Iulia dari solet, non accipere: sed ne ligna quidem: nec praeter quatuor lectos, et tectum quidquam: multis locis ne tectum quidem, et in tabernaculo manere plerunque. Sic in prouincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, vt nullus teruncius insumatur in quenquam. Id fit etiam et legatorum et tribunorum, et praefectorum diligentia.* Vide *Mareschalcus.*

FOR.

FORBANNVM, pro relegatione, vel certarum regionum interdictione. Et FORBANNITI, interdicti. *Legis Franc. cap. 50 vt comes, qui latronem in* FORBANNVM *miserit, vicinis suis et aliis comitibus notum faciat, eundem latronem a se* FORBANNITVM, *vt illi eum non recipiant.* Et *cap. 49. de latrone* FORBANNITO, *vt nemo eum recipiat.*

FRA.

[FRANCIA, eius amplitudo, diuisio, vide *Salica lege vxorem accipere.*]

GAL.

[GALLIA, GERMANIA, vide *Salica lex.*]

GAS.

[GASTALDVS, vide *Guastaldus.*]

GEN.

GENICVLVS, in quibusdam feudorum libris dicitur pro generatio, siue gradus generationis: vt *lib. I. tit. 1. §. 3. Licet moderno tempore vsque ad septimum* GENICVLVM *sit vsurpatum.* Item in Lomb. *lib. II. tit. 14. Omnis parentela vsque in septimum* GENICVLVM *numeretur.*

GES.

[GESSEL, vox Germanogallica, qua significatur comes, qui nobis seruit mercede certa, vnde et *Gessatas* populos Gallica lingua nuncupatos, Polybius *XI.* et Plutarchus *in Marco Marcello* scribunt.]

GOG.

[GOGRAFII sunt iudices pedanei.]

GRA.

[GRAVIO, vel GRAPHIO, appellatur iudex fiscalis, qui et comes dicitur.]

GVA.

GVADIA est pignus, vnde *inguadiare* verbum, de quo posterius suo loco dicemus. In Lombard. *lib. I. tit. 15. Si non habuerit, vnde summam persoluat, semetipsum per* GVADIAM *in seruitio principis tradat.* Item *lib. II. tit. 21. Si quis alii* GVADIAM *et fideiussorem dederit, omne quod per* GVADIAM *et fideiussorem obligauit, adimpleat.* Item: *Si quis alii* GVADIAM *dederit, et eam reciperare neglexerit, etc.*

GVARDIA, pro custodia, vetus vox Germanica, *warden* [vel *warten*] qua sermo quoque Gallicus hodie vtitur: vnde *feudum* GVARDIAE, cum quis praedio custos imponitur. Hinc *tenere pro feudo, et tenere per* GVARDIAM opponuntur. *lib. feud. tit. 2. et tit. 12.*

GVARENTARE, vel (vt est in aliis libris) GVARENTISARE, pro causam alterius suscipere, defensorem se profiteri, [*wahren, bewahren*:] priscum Francorum verbum, quod in Francogalliam inuectum est, *Guarent*; quo significatur is, qui Latinis auctor dicitur, et euictionem praestat, *lib. feud. II. tit. 34. §. 2.* in Lombard.

bard. tamen libr. II. tit. 36. de euiction. Latine appellatur auctor. At in specul. Saxon. dicitur WARANDATOR, art. IX. [der da bewahret vor Schaden, schadlos hält.] Quisquis alteri ante resignationem et infeudationem, bonorum possessionem tradiderit, ipse eiusdem debet esse WARANDATOR, quotiescunque emptorem ipsius Warandatione indigere contigerit. Item art. XV. Aut WARANDAM emptionis suae producere potuerit, etc. Item: Nisi per defectum in testibus, aut WARANDA succubuerit. Aliis autem locis WARANDA pro satisdatiune passim vsurpatur.

GVASTALDVS, praefectus siue custos curtis, qui etactor dicitur, Lombard. lib. II. tit. 17. Si GVASTALDVS, aut quilibet actor regis, post susceptas et commissas sibi ad gubernandum curtes, aut casas regis, aliquid per donationem conquisierit. Et mox: Concedimus etiam GVASTALDIS nostris curtes nostras prouidentibus. Item Lombard. lib. I. tit. 32. et Langobard. leg. tit. 39. §. si quis GVASTALDVS, vel actor regis curtem regiam habens ad gubernandum, ex ipsa curte alicui sine iussione casam tributariam, vel terram, syluam, vites, vel prata ausus fuerit donare. Sic lib feudor. I. tit. 10. Nisi vassallus sit GVASTALDVS, vel actor domini. Item leg Langob. tit. 101. §. 27. Si mancipium cuiuscunque in curte regis confugium fecerit, et GVASTALDVS, aut actor regis post secundam et tertiam contestationem reddere dilatauerit.

¶. 2. GVASTALDORVM quoque munus aliquod erat in re militari: vti patet ex Lombard. lib. I. tit. 25. Si dux exercitalem suum molestauerit iniuste, GVASTALDVS eum solaciet, vsque dum ad praesentiam regis eum perducat. Item: Si GVASTALDVS exercitalem suum contra rationem molestauerit, dux eum solaciet, quousque veritatem suam inueniat. Paulus Diaconus de gestis Langob. lib. V. cap. 11. Ipsumque per dizeconem mutato dignitatis nomine, pro duce GVASTALDVRVM vocitari praecepit. De GVASTALDO Vitus Amerbachius in Capit. Caroli Mag. sic scribit: GVASTALDVS significat oeconomum, id est, procuratorem domus, et rei familiaris. Puta factum nomen a Guast, id est, hospitium, vel potius a Germanorum Gast, hospes, hospitio receptus veteri Germanica et Gallica lingua, et halten, id est, tenere. Sic enim in quibusdam Germaniae locis adhuc verbum pronunciatur. Feudi GVASTALDIAE exemplum extat apud Petrum de Vineis, lib. epist. VI. c. 25. Ita tamen (inquit Fridericus) quod castrum ipsum a nobis et heredibus nostris in Capitaniam teneat, et immediate a nostra curia recognoscat: viuens iure Francorum, in eo videlicet, maior natu in ipso succedat.

GVE.

GVERRA, siue WERRA, non tantum dicitur bellum, quod imperatoris nomine publice geritur: verum etiam quod priuatus aliquis susceperit: cum suas inimicitias persequitur, vt libro feudorum II tit 28. §. 1. et 2. et apud Vrspergens. abbatem in l. Frideric. imperator. Si liber homo, ingenuus ministerialis, incendium commiserit, pro WERRA propria, pro amico, pro parente.

HAV.

HAVBERTICVM feudum, Gallica lingua vulgo dicitur, pro loricatum, id est, datum vassallo ea conditione, vt ad edictum loricatus, siue cataphractus praesto sit Nam vt lorica Latinis, proprie et minus vsitate est tegmen de loro factum quo maiores in bellis vtebantur: quemadmodum Seruius Honoratus scribit in lib Aeneid. XI frequentissime autem pro aerea armatura integra vsurpatur, Sic apud Gallos HAVBERT, proprie loricam annulis contextam significat, quam vulgus Cotte de maille, appellat. Vnde vetus prouerbium Gallicum: De maille a maille on faict le HAVBERGEON. Post vero integra equitis armatura eo nomine appellata est: videturque Normannicum verbum fuisse: cum in ea Galliae parte frequentius illud verbum vsurpatur: vnde Fiefs de HAVBERT, feuda loricae. Sigebertus in Chronic. ann. 1160. In Normannia de feudo vniuscuiusque loricae, et de reliquis omnibus tam in Normannia, quam in Anglia, at reliquis suis terris. Helmodus in histor. Slauorum, lib. I. c. 88. in hunc modum rebus compositis, profectus est dux in Langobardiam, cum mille (vt aiunt) loricis, habens in comitatu suo Adolphum comitem, etc. Idem lib. II. c. 13. Filius quoque regis ex concubina natus, Christophorus nomine, cum mille (vt aiunt) loricis, venit [illegible], et percusserant maritima eius. Feudum igitur loricae est, quod militi assignatur, ea lege, vt ad edictum praesto in armis sit Landulphus lib. hist miscellan. XXI. Vsque ad viginti scaphas remanserunt habentes centenos loricatos, ad has custodiendas. Et lib. XX. Misit tria milia luricatorum ad circumdandum eum, ne fugerent. Antonianus Florentinus hist part II. tit 16. cap. 13. § 2. Inuenti sunt habere peditum sexcenta millia: equitum vero luricatorum centum millia Item tit. 17. cap. 8. § 3. In solo domini imperatoris comitatu equitum luricatorum erant ad LXX millia absque peditum copiis. Helmodus in histor Slau. cap 52 Elegit de exercitu mille loricatos, abiitque in occursum exercitus. Sic Liuius Latine loricatos interpretatur, quos Graeci cataphractos appellant. lib XXXVII. His (inquit) tria millia peditum loricatorum, cataphractos ipsi appellant, adiunxit.

HER.

[HERE vox Germanorum antiqua, qua significatur exercitus: quo sensu et Herslit dixerunt lib. XV. Langius, de exercit. lib. XVII. de eo, qui ant antest. desertionem exercitus.]

HERES in iure feudistico proprie filius intelligitur. Itaque sine HEREDE decessisse dicitur, qui sine filio decessit. lib. I. tit. 13. et lib. II. tit. 34.

HEREDITAS autem plerunque allodia significat. Vt in specul. Saxon artic. V. Quaecunque bona defunctus post se relinquit, vocabulo vniuersali HEREDITATIS complectimur, nisi feudum fuerit.

¶ 2. HEREDES accelerantes, Gahnerben, in specul Saxonico, artic. XVII. appellari videntur, quos Francogallica lingua appellamus, Habiles a succeder. Quando, inquit, hereditatem neque soror, neque frater adeat, omnes qui se in pari gradu cognationis existere probauerint, aequam hereditatis percipiant portionem. Et cum in sexum non discernamus; HEREDES accelerantes eos appellamus.

HERIBANNVM, edictum, quo feudatarii ad militiam in diem certum euocantur; vt in voce Bannus exposuimus. Hinc non respondet ad edictum, apud Vlpianum l. 4. D. de re milit. vbi tamen nonnulli maluerunt delictum. Liuius lib. I. Qui vbi ad edictum Romani regis ex omnibus populis conuenere, etc. Idem lib. X. Vt qui iuniorum non conuenisset ad imperatorum edictum, quique iniussu abiisset, caput Ioui sacratum erat.

[HERISCHVLDA, est poena non respondentis ad delictum Cuiac. in praefatio. feud.. Idem significabat antiqua Germanorum vox Raisstauldum.]

HERISLITIVM, vide Bannus, bannitus.

HOMO, HOMINIVM, HOMAGIVM, quid sit, exposuimus cap. *disput. III.* Albertus Krantzius videtur hoc posterius illo facere, *in Wandalia lib. III. cap. 36. Apud Caesarem*, inquit, *immenso auro in satisfactionem*, *et* HOMINIO, *quod nunc vocant* HOMAGIVM *praestito indemnitatem coemit.* Helmodus *in historia Slau. cap. 68. Quicunque voluisset fieri* HOMO, *Etheleri veniebat vt acciperet byrrum, clypeum, vel equum.* Et mox: *Sicubi reperti fuissent* HOMINES *Etheleri, aut renuntiarent* HOMINIO, *aut prouincia secederent.* Videtur autem HOMINIORVM institutum etiam in Graeciam posterioribus seculis manasse. Nam in epistola Emanuelis Graecorum imperatoris apud Albertum Krantzium *in Saxonia lib. VI. cap. 37.* ita scriptum est: *Sultanus imperio nostro se dedidit, et missis legatis misericordiam postulauit: fecitque imperio nostro* HOMINIVM *et iuramenta: pollicitus seruire nobis aduersus omnem* HOMINEM; *ita vt sit amicorum nostrorum amicus, et hostis inimicorum.* HOMINIVM triplex esse docuimus cap. *disp. 20.* Addunt etiam nonnulli *Hommage de pleiure*, HOMINIVM *vadicum*: cum quis patrono ab hostibus capto, tenetur se vadem et obsidem ipsius praestare: *velut* (inquit Butelerius) *cum rege Iohanne ab Anglis capto barones Franciae complures coacti sunt vades se pro eo praebere.* Cicero tamen *Philipp. XII. Quod si in bello* (inquit) *dari vicarii solerent, libenter me, vt Domitius Brutus emitteretur, pro illo includi paterer.* Verum autem propriumque feudum est, cuius causa fidelitas iuratur, et militaris opera obligatur, Otto Frising. *libro Friderici primo, cap. 20. Ad pedes imperatoris satisfactionem offerens, humiliter dux venit,* HOMINIVM*que sibi cum sacramento fidelitatis exhibens, ducatum ab illo suscepit.* Iohan. Tritemius *cap. 22. Eodem die Fridericus Coloniensem ciuitatem ingressus, cum honore magno suscipitur: et* HOMAGIO *fidelitatis suscepto, per dies septem commoratus.* Otto Frising. *lib. VII. cap. 19. Imperator Polonorum ducem cum multis muneribus obuium habuit, quem tamen ante non dignatus est suo conspectui praesentari: quam de Pomeranis et Ragis tributum sibi faceret, subiectionemque perpetuam sacramento confirmaret.* Radeuicus *lib. I. cap. 11. Tunc ad curiam venientes, Friderico fidelitatem fecerunt, atque* HOMINIVM, *et beneficia sua de manu illius reuerenter susceperunt.*

HOMOLOGVS, ὁμόλογος a nonnullis dictus est pro vassus aut vassallus: quemadmodum in *disput cap. 4.* exposuimus. DEDITITII a Romanis dicti, qui a Graecis ὁμόλογοι, vtpote qui non modo in fide, verum etiam in ditione ac potestate populi Romani essent. Nam etsi libertatem retinebant, non tamen parem iuris et libertatis conditionem obtinebant. Itaque tres libertatis gradus Vlpian. *in Fragmentis* exposuit: *ciuium Romanorum Latinorum, Iunianorum, aut* DEDITITIORVM, aut qui DEDITITIORVM numero erant: qui ciuitatis Romanae ius nullo modo assequi poterant: vt Caius in *libro Institutionum* primo exponit. Quare non recte vasallus omnis DEDITITIVS appellatur. Multi enim vassalli sunt, qui in fide tantum sunt: cum DEDITITII (vt modo dictum est) etiam in ditione se potestate essent. Et, vt de DEDITITIIS semel dicamus, apud Romanos hoc nomine appellabantur, qui armis populi Romani territi, sese, suaque omnia imperatori exercitus dedebant, inque ipsius fidem et clientelam permittebant, seseque imperata facturos promittebant. *Deditionis* autem forma haec erat: vt DEDITI arma traderent: deinde vt obsides darent, tum vt iurarent, se nequidquam contra populum Romanum consilii inituros, neque obsides repetituros, neque recusaturos, quo minus perpetuo sub populi Romani ditione atque imperio essent. Liuius *lib. XXVII Mos vetustus erat Romanis, cum quo nec foedere, nec legibus iungeretur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum vti, quam omnia humana diuinaque* DEDIDISSENT: *obsides accepti, arma adempta, praesidia vrbibus imposita ferent.* Idem *lib. I.* DEDITITIOS*que Collatinos ita accipio, eamque deditionis formulam esse rex interrogauit: Estisne vos legati, oratoresque missi a populo Collatino, vt vos populumque Collatinum dederetis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos, populum Collatinum, vrbem, agros, aquam, terminos, delubra, vtensilia, diuina, humanaque omnia in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio.* Idem *lib. VII.* ex formula Campanorum: *Itaque populum Campanum, vrbemque Capuam, agros, delubra deum, diuina humanaque omnia in vestram P.C. populique Romani ditionem dedimus; quicquid deinde patiemur,* DEDITITII *vestri passuri. Deinceps reliqua videamus* Caesar *lib. II. Caesar respondit, se eorum ciuitatem conseruaturum, si priusquam aries murum attigisset, se* DEDIDISSENT, *sed deditionis nullam esse conditionem, nisi armis traditis.* Idem alio loco: *Caesar obsidibus acceptis, armisque omnibus ex oppido traditis in deditionem Suessiones accepit.* Et *lib. I. Helvetii legatos ad eum de* DEDITIONE *miserunt. Caesar obsides, arma, seruos, qui ad eos perfugissent, poposcit.* Item: *Hos Caesar reductos in hostium numero habuit. Reliquos omnes obsidibus, armis, perfugis traditis, in* DEDITIONEM *accepit.* Idem *lib. VII. Tertio die missis ex oppido legatis de* DEDITIONE *arma proferri, iumenta produci, sexcentos obsides dari iubet.* Liuius *lib. XXXIV. tertium foederis genus esse*, ait, *quo bello victis leges dicuntur. Vbi enim omnia ei, qui armis plus posset,* DEDITA *essent, quae ex iis habere victos, quibus mulctari eos velit, ipsius ius atque arbitrium esse.* Latini de Campanis apud eundem: *Campanorum aliam conditionem esse, qui non foedere, sed per* DEDITIONEM *in fidem venissent.* Item de *Apulis: Ita in societatem eos esse acceptos, vt non aequo foedere, sed vt in* DITIONE *populi Romani essent.* Quod autem de ariete Caesar scribit, quod sane memoratu dignum est, idem Cicero *libr. offic. I.* confirmat: *Et cum iis*, inquit, *quos vi deuiceris, consulendum est: tum ii, qui armis positis ad imperatorum fidem confugiunt, quamuis murum aries percusserit, recipiendi sunt.* Cum igitur bello victi, aut captiui omnes essent, aut DEDITITII: captiui quidem victorum serui fiebant: DEDITITII vero meliore conditione quam serui, deteriore quam liberi.

HOS.

HOSTIS, pro exercitu, castris, militia. Vnde vox Francogallica *l'hot*, lib. *feudor. I. tit. 20. Si insimul steterint, vel in* HOSTEM *regis adquisiuerint.* Item *lib. I. tit. 7. Tunc enim possunt deuestiri, nisi fecerint* HOSTEM *Romae*, id est, in exercitu et comitatu imperatoris Romam profecti sint Sic libr. *leg. Franc. IV. de non cogendo bibere in* HOSTE: *Vt nemo parem suum bibere cogat, et quicunque in exercitu ebrius fuerit, ita excommunicetur, vt in bibendo sola aqua vtatur, donec se male fecisse cognoscat.* Et apud Aimoin. *lib. V. cap. 28. Vnde* HOSTEM *quam maximam potuit cum Carolomanno direxit.* Hinc

HO-

HOSTENDICIAE dicuntur (vt feudista scribit) *adiutorium, quod vasalli faciunt dominis, Romam cum rege in hostem pergentibus. Verbi gratia, in Lombardia, dimidiam, in Theutonica terra, tertiam partem fructuum eius anni, quo hostem faciunt*, libro *feudorum II. titulo 40.* Fictum vocabulum sb hoste, quod exercitum aut castra significat, et quo adhuc in Francogallia vulgo vtimur, perfacile intellectu est. Cum autem passim in legibus barbaricis *Herislitium* pro desertione militiae dici videamus, ab *here*, quod exercitum significat: facile adducor, vt corruptum verbum existimem, pro *Hostelitz*, vel *Hostelitiae*. Rursus aliud *Hostelitias*, aliud *Herislitium* esse arbitror: nam *Herislitium* capite plectitur. In Lombard. *lib. I. tit. 15. l. si quis contumax.* quippe, cum belli causa edictum promulgatum esset. *Hostelitiae* vero pecuniaria mulcta est, etiam Friderici const. *lib. feud. II. tit. 55* quia edictum non belli, sed honorati comitatus causa factum sit: cum imperatore Romam sd petendam coronam proficiscente, euocantur Itali feuda imperii tenentes, vt in faucibus Italiae imperatori praesto sint, cum equis et armis.

IN ANTEA, pro deinceps, posthac, in posterum: quasi futurum tempus non a tergo sequatur, sed ante nos cedat, *lib. feud. II. tit. 5. Iure, quod a modo* IN ANTEA *ero fidelis ei.* Et *tit. 7. Honorem, quem nunc habes, vel* IN ANTEA *habebis*, id est, *deinceps.*

INCVLPATVS, pro culpatus, accusatus, lib. *feud. I. tit. 19. §. Si vnus* INCVLPATVS *fuerit, vna de his nominatis culpis.* Sic *l. Salic. tit. 43. Si cuius seruus in furtum fuerit* INCVLPATVS, *si talis causa est, etc.* Item *leg. Burg. tit 8. de ingenuis inculpatis.*

IN C.

IN CAPILLO *puella* dicitur, quae nupta non est: quia comatae, sine vllo capitis tegmine incedebant: nuptae capite velato erant. lib. *feud. II. tit. 24. §. 3. Rursus si dominae vel filiae, aut sorori in domo adhuc manenti, quae* IN CAPILLO *dicitur, sese immiscuerit, etc.* in *Lomb. lib. XII. cap. 20. Qui filiam in casa habuerit* IN CAPILLO, *et filium non reliquerit, etc.* Et *Neapol. const. III. tit. 27. Et sorores* IN CAPILLO *succedunt. Coniugatae autem et dotatae a fratrum successionibus excluduntur.* Et mox: *Filiae autem* IN CAPILLO *post mortem patris in domo manentes, maiores sorores coniugatas, et dotatas de bonis patris excludunt.* Leg. *Langob. tit. 45. De eo, qui filiam* IN CAPILLO *in casa habuerit, et filium non reliquerit legitimum, etc.* Fuit autem apud antiquos consuetudo haec, vt nouae nuptae crines soluerent: quod in secundis nuptiis non fiebat. Optatus Afer contra Donatistas scribens: *Inuenistis (ait) huiusmodi virgines, quae iam spiritualiter nupserant: quasi secundo coegistis ad nuptias: vt crines iterum soluerent, imperastis. Hoc nec mulieres patiuntur, quae carnaliter nubunt. Ex quibus si alicui maritum mutare contigerit, non repetitur illa temporalis festiuitas.* Haec ille Fuisse tamen hoc quoque luctus et moeroris argumentum, multis ex locis constat. Ouidius *Trist. I.*

Illa etiam ante lares sparsis prostrata capillis,
Contigit exstructos ore tremente focos.

Liuius I. *Soluit crines, et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat* Notatu etiam dignum est, moris fuisse Francorum regibus, vt filios exephebos principi alicui vicino tondendos mitterent, qui eorum postea quasi patronus esset. Seruos enim Romano more cum libertatem acciperent, tondi solitos, nemo ignorat. Paul. Diac. *de gest. Langob. lib. VI. cap. 37. Circa haec tempora Carolus Francorum princeps filium suum ad Luitprandum misit, vt eius [iuxta morem) capillum susciperet: qui eius caesariem incidens, ei pater effectus est: multisque regiis muneribus donatum genitori remisit.*

INVADIARE *pecuniam*, est, vel ex commisso, vel ex condemnatione debere, lib. 27. *feud. II. tit. § 4. Quicunque iudici suo pro excessu viginti libras* INVADIAVERIT, *praedium suum pro pignore illi tradat: et intra quatuor septimanas* INVADIATAM *pecuniam persoluat.* ¶. 2 INVADIARE, pro oppignorare. Sigeb. *in Chron. ann. 1160. Wilhelmus comes Pictauiensis* INVADIAVIT *eandem ciuitatem Raymundo comiti, propter pecuniam, quam idem Wilhelmus in expeditione expendit.* [Sic *mulctam* INVADIARE, est obligare dato pignore.] ¶. 3. INVADIARE *hominem*, pro obsidem dare, in *Lombard. lib. I. tit. 25. l. si quis liber semetipsum* INVADIARE *studeat, vsque dum plenam compositionem adimpleat.* Et paullo post: *Si non habuerit, vnde summam persoluat, semetipsum per guardiam in seruitio principis tradat.*

[INVESTIRE est possessionem tradere, vide supra *deuestire*]

[INVESTITVRA, barbaricum nomen barbaricam quoque notationem habet. Nam (vt ait feudista *libro II. tit. 2.)* INVESTITVRA *proprie dicitur possessio: abusiuo autem modo dicitur, quando hasta, vel aliud corporeum traditur a domino.* Itaque in legibus barbaricis, *vestitura* proprie pro ipsa possessione vsurpatur: et *vestitus*, pro possessus, *leg. Franc. lib. IV.* in capitulis additis, *cap. 4. Vt omnis liber homo, qui quatuor mansos vestitos de proprio suo, siue de alterius beneficio habet*, id est, qui quatuor mansos aut in allodil, aut feudi nomine habet, tenet, possidet. Item *cap. 21. Si quis proprium nostrum, quod* IN VESTITVRA *genitoris nostri fuit, alicui reddiderit, etc.* Hinc in quibusdam Francogalliae nostrae regionibus *Vest*, *Devest*, ficta vocabula; nam *vesten* et *bevesten* hodie quoque Germani dicunt, pro confirmare et stabilire. Quemadmodum ergo Romani iuris instituto nullae alienationes sola conuentione fiebant, sed vt solemni mancipatione, vel naturali traditione, tamen vt iidem certam verborum formulam (quam stipulationem appellabant) firmandi et stabiliendi causa insuper adhibebant: *l. 1. D. de praetor. stipulat.* sic Langobardi ritum aliquem, vexilli, gladii, aut hastae, praeter conuentionem adhiberi voluerunt. Velut eiusdem *leg. Franc. lib. IV. c. 22. De illis libertatibus et rebus reddendis, quae* IN *dominica* VESTITVRA *sunt.* Sic *leg. Franc. tib. IV. cap. 15. Aut propter vestituram domini Caroli genitoris nostri eadem mancipia contradicere non audeat* Quodsi a veste, vel vestimento deductum INVESTITVRAE nomen esset, primum infeudationis insigne genus aliquod vestis fuisset. At suo loco demonstratum est, non vestimento, aut investimento: sed gladio vel hasta, regnum: vexillo, ducatum: virga et annulo, episcopatum: hasta vero inferiora feuda conferri. Deinde intelligi oportet, INVESTSTVRAM non esse symbolum infeudationis proprium: neque in feudorum possessionibus tradendis tantum adhiberi solitam fuisset: nam in omnium etiam rerum traditionibus adhibebatur, quae absentes erant, id est, quarum praesentium possessio non dabatur, velus in *Lombard.* lib.

lib II. tit. 18 hoc est, *tit. de vlt. volunt. l. pen* vbi imperator Ludouicus statuit, *vt si quis extra suum comitatum. forte in castris, aut palatio regis de iis bonis, quae in illo comitatu sunt, testari velit, coram testibus traditionem faciat, et fideiussorem constituat: cui* INVESTITVRAE *post suam mortem faciendae potestatem praebeat.* Nam quomodo moriens extra suum comitatum et patriam, rerum in ea positarum traditionem faciet? nimirum per symbolum et notam INVESTITVRAE. Quod autem de fideiussore statuit, consentaneum est iuri Romano, de quo in *leg. 4 D de euict.* vt in alienationibus, inter viuos etiam secundus auctor adhibeatur. Guagninus *in vita Caroli Magni: Quibus beneficiis vt pontifex gratiae aliquid rependeret, Carolum multis ornauit priuilegiis Quorum illud maximum fuit, donare ecclesias idoneis sacerdotibus posse. Id a sacerdotibus* VESTITVRA *vulgo appellatur, qua sine ecclesiam vel (vt nunc loquimur) beneficium nemo possidebat. Recipiebat enim a rege, qui beneficium accepturus esset, annulum, vel simile quippiam,* INVESTITVRAE *notam, argumentum scilicet regiae in eum gratitudinis Interest etiam regem nosse, qui maiores maxime ecclesias administrent, quarum ipsi tutores sunt. Adiectum priui egia est, Romanum quoque pontificem sine Caroli iussu eligi non debere: idque in synodo, assidentibus Romae centum quinquaginta tribus episcopis atque abbatibus firmatum est.*

INVESTITA igitur *res* dicitur, de qua INVESTITVRA facta est: siue infeudationis titulo, siue alio quouis: vt modo diximus ex leg. Franc *Si quis quatuor mansos vestitos de proprio suo, vel de alterius beneficio habeat.* Item *lib. feud. II tit. 8. Rei per beneficium* INVESTITAE. Et *tit 57. Rei pro beneficio* INVESTITAE. Sic INVESTITVS dicitur, cui quid solemniter traditum, et quasi mancipatum est, quamuis id feudum non sit, vt in formula conuentionis Lugdunensis apud Guil Paradinum *in Annal. Burgund. lib II sub an. 1215. Et clauibus vniuersarum munitionum et portarum dictus archiepiscopus fuit* INVESTITVS. Sic REVESTITVS, cui res aliqua reddita est, cuiuscunque generis illa sit, vt in consilio Carolomanni imperio coacto, apud Nauclerum *Gener 25. Ecclesia cum propria pecunia* REVESTITA *sit, et iterum si princeps iubeat, precarium remouetur.*

IVD.

IVDICARE, pro testamento legare In *legibus Astulphi regis Langob. tit 4. Si quis Langobardus decedens voluerit vxori suae vsumfructum de rebus suis* IVDICARE, *non amplius* IVDICARE *possit.* Item in *Lombard lib II tit. 4 Si quis Langobardus decedens voluerit vxori suae vsumfructum de rebus suis* IVDICARE, *et filios et filias ex ea reliquerit, etc.* Hinc

IVDICARE *feudum pro anima*, id est, ecclesiae addicere, vel legare sub conditione precationum, quae pro domini constituentis anima fieri debeant, *lib. feud. II tit. 9. § 2.* et *tit 55 §. Langob.* Luitprandus *tit 3. Si quilibet Langobardus aegrotauerit, potestatem habeat pro anima sua* IVDICANDI *vel dispensandi de rebus suis.* Has autem pro defunctis expiationes poetarum inuenta Plato appellat, et festiue exagitat libro de republ. *H.*

IVG.

[IVGERVM est mensura agrestis, quae est in longitudinem pedum ducentorum et quadraginta, in latitudinem centum et viginti. Eandem mensuram glossae aruipendium vocant]

IVSIVRANDVM in feudorum libris aliud est *simplex*, siue solitarium, quod solus litigator, siue dominus, siue vassallus praestat: aliud *coniunctum*, siue *commune*, quod ego *sacramentalitium*, distinguendi causa, nominaui, propterea quod coniuratores certo numero vna id praestant, qui *sacramentales* (vt suo loco diximus) appellantur, *lib feud I. tit 4 § 2* et *tit. 26* et *lib II. tit. 33 § 2.* Rursus aliud est *liquidum*, quod feudalitii scriptores appellant, *sine mentione scientiae*; cum quis liquido factum, aut non factum iurat de suo videlicet facto affirmans: aliud fortassis *arbitrarium* dici potest: quia per verbum antiquae Romanorum formulae ARBITROR, concipitur: cum quis iurat se arbitrari non factum. quod iidem scriptores dicunt, *Iuramento conscientiam solam apponere, lib. feud. II tit. 32. §. 2 et tit 58. §. 6* [De IVRISIVRANDI veteris formula, dictum est in *libell. de formul. antiqu sub comment verb. iur.* itemque in *scholiis nostris ad lib IV C. sub illo tit*]

IVSTITIAM FACERE. vid. *facere iustitiam.*

LAN.

[LANDTGRAVII sunt prouinciae comites siue iudices.]

LANGOBARDIA, quam Latini Cisalpinam Galliam appellabant, de qua in feudorum libris frequentissima mentio fit, vnde dicta sit, Otto Frising *libr Frid II c. 13* his demonstrat verbis: *Barbarorum* (inquit) *incursionibus ac dominationi, qui a Scanzia insula cum Alboine duce venientes, Pannonias primo inhabitarunt, subiacere incipiens ab eisdem, eo quod ad agendum exercitum, feminis, reflexis ad mentum crinibus, sicque virilem, et barbatam faciem imitantibus, et idcirco* LANGOBARDIS *a longis barbis vocitatis, et ipsa* LANGOBARDIA *appellari consueuit.* Haec Otto. Quod idem scribit Guntherus, poeta eximius, qui Ottonis historiam versibus persecutus est

Dicitur a longis ea LANGOBARDIA *barbis.*

Sed Albert Krantz *lib. Dan II. c. 21.* Notationem illam improbat, et a Bardis dictos putat, qui postea Saxones appellati sunt, vel a longis barbis, pro barbatis. Probabilior autem videtur Pauli Diaconi coniectura, qui *lib de gest. Langob. I. c. 8.* ita scribit: *Certum est,* LONGOBARDOS *ab intactae ferro barbae longitudine. cum prius Vinuuli dicti fuerint, postmodum ita appellatos Nam iuxta illorum linguam,* lang, *longam*, *et* bard, *barbam significat* LANGOBARDORVM porro mores et instituta copiose eodem loco Frising. exponit, causamque bellorum inter ipsos et imperatores Germanicos esse scribit, quod parte Italiae armis subacta et occupata, libertatem retinere, suisque legibus viuere, neque se imperatoris potestati subiicere vellent, multosque plebeios, et infimae conditionis homines in suam ciuitatem ita reciperent: vt eos neque a militiae cingulo, neque a ceteris dignitatum gradibus excluderent. *Ex quo factum est*, inquit, *vt ceteris orbis ciuitatibus diuitiis et potentia praeemineant.*

LAV.

LAVDVM plerumque dicitur, quod re aliquandiu deliberata constitutum est, saepenumero etiam pro arbitrio vsurpatur. Vnde *Laudamentum*

sapien-

sapientum, quod ICti re inter se disputata et deliberata constituerunt, lib *feud I. tit. 19 §. 1.* Nam *laudare* proprie est, re quaesita et agitata communi consilio et consensu constituere: quod nostra lingua dicicimus, *accorder*: vnde *Laudemiae accordements* passim in legibus Galliae municipalibus, quo nihil aptius, neque commodius fingi potuit. Helmod. *in hist. Slau. cap. 27. Cumque non longe abesset pugna, factum ex consilio vtriusque partis, vt laudaretur pax, vsque post biduum*, id est, communi consensu constitueretur. Item *cap. 57. Nec tamen retineri potuit, sed sicut laudatum fecerat, occurrit ad locum placiti, comitatus tantum quatuor viris.* Sic lib. *feud. I. tit. 22. §. 3. Nisi conuicta culpa, quae sit laudata per iudicium Parium suorum.* Item *tit. 28. Viri prudentes Mediolanenses laudauerunt.* Et *lib. II. tit. 20. Sed laudatum saepe*, id est, communi consilio constitutum: quod Gallice dicimus ACCORDÉ. Hinc

LAVDAMENTVM, lib. *feud. I tit. 21. Per* LAVDAMENTVM *Parium suorum.* Et lib. III. *tit. 1. 2. Parium laudatione beneficium amittat.* Helmod. *in hist Slau. lib. I. cap. 92. Laudatum autem fuit, ne quis transfugam alterius reciperet*, id est, conuenit. Et *cap. 28. Abiit episcopus ad ducem propter colloquium prouinciale, quod laudatum fuerit in Ertbeneburg*, id est, commoni consensu indictum et constitutum. Radevic. *lib I. c. 10,* LAVDAMENTVM *a papa Adriano accepisse* memoratur, *vt scriptura et pictura de medio tolleretur.* Idem lib. *II. cap. 11. Accepta de hac probabili petitione fideli* LAVDAMENTO, *ad propria reuersus est*, id est, conventione scripta et obsignata.

LAVDA siue LAVDIMIA, vulgari lingua *los* vel potius *Lauds*, dicere solemus, summam pecuniae, quam nouus vasallus patrono praestat, quasi beneficii agnoscendi causa, quapropter εἰς δεσποτεὸν a Leone *Nou. XIII.* appellatur, quasi eius suscipiendi causa debitum, vt cum emphyteuta nouus quinquagesimam pretii partem praestat *l. 3. C. de iur. emphyt.* Et quia non semper certa summa est, de viri boni arbitratu re quaesita et deliberata constituitur. Latine *Arbitraria* dici possint. Iustin. *lib. II. Alexander sua sibi dari rescripsit, iussitque supplicem venire, et regni Arbitraria victori permittere.* Item *lib. XXII. Precibus Amilcarem exorat, vt inter se et Syracusanos pacis arbitria susciplat.* Cicero post reditum in senatu, et in Pisoniana: *Arbitria funeris* dixit, pro mercede pacta: vt in earum comment. ostendimus.

LEO.

LEODES, siue LEVDES, siue LEVDI *principis* dicuntur, qui eius imperio ac ditioni parent, quod iam pridem Stephanus Pasqoierius, vir doctissimus, in suis Francogallicis disquisitionibus elegantissime demonstrauit. Aimoin. *lib. IX. c 92 Interea* LEVDI *Theodoricum hortari coeperunt, vt fratri reconciliaretur.* Item *lib. IV. cap. 8.* Omnes LEVDI *bonitatem eius cernentes vehementer amauerunt.* Et *cap. 15.* LEVDES, *quod maxime indignabantur, ad se vocat.* Et *c. 53. Fines regni illius* LEVDIBVS *suis probatissimis viris et illustribus in fide disposuit.*

LEX.

LEX SALICA, vide *Salica lex.*

LIB

LIBELLARIVS *contractus*, est conventio de re vtenda data in perpetuum, sub annua paucorum denariorum pensione. Obertus *feud. II. tit. 9. §. 2.* vbi contractum hunc aperte interpretatur *fraudulentam alienationem, quae sub nomine et praetextu locationis fieri solet.* Et lib *feud. II. tit. 51. §. 1. Obligauerant, vendiderant, et quadam collusione nomine* LIBELLI *alienauerant.* Sic lib. *feud. II. tit. 43.* mentio fit certae pensionis, quae quotannis LIBELLARIAE emptionis nomine praestatur. Vnde autem fictum nomen sit, non facile dixerim: nam omnium quidem veterum doctorum volgata opinio est, eo sic dici, quod contractus in *libello*, siue breui charta perscribatur, quod verissimum esse arbitror. Fuit tamen tempus, cum dubitarem, an a *libella* (quod fuisse minuti nummi Romani genus nemo ignorat) potius deductum esset: nam Obertus vilissimam duorum denariorum pensionem appellat: quasi diceret, aliquot *libellis*, quae quotannis pendontur, quasi beneficii testificandi causa. Cuiusmodi fere conuentio illa est, de qua est apud Liuium *lib. XLI. Consules agrum aestimaturos; et in iugera asses vectigales, testificandi causa publicum agrum esse impositures: vt si quis, cum soluere possit populus, pecuniam habere, quam agrum mallet, restitueret agrum populo.* Sed vsitata feudistarum consuetudo repugnat: apud quos passim *libellus* virili genere nominatur: vt lib. *feud. tit. 44 Per libellum alienare. Pro libello agrum tenere. Ad libellum dare.* Et *tit. 9. §. 2. Per libellum, vt dicunt, venditio.* Et *tit. 39. §. 1. Si libellum vnus alteri fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio.* Quibus ex locis perspicuum est, *Libellum facere*, nihil aliud esse, quam illo levi libellorum, siue denariorum annuorum pretio venderes siue feudum, siue allodium vendatur. Sic lib. *feud. II. tit. 44. Si feudum ad libellum domini voluntate vendidit, si quiddam pro libello ei datur singulis forte annis, et hoc iure feudi censebitur.* Et paulo post, vbi *pro feudo*, et *pro libello retinere*, perspicue tanquam contraria opponuntur. Sic in *l. Langob. tit. 67. §. 1.* et in *Lomb. lib. I. tit. 9. Si quis liber homo in aliena terra* LIBELLARIO *nomine residens homicidium fecerit, habeat spatium ad conquirendum, etc.* Et *§. 3. Quod si nec hoc voluerit facere ipse, cuius terra est, dare debeat* LIBELLARIO *nomine ipsam terram ei, cui homicidium factum est: vt redeat ei exinde, sicut ille reddebat, qui ipsum homicidium fecit.* Sic libro *feudor. III. tit. 1. §. 4 Insuper omnibus modis prohibemus, vt nullus senior de beneficio suorum militum cambium, aut precariam, aut libellum, sine eorum assensu facere praesumat.* Quod interpres in *tit. de lege Conradi lib. feud. II. tit. 4. §. 2.* ita exposuit: *Ex eadem lege descendit, quod dominus sine voluntate vassalli feudum alienare non potest.* Eodem pertinet *text. feud. II. tit. 34. §. 3. Notarius vero, qui super hoc tali contractu libellum, vel aliud instrumentum conscripserit.* Rursus alia libelli natura et conditio notanda est: quam aperte demonstrat lib. *I. tit. 13.* vt res de coloni stirpe et familia non exeat: atque hac exstincta, continuo ad datorem reuertatur. Ibi

enim feudum idcirco vetatur ad libellum dari ecclesiae, quia nunquam ei heres esse desinit: quod idem de collegiis dici potest: *argum. lege proponebat D. de iudic.* Haec cum ita sint, perspicuum esse arbitror, LIBELLARIVM contractum non esse venditionem, quia nullo iusto pretio res aestimatur, ac venditur: sed potius emphyteusin, quia non pretium soluitur, sed vectigal annuum minutum pro feudo alienato penditur. Ac plane sic mihi persuadeo, cum doctorum prope omnium consenso, scriptura in contractu emphyteutico ex Zenonis constitutione requiratur: *l. 1. C. de iure emphyt.* probabile esse, Langobardos pro emphyteosi LIBELLARIVM contractum dixisse. Video enim, Ardisonem aperte testari, permultis Italiae locis atque adeo Veronae in patria sua, libellum pro contractu emphyteutico dici atque vsurpari solere. Reliquum est, vt LIBELLARII definitionem exponamus, hoc modo: LIBELLARIVS *est conuentio in libello praescripta de praedio in perpetuum fruendo, ea lege, vt colonus, eiusque posteri quotannis vectigalis nomine certam pensiunculam praestent, vsque dum stirpe exstincta praedium ad auctorem reuertatur.* Hinc

LIBELLARIA pro allode, siue allodio passim vsurpatur. Verum (vt opinor) pro eo tantum, quod sub illa leuicula pensione annua locatum est, vt *feud. II. tit. 26. §. 2.* vbi *feudum* et LIBELLARIA opponontur. Agnatis feudum, filia vero allodium, siue LIBELLARIAM esse asserentibus. Item: domino feudum, filia allodium siue LIBELLARIAM esse allegante. Et lib. *I. tit. 5. §. 2. Si fidelis feudum* LIBELLARIO *nomine dederit.* Item: *Postquam ad* LIBELLARIAM *dederit.* Recte igitur Baldus et reliqui, sine vlla varietate, doctores in *rubric. Cod. de iure emphyteut.* Libellarium contractum definiunt, concessionem sub vili pensione factam, sine de superficie, siue de fundo, siue in censum, siue in emphyteusin siue ad alium reditum, siue ad vitam, siue in perpetuum, siue cum pacto de renouando vel non.

LIG.

LIGA (vnde ligii homines) foedus, societas. Albertus Argent. *in Chron. Inter principem et Francum, interpositis iuramentis, et confectis literis,* LIGA *perpetua est confirmata. Marchio cum Mastino Veronensi* LIGAM *contraxit, eiusque filio suam filiam desponsauit.*

LIGIVM *feudum* dictum existimant a ligando, per eminentiam, quod nimirum id habens, arctiori fidelitate domino suo sit obstrictus aduersus omnes homines: quod non est in *feudo* NON-LIGIO.]

LIGIVS idem plane qui vasallus, vt in disp. *feud. c. 4.* copiose demonstrauimus. Idque confirmatur ea formula, quam Guil. Paradinus in *annalib. Burgund.* prodidit *lib. II. sub anno 1227. Ego Odo dux Burgundiae praesentibus et futuris notum facio, quod cum dilectus consanguineus meus comes Stephanus fecit mihi* LIGIVM *homagium de feudo, quod tenebat de comite Burgundiae, idem comes scilicet de feudo Matiscone, quod comes Wilhelmus de dicto comite Stephano* LIGIO *tenebat, concessi eidem comiti Stephano: quod quando heres legitimus, qui comitatum Burgundiae tenebit, venerit, et homagium mihi fecerit, supradictus comes Stephanus, absque fide mea in homagium comitis Burgundiae, de praedicto feudo reuertatur. Quod vt ratum habeatur, praesens scriptum sigillo meo confirmaui. Actum est hoc apud Lariam, anno gratiae 1200. mense Octobri.* Sed mendose formula illa descripta est.

LOR.

[LORICA, *loricatus,* LORICAE *feudum,* vide *Hauberticum feudum.*]

MAG.

MAGISTER *curiae,* qui in domo et familia principis aut nobilis secundum dominum primas tenet: qua in re differt a paribus curiae, qui parem et aequabilem conuasallorum dignitatem obtinent: Albert. Krantz. *libro Daniae IX. c. 1. Grauis simultas inter militem quendam regi proximum, qui* MAGISTER *curiae illius dicebatur: et alium quendam militem. Ad quem cum regis suspicio in* MAGISTRVM *curiae memoratum permanasset, etc.* Idem appellatur ab aliis *Maior domus*: quemadmodum et pares domus dicuntur. Sed de *Maiore domus* plura in Francogallia nostra diximus: quam, si quid otii suppeteret, lubentissime ad exitum perduceremus.

MAL.

[MALLARE, est in ius vocare, vide in verb. *facere iustitiam.*]

[*In* MALLO, id est, in iudicio, vid. *Placitum.*]

MAM.

MAMBVRGVS, idem fere, qui aduocatus. Itaque qui curator reipublicae in libris Pandectarum dicitur, MAMBVRGVS feudisticis temporibus appellatus est. Vnde *Mamburgium,* curatio. In formula regni accepti a Bosone apud Guil. Paradin. *Annal. Burg. lib. I. Omnibus, vt monuistis, legem, iustitiam, et rectum Mamburgium, auxiliante Deo, conseruabo.* Dicebatur et *Mandiburdium,* vt paulo supra in formula regni delati: *Defensionem et Mamburgium singulis exhibentes.* Et apud *Ioh. Tritem. pag. 88. Vnus aureus Romae persoluatur quotannis, vt coenobium sub Romanae ecclesiae mandiburdio et maiestate securum semper stabiliatur et defendatur.* In quibusdam locis *Manburgus* mendose legitur.

MAN.

MANCIPI *res* quae sint, in commentar. verb. iur. copiose satis exposuimus. Videntur vsurpatae pro rebus allodialibus apud Sigebertum, sub anno 965. *quidquid iure* MANCIPI *habuit, per testamentum ecclesiis sanctorum de legato mortuus est.*

MANDIBVRDIVM vide supra *Mamburgus.*]

MANSIO, Romana lingua, pro diuersorio, qood partim principis, partim militum itineribus paratum, et ex vicinitatis contributione annona rebusque necessariis instructum est. Suet. in *Tito Vesp. Spectaculis absolutis Sabinos petit: deinde ad primam* sta-

ſtatim MANSIONEM *febrim nactus, etc.* Lamprid. *in Alex. Tacebantur ſecreta bellorum. Itinerum dies publice proponebantur; ita vt edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet: Illa die, illa hora ab vrbe ſum exiturus: et, ſi dii voluerint, in prima* MANSIONE *manſurus: deinde per ordinem,* MANSIONES: *deinde ſtatiuae.* Poſterioribus autem temporibus apud ſcriptores barbaricos

MANSIONATICI appellati ſunt: cuius verbi duplicem vſum reperio: pro manſione hoſpitali, ſiue diuerſorio: et pro munere ac ſumptu recipiendorum hoſpitum. Illius ſignificationis exemplum eſt apud Aimoinum *lib. V. cap 31. Indeque* (de Carolo Caluo Francorum rege loquitur) *per Attiniacum et conſuetos* MANSIONATICOS *compendium adiit.* Hinc apud eundem *libro V. cap. 34.* in priuilegio abbatiae ſancti Germani Patrenſis; *Sed neque ſeruitia ex iis exactis, vel paraueredos, aut expenſas ad ſuas, vel ad hoſpitum ſuſceptiones recipiat, ſiue* MANSIONATICOS *inde exigat*, id eſt, ſumptus pro diuerſorio et hoſpitibus recipiendis. ‖. 8.

MANSIO, pro domo et aedibus, vnde Francogallicum nomen *Maiſon.* Gregor. Tur. *lib. III. At ille ingreſſus* MANSIONEM *domini ſui, apprehendit ſcutum eius ac frameam.* Et *lib. V. Hoſtium* MANSIONIS *noſtrae grauibus audio cogi verberibus.* Et *lib. IX. Ad* MANSIONEM *epiſcopi conuolauit, et clauſis oſtiis, ait, etc.* Helmodus *in hiſt. Slau. cap. L. Occupauit montem, qui antiquitus Alberg dicitur: impoſuitque illic* MANSIVNCVLAS, *intendens ibidem communire caſtellum.*

[MANSVARIVS, idem quod manens ſiue commanens, i. e. villicus. Alii *παραμοναρίους*, vt ſynodi Chalcedonenſis, *c. II.* Alii *maſſarios* appellant. Nam et manſum dixere maſſam Caſſiodorus, Gregorius, et alii. Eosdem Amerbachius putat *manſionaticos* appellari; ſed fallitur. vide ſupr. *Manſionaticus.*]

MANSVS, ſiue MANSVM, neque domus eſt, neque area, neque hortus, ſed ager certi modi ac menſurae; qui propterea *metatus* ab antiquis dicebatur: quoniam in agrorum diuiſionibus et aſſignationibus menſores adhibebantur, qui et finitores a Cicerone *in Agrar. Orat.* appellantur; quanquam in ſecunda mendum eſt in illo loco; *Ianitores ex illo ordine ducentos conſtituit.* Legendum eſt enim, *finitores.* Virgil. *in Diris. Pertica; quae noſtros metata eſt impia agellos.* Siculus Flaccus *lib. I. de condit. agror. Nominibus* (ait) *agrorum diuiſorum, qui inſtitutis limitibus diuiſi ſunt, et formae varias appellationes accipiunt, quidam arbores finales, alii in venis, alii in membris ſcripſerunt: et quamuis vna res ſit forma, alii dicunt perticam, alii centuriationem, alii metationem, alii limitationem, alii cancellationem, alii Typon, quod, vt ſupra diximus, vna res eſt forma.* Dicebantur etiam *agri limitati*, ſicut metati. Hinc *metatio, limitatio, centuriatio, cancellatio, etc.* de quibus mentio eſt *l. in agris 16. D. de adquir. rer. dom.* et *l. 1. §. inſula D. de flumin.* ‖. 2.

MANSVS autem vel in priuati hominis patrimonio eſt, vel eccleſiae: ad clerici victum cultumque attributus. leg *Franc. lib. I. c. 85. Sancitum eſt, vt vnicuique eccleſiae vnus* MANSVS *integer abſque alio ſeruitio attribuatur: et presbyteri in iis conſtitutinon de domibus, neque de atriis, vel hortis iuxta eccleſiam poſitis, neque de praeſcripto* MANSO *aliquod ſeruitium faciant praeter eccleſiaſticum. Et ſi aliquid amplius habuerint: inde ſenioribus ſuis debitum ſeruitium impendant.* quam legem ex conſtitut. Caroli Magni canoniſtae ſuo more retulerunt, in *capite primo extr. de cenſ.* et *33. quaeſt. vlt. §. ſancitum.* Melius tamen ibi legi puto AREIS, quam ATRIIS. Locus autem demonſtrat, quod ſuperius dictum eſt, MANSVM neque domum, neque aream, neque hortum fuiſſe. Itaque *lib. feud. I. tit. 4. § 4. Curtis* dicitur *eſſe in* MANSO, id eſt, aedificium. Albert. Krantz. *in Wandalia, lib. IV. c. 25. Aſſignauitque trecentos* MANSOS *eccleſiae in perpetuum ſeruituros.* Item: *Adolphus trecentos quoque* MANSOS *permiſit duci, vt per manum eius aſſignentur in dotem eccleſiae.* Et *cap. 24. Eat epiſcopus in Vagriam: adhibitis viris induſtriis, aeſtimari faciat praedia: quod de trecentis* MANSIS, *ego ſupplebo. Veniens epiſcopus deprehendit praedia vix centum implere* MANSOS. *Quamobrem comes volens redarguere agrimenſores, adhibuit menſuram ſuam funiculo breui, et hominibus incomperto.* Specul. *Saxon. lib II. artic. 54. Nemini licet ſeparatim paſcere pecora, vt per id communi paſtori pretium minuatur. niſi tres* MANSOS *habeat ſub titulo proprietatis, vel feudalis, cui ouile et paſtorem ſeparatim conceditur habere. Vbi pretium paſtori ſoluitur de* MANSIS *ſeu curtis, et non de pecoribus, illud non licet denegare, ne villa maneat ſine paſtore.* Helmod. *in hiſt. Slau. cap. 84. Habuit cum eo orationem de trecentis* MANSIS, *qui oblati fuerant in dotem epiſcopi.* Et mox: *Et ait comes: eat dominus epiſcopus in Vagriam, et adhibitis viris induſtriis, faciat praedia haec: quod debuerit de trecentis* MANSIS; *ego ſupplebo; quod ſuperfuerit, meum erit. Veniens ergo epiſcopus vidit poſſeſſionem, et habita inquiſitione cum colonis, deprehendit praedia haec vix centum* MANSOS *continere. Quamobrem comes fecit menſurari terram funiculo breui, et noſtratibus incognito. Praeterea paludes et nemora a funiculo menſus eſt, et ita fecit maximum agrorum numerum. Perlata ergo cauſa ad ducem, adiudicauit aux epiſcopo dari menſuram iuxta morem terrae huius, nec menſurandas paludes, aut ſyluas robuſtiores.* Item *cap. 88. Et ſubſcripſit in dotem Magnopolitanae eccleſiae trecentos* MANSOS. Idem *cap. 10. Pauperibus ortus natalibus primo ſeptem* MANSIS, *totidemque manentibus ex hereditate patrum fuit contentus.* Et mox: *Dicitur manentes ſuos pro furto delatos damnaſſe ad mortem.* Quo loco non MANSVM pro villa poſuiſſe, vt docti quidem Germani ad marginem annotarunt, ſed pro iugero, locus *in c 12.* demonſtrat. *Per longiſſimos tractus et vaſtam ſolitudinem maxime ſyluarum robora ſulcos praetendit, quibus iugera quondam fuiſſent diſpertita.* Et mox, vbi reditum epiſcopatus Aldenburgenſis exponit: *De quolibet aratro menſura grani.* Slauicum vero aratrum par boum, aut vnus conficit equus. Item *cap. 88. De aratro tres modios ſiliginis, porro Slauicum aratrum perficitur duobus bubus, et totidem equis.* Item in diplomate priuilegii Hirſaugienſis apud Ioan. *Tritemium: Si quiſpiam vnam vineam, vnum* MANSVM, *vnum molendinum, vel ſaltem vnum mancipium abſtulerit, etc.*

etc. Et mox: *Si vero quislibet illorum cortem, vel aliquam villam inde violenter abalienauerit, etc.* Item in priuilegio ecclesiae Bremensis a Carolo Magno, *apud Albert. Krantzium in Saxoniae lib. II. c. 15. Huic parochiae septuaginta* MANSUS *cum suis colonis offerentes, totius huius parochiae incolas decimas suas ecclesiae, suoque prouisori persoluere.* Abbas Vrsperg. *in Lothario Saxon. Cuius curiae mille et centum* MANSVS *sunt, vno vallo comprehensi.* Item sob Philippo: *Vt videlicet quilibet* MANSVS *rusticanorum praediorum, solueret maltare vnum auenae.* Placet igitur eorum sententia, qui a *mensura* dictum vocabulum putant: quia si ager ex certo modo praescriptus (vt illa lex ostendit) necesse est, certae mensurae fuisse, *lib. feud. I. tit. 4. Si quis de* MANSO *vno feudi nomine inuestituram acceperit.* Nam cum MANSVM vnum, duo, tria, numerantur, certi agrorum modi perspicue significantur. ¶ 3. MANSVM aliud est *indominicatum*, quod in principis, aut ecclesiae, aut nobilis alicuius dominio est: neque vel in feudum, vel in precarium, vel alio titulo alteri concessum: aliud *ingenuum*, quod est nobilium, et colono alicui locatum est, qui *mansuarius* vocatur: aliud *seruile*, quod in feudum datum est sub certi seruitii conditione. Apod Aimoin *lib. V. cap. 35.* Vbi regni Franciae administrandi forma praescribitur: *vt de* MANSIS *indominicatis, solidus vnus, de vnoquoque* MANSO *ingenuo, quatuor denarii de censu dominico, et quatuor de facultate mansuarii.* ¶. 4. MANSVS *est* (inquit Bald.) *praedium, in quo manent homines.* MANSVS (inquit Aluarotus) *fundus, qui duobus bobus ad laborandum sufficit. Hinc fortasse oritur* (inquit Zasius) *quod nos Germani prata dimensa nominauimus Mansmar.*

MANVS MORTVA, locutio est, in feudorum quidem libris non vsurpata, sed propter Gallicam consuetudinem digna, quae hoc loco notetur. Vsurpatur autem de iis, quorum possessio (vt ita dicam) immortalis est: quia nunquam heredem habere desinunt: vt de ecclesia dicitur *lib feudor. I. titul. 13.* Qua de causa res nunquam ad priorem dominum reuertitur. Nam MANVS pro possessione dicitur: et MORTVA, pro immortali. Sic *municipium* dicitur *non mori. l. autem vsusfructus 56. D. de vsufructu. l. si vsusfructus 8. D. de vsufr. leg.* quoniam hominibus aliis succrescentibus idem populi corpus videtur, *l. proponebatur 76. D. de iudic. Ciuitas* autem *mori* dicitur, *vrbe diruta, et inducto aratro, l. si vsufruct. 21. D. quib. mod. vsusfruct. amitt.* Nam, quae prius fuit species, interiit: alia autem exorta est, vt de domo dicitur, *l. qui vsumfr. 39. D. de vsufruct. l. quid tamen 10. §. pen. D. quib. mod. vsusfruct. amitt.* Theod. Nihem. *in Nemore vnion. tractatu VI. cap. 33. Et sic ad* MANVM MORTVAM *regnum et principatus huiusmodi deuenerunt: quia ipsi reges Francorum dicti Augusti consanguinei, et propinqui extiterunt.* Et *in Capitul. Caroli Magni, et leg. Franc. l. IV. Vbi vero* MORTVA MANVS *interiacet, aut alia quaelibet causa irrationabilis inuenta fuerit, diligenter describatur, et ad nostram notitiam perferatur.* Vsurpatur autem haec locutio primum in corporibus, et collegiis, quae immortalia sunt: vt ciuitates, coenobia, *l. sicut §. in decurionibus D. quod cuiusque vniuers. l. proponebatur D. de iudic.* Thomas Walsingham *Angl. histor. sub anno 1276. In eo parliamento edidit statuta contra* MANVM MORTVAM, *ne de certe possessiones terrarum seu redituum sine speciali regis licentia ad* MANVM MORTVAM *deuoluantur.* Polyd. Verg. *lib. histor. XVII. Legibus magnae chartae sancitum est, vt nemini liceret dare praedia collegiis monachorum: et legem hanc ad* MANVM MORTVAM *vocarunt: quod res semel datae collegiis sacerdotum, non vtique rursus venderentur velut mortuae, hoc est, vsui aliorum mortuorum in perpetuum ademptae essent.* Et aliquanto post: *Episcopi capto inter se consilio postularunt, vt legem ad* MANVM MORTVAM, *quam ordini suo nocere perspexerant, antiquaret.* Vsurpatur quoque locutio haec in Gallia, cum reuera MANVS, id est, possessio MORTVA est: vt cum quibusdam Galliae locis consuetudo est, vt possessore sine liberis mortuo, possessio ad territorii dominum reuertatur.

MAR.

MARCHIONES, a voce Germanica *March*, qua limes significatur, dicuntur ii, qui certo regni limiti cum imperio praefecti sunt. Limitem enim modo *Marchiam*, modo *Marcam* barbarici scriptores appellant: Vt *leg. Franc. IV. tit. de vassis dominicis ad Marcham custodiendam constitutis.* Sic Rhegino *lib. Chron. II. sub anno 788. Post haec Carolus Ratisbonam venit, ibique Marchas et fines Baioariorum disposuit.* Helmodus *in hist. Sclau. cap. 68. Vocantur autem vsitate nomine Marcomanni, gentes vndecunque collectae, quae Marcham incolunt. Sunt autem in terra Slauorum Marchae quamplures.* Sic *lib. V.* Aimoinus: *Ludouicus Neustriam cum Marchiis suis haberet, et Carolomannus Burgundiam et Aquitaniam cum Marchiis suis obtineret.* Itaque a Germanis *Marchgraph* dicuntur, quasi limiti comites, siue limiti praefecti. Aimoin. *lib. IV. Comites Marchiae Hispanicae trans Sicorim fluuium in Hispaniam profecti, etc.* Dicuntur et *custodes limitis.* Aimoin. *lib. IV. Petiit, vt colloquium fieret inter ipsum, et Hispanici limitis custodes.* Interdum *comites et praefecti limitis.* Idem *lib. IV. Qui res nouas moliens Cadolachum comitem et Marchiae Foroiuliensis* praefectum *accusare conabatur.* Item, *simili modo de Marcha Hispana constitutum, et hoc illius* limitis praefectis *imperatum.* Posterioribus tamen temporibus, vt aliis multis in verbis, consuetudine sermonis degenerauit: et MARCHIONES dicti sunt, etiam qui in mediterraneis regionibus imperium aliquod obtinebant: vt apud Aimoin. *lib. V. Robertus comes Parisiorum: frater Odonis regis,* MARCHIO *Francorum vocabatur.* Et paulo post: *Venerabilis* MARCHIO *nostri quidem regni, etc.* [*march* vel *maer* Germanis et olim et nunc equum significat: vnde perperam quidam MARCHIONEM deriuant.] Beatus Rhenanus vir doctissimus et P. Brodaeus Galliae nostrae ornamentum insigne, *lib. Miscell. III.* ex Pausan. *lib. X.* docuerunt, *March* priscorum Gallorum vocem fuisse, qua equum significabant: quo nomine hodie quoque Britones Armorici vtuntur: apud quos plurimas Francogallicae linguae reliquias superesse constat. Itaque complures (in his Brodaeus et Alciatus) existimarunt MARCHIONES dictos: quasi vero ex obsoleta priscorum Gallorum lingua probandum sit, eam vocem pro equo vsurpatam, cum ex Germanorum scriptis, ex quibus nomina haec omnia sumpta sunt,

fint, fatis conftet, *March* lingua Germanica pro equo dici folitum, vt *in Baioar. legibus: Si caudam amputauerit, vel aurem, fi equus eft, quod March dicimus, cum folido componat.* Atque hinc nimirum *Marfchalci* nomen ductum. Sed multo abfurdius feudiftae, qui *lib. feud. II. tit. 10. §. 1.* *Qui a principe* (inquiunt) *de Marchia inueftitus eft*, MARCHIO *dicitur, quod tenet, quod eft iuxta mare, quia plerumque Marchia iuxta mare fit pofita.* Haec cum fcripfiffem, poftea Wandaliam Alberti Krantzii percurrens, difputationem eius hanc reperi *lib. III. cap. 16. Iuuat intueri, requirereque, vnde tractum fit nomen Marchiae, atque* MARCHIONIS: *Qua in re ridiculus, qui feudorum vfus confcripfit. Pollicetur enim in titulo docere, quis fit* MARCHIO: *et vbi ad rem ventum eft, ignotum per ignotum conatur oftendere.* MARCHIO, inquit, *eft, qui tenet Marchiam: atque fic Marchia, et vnde dicta, debuit explicare.* MARCHIONIS *quidem vocabulum veteribus incompertum eft, nifi quis modernorum renouans antiquitates, illuc inferat nouam vocabulam. In noftris quoque annalibus nullam eius verbi legimus mentionem, ante primum Henricum Saxonem, Romanorum regem, qui primus domitis Danis ad oppidum Slecsicum, cum eo transtuliffet Saxonum coloniam, impofuit regioni praefidem, quem appellauit* MARCHIONEM, *et illi regendos tuendosque regni milites impofuit prouinciam quafi duci limitaneo. Inde quoque cum ordinata per illum prudentiffime Saxonia conftituiffet, qui agros colere, qui fequi tenerentur in militiam: cum quintum quemque quatuor in agris remanentes fumptibus et armis expedirent: illumque durante militia alere iuberentur. Vires, quas perinde in Vngaros comparauerat, primum in Wandalos ftatuit exercere tyrocinium, hoc reputans maioris militiae: duxitque in metropolim gentis Brandeburgum: eamque obfedit per brumam in glacie, et oppugnauit conftantiffime: et exhauftis obfefforum viribus, confumptisque commeatibus, etiam expugnauit collocauitque in ea primus* MARCHIONEM, *qui prouinciam tueretur armis quaefitam: et augefcere contenderet in diem: et quam Romani fimili ex caufa dixere prouinciam, ille appellauit Marchiam. Mecum diu reputans, multaque circumfpiciens, nihil reperio de nominis origine probabilius, quam vt ex vulgari Saxonum ductum effe credam: vt fit in aliis quoque nationibus, vt vernaculae linguae quaedam nomina inferantur Latinis; Latium quo beetur diuite lingua. Marchiam autem vocant vulgo Saxones, diftrictum vnius villicationis aut ditionis. Inde Vehmarke nomen duxere: vt tum Marchiam dicerent Saxones eam prouinciam, quam fui iuris effe, per arma funt confecuti: inde praefidi nomen inditum, vt* MARCHIO *diceretur, qui illis ius diceret. Sic in Dania ad Slesuicum, vt diximus,* MARCHIONEM *conftitutum, ita et in Wandalia per eundem Henricum regem, Marchiam illam, fae* MARCHIONI *deputatam: indeque fluxiffe nomen, vt deinceps aliae quoque prouinciae hoc vocabulo in fimili principatu vterentur: diceretur que* MARCHIO *Mifniae, Badenfis, Styriae, Morauiae, in Germania, et in Italia, Taruifina, Anconitana, Mantuana, Ferrarenfis: et fi quae fint aliae Marchiae.* Haec Albertus. Ex quibus intelligi poteft, quam diffimilis huius dignitatis ratio fuerit apud Italos. de quibus Niceph. Gregor. *lib. VII.* ita fcribit: ἡ δὲ τῆ

μαρχεσία τάξις ἐ τῶν ἐπισήμων ἐςὶ παρὰ Λατίνοις, ἀλλ' ὅπερ ἐν τοῖς Ῥωμαίων στρατεύμασιν ὁ τὴν βασιλικὴν κατέχων σημείαν, τοῦτο παρὰ Λατίνοις μαρκέσιος. Ioannes Brodaeus *Mifcellan. II. cap. 23.* *Galli* (inquit) *quondam* (*vt fcribit Paufan.*) *equum March appellabant: vnde* MARCHIONES, *vt opinor, dicti.* Nomen retinent hodie Britones, quorum idioma, nifi Hunnica barbarie pollutum effet, ad veterem Gallorum linguam prope accederet: nam Germanicam fuiffe non credo, cum Caefar *in commentariis* Ariouiftum Germanum Gallice loqui didiciffe commemoret: qua de re alio loco luculenter differuimus.

[MARITAGIVM, vide *Dotarium.*]

MARSCHALCVS, vetus vox Germanica, pro equitum magiftro. *March* enim vetere illorum lingua pro equo dicebatur; *Leg. Aleman tit. 80 Si* MARSCHALCVS, *qui fuper duodecim caballos eft, occidit, 40. fol componat.* Vbi de *Senefcalco* etiam mentio fit· quae vox in Francogallia vfurpata eft. Albert. Krantz *lib Suet. V c. 41. Gubernatorem appellauere, ex optimis militem; qui conuocandis regni coetibus et omnia vice principis gerendi habet poteftatem.* MARSCHALCVM *noftri vocant: Galli Conneftabulum, magiftrum equitum dixere Romani, armorum ductorem interpretantes, qui et equeftris militiae princeps arbitrium habeat educendi armatum regni exercitum.* Haec Krantzius Latini autem eum, qui fub regis imperio exercitui praeeft, *magiftrum rei militaris appellant.* Liuius *lib. XXIV.* de Syphace Numidarum rege loquens: *Orauit* (inquit) *vt duo legationum referrent ad imperatores fuos: vnus apud fe magifter rei militaris remaneret.* Lotharius imp. et Carolus rex *in Valentianis cap. 13. Vt miffi in illorum miffatias curam habeant, ne homines noftri, aut alii quilibet vicinos fuos maiores vel minores tempore aeftatis, quando ad herbam caballos fuos mittunt, vel tempore hyemis, quando* MARESCHALCOS *illorum ad fodram dirigunt, depraedentur et opprimant. Et an fic egerint, hoc etiam (vt praediximus) veraciter miffi noftri inueftigent, et nobis renuntient, vt in faniore hoc fic emendemus, quatenus homines fuos in poteftate habeant, et contenti fint debitis, et indebita iniufte non appetant.* Beat. Rhenan. *rer. Germ. lib. II.* docet, MARSCHALCVM fictum vocabulum effe, ex *March*, quod equum fignificat: et *Schale*, potens: quafi equorum magiftrum. Et eo pertinere videtur inftitutum aureae bullae, *cap. 27.* vt dux Saxoniae imperii ARCHIMARESCHALCVS, in comitiis imperialibus auenam diftribuat. *Ponetur* (inquit) *ante feffionem imperialem aceruus auenae tantae altitudinis, quod pertingat vsque ad pectus, vel antelam equi, fuper quo fedebit ipfe dux, et habebit in manu baculum argenteum, vel menfuram: et primo menfuram eandem de auena plenam accipiet, et famulo primitus venienti miniftrabit eandem: quo facto figendo baculum in auenam recedet, et* VICEMARESCHALCVS *eius auenam diftribuet.*

MEL.

MELIORES, pro proceribus, fiue primariis, eadem ratione, qua feniores. Tacit. *lib. XIII. Et commotus his Auitus, patienda* MELIORVM *imperia. Id diis, quos implorarent, placitum, vt arbitri-*

bitrium penes Romanos maneret. Greg. Turon. *lib. VI. c. 45. Conuocatis* MELIORIBVS *Francis reliquisque fidelibus nuptias celebrauit filiae suae.* Otto Fris. *lib. I. c. 2. 20. Gladio exerto in* MELIOREM *et nobiliorem omnium Rauennatensium manum misit.* Apud Radeuicum *lib. II. c. 30. Dominus imperator magna est in gloria: quosdam de* MELIORIBVS *ex Mediolano, et Brixa in vinculis retinet.* Idem *cap. XXXIV. Quosdam occisos, sexdecim captos de suis* MELIORIBVS *ibidem perdiderunt.* Albert. Argent. *in Chron. Misit rex pro* MELIORIBVS *in Italia, de vtraque Gibellinorum et Guelphinorum, tentans si quomodo posset inter illos concordiam ordinare.*

MIL.

MILES in libris feudisticis et *vasallus* synonyma sunt. Itaque MILES et *senior* tanquam relata opponuntur: vt *lib. III. tit. 1. §. 1. Ad reconciliandos animos seniorum et* MILITVM. Et *§. 2. Si contentio emerserit inter seniorem et* MILITEM. Item: *Senior vero et* MILES *qui culpatur.* Feodum quippe clientela militaris est; qua de causa beneficia feudalia proprie dicuntur ea, quae MILITIBVS attribuuntur. Alb. Krantz. *lib. Dan. VI. c. 19. Omnis inter regem Daniae et Adulphum Holsatiae comitem controuersia sustollitur: et primum amicus, deinde* MILES *etiam regis conscribitur.* Porro qui Romanorum mos fuit in militari cingulo certis attribuendo, ceterisqoe, qui cincti non essent, a militia prohibendis, eundem a barbaricis retentum atque vsorpatum fuisse, docuimus *cap. disp. III.* Tantum autem in cinguli iure Romani posuere, vt si qois in castris discinctus versaretur, aut vallum subiret, piaculi instar haberetur. Cuius rei exemplum exstat apud Cornel. Tacitum *lib. XI.* qoa de causa, qui sub iugum mittebantur, discincti erant, vt Festus *lib. IX.* demonstrat. Ammian. Marc. *lib. XXII. Prosequere*, ait, *mulier, si quid te laesam aestimas: hic enim sic cinctus est, vt expeditius per lutum incedat.* Neque illud praetermittendum, quod Friderici secundi constitutione sancitum est, ne cui *militare* liceat, nisi qoi vel de *militari* genere sit: vel *militarem* ordinem sub imperatore impetrauit. Neapol. *constit. lib. III. tit. 59. et tit. 60.* Itaque idem apud Petrum de Vineis *lib. epist. VI. c. 17. Quanquam* (inquit) *pater suus* MILES *fuerit, et nostris constitutionibus caueatur, quod* MILITES *fieri nequeant, qui de genere* MILITVM *non nascuntur; ipse tamen de culminis nostri licentia decorari valeat cingulo militari mandamus.* Item Neapol. *const. lib. II. tit. 32. Militaribus tamen priuilegiis in omnibus supradictis et aliis causis, et casibus, in quibus praerogatiuae* MILITVM *aliquid indulgetur, eos tantummodo* MILITES *vti volumus, qui honorem dignitatis militaris et onus decenter obseruant: in equis et armis videlicet, et aliis militaribus signis, quibus* MILITES *et barones condecet decorari.*

MIN.

MINISTERIALES interdum dicuntur serui domestici, qui suas operas et ministeria dominis praebent; vt in Specul. *Saxon. lib. IX. art. 81.* MINISTERIALES *hereditant, et hereditatem accipiunt, sicut liberi secundum ius prouinciale: excepto, quod extra dominium suorum nemini succedunt, nec habent successorem*, vt in Lomb *lib. I. tit. 8. De aldis et seruis* MINISTERIALIBVS *dicimus, qui docti domi et nutriti aut probati sunt.* Item: *Tam de aldis quam de seruis* MINISTERIALIBVS, *seu de seruis rusticiariis.* Item *lib. I. tit. 11. Si quis seruum* MINISTERIALEM *probatum (vt supra) et doctum domi occiderit, componat solidis L. de alio vero seruo* MINISTERIALI, *quo secundus eius inuenitur esse, tantum nomen* MINISTERIALE *habet, si quis occiderit, componat solidis XXV.* ¶§. 2. MINISTERIALES interdum dicuntur homines liberi, qui in potentiorum familia munere et procuratione aliqua funguntur, vt *lib. feud. II. tit. 27. § pen. Si* MINISTERIALES *alicuius domini inter se guerram habuerint, comes siue iudex, in cuius regimine eam fecerint, per leges et iudicia ex ordine prosequatur.* Item *lib. III. leg. Fridericus: De consilio principum et aliorum fidelium nostrorum tam liberorum quam* MINISTERIALIVM. Item: *Si liber homo, ingenuus,* MINISTERIALIS, *vel cuiuscunque conditionis fuerit, etc.* Otto Frising. *lib. Chron VII. c. 8. Orta seditione et Sigehardus comes a familia principum, qui* MINISTERIALES *dicuntur, eo quod iustitiam eorum infringere diceretur, occisus est.* Idem *lib. Frid. I. cap. 59. Conradus imperator ad propria rediit, et illic quosdam ex propriis* MINISTERIALIBVS *suis pro bono pacis boni iudicis exercens officium, suspendio peremit.*

MINOR Langobardico iure dicitur is demum, qui decem et octo annis MINOR est: nam post eum annum aetas legitima dicitur. In Lomb. *de probib. alien. min. l. 1. §. 1. et l. de puero.*

MON.

MONACHVS (cui feudum adimi propter monachatum dicitur in his libris frequentissime) Latine singularis, vel solitarius dici potest, *c. placuit 16. qu. 1.* MONACHORVM, inquit, *conuersatio et vita secundum etymologiam nominis ab omnibus discrepat.* MONACHVS *enim Graece, Latinis singularis dicitur. Vnde* MONACHVM *per omnia singulariter agere oportet.* Hier. *ad Paulin. Si cupis esse, quod diceris,* MONACHVS, *i. e. solus, quid facies in vrbibus, quae vtique non sunt solorum habitacula, sed multorum?* Itaque memorabile est, quod scribit Theodoretus *eccles. hist. lib. IV. c. 8.* MONACHVM *fuisse, qui totos sexaginta annos neque a quoquam visus sit, neque cum quoquam collocutus.* [Mirum est autem, cum institutis sodalitatibus, quae Graece coenobia dicuntur, et legibus latis, vt MONACHI vna in eadem domo habitent, vna cibum capiant, vna cantionibus assiduis operam dent, vna etiam ex Iustiniani constitutione dormiant, vt *Nouel. 3.* et *Nouel. 155.* et *Nouel. 133.* etc. *si clericus 16. quaest. 1. c. Monachum 20. qu. 4.* quamobrem MONACHORVM illis nomen relictum sit? cum nulli toto genere humano minus solitarii sint, ac minus soli viuant: nisi forte quod re mutata nomen retentum, vt *l insula 56. in fin. D. de adqu. rer. dom.* Repugnant igitur MONACHVS et sodalis: MONACHVM esse, et in coenobio aetatem agere.

MOR.

[MORGANCHEBA, est Langobardorum iure, quarta pars bonorum mariti. *leg. 1. Lang. de tis, quae a viro in mul. dant.* Romanorum autem moribus fuit tertia, non quidem bonorum, sed dotis, vt Harmenopulus obseruari refert *4 Epito etc.* et ex constitutionibus Neapolitanis est tertia bonorum mariti, *lib. III. tit. 13. 15. 16.* et ex consuetudine Normanniae.]

MOR-

MOR.

MORGANATICA, vulgo corrupte pro *Morgengabe*: quod Germanica vulgari lingua matutinum munus significat. Monus erat, quod sponsus die noptiarum mane sponsam salutans, ei coram propinquis et amicis, ante nuptiale conuiuium donabat: de quo mentio fit in *lib. feud. III tit. 39*. Latini munus nuptiale illud appellant. Liuius *lib. XXX. Hunc nuntium ac simul venenum ferens, minister cum ad Sophonisbam venisset: accipio*, inquit, *munus nuptiale nec ingratum: si nihil maius vir vxori praestare potuit. Hoc tamen nuntia, melius me morituram fuisse, si non in funere meo nupsissem.* Tacitus vero dotem hanc interpretatur. Nam *in lib. de morib. German.* his scribit verbis: *Dotem non vxor marito, sed maritus vxori offert. Intersunt parentes et propinqui, ac munera probant.* Itaque cum in Speculo *Sax. art. XX.* ita scriptum esset: *Nun vernempt, was ein ieglich Mann von Ritters arth mög seinem Weib zur* MORGENGAB *geben, des Morgens als er mit ihr zu Tisch gehet vor Essens.* Interpres ita conuertit: *Nunc intellige, quid vnusquisque vir militaris in suam vxorem sine heredum assensu nomine dotis possit erogare: antequam cum ea ad prandium discubuerit.* Greg. Turon. *lib. IX. Tam in dote, quam in* MOSGENGABE, *hoc est, matutinali dono, certum est adquisisse.* Leg. *Langob. tit. 4.* et in Lomb. *lib. II. tit. 4. Si quis Langobardus* MORGENGAB *coniugi suae dare voluerit, quando eam sibi in coniugio sociauerit, ita decernimus: vt alia die ante parentes et amicos suos ostendat per scriptum cum testibus roboratum, et dicat: Quia ecce quod coniugi meae* MORGENGAS *dedi.* Albert. Argentin. *in Chron. Iohannes autem asserens, dominium ad se spectare, tanquam matri suae per Rodolphum regem olim* MORGANATICO *iure donatum libenter habuisset sua.* MORGENGABE videtur idem apud Germanos fuisse, quod Germanolatini scriptores dicere solent *dodalitium*, nonnulli *doarium*, Graeci *hypobolon*, hoc est, vnde se tueri mulier mortuo marito possit, qua de causa *vitalitia* quoque appellantur, quasi quae vtenda fruenda mulieri in omne vitae suae tempus attribuuntur. Alb. Krantzius *lib. Daniae VII. c. 35. Insuper Romulus acciperet Ingeburgam filiam Alberti ducis in coniugem, dos esset oppidum Lentze, cum territorio suo. Romulus pro vitalitiis daret sponsae Arusberg, Werben, Parelberg, cum attinentiis* Item *lib. VIII. cap. 36. Dorothea regina moleste ferens querimoniam Dorotheae relictae Adolphi, rem omnem suscepit comparandam. Nam acceptis eius vitalitiis, soluit de restantiis duo millia aureorum, et pacta est in singulos annos.* Vide *dotalitium*, [et *Salica lege vxorem.*]

MVN.

MVNDIBVRNIVM, Langobardis idem quod Latinis tutela siue cura significat.

NEP.

NEPOS pro fratris filio *lib. I. tit. 5. §. 1. et tit. 13. in fin.*

NOV.

NOVA *inuestitura* est, quando feudum primo quaeritur: *lib. II. tit. 32.*

NOVVM FEVDVM est, quod ei primum, quo de agitur, attributum est: cui opponitur *paternum*, quod eius vel parentibus, vel maioribus concessum fuit. *lib. II. tit. 14. §. 3. et lib. II. tit. 50. Paternum*, inquit, *voco, quicunque ex superioribus id adquisierit.* Nos *profectitium* appellauimus: nomine, vt videtur, non incommodo.

OBN.

OBNOXII dicuntur commode pro vassallis. Albertus Krantzius *lib. Dan. VI. c. 42. Splendidos equites nuper a suis sacramentis dimissos Absaloni mittit, iusiurandum praestatur, ille nihil motus non esse ait, cui debent tanti viri* OBNOXII *fieri.*

PAG.

PAGENSES, ciuitatis aut pagi eiusdem incolae, *lib. feud. II. tit 68. §. 2 Adhibeat sibi de* PAGENSIBVS *suis, et qui per eandem legem viuant, duos testes idoneos.* Sic Greg. Turon. *lib. VIII. c. 18. Nam Wintrio dux a* PAGENSIBVS *suis depulsus, ducatu caruit.* Et *lib. X. c. 9. Regalis episcopus cum clericis et* PAGENSIBVS *vrbis suae similia sacramenta dedit.* Sic legis Franc. *lib. II. c. 43. Cancellarius tamen talis esse debet, qui* PAGENSIBVS *loci illius notus fuisset.* Et in *Capit Const. vlt. Commises autem reddant rationem de eorum* PAGENSIBVS.

PAR.

PARENTES, pro cognatis: quod linguae nostrae vernaculae commune est *lib. feud. I tit. 24. Non reuocetur ab vllo ex* PARENTIBVS *suis.* Ex *lib. II. tit. 33. Vassallus cum sex* PARENTIBVS *ceteros si vult habeat extraneos.* Ex *lib. III. tit. 2. § 1. Cum duodecim propinquioribus* PARENTIBVS *se defendat.* Hieronym. *in apologia secunda contra Rufinum: Nisi forte* PARENTES *militari vulgarique sermone cognatos et affines nominat.* Sic Iulius Firmicus *Matheseos III. c. 13. Pigros faciet humilesque in omnibus actibus, et in omni fortuna: et qui cum* PARENTIBVS *vel affinibus assiduas inimicitias exerceant.*

PARES CVRIAE, siue CVRTIS, siue DOMVS, dicuntur conuassalli, siue *compares*, qui ab eodem patrono feudum receperunt: quasi eiusdem patroni clientes, *lib. feud. I. tit. 11 et 18. et 26.* Sic PARES exponuntur, qui ab eodem domino feudum tenent *lib. I. tit. 26.* vbi etiam PARES de DOMO appellantur. Dicuntur etiam *compares lib. II. tit. 53.* Item PARES *de* DOMO *domini lib. I. tit. 26. §. 3.* Interdum etiam PARES dicuntur, qui neque collegae, neque socii, neque consortes, aut eiusdem dignitatis participes sunt: sed qui in pari tamen ac simili iure, et imperio sunt: vt in foedere inter Ludouicum filium Caroli imper. et Ludouicum filium Ludouici regis, apud Aimon. *lib. V. c. 38. Vt nemo suo* PARI *vitam, regnum aut fideles suos discupiat, aut fors conciliet*, hoc est, subducat, subtrahat. Item: *Vterque veraciter suum* PAREM *vbicunque necessitas fuerit, adiuuet.* Item: *Etsi hoc acciderit, ad tempus vterque* PARI *suo hoc rescifcere faciat, id est, alter alteri.* ¶ 2. PARIVM CVRIAE tria fuisse munera reperio. cum paragium facerent, hoc est, dum collegium obirent: *primum*, vt nouorum vassallorum cooptationi siue inuestiturae arbitri adessent: eorum enim necessaria praesentia est, *lib. II. tit. 2 et tit. 32. 33. §. 1. alterum*, vt rogati de inuestitura testimonium dicerent: quamuis controuersiae tempore PARES esse desiissent, *lib. II. tit. 19. tertium*, vt feudalium caussarum iudicia exercerent. *lib. II. tit. 52. et tit. 55. §. 3. et lib. I. tit. 10. §. 1. et tit. 22. §. 3.*

PARA-

PAR. PAT.

[PARADOGIVM, Balbus et Alvarotus nobilitatem interpretantur. Cuiac. *II feud. tit. 10*]

PARAGIVM in his quidem duobus feudorum libris nusquam nominatur: sed tamen feudale verbum et notatione dignum est. PARAGIVM igitur barbarice dictum arbitror, pro pariatione et ea, quam feudistae adaequationem hereditatum appellant: vt superius suo loco dictum est. Etsi autem propter aetatis praerogatiuam sensim moribus quibusdam institutum est, ne partes aequales fratribus diuiderentur, sed natu minoribus minores attribuerentur, tamen ut aliis quibusdam in rebus re sublata nomen retentum est: *l. insula 56. in fi. D. de adquir. rer. dom.* Hinc illud in summa rurali et consuet. Nortmann. *Tenir en* PARAGE, *est quand ce qui tient tenement, et de celuy de qui il tient sont de pareilles parties par raison de lignage, et que le dit tenement vient de leur anchisseur, et vient par succession de ligne: si comme és lieux, et par especial de Normandie, ou és fiefs de freres venans de pere, l' aisné emporte le gros at les puisnez en ont le tiers: par la raison de* PARAGE *car ils sont paraux en fief, iaçoit ce que l' un soit plus grand que l' autre: et toutesfois le tient il aussi noblement, que l' aisné fait le gros: et si sont paraux en lignage, et toutesfois veut le droict, que le mesné tienne de l' aisné en* PARAGE: *et va ainsi jusqu' au sexte degré doit feauté et hommage. Et est dit le fief estre tenu en hommage, et non en* PARAGE. „PARAGII *iu*„*re ac titulo feudum possidere* dicitur, qui eiusdem „gentis siue stirpis est, cuius is, a quo feudum possi„det: quippe cum feudum a communi ipsorum generis „auctore ac parente profectum sit, velut in Normannia: „vbi in paternorum feudorum successionibus filius „natu maximus, praecipui iure magnam sibi par„tem auferret: nimirum bessem; ceteris omnibus „triens relinquitur, isque PARAGII *iure possideri* dici„tur. Nam in feudi successione pares sunt, quamuis „natu maximus maiorem partem auferat: sed alii pa„ri cum ipso iure, et titulo aeque nobili possident: et „stirpe ac genere pares sunt. Iure tamen constitutum „est, vt natu minor PARAGII nomine feudum suum a ma„iore possideat vsque ad gradum sextum. Nam po„steriores tenentur fidelitatem et hominium ei, qui „bessem obtinet, iurare: ac tum non PARAGII, sed ho„magii nomine possidetur.„ Quibus ex verbis perspicuum est, PARAGIVM esse titulum, quo feudi pars minor a fratribus natu minoribus, eorumue posteris ita possidetur, vt maiori fratri maiorem partem obtinenti eo nomine neque fidelitatem, neque hominium debeant: quippe qui pari iure stirpis, et pari titulo paternae auitae hereditatis id obtineant: dummodo intra sextum Genealogiae gradum contineantur.

PAT.

PATRONVS in praediis ecclesiasticis dicitur is, qui cum in ecclesiam insigne beneficium contulit (veluti templum aedificauit, aut magno aliquo prouentu illam locupletauit) ius sibi beneficiarii nominandi retinuit, h. e. clericos arbitratu suo deligendi, nominandi, et apud episcopum producendi: vt sine illa productione conferendi beneficii ius nullum episcopus habeat. Iustinian. *Nou. 123. εἴ τις εὐκτήριον.* iubet tamen, si PATRONVS minus idoneum producat, episcopi potestatem esse alterum idoneum eligere. Iure canonico praestitutum est PATRONO

PAT. PER. PIC. PLA.

laico nominandi beneficiarium tempus quatuor mensium: ecclesiastico sex, quibus exactis integra episcopo potestas relinquitur. *de iure patron. in 6.* Iura quoque *patronatus* haec sunt: vt clericum in officio peccantem apud episcopum deferat, *cap. filiis 16. qu. 7.* vt in egestatem lapsus ex eo prouentu alatur. *cap. quicunque 16. q. 7. c. nobis de iure patron.* vt id donare permutareue possit: vendere tamen non possit, *c. nemini 36. q. 7. c. ex insinuatione, c. ex literis. c. cum seculum extr. de iure patron.* vt ius nominandi in heredes ita transeat, vt et in solidum PATRONI sint, et vniuersi tamen nominandi ius habeant, *c. 1. extr. de iure patr. Clement. 2. eodem.* Albertus Krantzius *lib. Daniae VI. c. 2.* vbi de Valdemaro Daniae rege, et episcopo Roschildiensi creando loquitur: *Equidem,* inquit, *et si videretur maiorum suorum opibus fundatam ecclesiam in patronatu tenere, iurisque plurimum in deligendo pontifice sibi posse praesumere, etc.*

§. 2. PATRONVS, pro eo, qui feudi auctor est: qui modo *dominus*, modo *senior* appellatur: a quo is vassallus nominatur, qui feudi beneficium accepit: qui propterea cliens, interdum etiam clientulus appellatur. Idque ex antiqua fere consuetudine. *Nam* (vt ait Cic. *in offic. I.*) *qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepissent, earum* PATRONI *erant more maiorum.* Sic *Marcellus Siculorum* PATRONVS dicitur in *Verrinis*: et *Allobrogum Fabius*. Docuimus tamen in *commentario verb. iur. ex lib. Dionys. Halicarn. II.* qualis inter PATRONVM et *clientem* necessitudo, et quod cuiusque inter ipsos officium existeret. Id autem Cic. *Verrina I.* his demonstrat verbis: *Ad meam fidem confugiunt*: (de Siculis loquitur) *auxilium sibi per me a vobis petunt, me defensorem calamitatum suarum, me vltorem iniuriarum, me cognitorem iuris sui, me actorem causae totius esse voluerunt.*

PER.

PER CHARTAM, vel *Chartae beneficio, possidere*, est testamenti iure, et secundum tabulas possidere. Greg Turon. *lib. IV. c 12. Erat enim tunc temporis Anastasius presbyter, qui per* CHARTAS *gloriosae memoriae Chlotildis reginae proprietatem aliquam possidebat.* Albert. Krantz. *lib. Dan. II. c. 3. Equidem aedes, agros, vineas, et his similia testamento dari audiuimus. Regnum autem praestare* CHARTAE *beneficio prodigii loco habitum est.*

PIC.

[PICARIAE sunt, e quibus foditur pixinam et picem fossilem inueniri Plin. scribit *XVI. cap. 12.* et referuntur inter regalia.]

PLA.

PLACITVM interdum conuentus procerum regni, vel imperii, quod et curia dicitur. Greg. Turon. *lib. VII. cap. 13. Petimus, vt vsque in* PLACITO, *quod inter se Gruntchrammus et Childebertus reges habent, sustineatis.* Et mox: *Igitur aduenient*e PLACITO *directi sunt a Childeberto rege, etc.* Aimoin *lib. IV. cap. 109. Medio mense* conuentus generalis *apud Theodinis villam magna populi Francorum frequentia celebratur.* Et mox: *Eminuit in hoc* PLACITO *piissimi imperatoris misericordia singularis.* Interdum pro foro et iudicio, vt in *Capitul. Caroli*; *Vt nullus*

ebrius

ebrius suam causam in mallo (id est, in iudicio) *possit conquirere, nec testimonium dicere, nec* PLACITVM *comes habeat, nisi ieiunus.* Quod igitur veteres *conuentum* aut *forum* agere dicebant, id nostri PLACITVM tenere dixerunt. Leg Frision. *tit.* 14 *Dicat ille, qui homicidam illum interpellauit, se in* PLACITO *publico eum interpellare velle: et ita faciat. Interpellet eum in* PLACSTO, *coram iudicibus.* Hinc Francogallicum nomen, LES PLAITZ. Placet autem Germanorum notatio a voce *Platz*, quae *plateam* significat. Radeuicus *lib. I. cap.* 46. *Deinde generalem curam omnibus Italicis ciuitatibus, et primoribus apud Roncalias in festo B. Martini celebrandam indicit.* At in *lib. seq. ab exordio: Iam dies* PLACITI *affuit, quae Romanum principem ad campestria Roncaliae, sicut condictum, inuitabat.* Sic in Lombarda *lib. II. tit. de feriis* 49. *leg.* 1. *Etiam dominicus dies honoretur, et eum colere omnes studeant, vt hoc possint liberius fieri omnia mercata et* PLACITA *a comitibus.* Considerandum autem, an cum imperatorum leges non nisi in comitiis fierent, vt eas populus sciisceret, an formula vsitata; CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR, inde nata sit, pro, *quia tale est nostrum* PLACITVM, *id est, comitiorum decretum* Carolus *in Capitular. artic.* 12. *Quae bonae memoriae genitor noster* PLACITA *constituit, et nos conseruare volumus.* Sed multo plenius aliquanto post: *Vt populus interrogetur de capitulis, quae in lege nouiter addita sunt, et postquam omnes consenserint, subscriptiones et manufirmationes suas in ipsis capitulis faciant.* Et *in fin. leg. Aleman. Hoc decretum est apud regem et principes eius, et apud cunctum populum christianum, qui infra regnum Merwingorum consistunt.* ¶. 2. PLACITA, lites. In formula foederis cum Mediolanensibus apud Ottonem *lib. Frider. I cap.* 41. *Legati imperatoris in palatio sedeant, et* PLACITA *ad eos delata ad honorem imperii definiant.* Hinc

PLACITARE, pro litigare, et causas agere: vnde Gallicum verbum, *Plaider.* Carolus Magnus in *donatione monasterii Vimensis, apud Nauclerum: Si aduocatus in praedicta villa* PLACITARE *voluerit, vt non pluribus quam triginta equis ad* PLACITANDVM *veniat, et tale seruitium, quale tunc requiritur, eidem aduocato abbas decenter et honeste exhibeat.* Et mox: *Quidquid* PLACITANDO *ibidem adquirat, tertia parte retenta duas abbati reddat.*

POS.

POSSESSIONIS nomen feudalium agrorum maxime proprium est · primum, quia feudistae scribunt, solam POSSESSIONEM ad vassallum pertinere: proprietatem vero manere domini. *lib. II. tit.* 8. *§. vlt* deinde. quia vetustissimis moribus POSSESSIONES a Romanis dicebantur praedia, quae non proprietatis, sed tantum diuturnae aut perpetuae POSSESSIONIS iure tenebantur: de quibus Iauolenus ita scribit in *leg. quaestio* 115. *de verb. signif.* POSSESSIONEM *dici, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere. Et hoc ab agro differre, quod* POSSESSIO *est vsus: ager proprietas loci est.* Quod Festus planius sic exponit: POSSESSIONES *appellantur agri late patentes publici, priuatique: quia non mancipatione, sed vsu tenebantur*: quo pertinet lex *cotem* 11. *§. agri D. de public. et vectig.* et *leg. item praedia* 10. *D. famil. erciscund.* vbi vectigalia praedia dicuntur non esse nostri patrimonii. At in libro variorum auctorum de limitibus, POSSESSIONES definiuntur *agri late patentes publici, priuatique, quos initio non mancipatione, sed quisque, vt potuit, occupauit atque possedit*: vnde et *nuncupati.* Caesar tamen libro *de bello ciuil. I. cap* 5. alia etiam significatione vsurpare hoc verbum videtur. *Militibus*, inquit, *in concione agros ex suis* POSSESSIONIBVS *pollicetur: quaterna in singulos iugera.* Cicero *pro Flacco*: *Agros habent et natura perbonos et diligentia culturaque meliores, in hisce agris tu praedia habere voluisti.* Agros igitur Iauolenus esse vult, qui nexu et mancipio aliove iure ciuili, veluti cessione et vsucapione alicuius proprii facti sunt (quod veteres dominium iuris Quiritium appellabant.) POSSESSIONES autem esse, quae vel ad tempus, vel in perpetuum alicui vtendae fruendae datae sunt, pro quibus vectigal aliquod testandae auctoritatis causa penditur Siculus Flaccus: *Horum ergo agrorum nullum aes, nulla forma, quae publicae fidei* POSSESSORIBVS *testimonium reddat.* Quod si culturae et meliorationis lex adhiberetur, imperator Zeno emphyteusin appellat, *leg.* 1. *Cod. de iur. emph.* mihique vehementer placet, vt eo POSSESSIONVM nomine feudalia praedia vocitemus. Cicero *agr I. Venit mihi in mentem, Tib. et Cai. Gracchos plebem in agris publicis constituisse, qui agri a priuatis antea* POSSIDEBANTVR. Et *orat. II. qui agrum Recentoricum possident, vetustate* POSSESSIONIS *se, non iuris misericordia senatus, non agri conditione defendunt: nam illum agrum publicum esse fatentur: sed moueri* POSSESSIONIBVS *negant oportere.* Item: *Antea cum erat a tribun. pleb. mentio legis agrariae facta, continuo qui agros publicos, aut qui* POSSESSIONES *inuidiosas tenebant, pertimescebant.* Item *orat. III. Si isti agri partem aliquam iuris, aliquam similitudinem propriae* POSSESSIONIS, *aliquam spem diuturnitatis attingunt: nemo est, etc.* Item: *Immunia commodiore conditione sunt, quam illa, quae pensitant. Ego Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam: quia a municipio fundum accepi.* Sed haec omnia optime legis ipsius agrariae verba ostendunt; Quae publice data, donata, concessa, vendita. Patior, audio. quid deinde? POSSESSA Hoc tribunus pleb. promulgare ausus est, vt quod quisque post Marium et Carbonem Coss. POSSEDERIT, id eo iure teneret. quo qui optimo priuatum. Nam in lege ita erat: *Ea omnia eo iure sint, vt quae optimo priuata sunt. Priuata* enim appellat, quod Iauolenus agros proprie nominat. POSSESSIONES, vt ille fidem, qui non proprio et Quiritium iure, sed vsus caussa tenebantur: qualia sunt feudalia et emphyteuticaria praedia. Similiter ergo et feudatarius et emphyteutes POSSESSIONEM suam proprie appellabant, *l Moschis* 47. *§.* 1. *D. de iur. fisc* et qui iis fruitur, erit possessor, *l. item si* 15 *§.* 1. *D. de rei vind.* vel (vt est apud Sicul. Flaccum) publicae fidei POSSESSOR. Itemque superficiarius: cum superficiei proprietas et ciuili et naturali iure eius sit, cuius est solum. *l.* 2. *D. de superficiebus.* Interdum tamen abusiue POSSESSIONIS verbum proprie proprietatem quoque significat. *l. interdum* 78. *D. de verb. sign.*

PRAECEPTVM, siue PRAECEPTIO, pro scriptura, vel instrumento, vt in Lombard. *lib. II. tit. 17. Si Guastaldus aliquid per donationem adquisierit, sit illi stabile, si per* PRAECEPTIONEM *indulgentiae regis hoc illi fuerit confirmatum.* Et *tit. seq. Reddant omni tempore, secundum domini sui* PRAECEPTIONEM. Aimoin. *lib. V. tit. 36. Richildis compendium ad Ludouicum veniens, attulit ei* PRAECEPTVM, *per quod pater suus illi regnum ante mortem suam tradiderat.*

PRAEPOSITVS *militaris* quis sit, expositum est in *disput. c. 3.* A Graecis similiter dicitur πρεσβύς, apud Xenoph. in Laced. republica.

¶. 2. PRAEPOSITVS *ecclesiasticus* Latine dicitur, qui a Graecis *oeconomus*, hoc est, qui prouentus ecclesiasticos administrat et secundum episcopum plebi praeest. lib. *feud. I tit. 1. §. 1. Abbas,* PRAEPOSITVS, *si antiquitus consuetudo eorum fuerit, feudum dare possunt.* Lombard. *lib. I. tit. 32. Si quis* PRAEPOSITVS *aut ministerialis aliquas res ecclesiae, quas prouidère debet, aliquo inscriptionis titulo cuique concesserit, quod ad damnum alicuius ecclesiae pertineat, pro sacrilegio computetur.* Saepe autem *abbas, custos,* PRAEPOSITVS coniunguntur, vt in Lombard. *lib. II. tit. 54. l. 18. et l. 19.* et *lib. III. tit. 10. l. 1.* Canonistae in *c. Saluator 1. qu. 3.* proferunt locum Augustini in Iohannem, vbi haec ecclesiastica procuratio tanquam profana damnatur. Meminit Iustinianus *in Nou. 67. §. 2.* vbi si episcopus diutius ecclesiam deseruerit, vetat oeconomum quidquam ei prouentuum suppeditare: ac iubet eos potius in pios vsus conferri.

PRE.

[PRECARIA, genus est contractus ad precarii similitudinem institutum: quam contractum appellat *l. contractus D. de reg. iur.* Est autem PRECARIA *conuentio de re alterius vtenda, fruenda, ea lege, vt certis temporibus renouetur.* [Aliter Cuiacius: PRECARIA est cessio vsusfructus rei immobilis, quae fit clerico ad tempus, vel dum vixerit, ea lege, vt ecclesiae ministerium exhibeat.] Magna autem inter *Precarium* et PRECARIAM differentia est. Nam *Precarium* sine precibus non constat. *l. 1. et l. 2. in fin. D. de precar.* et apud Paul. *lib. sent. 3. tit. 6 §. heres.* PRECARIA interdum sola concedentis sponte et voluntate: et ita sine precibus accipientis contrahitur. Illud tam mobilium quam immobilium rerum est, *l. 4. D. eodem:* PRECARIA praediorum, interdum etiam pecuniae. Illud ex mera concedentis voluntate pendet, neque certi temporis obligationem recipit, *l. 1. et l. cum de precario 12. D. eod.* haec certum plerunque ad tempus datur; veluti ad vitae tempus: neque prius renouari potest. Illud mere gratuitum est, *l. 1. D. eod.* haec plerumque mercedem recipit. Illud renouandum non est, hoc certis temporibus renouatur; veluti quinto quoque anno: vt in concilio apud Beluacenses, de quo *in cap. 1. extr. de prec.* Et *in LL. Franc. lib. IV. tit. 36. de precariis, vt vbi modo sunt, renouentur.* Quemadmodum autem PRECARIVM interdum conuentio est, de re, quam quis oppignerauit, PRECARIO recipienda, et ad tempus vtenda, *l. certe 6. in fin. et l. si debitor 10. D. de precar.* et apud Isidor. *lib. etymolog. V. c. 25.* PRECARIVM *est* (inquit) *dum prece creditor rogatus, permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati demorari, et ex eo fructus capere.* sic PRECARIA interdum dicebatur de re, quam donator ipse ab eo, cui eam dederat, fruendam recipiebat, vt *in Capit. Caroli et in Lomb. lib. II. tit. 18. de vlt. volunt. l. 4. Noscat sibi interdictum esse duas de eadem re facere traditiones: sed postquam vnam de rebus traditionem,* (in Capitulari legitur ORDINATIONEM) *fecerit, aliam de ipsis rebus faciendi nullam habeat potestatem: ita tamen si vsumfructum voluerit habere, per* PRECARIAM *res traditas vsque in tempus definitum possidendi sit concessa facultas.* Patet igitur eum, qui rei alienatae vsumfructum retinet, vt *in l. quisquis 28. Cod. de donat.* titulum hunc vsurpasse, vt per PRECARIAM eam rem possideret. Et hoc nimirum est, quod scribit B. Rhenanus *rerum Germanic. lib. II. Quidam,* inquit, *in illo recenti Christianismo res suas ecclesiae donabant, et rursum agros aut domum in beneficii modum recipiebant, ad vitae suae tempus: non citra tamen pensitationem: nec filius post mortem patris, aut heres vindicare sic donata poterat.* Item *in legibus Aleman. tit. 2. Si quis liber res suas ad ecclesiam dederit, et per chartam firmitatem fecerit, et post haec a pastore ecclesiae per beneficium susceperit ad victualem necessitatem conquirendam diebus vitae suae, et quas despopondit, persoluat ad ecclesiam censum de illa terra, post illius decessum nullus de heredibus contradicat.* Alterum PRECARIAE exemplum exstat apud Nauclerum *Gener. 25.* ex concilio Carolomanni. *Statuimus, vt sub* PRECARIO *censu aliquam partem ecclesiasticae pecuniae in adiutorium exercitus nostri aliquanto tempore retineamus: ea conditione, vt annis singulis de vnaquaque casata, solidus, id est, duodecim denarii, ad ecclesiam reddantur: eo modo, vt si moriatur ille, cui pecunia adcommodata fuit, ecclesia cum propria pecunia reuestita sit, et iterum si princeps iubeat,* PRECARIVM *renouetur.*

¶. 2. PRECARIAM etiam dixere pro cuiusuis rei vso precibus impetratae, etiam pecuniae. Petr. de Vineis *lib. epist. III. c. 11.* in priuilegio academiae Neapolitanae. *Mutuum fiet scholaribus ab illis, qui ad haec fuerint ordinati datis libris in pignore, et* PRECARIO *restitutis: receptis a scholaribus fideiussoribus pro eisdem. Scholaris vero, qui mutuum recipiet, iurabit, quod de terra aliquatenus non recedet, donec* PRECARIA *restituet, vel mutuum ab eo fuerit exolutum: vel alias satisfactum fuerit creditori.* Sensus est igitur: studiosos daturos libros pignori, sed creditores eis libros PRECARIO concessuros. Item Frideric. in *priuil. ciuitati Viennensi concesso,* in Vienna Lazii *lib. II. c. 5. Vt iudex nullus taliam seu* PRECARIAM *in praedictos ciues facere audeat.*

PRI.

[PRIMOGENITI appellatione iure feudali non venit *primogenita.* Cuiac. *II. feud. tit. 11. fin.*]

PRO.

PROCLAMATOR, qui causam agit, qui litem intendit. *lib. feud. II. tit. 27. §. 4.* PROCLAMATORI *etiam damnum restituat.* Sic *lib. leg. Franc. IV. c. 7. Declamatoribus vel causidicis, qui iudicio Scabinorum adquiescere nolunt, etc.* Cicero *de orat. I. Non enim causidicum nescio quem, neque* PROCLAMATOREM, *aut rabulam hoc sermone conquirimus.* Sic in capit. Caroli: *Si autem de possessionibus*

nibus suis super eos clamor ad iudicem venerit, mittat iudex clamantem cum misso suo ad episcopum [Liuius *lib. XXII. Animum ad spem liberalioris fortunae adiecit, totaque et forum placuere*, PROCLAMANDO *pro sordidis hominibus caussisque aduersus rem et famam bonorum in notitiam populi peruenit.*]

[PROFECTITIVM *feudum*, vide *nouum feudum.*]

PROPRIVM, siue PROPRIETAS dicitur, quod aliis locis passim *allodium*, propterea quod eius PROPRIETAS solida penes dominum est, neque alteri eius vsusfructus est constitutus *lib. feud. II. tit. 17.* et *tit. 29.* et *tit. 43.* Iurisconsulti modo PROPRIETATEM cum vsufructu, modo vsumfructum PROPRIETATI mixtum appellant. *l. 4. D. si vsusfruct. petat. l. 4. D. de vsufr. adcrescend.* Sic *leg. Franc. lib. I. c. 126. Vt vnusquisque de suo beneficio suam familiam nutricare faciat, et de sua* PROPRIETATE *propriam familiam nutriat: et si, Deo dante, super se, et super familiam suam, aut in beneficio, aut in alode annonam habuerit, etc.* Et *lib. IV. c. 51.* Itemque in *Capitul. Carol. Audiuimus, quod aliqui reddant beneficium nostrum ad alios homines in* PROPRIETATEM, *et in ipso placito date pretio comparant ipsas res iterum sibi in alode, etc.*

QVA.

[QVATERNATVM *feudum*, cuius in constitutionibus Neapolitanis mentio fit, est, teste Cuiac. *l. feud. tit. 9.* quod in *quaternionibus* Doanae inscriptum est]

REC.

RECOGNOSCERE *feudum*, est beneficii sui auctorem agnoscere, eique illud acceptum referre, eoque nomine fidem illi et obsequium deferre. *lib. feud. II. tit. 27.* et *tit. 34. §. 3.* Dicebant et RECOGNOSCERE *de manu.* Albert. Krantz *lib. Dan. VI. cap 17. Ibi tum Caesar causari coepit, quod rex tardius adueniisset, imperio Romano deuinctus obsequio, quod regnum illius de manu* RECOGNOSCERET. Idem *lib. VII. cap. 41. Ita tamen vt iuxta regni iura feudum a corona* RECOGNOSCAT, *et inde praestet obsequia.*

RECTVM *feudum*, idem quod iustum, id est, quod *recto* iure, quod iusto et legitimo modo constitutum, quod iusta inuestitura quaesitum est, *lib. feud. II. tit. 2. §. 2. et tit. 3. §. 1. et tit. 20. et tit. 46.* Sic Iustinianus *§. 1. de fideic. hered. Opus esse, vt aliquis* RECTO *iure testamento heres instituatur*, id est, secundum iuris ciuilis praescripta et regulas, atque adeo verbis directis et solemnibus. Obertus *lib. II. tit. 8. §. 2.* pro RECTO feudo dixit, *Rem per beneficium* RECTE *inuestitam.*

REF.

REFVTARE, *renunciare, cedere*, vt REFVTARE *feudum* vassallus dicitur, cum aut patrono id cedit, quasi vsufructuarius domino vsumfructum, *lib II. tit. 9. §. 1.* et *tit. 38.* aut agnato proximiori: siue id de iam quaesito feudo fiat, vt *lib. II. tit. 26. §. 27. et tit. 46.* siue de sperato tantum, vt *lib. II. tit. 46.*

R E G.

REG.

REGEM feudistae plerumque pro imperatore nominant: vnde *regalia* pro imperatoris iura: ex quo quantum a Romana consuetudine isti abhorreant, intelligi potest. Liuius *lib. XXVII. Circumfusa inde multitudo Hispanorum, et ante deditorum, et pridie captorum,* REGEM *cum ingenti consensu appellauit. Tum Scipio silentio per praeconem facto, sibi maximum nomen imperatoris esse dixit, quo se milites sui appellassent: regium nomen alibi magnum, Romae intolerandum esse. Regalem animum in se esse: si id in hominis ingenio amplissimum ducerent, tacite iudicarent: vocis vsurpatione abstinerent.* Interdum tamen REGIS nomine Langobardicus rex intelligitur, nam Italiae REGVM nomen Langobardi vsurparunt: cuius rei monimentum insigne subscribemus, quod exstat in vrbe Viterbio: vnde Adriani papae et Desiderii regis nobilitatae multorum scriptis inimicitiae intelligentur.

DECRETVM DESIDERII REGIS ITALIAE.

Reuocamus statuta regis Astulfi contra Vetulanos edita, vt lacus non Tirensium, sed Vetulonum sit, quia lacus magnus ideo Italiae, quia eorum ager prius est Italia dicta ab ibi sede Itali et vt suam Longulam non Longobardulam, sed cognomine sui ampliatoris, Tireni Terbum vocent: et, vt sub vno muro cingant tria oppida, Longulam Vetuloniam, Tirenam, Volturnam, dictam Etruriam, totamque vrbem nostra adiectione Viterbum pronuntient: vt de Roda et ciuitate Balneoregium dici iussimus, permittimus pecuniis imprimi F. A. V. L. sed amoueri Herculem, et poni sanctum Laurentium eorum patronum, vt facit Roma et Bononia. Iubemus quoque reparari Cortanientam, Dardanum, Assium, Foranum, Cornietum, Tuscanellam. Nos enim non sumus Tusciae destructores: vt nos apud Gallos accusat Adrianus papa: nam in Tuscia aedificauimus a fundis, vobis quidem Volsarrentis, Caluellum, vicum Orsianum, Balneariam, Barbaranum et Cariofilum: Seatinatibus autem Ausdonias et Rodacosanam, Volatertz Rodacomalum. Lane. Stergiaxum, Petram Sanctam, olim Fanum Feroniae, Forensibus, Sanctos Geminianum et Miniatem, Fessulanis, oppidum Munionis, in quod vagos sparsos, Arinianos et Palantes, Fluentinos: Collegimus rursus plures antiquas nobiles vrbes, ampliauimus, et muris cinximus. Et nunc ibidem agimus, circa Lucam, Pistorium, Aretium, Orbitum. et Etruriam, nunc Viterbum, cuius nomen aut a nobis constituta decreta, si quis violauerit, aut capite puniatur, aut laqueo strangul etur. Hoc itaque non est, Etruriam destruere. vt nos arguit Adrianus, qui pacem vltro a nobis oblatam respuit. Quare tibi Grimoalde, praefecte Viterbiensis, praecepimus: vt, quam diu dubia pax perseuerat, iubeas omnes Tusciae milites paratos esse in armis, et commeatus ac stipendia siue auaritia in prompta habeas: vt, non solum occurrere hostibus, sed etiam illos inuadere - - - ciues non grauabis nouis exactionibus - - - ex Papia venient .. Viterbiensis--- Atque haec quidem hactenus Illud autem praetermittendum non videtur, cum inuisum Romae REGIS nomen esset, qui euersa repub. dominatum arripuerunt, imperatoris aut principis nomen sibi sumpsisse. De impera-

 tore,

REG.

tore, Tranquillus auctor est. Itemque Dio *lib XLIII.* De principe, Tacitus *lib. I* Lepidi, inquir, *Antonii arma in Augustum cessere, qui cuncta discordiis ciuilibus fessa, nomine principis sub imperium accepit.* Et aliquanto post. *Non regno tamen, neque dictatura, sed principis nomine constitutam rempubl* Sed vbi de re conuenit, minus de verbo laborandum est, cum vere proprieque omnes REGES et finr et appellentur: siue dictatores, vt Caesar: siue principes, vt Augustus: siue imperatores, vt ipsius successures: siue pontifices, siue etiam rribuni nominentur. Cuius nominis ac potestatis suauis ad ridendum historia exstar apud Naucler *Gener 45. sub anu MCCCXLVI.* de Nicolao, quodam ciue Romano, qui papa auctore totius orbis dominatum sibi arrogauit; proque eo iure regibus et imperatoribus omnibus diem dixir, cuius rei formulam ex eiusdem Naucleri commentariis exscribemus. *Nos candidus Spiritus sancti miles Nicolaus seuerus et clemens liberator vrbis, zelator Italiae, tribunus Augustus, voleates et desiderantes donum Spiritus sancti, et liberatores antiquos Rom principes, quantum nobis permittitur imitari. Notum facimus vniurrsis, quod quidem a nobis post assumptum tribunatus officium, Romanus populus de consilio omnium et singulorum iudicum, sapientum et aduocatorum vrbis recognouit, se adhuc illam habere auctoritatem potestatemque, atque iurisdictionem in toto orbe terrarum, quam habuit in principio et summo argumento vrbis praefatae Et omnia priuilegia facta in praeiudicium auctoritatis et potestatis et iurisdictionis huiusmodi ad se reuocauit expresse. Nos igitur auctoritatem, potestatem et iurisdictionem antiquam nobis concessam a populo Rom. in publico Parlamento, et nuprr a domino nostro summo pontifice, vt patet per apostolicas Bullas eius, ne videamur de dono et Spiritus sancti gratia, et sacri Romani populi fauoribus ingrati, iure et forma, quibus melius possumus et debemus, decernimus, et declaramus, et pronanciamus, cives esse Romanos, quos et Romana libertate volumus gaudere Eadem auctoritate, et gratia Dei et Spiritus sancti ac Romani populi dicimus, profitemur, ac etiam declaramus, Romanum imperium, iurisdictionem, ac etiam monarchiam totius sacri imperii ad ipsam almam vrbem, ac eius populum, aec non ad vniuersam Italiam pertinere, et eusdem sore legitime deaolatas, multis rationibus et causis, quas suo loco declarari faciemus dantes et praesigentes in bis scriptis omnibus et singulis praelatis, imperatoribus electis, electoribus, regibus, ducibus, principibus, comitibus, marchionibus, populis, vniuersitatibus, et quibuscunque aliis in genere et in specie, cuiuscunque prouinciae, status et conditionis existant: et contradicere volentibus seu in electione praefata ac ipso imperio iurisdictionem, potestatem et auctoritatem praetendentibus quoquo modo terminum binc ad festum pentecostes proxime futurum, ita quod intra praedictum terminum in ipsa alma vrbe rt sacrosuncta Lateranu ecclesia coram nobis et aliis officialibus domini nostri papae et Rom. populi debeant cum eorum iuribus comparere, alioquin a dicto termino in antea procedetur, prout de iure fuerit procedendum, et nihilominus ad praedicta omnia in specie citari facimus illustres principes, Ludouicum ducem Bauariae, et Carolum regem Bohemiae, qui se asserunt imperatores et imperium electos, ducem Saxonem, marchionem Brandenburgensem archiepiscopos Moguntinensem, Treuirensem et Coloniensem, qui in dictis terminis et loco comparere debent coram nobis et aliis Romani populi officialibus personaliter, alioquin in eorum contumaciam procedemus, eorum absentia non obstante. Dat. etc.*

REG.

REGALIA, nomen est multiplex, nam eo plerunque feuda omnia regis beneficio concessa intelliguntur. Interdum ecclesiastica duntaxat maiora et primaria, qualia sunt archiepiscopatus, episcopatus, abbatiae, quae solius regis concessu et munere conferebantur. Interdum ius ipsum atque auctoritas *regalia feuda* et beneficia conferendi, ceteraque iura fiscalia. Interdum insignia honoris, quae vassis *regalibus* solemni more tribuuntur: quorum exempla subscribemus. ¶. 2. REGALIA, pro feudis regalibus: qualia sunt ducatus, comitatus, marchiae, vt lib *feud. I. tit. 14. §. 1.* et lib. *II. tit. 34. §. 1.* Radeuicus *lib II. c. 5.* vbi de Friderico imperatore pro tribunali in Roncaliis sedente loquitur: *Deinde* (inquit) *super iustitia regni: et de* REGALIBVS, *quae longo iam tempore seu temeritate peruadentium, seu neglectu regum imperio deperierant, studiose disserens, cum nullam possent inuenire defensionem excusationis tum episcopi, quam primates, et ciuitates, vno ore, vno assensu, in manum principis* REGALIA *reddidere, priaique resignantium Mediolanenses exstitere. Requisitique de hoc ipso iure quid esset, adiudicauerunt, ducatus, marchias, comitatus, consulatus, monetas, telonia, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piscarias, portus, omnemque vtilitatem ex decursu fluminum prouenientem: nec de terra tantum, verum etiam de suis propriis capitibus census annui redditionem. Hisque omnibus in fiscum annumeratis tanta circa pristinos possessores vsus est liberalitate, vt quicunque donatione regum aliquid horum se possidere instrumentis legitimis educere potrat, is etiam nunc imperiali beneficio, et regni nomine id ipsum perpetuo possideret, etc. His tamen qui nullo iure, sed sola praesumptione* REGALIBVS *se intromiserat 20. millia tuleatorum plus minusue redditibus publicis per singulos annos accessere.*

¶. 3. REGALIA pro maioribus et opulentis sacerdotiis: cuius rei exempla multa c. *dispus. 8.* expofuimus. Radeuicus *lib II. c. 15. Cum Adrianus papa audisset, quod* REGALIA *principi tum ab episcopis et abbatibus, quam a ciuitatibus et proceribus recognita fuere, literas super hoc negotio dirigit.* Et in epist. Imp Friderici, ad illum papam, apud Naucelerum: *Ab episcopis qui* REGALIA *nostra tenent, cur homagium et* REGALIA *sacramenta non exigamus? Aut igitur* REGALIA *nostra nobis dimittant: aut quae Dei, Deo, quae caesaris, caesari persoluant.*

¶. 4. REGALIA pro iure et potestate conferendi feuda et beneficia REGALIA: quod per sceptrum fiebat. Otto Frising. *lib. Chron. VII. cap 14. Occasio autem sceleris haec fuit, quod rege Romam tendente, inter ipsum et papam conuentio facta, ab obsidibus firmata narratur, vt scil. rex episcoporum inuestituras remitteret, et papa ipsi* REGALIA *eorum resignaret Itaque dum Romam venisset, ac a pontifice promissa sibi persolui exegisset, papa, eo, quod reclamantibus episcopis, ea, quae petebantur, adimplere non posset, tanquam nocens, cum per omnia esset innocens,*

REG.

mocens, custodiae mancipatur. Videns hoc etc. Et mox: *Ad postremum pacem sic facere coactus est: episcoporum scilicet inuestiturus per annulum et baculum imperatori concedere.* Quibus ex locis oppatet, inuestituram per annulum et virgam siue baculum fieri solere, cum REGALIA per sceptrum dari mos esset: vt alio loco docuimus. Otto Frising *lib. Frid. II. cap. 6. Tradit enim curia et ab ecclesia eo tempore, quo sub Henrico V. de inuestitura episcoporum decisa fuit inter regnum et sacerdotium controuersia, sibi concessum autumat, quod obeuntibus episcopis, si forte in eligendo partes fiunt, principis arbitrii esse, episcopum quem voluerit, ex primatum suorum consilio ponere, nec electum aliquem ante consecrandum, quam ab ipsius manu* REGALIA *per sceptrum suscipiat.* Atque hinc factum est, vt Gallica consuetudine REGALIORVM nomine passim apud pragmaticos intelligantur iura Galliae regis in maioribus sacerdotiis conferendis, aot eorum fructus parte aliqua sibi retinenda. Qua de re exstat libellus Aegidii magistri praetoris Parisiensis ad eiusdem ius regis asserendum accommodatissimus. Nam cum hac de re controuersia illis a pontificibus Romanis fieret, tandem Philippi Valesii edictum in hanc sententiam promulgatum est: *Philippus Dei gratia Francorum rex Quoniam disputatam est a nonnullis, an penes nos ius potestasque esset mandandi sacerdotia, beneficia, et honores ecclesiasticos, denunciamus, ac profitemur, re diligenter quaesita et deliberata, compertum nobis esse, superiores reges Franciae, antecessores nostros, ius illud perpetuo tenuisse, nosque pro nostro iure semper antehac sacerdotia mandasse, atque in posterum mandaturos esse. Vincennis mense Octobr.* M. CCCXXXIV. Haec ex lib. Aegidii magistri ad verbum. ¶. 5. REGALIA pro insignibus et ornamentis regiae inaugurationis. Luitprandus Ticinens. *lib. II cap 7. Cunradus imperator coronam sceptrum et quaecunque* REGALIA *sunt indumenta, in medium venire praecepit, et haec verba effudit: Heredem regiaeque dignitatis vicarium* REGALIBVS *meis ornamentis Henricum constituo* Et mox: *Ipso mortuo principes coronam, cunctaque* REGALIA *indumenta duci contulerunt.* Witich *lib. II. Super altare* REGALIA *insignia posita erant, gladius cum balteo, chlamys cum armillis, baculus cum sceptro ac diademate.* Video etiam *imperialia* eadem dici: vt apud abbatem Vrsperg *in Chron anno 1106. Ipsa partis vtriusque consiliis annuens,* REGALIA *vel imperialia insignia, crucem scilicet et lanceam, sceptrum, globum atque coronam filii potestati tradidit* Otto Frising. *lib. VII. cap 40. Reuersi ad filium optimates, imperialia deferunt, eumque regem creant* Item *in Chron. anni 1153. Volebat enim tenere imperium cum in potestate sua haberet insignia imperialia, vtpote coronam et crucem, et alia quae attinebant* Otto Frising. *lib VII. cap 23 Itaque, Cunradus rex curiam in praedicta ciuitate maximo conuentu principum habuit: vbi omnes Saxones vltro se suae ditioni subdidere, solus ex principibus, dux Henricus* REGALIA *seruans aberat, ad quae reddenda dies ei praefigitur. Quo veniens* REGALIA *quidem multis illectus promissis reddidit, sed tamen ea minime consecutus* (id est, recuperans) *infecto pacis negotio sine gratia eius discessit, tandem ducatus ei abiudicatur.* Quibus ipsis totidem verbis abbas Vrsperg. vtitur in Chron. anni 1138.

REL. REL. REV. ROM.

REL

[REISA, obsoleto Germanico vocabulo, excursio militaris significari videtur. Cuiac. *V. feud.*]

REL.

RELEVIVM dicitur honorarium, quod nouus vassallus patrono introitus causa largitur: quasi morte alterius vassalli, vel alio quo casu feudum ceciderit, quod iam a nouo subleuetur. Leo *Nou. 33* εἰς δεκτικὸν nominat. Veteres *introitum* appellabant, vt *in l penultim § vltimo D. de leg. II* Plinius *lib epist. X ad Traianum de adiectione honorarum Lex Pompeia, domine, qua Bithyni et Pontici vtuntur, eos qui in bulem a censoribus leguntur, dare pecuniam non iubet: sed iis, quos indulgentia tua quibusdam ciuitatibus super legitimum numerum adiicere permisit, et singula millia denariorum et bina intulerunt. Anicius deinde Maximus proconsul, eos etiam, qui a censoribus legerentur, duntaxat in paucissimis ciuitatibus aliud aliis iussit inferre. Superest ergo, vt ipse dispicias, an in omnibus ciuitatibus certum aliquid omnes, qui deinde* buleutae *leguntur, debeant pro introitu dare. Nam quod in perpetuum mansurum est, a te constitui decet, cuius factis dictisque debetur aeternitas.* Traianus Plinio. *Honorarium decurionatus omnes, qui in quaque ciuitate Bithyniae decuriones fiant, inferre debeant, nec ne? in vniuersum a me non potest statui Id ergo quod semper tutissimum est, sequendam cuiusque ciuitatis legem puto, scilicet aduersus eos, qui inuiti fiunt decuriones, existimo id acturos, vt erogatio ceteris praeferatur* De hoc quoque RELEVIO mentio fit in Constit. Neapol *lib III. tit. 25. Recepto veruntamen aliquo* RELEVIO, *vt est moris, quod quantitatem decem vnciarum auri non excedat, pro assignanda possessione terrae concessa.* Sic in emphyteusi cum fundus alienatus est, domino quinquagesima pretii pars erogatur *l 3. Cod de iure emphyt.* Sed acerbiora RELEVIA illa sunt, quibus Scoti veterum regum institutis olim vtebantur. Nam cum ab vno rege feuda omnia recognoscerent, vassallo mortuo, praediorum fructus omnes vsque dum filius vnum et vigesimum impleret annum, regibus RELEVII causa tribuebant. Hector Boeth. *lib XI II. Werdus autem vocant, vt cum parentes, antequam liberi ad iustam peruenlant aetatem, id est, 21. annum, vita decedunt, tum rex omnes reditus, omnesque fructus, qui ad eam vsque heredis aetatem proueninut, pro suis habet, occupatque, heredisque interea curam suscipit* Item *lib XI. Et quidquid per id tempus ex eo agro emolumenti proueniret Wardiam cum vsumfructum nostri vocant, vniusque inde anni, eiusdem agri census, quem* RELEVIVM *vulgo aut Releuatum dicunt, vniuersa cum heredis dote, si nullam eius desponsationem viuens pater fecerit, cum in hereditatem admittitur: fisco penderetur regio.*

REV.

[REVESTITVS (vid. *inuestitu igitur res*) cui res aliqua, cuiuscunque generis reddita est; quasi cum quis re, quam amiserat, rursum vestitus et instructus est.]

ROM.

ROMANIOLA, siue ROMANDIOLA,

LA, quae in feudorum libris aliquoties nominatur, ea pars Italiae est, quae Ariminum vsque producta, olim Flaminia, et ab Arimino ad Rauennam et Bononiam Aemilia vocitata est: qoondam Gallia togata: posterioribus temporibus Raoennae exarchatus. Otto Frising. *lib Frider. II. cap. 7. Ex quu contigit, vt circa exarchatum Rauennatensem artatis antiquis eiusdem prouinciae incolis, ea pars Italiae, quae antea Aemilia dicebatur, nunc* ROMANIOLA (*quod diminutiuum a Roma tractum noscitur*) *vulgo vsque bodie dici soleat.* [Flauius Blond. *lib. I. decad. 2. Langobardorum gentem tam multis Italiae populis, affinitatibus, ac sanguinitate coniunctam, ne eiicere tutum, nec delere humanum videretur: pontifex imperatorque constituerant, vbi sedem, diu et status sui fundamenta babuerant, genti Langobardiae nomen et situm patrium conseruare, vtque propinquior coniunctiorque nominis Romani memoria fines illis faceret certiores, baberentque illi probatae erga Romanos fidelitatis vicinos, quibus cura esset aut motus eorum compescendi, aut magistratus renunciandi, quidquid exarchatus Rauennatis fines complectantur,* ROMANDIOLAM *placuit appellari.* Item *in lib. de Italia illustrata: Quam longitudinem et nunc babet Rauennatis ecclesiae exarchatus prouincia, cuius tota id* ROMANDIOLAE *nomen olim obtinuit: quod quidem nomen ostendimus in bistoriis, Carolum Magnum et Pipinum Adriano pontifici Romano post oppressos, dominioque priuatos Langobardos, maxime ex causa indidisse, quod toto Langobardorum tempore Rauenna cum propinquis aliquot ciuitatibus et populo Romano fidem constantissime seruauit.* Scitum est autem, quod de ROMANDIOLA scribit Antoninus Florent. *part. bistor. III. tit 20. cap. 3. Rodolphus* (inquit) *electus imperator obligauit se intra tempus venire Mediolanum sub poena excommunicationis: quod tamen non implenit in partibus Alemanniae guerris sibi suscitatis, vnde nec coronam, nec benedictionem imperialem ab ecclesia suscepit: et excommunicatus propter boc, processu temporis, reconciliationem recepit ab ecclesia, et in satisfactionem ecclesiae ipsi comitatum concessit* ROMANDIOLAE. Iohan. Nauclerus *Gen. 27. Itaque pontifex imperatorque statuerant, vt vbi sedem ducentos et amplius annos, ac status sui fundamenta babuissent, papae, Mediolani, et in quibusdam locis aliis trans Padum genti Langubardae nomen et situm patrium maneret, et vt propinquior coniunctiorque nominis Romani memoria fines illis faceret certiores quicquid exarchatus Rauennatis fines complectitur,* ROMANDIOLAM *placuit appellari.* Haec ille.]

RON.

RONCALIA, de qua in libris feudorum multis locis mentio fit, vt *lib. II. tit. 52 §. 3.* his exponitur verbis ab Ottone Frising. *lib Frider. II. cap. 12 Inde castra mouens in campo* RONCALIAE *super Padum non longe a Placentia mense Nouembri resedit. Est autem consuetudinis regum Francorum, quae et Teutonicorum, vt quotiescunque ad sumendam imperii Romani coronam militem ad transalpisandam coegeriat, in praedictu campo mansionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto, scutum suspenditur, vniuersorumque equitum agmen feuda babentium ad excubias proxima nocte principi faciendas per curiae praeconem exposcitur: quod sectantes qui in eius comitatu fuerunt, singuli singulos beneficiatos suos per praecones exposcant. At sequenti die quicunque nocturnis vigiliis defuisse deprebensus fuerat, denuo ad praesentiam regis aliorumque principum, vel virorum illustrium euocatur: sicque omnes omnium beneficiati, qui sine bona voluntate dominorum suorum domi remanserunt, in feudis condemnantur. Hunc morem principe secuto, non solum laicorum feuda, sed et quorundam episcoporum, id est, Hartuici Bremensis et Vlrici Hamberstatensis regalia personis tantum, quia nec personis, sed ecclesiis perpetualiter a principibus tradita sunt, adiudicata fuere.* Itemque a Gunthero *lib. II.*

-- Tunc demum signa reuelleas
RONCALIA *properat rapidis attingere castris,*
Est lucus Italiae, modicum seiunctas ab vrbe:
Cui, quia pulchra situ placet, inde Placentia nomen,
Planus et Eridani placido iunctissimus amni:
Effundit latos spatioso limite campos.
Hic quoties claram regnator tendit ad vrbem
Teutonis, Ausoniam sumpturus rite coronam,
Ponere castra solet: ligno suspenditur alte
Erecto clypeus: tunc praeco regius omnes
Conuocat a dominis feudalia iura tenentes.
Excubias regi prima celebrare fideles
Nocte, vetustorum debent ex more parentum:
At quicunque domi, domino nolente relictus
Defuerit, feudo priuari curia censet, etc.

Lotharius imperator *lib. feud. II. tit. 52. §. 7. Dum apud* RONCALIAM *secundum antiquorum imperatorum consuetudinem pro iustitia ac pace regni componenda consideremus.* Et *tit. 55. Dum ex praedecessorum nostrorum more vniuersalis curiae* RONCALIAE *pro tribunali sederemus, a principibus Italicis non modicas accepimus querelas etc.* Abbas Vrsperg. *in Frider. I. Pro reparando itaque iustitiae vigore omnibus Lombardis et Italicis* RONCALIAM, *vbi mos Lombardorum est iustitiam suam requirere, et ab imperatoribus recipere, diem certam et curiam publicam ad praesentiam principum, qui tunc aderant, eis designauit: edictumque est ab imperatore, vt de singulis Italiae vrbibus viri idonei* RONCALIAM *conuenirent, barones et alii, qui causas baberent.*

SAB.

[SABINORVM nomen est iudicum ex Hebraica lingua deflexum, vsuque in Germania passim receptum, Cuiac. *I. feud. 1. §. 16.*]

SAC.

SACRAMENTALES *coniuratores,* vna iurantes a sacramento, id est, iuramento, dicebantur ii, qoi quamuis rei, de qua ambigebatur, testes non fuissent, tamen ex eius, cuius res agebatur, animi sententia, in eadem, quae ille verba iurabant: ipsius videlicet probitate, et innocentia confisi. Nam tum demum adhibebantur, cum testes nulli exstarent. *lib. feud. I. tit. 4. §. 3. et tit. 10.* et *tit. 26.* Vassallos autem

SAC.

autem in SACRAMENTALIVM suorum numero minimum sex cognatos adhibebat: dominus partim cognatis, partim vassallis, partim extraneis vti poterat. *lib. feud. II. tit. 33.* Plura cognoscere ex LL. Langobardorum *tit. 41.* de Wadiis de sacramento fugientibus. Sic apud Greg. Turon. apud Parisios pater quidam pro filiae pudicitia iurat *Tandem*, inquit, *ne crimen consurgat vlterius, innocentem eam faciam sacramento; eleuatisque manibus super altari, iurauit filiam non esse culpabilem.* Forma autem huius iurisiurandi sic exponitur in legibus Aleman. *tit. 6. de iuratoribus. Ista vero sacramenta sic debent fieri, vt illi coniuratores manus suas supra capsam ponant, et ille solus, cui causa requiritur, verba tantum dicat, et super omnium manus suam ponat, et sic eam Deus adiuuet, vel illae reliquiae: et illas manus, quas comprehensas habet, vt de illa causa, vnde interpellatus est, culpabilis non sit.* In Lombardia autem plerunque *iuratores* vocantur, vt *lib. I. tit. 10. l. si quis ex leud. Si huius facti testes non habuerit, cum 12. iuratoribus legitimis per sacramentum affirmet, etc.* Video etiam hoc nomen apud Senecam, initio ludi Claudiani: *Si libuerit respondere, dicam quod mihi in buccam venerit, quis vnquam ab historico iuratores exegit?* Vbi *iuratores* meo iudicio pro testibus posuit. Neque reponendum est, *veritatem*, vt quidam existimarunt, propter illud Cicer. *de leg. I. Faciunt imperite, qui in isto opusculo non vt a poëta, sed vt a teste, veritatem exigant.* Quo ipso loco vereor, ne vox DELECTATIONEM absit, hoc modo: *Non vt a poëta delectationem, sed vt a teste veritatem exigant.* Nam statim ita sequitur: *Quippe cum illa ad veritatem referantur: in hoc ad delectationem pleraque.* [vide *Iusiurandum*]

SAL.

SALICA *lege vxorem accipere* dicitur, qui ea lege accipit, vt ei mane diei nuptiarum munus sponsalitium afferat: quod munus *Morgengabe* vel *Morganatica* dicitur, *lib. feud. II. tit. 30.* vide supra Morganatica. Est autem lex Salica eorum Francorum propria, qui Franci orientales dicti sunt, a Sala flumine denominata. Eginarthus *in Carolo Magno. Ac Salam fluuium, qui Thuringos et Sorabos diuidit, postea a Francis, qui orientales dicuntur, incolitur.* Item, alio loco: *Franci duas habent leges, plurimis in locis diuersas.* Significat autem eas, quae in volumine barbaricarum legum vocantur *Salica* et *Francica*: quae ipsa Francorum occidentalium propria est. Tamen Hermannus comes *in libell. de origin. Franc. Ripuariam* non Francicam nominat. *Duas*, inquit, *Francos habuisse leges, ipsorum autores testantur*, SALICAM *atque Ripuariam: quibus nullus regum ante Carolum Magnum adiicere quidquam tentauit.* Est autem *Ripuaria regio*, quae Rheno, Mosella et Mosa, quasi trianguli forma concluditur, et Neustria vel Austrasia vocatur. Guillelmus de Nangis (cuius libri nondum editi sunt) *sub anno 420. Franci coeperunt legibus vti, et legem* SALICAM *dictauerunt per quatuor gentis suae proceres electos de pluribus, qui, sicut lex* SALICA *declarat, indicauerunt.* Ex quibus intelligi potest, quam verum sit, quod nonnulli Claudii Seyssellii auctoritate adducti disputant, SALICAM legem mendose dici, pro *Galiicam*. Neque enim illos adiuuat, quod Vitus Amerbachius, in capitulari Caroli scribit, *Gallicam*, pro *Gallicanam* in antiquo suo codice scriptum fuisse: quod absurdissimum esse, verba legis perspicue demonstrant. *Vt cantum Romanum pleniter discant: ordinaliter per nocturnalia, vel graduale officium peragatur: secundum quod beatae memoriae genitor noster Pipinus rex decretauit, vt fieret, quando Gallicanum tulit: et ob vnanimitatem apostolicae sedis, et sanctae Dei ecclesiae pacificam concordiam.* Quis enim non videt his verbis significari, ante Pipinum regem moris fuisse, vt in Gallicis ecclesiis gallica lingua hymni Deo canerentur, et officium (vt ipse loquitur) perageretur: verum vbi Pipinus Gallicanum regnum papae beneficio adeptus est, cum Romano pontifici, de se optime merito, praeter cetera hanc gratiam retulisse, vt deinceps latina lingua officia ecclesiastica peragerentur. Quae eadem Caroli constitutio exstat *Leg. Franc. lib. I. cap. 74.* Francicam autem legem absurdum est ad Gallos nostros, siue potius Francogallos referre: cum Francorum nomine plerumque apud istius seculi scriptores generaliter Germani omnes intelligantur, vt alio loco puto me docuisse. Sic apud Petrum de Vineis *lib. epist. VI. cap. 25. Viuens iure Francorum, in eo videlicet, quod maior natu exclusis minoribus fratribus et coheredibus in castro ipso succedat, inter eos nullo tempore diuidendo.* Ioh. Nauclerus *Gen. 27. Carolus Magnus rex Francorum dicebatur: quod idem erat ac si nominatus fuisset rex Germaniae et Galliae.* Nam clarum est, quod eo tempore omnis Gallia Transalpina, et etiam Germania a montibus Pyrenaeis vsque in Pannonias Francia dicebatur. *Illa*, id est, Germanica, Francia orientalis: *altera*, id est, Gallicana, Francia occidentalis. In quo verae historiae concordant omnes.

SAP.

SAPIENTES, pro iurisperitis, vt apud Romanos, *Prudentes. lib. feud. II. tit. 5. Super negotio isto tale est* SAPIENTVM *nostrae ciuitatis consilium*, videlicet Oberti et Gerardi. Radeuicus *lib. I. c. 27. At* SAPIENTES *et legum periti persuadent, Mediolanenses, licet improbos et infames, iudicis tamen officio per legitimas inducias citandos esse*, hoc est, iudicis edictum vnum, mox alterum et tertium, seu vnum pro omnibus, quod peremptorium nominatur. Ex eodem SAPIENTVM numero quatuor illi principes Iustinianici iuris interpretes fuere, quorum glossis Accursium magnopere adiutum fuisse constat, de quibus idem Radeuicus *lib. II. cap. 5 Habens*, inquit, (de Frider. I. imp. loquitur) *videlicet Bulgarum, Martinum, Iacobum, Hugonem, viros disertos et in lege doctissimos, legumque in ciuitate Bononiensi doctores, et multorum auditorum praeceptores, etc.*

SCA.

[SCARA, vide *Bannitus*.]

SCV.

[SCVTIFERORVM, i. e. valuasinorum feuda ad libitum dominorum non possunt adimi, dum tamen seruiant laudationem curiae]

SENIOR, passim in libris his pro patrono, qui feudo dato vassallum sibi quaesiuit, [licet prouectae aetatis non sit, ea forma, qua senatores et presbyteros dicimus, morum potius, quam aetatis, habita ratione. Nomen igitur SENIORIS mite dominus feudi habet, quamuis adolescens sit aut iuuenis.] Docuimus autem *c. disput. feud. 3.* vocem esse barbaricam, *Signor*, quod dominum significat, vt in *Capit. Caroli Magni cap. V. art. 3. Vt nullus comparet caballum, bouem, iumentum et alia, nisi illum hominem cognoscat, qui eum vendidit, aut de quo pago est, vel vbi manet, aut quis est eius* SENIOR. Albertus Krantz. *lib. Dan. VIII. c. 3. Octoginta numero* SENIORVM *secum duxit obsides.* Et Nortm. *lib. II. cap. 21. Quis, ait ille, vester est princeps, aut* SENIOR? *Nullus, respondent illi. Nam aeque per omnia iure imperamus.* Et *cap. vltim. Nam* SENIOR *noster, vt vidisti, claudus non veniendi ad te veniam deprecatur.* Loquitur de Arnulpho Flandriae comite. Sic Britannici Armorici in libris *consuet. Britan. Iuigneur dicunt pro iuniore fratre* [Carolus Magnus *in concil Meldensi c. 2. Honor etiam regius et obtemperantia* SENIORI *debita, nobis exhibeatur.* Et *cap. 7. Videtur nobis si fideliter vultis regnare, vigorem regium ac* SENIORALEM *optatis habere.*] Neque vero praetermittendum videtur, quod *apud Antonin. Florent.* legitur *hist. part. II. tit. 17. c. 9 §. 7. In prouincia Tyrensi est quidam populus, castella decem habens, cum suburbanis suis. Estque numerus eorum ad quadraginta millia virorum. Ii non hereditaria possessione, sed meritorum praerogatiua magistrum sibi solent praeficere, quem spretis aliarum dignitatum nominibus* SENEM *vocant: cui tanto obedientiae et subiectionis vinculo solent se obligare, vt nihil sit tam durum, tam difficile, tam periculosum, quod ad magistri imperium non aggrediantur implere.* [Porro non absurde dubitari posset, vtrum priscis temporibus haec Gallica vox fuerit, an quod maiores natu imperium tenebant, Gallorum principes SENIORES appellati sint. Liuius *lib. XLIX. Legatis Romanis transalpini populi benigne responderunt:* SENIORES *eorum nimiam leuitatem populi Romani castigarunt.* Et *lib. V. Erant, qui extemplo Romam eundum censerent Vacere* SENIORES, *vt legati prius mitterentur.* Vtrobique de Gallis loquitur.]

SER.

SERVIRE posse *feudum* dicitur, qui eiusmodi est, vt munus, siue *seruitium* feudi nomine debitum praebere domino, ac nauare possit: veluti qui miles est, *lib. II. tit. 34. §. 4. At mutus, surdus, coecus, claudus,* SERVIRE *feudum non possunt. lib. II. tit. 35.* Hinc

SERVITIVM, munus obsequii clientelaris. *lib feud. II. tit. 51. §. 8.* Similiter potest feudum dari ad certum SERVITIVM. Albertus Krantz. *lib Dan. VII. cap. 35. Marchio remitteret homagiale* SERVITIVM, *quod habebat in quibusdam terris.* Proprie SERVITIVM est, officium seruile. Sallustius: *Animi imperio, corporis* SERVITIO *magis vtimur.* Itaque feodale officium vel obsequium libentius appellauimus. Nam saepe SERVITII nomine officium affectationis significatur, vt illud, quod imperii

vassalli imperatori suo debent. Krantz. *lib. Dan. VI. cap. 27. Vt deinceps rex Danus Romano imperio innectus haberetur: non vt in coetum vocatus accederet, aut in exercitu ordines ductitaret, principum aliorum more: sed magis specie, quam re imperio sociatus haberetur.*

[**SERVITVTVM** tria genera Stoicis. *Vnum,* quod definiunt ςέρησιν αὐτοπραγίας, quoties non est potestas viuendi vt velis, vt si liber homo carcere contineatur: *alterum ἐν ἥττησει*, vt ea, qua quis domino alieno contra naturam subiicitur: *tertium ἐν ὑποτάξει*, vt ea, quam seruiunt mercenarii, obaerati, addicti, vasalli, clientes.]

SOL.

SOLDATA, stipendium militi concessum in pecunia vel annona, sub conditione fidei atque obsequii. Fictum verbum a voce Germanica *Sold*, quae stipendium vel mercedem significat. Abbas Vrsperg. de Philippo imperatore. *Hic enim non haberet pecunias, quibus salaria, siue solda praeberet militibus, primus coepit distrahere praedia, quae pater suus acquisierat:* vnde *Soldurii* milites dicti. Feudistae autem a solidis nomen hoc deducunt. *lib. II. tit. 10.* SOLDATA *est praestatio quaedam annua gratuita, sic dicta, quia plerumque in solidorum donatione consistit, quandoque autem in vino et annona.* Et iis suffragatur Corolomannus *in edicto religioso, apud Auentin. lib. III. Propter crebra bella pars ecclesiasticae pecuniae, nempe 12. denarii, quem solidum vocamus, contribuantur mihi, quo militibus nostris praemia condigna laboris soluantur.* [Paulus Diaconus *de gestis Langob. lib. III. cap. 8. Hoc tempore Mauritius imperator Childeberto regi Francorum 50. millia solidorum per legatos suos dono misit, vt cum exercitu super Langobardos irrueret, eosque de Italia exterminaret: qui cum innumera Francorum multitudine in Italiam subito introiuit, Langobardi vero in ciuitatibus se continentes, intercurrentibus legatis, oblatisque muneribus pacem cum Childeberto fecerunt, qui cum ad Gallias reuertisset, imperator Mauritius solidos, quos ei dederat, repetere coepit.*] Hinc

SOLIDARII, qui et SOLDVRII dicuntur, milites alienigenae, mercede conducti. Otto Fris. *lib. I. Frider. I. cap. 20. Quo aduersus Guilielmum Siculum largitione pecuniae milites, qui* SOLIDARII *vocantur, colligerent.* Item *c. 21. Omnes pene tetri* (de Hungaris loquitur) *terris in armis procedunt, nisi quod iam ab hospitibus, quos nunc* SOLIDARIOS *dicimus, educati, principes et hospites nostros in armorum splendore imitantur.* Sigebertus *in Chron. ann. 1169. Capitaneos barones suos cum paucis secum duxit:* SOLIDARIOS *vero milites innumeros.* SOLIDARIOS opinor appellauit, mercede conductos: quos alibi *seruientes* dici video: vnde *Landsknecht*, quasi patriae seruientes. Hinc in legibus castrensibus Friderici *apud Otton. lib. Frider. I. cap. 26. Statuimus et firmiter obseruari volumus, vt nec miles nec seruiens litem audeat mouere.* Caesar *lib. de bell. Gallic. III. Adcantuannus cum sexcentis deuotis, quos illi* SOLDVRIOS *appellant, quorum haec est conditio, vt omnibus in vita commodis, vna cum his fruantur, quorum se amicitiae dediderint, etc.*

TALIAE.

TAL. TEN. TIM. TIT. VAL.

TAL.

[TALIAE. Exstat in *constit. regum Franciae* titulus *de taliis*, et in eo B. Ludouici lex notatu digna, his verbis: *Exactiones et onera grauissima pecuniarum per curiam Romanam ecclesiae regni nostri imposita, quibus regnum miserabiliter depauperatum existit, seu etiam imponenda: leuari et colligi nullatenus volumus: nisi duntaxat pro rationabili, pia et vrgentissima vel ineuitabili necessitate, ac de expresso et spontaneo consensu nostro et ipsius ecclesiae regni nostri*]

TEN.

TENOR, pro pactione communem feudi naturam ac rationem in contractu interposita, *lib. feud. II. tit. 1. §. 3.*

TIM.

[TIMARCHISIA, antiquum Germanorum vocabulum, significat equestris pugnae institutionem? de qua vide Cuiac. *I. feud. tit. 1.*]

TIT.

TITVLI primum erant certae sedes clericis attributae, in quibus munus suum exercent. Postea eo nomine praedia iis ad victum cultumqoe assignata *lib. feud. I. tit. 6. §. 1. Si episcopus, vel abbas, vel abbatissa, vel dominus plebis feudum dederit de rebus ecclesiarum, quae iis subiectae sunt, et* TITVLI *vocantur.* In Chalcedonensi concilio: Μηδένα ἀπολελυμένως χειροτονεῖσθαι, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον, μήτε ὅλως τινὰ, τῶν ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ τάγματι, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο, etc. Quae verba canonistae transtulerunt *in cap. neminem dist. distinct.* 70. vbi tamen POSSESSIONES pro PAGI vitiose legitur. Item *cap. 3. Sanctorum canonum statutis consona sanctionem decernimus, vt sine* TITVLO *facta ordinatio irrita habeatur: et in qua ecclesia quilibet intitulatus est, in ea perpetuo perseueret.*

VAL.

VALVASINI, diminutiuo vocabulo dicuntur, modo minores, modo etiam minimi valvasores, *lib. II. tit. 10. §. 1.* et *lib. I. tit. 15.*

VALVASORES, qui sint, exposuimus ad *lib. I. cap. 3.* VALVASORVM alii *maiores* siue *regii* sunt, qui secundum feudorum gradum obtinent: et a capitaneis regni feuda receperunt, qui et *vassi dominici* appellantur. Alii *minores*, qui ab eis feuda receperunt. Alii *minimi*, quibus ab his tradita feuda sunt. *lib. I. tit. 1. §. 1. et §. 4. tit. 15.* et *lib. II. tit. 10. §. 1.* Fridericus I *apud Radeuicum lib II. cap. 31. Non in praesentia et testimonio omnium Theutonicorum et Langobardorum, et episcoporum, et laicorum principum, et baronum et* VALVASORVM *omnem iustitiam atque consilium obtulimus, etc.* Eorum in Gallia nostra qualis conditio sit, Butelerius in *summa rurali* his exponit verbis: VALVASOR *dicitur nobilis, qui summae coercitionis, non etiam mundinarum et mercatus ius habet: (vn gentil homme, qui seigneurie de haute justice) esque barone inferior, atque ab ea feudum suum obtinet.*

VAS.

VASSVS (vt in *disput. feud. c. 2.* docuimus) generali nomine dicitur cliens, qui pro beneficio accepto fidem suam auctori beneficii obligauit. Hinc ¶. 2 VASSVS *regius*, qui datum a rege beneficium obtinet. Aimoinus *lib. V. cap. 56. Abbates etiam et regni primores ac* VASSI *regii se illi commendauerunt, et sacramento, secundum morem fidelitatem promiserunt.* Item *in legibus Baioar. tit. 3 siue regis* VASSVS, *siue ducis, omnes ad placitum veniant.* [Vide *Baro.*] Hinc

VASSALLVS diminuto vocabulo, inferioris ordinis cliens. Sunt, qui a Germanico *Gessel* deducant, quo nomine socius, comes, commilito significatur. Fortasse tamen in primitiuis potius, quam in deriuatiuis etymologia quaerenda est, qua de re copiose *in disput feud.* exposuimus. Deinde video Io. Auentinum *lib. hist. VII. Gesalos* Germanice nominare, quos Latin. verberones interpretatur, genus hominum nouae superstitionis, qui ad vmbilicum nudati flagris et verberibus sese in publico pro templis atque aris cruentabant. Nauclerus *Gener. 45. Flagellabant* (inquit) *se bis in die, et semel, quilibet clam in nocte: et de licentia vxoris suae: et depositis vestimentis habentes in modum branchae camisias, a femore ad talos protensas. Tanta erat multitudo, quod nemo poterat numerare.* ¶. 2 VASSALLVS *per sacramentum*, qui proprie VASSALLVS est, et domino per iusiurandum suam fidem adstrinxit, *lib. feud. II. tit. 47.* [vt, quoties delectus edicitur, vel ipse in militia meat, vel vicarium mittat, vel denique certum censum domini aerario inserat: quod *Heribannum* appellatur] Dici potest VASALLVS *iuratus*, vt ei, qui iniuratus est, opponatur, qui neque fidelitatem neque seruitium debet. [Qualis videtur esse cliens, cui onus militiae annexum non est. Cuiac. *I. feud. c. 1.*] De quo *lib. II tit. 24. §. 2. Sunt enim* (ait) *quaedam feuda ita data, vt pro his fidelitas non sit praestanda.* Item *lib. II. tit. 3. §. 4.* ¶ 3. VASSALLVS *casatus* dicitur, cui feudum ad certum seruitium datum est, puta vt iter domini officiose comitetur, vel vt domi focique dominae ministret, et rem eius familiarem accuret.]

VASSALLAGIVM, vassalli obsequium. Itaque *homagium* et VASALLAGIVM pro synonymis vsurpantur, vt in *Neap. const lib II. tit. 36. Si quando aliquis fuerit ab aliquo* homagio *impetitus, etc.* Et in extremo: *Quae omnia in militibus et baronibus de* VASALLAGIO *conuentis volumus obseruari.* Et apud Petrum de Vineis, *lib epist. VI. c. 9. Absoluentes eos ab omni fidelitate* VASSALLAGII *seu* homagii *iuramento.* Dicitur et VASSATICVM, vt in Fragment Theodulphi: *Pipinus rex tenuit placitum suum in compendio: ibique venit Thassilo dux Baioariorum in* VASSATICO *se commendans, et per manus sacramenta iurauit, et fidelitatem promisit regi Pipino, et filiis eius, quod recta mente et firma deuotione sicut vassus dominis suis esse deberet.*

VAS. VES. VIC. VIT.

VASSALITIVM, clientela vassalli. Rhegino *lib. Chron. II. ann. 852. Berengarius cum filio suo Adalberto regiae se per omnia in* VASSALLITIVM *dedit dominationi.*

VES.

[VEST, seu] VESTITVRA, est possessio, vt in voce inuestitura docuimus. Lombard. *lib. I. tit. 32. Si quis proprium nostrum, quod in* VESTITVRA *genitoris nostri fuerit, alicui reddiderit, etc.*

VIC.

VICEDOMINVS, qui domini vice res ipsius administrat, eique vicariam operam praestat. Apud canonistas, VICEDOMINVS, oeconomus, qui a clericorum numero episcopatum administrat, *cap. volumus, etc. diaconum, etc. sequ. dist. 9.* Proprie tamen *oeconomus*, qui res canonicorum administrat: VICEDOMINVS, qui episcopi. *c. consulere de simon.*

VIT.

[VITALIA, vid. *Morganatica.*]

WAD. WAR. WER.

WAD.

WADIVM, pignus. Guntherus *lib. VIII.*

Si quis habens feudum pretio seu vendere totum,

Seu dare, seu WADIO *supponere cogitur.*

Quod erat in imp. const. *lib. feud. I. tit. 55.* vel vendere, vel pignorare. *Capitular. Caroli art. 20. Et si non habet pretium in* WADIO, *per seruum semetipsum donet, vsque dum ipsos bannos soluat.* Vide supra GVADIVM.

WAR.

[WARDA, vide *Bannitus.*]

[WARDIA, vide *Releuium.*]

[WARANDA, ARE, ATOR, ATIO, vid. *Guargentare, bewahren.*]

WER.

[WERDA, vid. *Releuium.*]

[WERRA, vid. *Guerra.*]

IO. LOCCENII EXPLICATIO
PEREGRINARVM ALIQVOT DICTIONVM FEVDALIVM.

ORiginem ioris feudalis ad Langobardos, Gothos et Saxones referendam esse, dixi *lib. III. antiquit. Sueo-Gothic. cap. VII* eiusque rei fidem facere, praeter alia, voces feudales ab ista gente profectas, adserui: qnod nunc sequentibus vocibus earumque interpretatione hic probatum ibo.

ALL. CAV. CVR.

ALLODIVM est vox Gotho-Teutonica, ab *ali* omnis, et *obde*, vel *öbde*, possessio, proprietas vel bonum proprium. Theodulphus in *sua histor. de anno 777. Ibique multitudo Saxonum baptisata est, et secundum morem illorum omnem ingenuitatem et* ALODEM *abdicauit.* Hoc in annalibus Francorum ita exprimitur: *Ibi Saxones baptisati omnem ingenuitatem et omnem* PROPRIETATEM *suam secundum morem gentis abdicantes.* De *alodibus* inscribitur *tit. 56. Leg. Ripuar.* i. e. de heredibus paternorum bonorum. Francorum lex Salica vetat filiam partem habere in *alode*, i. e. *terra hereditaria*, vt explicat Grotius ad ius Iustin. p. 339.

CAV.

CAVENA exponitur in iure feudali pro cella, in qua reponitur vinum, oleum, frumentum, etc. Quidam a *cauitate* deriuant. Vulteius *lib I. feud. cap. 8. n 24* et quasi *cameram auenae* dictam putant. Sed errant. Non est vox latina aut inde composita, sed Gotho-Saxonica. Nam apud Ostro-Gothos adhuc *camera* dicitur *Kaalven*, et apud Saxones locus, vbi grex adseruatur. Vtrique qnoqoe nationi *Koeye* est *casa*, et Saxonibus *Kayen* a veteri voce *Kaii*, i e *cancelli* vel *crepidines*, quorum obiectu aquarum impetus cohibetur. Et *Caiare* apud veteres erat *cobibere*, *coercere*: quemadmodum a Scaligero *lib. II. Auson. lection. cap. 22.* et Cambdeno *in Britannia* notatum est. Vid. et Lipsius in *Tacit. lib. I. p. m. 66.*

CVR.

CVRTIS, domus aut aedificium domini, a Gothico *Gard* vel *Gärd*, quae *locum septum* proprie notat. Sed et pro *ciuitate* aut *regione* a veteribus accepta est. Inde *Garderiike* in *Chronico Noruegiae Sturlaesonii pag. 102. et 111.* et *Russia* appellatur. Testibus vero Adamo Bremensi in *hist. ecclesiast.* et Helmoldo *lib. Chron. Slauor. cap 1.* Russia olim etiam a Scandis *Ostrogard* dicta est, item *Cunigard* vel *Hunigard*, eo, quod ibi sedes Hunnorum fuerit. Ita *Constantinopolis* in antiquis cantilenis *Myklegaard* nuncupatur, quasi *magna ciuitas*. Vid Stephan in notis ad Saxonis *lib. IX. p. 191.* Quin ipsis Russis *locum septum* ac *munitum* denotat. Inde *Nouuogorod*, *Iuuanouugoroth*, *et plura huiusmodi.* Iornandes de regia Attilae: *Area* CVRTIS *ingenti ambitu cingebatur, vt amplitudo ipsa regiam aulam ostenderet.* Sic in LL. Langobard *lib I tit. 19. §. 1.* CVRTIS, regia Et nostris Sueonibus olim *Konungzgärd*, et simpliciter *Gärd*, *aula* dicta est. Inde *Gärdzrätt*, *ius aulicum*, de quo plura ad veteres LL. aulicas Suediae.

FEL. FEV. FOD. FOR. GVA. GVE.

FEL.

FELONIA, delictum et improbitas vasalli aduersus dominum: non est autem a graeco Φήλωσις aut Φήλωμα, vt nonnulli volunt, nec a germanico *Felligkeit*, *caducitate*, vt interpretes volunt: sed est vox mere Gotho-Teutonica, *Fehl*, *feil*, noxa, delictum, *fehlen*, *fehla*, *errare*, *delinquere*.

FEV.

FEVDVM est a *foede*, vt nonnulli volunt, quasi pro alimentis aut vitae sustentatione datus ager vel praedium. Nonnulli a *Feida* bello deriuatum eunt, cuius olim praemia haec beneficia fuerant: *Feida* est in LL. Langobard. *lib. I tit. 7. l. 1. Faida* in LL. Eduardi regis Angliae *cap. 7. Faetha*, Suedice dicitur *fegd* vel *fegde*, notans *bellum*, *odium*, vltionem aut inimicitiam. Inde est *Vrfeid*, *cautio de non priuatim vindicando iniuriam aut damnum illatum.* Inde etiam est *fedar* in *cap. 9. Räffst. oel.* et *cap. 7. Erffd. oel. inimici.* Quid si a *fe*, *fä*, *bonis*, et *oed possessione?* et quidem possessione fiduciaria: qnamuis haec non sit perpetua. Grotius quasi *Fe-od* dictum putat, ad *lib. feud. in florum spars. pag. 340.* id est, stipendii possessionem. Certe FOEDVM in plurimis vetustioribus scriptis legitur.

FOD.

FODRVM est annona itineris vel militaris. Guntherus *lib. VIII. Ligurini*:

Id quoque, quod FODRVM *vulgari nomine dicunt.*

Sueogothis dicitur *Fordenstap.* Saxon. infer. *foder vnd mahl.* FODRI mentio etiam exstat in *c. 23. iur. can. de iure patronat.*

FOR.

FORESTVM pro sylua, num a *fohre*, vel *fahra*, abiete?

GVA.

GVARDIA ad Italos a Gothis translatum vocabulum, quibus est *wart* vel *ward*, *custodia*. Gallis *Garde*. Guntherus *lib. VIII. v. 331.*

Castrum regale, quod illi
Appellare solent vulgari nomine GARDAM.

Inde *Saluaguardia*, Gall. *Sauuegarde*, quasi *tuta custodia rerum et personarum.*

GVARENDA cautio de re integra praestanda. German. *die Gewehr*, *Gewehrschafft*, vel *Wehrschafft*. Belg. *Warschap.* Suetice *Warda.* Vide supr. Inde etiam *Guarentigium*, idem quod *firmum*, *ratum*, *securum*: et *instrumentum Guarentigiatum*, scriptura de securitate creditori praestita; et *Guarentare*, *Garantizare*, authoritate et patrocinio suo alterum protegere vel tutum praestare, de quibus plura Besold. *in Thesauro pract.* et Vossius *de vit. serm. II. 13.*

GVE.

GVERRA bellum, a Gothico *Wäria*, *defendere*, *auertere.* Inde *Gewehr*, *arma ad defensionem praecipue parata*, et *Verona*, vt nonnulli volunt,

propugnaculum. Inde Theodoricus Veronensis Germ. *Didrick von Wern* vel *Bern.* Et *Vergobretus* apud Caesarem, quasi qui *latis armis* vteretur: nisi sit quasi ad iugulandum paratus, *zu lwoergenberet.* Vnde *vargus* latro apud Sidon. *lib. VI. epist. 4.* et lupus *lwarg* Sueogothis, item *Kapnelwarger*, *Brennelwagr. c. 30. Landzlwig.* LL. Island. Sed prius malim.

INV.

INVESTITVRA non a *veste*, vt volunt, quamuis *inuestire*, pro *veste tegere* Maecenas vsus sit *apud Senecam epistol. 114. Focum mater aut vxor inuestiunt.* Sed potius est vox originis Gotho-Teutonicae ab illo prisco Gothico *fasta*, *infästa*, *infesten*, quod Germani *inuesten* scribunt. Vid. Besoldi *Consil. feudal. p. 76.* Significat autem *stabilire*, *confirmare* aliquem in qualicunqoe iure. Grot. *cap. 10. de imperio summar. potestatum circa sacra: Fefellit nonnullos* INVESTITVRAE *vocabulum: quod quia hodie de feudis potissimum vsurpatur, ideo omne id, quod de* INVESTITVRIS *episcoporum dicitur, ad territoria et fundos pertinere putauerunt. Crassus error. Nam vestire et inuestire vetera sunt vocabula originis Germanicae, quae iuris qualiscunque collationem significant. Ideo apud veteres auctores officiis omnibus, tum ciuilibus, tum ecclesiasticis aptata reperiuntur.*

LAV.

LAVDAMENTVM vel **LAVDVM**, sententia arbitri, in quam partes certa poena compromiserunt, alias iudicium parium vel domini. Descendit a Scandico *Lagh* vel *Lau*, *lege*, et *doom*, *iudicio* vel *sententia*; quasi dicas; *legitimum iudicium*, aut *sententiam legi conformem.*

LAVDIMIVM, honorarium munus, quod domino fidem accipienti a vasallo, vel domino fundi emphyteuticarii a colono tribui solet. Hoc non a *laudando*, vt volunt, deducitur; sed est vox pura Langobardica, vel Gotho-Teutonica, ante *leudinium* vel *ludinium* dicta, a voce Langobardica *leude*, vt recte notat Bodinus *lib. I. de republica cap. 9.* In eo autem allucinatur Bodinus, quod putat *leude*, Langobardis *liberum* denotasse, cum potius contrarium, nimirum *subiectum*, signarit. Vide Lindenbrogius *Gloss. ad LL. antiqu.* in voce *leudes et leudem soluere*, Vossius *de vit. serm. II. 11.* Besoldus *dissert. de comit. et baron. pag m 95. Leudi* enim, *laudi*, *lidi*, *liuti*, *lyti*, (tam varie enim scribitur) sunt *homines subiecti*, *obedientes.* In Speculo Saxon *lib. I. artic. 52. Sine eigen noch sine lude*, versum: *homines proprii.* In quodam cippo Runico in Vaksalae templi pomaerio talis est inscriptio:

Iubi fastrred Ludin.

i. e. *Iulius Fasterus rogabat exercitum*, (ita Bureus interpretatur) *vel sibi subiectos.* In *chronico Islandico: Sumir foro Austr til Heisingelands, oc woro dar Lytstyldie Swia Konung*, i. e *quidam aduersus orientem proficiscebantur in Helsingiam, et ibi subiecti erant regi Sueonum.* Ita adhuc Suedis et Gothis *Lydig* est *obsequens*, et *Lydne obsequium*, *Liud audientia.* In Germania vero hodie *Lude* et *Leute* significat generatim homines cuiuscunque conditionis; speciatim *homines magistratui parentes* aut *subiectos. Lydbistop* suffraganeus, qui inferior archiepiscopo et obsequens. LAVDIMIVM ergo vel LEVDIMIVM est illud, quod in recognitionem dominii vel obsequii datur.

VAD.

VADIVM a Gotho-Saxonico *Wäd*, *pignore.* In iure Suedorum *cap. 7. de empt. et vend.* expresse habetur *Wädium.* Inde *Wädia* iisdem *appellare*, *prouocare*, deposita in iudicio pecunia, veluti loco pignoris. Et in iure feudali *inuadiare*, pro *cauere pro debito.* Inde *Guadia* Italorum, et *Wedde*, *Vette* Saxonum pro *sponsione* aut *mulcta.* Inde Belgis *leges Wette* quoque dictae videntur, quod sint quasi quaedam communis sponsio reipublicae. vt Demosthenes *orat. I. aduersus Aristogitonem* definiebat legem, vid. sup. in *Witande.* [Lexic. Sueo-Gothic.]

VAS.

VASSALLVS, cliens, fiduciarius, cui cognatum Gothicum *Wasell*, *obnoxius:* eidem affine Saxonicum *Wese*, *Waise*, *orphanus*, *pupillus*, qui tutoris aut parentum potestati subditus est. De Poppaea Tacitus *initio XIV. annal. Aliquando per facetias incusare principem* (Neronem) *et pupillum vocare, qui iussis alienis obnoxius, non modo imperii, sed etiam libertatis indigeret.* Item; *waiset miseri.* Esthonicum, *waise* germanico cognatum est. Eidem cognata nomina *vassi* et *valuasseres*, quasi electi clientes, aut qui a superioribus feuda acceperunt.

SOLI DEO GLORIA.